




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
6 K
36



DE
REGIS CATHOLICI
PRAESTANTIA,

Eius Regalibus Iuribus, & prærogatiuis

COMMENTARII

CAMILLO BORRELLO I. C.

EQVITE AVRATO, ET PALATINO COMITE

AVTHORE.

Opus, nouitate rei, iucundum; Doctrinarum, ac ſcientiarum diuerſitate perſpicuum; Authorum, & ſcriptorum varietate, eleganter, & lanorioſè diſpoſitum:

In quo eiuſdem Regis Regnorum, ac Dominiorum ſuorum Iura, priuilegia, & prærogatiuæ enucleantur.

Omnia inſuper Iura Regalia, cum in Feudorum libris, tum alibi diſperſim tradita, ad ſupremos Principes pertinentia, digeſtis per ampliſſimos Commentarios locis, nouo, miro, pulchroque ordine declarantur.

Iuris Canonici, & Ciuilis ſtudioſis, Magiſtratibus, Aduocatis, alijſque omnibus in foro verſantibus apprimè neceſſarium.


Theologis, Philoſophis, Hiſtoricis, alijſque humanioribus ſtudijs incumbentibus minimè futurum ingratum.

AD PHILIPPVM AVSTRIVM III. REGEM CATHOLICVM.









MEDIOLANI, Apud Hieronymum Bordonum. M D C XI.
Superiorum permiſſu. CVM PRIVILEGIO.

Imprimatur.

Fr. Aloysius Bariola Consultor Sancti Officij pro Reuerendiss. Inquisit.

Aloys. Bossius Can. Ordin. Theol. pro Illustriss. Cardin. Archiepiscopo.

Vidit Saccus pro Excellentissimo Senatu.



D. O. M.

PHILIPPO AVSTRIO III.

REGI CATHOLICO

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

CAMILLVS BORRELLVS F.





RIMA Consiliorum meorum Centuria, Quartus tamen operum meorum labor, sub fœlicissimo, ac Potentissimo PHILIPPI Secundi Parentis tui, Regisque nostri Catholici nomine, in lucem exierat, vti præcursor ad hos Commentarios: quos tunc præmebam, postmodum inuulgandos. Cumque illum eidem Regi direxissem, eius vultum minimè aspexit, inopina enim mors ad melioris vitæ sedem illum transtulerat. Mihi dolendum, à quo viuens alia accipere dedignatus non fuerat. Ego enim non tanti opellæ illius meæ, quam illi consecraueram, amissam auram, quàm Regis luctuosissimum orbi toto casum, ac transitum condolebam. Quis enim Principem illum, qualem, nec præterita viderit, præsens videat, nec futura conspectura sit ætas similem, non lugeat, non lachrimetur? Vita eius cunctis vti speculum lucidissimum, vt exemplar conspicuum, proposita erat, vt haberent quem conspicerent, & conspiciendo imitarentur. Imperio enim, vt Cyrus aiebat, dignus non est, qui subditis non sit melior. Iis virtutum cumulis ornatus erat parens tuus, vt cæteris mundi Principibus inuidiam faceret. Subditi tamen hoc liuore, atque inuidia gestiebant, nacti Regem seculorum omnium Maximum, quem hilares, ac voto vnanimi, non pro subditorum suorum tantum, sed totius Christiani populi, sed totius orbis beneficio, moras longiores huic vitæ facturum, immò perenni æuo incolumem seruandum, DEO permittente, cre-

debant. Sed vana hominum ſpes, fuit fallaci credulitate deluſa: hanc enim fragilem humanarum rerum miſeriam abijciens, immarceſcibilem alteram anhelans, diſſolui, more Apoſtoli, concupiuit, & eſſe cum CHRISTO, Paradiſum petijt, vbi cum Beatis actionum, virtutumque ſuarum, æterna conſequutus eſt præmia. Hoc tamen omnes vnico fouemur ſolatio, quòd Maieſtatem tuam, in primo adoleſcentiæ ingreſſu florentem, Regnorum omnium, ac virtutum ſuarum hæredem reliquerit, ac Dominiorum omnium Rempublicam omni Politiæ genere præſtantem. Comites etiam Aulicos, Primates, Principesque viros, qui vernantem ætatis tuæ florem, quaſi circumuallati, & ante murales foueant, ac moderentur. Sed ante oculos, Maiores tui Tibi ſe offerunt, in quorum ſummis, & Magnanimis actibus ſpeculeris. Te Aui, Ataui-que tui ſtimulant, & ad Magnanimos actus impellunt. Hinc poſt Regis, ac parentis tui ſolutas inferias, ſtatim nobis aliud sereniſſimum lumen illuxit, cum Maieſtatem tuam, coniugem ſibi copulaſſe percepimus, MARGARITAM Auſtriacam, CAROLI Archiducis Auſtriæ filiam; FERDINANDI Archiducis, ſummæ expectationis Adoleſcentis, Principumque fratrum, ſororem; RODVLPHI Secundi Summi Romanorum Imperatoris, ac ſtrenuiſſimi neptem, Virginem forma, omnibusque alijs, & corporis, & animi dotibus præfulgentem, ex tot Principum, Regum, ac Imperatorum Seminario ortam, quo ex complexu perpetuam, ac ſplendidiſſimam tuæ familiæ prolem fœcundam ſperamus. Acceſſit his, quòd ISABELLA ſoror tua, Virgo Princeps, corporis encomio, ac animi conſilio pollens, nupſit ALBERTO Archiduci, eiuſdem Imperatoris fratri, cuius virtus Orbi Chriſtiano cognitiſſima eſt, vt qui gradus quandoque Eccleſiaſticos profeſſus, Paſtorem ſe vigilantiſſimum, & Gubernatorem prudentiſſimum; demum arma indutus, acerrimum, atque ſtrenuiſſimum bellatorem, ac Ducem ſe exhibuit. Quorum matrimoniorum ſplendorem à CLEMENTE Octauo Summo Romano Pontifice, ſummo ſtudio, ſummaque hilaritate, ac effuſa liberalitate ornatum, vlla alia ſimilem vidit ætas. Cum igitur Parens tuus viueret, ſuarum actionum operibus motus, vt ſubditum decuit, hos commentarios, quibus de CATHOLICI REGIS PRÆSTANTIA Titulum dederam, molitus ſum, in quibus Prærogatiuas omnes eiuſdem Regis, ſuorum Regnorum, ac Statuum, Regaliorum, iura omnia, & propugnacula conſcripſi. Illo demum humanis functo, quadam conſternatione prolapſus, ac penè diffiſus eram, quòd quarto tunc opere, nunc verò quinto eius præueniens interitus, me labefactaſſet; quaſi incaſſum laboraſſem, quominus maiora præteritis argumenta mei quandoque animi illi notiora fierent. Sed in tanta Principum ob tuæ Maieſtatis cauſſam, hilaritate, in communi omnium populorum lætitia, ac plauſu, eiuſdem animi vires reaſſumpſi, cui benignam auram præſtitit FRANCISCVS MARIA Secundus Vrbinatium Dux, Princeps omni ſeculo celebris, cuius liberalitate, munificentia, alijsq; ſummis virtutũ officijs erectus, promptæ voluntati meæ, vires additæ fuere, vt tandẽ hos Commentarios fęliciſſimo Maieſtatis tuæ nomini conſecrarem.

Cre-

Creberrimum etiam mihi calear addidit olim Don ANTONIVS CARDENAS de Corduba, Suessæ, & Vaen Dux Optimus, Maiestatis tuæ apud eundem Romanum Pontificem Orator, & Legatus, Princeps rerum experimento, atque consilio Maximus: quorum iudicio, atque authoritate commotus, quod HENRICO Guzmanno, Comiti Oliuares, Ioanni à Stunica Mirandæ Comiti, & Labagnesæ Marchioni, Don Ferdinando de Castro, Comiti Lemos, & Andradæ, ac Marchioni Sarriæ, ac Don Francisco de Castro Comiti Castri, & Don Ioanni Alphonso Pimentel de Herrera, Comiti Beneuentæ, Iustissimis, & omni æuo memorabilibus Principibus Regni Neapolitani tunc Proregibus pollicitus fueram; nunc sub Don Petri de Castro Comitis Lemos, & Andradæ, ac Sarriæ Marchionis, Maiestatis tuę Locumtenentis fœlicissima administratione, profero. Cumque Catholici Regis prætogatiuas huic libro inseruerim, Maiestatem tuam, successores omnes tuos, Regna, Status, ac Dominia respicit. Idcircum tuum sit opus, tibi iure debetur, tuoq; Catholico nomini dedicare non sum veritus. Suscipias igitur Maximè Regum omnium illud hilari, ac serena fronte, vti elaboratum abs tuo humillimo, Regni huius Neapolitani subdito. Nec miretur Maiestas tua, quòd primus omnium, inrer tot Proceres, scientiarum omnium peritissimos, rem ità arduam præsumpserim, tentauerim, ac molitus fuerim, & quasi vorticosum Mare inter tot scopulos, & procellas inexpertus pertransire, & ad portum peruenire crediderim. DEI enim Optimi Maximi beneficio, à quo omne donum progreditur, ipsaq; rei scribendæ magnitudine, adiutus, illam ad eam perduxi metam, qua exilis conatus meus potuit, ac roris Diuini gratia mihi indulsit. Non enim ego talis eram Atlas, vt tam magni Regis molem sustinere potuissem; Aut Apelles, cui soli Venerem pingere datum fuerat; vt corporis robore, aut eleganti artificio, & colorum excellentia, eleuarem, ac pingerem. Vnde cum opus sumpserim viribus meis non respondens, satis erit in summis rerum apicibus, animo non defecisse, & sub onere graui, curuo corpore pondus sustinere, crassisque coloribus, impolito, rudique penicillo delineare; quàm otio marcescentem, atque oscitanrem delitescere. Principes suos aliqui, Columnis, Statuis, Imaginibus, Auro, Argento, vasibus affabrè factis, Lapillis, Gemmisque pretiosis, & vnionibus, prima inaugurationis vice honorare contendunt: Thure, Mirrha, Balsamo, Thymiamate, alijs odoribus, ac suffumigijs reuereri. Ego Regi mundi Maximo, potentissimo, atque ditissimo, è cuius sinu Argentum, Aurum, omniaque orbis pretiosiora, quasi ab inextinguibili fonte, ac perenni diuitiarum flumine, dimanant, hoc exile donum, omni tamen seculo duraturum, offero. Aliud enim pretiosius, quod in vastissimo Maiestatis tuæ Templo offerrem, non habebam. Inter Magnorum, Grauiumque virorum vota, hanc rudem, ac impolitam Tabellam, Deuoti

animi caussa, appendo. Maiestatem tuam arbitror DEI Optimi Maximi exemplo, ità Potentum virorum, vt humilium oblationes æquo animo accepturam. Quod si Maiestas Tua facere dignabitur, Ingenium meum ad progressus maiores subleuabit.



ILLVSTRISSIMO
ET EXCELLENTISS. DOMINO
DON PETRO DE CASTRO
COMITI LEMOS, ET ANDRADAE,
AC SARRIÆ MARCHIONI IN REGNO NEAPOLITANO
Locumtenenti Regio, & Capitaneo Generali.

Camillus Borrellus I. C. fœlicitatem.



EGES omnes, Principesq; populorum caussa creati sunt, & cum illorum onus subditorum regimen respiciat, dum id operantur, tunc omni iure optimi appellantur. Sin autem illorum commoda tantum attenderent, praui tunc, inutilesq; Principes iudicabuntur. Hinc Principes omnem sui curam habere minimè debent, sed proprijs eorundem sensibus explosis, ita se ipsos regere, vt promptiores, & solidiores pro Repub. fiant. Eo igitur modo amplectenda est sui ipsius cura, ac diligentia, vt ab ijs omnibus, quæ Regium animum illustrant, minimè declinent, populorumq; sibi commissorum eam curam gerant, vt vnico, eodemq; tempore, sibi ipsis sint vtiles, & subditos populos optimè contineant. Suam itaque ipsorum authoritatem eo modo curent, vt proprium decorem non amittant, aliasq; virtutes omnes in se ita contineant, vt Regium nomen, non relinquant. Quibus armati, fructus edant in populorum directione, qui à feueris, optimisq; Principibus expectandi sunt. Suam enim eo modo dignitatem tuebuntur, & tunc sibi ipsis, suisq; populis, optimè consultum erit, ac illorum beneuolentiam lucrabuntur. Quid enim Principi proderit, quòd habeat firmam armatorum hominum custodiam? quando non pro illius tantum authoritate seruanda, sed ad continendos in obedientia subditos, vel ad timorem illis concutiendum, arguatur, vt Plutarchus est author. Et hæc est firma, ac vera subditorum in eo, qui eis præest, beneuolentia, quæ est optima erga suum Dominum voluntas, quæ, & ipsa itidem ex bonis Principis actibus nascitur. Hinc Claudianus ait.

Non sic excubiæ, nec circumstantia pila,
Quàm tutatur Amor.

Optimè hinc Philippus Tertius Rex noster, suorum Gentilium industriam imitatus, in suæ adolescentiæ cunabulis, Regna auspicatus, suis placere subditis studuit, illos ad sui beneuolentiam alliciens, non modo pœnarum condonationem delinquentibus remittendo, sed ordine admirabili, Regnorum administrationibus Principes viros eligendo, qui gratiam

Regiam populis summa hilaritate patefacerent, & futuris malorum, atque facinorum igniculis præcauerent. Hæc statim in hoc Regno Neapolitano inspeximus dum Illustrissimum, & Excellentissimum Dominum Ferdinandum de Castro Comitem Lemos, & Andradæ, ac Marchionem Sarriæ primum suum Locumtenentem præfecit, Principem omni virtutum genere cumulatum, quem Summus Pontifex magnô in honore habuit, dum eiusdem Regis nomine, missus est, promptam à sui Regni primordio Sanctæ Ecclesiæ, eidemq; Summo Pontifici, obedientiam, & obsequium, Regnaque omnia offerens pro sustinenda Summi Pontificatus magnitudine, illiusq; Imperio protegendo. Vtinã illum mors non ita celeriter nobis abstulisset: reliquit enim Regnum prauis hominibus purgatum, omniumq; specierum genere repletum. Quo Principe parente tuo iam ad cælum delato, substulit Regni pondus Don Franciscus de Castro, Castri Comes, suus filius, frater tuus, qui ea industria in Adolescentiæ flore Regnum moderatus est, vt nulli prædecessorum, ac ætatis grauioris inuidere debeat. Nunc tandem post Don Ioannis Alphonsi Pimentel de Herrera Comitis Beneuentæ optimi Principis gubernationem, Te post Patris, ac Fratris incorruptam administrationem, omniq; seculo memorabilem, eidem Regno præposuit, quem (vt Poeta ait) & Pater Aeneas, & Auunculus excitat Hector. Summa lætitia populi congratulantur, expectatè venisti, senum Baculus, infirmorum medicus, superborum humiliator, humilium exaltator, oppressorum releuator, bonorum defensor, maleficorum vindex, vrbis tutor, populi curator, pupillorum adiutor, viduarum custos, Religiosorum protector, literatorum fautor, clementiæ seminator, & iustitiæ exhibitor. His virtutibus cumulatus Regnum hoc releuabis. Rex Inuictissimus corporibus Regni huius, multiplici morborum qualitate affectis, Medicum elegit, qui non solum infirmitatum prognostica, symptomatum causas, humorum prauitates, febrium expulsiones, curabit, sed conualescentiam, & corporum conseruationem, & salutem inducere anhelabit. Nunc iam commentarios istos Regi nostro dicatos, Tuæ Excellentiæ medio, fælici fato, resignandos curaui, non modo vt Regi debitum impenderem, sed vt tuæ Excellentiæ mei animi argumentum ostenderem; scelus enim maximum facerem, si id tuo fauore non explerem. Nam Scipio Africanus, & si Pompei Magni familiaris esset, non tamen Consulatum appetere suæ gloriæ esse conspexit, si, ipso reluctante, id faceret. Vnde Pompeio se totum tradidit, cuius ope, atque industria, sui desiderij compos factus est. Operis, & authoris patrocinium, Princeps excellentissime, tibi offero, literatorum adiutor. Maximorum Principum hoc proprium est, & ad illos solos pertinet: quod si feceris, eris pro Virgilio Mæcenas, pro Cicerone Atticus, & pro gratitudine tui in me officij apud posteros perpetuum nomen, ac perennem famam tibi comparabis.

Tipographus Lectori Beneuolo S.



NE mireris benignissimè Lector, si hi Commentarij, tam diù desiderati, ac in alijs operibus ab authore antea editis, nominati, non prius in lucem editi fuerint. Septem enim continuis annis in Ciuitate Venetiarum latuere, & nescio quo fato, illorum euulgatio facta non fuerit, sed diù dilata, à qua tandem author illos reuocauit: Ideoq; in eis non videbis aliquos nouissimos relatos, nisi quos in Catalogo descripsit. Author enim hoc proprium semper habuit, vt omnium scientiarum scriptoribus summos honores, ac summas laudes exhibeat. Nam à cunabulis imbutus studijs Dialecticæ, Philosophię, Theologiæ, Historiæ, quæ cum legali Philosophia, ità coniunxit, vt pratum herbarum diuersarum, ac florum dici possit illius opus. Hoc autem boni ex mora huius impressionis emersit, quòd interim magno labore, & indefesso studio absoluit secundam consiliorum centuriam. Volumen de Magistratuum edictis, quatuor libris distinctum: Commentarios ad Arborem Austriacam, & Lusitaniæ, ac Gothorum Regum, quæ proximè in lucem proferentur. Hos autem Commentarios absoluit anno 1597. & idcirco nec Epistolas mutare voluit. Illos legere ne dedigneris, nec Iudicium dabis, nisi illorum lectione ad finem, vsque protracta. Cum enim grauem contineant materiam, eò grauissimum illius ingenij acumen admiraberis.

Hæc autem animaduertas, quæso: Primò addenda esse ad cap. XLIII. sub num. 64. quæ posita sunt ante Indicem in fine operis. Sunt enim maximè necessaria ad illud caput magnificandum.

Deinde, etiam ad cap. LXXI. addendum esse casum inibi subsequentem, qui in authoris Archetypo sexagesimus secundus erat. Hęc boni consule. Vale, & fruere.



MV-

MVTII IVLIANI I. C. CARMEN AD LECTOREM.

NON sic Ingenijs, doctrina, & Graecia praestans
Olim laeta fuit, propter sanctissima legum
Dogmata, quae sacro dictauit gentibus ore
Prudens, & rara insignis pietate Lycurgus,
Vt Latium totum gestit, lateq; triumphat,
Postquam docta legit, docti monumenta Camilli,
Quae vigili studio, multoq; labore tot annis
Conscripsit, Regis noscant decora inclita nostri,
Vt Populi, & Gentes, alijs quos Phoebus in oris
Aspicit, atque alijs viuunt sub legibus, vtq;
Agnoscant, quantum se extendant Iura PHILIPPI,
Gloria, Fama, Decus, Nomen, suprema Potestas.

POMPILII RVBEI V.I.D. Bisatiani in opere de Regis Catholici praestantia Illustris D. Camilli Borrelli I.C. Equitis Aurati, & Palatini Comitis, scientiarum omnium eruditissimi Carmen Dialogicum.

Typographus, & Liber.

ICtibus assiduis, modo quis mea limina turbat?
Sum liber aeterni Nominis, eia aperi.
Quid petis? Excudi Venetis, signisq;, notisq;.
Ingredere. En adsum. Dic age cuius opus?
Borrelli est: num forte latet te fama Camilli?
Iam recolo: Impressi plurima scripta viri.
De compromissis opus edidit, Additamenta
Belluge, & miro consilia ingenio.
Ecquid habet liber iste noui? Noua plurima. sed quae?
Ni graue sit referam. Non graue erit, referas.
CATHOLICI, Inuicti, patet hic Praestantia Regis,
Sanguinis Austriaci, priscaq; Nobilitas.
Continet Imperia, Vrbes, Fasces, Bella, Triumphos,
Regnorum series, Magnanimosq; Duces.
Hic fortes, sanctosq; viros, hic sanguine claros;
Et virtute, Domi, Militiaeq; graues.
Iura, Magistratus, Studia, Artes, Stemmata, Ritus,
Intactam Regis, virgineamque fidem.
Ancipites legum sensus, opulentaque Regna,
Et quaecunque potens sceptra PHILIPPVS habet.
Grande opus, & mira amplectens. His plura supersunt.
Sit satis. ô serui linquite coepta opera.
Hoc opus accipite, & caeteri subducite Praelo,
Auratisque notis, ponite sic Titulum.
Rex Regum Austriacus, lux legum at in Orbe Camillus,
Ille orbi, Hic legi, stamina longa trahant.

PAVLI

PAVLI Portarelli Neapolitani in Opere de Regis Catholici præstantia ab Illustri I.C. Camillo Bortello, omnigenæ scientiæ candore conspicuo, composito.

Carmen.

AVstriaci seriem generis, tot Regibus auctam,
Terris, qui leges, quique dedere Mari.
Qui populos alio domuere sub axe iacentes,
Imperio quorum paret vterque polus.
Borrellus chartis pergit reserare disertis,
Atque Philippe tuum concelebrare decus.
Et quantum emineat tanti Præstantia Regis,
Supra omnes Reges per sacra iura docet.
Attollit nomenque suum, Famamque Camillus
Hac Regum summo dum monumenta dicat.

Eiusdem Portarelli ad Lectorem.
Epigramma.

QVàm latè imperij protendat sceptra PHILIPPVS,
Siuè per Eoas, occiduasque Plagas.
Regnorumque eius decora, & quæ commoda rerum,
Quæque sit vbertas, Gloria, Priscus Honos.
Quæ studia, & leges fuerint, Ritusque per Vrbes,
Quæque hominum sortes, fortuitæq; vices.
Iura, Magistratus, Tituli, qui sanguine Clari,
Doctrina, & forti, qui valuere manu.
Qui Iudex, Præses, Consul, Prætorque, Tribunus,
Orator, Miles, quique Senator, Eques.
Qui foris, atque Domi, qui Belli, aut tempore Pacis,
Aeternum nomen promeruere suis.
Cuncta hæc, lux legum amplectitur ecce Camillus,
A Tota vt sciri posteritate queant.

FABII Contis Neapolitani ad Illustrem Virum D. Camillum Borrellum I.C. Eminentissimum.

Carmen.

HActenus Austriaci, cui tot monumenta PHILIPPI
Esset concessum scribere, nemo fuit.
Id tibi seruabant superi, Te culmina rerum
Digna, & tu dignus pandere solus eras.
Solus inaccessam potuisti voluere Molem,
O Claros inter, Clare Camille, Viros.
Regia Materies, lucem tibi parturit, & Tu
Lucida quæ fuerant lucidiora facis.

Eiusdem

Eiusdem pro totius operis argumento Distichon.

ET genus, & Proauos, & Regna, & iura PHILIPPI,
Et Titulos omnes, hic liber vnus habet.

AD POTENTISSIMVM,

ET CATHOLICISSIMVM

PHILIPPVM III. AVSTRIVM REGEM

Ioannis Francisci Marci Vetrani Presbyteri Carmen.

NOn Indis cedunt Gemmis, ò Maximè Regum,
Mentis Borrellus quas tibi promit opes;
Maiorum scribens Titulos, & facta Tuorum,
Regnandi normam monstrat, & ille viam.
Accipe scripta viri tanti, Rex, fronte serena,
Qui facis aspectu cuncta serena tuo.

Ad Virum Illustrem, vtriusque Iurisconsultissimum D. Camillum Borrellum, eiusdem Presbyteri Carmen.

STemmata, Regis opes, Genus, Imperium, acta PHILIPPI,
Ordine cum pandas docte Camille suo.
Legibus, Historijs, Annalibus, omnia firmas,
Responsa, vt superent quæ dare Apollo solet.
Heroum manibus, versabitur omne per æuum,
Arte, quòd eximia, Nobile scribis opus.

Eiusdem ad eundem Carmen.

REgibus, Austriacum præfers dum iure PHILIPPVM,
Orbis terrarum, sanguine, & Imperio.
Ecce opulenta tuæ referas emporia mentis,
Priscos Historicos vincis, & Arte sophos.

Ad elegantissimum I.C. omniq; eruditione cumulatissimum D. Camillum Borrellum, cum suo libro de Regis Catholici Præstantia vltimam imposuisset manum F. Petrus Bocius Aletinus Franciscanus concionator ex minoribus strictioris obseruantiæ Carmen.

DAntur ab effectu interdum si nomina nobis,
Ipse Camillus eris, ipse Borrellus eris.
Romulus est illud, Gemma est ex Iaspide & istud,
Sic magis hinc Diues, sis magis inde potens.
Diuitias leges, virtus vt cætera honores
Portendunt, Patriæ nomen Oliua docet.
Debet id Austriacus, noster Rex ipse PHILIPPVS,
Quin reor, vt valet, & debet vtrunque redet,

CATALOGVS

Authorum omnium, quibus vſus eſt in his commentarijs ſuis de Regis Catholici præſtantia.



A



Bbas Antiquus
Abbas Panormitanus
Abbas Vrſpergenſis
Ablauius.
Abdias Babilonius
Abdalanachar Maurus
Abrahamus Ortelius
Achilles Perſonalis,
Achilles Pedroccha
Accurſius Florentinus
Adamus Delphius
Ado Viennenſis
Adrianus Cardinalis
Adrianus Barlandus
Adrianus Puluçus
Adrianus Turnebus
Ægidius Romanus
Ægidius Bellemera
Ægidius Thomatus
Ælianus
Ælius Donatus
Ælius Lampridius
Ælius Spartianus
Æmilius Probus
Æmilius Ferretus
Æneas de Falconibus
Æneas Gazæus
Æneas Syluius
Agatius
Aggennius Vrbicus
Alanus Copus
Alanus
Alardus Amſterladamus
Albericus de Maletis
Albericus de Roſato
Albericus Oliua
Albertus Argentinus
Albertus Gandinus
Albertus Bolognettus
Albertus Brunus
Albertus Galeotus
Albertus Pighius
Albertus Magnus
Albertus Pius Carpenſis
Albertus Crantius
Alexander Aphrodiſæus
Alexander Tartagnus
Alexander ab Alexandro
Alexander de Neuo
Alexander Loſçus
Alexander Sardus
Alexander Sculterus
Alexander Ales
Alexander Raudenſis
Alexander Valignanus
Alexander Guagninus
Alexander Stiaticus
Alchuinus
Alphonſus Aluarez
Alphonſus de Caſtro
Alphonſus Veruſius
Alphonſus de Carthagena
Alphonſus Gomez
Alphonſus Toſtadus
Alphonſus Hoieda
Alphonſus Montaluus.
Alphonſus Vlloa
Alphonſus Ciccarellus
Alphonſus Gomeſius
Aluarus Pelagius
Aluarus Vallaſcus
Amanellus de claris aquis
Amatus Luſitanus
Ambroſius Sanctus
Ambroſius de Vignate
Ambroſius Catharinus
Ambroſius Opizzonus
Ambroſius Paræus.
Amezebetriſus
Ammianus Marcellinus
Amodeus Iuſtinus
Amodeus de Ponte
Anaſtaſius Synaita
Anaſtaſius Platus
Anaſtaſius Germonius
Andreas Acconzaiocus de Barulo
Andreas de Iſernia
Andreas Barbatia
Andreas ab Exea
Andreas Alciatus
Andreas Tiraquellus
Andreas Lacuna
Andreas Gail
Andreas Eborenſis
Andreas Philopator
Anellus Arcamonus
Angelus de Vbaldis
Angelus de Caſtro
Angelus Gambilionus
Angelus Clauaſius
Angelus de Periglis
Angelus Politianus
Angelus Mattheatius
Annibal Troyſius
Annibal Scotus
Annonius
Anſelmus Sanctus
Antoninus Archiep. Floret.
Antoninus Teſſaurus
Antonius de Alexandro
Antonius Auguſtinus
Antonius de Butrio
Antonius Burgos
Antonius Bonfinius
Antonius de Canario
Antonius Capicius
Antonius Campanus
Antonius Corſetus
Antonius Contius
Antonius Maria Coratius
Antonius Franciſcus de Doctoribus
Antonius Gamma
Antonius Goueanus
Antonius Guibertus
Antonius Gomez
Antonius Maſſa galleſius
Antonius Nebriſſenſis
Antonius Neguſantius
Antonius Nicellus
Antonius de Prato veteri
Antonius Paganus
Antonius Rondinellus
Antonius Roſellus
Antonius Sebaſtianus
Antonius Rambaudi
Antonius Scappius
Antonius Sola
Antonius Teleſius
Antonius Gabrielius
Antonius Tremolius
Antonius Muſa Braſauola
Antonius Polus
Antonius Vacca
Aphthonius Rethor
Apollonius Thianeus
Appianus Alexandrinus
Apuleius Madaurenſis
Archidiaconus
Architrenius
Ariſtides Adrinopolitanus
Ariſtoteles Stagyrita
Ariſtophanes.
Arius Pinellus
Arnaldus Albertinus
Arnaldus de Villanoua
Arnoldus Ferronus
Arnoldus Vuilon
Arnulphus Ruzæus
Arrianus Nicomedenſis
Aſcanius Clementinus
Aſcanius Martinengus
Aſconius Pedianus
Aſtenſis
Athanaſius ſanctus
Athenęus
Auenzoar
Aueroes Cordubenſis
Auguſtinus Sanctus
Auguſtinus Berous
Auguſtinus Triumphus
Auguſtinus Bonfranciſcus
Auguſtinus Steuchus
Auguſtinus Niphus

b Au-

Catalogus Authorum omnium.

Auguſtinus Curio
Aulus Gellius
Aurelius Auguſtinus
Aurelius Caſſiodorus
Aurelius Corbulus
Antonius Burdegalenſis
Aymarus Riuallius
Aymo Albertaſtenſis
Aymo Crauetta
Aymo Publicius
Aymoinus
Azo Bononienſis.

B

Baldus de Vbaldis
Baldus de Bartholinis
Balionus de Monte Vbiano
Bagarottus
Baptiſta Platina
Baptiſta de S. Blaſio
Baptiſta Carmelita
Baptiſta Fulgoſius
Baptiſta Pius
Barnabas Briſſonius
Bartolus de Saxoferrato
Bartolus de Hutio
Bartolus Scarampus
Bartholomeus Bellenzinus
Bartholomeus Brixienſis
Bartholomeus Bertazzolus
Bartholomeus Brunatius
Bartholomeus de Capua
Bartholomeus Cepolla
Bartholomeus Camerarius
Bartholomeus Carranza
Bartholomeus Caſſęneus
Bartholomeus Fumeus
Bartholomeus Salycetus
Bartholomeus Anglicus
Bartholomeus Socinus
Bartholomeus Martialis
Bartholomeus Sybilla
Bartholomeus Facius.
Bartholomeus Vgolinus
Beatus Rhenanus
Beda.
Benedictus de Barzis
Benedictus Capra
Benedictus Canophilus
Benedictus Curtius Symphorianus
Benedictus de Plumbino
Benedictus Vadus
Benedictus Pererius
Benedictus Gulielmus
Benuentus Straccha
Bermondus Choueronius
Bernardinus Landrianus
Bernardinus Corius
Bernardinus Scodobius
Bernardinus Alfanus
Bernardinus Bombinus
Bernardinus Arualus
Bernardinus Teleſius
Bernardinus Pandus
Bernardinus Sanctus
Bernardinus Galeota
Bernardinus de Buſto
Bernardus Sanctus
Bernardus Compoſtellanus
Bernardus Lucemburgus
Bernardus Diaz
Bernardus Saccus
Berardus Gerardus
Bertrandus Argentręus.
Beroſus Caldęus
Biſgnetus
Boetius Seuerinus
Bonauentura Sanctus
Bonifacius Vitalinus
Bonus de Curtili
Borgninus Caualcanus
Brunorus à Sole
Burchardus Vuormatienſis

C

Cæſar Lambertinus
Cæſar Contardus
Cæſar Vrſillus
Cęſar Baronius Cardinalis
Caius Iulius Cęſar
Caius Sempronius
Callimachus
Camillus Plautius
Camillus Cautius
Camillus Viſtarinus
Camillus Campegius
Capella Tholoſana
Cardinalis Zabarella
Carolus Guarnaccia
Carolus degraſſalio
Carolus de Tocco
Carolus Ruinus
Carolus Sigonius
Carolus Tapia
Carolus Cluſius
Caſſiodorus
Cataldinus de Viſo
Catellianus Cotta
Cato
Cato Saccus
Catullus Poeta
Cebetes Thebanus
Celius Auguſtinius
Celſus Hugo
Chriſtophorus de Caſtellione
Chriſtophorus Porcus
Chriſtophorus Longolius
Chriſtophorus Milæus
Chriſtophorus Varienſis
Chriſtophorus Robuſterius
Chriſoſtomus Sanctus
Chriſoſtomus Iauellus
Chriſtianus Adrichomius
Ciccus Loffredus
Claudius Seyſſellus
Claudius Cantiuncula
Claudius Bertazzolus
Claudius Battandier
Claudius Minos
Claudius Ptolomeus
Claudius Fromenteus
Claudianus Poeta
Clemens Romanus
Clemens Alexandrinus
Conſtantinus Harmenopulus
Conſtantinus Capriolus
Conſtantius Landus
Conſtantius Rogerius
Collectarius
Conradus Brunus
Conradus Eſius
Conſaluus de Oiuiedo
Cornelius Benincaſius
Cornelius Ianſenius
Cornelius Muſſus
Cornelius Vitignanus
Cornelius Celſus
Cornelius Tacitus
Cornelius Kempius
Coſmas Guimier
Cuthbertus Tonſtallus
Cynus de Piſtorio
Cyprianus Sanctus
Cyrillus Alexandrinus
Cyrillus Fulgeonius

D

Damianus Goes
Damianus Roſcius
Demetrius Alabaldus
Demochares
Demoſthenes
Dethardus Horſthius
Didacus Couarruuias
Dio Niceus
Dionyſius Halicarnaſeus
Dionyſius Carthuſianus
Dionyſius Areopagita
Dionyſius Gothofredus
Diodorus Siculus
Diogenes Laertius
Dioſcorides
Diomedes Mariconda
Dominicus de Sancto Geminiano
Dominicus Soto
Dominicus Bannes
Dominicus Nanus Miroballus
Donatus Antonius Fina
Donatus Antonius Ferrus
Donatus Ælius
Dynus de Mugello.

E

Eguinarthus
Eguinarius Baro
Elbertus Leoninus
Elyſius Calentius
Emanuel à Coſta
Emanuel Suarez
Empedocles Agrigentinus
Enguerrantius Gallus Hiſt.
Enimundus Bonefidius
Ephrem
Epitectus
Epiphanius
Epiſcopus Gerundenſis
Erneſtus Coſthmannus
Euripedes Poeta
Euſebius Cæſarienſis
Euſtathius
Euthimius
Eutropius
Eymericus.

F

Fabianus de Monte S. Sabini
Fabius Pictor
Fabius Monteleo
Fabius Accorombonus,

Fa-

Catalogus Authorum omnium.

b 2 Ho-

Catalogus Authorum omnium.

Homerus Poeta
Honofrius Panuinius
Hugo Carensis Cardinalis
Hugo Donellus
Hugo Victorinus
Hyginus.

I

IAcobinus de S. Georgio.
Iacobinus Riminaldus
Iacobus de Ardizzone
Iacobus Aluarotus
Iacobus de Arena
Iacobus Aemilianus
Iacobus de Ayello
Iacobus de Beluisio
Iacobus Butrigarius
Iacobus Botnan
Iacobus Benius
Iacobus Boniour
Iacobus Bonaudi
Iacobus Card. de Vitriaco
Iacobus Concenatius
Iacobus Cuiacius
Iacobus Dauentrius
Iacobus Horrhoita
Iacobus Machellus
Iacobus Menochius
Iacobus Marchantus
Iacobus Maynoldus
Iacobus Manlius Friburgensis
Iacobus Meyerus
Iacobus Mandellus
Iacobus Naclantus
Iacobus Nouellus
Iacobus de Nigris
Iacobus Perez de Valentia
Iacobus Philippus Portius
Iacobus de Puteo Cardinalis
Iacobus Philippus Bergomas
Iacobus Rebuftus
Iacobus Reuardus
Iacobus Spjegellius
Iacobus Sprenger
Iacobus Simancas
Iacobus Sadoletus
Iacobus Sanazarius
Iacobus Vuimphelingus
Iacobus de Zocchis
Iacobutius de Franchis
Iuffredus Lanfrancus
Ianus Pelusius
Ianus Langlçus
Ianus Iuuenis
Ignatius
Iason Maynus
Ioachimus Mynsingerus
Ioachimus Hopperus
Ioachimus Vadianus
Ioannes Arcamonius
Ioannes de Amicis
Ioannes de Anania
Ioannes de Arnono
Ioannes Andreas
Ioannes Aquila
Ioannes Annius
Ioannes Aquilanus
Ioannes Auentinus
Ioannes Anglicus
Ioannes Bellonus
Ioannes Berberij
Ioannes Blanchi
Ioannes Bessianus
Ioannes Bolognettus
Ioannes Aubanus Boemus
Ioannes Brunellus
Ioannes Bodinus
Ioannes Boterus
Ioannes Botta
Ioannes Brechæus
Ioannes de Barros
Ioannes de Bassolis
Ioannes Calderinus
Ioannes Cephalus
Ioannes Crotus
Ioannes Copus
Ioannes Candidus
Ioannes Corasius
Ioannes Cassianus
Ioannes Crispus de montibus
Ioannes Chrisostomus
Ioannes Chrisippus
Ioannes Capistranus
Ioannes Clercus
Ioannes Coclæus
Ioannes Caramanius
Ioannes Cyparissotus
Ioannes de Deo
Ioannes Duns Scotus
Ioannes Damascenus
Ioannes Dilectus Durante
Ioannes Ecchius
Ioannes Faber
Ioannes Ferrault
Ioannes Ferus
Ioannes Fichardus
Ioannes Fischerus Cardinalis
Ioannes de Firmo
Ioannes Ferrarius Montanus
Ioannes Garronis
Ioannes Gerson
Ioannes Genesius Sepulueda
Ioannes de Grassis
Ioannes Gillotus
Ioannes Gomara
Ioannes Grandis
Ioannes Godous
Ioannes Gualterius
Ioannes Gonzalez de Mendozza
Ioannes Himbertus
Ioannes Holimanus
Ioannes Hugonis Leucestriensis
Ioannes Hoinotomus
Ioannes Heroldus
Ioannes Imola
Ioannes Igneus
Ioannes Lignanus
Ioannes Lecerier
Ioannes Lucius
Ioannes Lopez
Ioannes Lucidus
Ioannes Mauritius
Ioannes Milis
Ioannes Millæus
Ioannes Mansuerius
Ioannes Monachi
Ioannes Montayne
Ioannes de Monteferrato
Ioannes Montolonius
Ioannes Martialis
Ioannes Molanus
Ioannes Mesue
Ioannes Magnus
Ioannes Mariana
Ioannes Mantienco
Ioannes Neuizanus
Ioannes Naucletus
Ioannes Picus Mirandula
Ioannes Paponius
Ioannes de Platea
Ioannes Pierius Valerianus
Ioannes Philippus
Ioannes Raymundus
Ioannes Raynandi
Ioannes Robertus Aurelianensis
Ioannes Ronchegallus
Ioannes à Roberteria
Ioannes Rogeraius Trochæus
Ioannes Redin
Ioannes Roffensis Cardinalis
Ioannes Sanxon
Ioannes Staphilæus
Ioannes Sicardus
Ioannes Simoneta
Ioannes de Selua
Ioannes Stabius
Ioannes Seruilius
Ioannes Sotteallus
Ioannes Sunnier
Ioannes Teutonicus
Ioannes de Terra Rubea
Ioannes Tritthemius
Ioannes Turrecremata
Ioannes Tilius
Ioannes Viguerius
Ioannes de Vanquel
Ioannes Vasæus
Ioannes Vaudus
Ioannes Zonaras
Io. Antonius de S. Georgio
Io. Antonius Rubeus
Io. Antonius Trigona
Io. Antonius Viperanus
Io. Antonius Niger
Io. Antonius Piperonus
Io. Antonius Cannetius
Io. Antonius Lanarius
Io. Annibal de Canonicis
Io. Baptista Asinius
Io. Baptista Egnatius
Io. Baptista Bouius
Io. Baptista Caccialupus
Io. Baptista Castellionus
Io. Baptista Rosellus
Io. Baptista Ferrettus
Io. Baptista Zilettus
Io. Baptista Plotus
Io. Baptista Carrafa
Io. Baptista Campegius
Io. Baptista Antonucius
Io. Baptista Bernardus
Io. Baptista Baiardus
Io. Baptista Pigna
Io. Baptista Villalobos
Io. Baptista Lupus

Io.

Ioan.Bernardus Piaz
Ioan.Franciſcus Balbus
Ioan.Franciſc.Guicciardinus
Io.Franciſc.Ozerius
Io. Franciſcus Pauinus
Io. Franciſcus Picus Mirandula
Io.Franciſcus Ponzinibius
Io.Franciſcus Ripa
Io. Franciſcus Purpuratus
Io.Franciſcus de Ponte
Io.Franciſcus Scaglionus
Ioan.Franciſcus Fara
Ioan.Franciſc.Brancia
Ioan.Ferrarius Montanus
Io. Gaſpar Hortigas
Io.Hieronymus Albanus Cardin.
Io.Iacobus de Canibus
Io. Iacobus de Leonardis
Io.Ludouicus Viues
Io.Laurentius Anania
Io.Maria Riminaldus
Io.Maria Monticellus
Io.Michael Brutus
Io. Marcus Aquilinus
Io.Nicolaus Arelatanus
Io.Nicolaus Gimonteus
Io.Paulus Lancelottus
Io.Petrus de Ferrarijs
Io.Petrus Bimius
Io. Pyrrhus Anglebermeus
Io.Petrus Maffeus
Io.Petrus Surdus
Io.Thomas Minadous
Io. Thomas Marinus
Io. Vincentius Annius
Iodocus Damhouderius
Ioſephus Angles
Ioſephus Steuanus.
Ioſephus Ludouicus
Ioſephus Maſcardus
Ioſephus Gonzalez
Ioſephus à Coſta
Iouinianus Pontanus
Innocentius Sanctus
Innocentius Quartus
Iornandeſ.
Iſidorus
Iſocrates
Iuo Carnotenſis
Iunilius
Iulius Cæſar
Iulius Celſus
Iulius Solinus
Iulius Pollux
Iulius Ferrettus
Iulius Frontinus
Iulius Scarlatinus
Iulius Clarus
Iuſtinus Martir
Iuſtinus Hiſtoricus
Iuſtus Velſius
Iuſtus Lipſius
Iuo Carnotenſis
Iuuenalis.

L

LActantius Firmianus
Ladislaus Sundhchumius
Laīus de Tuſcia
Lambertinus de Ramponibus
Lancelottus Decius
Lancelottus Galiaula
Lancelottus Conradus
Lancelottus Gallia
Lancelottus Politus
Lancinius
Lanfrancus de Oriano
Laonicus Calcondilis
Lapus de Caſtellionchio
Lapus Sancti Miniati
Laurentius de Pinu
Laurentius de Rodulphis
Laurentius Calcaneus
Laurentius Syluanus
Laurentius Grimaldus
Laurentius Valla
Laurentius Chircouius
Laurus de Palatijs
Lazarus Baifus
Lelius Taurellus
Lelius Zanchus
Lelius Zecchus
Leo de Caſtro
Leo Affer
Leo Hebræus
Leo Hoſtienſis
Leo Baptiſta Albertus
Leonardus Aretinus
Leonardus Vairus
Leuinus Lemnius
Lilius Gregorius Giraldus
Liuius Hiſtoricus
Lucas de Penna
Lucius Paulus
Lucius Florus
Lucius Anneus Seneca
Lucius Feneſtella
Lucius Marineus
Lucanus Poeta.
Lucianus
Lucretius Poeta
Ludouicus Pontanus Romanus
Ludouicus Bologninus
Ludouicus Molina Theologus
Ludouicus Molina I.C.
Ludouicus Cęlius Rhodigin.
Ludouicus Carbonus
Ludouicus Sardus
Ludouicus Charondas
Ludouicus Gozadinus
Ludouicus Carrerius
Ludouicus Schora
Ludouicus Nugarola
Ludouicus Areoſtus
Ludouicus Carus
Ludouicus Dulcis
Ludouicus Zuntus
Ludouicus Guicciardinus
Ludouicus Gomez
Ludouicus Maiorana
Ludouicus Pelletanus
Ludouicus Montaltus
Ludouicus Alferius
Ludouicus de Peguicta.

M

MAcrobius
Mambrinus Roſcus
Manetho Ægyptius
Manlius Poeta
Maffeus Veggius Poeta
Marcus Varro
Marcus Tullius Cicero
Marcus de Peruſio
Marcus Marullus
Marcus Cato
Marcus Maurus Vetranius
Marcus Mantua
Marcus Guatius
Marcus Antonius Baueria
Marcus Antonius Blancus
Marcus Antonius Natta
Marcus Antonius Cucchus
Marcus Antonius Sabellicus
Marcus Antonius Bardus
Marcus Antonius Peregrinus
Marcus Antonius Marſilius
Marianus Socinus Senior
Marianus Socinus Iunior
Marinus de Caramanico
Marinus Freccia
Marius Saxus
Marius Salomonius
Marius Anguſſola
Marſilius Ficinus
Marſilius Cagnatus
Martinus de Fano
Martinus Meſnartius
Martinus Silimani
Martinus Laudenſis
Martinus Azpilcueta
Martinus Monter
Martinus Egnatius
Martinus Croinerus
Martialis Poeta
Martianus Capella
Maſuerius
Mattheus Afflictus
Mattheus Brunus
Mattheus Matheſilanus
Mathias de Midoan
Maximilianus Tranſiluanus
Melchior Cano
Menander
Methaſtenes Perſa
Michael Cifuentes
Michael Timotheus
Michael Graſſus
Michael Calidonius
Michael Ritius
Michael Bucchingerus
Michael ab Aguirre
Michael Eyſingerus
Michael Zapullus
Mochus
Moderatus Columella
Montius Gallus
Morienus
Moſes Barcepha

N

NAtalis Comes
Napodanus Sebaſtiani
Nellus de Sancto Geminiano
Nepos de Monte Albano
Nicaſius à Voerda
Niceta Thelogus

Nicetas Choniata.
Nicephorus Calistus.
Nicolaus de Tudeschis Abbas
Nicolaus Bellonus
Nicolaus Boerius
Nicolaus Milis
Nicolaus Euerardus
Nicolaus Plonius
Nicolaus Pignolatus
Nicolaus Spinellus de Neapoli
Nicolaus de Vbaldis
Nicolaus Vigelius
Nicolaus Antonius Grauatius
Nicolaus Perottus
Nicolaus Pernus
Nicolaus Gilius
Nicolaus Biesius
Nicolaus Lyra
Nicolaus Vestus
Nicolaus Maiorana
Nicolaus Mariconda
Nicolaus Festasius
Nicolaus Florentinus
Nicolaus Monardes
Nicolaus Grucchius
Nicolaus Fara
Nicolaus Polionus
Nicolaus Leonicus
Nicolaus Matharellus
Nicolaus Moronus
Nicolaus Sandetus

O

OCtauianus Vestrius
Octauianus Cacheranus
Octauius Simoncellus
Odoffredus Beneuentanus
Odoardus de Saudè
Oldradus de Ponte
Olaus Magnus
Onofrius Panuinius
Origenes Adamantius
Orpheus Poeta
Otho Phrisingensis
Ouidius

P

PAces scala
Palladius Soranus
Pamphilus Mollus
Pamphilus Saxus
Panormitanus Abbas
Pantaleo Cremensis
Pandolphus Collenucius
Pardolphus Pratæius
Paris de Puteo
Paulus de Castro
Paulus de Cittadinis
Paulus Grillandus
Paulus Leonius
Paulus de Monte pico
Paulus de Roma
Paulus Merenda
Paulus Æmilius
Paulus Ægineta
Paulus Diaconus
Paulus Grysaldus
Paulus Orosius
Paulus Morigius
Paulus Fuscus Episcop. Rauellens.
Paulus Regius Episc. Aquensis
Paulus Palatius
Paulus Iouius
Paulus Manutius
Pausanias
Pelbartus à Themsuar
Peregrinus Ianuinus
Petronius Arbiter
Petrinus Bellus
Petrus Ancharanus
Petrus Antiboli
Petrus Ærodius
Petrus Andreas Gammarus
Petrus Andreas Mattheolus
Petrus Antonius Anguissola
Petrus Antonius Petra
Petrus de Aragonia
Petrus de Bellapertica
petrus Belluga
petrus Benintendius
petrus de Bexutio
petrus de Boatorijs
petrus Bembus
petrus Boccarinus
petrus Blesensis
petrus Calefatus
petrus Costalius
petrus Cenedo
petrus Corneyo
petrus Crinitus
petrus Cratepolius
petrus de Cieca
petrus Damiani
petrus Philippus Corneus
petrus Diaconus
petrus Duennas
petrus Faber
petrus Follerius
petrus Gregorius Tholosanus
petrus de Gregorio Siculus
petrus Gerardus
Petrus Iacobus de Aureliaco
Petrus Ioannes Ancharanus
Petrus Lesuandier
Petrus Loriotus
Petrus Lombardus
Petrus Lindebergius
Petrus Magdalenus
Petrus Moncada
Petrus de Monte
Petrus Nicolaus Mozzius
Petrus à Nauarra
Petrus Martir
Petrus Montio
Petrus Mexia
Petrus de Palude
Petrus de Plaza
Petrus Pechius
Petrus Piccolus
Petrus Paulus Parisius
Petrus Rauenna
Petrus Rebuffus
Petrus Royzius
Petrus Santerna
Petrus Stella
Petrus Suberti
Petrus de Vinea
Petrus Vbaldus
Petrus Vnzola
Phalaris
Phanucius de Phanucijs
Philemon
Philo Iudæus
Philippus Cominius
Philippus à Casolis
Philippus Beroaldus
Philippus Broydeus
Philippus Decius
Philippus Francus
Philippus Gallæus
Philostratus
Plato
Placentinus
Planudes
Plautus
Plinius Senior
Plilius Cæcilius
Plotinus
Plotius Gryphius
Plutarchus
Polybius
Polydorus Vergilius
Pomponius Mella
Pomponius lætus
Pompilius Rubeus
Porphirius
Pouellus
Priscianus.
Prosopius
Propertius Poeta
Prosper Aquitanicus
Prosper Carauita
Prosper Casechus
Prudentius
Ptolomeus
Pyleus
Pithagoras.

Q

QVintus Curtius
Quintilianus Rhenor.
Quintilianus Mandesius
Quintilius Episc. Liliori.

R

RAbbeanus Maurus
Rabbi Moyses
Radenicus &c.
Raph. Fulgosius
Raph. Comensis
Raphel Volater.
Raymundus Barchinonensis
Raymundus Lullius
Raynaldus Corsus
Raynaldus Rodulphus
Raynerius de Forliuio
Razis
Remigius de Gonny
Reginaldus Polus
Remundus Ruffus
Renatus Choppinus
Restaurus Castaldus
Rhegino
Riccardus de Salyceto
Riccardus de Media villa
Riccardus Ferfthonus
Ridleuus
Robertus Bellarmin. Card.

Ro-

Robertus Gogghinus
Robertus Monacus
Robertus Maranta
Robertus Vallensis
Rocchus de Curte
Rodericus Xuarez
Rodericus Sanctius Zamorensis
Roderic. Ximenes Archiep. Tolet.
Roffredus de Epiphanio Beuent.
Rolandinus Passagerius
Rolandus à Valle
Rolandus Cauagnolius
Rolandinus Rodulphinus
Ruardus Tapperus
Rupertus Monacus.

S

SAllustius Historicus
Sallustius de Perusio
Sanctes Arduinus
Sanctes Pagninus
Sebastianus Biant
Sebastianus Sapia
Sebastianus Vantius
Sebastianus Eritius
Sebastianus Mediccs
Sebastianus Foxius
Sebastianus Napodanus
Sebast. Minturnus Episc. Vxent.
Seneca Philosophus
Seneca Tragediographus
Serapio
Seruius Maurus
Seuerianus
Sextus Aurelius Victor
Sforna Oddus
Sigebertus
Sigismundus Loffredus
Sigismundus liber Baro
Signorolus Homodeus
Siluester Aldobrandinus
Siluester Prierius
Silius Italicus Poeta
Simplicius
Simon Metaphrastes
Simon de Praeis.
Simon Maiolus
Solon
Sophocles
Sozomenus
Stephanus Bertrandi
Stephanus Aufresius
Stephanus Forcatulus
Stephanus Theupolus
Stephanus Guatius
Stanislaus Osius Cardin.
Stanislaus Rescius
Statius Poeta
Suetonius Tranquillus
Simmachus.

T

TAbiena
Tancredus de Corneto
Terentius
Tertullianus
Tibullus Poeta
Tiberius Decianus
Titus Liuius
Theodorus Nihemensis
Theodorus Balsamonius
Theobaldus Fagotius
Theophilus
Theophilactus
Theodoretus
Thobias Nonius
Thomas de Aquino
Thomas Riplouatatius
Thomas Campeggius
Thomas Ferratius
Thomas Elysius
Thomas Doccius
Thomas de Vio Cardinalis
Thomas Parpallia
Thomas Grammaticus
Thomas Bocius
Thomas Facellus
Thomas de Argentina
Thomas Abdus
Thomas Morus
Torquatus Tassus
Troilus Maluetius
Tucydides
Tyndarus

V

VAconius à Vacuna
Valerius Flaccus
Valerius Maximus
Valesius Tridentinus
Valentinus Forster
Vannocius Berengucius
Vbbo Emmius
Vbbertinus Zuccardus
Vbertus de Bobio
Vbertus de Bonaccurso
Vbertus Folietta
Vdalrichus Zasius
Veggetius
Velleius Paterculus
Victruuius
Victorinus Mansus
Viglius Zuicchemus
Vincentius Lerinensis
Vincentius Beluacensis
Vincentius Herculanus
Vincentius Paleottus
Vincentius Cartarius
Vincentius de Franchis
Vincentius Carrotius
Vincentius Maxilla
Vindelinus Schellinch
Virgilius Maro
Virginius Boccatius
Vitalis Cambanis
Vitus Amerbachius
Volcatius Gallicanus
Volusius Metianus
Vuolphgangus Drechselerus
Vuolphgangus Lazius
Vuitichindes Saxo

X

XEnophon
Xiphilinus.

Z

ZAnchinus Vgolinus
Zenzelinus de Cassano.

FINIS.



OM-

OMNIVM CAPITVM
In his Commentarijs contentorum Argumenta, ex quibus, quæ materia in quolibet capite tractatur, perspici potest.

PRÆFATIO.

Caussa quæ fuit compositionis horum Commentariorum. Mundi Rectorum prerogatiuæ, ordines, & loci ad similitudinem Regni cœlestis sunt. Quis sit Dei ac spirituum locus, & quis inter eos ordo. Militans Ecclesia ad Triumphantis similitudinem constituta. Neapolitani Regni administrationis series. Philippi III. nunc regnantis laudes. Caussæ item aliæ quibus motus author Commentaria hæc perfecit, & euulgauit.

CAPVT PRIMVM.



Ominis boni impositio, optima ratione procuranda. Quo die apud diuersas nationes hominibus nomina imponerentur? Circumcisio, quo die fieret? comparatio aliorum ad Philippum Regem Catholicum.

CAP. II.

Verborum (DEI GRATIA) significata: quare ijs vtatur Philippus Rex Catholicus? amplissimè enucleatur.

CAP. III.

Quòd dignitas Regalis sit monarchica. amplissima fit discussio illius, & Democratiæ, Aristocratiæ, ac aliarum, per multa Historiarum exempla.

CAP. IV.

Austriacæ Familiæ Nobilitas, & Antiquitas, ex qua Rex Catholicus originem habet: Deducitur duplex Geneologia, cum appositione Arborum, Paterni, & Materni generis, & quòd illa omnes ferè mundi Monarchias excedit.

CAP. V.

Rex Catholicus omnia iura Regalia supremo Principi spectantia retinet, & quæ nam illa sint? & pluribus sequentibus capitibus commentarijs ornatur. cap. 1. Quæ sint Regal. in Feudis.

CAP. VI.

Armandiæ in textu enumeratæ, quæ sint? & noua declaratio à Doctoribus alijs minimè cognita, inducitur.

CAP. VII.

Viarum omnium declaratio, & omnia, quæ ad hanc materiam necessaria sunt, enucleantur.

CAP. VIII.

Flumina, & Aquarum decursus, cuius sint, illorum vsus, & quando interdictus? & cuncta, quæ ad materiam faciunt, ad longum discutiuntur.

CAP. IX.

Portuum, ac portorij plena enucleatio, & quæ materiam istam concernunt.

CAP. X.

Ripatica quæ sint? & ius Riparum quod sit? & materia ista longè digeritur.

CAP. XI.

Vectigalia quomodo, à quibus, qua ex caussa, ac quibus ex rebus exigantur? Vectigalium seges enucleatur.

CAP. XII.

Monetarum materia longo discursu exagitatur, ità, vt vix desiderari in illius tractatione, aliud possit.

CAP. XIII.

Mulctarum, ac pœnarum compendia, quæ sint? Inter mulctas, ac pœnas differentiæ traditæ sunt.

CAP. XIV.

Bonorum vacantium successio, cui debeatur: cui, ac quando denegetur?

CAP. XV.

Bona, quando ab indignis auferantur, qua ex caussa, & quando denegetur?

CAP. XVI.

Contrahentium incestas Nuptias bona, quando Fisco quærantur, quando de Regalibus illa sint? Omnis Incestarum, & non incestarum nuptiarum materia plena describitur.

CAP. XVII.

Cum Rex Catholicus habeat condemnatorum, & proscriptorum bona; Quæ sit condemnatio? Quæ proscriptio? quomodo erant illarum antiquæ formulæ? ac multa alia, ex quibus materia completa descripta est.

CAP. XVIII.

Angariæ, & Perangariæ ad Regem pertinent, cum sint de Regalibus, quarum materia in Foro versatilis est, vti concernens seruitia personalia inter subditos, ac Dominos, quorum occasione emergit litium omnium seminarium.

CAP. XIX.

Plaustrorum, Nauiumq; seruitia de Regalibus sunt. Quibus casibus deseruiunt? an in rebus Bellicis? Quo tempore illorum vsus inuentus est? Quando, & quibus in bellis classes memorabiles factæ sint? Quando, quibusve in casibus cum animalibus per subditos Dominis, & Baronibus seruitia debeantur?

CAP. XX.

Quæ sit extraordinaria collatio? Quæ collecta? quod Indictum? Quæ sint subuentiones, & adiutoria? quod

censentur, qui ex euentibus, alijsque actibus, nomina sortiti sunt. Quid Catholici nomine contineatur?

CAP. XLII.

Quomodo per actus exhibitos, Catholici Reges, hoc nomen promeruerint. Quos pro CHRISTI Ecclesia, fideq; actus fecerint. Qui Reges hoc adimpleuerint, amplè traditum est.

CAP. XLIII.

Nouarum Insularum adinuentio. Quibus ex gentibus illæ habitatæ fuerint. Magnam esse Catholico Regi gloriam, quòd nouæ Insulæ illi deputatæ fuerint.

CAP. XLIV.

Quando Regi Catholico, Christianæ fidei defensoris, Titulus datus sit. Quoue iure ei competat.

CAP. XLV.

Maximarum Diuitiarum copia, ac prærogatiua lætatur Philippus Rex Catholicus, ob quod nulli Principi humano inuidere concluditur.

CAP. XLVI.

Coronarum species à Romanis obseruari solitæ, declarantur. Regnorum, Dominatuum, ac Titulorum omnium Regis Catholici series describitur. Quo iure illa quæsierint? Quoue tempore? non iniuria, vel Tyrannide, sed ratione, ac lege præuia acquisitionem factam fuisse, abunde concluditur.

CAP. XLVII.

Catholicum Regem, vti Hispaniarum, Neapolis, siue Siciliæ Regem, Imperatori, alterive humano Principi non esse subditum. An Rex Galliæ subiaceat Imperio? Num pro Regno Neapolitano, siue Siculo, Rex Catholicus Summum Romanum Pontificem recognoscat? Regnum Siculum à Neapolitano, an diuersum sit? Quis sit census annuus, qui pro Regno Neapolitano datur? Quando Summus Pontifex, Imperia, Regna, & Dominia de gente in gentem transferat? Auenionensis Ciuitas, quomodo apud Ecclesiam Romanam reperiatur? Quomodo Ciuitas Beneuentana? Pro Archiducatu Austriæ, Ducatu Burgundiæ, Comitatu Flandriæ, an recognoscatur Rex Galliæ.

CAP. XLVIII.

Monarcha est in suis Regnis Rex Catholicus. Obiectum, quòd subsit Romano Pontifici, resoluitur.

CAP. XLIX.

Rex Catholicus, non solum vti Rex Hierusalem, & Siciliæ, sed tamquam Rex Hispaniarum oleo sancto inungitur. Quando Regum vnctio inuenta sit? Quo oleo fiat? Quis personæ locus inungitur? à quo fiat vnctio? Quid illa significet? Quot sint sanctorum oleorum species, declaratur. Quibus modis, & quibus concurrentibus fiat.? Quid sit Balsamum, & in quo loco nascatur? Qui sunt alij Reges, qui vnguntur? multa tradita sunt, de vnctione Pontificum, & Prælatorum, Imperatorum insuper, atque Regum, & aliorum Principum.

CAP. L.

Catholicus Rex in suis Regnis, ac Dominijs, habet nominationes Prælatorum in vim Iurispatronatus. A quo tempore hoc ius habeat? ex qua causa? Discutitur opinio quorundam Gallorum scriptorum, qui contrarium asseuerarunt. Qui alij Reges, ac Principes hoc ius habeant? A quibus debet abstinere, qui ijs prærogatiuis gaudent?

CAP. LI.

In Hispaniæ Regnis Alienigenæ, atque exteri ad Prælaturas, & Sacerdotia, ac beneficia Ecclesiastica non admittuntur, sed eorundem Regnorum naturales. Et qua ratione id fiat?

CAP. LII.

Quomodo Papa Iuripatronatus laicorum, & præsertim Regis Catholici in Hispania derogare valeat?

CAP. LIII.

In Insula Regni Siciliæ Rex Catholicus est Summi Pontificis, atque Apostolicæ Sedis Legatus de latere, & cognoscit de appellationibus Ecclesiasticorum ordinariorum per suum Tribunal Regium, Monarchiæ appellatum. Quo tempore, quoue Pontifice fuit facta eiusdem Priuilegij concessio? Quæ sit legati de latere potestas.

CAP. LIV.

Episcopi manus Regum Hispaniæ, antiquissima obseruatione, osculantur. Aluari Pelagij opinio super hoc puncto discutitur.

CAP. LV.

Rex Catholicus, Diuina virtute, Demonibus obsessos sanat; Galliæ, & Angliæ Reges Strumas. Ex sacris literis ad hanc rem traduntur plura.

CAP. LVI.

Regna, & Dominia Catholici Regis, hereditaria sunt, ad quorum successionem admittuntur inter Masculos primogeniti, inter fœminas masculus.

CAP. LVII.

In Regnis Catholici Regis, etiam fœminæ succedunt. Agitur incidenter plenè de lege salica apud Gallos, & multa noua ad illam aperiuntur.

CAP. LVIII.

Catholici Hispaniarum Reges in Imperatores eligi possunt.

CAP. LIX.

Hispani Reges ex Papæ permissu Decimarum concessionem habent. A quo Pontifice facta extitit? Quo tempore? Quid de Decimis beneficialibus, quæ passim imponuntur?

CAP. LX.

Peculiare, ac proprium est Neapolitanorum, seu Siculorum Regum, appellari, Sacram Maiestatem; assignantur rationes. Maiestas quid sit? Quare dicatur, Sacrum Regium Consilium Neapolitanum?

CAP. LXI.

Austriaca Catholici Regis familia, plures habuit, Comites, Duces, Reges, & Imperatores, quàm alia quæpiam.

CAP. LXII.

Licet Rex Catholicus habeat, Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, suos Feudatarios cum plenissima iurisdictione, mero, mixtoq; imperio, & gladij potestate, cognoscit tamen in pluribus casibus,

FINIS.

Dominus sit Benedictus.

ILLVSTRISSIMORVM, AC ADMODVM ILLVSTRIVM

DD. Reglorum Magistratuum perpetuorum, Qui Vrbem, Regnumq; Neapolis, Iustitiæ moderatione Illustrant, Nomina.

In Sanctiori, siue Collaterali Consilio assistunt.

Fuluius de Constantio I.C. Marchio Corleti Regens.
Ioannes Montoya de Cardona Proregens.
Don Petrus de Castellet I.C. Regens.
Marcus Antonius de Ponte I.C. Regens pro Regno Neapolis in Hispania.

Laurentius Polus I.C. Regens pro Regno Neapolis in Hispania.

Andreas de Salazar Regni Neapolis Regius Secretarius.

Regij Consiliarij in sacro Consilio Sanctæ Claræ in Palatio Capuanæ.

Don Ioannes Sances de Luna I.C. Propræsidens, & Proprothonotarius.

Scipio de Curte I. C.
Fœlix de Ianuario I. C.
Cæsar Freccia I. C.
Ioannes Reiz de Valdeuieso I.C.
Don Aloysius Xiaraua I. C.
Marcus Antonius Morra I. C.
Aloysius Valcarcel. I. C.
Pomponius Saluus I. C.
Ioannes Andreas de Georgio I. C.
Didacus de Salinas I. C.
Cæsar Alderisius I. C.
Fabius Riccardus I. C.
Carolus Tapia I. C.
Iacobus de Franchis I. C.
Ioannes Baptista de Leonardis I. C.
Didacus Lopez I. C.
Didacus Parexa I. C.
Pirrhus Paganus I. C.
Rodericus de Aybar I. C.
Ambrosius Santyago Villalobos I. C.
Gaspar Palatius I. C.
Alphonsus de Vargas I. C.

Laurentius de Franchis I. C. & in Magna Curia Vicariæ Fisci Regij Aduocatus.

In Regia Camera Summariæ Præsidentes Regij Togati, & non Togati.

Ioannes Alphonsus Suarez I. C. Magni Camerarij Locumtenens.

Ioannes Montoya de Cardona I. C.
Don Bernardinus Montaluus I. C.
Ioannes Aloysius Mormilis I. C.
Claudius Blanditius.
Iulius Cæsar Minadous I. C.
Don Didacus de Vera I. C.
Iacobus Salutius I. C.
Dominus Quintana.

Ioannes Hieronymus Natalis I. C. Patrimonij Regij Aduocatus.

AD EVNDEM ORDINEM
AMPLISSIMVM MAGISTRATVVM
CAMILLI BORRELLI I.C.
Equitis Aurati, & Palatini Comitis.

PRÆFATIONIS ARGVMENTVM.


Caussa quæ fuit compositionis horum Commentariorum. Mundi Rectorum prerogatiuæ, ordines, & loci ad similitudinem Regni cœlestis sunt. Quis sit Dei ac spirituum locus, & quis inter eos ordo. Militans Ecclesia ad Triumphantis similitudinem constituta. Neapolitani Regni administrationis series. Philippi III. nunc regnantis laudes. Caussæ item aliæ quibus motus author Commentaria hæc perfecit, & euulgauit.

COMPENDIVM.

1 *Caussa, quæ fuit compositionis horum commentariorum.*
2 *Ingenia parca fuere in enarrandis Catholici Regis encomijs.*
3 *Author hos commentarios scripsit, non tamen inani gloria tactus.*
4 *Vnita virtus fortior.*
5 *Reipublicæ interest, tractare de Principum actibus.*
6 *Regis finis est, vt Regnum prosperetur.*
7 *Rex Pastor appellatur.*
8 *Regnum ad quid institutum?*
9 *Principatus omnis, & potestas à DEO est.*
10 *DEVS creauit omnia cum pondere, numero, & mensura.*
11 *DEVS Aeternus, nullum habet Principium, rerum omnium initium.*
12 *Intellectus cap. 23. Hieremiæ.*
13 *Intellectus Psalm. 138. Dauid.*
14 *Intellectus cap. 9. Amos.*
15 *Augustini dictum, an DEVS dicatur esse in loco, & quomodo?*
16 *Hieronymi dictum, quomodo DEVS vbiq; esse dicatur? nu. 18. 24. 25. 26.*
17 *Hilarij dictum super eodem.*
19 *Ambrosij super eodem.*
20 *Gregorij super eodem.*
21 *Bernardi dictum super eadem quæstione.*
22 *Senecæ dictum in idem.*
23 *Intellectus cap. 4. Deuteronomij, ac pluriũ locorum sacræ scripturæ quomodo DEVS dicatur esse vbique.*
27 *Solium DEI quid?*
28 *Sedes Dei qualis?*
29 *Ordo qualis in personis Diuinis?*
30 *Sanctissima Virgo exaltata est super Angelorum Choros.*
31 *Sanctissima Virgo in Cælo decimum Chorum facit.*
32 *In CHRISTO creata sunt omnia.*
33 *Angelorum, et cælestium Spirituum creatio quando facta fuerit, & an creata ante creaturam visibilem? num. 34. 35. 36. 37. Authoris opinio. nu. 38. 39. 40. 41.*
37 *Primi hominis creatio, quare facta?*
41 *Intellectus c. Firmiter. de summa Trinit. & Fid. Cathol.*
42 *Angeli quo ordine dispositi sint.*
43 *Roberti Bellarmini S. R. E. Cardinalis laudes.*



AD EVNDEM ORDINEM
AMPLISSIMVM MAGISTRATVVM
CAMILLI BORRELLI I.C.
Equitis Aurati, & Palatini Comitis.



PRAEFATIO.



OMMENTATIONIS nostræ ordo exigit, ratioque expostulat, vt de Catholici Regis Præstantia, Iuribusque scripturi, rationes antea, & caussas aliquas in medium dedu-
1 ceremus, ex quibus ad harum lucubrationum, atque † laborum nostrorum subeundum onus, compulsi fuerimus. Illud autem primum conspeximus, parcam fuisse Italiam, itidemque Hispaniam, omnium etiam Regnorum eidem Regi subditorum,
2 ac illorum grauium virorum ingenia, in sui Regis † enarrandis laudibus, decoris, & prærogatiuæ, atque potentiæ robore describendo, & in sui amplissimi Imperij Maiestate enucleanda, in eius Immunitatum, Priuilegiorum, Nobilitatis, Diuitiarum, ac opum, & bonorum omnium cumulo delineando: ab ijs etenim enuntiandis, subditi omnes, ne vel immodestiæ, inanis gloriæ, assentationis, affectationis, aut superbiæ fastu arguerentur, quasi Naues à scopulis abstinuere. Ego primus rudi, quodammodo agrestique calamo scribere agressus, modestiæ huius terminos, ac fines egressus sum.
3 Nulla tamen gloriæ vanitate, aut assentatione † tactus, sola scribendæ huius rei delectatione commotus, eiusdem Regis iura, è scriptorum diuersis penetralibus, quasi in commune quoddam ærarium deducerem. Lapilli enim, Gemmæ, Vniones, Aurum, & Argentum, in terræ visceribus recondita, paruos splendoris igniculos proferunt; in vnum tamen redacta, & coaceruata, maculis, vitijsque purgata, nobiliora exeunt, & micantiora refulgent.
4 Vnita † enim virtus, virtute in partes diuisa, fortior. Illa verò, non solum ex Pontificum, Cæsarumque iuribus, sed Iure Diuino, Sacra Theologia, Philosophia, Dialectica, Historia, omnium scientiarum scriptoribus, illorumque arcanis, ex vmbra in lucem produxi. Eos imitatus, qui è diuersis fontium diuerticulis, in vnum riuulos ducentes, flumen perenne conficiunt. Nec id mihi vitio, aut maculæ tribuendum erit, quòd ea ex caussa, eiusdem Catholici Regis iura in vnum conscripserim, vt eidem Regi gratus fierem: quod & si negauerim nunquam, non tamen illud sic annuo, vt qui hanc de me

ipſo opinionem conciperent, non diluam, ex ijs, quæ in capite vltimo
horum commentariorum, declaraui. Maximoperè conducit etiam Reipu-
blicæ, Summorum Principum Encomia ſciri, ac celebrari. Nam Iſocrates
in Oration. 2. ad Nicoclem Cypri Regem ſcribens, inquit; Tractare de Prin
5 cipum actibus † eſt Reipublicæ vtilius. Qui enim plebæios tantum erudiunt,
illis tantum proſunt; qui verò ad Virtutes Dominantes adhortantur, vtriſq;
emolumento ſunt. Hoc enim optimo, & pulchro Lenocinio, Principes alij
pulchra virtutum æmulatione, pro aucupandis actionum laudibus, ad ſimi-
lia, & maiora anhelabunt. Illi verò debitus honor, ac decor exhibebitur.
Nam, vt D. Thomas de Regimin. Principum. lib. 3. cap. 11. ait: Finis Regis
6 eſt, vt proſperetur regimen, † & per Regem homines conſeruentur. Qua-
7 mobrem Plato de Regno. lib. 16. pluries Regem, Paſtorem † appellauit.
Sic Homerus, Agamemnonem, Populorum paſtorem nominauit. Hinc
Laurentius Grimalius de optimo Senatore. lib. 2. inquit; Regnum propter
8 bonorum virorum præſidium, contra ſceleratos, & impios, ac † improbos
homines inſtitutum, huicque ſumma poteſtas conceſſa eſt, vt vindex iniu-
riarum, cuſtos libertatis, ac iudex cuiuſque virtutis, ac vitiorum eſſet. Om-
9 nis autem Principatus, & poteſtas, cum à DEO † ſit, & quæ à DEO ſunt
ordinata ſunt, vt inquit Paulus Apoſtol. ad Rom. cap. 13. Regna verò, ſta-
tus, Principatus ordinatè procedunt; Reges, Principes, Mundique recto-
res, ſuas habent prærogatiuas, ſuos ordines, rectè diſpoſitos. Suus cuique
locus, ſuus cuique honor, ſtatutus eſt ad Regni cœleſtis ſimilitudinem.

Sic DEVS (Illuſtriſſimi, atque ampliſſimi viri) Optimus Maximus,
10 ſuo cum pondere, numero, ordine, & menſura, cum cuncta † creauerit,
& creata gubernet; Vti Æternus, nullum habens principium, rerum om-
11 nium initium, à cæteris † menſuris eſt liber; à loco eſt omni ex parte ſo-
lutus. Si enim illum conſideremus vbi ſit, vt corpora, vel corporum for-
mæ in loco, proculdubio, vti incorporeus, Deus nullibi eſt. Si conſidere-
mus eſſe alicubi, quia ſit vbique, ita vt omnia contineat, & à nullo conti-
neatur; Sic Deus vbique eſſe dicetur; & tamen nuſquam, quia nec abeſt vlli
loco, nec vllo capitur loco. Ita ſcripturæ ſacræ teſtimonia intelligenda
12 ſunt. Hieremiæ cap. 23. † Nunquid non cœlum, & terram ego impleo.
13 & Dauid † Pſalmo 138. Quò ibo à ſpiritu tuo? & quò à facie tua fugiam?
Si aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum ades. & Amos
14 † cap. 9. Si deſcenderint vſque ad infernum, inde manus mea educet eos: &
aſcenderint vſque in cœlum, inde detraham eos. Vnde Salomon Sapientiæ
cap. 8. Attingit ergo à fine vſq; ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.
15 Quàm optimè Auguſtinus de preſentia † Dei ad Dardanum. c. 57. Si aſcende-
ro (inquit) in cœlum tu illic es, ſi deſcendero ad infernum ades. Quia ſubſtan-
tialiter Deus vbiq; diffuſus, ſic eſt Deus per cuncta diffuſus, vt non ſit qualitas

mundi

mundi, sed substantia creatrix mundi, sine labore regens, & sine onere con
tinens mundum: non tamen per spatia locorum, quasi mole diffusa, ità vt
in dimidio mundi, corpore sit dimidius, & in alio dimidio dimidius, at-
que ità per totum totus; sed in solo cœlo totus, & in sola terra totus. Et
in Cęlo, & in terra totus solus, & nullo contentus loco, sed in seipso,
vbique totus. Ita Pater, ita Filius, ita Spiritus sanctus, ita Trinitas vnus Deus.
Hæc ibidem Augustinus. Et idem latius confirmat ibidem cap. 7. & 8. Et
16 de eodem Hieronymus in Epist. ad Ephesios. cap. 2. inquit: † Deus vbique
est, & totus vbique est, à quo quis potest separari, cum in eo sint omnia? Et
ipse per Ieremiam cap. 23. loquatur: Ego Deus appropinquans, & non de
17 longè. Hæc Hieronymus. Hinc Hilarius in Psalm. † 118. Nihil à Deo va-
18 cat, nihil indiget, vbique est. Idem Augustin. Super illud † Pater noster, qui
es in Cœlis. Deus (inquit) in se ipso est sicut Alpha, & Omega; In Mundo
sicut rector, & author; in Angelis, sicut sapor, & decor; In Ecclesia, sicut
pater familias in domo; In anima sicut sponsus in Thalamo; In iustis sicut
adiutor, & protector; In reprobis, sicut pauor, & horror. Idem Augusti-
nus super Ioan. sermon. 19. Deus tibi totum est; Si esuris, panis tibi est; Si si-
tis, aqua tibi est; Si in tenebris es, lumen tibi est; Si nudus es, immortalitate
tibi vestis est. Et in Psalm. 136. Deus totus oculus est, quia omnia videt; to-
tus manus est, quia omnia operatur; totus pes est, quia vbique est. Confir-
19 mat hoc Ambrosius † in Lucam. lib. 1. Non in loco (inquit) Deus videtur,
sed mundo corde; nec corporalibus oculis Deus quæritur, nec circumscribi-
tur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu, & cum ab-
sens est, videtur; & cum præsens est, non videtur. Vnde Gregorius libro 16.
20 Moralium. cap. 47. † Creator quippe hominum, in parte non est, quia vbiq;
est; & tunc minus inuenitur, quando is, qui vbique totus est, in parte quæri-
tur. Et Bernard. de considerat. † libr. 5. Hoc tibi de Deo compertum sit,
quòd nusquam sit, qui non clauditur loco; nusquam non sit, qui non exclu-
ditur loco. Hoc & Ethnicus Seneca ad Lucillum Epist. 41. libro 5. fatetur:
21 † Propè est (inquit) à te Deus, tecum est, intus est, ità dico Lucili, sacer intra
nos spiritus sedet, malorum, bonorumque nostrorum obseruator, & custos.
Hic, prout à nobis tractatus est, ità nos ipse tractat. Bonus vir sine Deo, nemo
est. An potest aliquis supra fortunam, nisi ab illo adiutus exurgere? Ille dat
consilia magnifica, & recta. In vnoquoque virorum bonorum, quis Deus in-
certum est. Habitat tamen Deus. Hæc profundissimè Seneca. Modis itaque
iam dictis, Deus habitare dicitur in Cœlis, ibiq; sedem habere, ac dexteram,
& sinistram; Cęlumq; Empyreum sedem eius esse, supraq; Cœlos in Maiestatis
23 suæ Throno stare dicitur. Vnde † Deuteron. c. 4. Scito ergo hodie, & cogitato
in corde tuo, quòd Dominus ipse est DEVS in Cęlo sursum, & in Terra
deorsum, & non sit alius. Et iterum cap. 10. En Domini Dei tui Cęlum est,

& Cœlum Cœli, Terra, & omnia, quæ in ea sunt. Et cap. 26. dicitur: De excelso cœlorum habitaculo. Et Iosuæ. capit. 2. Dominus enim Deus vester, ipse est Deus in Cœlo sursum, & in terra deorsum. Sic præcabatur Salomon. lib. 3. Regum. cap. 8. Domine Deus Israel, non est similis tui, Deus in Cęlo desuper, & super terram deorsum. Et Iosaphat lib. 2. Paralipom. capit. 20. Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in Cœlo, & Dominaris cunctis Regnis gentium. Et cap. 30. Et exaudita est vox eorum, peruenitq; oratio in habitaculum sanctum Cœli. Et Dauid Psalm. 2. Qui habitat in Cœlis. Et Psalm. 10. Dominus in Cœlo sedes eius. Et Psalm. 102. Dominus in Cœlo parauit sedem suam. Et Psalm. 113. Deus autem noster in Cœlo. Et Psalm. 122. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in Cœlis. Et Salomon Prouerb. cap. 30. Deus enim in Cœlo. Et Esaias. cap. 66. Cœlum sedes mea, Terra autem scabellum pedum meorum. Et lib. 2. Machab. capit. 3. Nam ipse, qui habitat in Cœlis habitationem. Et Matthæi. cap. 5. Ego autem dico vobis: Non iurare omnino: neque per Cœlum, quia Thronus Dei est neque per terram, quia scabellum est pedum eius. Et ibidem. Filij patris vestri, qui in Cœlis est. Et CHRISTVS IESVS in oratione, quam ipse docuit Matth. capit. 6. Pater noster, qui es in Cœlis. Et iterum capit. 7. Pater vester, qui in Cœlis est. Et cap. 10. Pater meus, qui in Cęlis est. capit. 12. Patris mei, qui in Cęlis est. cap. 23. Vnus est enim pater vester, qui in Cęlis est. Et Paulus Apostolus ad Ephæsios. capit. 6. Quia illorum, & vester Dominus est in Cœlis. Et ad Hebræos. capit. 7. Cœlum mihi sedes est. Et alibi pluries in scriptura sacra. Dei autem sedes super Cœlos eleuata dicitur, & in sede Maiestatis suæ excelsior. Vnde Iob cap. 11. dicitur: Excelsior Cęlo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? Longior terra mensura eius, & latior mari: si subuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei? Et Esaiæ cap. 6. scriptum est: Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & plena erat Domus Maiestate eius. Quod, & dicitur Matth. capit. 23. Qui iurat in Cœlo, iurat in Throno Dei, & in eo, qui sedet super eum. Et iterum Iob. capit. 22. An cogitas, quòd Deus excelsior Cęlo sit, & super stellarum verticem sublimetur. Et Dauid Psalm. 67. Psallite Deo, qui ascendit super Cęlum Cęli ad Orientem: Sed quia subijciuntur ei Cœli, idcirco dicitur Cęlum sedes eius. Ante enim Cęlorum, & Terrarum creationem, erat Deus in se ipso, vt ex Augustino docuimus, & declarat Magister sententiar. libro primo. distinct. 37. articulo primo. vbi latè SS. DD. Hinc ordinata est eius sedes altissima, & ex-
24 celsior in Trinitate permanens, de quibus † rectè Augustin. Contra aduersar. legis, & prophetar. libro 1. capit. 11. Deus (ait) nec sine Cœlo, sedis indiguit, nec facto Cœlo sedem, tamquam finitis erroribus, peregrinus inuenit. Potens est enim beatissimè permanere in semetipso, templo autem

suo, quod sunt omnes Angeli sancti, & homines sic impartire habitationem suam, vt illi ex ipso habeant tale bonum, quo beati esse possint. Non ex eis ille talem domum, sine qua beatus esse non possit. Et iterum idem Au-
25 gustin. in lib. de † Fide, & Symbolo. cap. 7. Credimus (inquit,) quòd sedet ad dexteram Dei patris: nec ideo tamen, quasi humana forma circumscriptum esse Deum Patrem arbitrandum est, vt de illo cogitantibus, dextrum, aut sinistrum latus, animo occurrat; aut id ipsum, quòd sedere pater dicitur, flexis poplitibus; fieri putandum est, ne illud incidamus sacrilegium, quo execratur Apostolus eos, qui commutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem corruptibilis hominis; tale enim simulachrum Deo nefas est, Christiano in templo collocare, multo magis in corde nefarium est, vbi verè est templum Dei, si à terrena cupiditate, atque errore mundetur. Ad dexteram ergo intelligendum est, dictum esse in summa beatitudine, vbi iustitia, & pax, & gaudium est, sicut ad sinistram hædi constituti sunt, idest in miseria, propter iniquitates, & labores, atque cruciatus. Sedere ergo quòd dicitur Deus, non membrorum positionem, sed iudiciariam significat potestatem, qua illa Maiestas unquam caret, semper digna dignis tribuendo, quamuis in extremo iudicio multò manifestius inter homines vnigeniti filij Dei, Iudicis viuorum, atque mortuorum claritas indu-
26 bitata futura sit. Et idem Augustinus † de Agone Christiano. cap. 26. Sed dextera (inquit) patris est beatitudo perpetua, quæ sanctis datur, sicut sinistra eius rectissimè dicitur miseria perpetua, quæ impijs datur. Et ita intelligi oportet illud Esaiæ capit. 6. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & exercitum cœli à dextris eius, & à sinistris. Vt constet, quis ordo in Cœlo à Domino constitutus sit. de quo sic loquitur
27 Gregorius lib. 2. Moralium capit. 20. Quid enim (inquit) solium † Dei, nisi Angelicas potestates accipimus, quarum mentibus altius præsidens, inferius cuncta disponit? Et quid exercitus Cœli, nisi ministrantium Angelorum multitudo describitur? Quid est ergo, quòd exercitus Cœli à dextris, & sinistris eius stare perhibetur? Deus enim, qui ità est intra omnia, vt etiam sit extra omnia, nec dextra, nec sinistra concluditur: Sed dextra Dei, Angelorum pars electa, sinistra autem Dei pars Angelorum reproba designatur. Non enim ministrant Deo solummodo boni, qui adiuuent, sed etiam mali, qui probent. Et iterum pulchrè, & subtilissimè idem Gregorius in eodem
28 lib. capit. 11. † Per sedem (ait) cui præsidet, intelligitur esse interius, supraq; Per pugillum, quo continet, exterius, subterque signatur. Quia enim ipse manet intra omnia, ipse extra omnia, ipse super omnia, ipse infra omnia. Et superior est per potentiam, & inferior per sustentationem, exterior per magnitudinem, interior per subtilitatem. Sursum regens, Deorsum continens, extra circundans, interius penetrans. Nec alia ex parte superior, alia inferior, nec alia ex parte exterior, alia manet interior; Sed vnus, idemq; totus vbiq;

Præſidendo ſuſtinens, ſuſtinendo præſidens, circundando penetrans, penetrando circundans. Vnde ſuperius præſidens, inde inferius ſuſtinens, & vndè exterius ambiens, inde interius replens. Siue inquietudine ſuperius regens, ſine labore inferius ſuſtinens, interius ſine extenuatione penetrans, exterius ſine extenſione circundans. Eſt itaque inferior, & ſuperior ſine loco. Eſt amplus ſine latitudine, ſubtilis ſine extenuatione. Hæc Gregorius. Nouiſſimè ſatis eleganter ſcripſit Victorinus Manſus Epiſcopus Arianenſis in Harmonia Theologica. lib. 24. cap. 1.

Suprema itaque DEI ſedes, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, conſtituta eſt, eo quo diximus modo, ex ſanctis Eccleſiæ Doctoribus, & eiuſdem Sanctæ Eccleſiæ traditionibus, quæ, & ſi ordinatè tradatur, Patrem primam eſſe perſonam, & filium ſecundam, & Spiritum ſanctum Tertiam, id tamen intelligendum eſt, non quòd dicant ordinem; cum in Diuinis non ſit ordo, ſecun-
29 dum† poſitionem, nec ſecundum anteceſſionem, ne tollatur ſimultas, & æqualitas æternitatis; eſt tamen ibi ordo ſecundum originem, & emanationem. Pater enim intellectu, & memoria ſua fœcunda ſe ipſum perfectiſſimè intelligendo, generat notitiam ſibi ſimilem, nempè Verbum, & ex reciproco eorum amore ſpirant Spiritum ſanctum. In hac productione adeſt ordo, ne detur confuſio in diuinis, prius enim generatur filius, poſtmodum ſpiratur Spiritus ſanctus, non prioritate temporis, ſed originis. Et idcirco ſicut in diuinis non datur numerus propriè; non autem, vt in re, ſed in intellectu poſitiuus, & niſi cum determinatione, puta in productione perſonarum; ſic ibi non eſt ordo ſimpliciter, niſi cum determinatione, ſcilicet ordo originis, quo vnus eſt ab alio, vt patet ex Bonauentura, Ricchardo, Scoto, & Thoma.

Sanctiſſima, & intemerata, Glorioſiſſima Virgo Maria ſubſequitur, ca-
30 nente Sancta Eccleſia, quòd exaltata eſt ſuper choros Angelorum † ad cœleſtia Regna: & poſt antiquiores Theologos ſcripſere Bartholomeus Sybilla Monopolitanus in Specul. Peregrinarum quæſtionum. Decade. 2. cap. 10. Antoninus Florentin. in ſumma par. 4. tit. 15. §. 15. & è noſtris Accurſ. in l. Omnes dies. C. de Ferijs. Marc. Anton. Natta in Oration. de Aſſumpt. Beatæ Virgi-
31 nis. Hinc dicunt † Beatiſſimam Virginem in cœlo Decimum Chorum facere.

Subſequuntur Sanctorum ſpirituum ordines à Deo creati, iuxta verba Apo-
32 ſtoli Pauli ad Coloſſenſes. cap. 1. dum ait: Quia in Chriſto creata † ſunt omnia, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terra ſunt, viſibilia, & inuiſibilia, ſiue Angeli, ſiue Archangeli, ſiue Throni, ſiue Dominationes, ſiue Principatus, ſiue Poteſtates, omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt. Quo pacto verò Angeli dicantur eſſe in loco, & alia hanc materiam reſpicientia, ſcribit Magiſter ſententiarum. libro 2. diſtinct. 2. vbi Scotus. quæſtione 5. & 6. Horum verò
33 ſpirituum, ac cęleſtium virtutum creationem, fuiſſe † à Deo factam, ante huius viſibilis creaturæ creationem, præſertim hominis, nonnulli Theolo-

gi

gi scripsère, quod secundum septuaginta interpretes probari apertè dicunt, ex illo. Iob. capit. 38. Quando facta sunt sydera, laudauerunt me voce magna, omnes Angeli mei. Et ità illum locum ad hunc propositum inducit Ioannes Cassianus Collation. 8. cap. 7. Innititur hæc opinio alia etiam authoritate Ecclesiastici. capit. 1. dum dicitur. Prior omnium creata est sapientia. quod exponunt, idest Natura Angelica. Hanc opinionem tenuere D. Basilius in Hexaemeron. homil. 1. Ioannes Damascenus de Fide Orthodoxa lib. 2. capit. 3. Æneas Gazæus in Theophrasto. Hilarius de Trinit. lib. 12. in fin. Ioan. Chrysostomus de Prouidentia Dei. lib. 1. Isidorus de Summo bono. lib. primo. capit. 12. Tertullian. de Trinitate. Origenes Adamantius in Periarchon. lib. 1. & 2. cap. 1. Anastasius Synaita in Hexaemeron. libr. 1. Ioan. Cyparissotus rerum Theologalium. Decade. 8. cap. 3. & 4. & alij relati à Ludouico de Molin in primum D. Thom. quæst. 61. artic. 3. Gregorius Nazianzenus in Oration. Panegyrica in Natiuitatem Christi. Nicetas in Commentar. eiusdem Panegyrici. Cyrillus Alexandrin. in Ioan. lib. 6. Idem Chrysostomus in Homel. in Genesim. Seuerianus, Diodorus, & Procopius in Præfation. Commentar. in Genesim. Ambrosius in Hexaemeron. lib. 1. capit. 5. Hieronym. in Epistola ad Titum. capit. 1. & in Epistol. 1 . 2. ad Damasum. Lactanti. Firmianus. libro 2. capit. 9. Beda separatarum quæst. capit. 9. Anselmus de Imagine Mundi. libro 7. capit. 1. Moses Barcepha de Paradiso. parte 2. capit. 7.

34 Aduersum autem tenuere nonnulli † Angelos cum alijs rebus visibilibus creatos fuisse; quam tenuit Augustin. de Ciuitate Dei. lib. 11. cap. 7. & 32. Epiphanius contra hæreses lib. 21 Hæresi. 65. Alcuinus de Diuinis officijs. tit. de Die sancti. Gennadius de Ecclesiasticis dogmatibus. Rabanus Maurus de Institut. clericor. lib. 2. cap. 42. Achatius in lib. Selectar. quæstion. Iunilius in Hexaemeron. Hugo de Sanct. Victore in Annotat. in Genesim. cap. 5. Rupertus Abbas in Genesim. libro 1. capit. 10. vsque ad fin. Hugo Carensis Cardinalis in Genesim. capit. 1. Albertus Magnus in Summa. par. 1. de quatuor cœ-dis. quæst. 12. artic. Thomas de Aquin. par. 1. quæst. 46. art. 3. Alexand. de Ales. par. 2. quæst. 9. artic. 1. Bonauentura parte 1. quæst. 3. artic. 2. Augustinus Steucus de rebus incorporalibus, & inuisibilibus. Et Scholastici omnes, quos refert nouissimè Ascanius Martinengus in Gloss. magna in Genesim. parte 1. Tom. 1. cap. 1. ante eum Benedictus Pererius commentar. in Genesim lib. 1.

Harum opinionum nulla est aspernabilis, ità enim suam in loco allegato
35 probauit Augustinus, vt alteram minimè reprobet, sed suam † cuiq; eligere permittit, dum tamen spirituales substantias à Deo creatas non neget, nec ipsi Deo, faciat coæternas. Nam, vt Theodoretus super Genesim. q. 3. conclu-
36 dit, Omnia quæcunque extant, sanctissima † Trinitate excepta, naturam habent creationi obnoxiā. Sequitur Belbartus à Themswar in Rosario sacræ Theologiæ in ver. Natura Angelica. §. 8. & per totum. Tom. 2. Paulus Grysaldus

Decisionum Catholicar. §. Angeli. num. 7. plura de his subtiliter scribit Franciscus Georgius in Harmonia Mundi Cantico 1. Tomo 3. capit. 3. & 4. Ioannes Picus Mirandula in Heptaplum. lib. 3. capit. 3. & Ioannes Franciscus Picus Mirandul. de Præno. lib. 9. capit. 4. Marsilius Ficinus in Theolog. Platon. lib. 1. capit. 1. & in Platon. de legibus Dialog. 1. & in Timæum. cap. 27. Leo Hebræus de Amor. Dialog. 3. Augustin. Steuchus de Perenni Philosophi. lib. 8. capit. 3. & 4. & pluribus sequentib. Ioan. Baptista Bernard. in Seminar. Philosophiæ. §. Angeli. Tomo 3. Ioan. Laurentius Anania de Natura Dæmon. lib. 1.

Si tamen dictarum opinionum optio mihi concessa esset, primam ego eli-
37 gerem, quam † hac ratione, licet vulgata, non tamen, quòd ego viderim, ad hunc finem, ab aliquo adhuc perpensa, corroborarem. Hominis primi creationem, tametsi ad summam DEI bonitatem, & creati vtilitatem, fa-
38 ctam fuisse, Theologi omnes † concludant; vt post Augustinum de Doctrina Christiana. lib. 1. cap. 13. Concludit Petrus Lombardus Magister sententiarum. lib. 2. distinct. 1. Aliam etiam ob causam, factam fuisse hominis ip-
39 sius creationem, nempe † ad reparandum Angelorum casum, & restaurandam illorum ruinam, tradidit idem Augustinus de Ciuitate Dei. libro 2. capit. 1. & in Enchiridio. capit. 29. Non quòd si Angelus non peccasset, creatus, ac factus homo non fuisset, sed quòd inter alias caussas præcipuas, ista sit. vt dicit idem Magister sentent. lib. 2. distinct. 1. Albertus Magnus in Compendio Theolog. lib. 2. cap. 24. & tradidit Leo Nonus Summus Pontifex in cap. Hi duo, de consecrat. distinct. 1. Dominicus Nanus in Polyanthea. §. Angeli. §. Homo. Franc. Gratianus in Compend. iuris Canonici. parte 1. distinct. 5. titul. de Hymnis. num. 140. Cum igitur ad reparationem Angelorum homo creatus extiterit, necessariò sequitur, illorum casum, ac ruinam, & eò magis creationem, antea fuisse. Ijs illud iungi poterit, quòd
40 inter cætera super naturalia Adamo † primo parenti reuelata, asserunt, illi reuelatum fuisse horribilem illum eorundem Angelorum casum, quòd ob superbiam cœlo deturbati, plurimas cœlestium sedium vacuas reliquissent. Huius enim casus, & ruinæ cognitio, multum prodesse Adamo poterat; vt eum in humilitate, & diuinæ legis obedientia, & timore seueritatis diuini iudicij, ac iustitiæ contineret. Maximo etiam gaudio animum eius complebat, nosse tantas illas ruinas cęlestes, per homines terrenos, qui ex ipsius stirpe progenerandi erant, reparari, ac refici debere. vt scripsit Ambrosius Catharinus Senensis Archiepiscopus noster Consanus in suis Commentarijs in Genesim. super capit. 1. in illis verbis. Et benedixit illis dicens, Crescite, & multiplicate. Cuius opinionem ex professo sequitur Benedict. Pererius in Genesim. lib. 5. quæst. 4. Tomo 1. Reuelatio itaque casus Angelorum, præsupponit eundem casum, ac ruinam, atque creationem præcessisse.

Sed

Sed vt veritatem aliquorum verborum ambitu non contegam, pro vlti-
41 ma opinione iudicauit Lateranense Concilium † sub Innocentio Tertio in cap. Firmiter. extra de Summa Trinit. & fid. Cathol. ibi, Creator omnium, visibilium, & inuisibilium, spiritualium, & corporalium, qui sua omnipotenti virtute, simul ab initio temporis, vtramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem, & corporalem, Angelicam videlicet, & mundanam. Quam constitutionem firmauit, & Commentarijs ornauit D. Thomas de Aquin. insertus operibus Eymerici in Director. Inquisit. pat. 1. Cuius Concilij sententiam hac in re probat. Fœlician. Capitonus explication. Catholic. lib. 3. cap. 60. Quod & nos Sanctæ Ecclesiæ iudicio relinquimus.

Hi verò Angelicorum spirituum chori ordinati sunt. Ad Diuinam etenim prouidentiam, à qua creati fuere, pertinet, vt in rebus congruus ordo seruetur, vt à supremis ad infima descendatur, ità vt inferiores spirituales creaturæ, per superiores altiori loco positas, gubernentur. Illorum itaque
42 ordines sic positi, & ordinati sunt: Superiori namque loco, † Seraphim, Cherubim, & Throni. Secundò verò, siue medio, Dominationes, Virtutes, & Potestates. In tertiò, siue inferiori, sunt Principatus, Archangeli, & Angeli. de his Gregorius Moralium lib. 32. capit. 25. & habetur in capit. Principium. §. Nouem. de pœnit. distinct. 2. Nouem dixit, Genera lapidum, quia nimirum nouem sunt ordines Angelorum. Nam cum per sacra eloquia, Angeli, & Archangeli, Throni, Dominationes, Virtutes, Principatus, Potestates, Cherubim, & Seraphim, aperta narratione memorantur, quantæ sint superiorum ciuium distinctiones, ostendirur. Hæc Gregorius. Nec ambigendum est, esse inter Angelos Præfecturam quandam, & subiectionem, & alios alijs præesse, vt ex eodem Dionysio, & Gregorio eleganter docuit Ro-
43 bertus Bellarminus, non † ætatis nostræ solum, sed omni æuo, scientiarum omnium ærarium, & Summi Cardinalium Collegij perpetuum ornamentum, operum suorum. lib. 5. de clericis. capit. 7. Tomo 2. Hierarchiæ tres, Græco nomine, quasi tres sacrorum spirituum Principatus, & quælibet Hie-
44 rarchia habet tres † ordines, siue choros. Quos ità D. Dionysius in libro de cœlesti Hierarchia, retulit, quem sequutus est D. Thomas de Aquino in Summa contra Gentiles. lib. 3. cap. 78. 79. 80. Vbi etiam soluit differentiam à situatione, quam retulit D. Gregorius. Quemlibet chorum, siue ordinem,
45 habere sex mille, sexcentas, sexaginta † sex legiones, & legionem quamlibet
46 tot habere † vnitates, vt scripsit Albertus Magnus in Compendio Theologiæ. lib. 2. cap. 13. sed hoc scit Diuina Maiestas. Sed quod dixi Angelos in cœlo locum habere, id intelligendum est esse in loco diffinitiuè, non circumscriptiuè, vt dicit Magister lib. 1. sentent. distinct. 37. post Ioannem Damascenum. Et quatenus D. Thomas in eadem distinct. 37. quæst. 2. artic. 1. dixerit Angelos esse in loco per operationem, vt ibi esse dicatur, vbi operatur, sicut anima dicitur esse in corpore, quia ibi operatur per operationem viuifi-

id. cati-

catiuam, sic Angeli operentur, aliquem effectum in tali loco causando, vel circa corpus locatum operando, siue motum, siue lumen, idest illuminando mentem, vel custodiendo, vel aliquid aliud. Tamen contra eum sentit Scotus ibi, & alij, quòd Angeli in loco dicantur per suæ præsentiæ exhibitionem determinatiuè, vel diffinitiuè. Et præsertim, quòd Angeli, vt plurimum sunt in Cœlo Empyreo, & tamen non operantur, sed vident Deum, & eo fruuntur, nec tamen operantur operatione transeunte in corpus, vel in cœlum, cum illud cœlum non sit mutabile, nec mobile. Et alia plura ad hanc opinionem corroborandam, scribit Pelbartus de Themsuar in Rosario Sacræ
47 Theologiæ in verb. Angeli. §. 58. lib. 1. Sic sancti suos habent locos. Est † enim in cœlo pro cuiusq; merito sedes stabilita, dicente CHRISTO Ioan. cap. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt.

Ad triumphantis etiam Ecclesiæ Symbolum, in terris sancta militans Ecclesia
48 constituta est, Fundatore Domino Nostro Iesu Christo, qui illam sui prætiosi sanguinis effusione fundauit, suumq; Vicarium Petrum constituit, ac successores eius eundem locum tenent. Idcirco Summus Romanus Pontifex Domini Nostri Iesu Christi vices gerit in terris, ipse caput est, & sub eius vexillo omnis Christiana congregatio militat. Hic gradatim suos habet ministros, Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Vicarios, Abbates, Præpositos, Archidiaconos, Archipresbyteros, Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, aliosque inferioribus ordinibus insignitos, quibus Ecclesiasticum, spiritualeque imperium regitur.

Ad illorum similitudinem alij ordinati sunt, qui mundum regant, & pro-
49 fanarum † rerum curam gerant, Imperatores Romani, Reges, Principes, Duces, Marchiones, Lanthgrauij, Burgrauij, Comites, Barones, Præsides, Senatores, Consiliarij, alijq; Magistratus ordinati. Reges ipsi inter se ipsos, Principesque suas habent prærogatiuas, Iura, singularia Priuilegia, & immunitates, quibus alijs præstant: Sic Deus Optimus Maximus rerum omnium author, & Princeps gradus omnes rebus ordine, quibus essent diuisi constituit alias loco superiore, alias inferiore; perfectiorem alijs naturam; imperfectiorem alijs impertiuit; hominum gradus, cum maioribus, tum minoribus officijs distinxit; idque vniuersi orbis pulchritudo, & necessitas, ac perfecta forma requirebat; vt dicit D. Thom. in secunda secundæ, quæst. 183. artic. 2. & 3. quem sequitur Prælatorum quidam Cicero, & Togatorum decus Gabriel Cardinal. Paleotus de Imaginib. lib. 1. cap. 7.

Constat autem hos Principes magnifieri, ac admodum honorari, quibus hæc competunt, & quorum Regna, ritè, ac rectè ordinata conspiciuntur, & ideo perpetuis laudibus, ac sempiternis encomijs celebrari merentur. Horum, & si non parum multi reperiantur, nulli tamen humano Principi cædit Rex Catholicus: adeò enim suorum Regnorum Politia ordinata est, vt quo nos fruimur, nullibi gentium tranquilliori statu subditi fruantur; nec enim

mihi

mihi fas erit, ſuorum omnium Regnorum, ac ſtatuum adminiſtrationem referre, ex hoc enim vno gubernandi Regimine Neapolitani Regni, quo ordine, & ratione regantur alia, perſpici poteſt. Quis autem regimen iſtud non admiretur? Et quis regendi Maieſtatem ab hoc non addiſcat, vel addiſcendi normam capere abhorreat?

Catholicus Rex noſter, Illuſtriſsimi, & Ampliſſimi Patres, ad ſummum,
50 Diuina gratia † operante, hoc humanarum rerum faſtigium aſcendit, quo ad
tempora vſque noſtra, vllus vnquam Chriſtianus Princeps fortaſſis peruenit,
vt non immerito illius fœlicitatem, magnitudinem, proſperum, ac tranquil-
liſſimum rerum ſucceſſum admirentur. Principes omnes, non Chriſtiani ſo-
lum, ſed & Barbari, ac exterarum gentium nationes in tam præexcelſo Do-
miniorum progreſſu, illum conſtitutum conſpicientes, formidant, timent,
& pauent, illius etiam conſuetudinem, & amicitiam varijs medijs procu-
rant, & concupiſcunt. Cauſſæ verò, ex quibus huic Principi læta omnia,
proſpera, & tranquilla obueniunt, non longè quærendæ ſunt. Regna enim,
51 vt Ariſtoteles inquit, poſſidentur, & † conſeruantur, Fortitudine, & Iuſti-
tia, ac ijs, quæ illis ſubſeruiunt. Hinc Iuſtinianus Imperator dicebat, Maie-
ſtatem Imperatoriam, legibus armatam, & armis decoratam, eſſe debere, vt
bellorum, & pacis tempore optimè gubernaretur, & Princeps victor exi-
ſteret, non modo in hoſtilibus Prælijs, ſed per legitimos tramites, calum-
niantium iniquitates expelleret, indeq; religioſiſſimus iuris obſeruator, &
victis hoſtibus triumphator magnificus fieret, quorum vtramque viam ſe
perfeciſſe, DEO annuente, fatetur. Hoc dogmate fœliciter vſus Caro-
lus Cæſar, fœlicius Philippus Secundus eius filius, fœliciſſimè verò PHI-
LIPPVS Tertius nunc Regnans, qui Patris, Auique exempla imitando
perſequitur, quem maiora facturum, & præceſſorum acta ſuperaturum
(Deo fouente) ſperamus. Fortitudine enim in bellicis rebus vtitur, animi,
& corporis viribus Regnum hoc Neapolitanum ab hoſtium inſidijs tutum,
ſecurumq; conſeruans. Pro continente enim terrarum curſu Regnum iſtud
per limitaneos fines, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, eiuſque Summi Pontificis
ſtatum reſpicit. Cæteræ Regni partes Mari circundantur. In conſpectu
Maritimo, Inſula Siciliæ, & Status Sereniſſimi Venetorum Dominij ſiti
ſunt, à quorum partibus nulla formidine præmitur. Non à Sancta Eccleſia,
tamquam Iuſtitiæ, & æquitatis cultrice, à qua Regnum, Regni ciues, ac
Rex ipſe, gratijs, & fauoribus perenni ætate duraturis, in dies cumulantur.
52 Cum præſertim idem Rex, eiuſdem Eccleſiæ ſit acerrimus † defenſor, ac
Amantiſſimus fautor. Non à Republica Venetorum, quæ ſuis contenta Do-
minijs, aliena minimè appetit, & ſumma eundem Regem, Regnique ci-
ues beneuolentia proſequitur. Non à Siculis, tamquàm noſtris conciuibus,
ac eidem Regi ſubditis. Quatenus verò idem Regnum Ionio, & Adriati-
co Mari eſt expoſitum, ipſumque Turcarum Principis incurſibus ſubiacens,

patensq;

patensq;,nulla nos idcirco cura sollicitat, cum ab eadem Republica securum fiat. Suam etiam Rex, perpetuam, solemnemque Equitum, Grauis, ac læuis armaturæ Peditum etiam Hispanorum, ac Regni contribulorum militiam tenet. Nouam etiam aliam, ac optimam, & diligenti ordine institutam, quæ & in momentaneis, atque inopinatis successuum euentibus, in ictu oculi prompta est. Raro enim Mercenarijs, Auxiliarijs, exterisque militibus Rex vtitur. Experimento enim certissimo vidimus Romanam Rempublicam caput extulisse, ac tot Reges, & Regna subdidisse, tot victorias reportasse, vt totum orbem suo subiecerit Imperio, cum suis militibus, non exteris, non barbaris, contra hostes, inimicos Reges, ac aduersas nationes
53 vteretur. Vulgatum enim illud semper fuit, semper est, ac semper erit † Italiam nunquàm, nisi Italis posse superari. Sic Alexander Macedo, suis mili-
54 tibus sociatus, eius Monarchiam breui tempore ad magnum culmen † euexit. Exteri milites, siue mercenarij illi fuerint, siue auxiliares, perrarò,
55 & si victoriam bellatori pepererint, non † ex victoribus victos reddiderunt. Siue enim militaris licentia illa sit, siue Victoriæ gloria, siue Inuidiæ liuor, vel Auaritiæ cupiditas, aut quæuis alia caussa sit, in maxima rerum discrimina plerunque illos adducunt. Ioannes Rex Pannoniæ, dum cum Austriacis bel-
56 lum † agitaret, Turcas auxiliares habuit, & tamen illis fœdè seruire postmodum coactus extitit. Nicienses prospexerunt, quot eis mala prouenerint
57 à Turcis sub Ænobarbo Duce, dum Franciscus, † primus Galliæ Rex, illorum auxilio vsus fuit. Sic etiam Carolus Bellicosus Dux Burgundiæ, ob Heluecicorum militum Auxiliariorum defectum, quos mercede conduxerat, qui in acie illum fortissimè dimicantem, ac inter Gallos hostes se intrepidè conferentem, eorum suffragio destitutus, occubuit. Mercenarij enim ob ignauiam; Auxiliares autem ob potentiam, semper periculo pleni sunt. Hoc innuere voluit Aristoteles Politic. lib. 5. capit. 10. Dum inquit, Reges custo-
58 diri à ciuibus, Tyrannos autem † ab externis mercede conductis. Hi enim, cum suos habeant ob Tyrannidem infestos, exteros pecunia in suum auxiliũ inuocant. Illi verò cum iustum moderentur eorum Dominium, bona omnia, statum, ac vitam ipsam suis subditis confidunt. Insuper Catholicus Rex suas in hoc Regno, Arces inexpugnabiles habet, & suis militibus, ac bellicis machinis optimè munitas. Turres etiam maritimas, singulis quibusque tribus milliaribus circiter erectas, ità, vt vna aliam, saltem proximam conspiciat, ad conspiciendas inimicorum, aut pyratarum classes, & per ignis eleuationem, signa incursus hostium inuicem exhibentes, Instrumentis ad pugnandum, & propulsandum aptis, custodibus etiam, ac Magistratibus accommodatas. Cum autem Rex ipse vbique præsentia esse nequeat, administris vti cogitur. Expertos autem, primariosque viros, qui vtriusque fortunæ aleam quandoque subierint, belli scilicet, ac pacis artibus exercitatos, vt regni gubernacula moderentur, eligere solet. A primis,

vt re-

vt recolo, ſtudiorum meorum cunabulis, dum penè vndecim annorum eſ-
59 ſem, noui Neapoli Peraſannum † Riberam, Alcabanorum Ducem; Anto-
nium Perenottum S.R.E. Cardinalem; Indicum Hurtadum Mendocium,
Marchionem Mondeſaris; Ioannem à Stunica, Petræ pertiæ Principem, ac
Regni Caſtellæ commendatarium maiorem; Petrum Gironum, Oſſunæ Du-
cem; Ioannem à Stunica alterum, Mirandæ Comitem, & Labagneſæ Mar-
chionem; Henricum Guzmannum, Comitem Oliuares; Ferdinandum de
Caſtro, Lemmos, & Andradæ Comitem; Franciſcum de Caſtro, eius filium;
& modo Ioannem Alphonſum, Pimentellum, Beneuentæ Comitem; Viros
Principes, Catholicorum Regum charos, & illorum Locumtenentes, quos
armorum exercitatio, morum modeſtia, rerum experimenta, Iuſtitia, Pru-
dentia, Fortitudo, Temperantia, aliæque virtutes, Clariſſimos, ac memo-
rabiles reddiderunt, ac Regnum ipſum, ſumma authoritate, ac dexteritate
rexerunt. Prorex enim ipſe, qui immediatè Regis locum ſuſtinet, & belli
60 † & pacis tempore, adminiſtrationi omni præeſt. Adſunt præterea Magi-
61 ſtratus ſeptem, qui ſeptem, quæ appellant † officia Principalia, exercent. Hi
ſunt, Magnus Regni Comeſtabulus, Magnus Iuſtitiarius, Magnus Admira-
tus, Magnus Camerarius, Loghotheta, & Prothonotarius, Magnus Sene-
ſcallus, & Magnus Cancellarius; quorum officiorum munia, & prærogatiuę,
quæ vniciuque conueniant, ad alium opportuniorem dicendi locum reſer-
uantur. Dum hos commentarios ſcribimus, hæc officia gerunt, Marcus An-
tonius Columna Iunior, Tagliacotij Dux, Magnus Regni Comeſtabulus;
Ferdinandus Gonzaga, Princeps Melficti, Comes Guaſtallæ, & Campibaſſi,
Magnus Iuſtitiarius; Mattheus de Capua, Princeps Conchæ, & Comes Pale-
næ, Magnus Admiratus; Indicus Daualus, Piſcariæ, ac Vaſthi Marchio, Ma-
gnus Camerarius; Ioannes Andreas Doria, Princeps Melphiæ, Logotheta, &
Prothonotarius; Indicus de Gueuara, Bouini Dux, magnus Seneſcallus; Coſ-
mus Pinellus, Dux Acheruntiæ, & Marchio Galatulæ, Magnus Cancellarius.
Hi non tantum priſcæ eorum Nobilitatis, ſuorumque maiorum, rerumque
ab eis geſtarum magnitudine, quàm eorum proprijs virtutibus, ac magnani-
mis actibus, ſeipſos mundo claros exhibent. Itidem Prorex, tam in rebus
ſtatus, ac Bellicis, quàm exhibitioni Iuſtitiæ, conſulendis, habet ſupremos
62 † viros Principes à Rege Præpoſitos, quorum omnium ipſe caput eſt. Sunt
autem clariſſimi Proceres, claritate Natalium, rerum geſtarum iugi experi-
mento, & frequenti vſu, notiſſimi; quorum Iudicio, ſtatus, ac bellorum mo-
63 tus regulantur. Quantum verò ad Iuſtitiam populis exhibendam † attinet,
Rex Conſiliarios, Præſidentes, Iudices, ac Magiſtratus eligit, ſuo benepla-
64 cito perpetuos aliquos, temporales † aliquos, qui à Prorege electi diiudi-
cant. In ſupremo enim Conſilio, ad Regis, ſiue Principis latus, dum in Re-
gno adeſt, vel eius Locumtenentis, abſente illo, Supremi Conſiliarij, ſiue

Regentes

65 † Regentes assistitis, ad quos pro administranda Iustitia, omnis Regni Neapolitani machina spectat, quo in loco sedetis viri Nobilissimi, consilij maturitate, actionum exhibitarum gloria, corporis, animiq; virtutibus adeò clari vt vestris actibus Reipublicæ neruus omnis, tam optimè regatur, vt sapientum omnium virorum iudicio, melius desiderari nequeat, assistente actuum vestrorum annotatore Regni Neapolitani Secretario, viro fidissimo. In sacro
66 Consilio, (quod Sanctæ Claræ appellant, cuius rei rationem reddo infra capit. 54.) ad hæc vsque tempora eligebantur à Rege sexdecim Consiliarij perpetui, quorum numerum, quum ob caussarum multitudinem, tum etiam ob promptiorem, & magis celerem illarum expeditionem, ad vigesimum nouissimè numerum, vltra illius Præsidentem, deduxit PHILIPPVS Tertius Rex Catholicus. Hos Senatores, & Consiliarios, non tantum in vtroque iure Consultissimos, sed probitate morum, natalium splendore, rerum, & caussarum exercitatione, ac scientiarum omnium eruditione, conspicuos elegit. Apud vos enim, caussarum, præsertim grauissimarum omnium, commissa est cura, & à vestris iudicijs appellatio nulla conceditur, sed illa, tamquam à Præfecto Prætorio lata, statim exequuntur, vix reclamatione, vel supplicatio-
67 ne concessa. Apud Cameram vero † Regiam Summariæ Decem sedetis; Septem Iurisconsulti, & Togati, quorum primus est Magni Camerarij Locumtenens, qui in capite sedet, sex alij subsequuntur Præsidentes; & duo alij minimè Togati; adest etiam Iurisconsultus Regij Patrimonij Aduocatus. Locumtenens causas Præsidentibus committit. Apud vos Cameræ Regis, ac Patrimonij, Feudales, ac Regales, Fiscique Regij iura omnia decernuntur, assistente votorum, & Decretorum annotatore Cameræ Regiæ Secretario, fidissimo. Vos vti supremos legum vertices, & in Fori versura splendidissimos viros Rex delegit, quorum nutu Feudorum, Regalium, & Fisci, ac Patrimonij iura iustissimè moderantur. In Magna Curia Vicariæ consessus adest cau-
68 sarum † criminalium, & ciuilium alter, quibus præest Regens vnus, vt modo est Don Franciscus Ioannis de Torres, qui sustinet Magni Iustitiarij personam, & caussas omnes Iudicibus committit. In consessu capitalium caussarum duo Consiliarij vltimo loco creati semper per biennium assistunt, alij Iudices duraturi biennio à Prorege creantur. In eodem consessu pro Fisco Regio adest vnus Iurisconsultus Regij Fisci Patronus, qui perpetuus à Rege seligitur. Hi omnes caussas à Regente eis commissas agitant, & diffiniunt, suntq; Iurisconsultissimi, incorruptibilis, atque intrepidi iudicij, ità vt, pro certo affirmare ausim, nullibi gentium capitales caussas, tam seuerè, ac recta Iudicij statera, vt in hac Magna Curia ventilari, aliorum quorumlibet tribunalium, sit
69 bona venia dictum. In consessu caussarum ciuilium adsunt † sed alij Iudices biennales à Prorege selecti, viri eruditissimi, & legalis scientiæ splendore ce-
70 lebres. In Prouincijs, excepta Campaniæ ora, vndecim † adsunt Iuridici

conuen-

conuentus, quibus præſunt Prouinciales Iuſtitiarij, & Gubernatores, Principes viri, ac Nobiliſſimi Equites, apud quos ſunt Auditores Regij, & Fiſci Regij Patroni, Iuriſconſulti graues, per quos Prouinciæ moderantur. Et ne ſimplus debito longior, omitto Magiſtratus alios recenſere, cum de totius Regni Neapolitani Magiſtratibus libellus moliendus ſit.

Ex hac præclariſſima, & diligentiſſima Regni Neapolitani adminiſtratione, qua otiosè, & tranquilliſſimè fruimur, cæterorum Regnorum gubernatio conſideratur; cum ſub Regis noſtri culmine, aurea prima illa ætatis ſecula ad nos perueniſſe videamus, ſemotiſque bellorum turbinibus, pacata omnia conſpiciamus. Sed quid mirum? Vrbem elegit Neapolim, non ſolum eo-
71 rundem † Regum Regiam, ſed caput vrbium cæterarum, in qua curialium omnium virorum cætus reſidet. Populus inhibi frequenti concurſu abundat. Muris, Turribus, Propugnaculis, & Arcibus cincta, ſuam fortitudinem ſeruat: Tuta eſt ijs ab omnium incurſibus. Templa, Monaſteria, Loca pia, Hoſpitalia, multorumq; virorum, piæ, & Catholicæ congregationes ibi reperiuntur. In ijs Religionis, Pietatis, & Charitatis opera ità exercentur, ut meliora, & ſplendidiora exerceri minimè poſſint. Ædificia item, tum publica, tũ priuata, elegantiſſimè conſtructa; viæ lateritiæ, ſplendidè cõplanatæ; Pellucidi currentis aquæ fontes, aquæ ductus limpidiſsimi, ſuburbia, pomeriaq; nobiliſsima, omniũ fructuum deſiderabiliũ copia referta. Prata herbis, ac floribus ſpecioſiſſima; fruguũ abundatia, vinorum præcioſiſſimorum ſumma feracitas: Portus ad importandas, ac reportandas merces commodiſſimus: Fora venalia rerum omnium, vt Emporium nobiliſſimum videatur à Natura, & Arte cumulatum. Regionem, in qua fundata eſt, ſi inſpicias, loci amenitate, omnes ferè Orbis ciuitates exuperat. Hanc bonis omnibus cumulat, exactiſsima, & intrepida moderatorum vrbis eiuſdem dexteritas, qui electi nominantur, qui ſunt ſex numero, quinque ex nobilitate quinque Sedilium, ſiue Platearum nobilium vrbis; & vnus quaſi populariũm, ac ciuium omnium Tribunus, quorum cura, Regimen cuiuſque Reipublicæ excellit. Huius Vrbis Hiſtoriam dum hæc ſub prælo ſunt, nouiſsimè ſcribit Iulius Cæſar Capacius, & morum elegantia, & ſcientiarum eruditione conſpicuus.

Cum igitur (viri Principes) quemadmodum in Cęlis, vbi DEI Optimi Maximi, cum ſanctis ſpirituum ordinibus, ſanctiſque uiris æterna triumphat Eccleſia, & ad Diuinum illa nutum, ſic ritè, ac ordinatè diſpoſita; Et in terris, eadem ordinis rectitudine à CHRISTO fundata militat Eccleſia. Sic etiam Mundi Rectores, ac terreni Principes, pulchra ſerie conſtituti ſunt, vt dignitas una maiori alteri ſubiaceat: Hæc præcedet, & illa ſubſequatur. Eam ob cauſam uiuente PHILIPPO Secundo Rege Catholico, Regum ad diem vſque ſuum Maximo, illius iura in unum coaceruaueram, quo ex labore, ſuprema illius authoritas, ſic vnitè congeſta, omnibus nota fieret. Se-

72 quuto † demum illius interitu, librum hunc proieceram, tineis, pulueri-que absumendum tradideram, ac illum igni, flammisque cremandum proposueram; ni summi aliqui Principes, ac Magistratus supremi, qui hæc mea scripta, meosque conatus quandoque viderant, ab instituto me diuertissent. Efflare interim cœpit pergrandis quædam PHILIPPI Tertij nunc Regnantis fama, qua motus ab incœpto acriter destiti, quæ cum voce, & opere in dies crebrior, & illustrior fieret, ità vt rectè de eo dici possit illud, quod olim Alexandro filio, Philippum Patrem dixisse ferunt: Paruum illi esse Macedoniæ Regnum, necesse esse alia Regna quærere. Nam & si amplissima sint illi Regna, ità vt omnes Christianos Principes, ac Reges ad hanc vsque ætatem ille superet, Animus tamen Regius ad rerum magnitudinem, ità promptus, & procliuis est, vt alijs longè maioribus, pluribusque decorari mereatur. Maximam idcirco populi suorum Regnorum spem conceperunt, optimo ordi-
73 ne recturum Regna, ac suos maiores superaturum, dum nonnullorũ † Magistratuum, atq; consiliariorum, ab eo optimè factam inspexere electionẽ. Vlla enim ex re coniectari futurũ regimen melius potest, quàm ex actibus ad Reipublicæ administrationẽ, & commune bonum, rectè ordinatis, qualis est Magistratuum, pro iustitia præsertim populis administranda, electio. Nam non temerè, nec præcipitanter, vllisque motus est humanis affectibus, dum ad illorum electionem processit, sed eos elegit, quos sibi, alijsque summis viris, probatos esse cognouit. Sic à modo in futurum speramus, in Republica Regem nostrum, magna virtute, summa sapientia, ac diuina sanè prudentia imbutum, omnia sanctè, iustoque moderamine gubernaturum. Regis namque cor, cum in manu DEI sit, omni consilio, prudentia, ac sapientia, non tam quæsita, & propria, quàm etiam à DEO eius pectori infusa, ornatum esse cognoscimus. Cum tamen vnus ille sit, & homo, humanitate non alienus, omnia ad eius Regna gubernanda, exactè absque alijs administris perficere nequit. Eam igitur ob causam spectatos viros seligere conuenit, quorum opera, rectè illa administrentur. Imprudens enim populus, atque imperita multitudo, mente, consilioque carens, illa prudentia vacua est, ipsa tamen rectè moderabitur, summa, atque perfecta Magistratuum electio. Hi enim è numero grauium Virorum, sapientia, prudentia, consilio, rerum gestarum encomio, & gloria selecti, Reipublicæ, atque Regnorum saluti, & commodo intenti, tamquam ex alta specula, Tumultibus, seditionibus, periculis, alijsque turbinibus prospicient, vt eadem Regna, per quàm optimè gubernentur, coalescant, & moderentur. Vitia, prauosque actus, arrogantiam, pertinaciam, superbiam, ac proprios affectus odio habebunt: Inimicitias, & simultates procul pellent: fidem seruabunt: mores bonos, iustas ciuitatum obseruationes, leges Regnorum, atque legitimas sanctiones, amplectentur, & custodient: Innocentium miserebuntur: Tueri bonos, ac optimos, &

mos, & vltione prosequi malos, perditosque procurabunt. In iustitiæ exhibitione non præce, pretio, amore, odio, tanquam aut vindicta iudicabunt, sed nec ad dextram, neque ad sinistram declinantes, æqualem stateram tenentes, Deum, & veritatem præ oculis habentes, se ipsos ex pura conscientia, & sincero corde in sententiarum prolatione exhibebunt. Sic Respublica, & ciuilis hominum congregatio, ac illorum vita, concentu vnanimi, ac voto concordi, concinnè, ac prosperè seruabitur, Hominum cœtus multiplicabitur. Tumultus, seditiones, iniquitates, & scelera fugabunt, & eorum loco quietem, pacem, concordiam, & tranquillitatem introducent, quibus oppida, ac ciuitates reddentur ampliores, & Prouinciæ lætitia exultabunt. Iis officijs, se dignos benignitate Regia, & non perperam electos esse iudicabitur, & Principis animus, videns virtute præditos suis populis præposuisse, ad maiora, ac potiora inclinabitur. Hæc omnia, ex rectis, quæ videmus, principijs, & maiora, ab optimo Rege, in ætatis flore existente, in annorum futurorum progressu, & nos, ortusque nostros visuros spetamus. Sic Reges omnes, Principesque, eorum modestiam, cunctasque virtutes, omnibus exhibent, vt alijs exemplar, ac simulachrum constituant, in quo iugiter conspiciant, & oculos figant. Illius itaque iura, prærogatiuas, immunitates, priuilegia, potentiam, aliaque cum scripserim, ante ora vestrorum Magistratuum supremorum, Nobilitatis, Populique Principis Vrbis exhibere curaui. Ex oblatione ista vestris summis Consessibus Magistratuum supremæ, Vrbis Neapolis, Principisque populi, cuius capite omne Regnum gubernatur, facta, opus istud meum, & ipsum caput altius eleuabit. Et si opus sumpserim, dispersum, disseminatum, ac difficile, vt ad finem optimum illud deduxisse, vix credibile videatur: fateor tamen inanem, ac desperatum penè laborem scribendum sumpsisse. Indefessus tamen, & inuincibilis is labor semper boni aliquid operatur. Hinc Agricola terram terit, & colit, glebas conterit, & stirpes euellit, vt agrum pro posse fertilissimum reddat, & dum centum colligere spes erat, & quinquaginta colligit, eo fructu contentus tranquillissimè viuit. Conatus hic meus difficillimus extitit, tum quia materia altissima, vires meas superabat, & illam sparsam, quasi Apis more, dispersas herbas, & flores, omnis generis scriptorum hinc inde euoluere coactus eram: Tum, & multo plùs, quia opus meum, in octoginta quatuor capitibus diuisum, ac digestum, eo mihi illud præmere durius fuit, quia cum vnumquodque caput diuersam materiam continetet, & quot capita scriberem, toties sensus omnes, intellectumque meum, aliò diuertere cogebar. In hisce tamen vigilijs, scriptisque nostris, non adeo contemnenda ratione, nonnulla nos à veteribus tradita ornauimus, obscura aliqua enucleauimus, confusa nonnulla elucidauimus, prætermissa etiam quàm plura in medium deduximus, noua etiam non parum multa prodidimus. Ac vt corpori cæco lumen, muto vocem, mortuo animam, vt videat, loquatur, & ambulat, DEO iuuante,

vitæ

vitæ ſpiritum, animamq; inſufflauimus. Quòd ſi minus commodè magna hæc meſſis ad falcem deducta eſt, excuſationem, ac purgationem habemus, quòd Agricolatio noſtra vberiores, ac fertiliores agros non habeat. Non alij deerunt, qui fertiliorem hunc campum reddere poterunt. Nobis ſat erit, inuentum hoc noſtrum eſſe, ac nullos antea id tentaſſe. Accipite igitur, viri Principes, quorum nutibus gubernamur, & regimur, labores hos noſtros, illosq; perlegere, non dedignemini, nam illorum lectionem minimè aſpernaturos eſſe confidimus. Nam Ciuitas hæc quam colitis, communis eſt totius Regni Patria, in ea ſtudia noſtra peregimus, & quæ in dies didicimus, Principibus viris in omni ſcientiarum genere peritiſſimis communicamus, quam ſuis in locis, non pro merito, ſed pro poſſe, à vero non declinantes, laudauimus, & illius cum antiquitatem, tum etiam excellentiam enucleauimus. Vtinam ſic ſemper Religioni Chriſtianæ intenta, tranquillè, & ab omni ſeditionum turbine aliena, DEO obedientiam, Regi fidem, ſibi decorem, omniumq; incrementa virtutum, reliquis Regni populis regimen ſalubre; vt modo vobis miniſtrantibus, & ſucceſſoribus veſtris iugiter, ad extremi uſque iudicij diem, præſtet. Quod ob ſuam ſanctam miſericordiam faxit Sanctiſſima Trinitas, cui ſemper ſit Laus, Honor, Gloria, & Imperium.



DE REGIS CATHOLICI PRAESTANTIA; EIVS REGALIBVS IVRIBVS, Et prærogatiuis, Commentarij,

CAMILLO BORRELLO IVRISCONSVLTO, Equite Aurato, & Palatino Comite, Auctore.

ARGVMENTVM. CAP. I.

Nominis boni impoſitio optima ratione procuranda. Quo die apud diuerſas nationes nomina imponebantur: Circuncisio quo die fieret: comparatio aliorum ad Philippum Regem Catholicum.

COMPENDIVM.

1 *Impoſitionis Nominum maxima ratio habēda eſt.*
2 *DEVS nomina prima impoſuit.*
3 *Adam cunctis rebus, ac animalibus nomina impoſuit.*
4 *Rector nominare debet ſubditos.*
5 *Adam ob ſcientiam, & notitiam congruentia nomina impoſuit.*
6 *Hebræorum lingua an prima fuerit?*
7 *Primos homines nutu tantum ſuam voluntatem explicaſſe, falſum eſt.*
8 *Nomina optima, vt filijs imponantur, magna parentibus cura eſſe debet.*
9 *Nomen honeſti hominis aſſumere, malum non eſt.*
10 *Nominibus pulchris nuncupari, ciuitatis eſt ornamentum.*
11 *Nomen pulchrum, probitatis, & honeſtatis eſt argumentum.*
12 *Equus perniciſſimus victis Alanis, inter milites ſortitus, ſemper Probo Imperatori ceſſit. nu. 13.*
14 *Nomen turpe habens, quando in ſe habeat torturæ indicium?*
15 *Sergius Secundus, Summus Pontifex, an verè vocaretur, Os porci? num. 16.*
17 *Hominis mutatio in ſacra Scriptura boni ominis, et maioris ſignificationis, actus dicebatur.*
18 *Abram mutato nomine, Abraham dictus, multarum gentium pater conſtitutus.*
19 *Iacob, mutato nomine Iſrael dictus.*
20 *Oſeas filius Num, vocatus Ioſue.*
21 *Abraham figura Petri.*
22 *Iacob interpretatur ſupplantator.*
23 *Iſrael ideſt anima videntes Deum interpretatur.*
24 *Oſeas interpretatur Deus ſaluabit.*
25 *Ioſue interpretatur, Dominus Saluator.*
26 *Simon Bar Iona, vocatus eſt Petrus.*
27 *Romani, quos à ſtatu plæbeo ad equeſtrem ordinem, aliumue digniorem proponebant, nomina antiquorum nobilium imponebant.*
28 Romani, *maribus die nono, Fæminis die octauo nomina imponebant, & quare? num. 29. & 30.*
30 *Numerus par fæminæ impar maſculo tribuitur.*
31 *An intra triginta dies Romani nomina imponerēt.*
32 *Circumciſio apud Hebræos octauo die fiebat, & nomina imponebantur, & quare. num. 33.*
34 *Circūciſio apud Arabes fiebat decimo tertio anno.*
34 *Græci nomina ſeptimo die imponebant.*
34 *Circunciſio apud Feſſam Mauritaniæ Vrbem ſeptimo etiam die fit, & lætitia illius diei.*
35 *Nomen Sancti alicuius imponendum ſecundum Concil. Trident.*
36 *Baptiſmus omni ætate, & tempore datur.*
37 *Philippi Secundi Regis Catholici dies, Menſis, & annus natalis.*
38 *Philippi Secundi Regis Catholici parentes.*
39 *Philippus Amyntæ filius, magni Alexandri pater.*
40 *Philippus appellatus primus Chriſtianus Imperator.*
41 *Martia Otalicia Seuera Philippi Imperatoris vxor.*

42 *Carolus Quintus Cæsar, Philippo filio patris sui nomen imposuit.*
43 *Nomen malum assumere, turpe est.*
44 *Similitudo nominis, affectionis causam producit.*
45 *Nomen celebrius si quis habet, tantò alijs melior esse debet.*
46 *Nominis efficacia non paruos gignit effectus.*

CAP. PRIMVM.



Vantum attinet ad Nominum impositionem, maximam rationē habe
ri oportere, amplissimè
1 disputauit † Plato in Cratylo. Cuius antea exemplum nobis traditum est ab Omnipotenti DEO, qui Creatis rebus nomina prima
2 imposuit, dum † dixit: Appellauitque Lucem, Diem, & tenebras, Noctem. Et ibidem: Vocauitque Deus firmamentum, Cœlum. & post pauca. Vocauit DEVS aridam, Terram, Congregationesque aquarum appellauit Maria. vt latius habetur Genes. cap. 1. & 2. Sic postmodum facta primi hominis creatione, illi nomen imponens dixit: Adam vbi es? & paulò inferius, inquit: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est; vt habetur Genes. capit. 3. & Adam ipse cunctis animantibus,
3 scilicet † omnibus bestijs terræ, & vniuersis volatilibus cœli, nomina imposuit. vt patet Genes. cap. 2. cuius quidem rei iudicium ex quorundam Doctorum sententia, hæc protulit Moses Bar Cephas de Paradiso lib. 1. cap. 28. Quidam (inquit) putant Adamum voce, quę sensu percipi, audirique posset, pronunciata, singulis animantium speciebus, voluctumque nomina indidisse, cum editiore colliculo terræ pro Paradiso insidentem, augustaq; amictū Maiestate, & splendorē quem habitu prę se ferebat, solis radios superantem, illa summissis capitibus, prona, neq; prę nimio decore, quo ille splēdebat, intueri ipsum audentia, singulatim pręterirent, suisque ab illo appellarentur ex ordine, nominibus (nā neq; Israelitæ quiuerunt Mosis vultum inspicere, ob fulgorem quo collucebat. Exod. cap. 34. neq; valemus oculorum aciē intendere in solem propter resplendēs iubar, quo circundatus est) veluti verbi gratia cū Taurum ille nomine cieret, audito nomine suo, Taurus transibat coram illo, capite demisso, neque obtueri ipsum potens: similiter nominatim citatus Equus, agnoscebat nomen, pręteribatq;, deiecta ceruice, neq; Adam conspectum sustinens. Cuius Historiæ veritatem cōprobans pulcherrimè Philo Iudæus in lib. de Mundi Opificio, sic inquit: Perpulchrè autem, & impositio nominum assignatur primo homini; ad sapientiam enim, & Regnum pertinet. At ille sapiens est suimet ipse discipulus, & Doctor per Dei gratiam, & insuper, Rex quoq;. Decet autem rectorem, vt appel-
4 let vnum quemq; † subditorum. Eximiā vero oportet fuisse imperandi vim in primo illo homine, quem accuratè formatum DEVS secundo post honore dignatus, sub prefectum sibi Rectorem aliarum rerum omnium cōstituit. Hæc Philo. Ab Adamo autem nomina animalibus quibusque imposita fuisse congruentia scribit Alphonsus Tostatus super Genesim. cap. 13. q. 344. sic dicens. Adamum nomina imposuisse, vt ipse per scientiam, quā
5 habebat animalium, & per † notitiam plurimarum vocum, quam acceperat, nomina conderet, atq; imponeret animalibus, singulorum naturis, ritè cōgruentia. Hoc idem inquit Fœlicianus Capitonus Explicationum Catholicarum lib. primo. Explic. 7. dum ait: Nomina autem quum à rerum proprietatibus sumi oporteat, necesse fuit animalium proprietates nouisse Adam, antequam illis nomina imponeret. Quod ante eos in loco citato idem Philo dixerat: Nō quod dubitaret, (ait) Ignotum enim Deo nihil, sed sibi conscius, quòd rationalem in mortali naturam fecerit, suapte vi mobilem, ne ipse esset vitij particeps, itaq; periculum faciebat iam noti, tamquam præceptor, insitum ei habitum excitans, & ad cōtemplationem operum suorum prouocans, vt eis ex tempore nomina imponeret, nec impropria, nec inconuenientia, sed disertè rerum proprietates exprimentia. Linguam verò, qua Adamus nomina imposuit, Hebræam fuisse post multos no uissimè scribit Benedictus Pererius Commē-
6 tariorum † in Genesim lib. 5. Tomo 1. quam dicit primam linguarum omniū fuisse. Quorum opinionem ego minimè probaui in Apologia in sententiam Pilati Aquilæ repertam, quam cum scripsissem longo antea tempore, fuit tamen Typis tradita in Anno Domini 1587. vbi Caldeorum linguam, primam fuisse contendi, verè ne an secus, aliorum sit iudicium.

Meritò igitur quorundam Philosophorum sententiæ refelluntur, qui dicebant primos
7 homines, primò voluntatem suam † nutu significasse, deinde sermonis initia tentasse, ac singulis quibusque rebus nomina imponēdo, loquendi perfecisse rationem. Contra quos scripsit Lactantius Firmian. Diuinar. Institutionum. lib. 6. c. 10. quamquam alio modo illū referat Gulielmus Fornerius Selectionū lib. 1. cap. 1. Sed hi mundanarum scientiarum eruditi disciplina, ac Philosophia, Diuinæ scripturæ arcana nescientes, hæc phantasmata

sibi

sibi ipsis figurarunt.

Maxima idcirco prærogatiua lætari debet PHILIPPVS Rex Catholicus, cum pulcherrimo sit adornatus nomine. Magna enim cura parentibus incumbit, vt quàm optima fi
8 lijs nomina † imponant, vt dicit Sũmus Pontifex in Clem. Exiui. §. cæterũ. in fi. vbi hoc annotauit Cardinal. Florentin. de Verb. Signific. Nihil enim mali est, honesti hominis no
9 men † assumere. l. facta. §. si in dãda. ff. ad Trebell. vbi de suo nomine gloriatur Accursius (quem tamen reprehendit Philipp. Deci. in l. 2. § appellata. nu. 4. in fin. ff. si cert. pet. in vltima lect.) de quo etiã Iacobin. de sãct. Georg. in Inuestitur. Feudal. in verbo. Carolus. nu. 1. & latè Ludouic. Cælius Rhodigin. Antiq. lection. lib. 13. cap. 1. & 6. quibus annecti possunt, quæ scribit Frãcis. Patritius de Institut. Reipub. lib. 6. Titul. 7. Accedit si quidem
10 ad ornamentum (inquit) Ciuitatis, † ciues pulchris nominibus nuncupari: turpis enim nominatio, itá de dignitate aliquid detrahere videtur, vt honesta addere, qua in re parentum diligentia in denominandis infantibus laudanda est, & præcipuè cum in ea re, nihil impendij faciant, & filios non parum ornent. Pulchrum etenim nomen totius probi-
11 tatis, & honestatis est argumentum, † vt multa cõgerens voluit Gulielm. Benedict. in Repet. c. Raynutius. in eodẽ verbo. nu. 55 de Testamẽt. De nomine optimo non grauabor lepidum facinus referre. Sub Tacito Imperatore, victis Alanis, Equus velocissimus inter hostium spolia repertus est, non admodũ in-
12 gens, vel decorus, sed pernicissimus, † vt qui die qualibet centũ milliaria perficiebat, idq; octo, ac decẽ diebus continuabat. Eum Probus, qui in Oriente sub illo Imperatore Dux militum erat, sortiri in vrna inter milites iussit: tractum ex vrna nomen Probi est. surrexerunt quatuor qui eodẽ nomine vocabãtur, interq; illos cõtentio magna effecta est, sic, & tertiò, & quartò, semper Probi nomen emicuit, cum Duci placuisset, vt toties partiretur. Militibus iudicandam rem Dux remisit; Exercitus causam decreuit, & Probo Duci
13 † Equum applicuit, vti qui Probi nomen haberet, & probior alijs omnibus haberetur, vt est author Flauius Vopiscus in Probo.

Hinc est, quòd habens malũ, ac turpe nomen in criminibus, contra se torturæ indiciũ
14 facit, saltem alijs † cõcurrentibus indicijs. Io. Andr. in c. cum secundum. de Præbend. vbi inquit itá dixisse sororem suam. Marian. Soc. senior in c. cum dilecta. de excessib. prælator. Thom. Grammat. in consil. criminal. 40. num. 12. Marsil. in l. 1. nu. 71. ff. de quæstionib. & in pract. crim. §. expedita. nu. 52. post Alexãd. in consil. 5. vol. 2. Paul. Merend. in consil. 103. nu. 15. Anastas. Germon. de Indult. Apostolic. §. Hieronymo. num. 4. & seq. Propterea Sergius Secundus Summus Pontifex, quòd turpi no-
15 mine vocaretur, scilicet † Os porci, mutato nomine Sergius appellari noluit, vt scribit Baptista Platina, in quam sententiam omnes post modũ Historici iuerunt, præsertim post alios Albert. Crantius Metropolis. lib. 2. c. 2. & è nostris Abbas Panormit. in proœmio Decretalium, nu. 8. vbi Felyn. nu. 38. Gemin. in Proœm. Sexti. n. 13. vbi Ioan. de Vãquel. concl. 1. Lãcellot. Conrad. in Templo Iudicũ. lib. 2. c. 1. §. 2. in verbo. Generalia in electione. sub nu. 8. Anastas. Germon. de Indult. Apostolic. in §. sixtus. nu. 2. cum pluribus seq. Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæst. lib. 2. Centur. 4. casu. 318. nu. 3. & seq. & quãplures allegans Petrus Cenedo Collectan. Iuris. Canonici. 13. nu. 1. parte 3.

Hoc autem vix credere possum, nec verum esse contenderem, quando inuerisimile vide-
16 tur, sanctos Sacerdotes † in fonte Baptismatis, dũ puer hoc Sacramento initiaretur, permissuros, q̃ tam indecorum nomen puero imponeretur: quod tantò minus credere dignũ erit, quantò à Nobilissima Romanorum stirpe ortũ fuisse tradant: nec enim putandũ est parentes Nobili ortos familia, tam vituperosum filio nomen dari consentisse. Ab euentu verò iocosè aliquod probrosum nomen dari illi ante Pontificatum adeptum, non inuerisimile foret, quando non itá pridem illi Cardinali dictum fuit, de Simia; & alij nonnulli, alijs etiã prauis nominibus insigniti fuere, quorum aliqui ad Põtificiam dignitatem peruenere: non tamen, idcirco dicendũ illos praua ea nomina in Baptismatis lauacro habuisse.

Mea autem fert opinio, alia sanctiori, atq; altiori causa motum fuisse eundem Summum Pontificem ad sui nominis mutationẽ à Spi-
17 ritu sancto ei reuelatam. Nã & nominũ † mutatio in sacra scriptura potioris alicuius, ac maioris significationis actũ denotauit: vnde Genes. cap. 17. DEVS dixit: Nec vltra vocabitur nomẽ tuũ Abram, sed appellaberis Abra-
18 ham, quia † patrem multarum gentium constitui te, faciamq; te crescere vehementissimè, & ponam te in gentibus, Regesq; ex te egredietur. Hoc idẽ seruatum fuit in Iacob, dum Genes. cap. 35. inquit: Nõ vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuũ, & appellauit
19 eum † Israel, dixitq; ei, Ego Deus omnipotens, cresce, & multiplicare: gentes, & populi nationum ex te erunt, Reges de Lumbis tuis egredientur. Sic & Moyses, Osee filium Num,
20 † vocauit Iosue, vt habetur Numer. cap. 13. & scribit Hieronym. in Psalm. 76. in fin. Vnde sicuti Abrahamo, qui figura fuit Petri, dum no-

21 minis†mutatio facta extitit, larga generatio
promittitur, sic Petro generatio pascenda cõ
mittitur. Ab illo iustificanda procedunt, in
hoc iustificata fundãtur; quod ille spetat, hic
accipit. Illi dicitur, Faciam te in gentem ma-
gnam: huic dicitur, Faciam te piscatorem ho-
minũ. Illi dicitur, In semine tuo benedicẽtur
oẽs gẽtes: huic dicitur, Iudicabis duodecim
tribus Israel. Illi dr, Vt stellæ erit semen tuũ:
huic dicitur, Tibi dabo claues Regni Cælo-
rum. At per hoc ille fęcunditate feminis be-
nedicti impletur: hic ante semen ipsum Euã-
gelizaturus asciscitur. Abrahæ pro filijs cla-
ritas monstratur Astrorum: sed Petro tradun
tur Regna Cælorũ. Hæc Hierony. in lib. de ve
ra Circuncisione, dixit, dum Abrahamum Pe-
tri typum esse conscripsit. Similiter per mu-
tationem nominis Iacob in Israel, aliud desi-
22 gnatur, quia Iacob †supplantator, prius sup-
plantãda esse seculi vitia, & postea esse Israel
23 idest, animæ videntes †DEVM, & oculis cor
dis cõtẽplantes eundẽ, vt censuit idem Hie
ronymus in Psal. 113. vt esset actiuæ vitæ muta
tio in contemplatiuã, & de seculari quodam-
modo in Pontificalem, vel Ecclesiasticam. Sic
24 Oseas, cũ dicatur Deus saluabit, mutato† no
mine in Iosue portendat, Dominus Saluator,
25 vt quod erat spe, videretur effectu, in repræ-
sentatione D. N. IESV CHRISTI. In Typo
itaque Petri, futuri in locum Christi, cui erat
committenda Ecclesia dici potest illud, à ne-
mine, (ꝙ viderim huc vsq;) ad hoc propositũ
adductum, qđ habetur Esaię. c. 62. Et vocabi-
tur tibi nomen nouum, quod os Dñi nomina
bit. Vt eodem modo suum volens Vicarium
cõstituere CHRISTVS Dñs dixit, Matthęi ca.
26 16. Beatus es†Simon Bar Iona, quia Caro, &
sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus, qui
in cęlis est; & ego dico tibi, quia tu es Petrus,
& super hanc Petrã ędificabo ecclesiam meã,
& portæ inferi nõ præualebunt aduersus eã.
Et iterum Ioannis. c. 1. Tu es Simon filius Io-
na, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur
Petrus. Ex quibus à Dño Iesu, à Simone non
Pontifice, in futurũ Pontificem, mutatum est
in nomen Petri, super qua erat fundaturus ec
clesiã; Petra autẽ erat Christus. vt dicit Pau-
lus. 1. Corinth. c. 10. Mutatio itaq; Pontifica-
lium nominũ ex inductis exemplis, illud si-
gnificat, vt cum sit Pontifex, Expurget vetus
fermentũ (iuxta illud Pauli. 1. Corinth. c. 5.)
& induat nouũ hominẽ, & sit noua conspersio,
iuxta documẽtũ Samuelis ad Saul, de quo
lib. 1. Reg. c. 10. Et insiliet (inquit) in te spiri-
tus Domini, & prophetabis cum eis, & muta-
beris in uirum aliũ, quæ mutatio est illa, de
qua Dauid Ps. 76. Mutatio dexteræ excelsi. &
vt inquit Clemens Alexandr. li. 1. Pædagogi.
c. 5. Nomen nouum, quod est recens, æternũ,
impollutum, simplex. Apud antiquos Roma-
27 nos etiam vsus inualuit, vt† quos ad eque-
strem dignitatem, aut prætorijs ornamentis
honestabant, vel Ciuitate donabant, explosis,
& obsoletis veteribus nominibus, veterum,
ac Nobilium Romanorum nomina vsurpa-
rent; ne quid obsoleti nominis nota, collato
honori officeret. Hinc pro Demetrio Mega
Siculo, cum Dolabella à Cæsare Ciuitatis do-
natæ immunitatem impetrasset, deposito ve-
teri nomine P. Cornelius appellatus fuit, vt
refert Cicero. lib. 13. epist. 37. Alex. ab Alex.
Dierum. Genial lib. 2. cap. 29.

Romani nomina imponebãt, Maribus die
28 †nono, Fæminis vero die octauo, & hi dies
Lustrici dicebantur. vt scribit Festus Pompe-
ius in verb. Lustricus. & Macrobius lib. 1. Sa-
turnal. c. 16. Petr. Crinit. de Honesta discipli-
na. c. 4. Alexãd. ab Alexandr. Dierũ Genial. lib.
2. c. 25. Frãciscus Marius Grappald. de expli-
cat. verbor. post libros de Partibus Ædium. in
in verb. Lustricus & ab illo die nono, Nondi-
nam Deam ijdem Romani colebant, vt post
Vectiũ Prætextatum scripserunt Alexand. ab
Alexan. & Petr. Crinit. in locis prædictis; quæ
Nundina postea dicta est, à qua fortè, & Nun-
dinæ dictæ sunt. quæ mercatus appellãtur, de
quibus latissimè dicam infra cap. 36. Quare
29 autẽ Fęminis die octauo, & Maribus† nono,
imponebãtur nomina, plures assignat ratio-
nes, & illas quidem Arithmeticas, Geometri-
cas, & Mathematicas Plutarchus Problem.
102. Sed illam ego rationem addiderim: Fę-
minam dici Marẽ imperfectum, respectu Ma-
ris, vnde cum numerus octonatius, respectu
nouenarij sit imperfectus, optimum fuit, Ma-
rem die perfectiori, fęminã imperfectiori, no
minibus insigniri. Nec enim nouũ est et apud
antiquos, imparibus numeris potiusꝗ pari-
bus vehemẽtiores vires, assignari solitas, qđ,
& Hieronymus, Origenes, ac alij in Genes. 7.
fatentur. Alia etiam congruit ratio, quia par
30 numerus†fęminæ, impar vero masculo tribui
tur. vt post Platonẽ censuit Macrob. in Somn.
Scipio. lib. 1. cap. 6. & iterum lib. 2. cap. 2.

Intra triginta aũt dies, filijs noĩa apud Ro
manos eosdem, ex edicto M. Antonini, fuisse
solita imponi, scripsisse Iulium Capitolinum
in eius vita refert è nostris Anton. Gubertus
de Sponsalib. & matrim. tit. de His, qui nupt.
31 contrah. poss. nu. 40. Quia non agitur† ibidem
ex professo de Hominum impositione, ꝗ in-
tra triginta dies nomina imponerentur, sed
ꝗ facerent liberorum professionẽ intra dies
triginta, noĩe imposito, idest à die noĩs impo
siti, & hoc tũ, vt cõstaret, quorũ essent filij, tũ
ex alijs causis. Quinimò Capitolin' meus, ni-
si mendosus sit, vt ego arbitror, dicit (intra
tres dies) cuius verba apponere instituã, & si
se

se habent. Inter hæc (inquit) liberales causas ita muniuit, vt primus iuberet apud Præfectos Ærarij Saturni vnumquemq; ciuium natos liberos profiteri, intra tertium diē nomine imposito per prouincias tabulariorum publicorum vsum instituit. Apud Hębreos cum nomen tempore circumcisionis imponeretur, circum-
32 cisionis dies † octauus à natiuitate stabilitus erat. ita mandauit Deus Abrahæ Genesi c. 17. Infans (inquit) octo dierum circumcidetur in vobis. Sic etiam mādatum fuit Moysi. Leuitici c.12. Mulier (inquit) si suscepto semine peperit masculū, immunda erit septem diebus iuxta dies separationis mēstruæ, & die octauo circumcidetur infantulus. Quod, & seruatum fuit in Christo, vt habetur Lucę. cap.2. vbi dicitur: & postq̄ cōsummati sunt dies octo, vt circuncideretur puer, vocatū est nomen eius IESVS.
33 Cuius rei causam† reddidit ibi Beda, & ante ipsum Augustin. Quæstionum veter. Testamen. c. 29. Ioseph. Antiquit. Iudaicar. lib.1. cap.10. 11. & 12. Hierony. in Epistol. ad Galathas. c.3. in fin. & lib.1. Aduersus Iouinianum. & in Hieremiam. c.9. & in Ezechielem. cap.20. Lactant. Firmian. Diuin. inst. lib.4. cap.17. & nouissimè postq̄ ista scripseram Benedictus Pererius in Genesim. c.17. Tomo. 3. qui omnium opiniones inducit luculentissimè, & alia tradidit Felician. Capitonus explicat. Catholic. lib. 3. Explicat. 56. & 57. Cyprian. libro 1. Epist. 11. ad Pomponium. Pelbartus à Temsuhar in Rosar. Sacræ Theolog. verbo, lex.2. §.2. in fin. Tomo.3. & Tatius in verbo Circumcisio. Tomo 4. Arabes vero in Decimotertio anno circumci-
34 dere† solitos esse, & hac ætate Ismaelem fuisse circumcisum scribit Ioseph. in dicto lib.1. c.12. Apud Græcos autem, Nominis impositionem
35 septimo† die fieri solitam fuisse, nec ante, ex multis scribit Aristoteles de Histor. Animal. lib.7. cap. vltimo. Septimo etiā natiuitatis die,
36 circumciditur puer† apud Fessam Mauritanię vrbem quo die maxima in lætitia coniuncti permanent, munuscula etiā omnes circūcisori faciunt. vt latè scribit Leo Afer rer. African. lib.3. Quamquam Athenienses die decimo, facto prius sacrificio, & acceptis conuiuio Amicis, propinquisq; vt refert Alexander ab Alexand. dierum Genial. lib.2. cap.25. & Alexand. Sard. de Morib. gentium. lib. 1. c.8. Nec mihi arridet Astrologorum opinio, dicētium Magnā vim, stellas operari in nominum impositione; de quibus Andr. Tiraquell. de nobilit. cap. 26. nu. 8. & seq. Quia apud nos ista relinquimus. Vnde optimè patres decreuerunt in Concilio Tridentino, Cathechismum edendum fore, in quo edito sub tit. de Baptism. in fin. dicitur: Ad extremū verò, Baptizato nomē imponitur,
37 †quod quidem ab aliquo sumendum est, qui propter excellentem animi pietatem, & religionem, in sanctorum numerum relatus est, ita enim facilè fiet, vt quiuis nominis similitudine, ad virtutis, & sanctitatis imitationem excitetur. Datur autem Baptismus quacunque
38 ætate, & quocunque tempore, † vt nouissimè decreuit Concilium Trident. sess.7. Canon.12. Gloss. in c. venerabilis de Consecrat. distinct. 4. Armilla. in §. Baptismus. nu. 34. & seq. Grysald. Decis. Cathol §. Baptismus. nu. 17.

Carolus Quintus Cæsar, vt inter omnia, quę Christianissimum Imperatorem decuit, expleret, (vt expleuit) officia, hoc peculiare habuit, vt filios omnes, filiasque sanctorū nominibus insigniret, atque sanctarum. Regi Itaque nostro Catholico Philippi nomen imposuit, cum
39 †natus esset die 21. Maij 1527. In oppido tunc Florentissimo Vallis Oleti, (Valladolid Hispani dicunt) quod Pinciam latini nominant, in
40 Prouincia Gallecię ex Elizabetha matre, † Emanuelis Portugalliæ Regis filia, vt inter alios testantur Lucius Marinæus rerum Hispanicarum. lib.7. in fin. & Michael Bucchingerus in Histor. Ecclesiastica. noua. fol. 277. & mirum dictu, quo die ista transcribimus idem dies vigesimus primus est mensis Maij Anni Domini nostri IESV CHRISTI 1597. quo die finitus est annus septuagenarius, ob quod pro totius Christianæ Reipublicę beneficio, Deum omnipotentem oramus, vt ad annos totidem illum conseruet incolumem per IESVM CHRISTVM Dominum nostrum, quando præces nostræ indignæ sunt.

Non autem sine magno, occultoq; Dei Optimi Max. misterio, ac beneficio, id nomen sortitus est. Multi enim hoc nomine viri Princi-
41 cipes claruere, inter hos Philippus† Amyntæ filius, Alexandri Magni pater, Rex Macedoniæ, militaris Rei peritissimus, gestisq; rebus Clarissimus, qui paruum Macedoniæ Regnum ad centum quadraginta populos ampliauerat. de quo latè Iustinus lib.8. & 9. Paulus Orosius lib.3. cap. 12. 13. & 14. Eutropius lib.4. cap.1. & 2. Ioannes Zonatas Annalium lib.2. Diodorus Siculus in Philippo. Quàm vero ampliora Regna habeat Philippus Rex noster, dicam infra cap.46.

Qui primus etiam Imperatorum omnium
42 Christianus factus sit, is Philippus † appellatus est, qui Imperio præfuit in anno Domini 246. mortuus postmodum in anno Domini. 251. prout eius acta referunt Sextus Aurelius Victor in Epitome in Philippo. Eusebius lib.6. cap.25. Orosius lib.7. cap.13. Platina in Fabiano. Ioan. Zonar. Annalium. lib. 3. Alexander Scultetus in Chronographia in anno Domini 251. Ioan. Baptista Egnatius Romanorum Princip. in Philippo. Ioānes Lucidus de Emendat. Temp. lib.9. Petrus Messia in vita eiusdem Philippi. Honofrius Panuinius in Commētar.

Fastorum.lib.2.post Pomponium Lætum.lib.2. & nouissimè Paul. Morigia.in Histor.Religionum.cap.65. Huic Imperatori literas scripsisse Origenem de fide loquentes ac Seueræ eius vxori retulit Platina. A quo confunditur illorum opinio, qui censuerunt, nullam Philippum Imperatorem vxorem habuisse. Sed clarius eos confundit Panuinius in loco proximè relato, vbi meminit Monetæ Martiæ Ota-
43 liticę Seueræ † Philippi coniugis. De eodem Philippo patre, Otalicia vxore, & Philippo filio, plura scribit Sebastianus Eritius in Comment. Numismatum. & ante eos Addo Viennensis Chronicorum. Ætat. 6. Albertus Crantius in Saxonia.lib.3.cap. 3. ijs adde Ioannem Coras. Miscellan.Iuris. lib.4.cap. 23. & Didac. Couar.pract.quęstion. cap.31. sub num.1. Qui hoc idem fatentur, licet hos omnes authores non retulerint. Quàmque dum ista transcribi curamus vidi Thom. Bozium lib. 2. cap. 1. de Statu Italiæ, qui dicit Philippum crudelitate nimia laborasse, ex Flauio Vopisco, & Iulio Capitulino, hic in Gordiano iuniore, ille in Aureliano, quod non officit, quia non ideo excluditur quin Christianus fuerit, quia isti Historici, quę dicunt odio Christianorum, obloquuntur.

Voluit Carolus Cæsar Regi nostro Philippi nomen imponere, vt Philippi patris sui infe-
44 rias, ac memoriam † suscitaret; Quod non absque ratione factum fuisse credendum est, tum vt Clarissimi patris nomen magnifaceret; tum etiam, vt is, in auitas virtutes specularetur. Nam & Philippus Primus Maximiliani Cæsaris filius, & Philippi Secundi nunc Regnantis Auus, fuit ea morum, ac virtutum animi, illa corporis fortitudine, ac vi, eaque excellenti, totius Corporis forma, eo vultus decore dotatus, vt nullus suæ ætatis Princeps posset ei ęquari. Decimo sexto namque ætatis suæ anno, maximo plausu, maximaque populorum omnium lætitiâ fuit Brabantiæ Princeps inauguratus, & in suæ Adolescentię flore contra Carolum Principem, Geldriam recuperare armis, ac bello instituit, ac fœlicissimè maximam illius partem suo Imperio reduxit, totamq; illam acquisiuisset, nisi cum eo concordiam idem Carolus Geldriæ Dux inhiuisset. Magnãq; sui expectationem Mũdus conceperat, ni mors in iuuentæ initio, dum annum ageret vigesimum octauum de medio rapuisset, cuius mortem omnes regiones lachrimis eiularunt. Erat enim Princeps, qui pro omnium beneficio natus videbatur, omnibus prospicere, omnibusque consulere suum erat studium: cuius mortem per dies octodecim stella Crinita præcessit. de eius virtutibus latè scribit Hadrianus Barlandus in Histo. Brabantiæ.cap. 164. cum pluribus seq.Iacob.Marchantus.de Rebus Flandriæ Memorabil.cap.3. alijque quàm plures Historici. Nec enim modicum videtur, vt quis prædecessorum nomen ferat, cuius intuitu multa fieri solent. Nihil enim mali est, honesti hominis nomen assumere, vt inquit Caius in d.l facta.§.si in danda. ff.ad Senat. Consult. Trebell. l.hoc iure. §. fin. ff.de Donat.& notatur.in l.cum filius. §.pater. ff. de leg. 2. vbi testator Sempronio nepoti plus tribuendum statuit in honorem nominis sui, cuius nomen gerebat, vt ibi docet Accursius. Sicut è contrario malum nomen assume-
49 re turpe esse Metianus † asseruit.in l.sed sciendum.ff.ad Trebell. vnde in dubitationem adducunt, an institutio, legatum, vel dispositio facta cuipiam, si nomen, & cognomen testatoris assumat, existentibus, tali nomine, & cognomine turpibus, an debeatur hæreditas aut legatum: qua de Re Guido.Pap.in Decis.Gratianop.251.& Bartholom.Bertazzol. in consil. ciuil.76.num.19. vol. 1. latissimè Ludouic.de Molin.de Hispan.primog.lib.2. cap.14. nu 25. & post eum nouissimè ad satietatem Antoninus Tessaur. in Decis.Pedemont.270. num.16. & ad materiam Philip.Deci.in consil.275. col. 2. Causa autem est maximæ affectionis simi-
46 litudo nominis, vt pluribus † cõprobat Andr. Tiraquell.in legib.Connub.l.5.nu.27. & quanto quis alijs differentius, ac celebrius nomen
47 † hæreditauit, tãto melior effici debet, vt dicit Apostol.ad Hebræos cap.1. quæ, quantum ad quærendam virtutum gloriam, apud Philippum Regem Catholicum, profecerint, ex iam dicendis in operis progressu apparebunt. Eiusdem enim nominis efficacia, non paruos
48 gignit effectus † habetur in l. filiæ. §. Titia. ff. de cond.& demonstrat. & dixi in Consil. 96. nu.7.8. Centur. 1. faciunt notata per Stephan. Forcatul.in Auiario iuris ciuilis. cap.10.nu.3. Optimè igitur Romani in boni ominis signũ, in delectu militum faciẽdo, primum militem, optimum nomen habentem, vocabant, vt dico infra cap.32.nu.20.

ARGVMENTVM.

CAP. II.

Verborum, DEI GRATIA, quibus vtitur Rex Catholicus, amplissima declaratio enucleatur.

COMPENDIVM.

1 *Philippus Secundus Rex Catholicus à superbia alienus.*

2 *Rex Catholicus, Dei gratia, se Regem vocat.*

3 *Reges Galliæ, Dei gratia, se Reges appellant.*

4 Gra-

4 *Gratia, in re qualibet Deo agenda.*
5. *Gratiam Deo agens, ab eo plurimum diligitur.*
6: *Iustorum acta, in libro vitæ scripta sunt.*
7 *Deus ingratis cōminatur, quòd in eis appropinquat iudicium.*
8: *Saul à Deo Rex electus, ingratus factus, ab ipso abhominatus.*
9 *Humilis coram Deo inuenit gratiam.*
10 *Deus, humilibus dat gratiam.*
11 *Philippus Secundus Rex Catholicus superbos semper odit.*
12 *Superbia est sæuissima, & immanissima bestia.*
13 *Superbiæ operationes pessimæ, & quales?*
14 *Superborum sedes Deus euertit, ac sedere facit mites.*
15 *Philippi Secundi Regis Catholici, humilitatis exemplum.*
16. *Verba, Dei Gratia, quid significent.*
17 *Francisci Duareni libellus, cui Titulus, Defensio pro libertate Ecclesiæ Gallicanæ, iure prohibitus.*
18 *Carolus Quintus Cæsar, hoc titulo, Dei Gratia, vtebatur.*

CAP. SECVNDVM.

Licet suprema, vltra omnes terræ Principes,
Gloria, Catholicus Rex præfulgeat; Astu
aliquo tamen minimè tumidus est, sed intra
modestiæ circulos, vitam semper duxit, ab
1 omni superbiæ contagio semotam, † omnem
sui Altissimi status eminentiam, ad Dei Optimi
Maximi Gloriam referens, cum titulum
sui Regni ad Deum direxerit, semperque
dirigat, se DEI GRATIA Regem
2 nominando, sic † semper, ab antiquissimo
temporum curriculo, seruarunt Catholici
Hispaniarum, Hierusalem, Neapolis, ac Si-
3 ciliæ Reges, quod † & Reges etiam Galli obseruarunt.
vt scribit Petr. Rebuff. in Cōcord.
Franciæ. in Proœm. in verb. Dei gratia. Authoritate
Pauli. 1. Corinth. cap. 15. Gratia
Dei sum id, quod sum. Hæc autem verba, ex
4 alijs Illustriora facias. Quia semper in † re
qualibet, Gratiæ Deo agendæ sunt. Vnde
Paulus ad Philemonem cap. vnico. Gratias
(inquit) Ago Domino Deo meo. Et idem
Apostolus omnibus semper sic salutem impertit.
vt patet ad Roman. capit. 16. 2. Corinth.
cap. 13. & ad Galathas. cap. 6. ad Philippenses.
cap. 4. & 1. Thessalonicens. cap. 4.
Cum Deus omnis Gratiæ sit author. 1. Petri.
cap. 5. Gratia, & veritas per Iesum Christum
facta est. Ostendunt autem, qui agunt gra-
5 tiam Deo, ab illo plurimum † diligi. Ideo
pluries in scriptura notatur, quòd quis inuenerit
gratiam coram Domino: vt de hoc
dicitur Genes. cap 6. Noe verò inuenit gratiam
coram Deo. Quæ verba Mosis magno
cum Misterio annotata sunt, vbi Ambrosius
in lib. de Noe, & Arca, dicit non sine magno
ministerio ita dixisse, antea enim aliorum
hominum peccata, & scelera narrauerat, ex
quibus commotus dixerat: Delebo hominem,
quem creaui à facie terræ, ab homine
vsque ad animantia, & cætera. Statim osten-
6 dit, quòd iustorum acta scripta † sunt in libro
vitæ, & subsequutus est. Noe verò inuenit
gratiam coram Deo. Ad condemnationem
errantium, & ad expressionem pietatis
Diuinæ, quòd hominem iustum non obumbrat
aliorum offensio. Et de Thobia habetur
Thobiæ cap. 1. Et quoniam memor fuit
Domini, in toto corde suo, dedit illi Deus
gratiam in conspectu Salmanasar Regis. Et
de Iudith similiter dicitur Iudith. cap. 10.
Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, &
omne consilium tui cordis, sua virtute corroboret,
vt glorietur super te Hierusalem, &
sit nomen tuum in numero sanctorum, &
iustorum.

Catholici Principes considerantes illud
Salomonis Prouerbior. cap. 8. Per me Reges
Regnant. Ne ingratitudinem in Deum omnis
Imperij, & Maiestatis authorem, qui de
stercore erigere solet pauperem, & collocare
cum Principibus populi sui, referre eidem
Deo Optimo Maximo viderentur, qui
dignatus est, per tot sæcula, & annorum curricula
Austriacam Domum ad maximam
Christiani Orbis Monarchiam exaltare, vt
dicam cap. seq. Ideo Dei gratia se Reges di-
7 cunt; Nam & Deus comminatur † ingratis,
quòd in eos appropinquat Dei iudicium.
4. Esdræ. cap. 8. Ingrati enim fides, tamquam
hybernalis glacies tabescet. vt dicitur Sapientiæ.
cap. 16. & nihilominus sua Misericordia
Deus etiam ingratos fouet, vt dicitur
Lucæ. cap. 6. Quia ipse benignus est super
ingratos & malos. Hinc Saul Rex electus,
de quo dicitur. 1. Regum cap. 9. Quod
non erat vir de filijs Israel melior illo: In-
8 gratus tamen in Deum factus, † ab eo abhominatus,
1. Regum cap. 15. dicitur: Factum
est verbum Domini ad Samuel, dicens: Pœnitet
me quòd constituerim Saul Regem,
quoniam dereliquit me, & verba mea opere
non impleuit, & post pauca ibidem dicitur:
Pro eo ꝙ abiecisti sermonem Domini, abiecit
te Dominus, ne sis Rex.

Nec etiam superbia elati, sibi Regalem
titulum assumunt, sed obediūt præcepto Salomonis
Prouerb. cap. 12. Qui bonus (inquit)
est, hauriet sibi gratiam a Domino: qui autem
confidit in cogitationibus suis, impie
agit. Hinc optimum Principibus consilium
dat Ecclesiastic. cap. 3. Quanto Magnus es,
hu-

9 humilia te in omnibus, & coram Deo † inuenies gratiam, quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. Sic Beatæ, & semper gloriosę MARIÆ virgini, cum ab Angelo dictum esset. Luc.cap.1.Aue gratia plena: Illa legationem Dei per Angelum ad propriam superbiam ob merita nō tumescens,sed humilissimè cum suam humilitatem cogitaret; subiunxit Angelus: Inuenisti enim gratiam apud Dominum. Quia,vt
10 Iacobus cap.4.ait:Deus humilibus dat † Gratiam,sicuti ibi dicitur, Quòd superbis resistit:sic dicitur.1.Petri.c.5. Ad hunc effectum Seneca in Hercule Furente ait.

Sequitur Superbos, Victor à tergo Deus.

Hinc Dauid Psalm.118.ait: Confundantur superbi. & Salomon Prouerbior.Cap.15. ait: Domui superborum demolietur Dominus:& Micheas. cap.2.ait. Non ambulabitis superbi. Idcirco in cunctis suis actibus, superbiam semper respuit Rex noster. Et vt à
11 Principibus quibusdam † Aulicis percepi, eundem Regem superbos semper odisse.Vndè rectè Augustin. Sermon. 31. Tolle superbiam,& Diuitiæ non nocebunt. Et vt Isidorus de summo bono.lib.3.dicit:Quosdam superbos diuites, rerum copia facit elatos, quorum non sunt opes in vitio, sed voluntas. Nam crimen in rebus non est, sed in vsu agentis. Est enim sæuissima, & cunctis re-
12 bus immanissima† bestia, superbia,vt inquit Cassianus de institut.renuntiant.lib.12.c.1. Hinc rectè inquit, Innocentius in libello de Vilitate conditionis humanæ.Superbia Tur-
13 rim euertit, † linguas confudit, prostrauit gloriam,suspendit Aman,interfecit Nicanorem, peremit Antiochum, Pharaonem submersit,& Sennacherib inreremit. Sedes Ducum superborum destruxit Deus, & radices gentium superbarum arefecit. Huc spectat illud Gregor.Moral.lib.14. cap.91. Qui per superbiam,atque inanem gloriam,proximos iuxta se despiciunt, superiora, quæ vltra illos sunt,nullatenus appræhendunt. Quia, vt dicit Gulielmus Peraldus in summa virtutum, & vitiorum. Titul. de superbia.Superbia est caligo mentis, quæ suum subiectum infatuat, & excecat, omni bono denudat, Deo, & hominibus odibilem reddit. Quibus concinunt versus Horatij.lib.1.Ode.34.

Valet ima summis
Mutare,& insignem attenuat Deus.

Et iterum ad hunc propositum idem Horat. lib.3.Ode.4.

Vim temperatam,Dij quoq; prouehunt.
In maius: ijdem odere vires
Omne nefas animo, mouentes.

Reges enim nostri considerarunt, potestatem omnem à Deo esse, vt dicit Paulus ad Romanos cap.13. Et in manu Dei potestates terræ esse, vt dicitur Ecclesiastici.cap.10. vbi etiam dicitur: quòd sedes Ducum su-
14 perborum † Deus euertit, & sedere pro eis facit mites. & quòd Matth. cap.23. habetur: Qui se humiliat, exaltabitur: vnde inter virtutes, suprema humilitas laude digna est,ad quod Seneca in Thieste.

Laus vera humili, sæpe contingit viro.

Quia,vt Claudianus dicebat.

Magna repentè ruunt, summa cadunt subito.

Et vt idem Claudianus de 4. Honorij consulatu inquit.

Inquinat egregios adiuncta superbia mores.

Et Euripedes eleganter ait.

Cum videris in sublime quempiam elatum,
Splendidis gloriantem opibus, ac genere,
Superciliòque supra sortem suam Fastuosum;
Illius Cęlerem Diuinitus expecta breui vindictã.

Vnde Ouidius Tristium lib.3.

Tu quoque formida nimium sublimia semper,
Propositique precor contrahe vela tui.

Et Propertius lib.3.Elegia 3.

Alter remus aquas, alter tibi radat harenas
Tutus eris: Medio maxima turba mari est.

Omnia autem Mundi bona, omnemq; potestatem humilitas temperat, qua humilita-
15 te Philippus † Secundus Rex Catholicus à Deo Optimo Maximo recognoscat, vnicum exempli locum proferam in Pragmatica prima Abolitionis ad fauorem delinquentium facta sub Rubric.de indultis. dum ait: Accepto insignis Victoriæ Nuntio, quo, Diuino imprimis munere,deinde vero ductu, ac virtute Illustriss. fratris nostri Charissimi Don Ioannis Austriæ, Fęderatorumq; nostrorum Classis Præfecti, numerosa Turcarum Tyranni Classis,nuper apud Echinadas Insulas,inhito prælio superata, capta, ac penè deleta fuerat; Nihil nobis antiquius fuit, quam vt ea, quæ Catholicum Regem decet Pietate, Immortali Deo, bonorum omnium Authori, gratias ageremus.Itaque publicis per omnia Regna,quæ Diuina Prouidentia,nobis regenda commisit, decretis supplicationibus,quibus, & nos ipsi supplices interfuimus,ad omnia sacra Templa, maximo populorum concursu,Deo gratiæ actę, omniaque prætereà, quæ ad augendam publicam lætitiam, pertinebant,hilaritatis signa edita fuerunt.Omitto alia verba. Ex quibus quanta Pietas, Humilitasque Regem nostrum extollant, omnibus (ni fallor) successoribus Regibus exemplo erit.

Exposuere aliqui verba illa. (DEI gratia) significare,ꝙ à Deo solo,& Ense Regna possi-
16 deat,† vt annotauit post alios, quos allegat Frãcisc.Marc.in Decis.Delphin.163.n.1.vol.1.

Sed

sed hæc verba mihi non satisfaciunt, expositioq; ista non recognoscit Ecclesiam, eiusq; Summum Pontificem, & quorundam prauorum scriptorum hoc fuit peculiare, vt Romanam Ecclesiam omnium Dñam semper odirent, quale pessimum exemplum præstitit, vir
17 alloqui grauis Franciscus Duarenus, qui † libellum illum tollēdum emisit, cui titulus est: Defensio pro libertate Ecclesiæ Gallicanæ, Carolus etiam Quintus Cæsar, hoc in suo Di-
18 plomatum omnium exordio principium † apponere solebat. de quo latius Restaurus Castaldus de Imperator. q. 43. nu. 8. alij, vt lubet, exponant.

ARGVMENTVM.

CAP. III.

Quòd Regalis dignitas sit Monarchica, amplissima fit discussio, ac eius status, ac Democratiæ, & aliarum, per multa exempla.

COMPENDIVM.

1 *Monarchicus Regendi status in vnius gubernatione consistit.*
2 *Aristocratia est optimatum status.*
Democratia, multorum. num. 13.
Demarchia, Popularium. num. 14.
Olygarchia. Paucorum.
3 *Olygarchia multa continet discrimina.*
4 *Decem viri ferendarum legum gratia creati sine prouocatione, immanes, ac insolentes.*
5 *Ap. Claudius ex Decem uiris insano Virginiæ amore incensus, mali facinoris causa extitit.*
6 *Virginia puella à Virginio patre occisa.*
Populus ob Appij Claudij dirum facinus decem viros, abdicare coegit.
7 *Appius Claudius morte mulctatus.*
8 *Triginta Rectorum Atheniensium à Lysandro datorum, insolentia.*
9 *Triginta Duces Longobardi post Clephonem creati, ob insolentiam sublati.*
10 *Duces duodecim, siue Palatini, seu Vaiuodæ apud Polonos post Lechum primum creati, sublati fuere.*
11 *Quinque viri creati ab Henrico Cardinali Rege Portugalliæ, vt in Interregno gubernarent, & causam successionis Regni decernerent, quid fecerint?*
Quinque Viri, fuere Georgius Almeida Archiepiscopus Olyssiponensis, Ioannes Mascharenias, Franciscus Saa, Ioannes Tellius, Didacus Lopius Sosa.
12 *Olygarchiæ status, omnibus est odio.*
13 *Democratia continet sub se Ochlocraticum statum.*
15 *Atheniensium Respublica à populo recta ad nihilum deducta. num. 16. 17.*
Carthaginenses, Syracusani, Megarenses, Thebani, Tarentini, Florentini, Genuenses, Senenses, Ancontinenses, Lindauiæ Suitenses, Vranij, Vnderualdij, Glarenses, Tugij, Bernates, & Tigurini, dum à populis recti fuere, plurima damna perpessi. nume. 19. 20. 21. 23. 24. 25. 26. 27. 28.
18 *Carthago formidabilis, sub Hannone, Bomilcare, Amilcare, & Annibale, sed hijs orbata, cecidit.*
22 *Tarentum, Calabriæ, Apuliæ, ac Lucaniæ, caput.*
29 *Bernates, & Tigurini Illustres habent familias, quibus cum populo mixtim gubernantur.*
30 *Venetorum, Lucēsium, & Ragusinorum siue Epidauriorum Respublica, quomodo gubernentur. num. 31. 32. 33. 34. 87. 88.*
35 *Xenophon Atheniensium statum damnabat.*
36 *Respublica omnis, mente, consilio, & prudentia regitur.*
37 *Athenienses Phocionem virum Clarissimum morte damnarunt, & ossa extra fines proiecerunt, quæ mulier Megarensis domi suæ collegit. nu. 38.*
39 *Phocion Quatragies quinquies Atheniensium exercituum Imperator, vitam sine macula transegit.*
40 *Anacharsis Philosophus Scytha Atheniensium Rempublicam derisit, & quà ex causa?*
41 *Fugiendus est locus, in quo viuitur ex solius famæ popularis arbitrio.*
42 *Populus dicitur bellua.*
43 *Populus huc, atq; illuc facile voluitur.*
44 *Vulgus indoctum appellatur.*
45 *Populus omnis temerarius est, demens, desidiosus, promptissimus ad mutandam sententiam.*
46 *Prælatorum, ac sacerdotum à populis electorum deputatio nonnunquam praua.*
47 *Vrbis Romæ prima discordia à nexu debitorum processit.*
48 *L. Menenij Agrippæ virtus, in conciliando cum patribus populo.*
49 *Vrbis Romæ secūda discordia à decem viris conflata.*
50 *Tertia vrbis discordia fuit prohibitio matrimoniorum popularium cum patribus.*
51 *Lex Canuleia permisit matrimonia inter populum, & patritios.*
52 *Quarta vrbis discordia ex quibus conflata.*
53 *Seditiones Gracchorum, Marij, Apulei, Saturnini, Syllæ, Catilinæ, ac aliorum, vnde ortum habuere.*
54 *Populus præceps fertur per deuia.*
55 *Periander Corinthius à Populo, lapidibus obrutus, & quare.*
56 *Vulgi ingenium mutabile.*
57 *Populi mutatio sententiarum maxima.*
58 *In vulgo non consilium, non ratio, nec alia quædam bona.*
59 *Populi, aut multitudinis natura ea est, vt humiliter seruiat, vel superbè dominetur.*
60 *Multitudo seditionis mater.*
61 *Deus, prædixit Iacob, quòd Reges ex eius Lumbis egrederentur.*
62 *Cum Dauid, misericordiam constituit Deus.*
63 *Cappadoces à Romanis Regem petierunt.*
64 *Darius, vnius imperium præferendum dixit.*
65 *Olygarchici, & Democratici ob eorum ambitionem, Rempublicam vastant.*
66 *Principis vnius status monarchicus probatus.*
67 *Entia omnia, cupiunt rectè gubernari.*
68 *Recta gubernatio per vnum fit.*
69 *Vnitas omnium Radix.*
70 *Ab vnitate visibilia, atq; inuisibilia procedunt.*
71 *Vnus Dominus, unum baptisma & vna fides.*
72 *Per vnum potius, quàm per plures Respublica consistitur.* 8

73 Ro-

73 *Romulus Remum fratrem, ex tam leui causa occidit, quòd muros vrbis transilire voluisset.*
74 *Ardieus Pamphiliæ Tyrannus, patrem ac fratrem natu maiorem interfecit.*
75 *Osyris Aegyptius à Tiphone fratre occisus.*
76 *Cambyses Persarum Rex Smerdem, siue Mergidem fratrem de medio sustulit.*
77 *Mithridates Ponti Rex, matrem, fratrem ac sex filios occidit.*
78 *Heraclius Imperator Phocam patrem occidit.*
79 *Prusias, Nicomedem Bithiniæ Regem interfecit.*
80 *Alexius Isaacium Angelum, oculis, Imperio, vitoque priuauit.*
81 *Alfrida nouerca Odoardum secundum Angliæ Regem, veneno extinxit.*
82 *Iugurtha, Adherbalem, & Hiempsalem Mycipsæ filios pro Numidiæ Regno occidit.*
83 *Ionathas Hebræorum Pontifex Iesum fratrem neci tradidit.*
84 *Aristobolus Iudeæ Rex, Antigonum fratrem Regni consortem occidit.*
85 *Antiochus Seleuco patre functo, fratrem occidit.*
86 *Mempricus Rex Britãniæ, Malim fratrem occidit.*
Theodoricus, Theodebertum,
Boleslaus Vueneeslaum fratrem.
Haldanus, Roem, & Scatonem fratres,
Feugo, Horuendilium,
Amletus Feugonem,
Canis Scala, Euriganum,
Bartholomeus, Antonium,
Franciscus, & Hugolinus Gonzaga, Hugolinum fratrem.
Herminefredus, Bertarium fratrem.
Perinus Fulgosius, Nicolaum,
Pinus Ordelafui, Franciscum fratrem.
87 *Melius est regi per bonum Regem, quam per bonam legem.*
89 *Melior est bonus Rex, quàm bona lex.*
90 *Romana vrbs à sui Principio, monarchico statu recta, nunc per Dei gratiam sub vno Pontifice, ad pristinum statum reuersa.*

CAP. TERTIVM.

QVæ Personam respicit, vltra omnes sese illa Catholici Regis Præstantia offert, qui Regali sit præditus dignitate, atque exornatus, cuius antiquitatem, inaugurationem ac alia nonnulla, ad Regum dignitatem pertinentia dico, de Feudis Dignitatum, libro 2. cap...

Regalem verò dignitatem, quòad gerendam subditorum curam, necessariam fuisse,
1 vt quæ Monarchicum regendi † statum respicit, qui in vnius tantum gubernatione, ac dominatu versatur, nonnullis luce clarioribus argumentis, fulciri posset. In cuius Theorematis conclusione, ratione, authoritate, atq; exemplis probanda, nimium laborarunt, ac insudarunt antiquorum, & nouorum clarissimorum Virorum, ac Philosophorum inge-
2 nia. Alij enim Aristocratiam, quæ † optimatũ statum respicit; Democratiam alij, quæ multorum; Demarchiam, quæ Popularium; Olygarchiam alij, quæ paucorum dominationem respicit, pro cuiusq; voluntatis arbitrio laudauerunt. Ego autem cum alijs multis Monarchiam probando, rationes omittam, exẽplis maiori ex parte, atque antiquorum, & nouissimorum Populorum successibus, ad digitum, vt aiunt, demonstrare conabor. Quæ enim Populorum Regimini sint vtilia, ac fructum afferant, quæue damnosa, ac pernitiem inducant, ipsi rerum euentus, exitusq; comprobant, in quorum commemoratione, ni fallor, omnis Reipublicæ gubernandæ, mentis acies, atque oculus figendus est.
3 Olygarchiam autem, vt † ab vltima initiũ sumam, nonnulla habere, & perplexa, & inuoluta rerum, & euentuum discrimina, Princeps omnium Romanus Populus ostendit, apud quem decem Virorum constitutio, qui ferendarum legum causa creati fuerant, magno Vrbi detrimento extitit. Hij enim cum
4 sine prouocatione ordinati † essent, illa immanitate atque insolentia processere, vt cateruati, ac Patritiorum Iuuenum turmis stipati, superbissimè cuncta gererent: Illorumque facinus, eò usque peruenit, vt non erubuerit A. Claudius, ipsorum vnus, insano
5 † Virginiæ, non amore solum, sed furore accensus, illam prius pecunia corrumpere adortus, atque illa intrepidè resistente, alio etiam medio suæ intentioni satisfacere ratus, clientem subornauit, qui eam inseruitutem corã eo ipso Iudice publicè assereret, spẽ vincendi certam concipiens, quòd ipse accusator occultus esset, & publicus Iudex: cumq; Virginius pater, filiam additam respiceret, veniam quærens, vt filiæ vltima verba diceret, cultro à Lanio accepto, Hoc te vno, inquit,
6 modo filia in libertatem vindico, † & pectus deinde puellæ transfigit. Et ad Tribunal respiciens Te, inquit, Appi, tuumq; caput sanguine hoc consecro. Qua facti nouitate, dolore, & ira percitus Populus, illos Magistra-
7 tu abdicare coegit. Appius † Claudius in carcere ductus, ibiq; necatus; alij morte, vel exilio mulctati, vt narrat Liuius lib. 3. Eutropius rerum Romanarum lib. 1. c. 12. Valerius Maxim. lib. 6. c. 1. Andreas Eborensis Exemplorum memorabiliũ. lib. 1. tit. de Castitate. Luc. Florus de Gestis Roman. Epith. lib. 1. c. 24. nouissime Carolus Sigonius, & Honofrius Panuinius in Fastorum commẽtarijs. Post Plin. Cæcilinum de Viris illustrib. ca. 21. Simile est Clarissimum Rei exemplum, Triginta Recto-
8 rum, seu Tyrannorum † Atheniensium, quos illis

illis dederat Lysander, cum illorum insolentiam Populus ferre non posset, prælio illos fudit, vt est author Plutarchus in Alcibiade,
9 & in Lysandro. Sic & triginta Duces † Longobardi, qui post Clephonem creati fuere, sublati sunt decennio transacto, cum sæuus illorum Dominatus Populo displicuisset; vt sunt Authores Paul. diaconus de Gestis Longobardorum. lib. 2. in fin. & lib. 3. cap. 8. Bernardus Saccus Historiæ Ticinensis lib. 8. c. 13. & 14. Carolus Sigonius de Regno Italiæ. lib. 1. Et idcirco passim, is gubernandę Reipublicę ordo, apud plures alios populos, è medio sublatus est. Apud Polonos exēplum adest percelebre: Cum enim post Lechum
10 primū absq; prole defunctum † Duces duodecim, seu Palatinos, (Voieuodas ipsi appellant) pro gerenda Republica creassent, & in initio Magistratū rectè gererēt, ad Ambitionem postmodum versi, dum quisq; suo nutu omnia geri, atq; administrari concupisceret, & suam rem, ac priuatam potentiam ad augere studeret, ab illorum Regimine discesserunt, vt meminit Martinus Crome. Historiæ Polon. li. 2. Pari etiā modo temporibus hisce nouissimis, experimēto cognouimus, multas calamitates passū fuisse Portugallię Regnū, dum enim mortuo, inuictissimi animi, Sebastiano Rege, ac in eius locum suffecto Henrico Cardinale, ageretur de futuro post eius mortem Rege, cum ipse tum ob impedimentū ordinum, tum etiam ob senectam, successores suo ex corpore non haberet, quinque illi grauissimi Equites Gubernatores electi
11 Georgius † Dalmeida Archiepiscopus Olyssiponensis, Franciscus Sada, Regius Camerarius Maior, Ioannes Tellius, Ioannes Mascarenias, & Didacus Lopius de Sosa, Præsidens in Consilio Iustitiæ, vt in Interregno gubernarent, & causam successionis Lusitanici Regni de Iure decernerent. Hij verò, eo suam consultationem in longum frustrarunt, quòd multa ex inde mala suborta sint; vt si initio, antequam bellici apparatus vltra progrederentur, intrepidè illorum iudicium aperuissent, & pacatè Regni possessionem Philippo Regi, iure debitam, tradidissent, nullū Regni Ciuibus detrimentū, nulla mali occasio nata esset, vt optimè scriptum reliquerunt Io. Ant. Viperanus in cōmentarijs de Obtentu Portugallia; Hieronymus Francus Connestagius Genuensis Historię Portugalliæ lib. 3. & iterum lib. 4. Multis possem præclarissimis Historiarum exemplis ostendere, hunc Olygarchicum regendi modum, fuisse semper Populis, bonorum, rerum, & personarum perditioni, exitiovè, nequissimum, quæ ex professo omittere volui. Hic etenim status omnibus
12 † est odio, vt qui cum constet ex potentioribus atq; opulentioribus, suis potius quàm publicis vtilitatibus, consulunt, vt rectè admonuit Hermogenes Tarsensis in Rethoricis cap. de Politijs.

Democraticus autem status, cum dicatur ille, cum bonorum ciuium multitudo domi-
13 nium † moderatur, cōplectitur etiam Ochlocraticū, quando per pessimos atque audaces ciues fit moderatio, vt idem Hermog. author
14 est. ac etiam Demarchicum, cū † dominatus per populares regitur; Vnde Democratia cum sit multorum adunata conuentio, in ijs omnibus, & boni, & mali, & optimates, plebei, atque infimi vnà insimul ingeruntur. Siue enim Viritim, siue Tributim, siue Curiatim, siue Centuriatim suffragia ferāt, ac Iura Maiestatis habeāt, Popularis omnimodo ista gubernatio appellabitur. Harum omnium innumera traderem exempla, sed Atheniensium
15 † Resp. antesignana se offert, quæ populo regebatur, Carthaginensium, Syracusanorum, Megarensiū, Thebanorū, Tarentinorum, Florentinorum, Genuensium, Senensiū, Argentinensium, Lindaniorum, Suitensium, Vraniorum, Vnderualdorum, Glarensium, Tugiorū, Bernatum, & Tigurinorum, aliarumq; Ciuitatū, atq; Rerūpu. ex Heluetijs. Sed longa rerum experientia, continuus actionum mundanarū vsus edocuit, quàm praui Rerump. à
16 populis gubernatarum, exitus † vt plurimum extitere. Athenienses enim, etsi populo regerentur, ac magna quodammodo Imperij incrementa, eadem administratione acquisiuerint, tamdiù floruerunt, quādiù Imperia, Potestates, Honores maximos, nonnisi ditiori-
17 bus, ac opulentioribus, & optimatibus † cōtulerunt, vsque ad Periclis tempora, quo authore, cū ab Areopagitarū Senatu, ad populum fuissent translata Cōsilia, statim Ciuitas, & Resp. mente, consilioq; nudata, & vacua in deterius ruit. Perstitit tamen, atq; effloruit, dū Pericle, Alcibiade, Trasibulo, Themistocle, Aristide, alijsq; multis est vsa, quorum consilio, quasi Ducum, & Principum Imperiū regeretur. Itaque Carthago tamdiù non pa-
18 rum † multis, formidabilis visa est, donec suos Hannones, Bomilcares, Amilcares, & Anibales habuit; ijs tamen orbata ad nihilum, atque ad puluerem est redacta. Megarenses
19 † autem (Platone authore) nimia solius populi licentia sunt penitus deleti. Thebani, Pe-
20 lopida, & Epaminunda ducibus † deficientibus, & ipsi extincti sūt, authore Plutharco, in
21 Epaminunda. Tarentinos † & si nunc illos florētes sub Philippo Rege nostro modo conspicimus atque superstites, non tamen illis adeo populus profuit, quin Pyrrho Epirotarum Rege accersito, vt bellum cum Romanis, vnà gererent, & eo diuersa vtrinq; fortu-

na

na gesto, ac per multos annos dilato, Romanis tamen cæsisse Tarentinos, & de eis Triūphos egisse planum est, præsertim (Sigonio authore) C. Fabritiū, C. Iuniū, Q. Fabium Gurgitem, C. Claudium. Sp. Caruilium, & L. Papyrium. vel (Panuinio authore) Æmilium Barbulam, C. Fabritium Luscinium, & Sp. Caruilium Maximum. Et ità illorum Rempu. pœnitus defecisse. Quāquam & Calabriæ, Apuliæ,
22 totiusq; Lucaniȩ, Tarentum † caput fuisse, memoriæ tradiderit, Liuius lib. 8. & lib. 17. Lucius Florus in Epith. de gestis Romanor. lib. 1. cap. 18. de quorum Republica Aristoteles lib. Politicorum. 6. capit. 5. Herodotus lib. 4. in Melpomene, & nouissimè Iannus iunenis de Tarentinorum Historia lib. 8. diligentissimè illam à temporum iniuria vindi-
23 cauit. Florentini, & Senenses, varijs † agitari procellis, & ipsi perpessi sunt infinita propemodum detrimenta; Florentiæ enim Ciuitas populari recta Imperio, Nobilitati semper inimica in maximis perturbationibus pluries incidit. Vndè ibi tot exilia, proscriptiones, bonorum direptiones domorū euersiones homicidia, aliaq; grauissima facinora surrexere, itaut numquā quieuerint nisi dum sub vnius Magni Ducis Medicei fuit subdita Imperio: de quorum Rep. multa scribit Ioannes Michael Brut. Hist. Florenr. lib. 1. & pluries. Sic etiam Senenses ob ciuium, & popularium, atq; Nobilium dissensiones, tum Pandolphi Petrucij tempore, tum indè successiuis temporibus multas perpessi calamitates, tādem sub eiusdē Magni Ducis Imperio, tranquilliori quietè viuunt. de quibus Paulus Iouius, & alij. Genuēsiū autē Resp. & si nūc sua
24 ipsius libertate fruatur † populi tamen seditiones, ac tumultus quandoq; grauissimos, ac formidabiles euitare nequiuit. Gubernandi autem celebrem gerunt industriam; Gubernatores enim, & conscientia, & experientia probatissimos, & incorruptibilem vnū Ducē eligunt, quibus quasi capite & membris opri-
25 mè regūtur. Eodē modo † Argentinenses, ob odiū plebis cum nobilitate, plebeius populus omnem ferè Nobilitatem momento su-
26 stulit: sic etiam, † & Lindauij. Habere etiā frequentes ciuium perturbationes Heluetios Montanos, Vranos, Suitenses, Vnderualdos, Tugios, Glarenses, Abbaticellanos, palam est, cum etiam Sellularijs, ac opificibus, modò
27 puberibus, summam Reip. † potestatem, Magistratus omnes ac maxima Imperia tribuūt. Eodem modo Rheti ad publica suffragia, atq;
28 Comitia cum † ducuntur, tāquam omnino populatia, difficillimè regi possunt, facilè commouentur, & commoti difficillimè placan-
29 tur. Licet Bernates, & Tigurini Illustres † & Nobiles habeant familias, quibus cū, & popularibus insimul Magistratibus tribuunt, & idcirco ità non seditionibus sunt prompti, sed ad quietem stabiliores. Aliæ vero Heluetiorum Ciuitates in Resp. virescentes, alijs ex causis libertate fruuntur, quas omnes referre præsentis speculationis minimè esse videtur. Quo verò ad Serenissimam Venetorū Remp.
30 † ac etiam Lucensium, & Ragusinorum, siuè Epidauriorum, longè aliter dicendū est, cum optimo fruantur libertatis Imperio, & Resp. illorum, non innitantur populari administratione, sed vt plurimum Aristocraria vtuntur, cum habeāt optimatum, & Nobiliorum regimina, & præsertim vrbs Venetiarum, solæ nobilitati, aut saltim non ignobili, vel viro virtute insigni, vel de Rep. benemeritò admitti concessum, cui à Magistratuum ordine fuerit ad ius tributum, siuè indigena ille fuerit, siuè aduena, sed tamen eadem Resp. in Monarchicum etiam statum dirigitur; Cū vnum
31 Ducem † eligat, qui præfinitū tempus Gubernandi non habet, sed dum viuit præsidet, & Regiam potestatem præsefert, eādemq; speciem, grauitatem, dignitatē, atq; Maiestatem Regis seruat. vt scribit Marcus Antonius Sabellicus Historiar. Venetarū, Decade prima. lib. 1. & lib. 2. & Gaspar Contaten. de Repub. Venetorum lib. 1. Quo verò ad Lucenses, ij an-
32 tiquiores tantūmodo familias † ad Imperiū admittunt, quȩ paucissimè sunt, habentq; centum viginti Senatores, & cum potestate annua ea Senatoribus Decem viros, ac Princi-
33 pem vexillsferum, quem Confalonerium † appellant, eligunt, qui etiam vnius Principis, ac capiti loco similiter habetur. Eodem modo Epidaurij seu Rhagusini, apud quos
34 viginti quatuor † sunt nobilissimæ familiæ, Imperij publici participes, ex quibus magnū Concilium trecentorum virorum, qui annum vigesimum tetigerint, eligūt, ex ijs sexaginta Ciues capiuntur capiendi consilij causa, & prouocationū, litium priuatarum trecentos aureos excedentium, ac etiam Iudiciorū publicorum, in quibus agitur de ciuiū fortunis, fama, & capite: habent, & triginta viros prouocationū, earum litium, quæ trecētos ducatos non excedunt. Libellorū Magistros quinque, ac secretius consilium Duodecim virorum, cum annuo Principe, qui caput est Regiminis, ac Monarchiæ, quo ordine ab omni statu popularium, purissimè, sincerissimè, ac optimè regitur. Eodem etiam pacto Augustani, & Nurimbergenses.

Vnde de Republica, quæ vel ex multitudine ciuium, ac Optimatum regitur, inquit Plato de Rep. lib. 16. Cęterum multorum administrationem per omnia debilē, vtpotè, quæ ad alias comparata, nihil magnificum, siuè bonum, siuè malum efficere posstt propterea,

Ma

Magistratus ad exigua redacti, multosq; di-
uisi sunt, quapropter legitimarum omnium
rerũ publicarum hęc deterrima est, iniquarũ
optima. Hinc de Atheniensium Rep. Xeno-
phon Philosophorum prudentissimus, dixit:
35 Ego statũ Atheniensium probare † non pos-
sum, quòd eam Reip. formam amplexantur,
in qua improbi, & flagitiosi meliore sunt con
ditione, quàm viri boni, ac innocentes. Res-
36 publica enim mente, † consilio, & prudentia
regitur, quæ omnia insimul iuncta in multitu-
dine minimè reperiuntur, nec in illa, discipli-
na ea præcellit, qua secũdũ mentem, Ciuitas
(vt Platoni placuit) optimè regatur; & idcir-
co illorum Democratiam, populares Nundi-
nas appellauit, in quibus venalia omnia repe
riuntur. Vnde ijdẽ Athenienses eorum Plebis
scito, vna cum alijs Phocionem virum Cla-
37 rissimum † morti damnarunt, quã ille intrepi-
dè absq; faciei pallore sustinuit. Cadauer ex
tra fines insepultum proiecerunt, prolectum
38 mulier Megarensis collegit, & † combussit,
ossa in sinum collecta, noctu domi portauit
ac his verbis ad focũ defodit. Apud vos (ait)
Optimi Penates, has boni viri reliquias depo
no, eàs vos, cum Atheniẽses ad mẽtem redie-
rint, patrio reddite Sepulcro. Et post modum
Athenienses modico interuallo edocti qua-
lem moderationis, & Iustitię Presidem Custo
demq; amisissent, statuam ei ex ære posuere,
ossaq; publicè extulere: accusatores Rei Ca-
pitalis damnarunt, illosq: necauerũt, vt sunt
Authores, Plutarchus, & Æmilius Probus in
39 Phocione. Et tamen † Quadragies quinquies,
Atheniensis exercitus Imperator creatus, vi-
tã sine labe, summa cum integritate, ac mode-
stia transegerat; tam iniqua sunt Populorum
iudicia, tamq; immania illorum Imperia: Ijs
ex causis ab eisdem Atheniensibus etiam in
exilium acti sunt Aristides, Themistocles, &
Tucydides. Vnde non mirum si Anacharsis
Philosophus Scytha, Athenis cũ peruenisset,
40 viros Philosophię ac † aliarum scientiarũ ad-
mirabiles inspecturus, Risum continere non
potuit; eo quòd videret grauissimorum viro-
rum vitas, à iudicio infimæ, atq; abiectæ plæ-
bis pendere. Hinc Frãciscus Petrarch. Epist.
familiar. lib. 1. c. 8. inquit: Omnem locum fu-
gias, vbi aut turpiter, aut cũ pompa viuitur
41 ad solius † famæ popularis arbitrium. Vulgi
enim opiniones in maxima inconstãtia, atq;
veritatis ignoratione versantur: vt Cicero ait
de Natura Deorũ lib. 1. furore enim, non con
silio vel prudentia omnia gerit: vt de illo re-
ctè scribit Virgilius lib. 1. Aeneidos.

Seuitque animis ignobile vulgus,
Iamq; faces, & saxa volant, furor arma ministrat.

Quid enim boni à vulgo, populoq; expectari
vnq̃ potest, vt qui bellua à Platone appelle-
42 tur, quasi † rationis totius, & Sapientiæ ex-
pers, & quò numerosior est, eò stolidior re-
putabitur: magna enim bestia, tunc appella-
bitur multorũ capitũ, vt Horatius ait: de cu-
ius stoliditate optimè inquit Virg. in Aetna.

Nec te decipiant stolidi mendacia vulgi.

43 Idcirco huc, atq; illuc † sine difficultate fal-
laciter voluitur, & in contrarias sententias
fertur, vt idem Virgilius lib. 2. Aenid.

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

Et iterum idem Virg. in Cyro.

Irritaque expertum fallacis præmia vulgi.

Nihil iniquius vulgari iudicio, super quo fa-
ma fundata est, vt inquit Petrarcha lib. Epist.
fami. 1. c. 1. de cuius iniquitate ait Angelus
Politianus.

Non opportunus iniqui
Iudicio vulgi.

Cum enim indoctum; ac imperitũ sit vulgus,
quo modo poterit recti cõsilij acta p soluere?
44 Indoctum † illud vocat Apuleius: Imperitum
Columella lib. 9. Ideo populi sententiæ sem-
per in ambiguo sunt, de quo Stat. lib. 10.

Nec non ancipitis pugnat sententia vulgi.

Ideo mutabile illud est, & in eodem statu mi-
nimè permanens. Vnde Valerius Flacc. lib. 1.
Argonauticon.

Regnique acuat mutabile vulgus.

Rectè itaque inquit Phalaris ad Egisippum
scribens: Ego igitur, & quicunq; nõ omnino
stultus est, mallem, vt incerta me multitudo
sibilis, quã honoribus prosequeretur. & dein-
45 de ait: Populus omnis † temerarius est, de-
mẽs, desidiosus, promptissimus in quodcũq;
contigerit, mutare sententiam, perfidus, in-
certus, velox, proditor, fraudulẽtus, voce tan
tum vtilis, & ad irã, & laudem facilis. De cu-
ius mobilitate, Syllius Italicus lib. 10. ait

Carceribus non dum reseratis, mobile vulgus.

Optimè itaq; Sallustius in Iugurthino inquit:
Nã vulgus, vti plerunq; solet, maximè Numi-
darũ, ingenio mobili, seditiosum, atq; discor-
diosum erat cupidum nouarum rerũ, quieti,
& ocio aduersum. Et Boethius de consulat.
Philosoph. libro 1. Prosa. 4 ait, Qui nunc
populi rumores? quàm dissonæ, multiplicesq;
sententiæ? pudet reminisci. Nihil enim vul-
go incertius, nihil obscurius hominum volun
tate, vt inquit Cic. in orat. pro L. Muræna. &
in magnis etiam viris non est habendus, qui
ab imperitæ multitudinis errore dependet. vt
Cicero lib. Officiorũ 1. inquit. Proindè fœlix
beatusq; esse nullo pacto potest, quẽ vulgus
appellat beatum, vt dicit Philo in lib. de Pro-
uide. Dei. Propterea Seneca ad Lucillũ Epist.
29. dicebat Nunquam volui populo placere;
nam quæ ego scio, non probat populus; quæ
probat populus, ego nescio. de quo Iuuena-
lis inquit Satyr. 10.

Turba tremẽs sequitur fortunam semper, & odit
Damnatos, idem populus. si Nursia Thusco

Fauisset, si oppressa foret secura Senectus
Principis, hac ipsa Seianum diceret hora
Augustum.

Et alter Seneca in Tragedia Hyppoliti ait;
Tradere turpi fasces populus
Gaudet, eosdem colit, atque odit.

Et iterum idem Seneca in Octauia ait:
O funestus multis populis
Dirusq; fauor, qui cum flatu
Vela secundo ratis impleuit
Vexitq; procul; languidus idem
Deserit alto, sæuoque Mari.

Inde popularem Episcoporum electionem
reprehendit Chrystom. lib. 3. de Sacerdotio
46 dicēs:† Itò iā hinc, ac publica festa spectato,
ea dico in quibus dignitatum Ecclesiastica-
rū electiones de more fiunt, & tam multis vi-
debis ibi criminationibus lacerari Episco-
pum, quanta est tota illa subditorum multi-
tudo, quibus eligendi potestas concessa est:
hos omnes tam in multas factiones scindi,
neq; inter se consentire, neq; cū eo, cui sorte
Episcopatus delatus est, conuenire videas,
sed vnusquisque à suis vnius partibus stat,
alius hunc, alius illum eligens. & de eadem
re Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum ait:
Nonnunquam errat, populi, plebisque iudi-
cium, & in sacerdotibus comprobādis, vnus-
quisq; suis moribus fauet, vt nō tam bonum,
quàm sui similem quærat præpositum. Ex ijs
etenim populorum electionibus, maximę cla-
des, ac populorum tumultus exoriuntur, vt
inquit Simon Metaphrastes. cap. 5. & doctis-
simè plenius differit Stanislaus Osius Car-
dinalis Varmiensis de Confess. Catholic. fi-
dei Tit. de Sacramento ordinis. cap. 54. Hinc
de ordinationibus, quæ fiunt apud Hæreti-
cos dicit Tertullianus in lib. de Proscription.
Hæreticorum. Ordinationes eorum temera-
riæ, leues, inconstantes, nunc Neophitos con-
locant, nunc sæculo obstrictos, nunc aposta-
tas nostros, vt gloria eos obligent, quia veri-
tate non possūt: nusq̃ facilius pręficitur quā
in Castris Rebellium, vt ipsum esse ibi pro-
mereri est: itaq; alius hodie Episcopus, cras
alius: hodie Diaconus, qui cras lector: hodiè
Presbyter, quis cras laicus: nam & apud eos
laicis Sacerdotalia munera iniunguntur. Quę
omnia latius comprobat Ioannes Cardinalis
Roffensis, in Lutherum Articul. 13. Et ex alio
etiā Populi varietas apparet, quia immemo-
res Israelitæ, quòd ab omnipotēti Deo, Moy-
sis manu fuerant ex Ægypto deducti, & ta-
men contra eum murmurabant, quid bibe-
rent? Exodi. c. 15. Et post modum ob vituli
aurei erectionem, atque adorationem à Dño
percussi. Exodi. c. 32. ob quod populum stul-
tum appellauit Moyses, & insipientem. Deut.
c. 32. Sic & Dauidē populus lapidare voluit,
ob captiuitatem, quam fecerant Amalecitæ,
vt patet lib. 2. Regum cap. 30. Ex ijs exemplis
omnibus patet, quàm pessimi rerū exitus sor-
tiantur Reipublicę illi, quę populari statu re-
gitur. Inde illud Pythagoræ apud Stobæum
Serm. 44. inducitur: Omnis honestæ rei status
(inquit) malus Iudex est vulgus, quorum igi-
tur laudes contemptui haberes, eorundem
vituperia quoq; spernas. Hinc Sopater ī Epist.
ad Hemeterium, quomodo administrandus
sit commissus Magistratus. Ne respexeris (ait)
ad falsas vulgi opiniones, sed veritatis ratio-
nē omnibus præferro. Inde Epitectus inquit:
vt nec Anser clangore, nec ouis balatu per-
terretur, ità te neq; stolidæ multitudinis vox
terrefaciat. His iungenda quæ dicit Euripe-
des in supplicibus.
Quando pra ira populus in furorem agitur,
Acquè, ac ignis vehemens vix extingui potest.
Multa possem in medium exempla proferre,
diuersarum Rerum publicarū, & Nationum,
quæ populari statu ipsarum imperia guberna-
runt, quibus ostenderem funditus esse dele-
tas, sed cū ista peculiari libro egeant, ex pro-
fesso relinquo. Breui solum cōtentus compen
dio, acta inducens Principis totius orbis po-
puli Romani, cuius Regimini illud tantū præ
iudicium semper attulit, cùm contentio pa-
trum, ac Plebis intercessit, vndè semper per-
niciosæ clades obortæ sunt. Nam prima vrbis
47 †discordia, ex debitorum nexu processit: hi
enim cum fœneratoribus essent obnoxij, &
populares nimium præmerentur promissis il-
los Manius Valerius Maximus Dictator miti-
ganit, & ad pugnam contra Volscos in castra
eduxit. Parta postmodum victoria, cum popu
lo promissa non seruarentur, & exinde Vale-
rius Dictatura abdicaret, vnde Maximi sibi no
men quæsiuit, Plebs statim in Auentinū mon-
tem secessit. vt dicit Paulus Orosius. lib. 2. cap.
6. & Eutropius lib. 1. cap. 11. vel trans Anienē
amnē, vt placuit Liuio lib. 2. Cuius Plebis se-
48 cessio, nisi per blandæ Orationis † Menenij
Agrippæ virtute sedata esset, Maximum vrbi
nocumentum, ac flebile damnum fuisset; quæ
placidam quietem consequuta non esset, nisi
potestatē habuissent Tribunos eligendi, quo-
rum robore, & virtute populus aduersus pa-
49 tres tueretur. Secundam† verò, Decemuira-
tus (de quo semper meminimus) libido con-
flauit. Sic eadem Plebs iterum aliam discor-
50 diam excitauit. Indignata enim, †quòd duo-
decim Tabularum Legibus Plebi cum patri-
bus inhire matrimonia vetitum fuerat, nunq̃
quieuit, donec C. Canuleio Duce, & Promul-
51 gatore, †vti eiusdem Plebis Tribuno, Lex la-
ta est, permittens promiscua Plebeiorum cum
patribus matrimonia. Author Liuius lib. 4. in
principio. Dionysi. Halicarnasseus Antiquit.
lib. 10. & 11. Lucius Florus Epith. de Ge-
stis Romanorum lib. 1. cap. 25. Fenestella de
Ma-

Magistra. cap. 10. Pomponius Lætus cap. 18. August. de Ciuitate Dei lib. 3. c. 17. Dicam Deo Auspice in Commentario legum antiquarum.
52 Nec dissimile factum extitit, † dũ Plebs eadem in Ianiculum secessit, de qua sic inquit Plin. lib. 16. c. 10. Q. Hortentius Dictator, cum Plebs secessisset in Ianiculum Legem in Esculeto tulit, vt quod ea iussisset, omnes Quirites teneret. Secessionis vero occasio, & causa fuit, de qua idẽ Florus lib. 11. ait: Plebs propter æs alienũ post graues & longas seditiones ad vltimum secessit in Ianiculum, vndè à Q. Hortensio Di-
53 ctatore deducta est. Hinc etiam seditiones † Gracchorum, Marij, Apulei, Saturnini, Drusi, Scyllæ, Catilinæ, ac aliorũ quàm plurimorum, quorum infinitus propemodum est numerus, quibus aduersitatibus, plebs nonnunquam, ac Populus causam præbuerunt. Hic enim per
54 deuias rationes præceps † fertur, nec causarum, & factorum rationum momenta quærit, sed sola vnius tantum per sępe hominis voce ad famam succrescente, ruit in peius, ac ad facinora nonnulla protrahitur. Nec scelera ista Romanorum vrbem solummodo affecerunt, sed, & (vt de ipsis etiam verba faciam) Athenięses eadem præstiterunt: dum enim cum Eumolpo bellum gerunt, Periandro, (non illi Corinthio) qui quęsturam administrabat & annonæ caritas esset, populo ipsi parcè frumenta
55 administrando, diuidẽti, isq; † ob hoc optimè Ciuitati consulens, proditionis accusatus, iudicio sistens, pęna illata est, facto enim à plebe impetu, lapidibus obrutus interijt: vt refert Baptist. Fulgos. lib. 9. cap. 7. Alexander ab Alex. Dierum Genialium. lib. 2. cap. 2. Andr. Eborensis exemplorum memorabilium. lib. 1. titulo de
56 violentia. Tam enim mutabile est vulgi † ingenium, atq; perplexum, vt quid constanter velit, aut nolit, non facilè intelligi possit, vt dicebat Demosthenes Olynthiaca prima. Est enim in imperfecta multitudine varietas, & incõstantia, & crebra tamquam tempestatum,
57 sic sentẽtiarum † commutatio, vt inquit Cicero in Orat. pro domo sua. Nam, vt idem Cicero in Orat. pro C. Planco. ait: In vulgo non est
58 consilium, non ratio, non discrimen, non † diligentia, sapientesq; ea quæ populus fecisset, semper ferenda, non semper laudanda dixerunt. Hinc Scipio apud Liuium. lib. 28. Multitudinem, maris natura agitari dixit, quòd licet
58 † immobile sit, agitatur tamen aura, & ventis, aut tranquilli si sint, aut procellosi. Nec ijs fi-
59 dẽda videtur Reip. libertas, cum natura † multitudinis (vt idem Liui. lib. 24. inquit) ea sit vt aut humiliter seruiat, aut superbè dominetur. Nam optimè Fabius Quintilianus declam. 2. cõcludit, nihil facilius esse, quam in quemlibet affectum mouere populũ. Quia (vt dicit Chrysostom. in Ioan. Homelia. 42.) Multitudinis, instabilis voluntas est. Idcirco multitudinem minimè sequendam, censuit August. in Psal 39.
60 Nã & populi multitudo, † seditionis mater est, vt inquit idem Chrysost. in Matthe. Homel. 1. Propterea sequitur magis Pseudoprophetas, quàm Prophetas: vt voluit Hieronym. in Ezechielem. cap. 14.

Itaque non ex prædictis solum constat, Monarchicum statum esse optimum, ac omnibus alijs meliorem, ac præferendum, sed etiam ex scripturæ testimonijs. Deus enim Opt. Max. Iacob Patriarchæ benedicens, inter cætera quasi altum quoddam illi præsagiens, prædi-
61 xit, quòd Reges † ex lumbis eius egrederẽtur, Genes. cap. 35. & Moysi etiam præcepit, vt de numero fratrum suorum Regem eligeret, nec alterius gentis Regem faceret, qui non esset frater suus. vt habetur Deuterono. cap. 17. Et Anna soror Moysi dixit lib. 1. Regum. cap. 2. Dominus iudicabit fines terræ, & dabit Imperium Regi suo. Hinc ex Domini Dei mãdato, dixit Nathan Propheta Dauid lib. 2. Regum cap. 12. Ego vnxi te in Regem Israel. Vnde Salomon: Tu fecisti (inquit) cũ Dauid patre meo
62 † misericordiam magnam, & constituisti me Regem pro eo: nunc ergo, Domine Deus, impleatur sermo tuus, quem pollicitus es Dauid patri meo. Tu enim me fecisti Regem super populum tuum multum, qui tam innumerabilis est, quàm puluis terræ. vt dicitur lib. 2. Paralipomen. cap. 1. Sic inquit Iob. c. 36. Et Reges in solio collocat in perpetuum, & illi eriguntur. Et in persona Christi scripsit Dauid Psal. 2. Ego autem constitutus sum Rex ab eo, super Sion montem sanctum eius. Et Salomon Prouerbiorum cap. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Sic iterum Sapientiæ cap. 9. ait, Tu elegisti me Regem populo tuo, & iudicem filiorum tuorum, & filiarum. & Hierem. cap. 1. Ego constitui te super Gentes, & Regna. & habetur in Extrauag. Super gentes. De consuetud. vbi dixi. Hoc idem dixit Petrus Epist. 1. cap. 2. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi, quasi pręcellenti, siue Ducibus. probatam igitur potestatem à Deo ex dictis apparet.

Propterea Cappadoces, cũ Regem, quo semper vsi erant, non haberent ob Regalis lineæ, stirpisq;, defectum, cum essent Romanorum, & amici, & socij, & ob id ab illis gratijs cumulati, ac libertate donati, quam omnino abdicarunt; illos tamen rogarũt, vt Rex sibi ipsis da-
63 retur, quod vehementer † admirantes Romani, quasi homines inuenissent, libertatem respuentes, ex communi omniũ Patrum consilio, Ariobarzanem, latini nominis socium, Regem illis elegerunt. Alex. ab Alexandro dierum Genialium. lib. 2. c. 27. Mortuo itidem Cãbyse, occisisque Magis, qui insidiosè Persarũ Imperium occupauerãt, cum proposita discussio esset inter Otanem, Intaphernem, Gobryam, Megabi-

rum, Aspathinem, Hydarnem, & Dariũ, Persarũ Primores, quo pacto deinceps res Persica Re-
64 geretur, præualuit Darij† sentẽtia, quã rem in vnius viri Imperiũ deferendam esse cõsuluit: & idcirco ipse sibi ipsi, suoq; iudicio, Regale Persarum Imperiũ, sceptrumq; parauit, authore Herodoto lib. 3. Rex enim, qui in Monarchia agit, non habens, cui præoĩbus alijs inuideat, inquantum fieri potest, optima peragit. Oligarchici verò, Democratici alijq; huiusmodi, ob
65 suam ipsorum†ambitionem, sibi inuicem inuidẽtes Rempublicam vastant, vt inquit Isocrates in Nicocle. Orat. 3. Et ipsam Monarchiam, vltra antiquos probarũt D. Thom. de Aquino. de Regimin. Principum. lib. 1. c. 3. & 5. Plutarch. in lib. de Trib. Reip. gener. Augustinus Niphus. de Regnãdi Peritia lib. 1. c. 1. & 2. & in lib. de vera Regnand. libert lib. 1. cap. 12. Principis tũ
66 vnius † statum Monarchicũ probauit Anton. Floren. in Summ. par. 4. Tit. 5. c. 4. §. 4. Ægidi. de Regim. Princip. par. 2. lib. 3. c. 3. & 4. Felin. in c. quæ in Ecclesiarum. col. antep. de Const. Ioan. Lecerier de primogenit. q. 7. Ioan. de Selua de benefic. par. 1. q. 5. Bartholom. de Casseneo in consuetud Burgund. in rub. de Fiedz. & Catalogo Glorię Mundi. Parte vltima consid. 55. Petrus Rebuffi in declarat. feudal. Notab. 26. Frãcisc. Patritius de inst. Reipublicæ lib. 1. tit. 1. Petrus de Ancharan. in Consid. 339. Barthom. Socin. in cons. 165. col. 6. vol. 2. Hinc Plato Laodamanti scribens ait: Nã si putãt aliqui legum quarumlibet positione, Ciuitatem q̃nque bene constitui posse, nisi sit cum authoritate Præsisidens Ciuitati, quotidianæ omnium vitæ moderator, adeò vt sit temperata, & fortis tam in seruis quàm in liberis, non rectè putant.

Rationem congruentem ex Aristotele capi-
67 mus; Entia enim omnia cupiunt† rectè gubernari, quæ gubernatio per Principatum pluralitatem fieri nequit, ideoq; per vnum rectius
68 gubernabũtur, vt is Aristoteles†docuit lib. 12. Metaphisices. 56. in fin. Seqtur è nostris Anton. Corsetus de Potestate, & Excellentia Regia parte 4. q. 71. nu. 33. & par. 5. q. 74. num. 1. cum duobus seqq. Gubernari enim per vnũ vtilitati publicæ conuenit, potiusq̃ per plures. Bald. in l. quibus. col 2. vers. pone consuetudo. C. de secund. nupt. Andr. Sicul. in cons. 18. vol. 2. Ioan. Cephal. in consil. 12. num. 23. vol. 1. Tiraquel. in tract. nobil. c. fi. nu. 155. nouissimè Ludo. Carbonus de legib. lib. 3. c. 6. Quemadmodum Mũdus ab vno Deo creatus, sic etiam vno creatore gubernatur, ac regitur, dicit Anton. Florent. in Sum. par. 4. tit. 5. c. 4. §. 4. Deus ipse vnus mundũ creauit Genes. c. 1. Qui & vnus est. Deuteron. c. 6. Marci. c. 12. Quam veritatem fateri etiam priscos Philosophos, compertum, & comprobatum est, ipso ab vno omnia creata, vti ex Mercurio Trismegisto, dixisse Pythagoram volunt, dum dixit, ἡ μονὰς ῥίζα πάντων. Idest, vnitas
69 Radix†omnium, quasi fons, & origo, vt Eusebius est author: Hunc sequutus Agrigentinus Empedocles eius discipulus qui versiculos illos protulit, quos Aristoteles in lib. de Mundo retulit. dum ait.

Πάνθ' ὅσ' τῶ ὅσατ' ἔστι ὅσατ' ἔσαι ὀπίσω
Δένδρα δ' ἐβλάστησε, καὶ ἀνέρες, ἠδὲ γυναῖκες,
Θῆρες τ' οἰωνοί τ', καὶ ὑδατο τρέμμονες ἰχθῦς.
Καί τε θεοὶ δολιχαίωνες, τιμῇσι φέριστοι.

Qui itã latinè sonare videntur.

Ab vno
Quæ fuerint, quæ sint, quæ post ventura sequentur;
Et plantæ viruere, Mares, & fœmina quaque,
Atq; feræ, volucresq;, habitantesq; æquora pisces,
Longæuiq; Dei, quorum est veneranda potestas.

Vnde vnitatem celebrauit Empedocles, à
70 qua dicit visibilia, & inuisibilia esse† profecta, & nata, præterita, præsentia, & futura, quicquid Mari, terraq; nascitur; Pisces, Feras, Aues, & demum ipsos Deos, idest Angelos, (quod vltimum omiserat Moyses.) Hoc ipsum, & Zeno, Parmenides, & Melissus asseruerunt, vt Aristoteles est Author, quos reprehendere minimè debuit in lib. 1. Methaphisicæ, cap. 2. 3. & 4. & lib. 3. cap. 5. Idem censuit Plato, qui scribens Hermiæ, Erasto, & Corisco ait: Testãdo Deum rerum omnium Ducem, præsentium, & futurarum, ac Ducis, & causæ Patrem, Dominum. Vbi latissimè prosequitur Marsilius Ficinus. Hoc etiam comprobatur à Francisco Georgio, in Harmonia Mundi, Canrici primi, Toni primi, cap. 6. referente versiculos Sophoclis dicẽtis.

In veritate solus vnus est Deus
Qui Cęlum, & terram capacem condidit.

Cum itaq; vnus Deus verus Optimus sit Creator omnium, ab ipso etiam solo omnia mũdana reguntur, vti latissimè ex infinitis propemodum cõprobaui de Magistratuum Edictis lib. 2. cap. 1. vnus est enim Dominus, vna fides, vnũ
71 †Baptisma, vnus Deus, & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Paulus ad Ephes. cap. 4. Vna Ecclesia, vt comprobant Cyprian. lib. 2. c. 12. & lib. 2. Epist. 6. & ad Magnum filium lib. Epist. 1. Ignatius in Epistol. ad Philippens. Clemens Alexandrin. in Oration. ad libros Stromaton. Michael Bucchingerus in Histor. Ecclesiastic. in verbo. Vna Ecclesia. Hinc Hieronymus ad Rusticũ Monachũ. In Apibus (ait) Princeps vnus, Grues vnam sequuntur ordine literato, Imperator vnus, Iudex vnius Prouinciæ. C. In Apibus, 7. q. 1. Per
72 vnum† enim satius, quàm per plures Reipub. consulitur. Pomponius in l. 2. §. Deinde quia difficile. ff. de origine iur. Nec est in hoc argumenti genere concludendo, nimius labor sumendus, quando Sacra Scriptura hoc firmissimè docet, vnum Regem administrare oportere. Ezecchiel. cap. 37. vbi dicitur: Et faciam eos in gentem vnam in terra, in montibus Israel, & Rex vnus erit omnibus imperãs, & non erũt

vltra

vltra duæ gentes, nec diuidentur amplius in
duo Regna. & Zacchar. c. 14. dicitur: Et erit Dñs
Rex super omnem terram. In die illa erit Dñs
vnus, & erit nomen vnum. hinc habetur. lib. 2.
Maccha. c. 1. Tu solus es Rex bonus. Exemplis
etenim quamplurimis experimento visum est,
quàm male, quàmq; difficiliter Imperia, ac Re-
gna à pluribus insimul moderentur, & tam fer
uentem, insatiabilem, effrenem, & indomitam
esse cuiq; regnandi cupiditatem, vt mirum nõ
videatur, eò homines furiosè, & flagranter ra-
ptos, vt non parentibus, nõ fratribus non alijs
sanguine iunctis, non amicis, aut quauis neces-
situdine obstrictis, pepercerint, vt soli ad Im-
periorũ, ac Regnorum superba culmina, euehe
rentur, & conseruarẽtur. Sic Romulus Remum
73 fratrem, quòd muros transilire † voluisset, ex
tam fragili, ac leui causa, vt solus Regnum au-
spicaretur, morti tradidit. Sic occiso primum
Numitore Auo fratre, & socero, Aui Regnum,
muros fratris, Templum soceri, ac Sabinatum
impias nuptias ambiens, virorum, Parentumq;
cruore auspicatus est. Paulus Orosius Histor.
lib. 2. c. 1. Eutropius Rerum Romanorum lib. 1.
cap. 4. Plutarchus in Romulo. Plinius Cęcilius
de viris illustribus c. 1. & 2. & alij Historici. de
quo Lucanus.

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Et Ouidius in Ibin.

Vtq; Remo muros ausus transire recentes,
Noxia sint capiti, rustica tela tuo.

Sic Etheocles, & Polynices, fratres, dum de
Regno Thebarum inuicem bella gerunt, ambo
succumbunt. de quibus Virg. in Culice.

Ac discordantes Cadmao sanguine fratres
Iam truculenta ferunt, infestaq; lumina corpus
Alter in alterius, iamq; aduersantes vterq;
Impia Germani, manat pro sanguine dextra.

Ardieum etiam quendam Pamphiliæ Tyran-
74 num, & patrem, & fratrem natu maiorem † in-
terfecisse, commemorat Plato lib. 11. Dialo. 10.
Sic Osyris in Ægypto, iustè regnans, à Typho-
75 ne impio, ac nephario fratre interimitur † Be-
rosus lib. 5. Diodorus Siculus Antiquit. lib. 1.
& 6. licet nonulla fabulosa referat Natalis Co-
mes Mythologiæ lib. 5. cap. 13. Simili immani-
76 tate Cãbyses † Persarum Rex, Pręlaspis Persæ
medio, vel Comaris (vt alij) Smerdem, siue Mer
gidem fratrem è medio vitæ sustulit, vt Regno
77 solus potiretur. Parimodo Mithridates † Pon-
ti Rex matrem, fratrẽ, & liberos sex interemit.
Heraclius Imperator Phocam patrem domi-
78 nandi libidine † obtruncari curauit. Sic & Ni-
79 comedes Prusiam Bythiniæ Regem morti † tra
didit. Alexius Isaacium Angelum, oculis, Im
80 perio, & vita priuauit. † Mithridates etiam ab
Orode fratre Parthorum Rege occiditur. Et
Egeltrududi filij amore Odoardus Secundus
81 Anglorum Rex à venatione rediens † ab Alfri-
da nouerca veneno extinguitur. Adherbalis,
82 † & Hiempsalis, Mycipsę filij, à Iugurtha patrue-
le occiduntur pro Numidiæ Regno. Ioannes
etiam Pontifex Hebreorum, quem alij Iona-
83 tham † appellant, Iesum alium eiusdem digni-
tatis affectatæ suspectum habitum, fratrem ne-
ci tradidit. Aristobolus Iudeæ Rex, Antigonũ
84 fratrem Regni consortem † occidi mandauit.
Anthiocus etiam Seleuci filius, patre mortuo,
85 vt solus † dominaretur, fratrem vita exuit Sic
86 Mempricus Rex Britanniæ, † Malim fratrem.
Theodoricus Theodebertum Francorum Re-
gem. Boleslaus Boemorum Rex Vuenceslaum
fratrem. Haldanus, Roem, & Scatonem fratres,
Danorum Reges; ac Feugo Horuendilium, &
Amletus Feugonem, similiter Danorũ Reges.
Canis de Scala Veronẽsium Princeps Eriganũ
fratrem. Et Bartholomeus eiusdem Ciuitatis
Princeps Antonium fratrem. Franciscus, & Hu
golinus Gonzaga, Hugolinum fratrem Mãtuę
Principem. Herminefredus Thoringorũ Rex,
Bertarium fratrem. Perinus Fregosius Genuæ
Princeps Nicolaum: Et Pinus Ordelaphus, Fo-
roliuiẽsium dominio, vt potiretur, Franciscum
eius Germanum de medio sustulerunt. Eodem
pacto Clodomyri pupillos, fratris sui filios
Childebertus Francorum Rex vita spoliauit.
Sic & Moses Orchanni Turcarum Imperatori
nepori mortem intulit. Et Ioannes Galeatius
Barnabam Vicecomitem extinxit. Sic & Ludo-
uicus Sfortia Ioannem Galeatium illiusque fi-
lium, nepotem, ac pronepotem respectiuè, do-
minandi causa, veneno sustulit. De his omni-
bus relatis scripsere, Herodotus, lib 3 Iustinus
lib. 1. Orosius lib. 6. cap. 2. & 5 Eutropius lib. 6.
& 7. Ioannes Zonaras annalium, parte. 2. Lu-
douicus Cælius Rhodigin. antiq. lect. lib. 16.
Nicetas Choniata annal. Cõstantinopol. lib. 3.
Raphael Volateranus. Gregor. Turonẽs. lib. 4.
Polydor. Vergili. in Histor. Anglic. Sallustius
in Iugurthin. Iosephus antiquit. Iudaicar. lib.
11. cap. 7. Carolus Sigonius de Rep. Hæbreor.
lib. 5. cap. 2. Zonaras annali. parte 1. Albertus
Crantius. Daniæ lib. 1. cap. 13. & 19. Ioannes
Magnus Historiæ Gothorum lib. 1. c. 27. Rober
tus Guaghinus. Paul. Æmilius & Ioãnes Tilius
in Chronico Regni Franciæ. Paulus Iouius,
Bernardinus Corius, & alij Historici, & Arnol-
dus Ferronus, de Regibus Galliæ. lib. 1. in Ca-
rolo 8. quia iuxta illud Lucani lib. 1. Bellorum
ciuilium.

Nulla fides Regni socijs, omnisq; potestas
Impatiens consortis erit.

Et Seneca in Thieste cap. 5.

Non capit Regnum duos.

Et Statius lib. 1. Thebaidos.

Inde Regendi
Sæuus Amor, ruptaq; vires, iurisq; secundi,
Ambitus impatiens, & summo dulcius vnum
Stare loco, socijsq; comes discordia Regnis.

Et paulò post idem Statius ibidem.

Sed nuda potestas.
Armauit fratres, pugna est de paupere Regno.
Vnde Ouidius ait:
Non benè cum socijs Regna, venusq; manent.
Ad istud Axioma corroborãdum inducit Aristoteles versiculos Homeri dicentis, sic latino Eloquio translatos.
Multos esse Duces haud quanquam proderit esto
Rex vnus, Princeps vnus, qui publica tractet.
Nec obstabit præfatis, quòd Resp. Genuẽsium, & Venetorum, Lucensium, & Rhagusinorum
87 videamus † tantopere floruisse, ac florere in dies, quia illorũ Imperia, non Senatorum, aliorumq́; Consiliariorũm tãtum, sed vnius Ducis tamq̃ capitis, persona pro Rege vtũtur, vt non
88 immeritò veluti Rex alter habeatur, † vt scribit Gaspar Contarenus de Magistratibus, & Repub. Venetorum lib. 1. & 2. & supra tetigimus. Imitantur enim ij Lacedemonios, qui Regnum cum Republica iungebant, Regem præficientes. Authore Fran. Patricio de Inst. Reipublicæ. lib. 5. in Proęmio. Hinc iudicauit Bartol. in l. præsenti per illum tex. in prin. nu. 1. C. de His qui ad Ecclesf. confug. quòd melius est
89 Regi per bonum Regẽ, q̃ per bonam legẽ: † ꝙ sequitur Bal. in l. lex hoc iure. nu. 1. ff. de iust. & iur. ꝙ melior est Bonus Rex, q̃ bona lex: & antea ibidem dixerat: quòd ex necessitate nati sunt Reges, quia omnia indigẽt Capite. & prosequitur Corset. de potest. & Excellẽtia Regia, par. 4. q. 67. nu. 30. quibus astipulantur tradita à Lãcellotto Cõrad. in Templo Iudicum. lib. 1. §. 2. q. 2. nu. 19. & c. 2. §. 2. nu. 2. & Iacob. Philip. Portius in consil. 167. nu. 42. Vnde concludendum est cum Francisco Petrarcha, qui lib. 3. Africæ inquit.
-- *Nam Rege sub vno*
Optimus est Patriæ status.
& cum Ambrosio. lib. 1. de Abraham. c. 3. vbi inquit: Indiuisa domus duos non sustinet.

Non negauerim tamen Rempublicam Romanorum, habuisse quidem statum Monarchicum, Aristocraticum, Democraticum, Demarchicum, & Olygarchicum, tamen in principio, habuit statum Monarchiæ sub Regibus, & mutato statu in Aristocratiam, Democratiam, Demarchiam, & Olygarchiam, tãdem iterum sub
90 Principibus, & Imperatoribus reuersa † est ad Monarchicum: vt tetigi etiam inferius cap. 31. & nunc Roma per Dei gratiam sub vno est omnium Principum capite Summo Pontifice.

ARGVMENTVM CAP. IIII.

Austriacæ familiæ nobilitas ex qua Rex Catholicus ortum ducit, amplissimè deducitur, fitq; Genealogiæ Arbor, & alia etiam materni generis.

COMPENDIVM.

1 *Austriacæ familiæ Nobilitas. num. 24.*
2 *Nobiliores, & antiquiores claritate præferuntur.*
3 *Antiquius quod est, eo venerabilius.*
4 *Nobilis supernaturalis dicitur is, qui est in gloria.*
5 *Nobilitas apud Deum est claritas virtutum.*
6 *Quoad quæstiones nobilitatem concernentes multi scripsere, remissiuè.*
7 *Nobilis, quis ex claris natalibus appellatur.*
8 *Nobilitas est maiorum claritas.*
9 *Oriũ quẽ esse ex Illustri familia magnifaciendũ est.*
10 *Amalorum Regum Gothorum claritas.*
11 *Charmides laudatur, quòd longa serie à Solone originem ducat.*
12 *Vir vnus Heroicus totam gentem illustrat.*
13 *Nobiles esse homines, Reipublicæ vtile est.*
14 *In quærendis honoribus Auorum nobilitas, virtusq; quæritur.*
15 *Naturæ melioris nobiles, q̃ ignobiles, ex Platone.*
16 *Virtutis maximum argumentum, ab antiqua nobilitate auspicari.*
17 *Christus ex Regum genere originem ducit.*
18 *Imaginum vsus apud Romanos enucleatur.*
19 *Plinij locus dilucidatur.*
20 *Imago, quid, & quid designet?*
21 *C. Cæsar in suo Porticu imagines illorum habuit, qui Rempublicam auxerant.*
22 *Loca Senatoria à populo distincta erant in Theatro.*
23 *Maria Virgo Regali ex progenie.*
25 *Post Noe Monarchiæ initium habuerunt.*
26 *Monarchia prima Assyriorum, seu Caldeorum.*
27 *Nembroth, & Belus, primi Ciuitates ædificarunt.*
28 *Ninus Rex Primus Monarchiæ Assyriorum Princeps, & demum vsque ad finem alij numerantur.*
29 *Monarchia Caldæorum, seu Asyriorum durauit annis mille ducentis triginta quinque, sed alij aliter. nu. 30.*
31 *Monarchia secunda Medorum.*
32 *Arbaces Medus, huius Monarchiæ primus.*
33 *Monarchia hæc quot annis durauit. nu. 34.*
35 *Monarchia tertia Persarum.*
36 *Cyrus huius Monarchiæ Primus.*
37 *Monarchia Persarum durauit annis ducentis triginta, & mensibus tribus.*
38 *Monarchia quarta Macedonum.*
39 *Alexander Magnus, huius Monarchiæ primus.*
40 *Monarchia Macedonum durauit annis centum quinquaginta nouem, & mensibus octo.*
41 *Monarchia quinta Syriorum, & Asiaticorum.*
42 *Antigonus primus huius Monarchiæ Rex.*
43 *Monarchia Syriorum, & Asiaticorum durauit annis ducentum sexaginta quinq;.*
44 *Monarchia sexta Aegyptiorum.*
45 *Ptolomæus Lagi filius Aegyptiorum Rex, Monarchiæ huius primus.*
46 *Monarchia Aegyptiorum durauit annis ducentum quinquaginta septem.*
47 *Monarchia septima Romanorum.*
48 *Romulus, primus Monarchiæ Romanorum Rex.*

49 *Mo-*

49 *Monarchia Romanorum sub Regibus, durauit annis ducentis quadraginta quinque.*
50 *Ab vrbe condita Romuli tempore, vsq; ad C.Cæsaris vsurpationem, fluxerunt anni septingenti, & duo.*
51 *Austriaca familia excedit omnes Monarchias.*
52 *Fabia gens Romanorum illustris, & quanto tempore durauit. nn. 53. 54.*
55 *Iulia familia, Antonia, Aimilia, Valesia, Posthumia, Clandia, Seruilia, Cornelia, Licinia, Cæcilia, Domitia, Marcella, Fuluia, Sempronia, & Martia quanto tempore steterint. nn. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70.*
59 *Stephanus Foreatulus I.C. Cōsultus deducit lineam Henrici III. Galliæ Regis à gente Valesia Romana.*
71 *Veneta vrbis Respublica, Romanæ Monarchiæ imitatrix, æmulaq;, eiusq; laudes.*
72 *Venetorum Imperium, viris nobilissimis, virtute omni conspicuis regitur.*
73 *Venetæ Monarchiæ initium.*
74 *Paulucius Heracleanus Primus Venetæ Reip. Dux.*
75 *Venetæ vrbis Monarchia, quanto tempore durauit.*
76 *Familia Austriaca deducitur, relinquēdo antiquiora tempora à Dagoberto Francorum, siue Franconiæ Rege, & sic etiam Gallorum Regum prima series vsq; ad Pipinum. nu. 89.*
77 *Regū Galliæ linea à Pipino vsq; ad Hugonē Capetū*
78 *Regū Galliæ linea ab Hugone Capeto, vsq; ad Henricum 3. nouissimè defunctum.*
79 *Henrico Octauo Angliæ Rege corrupto in fide, subditi in deterius lapsi sunt.*
80 *Elizabeta Angliæ Regina, post mortē Mariæ sāctissimæ Reginæ, dominā̄te, Regnū in peiora delapsum.*
81 *Principes, ac viri Christiani in Anglia existentes, ob Reginæ timorem clam fidem Christi colunt.*
82 *Othomanorū Imperatorū familia ab eiusdē Othomani initio, vsq; modo quatuordecim Imperatores habuit.*
83 *Austriaca familia è Germanorū semine originē ducit.*
84 *Germania fons vera Nobilitatis.*
85 *Germani, quasi nobilitatis germen.*
86 *Germanorum laudes ex Antonio Campano.*
87 *Germanorum laudes ex Iacobo Vuimphelingo.*
88 *Philippi Regis Catholici linea eadem, qua & Priorum Galliæ Regum, à Dagoberto Frācia, siue Franconia Rege originem ducens. num. 89.*
90 *Austriaci semper in vijs Domini ambulauerunt.*
91 *Francia an à Franco carnifice denominetur?*
92 *Francia an à Francone quodam Hectoris Troiani filio denominetur. num. 93.*
94 *Hector Troianus vnicum filium Astia nactam, siue Scamandrum habuit.*
95 *Sicambri Germani sunt.*
96 *Franconia in Germania sita est.*
97 *Herbipolis Vuirtzpurg appellata, & Martopolis, & quare?*
98 *Bamberga, & Nuremberga Ciuitates Franconiæ.*
99 *Gallia Regnum, Francia denominatum ab illa Regione, quæ Franconia dicitur.*
100 *Franciscus Connanus I. C. Gallus, eiusq; virtutes laudantur.*
101 *Francia vnde dicta?*
102 *Genealogica arbor Austriacæ ab anno 306. Domini nostri IESV Christi.*
103 *Authores, ex quibus est arbor confecta.*
104 *Austriaca familia vincit Monarchias per annos descriptos.*
105 *Austriaca familia vincit familias Romanorum numeratas.*
106 *Austriaca familia superat Venetorum Monarchiam per annos ibi descriptos.*
107 *Austriaca familia superat Regū Gallorum per plures annos durationem.*
108 *Austriacam familiam ex Perleonibus quibusdam* Romanis, *Falso sibi persuasit* Raphael Volaterranus *nu.* 109. 110. 112. 113.
111 *Austriacam Genealogiam scripsere cōplures clarissimi viri, qui describuntur.*
114 *Marouens, an fuerit Clodij filius? nu.* 115. 116.
117 *Gloriosū est ex matre clarissima originem ducere.*
118 *Vincula duo efficacissima sunt.*
119 *Fauilla Dux Cātabriæ author maternæ stirpis Philippi Secundi Regis Catholici.*
120 *Fides Christiana sēper stetit apud Hispanos etiam potientibus rerum Sarracenis.*
121 *Maternum Philippi genus à Gothis Regibus originem ducit.*
122 *Arbor materni generis Philippi II. Regis Catholici, facta ex multis authoribus, qui referuntur.*
123 *Familiæ Austriacæ splendor, & antiquitas nimium præstans.*
124 *Ille inter pares præcedit, qui prior dignitatem quæsiuit.*
125 *In sessionibus is ordo seruatur, qui ex ordine promotionis ostenditur.*
126 *Minor irasci minimè debet, quòd maior ei præferatur.*
127 *Meliori sanguine ortus, cæteris paribus præfertur.*
128 *Philippus Secundus Rex Catholicus gradu supremo ità sublatus, vt Christianorum Principum nullus ad similem aspirauerit.*

CAP. QVARTVM.

Familiæ Austriacæ nobilitas, ex qua progenitus est Philippus Rex Catholicus, mirum in modum præfulget, ob eius, quū Antiquita-
1 tem, tum etiam†splēdorem, vt ex qua seminarium tot Principū, Regum, atq; Imperatorum, effluxit; & etiam modo inter Orbis omnes familias, caput extollit. Vnde eidem Regi cōuenit illud Ecclesiastes. cap. 10 Beata terra, cuius Rex nobilis est: & non immeritò ex inde ortus idem Rex nobilissimus, non alicui Mundano Principi inuidet, sed potius ex isto etiam capite alij eidem inuident: nobiliores enim, &
2 generis Antiquitate clariores, alijs†præferuntur. l. 2 §. Quæ omnia. vers. Vir ab antiqua. C. de veter. iur. enucleand. Bald. in §. In nomine. De pace Constant. in feudis. Innocent. in c. 1. de Maior. & obed. Bal. in Rub. C. pro socio. Alex. in l. 1. ff. de Alb. scrib. conciuit, quod habetur. in

in §. Item testium fides. 4.q.4. Petr. Gerard.in singul.33.Nobiles,& Andr.Tiraquell.de nobilit.cap.15. per totum. Quo enim quid est anti-
3 quius,eo† venerabilius est. vt inquit Aristoteles.lib.10.Metaphysic.c.2.quem ad hunc antiquę nobilitatis encomiũ inducit Federic. Scotus in consil.28.num.20.lib.6. Tomo 1.Anton. Gamma in decis. Lusitan.1. nu. 5. Nec idcirco negauerim nonnullas apud Christianos Principes familias reperiri,nobilissimas, & antiqssimas, fortè sua antiquitate Austriacam excedentes;non tamen hæ omnibus numeris absolutæ inueniri poterunt,vt alias habeant qualitates,quibus Illustriores redditæ fuerint.

Nec in huius rei,de qua scribimus progressu, loquimur de nobilitate diuina,siue supernaturali,nam de ea apud conspectum Æterni Iudicis quærendũ est, apud quem ille nobilis dici-
4 tur,qui est in gloria. † de quo scribit Magister sentẽtiar.lib.2.distinct.12.vbi cõmuniter Theologi.& de hac ita dicit Hieronymus ad Celantiam. Summa apud Deum nobilitas est,clarum
5 esse virtutibus.†Vnde in c.illud.& in c.seq.40. distinct. dicitur,Gratiam Christi, virtute, non loci, nec generis nobilitate acquiri; de qua nunc vlterius nihil scribimus.

Neq; in casu,de quo scribimus lõga discussione opus erit:An intelligamus de nobilitate proueniente ex prædecessorum, vel propria virtute?vel Diuitiarũ sua,vel antecessorum copia? vel quia à populo ex consuetudine eius progenies,& familia nobilis reputetur? Aut ex clarissima per longam annorum seriem producta? Quia hæc oĩa concurrere in ista progenie passim suo cuiq; loco demonstrabimus.Ex quibus ostendere conabimur, non modo partes singulas,quæ ad familiam Regiam,& Imperialem, omniq; ex capite vera nobilitate fulgentem, sed longo interuallo, alias ingenti maximorum,ac splendidorum actuum progressu,superare.Necessarium deniq; non erit,hoc in loco asserere,Quid sit nobilitas? Vnde dicatur? Quot modis quærãtur?aliaq; huiusmodi, in q̃bus enucleandis, hic locus necessarius non vi-
6 detur; † cum super hoc argumenti genere, latissimè scripserint.Bartol.in l.1.C.de Dignitat. lib.10. habetur in l.nobiliores. vbi Bald. C.de Commer.& mercat.Paris de Puteo de re militar.lib.7.§.Quia sæpe. Barth. Cæpoll. in tract. de Imperat. milit. deleg. § Nobilitatis. Barth. Socin.in consil.246.col.1.vol.2. Petr.Rebuff.in tract.Nomination.q.12.Andr.Tiraquel. de nobilit.c.15.& c.19.Lancellot. Conrad. in Templo Iudicum.in tract. de Duello.par.3.conclu. 76.Nicola Biesi⁹ de Republica. lib.4.Polybius Histor. lib. 12. Guido Papæ in decis. Gratian. 376.Iacob.Menoch.de arbitrar. Iud.quęst.lib. 2.cẽtur.1.casu 67.Renatus Choppinus in Consuetud.Andegauẽsi.c.63.nu.3. de quibus opportunius suis in locis, dum se occasio in operis prosequutione præsentabit,verba faciemus nõ derelinquendo tñ cursum operis necessarium.

Illud tantum in hoc capite describendum duximus, de nobili ex claris natalibus orto, q
7 nobilis†appellabitur.Clem.2.de sententia ex-
8 communic.Cum nobilitas sit quædam † maiorũ claritas,vt docet Aristotel lib. 2. Rethoric. Quis enim non super aurum existimet, consan
9 guineum† esse Illustri Prosapia ortum? vt inquit Dominic.de Soto de Iustit. & iur. lib.9.q. 7.artic.3.Hinc de Amalorum Gothorum Regũ familia, inquit Athalaricus apud Cassiodorum
10 lib.8. Variar. cap.2. Quæuis claritas† generis Amalis cædit: & sicuti qui ex vobis nascitur, origo Senatoria nuncupatur; ità qui ex hac familia progreditur,Regno dignissimus appro
11 batur.Vnde Critias Charmidẽ † laudat, quòd longa serie nobilitatem ex Solonis genere traheret:vt est author Plato in Charmide, siue de Temperantia.lib.20.Vbi Marsilius Ficinus ait: Nobiles idcirco alijs exempla præstare. Vnde qui virtute contẽdunt,ab ipsa sui generis origine,quòd alijs præpolleant, initium auspicantur: vt docet Isocrattes in Panathenaico,siue Oration.11.Vnus enim vir Heroicus,totã gen-
12 tem illustrat:†vt ait Demosthenes Olynthiaca prima.& Cic. in Orat.pro Sextio, inquit: Omnes boni, semper nobilitati fauemus: & quia
13 Reipublicæ†vtile est, nobiles esse homines,dignos maioribus suis,& quia valere debet apud nos, senex clarorum hominum de Republica meritorum,memoria,etiam mortuorum.

Hinc in adipiscendis honoribus, Auorũ vir-
14 tuti,atq; nobilitati,maximè tribuerunt.†Cyn. in l.prouidendum. C. de postuland. Hostiens. Ioan.Andr.& Abb.Panor.in c. clerici. de Iud. facit tex.in l.tam dementis.ibi; ex genere eorum nobiliores sunt. C. de Episc.aud. similis text.in l.si furiosi. C.de nupt. voluit Iacob.Aluarot.in c.1.§.Cęteri quoq; num.6.quis dicat. Dux.vel Marchio. Hoc idẽ probant verba Platonis in Alcibiade: Consentaneum(inquit)est,
15 meliores esse naturas† nobili in genere,quàm in ignobili. Vnde optimè inquit Anneus Seneca in Octauia cap.6.

Pulchrum eminere est inter illustres viros.

Magnum namq; virtutis argumentum est, vt inquit Socrates, ab antiquo nobilitatis ge-
16 nere auspicari † vnde idem Isocrates, tum in Euagora,tum in Nicocle Cypriorum Rege,inducit,eundem Nicoclem dicentem: Neq; (inquit) cum Regibus pleribusq; cõmune in liberorum pro creatione, mihi consilium fuit; nec decorum esse putaui,alios ex abiectiore, alios è clariore liberos progenerare; neque horum alios nothos, alios vero genuinos relinquere: sed vt omnes potius eadem pollerent natura, quam tum à patre,tum à matre referrent: mortalium quidem, ad patrem meum Euagoram: Semideorum Heroum ad Aeacidas: Deorum ad

ad Iouem, vt adeò nemo quisquam de meo sanguine in mũdum editorum, hoc generis Stemmate priuaretur.

Hinc dicit Dionysius Halicarnasseus. lib. 2. Quòd Atheniensium Respublica illo tempore florebat, cum Patricios appellabant ex Illustribus Familijs, & pollentes opibus, penes quos Ciuitatis Regimen fuisset. Bernard. in Epistol. ad Gualternm de Claro mõte. Genus (inquit) clarum, corpus aptũ, forma euidens, ingenium velox, eruditionis vtilitas, & morum honestas, gloriosa quidem sunt. Hinc Paris Iouis, & Electræ genus ducere gloriatur ad Helenam scribens apud Ouidium in Heroidis inquit,

Non ego coniugium generosa degener opto,
Nec mea, crede mihi, turpiter vxor eris.
Pleiada, si quæras in nostra gente, Iouemq;
Inuenies; medios, vt taceamus, Auos.

Ijsdem etiã medijs Siphacem extollit Franciscus Petrarcha lib. 3. Africæ, dicens

Nomen fortaße Siphacis
Audisti, cunctos illum præcedere Reges
Fama refert, opibus, nec Auorũ sãguine quisquã
Altior incedit.

Sic Matth. cap. 1. alijq; Euangelici scripto-
17 res, Christum laudant, ex Regum† genere originem ducere. Vnde Chrysostomus in eũdem Matth. cap. 14. Non illius (inquit) Fabri, quem putatis, sed Fabricatoris omnium, qui fabricatus est auroram, & solem. & paulò post. Radix fuit stirpis Regiæ.

Constat autem apud Romanos adeò celebrem fuisse antiquorũ Patriciorum, Equitum, nobilium, atq; eorum, qui animi, vel corporis virtute claruissent, memoriam, vt proprium illis fuerit eorundem nomina, quoquo modo possent, perpetua reddere. Et hinc posteris per imaginum appositionem exempla reliquerũt, quibus veluti æmulatione, & quadam inuidia, optimè operandi, veluti quosdam stimulos resignarent; quinimmo illis incitarentur, vt non torpescerent. Domos itáq;, & Atria imaginibus replebant, ibidemq; asseruabant (Nam in locis publicis longè aliter fieri solebat, vt in toto tit. de Statuis, & imaginib. & nos de his dicimus in Neanomologia. cap. ....) ad quas successores pro virtutum incitamento, veluti confugerent, seq; ipsos antecessorum suorum imaginibus minimè indignos, aut degeneres
18 arbitrarentur. Qua† de re, & huiusmodi Romanorum vsus, subobscurè quodammodo ità scribit Plin. lib. 35. cap. 2. dum ait: Apud maiores in Atrijs hæc erant, quæ spectarentur, non signa externorum artificum, nec æra, aut marmora, expressi cera vultus, singulis disponebantur armarijs, vt essent imagines, q̃ comitarẽtur Gentilicia funera, semperq; defuncto aliquo, totus aderat, qui vnq̃ fuerat populus. Stemmata verò lineis discurrebant ad imagines pictas. Tablina codicibus implebantur, & monumẽtis rerũ in Magistratu gestarum. Aliæ foris, & circa limina, animorum ingentium imagines erant, affixis hostium spolijs, quæ nec emptori refringere liceret, triumphabantq; etiam dñis mutatis, ipsæ domus, & erat stimulatio igneus (ex probantibus tectis) quotidie imbellem dominum intrare in alienum triũphum: Huc vsq; Plinius. Qui obscurè nimium, ac perplexè loquutus est, quẽ si paulisper declaremus, totam antiquarum imaginum Historiã, breui verborũ
19 conceptu, explicuisse demonstrabimus. †Hoc vero dixit Plinius, ac dicere voluit. Quòd in Atrijs ex Pictura, maiorum ponebantur imagines in armarijs, quæ funera successorum comitabantur, & Stemmata idest gradus cõsanguinitatis, vnde ille fortè descẽderat imaginibus p̃ lineas descripta erant. Et Tablina idest quædam capsulæ implebãtur Codicibus, in quibus res illius descriptæ erãt, & monumenta rerum gestarum in Magistratu, & ibidem reponebantur, argentum cęlatum, vestis Stragula, signa, & Magistratus ornamenta. Et sic p̃cedebant acta imaginum, & monumẽtorum intra domos. Foris vero imagines aliæ erant, circumq; limina illorum virorum, qui ingenti animo fuissent, affixis opimis hostiũ spolijs, quæ erant in muris depictæ, ipsasq; nec emptor domorũ frangere poterat, ita quòd Domus, etiam Dño mutato, triumphabant. Hiq; triumphi, atq; imagines, quia nouo Dño, antiqui Dñi virtutes exprobrabant, stimuli erant, vt videntes illorum Triumphos, noui Dñi, veluti imbelles, ad virtutem, & gloriam impellerentur. de his post Vitruuium Francisc. Marius Grappaldus de partibus Ædium. lib. 1. Et idcirco hæ foris imagines, vel in atrijs in primis domorum partibus ponebantur, vt omnium oculis, essent ante omnia prępositæ, ac veluti Antesignanæ. Hoc idẽ breuioribus verbis perstrinxit Valerius lib. 5. c. 8. dum de Manlio Torquato verba fecisset, qui filium Decium Syllanũ à Prouincia Macedonia, cui p̃erat, accusatũ, Republica, & domo indignũ iudicasset, & à cõspectu suo abire iussisset, illeq; ob id dedecore affęctus, proprio suspendio occubuisset, asseruit patrẽ, nec exequijs filij interesse voluisse, eo, q̀ videbat (inqt) se in eo Atrio cõsedisse, in quo imperiosi illi Torquati (antecessoris sui, q̃ proprium filiũ securi percussisset) seueritate cõspicua, imago posita erat, prudentissimoq; viro succurrebat effigies Maiorum suorum cum Titulis suis: idcirco in prima ædium parte poni solere, vt illorum virtutes, posteri non conspicerent solum, sed etiam imitarentur. Hæc ille. Sic & Polybius Historiarum lib. 6. ait: Est autem imago,
20 insignis alicuius† viri simulachrum, oris similitudinem, artificiosè effictam, coloribus, pigmentisque adumbratam referens, quam in insigniori, & celebriori domus parte, positam, ligneo armario includebant. & Cic. in Orat. pro C.Ra-

C. Rabirio ait. Delecta imago ipsa, ad posteritatis memoriam prodita. Qua de re satis, dũ ista præscriberem, multa scripsisse conspexi Carolum Sigonium de Antiquo iure ciuium Roman. lib. 2. cap 20. & nouissimè Iustum Lipsium electorum lib. 1. cap. 29. Ex quibus patet, plurimum nobilitati apud Romanos sem-
21 per tributum fuisse. Ideo C. Cæsar sui † porticu suo, eorum, qui Rempublicam incrementis auxerãt, imagines posuisse, plurimum laudatus fuit. Antonius vero Caracalla, & Alexander Seuerus eorum parentum Triumphos pingi curauerunt. Ita nobilissima suorum decessorum gesta memoriæ commendantes. Memorabile hoc exemplum sufficere credam, quo quanto in pretio nobilitas apud Romanos haberetur, appareat. Cum enim in Theatro in Spectaculorum conspectione promiscuè nobiles, & plebei conspicerent, ac Patricios, & Plebeios indiscretè cõsistere. vt inquit Liuius lib. 34. Sex. Ælium Pætum, & C. Cornelium Cethegum Censores gratiam ingentem apud Senatorium ordinem peperisse, quòd Ludis Romanis Ædilibus currulibus imperarũt, vt loca
22 † Senatoria à Populo secernerent, nam antea in promiscuo spectabant, vt scribit Asconius Pædianus in Orat. pro Cornelio. Qua ex causa L. Rhoscius Otho tribunus plebis, idem con firmando, tulit legem Rhosciam Theatralem, vt ibidem Auspice domino dicemus in illarum Commentarijs. Tantum itaque omni tempore nobilitati traditum est, vt & Sacra Eloquia, ac sancta Ecclesia quotidiè cantet, Rega-
23 li ex † progenie fuisse Mariam. Sic nobilissimorum Principum meminit Moyses Numer. cap. 1.

Si igitur antiquissimæ nobilitati iugiter fuit delatum, operę pretium dicere, atque assere-
24 re cogimur, Familiam † Austriacam, clarissimè, tamquàm fulgentissimum sidus, splendescere, & proinde inter alios Principes, PHILIPPVM Catholicum Regem, ex ea progenitũ, caput extollere, ac præstare. Si enim tempora computentur, Monarchiæ conspiciantur, Annales euoluantur, si deniq; familiæ Imperiales, Regales, ac antiqua nobilitate conspicuæ animaduertantur, fateri cogimur, ipsam Antiquiorem esse, & longiori seculorum curriculo, deductam, ac omni virtutũ genere præstantem, aliosq; Imperatores, ac Reges, minimè vereri; illamque particulari Dei Optimi Max. beneficio, ac Dono, pro totius Christiani Orbis vtilitate propagatam. Et vt digito, ac manu ductis quibusdam exemplis, hoc stabilire valeam, breui Historiarum exemplo, temporibus computatis, hoc firmare, & referre minimè grauabor.

A secunda itaque Mundi ętate, nempe à seculo post vniuersale Diluuium, conspiciẽdum
25 est, † quo Noe Secundus Gentium pater, ac Princeps cũ sua familia ab Omnipotenti Deo, vt esset totius Mundi Seminarium fuit à Deo seruatus: atq; Monarchias, & Regna, Imperia, & Principatus consideremus, & quanto temporum interuallo, atq; curriculo illa durauerint: ijs etenim perspectis, hanc Austriacorum familiam, & antiquitate, & virtutum gloria, atque rerum gestarum ornamento, insigniorem esse apparebit.

Prima itaq; Caldeorum, seu Assyriorum Mo-
26 narchia antesignana se offert, quam † recitabo, omisso Nembrotho, ac Belo eius filio, cum non regnauerint, sed Ciuitates tantum ædifi-
27 cauerint † de quibus habetur Genes. cap. 11.
28 Primus autem qui regnare cœpit, fuit † Ninus Beli filius, ac Nembrothi Nepos, qui Ninam, seu Niniuem Ciuitatem Magnam construxit, hic regnauit annis quinquaginta duobus. Secundus, Semiramis Ascalonita, Nini vxor, quæ Ninum iuniorem impuberem non dum Regno aptum conspiciens, virilem sexum mentita, Indos, Aethiopas, diuersasque gentes edomuit, & Babilonem instaurauit, & hæc regnauit annis quadraginta duobus. Tertius Ninus iunior, siue Ninias Zameis, Semiramidis filius, qui regnauit, annis triginta octo. Quartus, Arius, annis triginta. Quintus, Aralius, annis quadraginta. Sextus, Baleus, cognomento Xerses, annis triginta. Septimus, Armathritis, annis triginta octo. Octauus, Belochus, annis triginta quinque. Nonus, Baleus, annis quinquaginta duobus. Decimus, Althades, annis triginta duobus. Vndecimus, Mamirus, annis triginta. Duodecimus, Manchaleus annis triginta. Decimus tertius, Sferus annis viginti. Decimus quartus, Mamelus annis triginta. Decimus quintus, Sparetus, annis quadraginta. Decimus sextus, Ascatades, annis quadraginta vno. Decimus septimus Amyntes, annis quadraginta quinq;. Decimus octauus Blochus iunior, annis viginti quinq;. Decimus nonus, Belopares, annis triginta. Vigesimus, Lãprides, annis triginta duobus. Vigesimus primus, Sosares annis viginti. Vigesimus secũdus, Lampares, annis triginta. Vigesimus tertius Pannias, annis quadraginta quinque. Vigesimus quartus Sosarmus, annis decem, & nouem. Vigesimus quintus, Mitreus annis viginti septem. Vigesimus sextus Tautanes, annis triginta duobus. Vigesimus septimus, Teuteus annis quadraginta. Vigesimus octauus, Timæus, annis triginta. Vigesimus nonus, Dercilus, annis quadraginta. Trigesimus Eupales, annis triginta octo. Trigesimus primus, Lahosthenes, annis quadraginta quinq;. Trigesimus secundus, Pyrithidias, annis triginta. Trigesimus tertius Ofratheus, annis viginti. Trigesimus quartus Ofraganeus, annis quinquaginta. Trigesimus quintus, Aschra Zapes, annis quadraginta duobus. Trigesimus

sextus

sextus,&vltimus, Tonosconcoleros,(Sardanapalum Græci vocāt)annis quindecim,quo tempore hæc Monarchia finem habuit, & durauit
29 annis mille,ducētis †triginta quinque. Vt post Berosum Chaldæū de Antiquitatib. lib.4. & 5. Manethonem Ægyptium, & Methasthenem Persam, & Eusebium Cæsariensem, voluit Diodor.Siculus lib.3.& si dissentiat in numero Regum, & annorum supranotatos tamen sequitur Iustinus lib.1.Ioan. Zonaras Annalium. lib. 1. Christoph. Myleus de scribenda vniuersit. rerū histor. lib.3. Christianus Adrichomius in Theatro Terræ sanctæ. in Manasse. 2. Dixi in Apologia aduersus sententiam Pilati Aquilæ repertam, quam ad Sixtum Quintum Pontificem direxi. Quāmquām hanc Monarchiam du
30 rasse tantummodo, mille,& septuaginta† annis,scripserit Velleius Paterculus. Histor. Roman.lib.1.

31 Secunda subsequuta est Medorum † Monarchia,quam à Sardanapalo rapuit Arbaces Me-
32 dus,qui eam†tenuit annis viginti octo. Secundus,subsequitur Mandanes, annis quinquaginta. Tertius,Sosarmon,annis triginta.Quartus, Arthicarmines, annis quinquaginta. Quintus, Arbianes,annis viginti duob⁹. Sextus, Arceus annis quadraginta. Septimus Arthienes annis viginti duobus. Octauus, Astibares annis viginti. Nonus Astyages annis triginta. Et sic
33 ista finem habuit, annis ducentis † nonaginta duobus. Licet duos alios Reges enumeret Diodorus Siculus lib. 3. Scilicet Arthibanem post Arthienem, & Apādam siue Astyagem.de
34 quo Herodot.lib.1.Quos tamen trecentis†quinquaginta annis regnasse scribit Iustinus.lib.1. Sed videndi erunt Idem Ioan.Zonaras,lib.1.& Myleus vbi supra.lib.3. ac etiam Adrichomius in Theatro Terræ sanctæ. in Manasse.2.

35 Tertia Persarum† Monarchia successit, quæ
36 à Cyro initium habuit,& † regnauit annis triginta.Secundus,Cambyses,qui regnauit annis septem,& mensibus tribus. Tertius, Smerdis, & Frater,mensibus septem. Quartus, Darius, annis triginta sex. Quintus, Xerses annis viginti. Sextus, Arthabanus, qui illum occidit, mensibus septem. Septimus Artaxerses longimanus, annis quadraginta. Octauus Xerses mensibus duobus. Nonus Sogdianus, mensibus octo. Decimus Darius Nothus, annis decem,& nouē.Vndecimus, Artaxerses Magnus, siue Darius Memnon,annis quadraginta.Duodecimus,Artaxerses Ochus, annis viginti sex. Decimus tertius Arses annis quatuor. Decimus quartus,Darius,Arsami filius,qui,& Condomanus dicitur, annis sex. Horū Monarchia
37 est terminata annis†ducentis triginta,& mensibus tribus.de his habetur Daniel. cap.5.6.& 7.& habetur.2.Paralipomen.c.36. & 1.Esdræ. c.1.3.4.6.7 &. 9.& lib.2.Esdræ. cap. 12. & lib.3. Esdræ.c.1.2.3.5.7.& 8. & lib.4. Esdræ. cap.1.& lib.1.Machab.cap.2.& 2.Machab.cap.1. Esaiæ. cap.44.45.Esther c.1.2.11.13. 16. Herodotus lib.1.Eusebius,& Iustinus lib. supra relato.Ioseph. Antiquit.Iudaicar. lib.11. c.4.& 5.Paul. Orosius lib.2.cap.7.8. 9. 10. 11. Adrichomius in Chronico in anno Mundi 3406.3443.& seq.

Quarta postmodum subsequitur mundi
38 †Monarchia Macedonum cuius primum,ac ve
39 rum caput, ipse Alexander † Magnus fuit,qui rerum potitus est annis duodecim. Alij autem qui post ipsum sequuntur in partes diuisum obtinuerunt eius imperium. Secundus subsequutus est,Arideus, qui regnauit annis septē. Tertius Cassander, qui regnauit annis decem, & octo. Quartus Antipater,& Aleander,annis quatuor. Quintus, Demetrius, annis sex. Sextus Pyrrhus, mensibus sex. Septimus Lysimach⁹,annis quinq; Octauus Ptolomeus Κεραυνὸς anno vno. Nonus Meleagrus,mēsibus duobus. Decimus Antipater, anno vno. Vndecimus Sosthenes, annis duobus. Duodecimus, Antigonus Gonathas, annis triginta sex. Decimus tertius Demetrius,annis decem. Decimus quartus Antigonus,annis quindecim.Decimus qntus Philippus annis quadraginta duobus. Decimus sextus,& vltimus Perseus, annis decem. Qui si iungantur insimul faciunt annos,cētum
40 quinquaginta nouem,& menses† octo. Docet Eusebius vbi supra.Iustinus.lib.33.Ioā. Zonar. lib.1. Diodorus, & Plutarchus in Alexandro. Quintus Curtius, & Arrianus Nicomedensis de Gestis Alexandri.Ioseph. Antiquit. Iudaic. lib.11.cap.8.Gulielmus Episcop. Tyri. de Bello sacro.lib.11.cap.30.

Quinta post Alexandri mortem, Monarchia diuisa extit inter proximè dictos, stetitq; pe-
41 nes†Syrios,& Asiaticos,in qua primus regna-
42 uit Antigonus † annis decem, & octo. Secundus Demetrius Πολιορκητὴς, annis decem,& septem. Tertius,Seleucus Nicanor,annis triginta duobus. Quartus Antiochus Sother, annis decem,& nouem. Quintus Antiochus Theos, annis quindecim. Sextus Seleucus Gallinicus, annis viginti. Septimus,Seleucus Ceraunos,annis tribus. Octauus Antiochus Magnus, annis triginta sex. Nonus, Seleucus Philopator, annis duodecim. Decimus, Antiochus Epiphanes, annis vndecim. Vndecimus, Antiochus Eupator,annis duobus. Duodecimus, Demetrius Sother, annis viginti duobus. Decimus tertius, Alexander, annis decem. Decimus quartus,Demetrius annis tribus. Decimus qntus,Antiochus Sidetes,annis nouem.Decimus sextus,iterum Demetrius,annis quatuor. Decimus septimus, Antiochus Gryphus, annis duodecim.Decimus octauus,Antiochus Cyzizenus,annis decem, & octo. Decimus nonus, Philippus,annis duobus.Qui faciunt summam
43 annorū ducentorū† sexaginta quinque,vt placuit Eusebio, alijsq; Historicis supra narratis.

Sexta

Sexta postmodum surrexit Aegyptiorum
44 † Monarchia,incipiẽs à Ptolomæo† Lagi filio,
45 qui regnauit annis triginta sex. Secũdus Ptolomæus Philadelphus,annis triginta octo. Tertius Ptolomæus Euergetes, annis viginti sex. Quartus, Ptolomæus Philopator, annis decẽ, & septem. Quintus Ptolomæus Epiphanes,annis viginti quatuor. Sextus, Ptolomeus Euergetes secundus, annis viginti, aut secundum aliquos,viginti nouem. Septimus, Ptolomæus Phiscon,siue Sother, annis decem & septem. Octauus Ptolomæus Alexander, annis decem. Nonus,Ptolomæus Laterus, annis octo. Decimus,Ptolomæus Dionysius,annis triginta. Vndecimus,Cleopatra,annis viginti duobus.Qui
46 ascendunt ad summam annorum† ducentorũ quinquaginta septem,vt communiter tradiderunt Eusebius,& alij in locis supra allegatis,& tetigit Tertullianus contra Iudæos.
47 Septima Romanorum Monarchia etiam †viguit,Quę sub Regibus primo fuit,sub Romulo,
48 annis † triginta nouem. Sub Numa Pompilio, annis quadraginta vno; sub Iullo Hostilio, annis triginta duobus.Sub Anco Martio,annis viginti quatuor. Sub Lucio Tarquinio Prisco, annis triginta septem.Sub Seruio Tullio annis triginta quatuor. Sub Lucio Tarquinio Superbo, annis triginta quinque: qui faciunt numerũ an-
49 norũ ducẽtorum quadraginta duorũ,† quibus rerum Roma potita minimè fuit, sed principiũ Regnandi dedit. Exactis demũ Regibus,ab ipso Regifugio,vsque ad Cæsarem,quo tpe Vrbs Roma,nomẽ Reipublicæ sumpsit,ac per Dictatores,Consules,aliosq; Magistratus illã propagauit,ita vt à principio,vsq; ad Cæsaris vsurpationẽ,in totum effluxerint anni septingenti, &
50 duo,intra † quos totum ferè terrarum orbem tunc cognitũ subiugauit.Huius Monarchiæ authores sunt,non solum latini,sed Græci,sed omnium ferè linguarũ scriptores: inter quos Liuius, Orosius, Eutropius, Eusebius,Iosephus, Egisippus,Dio Nicæus, Dionysius Halicarnasseus, Polybius, Paterculus, alijq; ꝓpemodum infiniti,antiqui,ac nouissimi scriptores. Si calculẽtur itaq; singularum Monarchiarum anni,
51 apparebit† Austriacam familiam iam excedere. Calculatio autem vniuscuiusq; ita erit, & vna quæq; durauit scilicet.

Monarchia.	Caldęorũm annis	1235.
	Medorum annis	292.
	Persarum annis	230. mens. 3.
	Macedonum annis	159. mens. 8.
	Syriorum annis	265.
	Ægyptiorum annis	257.
	Romanorum annis:	702.

A quibus, ipsarumve qualibet,si extrahãtur anni,aut Reges,quibus,aut descendentium lineæ intercisæ extiterunt, aut quia Reges, non per legitimas successiones, sed ex diuersis familijs,vi,aut potentia,Dominia quęsierunt,luce ipsa clarius apparebit, nullam earundem Monarchiam,ad annos,quos Austriacorum familia iunxit,peruenisse.

Sic etiam,antiquas quasdam Romanorũ Familias nobilissimas,vel illas ex ordine Senatorio,ac Patricio,vel ex Plebe,nobilitati allectas enumerabo,quarum nobilitas,vel Imperio,aut saltim Regno dignas fuisse scribunt,quæ summam nobilitatem,& quãdam antiquitatem referunt, & Magistratus in Republica summos, maximosq; adeptæ sunt.Qui enim hæc videbunt,ac legent,quantũ pro veritate enucleanda labores assumpserim,conspicient.

52 Fabia primum gens, Familiaq; Illustris,† se offert,quæ à C.Fabio.C.Filio, Vibulano ortum originemq; habuit,Vrbis cõditæ anno. 269. vt testantur Dionysius Halicarnasseus.lib.8. & 9. Liuius lib. 11.quæ tñ durauit, ad annum vsque vrbis.743.Quo tẽpore desijt in Q.Fabio. Q. F. Q. Nepote,vt post Dionem lib.54. Historicosque alios, scripserunt Cassiodorus, Sigonius, Panuinius,& alij in Fastorũ Romanorum Com
53 mẽtarijs,& eius duratio fuit† per annos 474. Hæc illa est Fabiorũ familia memorabilis,quorum trecentos in armorum conflictu, pro pa-
54 tria acerrimè pugnantes,vna† dies abstulit,impubere tantum vno superstite, quorum Historiam,lõga serie, retuli in Apologia Italo idiomate conscripta contra sententiã Pilati,Aquilæ repertam,ad quam lectores reuoco.

Iuliorum familia à C.Iulio.L. F.anno vrbis. 264.initium habuit, vt scribit Dionysius lib.8.
55 & durauit† vsq; ad C.Caligulam Cæsarem, vt refert Dio lib.58.circa annum vrbis.795. & sic perdenit ad annos 535.

Antoniorum à T. Antonio Merenda anno Vrb.cond. 305. Dionysius lib.10. Liuius lib.3. vsque ad L. Antonium. M. F. M. N. anno vrbis.
56 712.& sic finem habuit† in annis 409.

Aimilia, quam,& Aemiliã dicunt,quæ suum principiũ auspicata est. Vrb. cond. anno. 269. à L. Aimilio, Mamercini F. Dionysius lib. 8. & 9. Diodor. Sicul.lib. 11. vsq; ad M. Aimiliũ Scaurum anno vrbis.649. vt refert Cic. de leg. lib.3. & in Orat. pro Sextio. & lib. 2. de. Ora-
57 tore. Valer.Maxim.lib.3.cap.2.& 7.&† sic permansit annis 380.

Valesia Familia à P.Valerio Volusi F. Voluso anno vrbis 246. vt est author Cic. Academic. quæst.lib.6. Dionys.lib.5. Liuius lib.2. vsq; ad M.Valeriũ M.F. M.N. Messallam.vt voluit Plin. lib.17.cap.25. Valer.lib.2.cap.1.Aulus Gellius
58 Noct.Atticar.lib.15.cap.11.& sic perstitit† annis 353. à qua scribit Stephanus Forcatulus de
59 ducere † Seminariũ nouissimos Galliæ Reges, vt Hẽrico 3. scribit de Origine Gẽtis Valesiæ.

Posthumi Familia à P. Posthumio Q. Filio, Tuberto anno Vrb.cõd. 248.Dionys.lib.5.& 6. cero de legib.lib.2 Plutarchus in Publicola: durauit vsq; ad Sp.Posthumiũ Sp.F. Sp. Nepotem

Al-

60 Albinum, anno vrbis 663. vt Caſsiodorus,† a-
lijq; annotarunt,& ſic annis 415.
Claudia gens ab Act. Clauſo Regillenſi an-
no V. C. 258. Sueton. in Tiberio. Dionyſ. lib. 5.
& 6. Liuius lib. 11. Cornel. Tacit. lib. 11. Plin. lib.
35. cap. 3. vſq; ad P. Claudium. Ap. F. Gn. N. Pul-
chrum anno 697. vt teſtatur Dio. lib. 39. Cicer.
lib. 3. de legib. & in lib. de Aruſpicum Reſpon
ſis. & ad Atticum lib. 1. Plutarch. in Cicer. &
61 †ſic annis 439.
62 Seruiliorum familia† à P. Seruilio P.F. anno.
258. Dionyſius. lib. 5. Liuius lib. 11. vſq; ad an-
num 551. quo fuit C. Seruilius C.F. P.N. Gemi-
nus, vt ſcribit idem Liuius. lib. 29. & ſic ſtetit
annis. 293.
63 Cornelia à Ser. Cornelio Malugineuſi † L.F.
anno. 268. Dionyſius lib. 8. Liuius lib. 11. vſque
ad P. Cornelium P. F. Gn. N. Lentulum, Mar-
cellinum anno vrbis. 735. Dio. lib. 54. & ſic an-
nis 467.

Ex Plebis vero claris Familijs.

Liciniorum familia, quæ ortũ habuit à P. Li-
cinio Caluo anno V. C. 353. vt ſcribit Liuius
lib. 5. vſq; ad L. Licinium L.F. Murenam, anno.
691. Dio. lib. 37. Cic. in Orat. pro Muræna. Plu-
64 tarch. in Cic. & †durauit annis 338.
Cæcilia à L. Cæcilio C.F. Metello anno V.C.
469. Lucius Florus ſiue porius Liuius in Epit.
12. vſq; ad Q. Cæcilium Gn. F.Q. N. Metellum
65 Pium. anno. †701. Hirtius lib. 5. Dio. lib. 43. vn-
de durauit annis. 232.
66 Domitiorum familia, † quæ anno vrbis 421.
otiginem habuit à Gn Domitio Caluino, vt di
cit Liuius lib. 8. durauit vſq; ad annum vrbis
circiter 830. ad Gn. Domitium Gn. F. Aenobar-
bum adoptatum à Domitiano Cæſare, & ſic vi-
guit annis 409.
Marcellorum deinde gens à Marco Claudio
67 Marcello initium habuit anno. 422.† vt refert
Liuius lib. 8. vſq; ad M. Claudium M. F.M.N.
Marcellum, anno 703. vt dicit Hirtius lib. 8.
Dio. lib. 40. Sueton. Tranquill. in Cæſare. vnde
durauit annis. 281.
Fuluiorum vero à L. Fuluio L.F.L.N. Curro
in anno V.C. 431. Liuius lib. 8. vſq; ad M. Ful-
68 uiũ. †M.F.Q N. anno 628. Velleius Paterculus
lib. 2. Appian. Alexãdrin. Bellorum ciuil. lib. 1.
Plutarch. in Gracch. & ſic durauit annis. 197.
Semproniorum, quæ à P. Sempronio Sopho
anno 443. Diodorus Siculus lib. 20. Plin. lib. 33.
cap. 1. Liuius lib. 9. vſq; C. Sempronium Grac-
chum Quæſtorem. anno. 630. vt voluerũt Ap-
pian. Alexandrin. lib. 1. & Cicero in Bruto. & ſic
69 †manſit annis 187.
Martiorum deniq; familia, quæ à C. Martio
L.F.C.N Rutilio, anno vrbis cõditæ. 396. Dio-
dor. lib. 16. Liuius lib. 10. vſq; ad C. Martium
L.F.L.N. Cenſorinum anno. 745. Plin. lib. 33.
70 c. 10. Dio. lib. 55. & ſic permanſit† annis. 349.
Durauerunt itaq; ipſarum quælibet.

Fabia annis	474	Cornelia annis	467
Iulia	535	Licinia	338
Antonia	409	Cæcilia	231
Aimilia	380	Domitia	409
Valeſia	353	Marcella	281
Poſthumia	415	Fuluia	197
Claudia	439	Sempronia	187
Seruilia	593	Martia	349

Venetiæ vrbis Monarchiam, minimè omit-
71 tam, quæ non æmula, imitatrix tamen† Roma-
ni imperij fuit, cuius laudes, (& ſi ferè inenar-
rabiles ſint, noſtriſq; humeris impares) aliqũ
protuli ad Petrum Bellugã in Specul. Princip.
in præfatione, Rub. 22. in ver. Veneti. Illorum
tamen Reſpublica, ſuum largiſsimum diutius
72 propagauit Imperium.† Sed quid mirum? Vi-
ris ſemper nobiliſsimis recta, atq; Chriſtianæ
religionis, ſicuti obſeruãtiſsimis, ſic etiam ze-
lantiſsimis, iuſtitiæ, modeſtiæ, omniumq́; mo-
ralium, ciuiliumq́; virtutum genere cõſpicuis,
quorum diligentia, induſtriaq́, atq; conſilio ad
tantam prouecta eſt Monarchiam, vt non ſo-
lum Italiæ mundi Dominæ decus, famamq́; ſer-
uauerit, ſed Chriſtiano orbi ſpecimen regendi
dederit, & Barbaris mundi Principibus æmu-
la, amenißima libertate, & Principatu fruatur.
Sic Deus, & Dominus noſter ad extremum vſq;
iudicij diem illam ſeruet incolumem. Ab anno
73 autem Domini noſtri Ieſu† Chriſti 697. quo in
Reipublicæ formã redacta eſt, ſuos elegit Du-
ces, ac Reipublicæ ipſius Principes, qui Regis
quodammodo nomen retineret, ac cum alijs
ſuis ſupremis Magiſtratibus eam regeret: quo-
rum nomina, ac tempora, veluti in Faſtis qui-
buſdam, Romanorum exemplo, quatenus per-
74 cipere potui referam. Primus † omnium Dux
fuit Paulucius Heracleanus, qui Principatum
tenuit, annis viginti, & menſibus ſex. Secundus
Marcellus Heracleanus, annis nouem. Horleus
Vrſus Heraclean⁹, ſiue Ypatus annis vndecim.
Theodatus Ypatus annis tredecim. Gableus, ſi
ue Galla, anno vno. Dominicus Monegarius an
nis quinque. Mauritius Heracleanus ſiue Gal-
baius annis vndecim. Ioãnes Mauritij filius an-
nis duodecim. Obelerius Tribunus, Beatus, &
Valentinus inſimul, annis quinq;. Angelus Par
ticiacus annis decem, & octo. Iuſtinianus eius
filius anno vno. Ioãnes Particiacus annis octo.
Petrus Tradonicus, ſiue Gradonicus annis tri-
ginta vno. Vrſus Particiacus, annis decem, &
ſeptem. Ioannes Particiacus Secundus annis
ſex. Petrus Candianus menſibus quinq;. Petrus
Tribunus, annis viginti vno. Vrſus Badoarius,
annis viginti vno. Petrus Candianus Secũdus,
annis duobus. Petrus Vrſi Badoarij filius, annis
duobus. Candianus annis ſeptem. Petrus Can-
diani filius annis decem, & ſeptem. Petrus Vr-
ſeolus Sanctus, annis duobus. Vitalis Candia-
nus anno vno. Tribunus Memmus, annis qua-
tuordecim. Petrus Vrſeolus magni animi Dux,

annis viginti duobus. Otho Vrſeolus, annis quinq;. Petrus Centranicus, ſiue Barbolanus annis quatuor. Vrſus Petri Vrſeoli filius Patriarcha Gradenſis, anno vno. Dñicus Flabenicus, annis duodecim. Dñicus Contarenus, annis viginti ſex. Dñicus Siluius, annis tredecim. Vitalis Falerius annis duodecim. Vitalis Michaelius, annis quatuor. Ordelaphus Falerius, annis viginti vno. Dominicus Michaelius annis vndecim. Petrus Polanus annis viginti vno. Dominicus Maurocenus, annis octo. Vitalis Michaelius, annis decem, & ſeptem. Sebaſtianus Zianus annis ſeptem. Aureus Maripetrus, annis nouem. Henricus Dandolus, annis tredecim. Petrus Zianus, annis viginti duobus. Iacobus Theupolus, annis viginti. Marinus Maurocenus, annis quatuor. Raynerius Zenus, annis decem, & ſeptem. Laurentius Theupolus, annis ſex. Iacobus Contarenus, annis ſex. Ioannes Dandolus, annis decem. Petrus Gradenicus, annis duodecim, & menſibus nouem. Marinus Georgius, menſibus decem. Ioannes Superantius, annis ſexdecim, & menſibus ſex. Franciſcus Dandolus, annis vndecim. Bartholomeus Gradenicus, annis duobus, menſibus nouem. Andreas Dandolus, annis duodecim. Marinus Falerius menſibus nouem. Ioannes Gradenicus, anno vno. Ioannes Delphinus, annis quinque. Laurentius Celſus annis 4. menſis decem. Marcus Cornarius annis duobus, & menſibus octo. Andreas Contarenus, annis quatuordecim. Michael Maurocenus menſibus quatuor. Antonius Venerius, annis viginti duobus. Michael Stenus, annis tredecim. Thomas Mocenigus, annis decem, & menſibus tribus. Franciſcus Foſcarus, annis triginta quatuor. Paſqualis Maripetrus, annis quatuor, & menſibus ſex. Chriſtophorus Maurus annis nouem, & menſibus ſex. Nicolaus Tronus anno vno, & menſibus octo. Nicolaus Marcellus, anno vno, & menſibus tribus. Petrus Mocenigus, anno vno, & menſibus duobus. Andreas Vendraminus, anno vno. Ioannes Mocenigus, annis ſeptem. Marcus Barbadicus mẽſibus nouem. Auguſtinus Barbadicus, annis quindecim, men. 9. diebus 18. Leonardus Lauretanus annis decẽ, & nouem men. 8. diebus 20. Antonius Grimanus, anno vno, men. 11. Andreas Criptus annis 15. men. ſeptem. Petrus Landus annis 6. menſibus 6. Franciſcus Donatus annis 7. men. 6. I. Marcus Antonius Triuiſanus anno 1. Franciſcus Venerius, anno 1. men. 1. Laurẽtius Priolus, annis tribus. Hieronymus Priolus, annis 7. Petrus Lauredanus annis quatuor. Aloyſius Mocenigus annis 7. Sebaſtanius Venerius anno vno. Nicolaus de Ponte annis 7. Paſqualis Ciconia annis 10. Marinus Grimanus nunc viuens ab annis 1595. Quorũ tẽpora ſi cõputentur ab anno iã dicto 697. apparebit ipsã Rem-

75 publicam Nonigentorum † annorum ſpatio
Imperium tenuiſſe, ac ducentos per annos Romanorum Monarchiam vicisse.

Gallorũ Regum initiũ ſi auſpicetur à Pharamundo Rege cæptum in anno. 420. Natiuitatis CHRISTI Saluatoris, per curſum viginti circiter Regum, in vna, eademq; familia perſtitit, vſq; ad annum Dñi 751. Quo Pipinus, Caroli Martelli filius, alterius generis, & familiæ, Galliarũ Regno potitus eſt, Childerico Rege exacto: inter quos fluxerunt anni 331. vt patet ex Sigeberto, Guaghino Paulo Æmilio, Io. Tilio, & alijs, in Gallorũ Regũ Chronologia, quo tẽpore Pharamundi, ſiue Merouei linea, & ſanguis in Gallicis Regibus extinctus eſt.

Sed inchoãdo, vt dicam inferius, à Dagober-
76 to † Francorum ſiue Franconiæ Rege, qui fuit
anno Dñi 306. vſq; ad Pipinum ſupranotatum,
cucurrerunt anni 445. in quibus apud Gallos
77 defecit Dagoberti Regis linea. A Pipino † poſt
modum Rege, vſq; ad Hugonis Capeti Regnũ,
eiuſq; Regni primordia, quibus ſecunda vice
Gallorum res ad aliam conuolauit Familiam,
interceſſerunt anni circiter 237. quibus pœni-
78 tus eſt extincta. Ab Hugone demum † Capeto
Rege, vſq; ad Henricum Regem III. nouiſſimè,
duro, atq; acerbiſſimo caſu mactatũ, cuius cæ-
de Regalis hæc proſapia defecit in anno 1589.
lapſi sũt anni 601. Sic diuiſi Angliæ Principes,
nec in vnum conuenientes, ſub Henrico VIII.
79 Angliæ Rege, ſubditi † in deterius lapſi ſunt:
quo mortuo Maria filia sãctę memorię Regina,
Philippi Regis Catholici vxore, Regnũ denuo
vitijs, ſordibuſq; Hæreticis purgatum extitit:
Eaq; demũ (infęlici Anglorũ fato) abſq; liberis
80 defuncta, in Elizabetham † Annę Bolenę filiam
delato Regno, factũ eſt, vt Anglicanum Regnũ
iam olim fidei Chriſtianæ propugnaculum, ab
eadem fide defecerit omniumq; gẽtium ludibriũ videatur. Et ſi qui Principes, Chriſtianiq;
81 viri † ibidẽ (Deo ſic permittente) Chriſti fidem
ſequãtur, id occulto facere coguntur, vel ſi publicè id fecerint, bonorũ, ac ſanguinis effuſione Martirio glorioſo defecerunt; aut bona, patriãq; relinquentes, & proprios lares deſerentes, in Italiã, aliaſq; Chriſtiani populi partes commigrarũt, vt ſaltem animarum ſuarum ſaluti conſulant. Sed Credo Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum, cuius manus abbreuiata non eſt, ijs malis remedium allaturum.

Othomanorum etiam Regum, atq; Imperatorum exempla ſimiliter in prõptu ſunt, quorum Imperij initiũ ab anno Dñi 1301. quo eidẽ Im-
82 perio † Principium dedit Othomanus, rectaq;
linea ab eo quatuordecim Imperatores deriuarunt vſq; Amurathem Imperatorẽ, nũc ſceptra tenentem hoc anno 1597. effluxerunt anni ducenti nonaginta ſex, vt ſunt authores Paulus Iouius in Turcarũ Hiſtoria & poſt Laonicum Calcocõdylem, ac Vuolſgangum Drech-

flerum

rerum in Sarracenorũ, & Turcarũ Chronicon, scribit Cælius Augustinius Historiæ Sarracenicæ lib. 3. in fi. Othomanus enim Principatũ tenuit annis 27. Orchannes filius annis 22. Amurathes annis 23. Baiazethes Amurathis filius, annis 25. Cyriscelebes, qui Calepinus appellatus est, annis sex. Orchannes filius, anno vno. Mahometes huius frater, annis quatuordecim. Amurathes Secundus, annis 31. Mahometes Secundus, annis 32. Baiazethes Secundus, annis 30. Zelimus annis octo. Solimanus, annis 46. Zelimus Secundus annis octo. Amurathes Tertius hoc anno 1597. regnans annis . . .

E Germanorum Principũ seminario Austria-
83 ca Regis Catholici familia † prodijt, vndè optimè Caius Iulius Cæsar, (sine Iulius Celsus il-
84 le sit) Viget (inquit) in Germanis † fons veræ nobilitatis. refert, & sequitur Hierony. Cagnol. in Proœmio Digestorum. nu. 61. Hinc Germani
85 dicti sunt, quasi † nobilitatis Germen, vt dicit Glo. in c. quorundã. 34. distin. Aluarus Pelagius de Planctu Ecclesiæ lib. 1. c. 41. qui dicit: A nobili germine Germanos dictos. de his Antoni' Campanus. Illi (inquit) Domi concordes, foris strenui, & acquisierũt Imperiũ, & tantam Illu-
86 strium virorum † multitudinem pepererunt, vt per reliquũ orbem, veluti Colonijs nobilitatis vsq; quaq; deductis, familias, nobilissimasq;, & Regias propagauerint: nec vlla sit familia in Gallijs, nec Regia quidẽ, nulla in Hispania, aut in Italia, paulò Illustrior, quæ si antiquitatem repetat suam, non statim è Germania esse prædicet, & veluti è seminario quodã veræ nobilitatis è vobis venisse glorietur. Hæc Cãpanus. Vndè his dictis rectè cõcludit Iacobus Vuimphelingus Rerum Germanicarum. c. 69. Fõtem
87 † nobilitatis viuum, & perennem, fuisse Germaniam, aut mare potius, qđ oẽs prouincias Europæ, suo splendore, velut æstu quodam nobilitatis inundauit, dum in Galliam, in Hispaniam, in Italiã, nationesq; alias propagauit Imperium. Non immeritò itaq; ad Germanorum gratiã, & ad cæptã scribendi seriem procedentes, dicimus, † Austriacæ familiæ amplitudo, antiquitas, & Maiestas eò vsq; peruenit, vt nulla ei antiquitatis splendore, claritatis fulgore, alijsve dotibus, præponi, ac ne æquari quidem valeat. De illius autẽ propagatione, atq; progressu, nunc verba faciemus, de alijs verò in operis prosequutione longo stilo dicemus.

At de Gentilicijs, ac Philippi Regis Catholici antecessoribus id dicimus, ex eodem fonte, lineaq; ortam esse primorũ Galliæ Regum
88 familiam, quã & ipsius Philippi † familia deducta est. Vtriusq; igitur, sicuti origo, sic & claritas est, quod & fatetur Alphonsus de Carthagena Episcopus Burgensis in Anacephaleosi de Regibus Hispaniæ. c. 75. Anno enim Dñi nostri IESV CHRISTI 306 initiũ habuit, (omitto antiquiora tempora, tum ob scriptorum, ac temporum obscuritatem, tum ne in fabulosam
89 narrationẽ incurram) à DAGOBERTO † Franconiæ Rege, cuius successores, ob bellorum calamitates, Ducum, ac Comitum titulis, aliquorum temporũ interuallo, contenti fuere. DAGOBERTVS autẽ Vualtheri Franconiæ Regis filius fuit, cui vltra alios, Genebaldus filius successit, (hunc Genebon Frãcorũ Regẽ aliqui scriptores appellant) q insimul cũ Carãsio, Gallias inuasit, contra quos oppugnatorem Maximianũ habuit, & deinceps post Genebaldum, Dagobertus II. à quo per lineæ rectæ, & nunq̃ intercisæ tramitem vsq; ad Philippum Austrium, Regẽ Catholicum, modo rerum potientem, & Rodulphum II. Imperatorem, Cæsarem semper Augustum, nunc Romani Imperij sceptra moderantem, fœlicissimè peruenit.

Nec mihi arridet, quorundã Gallorũ scriptorũ authoritas, qui dixerũt Galliã, idcirco Fran-
91 ciã † denominatã à Franco quodã Carnifice in eodẽ Regno in Regem prius promoto ex Bartholomæi Angli in lib. de Proprietatibus rerũ. cuius opinionẽ refellit Io. Mairus Illustrationum Galliæ. lib. 3. Quã opinionem vti viri Angli, Gallorum odiosi, nec ego veram censeo.

Et similiter minus recipienda erit illorũ conclusio, qui censuerunt Franciã à quodam Fran-
92 co, seu † Francone, Hectoris Troiani filio, denominatam, qui vna cum Antenore ab Ilij excidio veniens, apud Gallos consederit, & inde relicto Galliæ nomine, Franciæ nouum nomen tributum; vt voluit Vincentius Beluacensis in Specul. Historiali lib. 2. cap. 66. Cosmas Guimier in Pragmatic. Sanctione. in Proœmio. in verb. Francorum. Iacob. Philippus Bergomas. supplementi Chronicorum lib. 3. Robert. Guaghinus Historiar. Galliæ. lib. 1. cap. 3. & ex Fasciculo Temporũ Carolus de Grassalio Regal. Franciæ. lib. 1. Iure. 2. Hoc enim Fabulosum es-
93 se, vel ipsa veritas † ostendit, cum velint suum Genus ad Troianos referre, quasi non alia gens Barbara melior, antiquior, aut nobilior, ipsis Troianis extiterit. Tam cæcutimus in asserendo mendacio, rei præsertim incognitę, & quæ nullo potest, vel dicto, vel argumento coadiuuari. Omnes si quidem Græci, Latinique scriptores, qui Troianorum, & Græcorum bella scripsere, nunquàm Hectori præter
94 vnicum tantum filium, quem † Astyanactam viros sapientiores, Scamandrum verò mulieres Troianas, eum appellasse scribit Plato in Cratylo: quem ex alta Turri Vlyssis mandato asserunt præcipitatum. de quo Ouidius Metamorphoseos lib. 13. inquit:

Mittitur Astyanax illis de Turribus.

Hinc Andromachen Hectoris vxorẽ, & Astyanactis matrẽ ab Hectore ipso in somnis monitam, vt natũ vnicum è periculo vrbis eriperet, inducit Seneca in Troade. cap. 6. dum ait:

Depelle somnos, inquit, & natum eripe

O fida

O fida coniux, lateat, hac vana est salus
Omitte fletus, Troia, quòd cecidit, genis ?
Vtinam iaceret tota, Festina, Amone
Quocunq; nostra paruulam stirpem, domus.

Quo postmodum mortuo, Andromachen dona Ascanio Aeneæ filio, dantem, ac gementem ità inducit Virgilius Aeneidos lib. 3. dum ait:

Nec minus Andromache digressu mæsta supremo
Fert picturatas auri sub tegmine vestes.
Et Phrygiā Ascanio Chlamidem, nec cadit honori,
Textilibusq; onerat donis, ac talia fatur.
Accipe & hæc, manuū tibi quæ monumenta mearum
Sint, Puer, & longū Andromaches testentur amorem
Coniugis Hectoreæ: cape dona extrema tuorum,
O mihi sola mei super Astyanactis imago,
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat,
Et nunc æquali tecum pubesceret æuo.


Et Fasciculum illū temporū in certo authore vagantem, minimè recipiendum esse dicerem, tamq̃ Historiarum veritatem non describentem. Quinimmò Doctor quidem quisquis ille fuerit, qui totius mūdi Chronicon magnū composuit, asseruit, Francum Hectoris filium dedisse nomen Regno Francorum,; & Sicambriam consedisse, & sic intelligi de Germania
95 non de Gallia, cum Sicambri † Germani sint, vt docet Strabo lib. 4. Quos dicit habitare iuxta Rhenum, propè Sueuos, & illos appellat Sugambros, sic & Ado Viennensis Chronicorum Aetate 6. quo in loco tradidit, eosdem Francos fuisse inter Danubium, & Meotidas Paludes, & illorū opere Romanos, Valentis, atq; Valentiniani tēporibus vsos fuisse aduersus Alamannos ab eis rebellātes, illosq; superasse. Hoc idē minimè videtur P. Aemilius negare in Gallorū Historia lib. 1. Nam ità exorditur dicens. Post victos Alanos (ità enim illos nominat) in ea Germaniæ regione consedisse, quæ Franconia dicitur. Qua authoritate nil clarius adduci potest. De ijs etiā Carolus Sigonius de Imperio
96 Occidentali lib. 10. Est autem Franconia † in Germania inter Turingos, & Sueuos, habetq; Ciuitates plures, Herbipolim inter alias appellatam, Episcopalē sedem, cuius Episcopus, est eiusdem Frāconiæ Dux, & Princeps. Eaq; vrbs Germanica lingua Vuittzpurg dicitur, quasi Burgus Vuirtz, quod verbum, vinum multum significat, cuius illa Regio est feracissima. Eadem vrbs à Tritthemio, & ab aliquibus alijs
97 Marcopolis appellatur, † nominis causam minimè assignantes. Cuius ego denominationis causam assignarem, quòd dicatur Marcopolis, quasi Marcomiri Ciuitas, alludendo ad antiquissimi illius Ducis nomen, cuius Ciuitatis Princeps est, Dñsq;. Aliæ itidem Ciuitates maximæ sunt in eadem Franconia, vt sunt Bambergensis, atq; Nurembergensis, quæ Bauariæ contermina est, & finitima, estq; totius Europæ nobi
98 lissimum † Emporium, vt testatur post alios Gaudentius Merula in Silua variæ lectionis lib. 5. c. 31. Vnde sine dubio dicēdum est, Galliæ
99 Regnū, Frāciæ denominationē sortitum † fuisse, à Franconiæ Ducibus, Regibusque: vt post Procopiū voluit Io. Zonar. lib. 3. in Leone Isaurico. & Albertus Crātius in Saxonia lib. 1. c. 24. & 25. & iterum lib. 5. c. 1. cuius verba placuit hic subijcere, quia ad Austriacorum denominationem etiam conducunt. Parebat (inquit) Francis iamdiū Austrasia (ea est Metensis Prouincia, nam quæ nūc Austria dicitur, tunc Norica, diū post sortita est Austriæ vocabulum) Parebat Sueuia, Baioaria, & quæ prima Frācis nomen dedit Frācia Germaniæ, nunc per iniuriam appellata Franconia, cum verum illi nomen Galli abstulerint. Seruant tamen nonnulli scriptores, illi Prouinciæ suum nomen, & honorem, vt Frāciam vocent orientalem. Sed hoc vix patiuntur Galli, pro solita gentis elatione, indignati (si Dijs placet) q̃ Germanos Patres, & Regni sui fundatores iubeārur agnoscere. Hæc ad literā Crantius. Hoc idē pluribus cōprobat Gulielmus Paradinus de antiquo statu Burgūdiæ. c. 4. Sic Io. Magnus Archiepiscopus Vpsalēsis in Historia Suenon. & Gothor. lib. 15. c. 13. vbi sic inquit: Athaulfus tota Gothorum gente Comitatus in Gallias transitū accelerauit, inimicos Romani Imperij, Sueuos, Alanos, Frācos, Vuandalos, qui tunc eas, trāsito Rheno iuxta Stilichonis machinationē, occupauerāt, expugnaturus: cuius aduentum Sueui, & Alani formidātes, iūctis viribus in Hispanias trāsiuerunt. Franci vero ad Parisios translati sunt, vbi nomē sui inuehentes Regnū fundauerunt, qđ per incrementa plurima hodie quoq; floret. Hæc Magnus: qđ & per transitū tenuit Laurentius Valla in Historia Ferdinādi Aragonei lib. 1. & ante ipsum Procopius de Bello Gothorū lib. 1. Vnde fabulosa paruifaciēs, eorundē suorum Gallorum Historiam deridet, vir omnium
100 † virtutū, ac morū genere Clarissim. Frāciscus Connanus Cōmentat. Iuris ciuilis lib. 2. c. 9. dicēs: Ridenda esse, quę Galli dicunt, & comminiscuntur: de Troianis, & hac vanitate, ait, laborasse Romanos, & Venetos, aliosq; Europæ Populos, eorum origines ad Troianos referentes. Quod de Venetis dixerat Plin. lib. 3. cap. 18. quem cum alijs multis retuli ad Bellugam in Specul. Princip. Rub. 52. §. Et quia. in verbo. Veneti. Et illam Franci Troiani, seu Franconis Historiam se non credere scribit Io. Boccatius genealogiæ Deorum lib. 6. c. 55. Francosq; à Franchis, seu Frāconibus Germaniæ populis appellatos esse scribit Bernardinus Corius Historiarum lib. 2. Idem nouissimè confirmat Bilibaldus Pirkeimerus in Descriptione Germaniæ. Supra hos (inquit) iuxta Rhenum habitabant Sicambri à quibus Franci ortum sumpsere: quod quidem multis argumentis ostendi potest. Nugentur Galliç scriptores quicquid velint de Troianæ gentis ori-

origine, & Ciuitate illa magna Sicambria appellata, meris mendacijs constructa, omnia enim illa fabulosa existunt. Hæc Bilibaldus. Hinc Antonius Contius Disput. Iuris ciuil. lib. 1. cap. 14. in fin. dicit: Francorum consuetudinẽ fuisse à Germanis, vnde vel orti, vel cum quibus diù morati sũt, tractam. Hinc Ioachim. Vadeinus in Gallia inquit: Porrò, & gentis, & Regni, ceu auspicata, fæliciaq; nomina, posteritas retinuit, hodieq; incolæ Franci, Regnumque horum amplum, & potens, Francorum dicitur. Quantum vero ad Romanos attinet, satis dixi in Apologia, quam pluries allegaui, aduersus sententiam Pilati, Aquilæ repertam. Nec enim tantæ molis fuit Ilij excidium, vt ex illius fragmentis, ac gentibus, quasi omnia totius orbis humana semina ex illis progressa sint, ac tam latè, turoq; orbis omnis apertus illis fuerit. Concludam itaque cum Aristide in Panathenaica Orat. 13. Tomo 1. Multi (inquit) cum nihil rerum suarum, de quo iure glorientur, proferre possint, ad Troiana confugiunt tempora, ac de gloria cõtendunt, quamquàm nec sic aliquid, quod habeant commune afferunt.


Nec illorum opinioni subscribendum esse censeo, qui dicunt appellatos Francos à Va-
101 lentiniano, quasi †ob opera, illi ab eis præstita, sint liberi effecti, vt post Vincent. Beluacensem voluit Gulielm. Benedict. in Rep. c. Raynutius. in ver. Duas habens filias. num. 77. de testament. Tũ quia hoc sapit Diuinationem; Tũ, & multò plus, quia isti quorum opera Valentinianus vsus est, sunt Franci iam dicti Germani; Tum quia, si Historici videantur, ante Valentiniani Imperatoris tempora Franci appellabantur. Et isti Franci Germani, nunquam Imperio subditi fuere, quinimò ex Gallijs Romanos excluserunt, & ipsi superiores euaserunt. vt rectè Crãtius ait, nec negat Germanograp. lib. 3.

Et vt longa, atq; obscura Historiarum caligine, temporumque varietate, lectores non inuoluam, veritati inseruiens, rem breuibus absoluam, ponamq; veram Austriacę Genealogiæ
102 Arborem ab anno relato 306. quã †carptim, nec sine maximo labore, & diligenti studio sumpsimus, atq; excerpsimus, è nonnullorum scriptorum, atq; Historicorum penetralibus. Et licet audiam à nonnullis scriptoribus opus hoc factum fuisse, præsertim à Ioanne Stabio, quod opus ad me huc vsque minimè peruenit; scripserint alij quicquid voluerint, videbitur tamen ex descriptione Arboris à me erectæ, cum nonnullis sicuti assentire, sic pariformiter cum alijs dissentire: Ne autem ex nostro illam confinxisse aliqui arbitrentur cerebro, restes proferam à quibus eam mutuauimus, cellulasque omnes arboris specialiter probare potuissem, tamen si id fecissem necessarius mihi liber in hoc solo conficiendo fuisset, & ideo omisi, paratus, cuique petenti ex actissimam rationem reddere. Nam commentarios Latinos ad omnes cellulas feci, quẽ Philippo Regi Catholico ac Rodulpho Cæsari, alijsque Principibus dirigam. Authores verò ij sunt.
103 †Regino, Sigebertus, Annonius, Aymoinus, Ioannes Tritthemius, Petrus de Vinea, Gregorius Turonensis, Ado Viennẽsis, Otho Phrysingensis, Ioannes Auentinus, Albertus Argentinus, Ioannes Nauclerus, Theodorus Nihemensis, Halsebacchius Viennensis, Flauius Blondus, Henricus Friburgensis, Paulus Aemilius, Robertus Guaghinus, Michael Eysingerus, Paulus Diaconus, Hieronymus Gebulhetius, Paulus Orosius, Berardus Gerardus, Aeneas Siluius, Vuolfgangus Lazius, Albertus Crantius, Vuolfgãgus Drechserus, Cęlius Augustinius, Iacobus Spiegellius, Eutropius, Ioannes Lucidus, Michael Ritius, Ioannes Magnus, Gulielmus Zenocarus, Ioannes Stabius, Petrus Gregorius, Olaus Magnus, Genebrardus, Ioannes Bodinus, Carolus Sigonius, Martinus Cromerus, Alexander Sculcetus, Pandolphus Collenucius, Christianus Adrichomius, Thomas Facellus, & alij complures, quos omitto.

Sequitur Arbor.



Camilli Borelli I.C. Equitis Aurati, & Palatini Comitis Arbor Austriaca ab anno Domini 306.



…neris Philippi Regis ita se habet.

- Puella.
- 17 Sigibertus Dux exul dictus. Guntramnus.
- 18 Theobertus, siue Othbertus, vel Othprectus.
- 19 Babo, siue Bebus.
- 20 Rupertus siue Rothprectus, vel Rotherius
- Gelbo siue Gelbonus. 21 Rapertus siue Rapprectus vel Othbertus.
- 22 Gűthrãnus.
- 23 Luthardus siue Luithgardus
- Otho Eps Argetinésis. 24 Luthfridus. Hugo.
- Luthfridus. 25 Hunfridus. Hugo.
- Eberhardus 26 Guntrãnus. Rothardus.
- Gunzelinus siue Bethzelinus. Gebizonus Eps Basil. 27 Beczo, siue Bethzonus. Berthilonus.
- Rodulphus. Beczelinus. 28 Rapato siue Rathbodus. Richenza. Gebardus Episcopus Constan.

- 42 Ferdinandus Imperator.
  - Ferdinandus. Margarita. Helena. Heleonora. Magdalena. Anna. Maria. Vrsula. Catherina.
  - 43 Maximilian' II. Imperator.
    - Carolus Archidux. Hernestus. Maximilianus Archidux. Matthias Archidux. Albertus Archidux.
    - 44 Rodulphus II. Imperator.
    - Anna vxor Philipp. II. Reg. Cathol. Vuenceslaus Archidux.
  - Ioanna. Barbara. Isabella.
  - Carolus Archidux Austriæ.
    - Carolus Posthumus. Puella. Puella monialis. Maximilianus. Leopoldus. Ferdinandus Archidux Austriæ. Margarita vxor Phillippi III. Regis Catholici. Maria Christerna vxor Princip. Transiluanię. Puella. Anna Regina Sueuiæ & Poloniæ. Puella.
- Isabella Regina Daciæ.
- Heleonora Regina Portugal. & Fráč.
- Maria Regina Hung.
- …iseus. …garita. …o …ipp' I. …rgius. …cisca.
- 41 Carolus V. Imperat.
  - Ioannes. — Ioanna.
  - Ferdinandus.
  - 45 Philippus II. Rex Catholicus.
    - Isabella vxor Albert. Archiduc. Ferdinandus. Carolus Laurentius. Carolus Denatus.
    - 46 Philippus III. Rex Catholicus.
      - Anna. Philippus. Maria. Carolus. Ferdinandus.
    - Catherina Ducissa Sabaudiæ. Iacobus Didacus. Maria.
  - Maria vxor Maximil. II. Impér.
  - Margarita Ducissa Parmæ. — Alexander Dux Parmæ.
- Catherina vxor Io. Regis Portug.

Austriaca Arbor autem Patern

1 **DAGOBERTVS** Rex Franconiæ.

2 Clogi⁹ · 4 Genebaldus · 3 Clodominus.

Richimerus. · 5 Dagobertus II. · Sunnus

6 Clodius.

7 Marcomirus.

8 Pharamūdus I. Galliæ Rex

9 Clodi⁹ Crinitus.

Albericus. · Reginaldus. · 10 Meroueus. · Rātharius, siue Rantherius

11 Hildericus, siue Childericus.

Clotildis. · 12 Clodoueus, siue Clodouic⁹ · Coronitz siue Mucucima.

Childebertus. · 13 Lotharius, siue Clotharius · Theodoric⁹. · Clodomirus:

Gūtramnus. · Chramnus. · Gūtharius. · 14 Sigibertus. · Charibertus, siue Theodebertus. · Chilpericus siue Childericus · Clotisinda.

15 Chi… bert… · Sig… ctus … ue S… bert…

Camilli Borelli I.C. Equitis Aurati, & Palatini Comitis Arbor Austriaca ab anno Domini 306.

Theodoricus. · Albert⁹ · 29 Vuhernerus siue Bernherus. · Berengerus. · Itha.

Otho. · Itha. · 30 Vuernerus siue Bernherus · Albertus.

Richenza. · 31 Albertus Diues. · Gertrudis.

Rodulphus. · 32 Albertus sapiens. · Berta.

Elizabeta. · Berta. · Albertus. · 33 Rodulphus I. Imper. · Hermān⁹. · Carolus. · Hernicus.

Clemētia. · Agnes. · Rodulph⁹ · Hermānus · 34 Albertus victorios⁹ · Carolus. · Methildis · Gutha. · Heduigis. · Catherina

Leopoldus. · Otho venustus. · Rodulph⁹. · Gutha. · Anna Ducissa Pol. · 35 Albertus sapiens. · Agnes Regina Hūg. · Federicus Pulcher. · Catherina. · Elizabeta.

Rodulph⁹. · Margarita. · Federicus. · 36 Leopold⁹. · Albertus. · Catherina

Margarita. · Elizabeta. · Puella. · 37 Herneſtus Ferreus. · Vuilhelmus. · Leopold⁹. · Fridericus.

Sigismūd⁹. · Leopoldus. · Herneſtus. · Albertus. · Alexādra. · 38 Federicus Imperat. · Margarita. · Catherina · Elizabeta. · Anna. · Rodulphus.

39 Maximilianus I. Imperat…

...eneris Philippi Regis ita se habet.

heo-
oric⁹. — Puella.

16 heod ertus, ue Di hpre- us.

17 Sigibert⁹ Dux exul di ctus. — Guntramnus.

18 Theobertus, siue Othbertus, vel Othpre-ctus.

19 Babo, siue Bebus.

20 Rupert⁹ siue Rothpreth⁹, vel Rotherius

21 Rāpertus siue Rāpreaus vel Othbertus. — Gelbo siue Gelbonus.

22 Gūthrānus.

23 Luthard⁹ siue Luithgardus

24 Luthfridus. — Otho Eps Argetinēsis. — Hugo.

25 Hunfridus. — Luthfridus. — Hugo.

26 Guntrānus. — Eberhardus. — Rothlardus.

27 Beczo, siue Bezhzonus. — Gunzelinus siue Bethzelinus. — Gebizonus Eps Basil. — Berthilonus.

28 Rapato siue Rathbodus. — Rodulphus. — Beczelinus. — Richenza. — Gebardus Episcopus Constan.

---

40 Philipp⁹ I. — Franciscus. — Margarita. — Georgius. — Francisca.

41 Carolus V. Imperat.

42 Ferdinandus Imperator.

43 Maximilian⁹ II. Imperator. — Ferdinandus. — Margarita. — Helena. — Heleonora. — Magdalena. — Anna. — Maria. — Vrsula. — Catherina. — Ioanna. — Barbara. — Isabella. — Carolus Archidux Austriæ.

44 Rodulphus II. Imperator. — Carolus Archidux. — Hernestus. — Maximilianus Archidux. — Matthias Archidux. — Albertus Archidux. — Anna vxor Philipp. II. Reg. Cathol. — Vuenceslaus Archidux.

Carolus Archidux Austriæ: Carolus Posthumus. — Puella. — Puella monialis. — Maximilianus. — Leopoldus. — Ferdinandus Archidux Austriæ. — Margarita vxor Phillippi III. Regis Catholici. — Maria Christerna vxor Princip. Transiluaniæ. — Puella. — Anna Regina Sueuiæ & Poloniæ. — Puella.

Isabella Regina Daciæ.

Heleonora Regina Portugal. & Fräc.

Maria Regina Hung.

Catherina vxor Io. Regis Portug.

45 Philippus II. Rex Catholicus. — Ioannes. (Ioanna.) — Ferdinandus. — Maria vxor Maximil. II. Impér. — Margarita Ducissa Parmæ. (Alexander Dux Parmæ.)

46 Philippus III. Rex Catholicus. — Isabella vxor Albert. Archiduc. — Ferdinandus. — Carolus Laurentius. — Carolus Dentatus. — Catherina Ducissa Sabaudiæ. — Iacobus Didacus. — Maria.

Philippus III.: Anna. — Philippus. — Maria. — Carolus. — Ferdinandus.

HÆC igitur generosa progenies, cum nobilissimam, atq; præclarissimam seriem produxerit, à qua tot Principes, Reges, & Imperatores manauerint, & hodie ex singulari Dei Optimi Maximi beneficio, & gratia supremum altitudinis gradum obtineat, cui dubium erit, Philippum Regem Catholicum ab ea progenitum, suprema omnium prærogatiua lætari? Vincit enim, ac temporum curriculo excedit, ad annum hunc 1597.

104 Monarchias,†
- Caldęorū per annos 56.
- Medorum per annos 999.
- Persarum per annos 1055. mēs. 9.
- Macedonū per annos 1055. mēs. 4.
- Syriorum per annos 1026.
- Ægyptiorū per annos 1034.
- Romanorū per annos 589.

Licet in ijs sint plurimi Reges alterius familię, quàm prædecessorum Regum, & in Monarchia Romanorum non est vis facienda, cum nō nisi sub septem Regibus genealogiæ possit cōsideratio fieri: reliqua autem tēpora sub Magistratibus transacta ab eodem fonte, & genere, cum non propagauerint, nihil obstarent. Supra relatas etiam antiquas, ac nobiles eiusdem Romanæ vrbis superat

105 Familias,†
- Fabiorum annis 817.
- Iuliorum annis 756.
- Antoniorum annis 882.
- Aimiliorum annis 911.
- Valesiorum annis 1038.
- Posthumiorum annis 876.
- Claudiorum annis 852.
- Seruiliorum annis 958.
- Corneliorum annis 824.
- Liciniorum annis 953.
- Cęciliorum annis 1059.
- Domitiorum annis 882.
- Marcellorum annis 1010.
- Fuluiorum annis 1094.
- Semproniorum annis 1104.
- Marriorum annis 942.

106 Superat etiam † Venetorū Monarchiam, hoc anno currente 1597. & eorundem Imperium annis 594.

107 Superat † Regum Gallorum scilicet.

Suorum Gentilium à Dagoberto ad Pipinum annis 846.

Pipini vsq; ad Hugonem Capetū annis 1054.

Capeti vsq; ad Hericum Tertium annis 690.

Turcarum ab Othomano vsq; ad Amurathem nunc regnantem, qui est annus Domini 1597. annis 995.

Dū opus hoc sub pręlo datū esset, audiui quosdam dicere, nulla viua, aut sufficienti ratione, aut veritate, quę Historiarū ꝓpria est, suffulti,
108 Austriacorū familiā† ex Perleonibus Romanis originem traxisse iterū opinionē: Raphaelis Volaterrani lib. Antropologię 23. iam antiquatam, subsequuti, qui eam coniecturalem fabellam sibi confinxerunt. Asserunt enim duos Petri Leonis Nepotes ob seditiones Roma discessisse, apud Germanos iuisse, ibiq; ob Illustrissimorū fortè Equitum, ac Virorū inopiam tanto Imperio, ac Monarchiæ caput fecisse. De
109 huius tū Historiæ† vanitate, q̄ optimè loquitur Iacobus Spiegellius Iurisc̄osultus Selestadiensis ad Ligurinum lib. 1. dum ait: Nec nos mouere debet, quorundam stultitia, suam originem ad Romanos referentium: qui si scirent nullam in Italia nobilitatem esse, quā non Germani eo aduexerint, non haurirent aquam è riuulis, ipso fonte contempto. Ridicula sanè, quod Volaterranus Diui Maximiliani Augusti progenitores, ait, fuisse quosdā, nescio Perleones Romanos, cum pura sit è Francorum sanguine. Principibus Austriæ, Burgundiæ, Brabantiæ, Hollādiæq; origo. Hæc Spiegellius. Sic de eisdem intelligere voluit Iacobus Vuimphelingus in Epith. Rerum Germanicar. c. 69. Nam quis (inquit) obsecro familiā Gallorum Regū, tam laudatam protulit? & post modicum. Quis Hispaniæ domum tam insignem, quæ nunc Regnum obtinet, & propè ad Lybiā vsq; protenditur? ſtius tū commigrationis, neminem Italorum Historicorum (mirum est) meminisse, præter solum Volaterranum, & eos, qui illius errorē sequuti sunt: Quiq; dicunt hanc fecisse commigrationem Petrum, ac Rodulphum, fratres fuisse, ibiq; diuitias magnas asportasse, & apud Lucernæ Lacū consedisse; & Rodulphum Argentinensem Episcopum fuisse, & Petrum hunc fuisse Comitē Habspurgensem, & Auum hūc fuisse Rodulphi Comitis Habspurgensis, primi Imperatoris Austriaci. Quàm breui
110 tempore† isti assertores hos profugos Imperatores faciunt, ex priuatis sanè hominibus ad tantum Imperij culmen, euehendo: saneq; ridiculum videtur istud, nec homini mentis capaci acceptabile; cæcutire faciunt, qui hæc di-
111 cunt, Grauissimos humanarum † rerum scriptores, Ioānem Tritthemium Abbatem Spanheymēsem, Iacobum Manlium Friburgensem, Ioannem Stabium, Ladislaum Sundheimium, Ioannem Auentinum, Hieronymum Gebulhorum, Iacobum Spiegellium, Vuolfgangum Laziū, omnesq; alios grauissimos authores, quos supra allegauimus, qui Genealogiam referunt. Et tamen ipsimet contrarij assertores Rodulpho primo Imperatori, Albertum Diuitem
112 † Vuernheri filium Auū tribuūt. Considerandum insuper Genealogiæ iam dicti Arboris authores, maiori ex parte Germanos fuisse, qui Germanicorum Principū genealogias melius quàm Itali cognouerunt. Quod tantò plus repudiandum est, quādo scimus Petrum Leonis filium, nomine Papæ in instrumēto pacis inhitæ inter Henricum Quintum Imperarorem, ac Summum Pontificē in anno IIII. & pro eodem Papa spoponderat, vt testatur Carolus Sigonius

nius de Regno Italiæ. lib. 10. quo loci tradidit, Romę postmodum bellũ exortum inter ipsum
113 Imperatorem, suosq; Germanos, †ac ipsos Romanos, & Imperatorem vulneratum, & plures Germanos ibidem occubuisse: & idcirco Imperatorem coactum fuisse Germaniam profugere. Ex quibus haud creditu dignum est, hos Petros Leones voluisse Germaniam petere, eum ibidem haberet Imperatorem, ac Germanos hostes, inermes, non amicis, non militibus stipatis, & seipsos euidenti periculo, inter Os (vt dicitur) & offam interponentes. Vnde verior est eorundem Germanorum traditio, quam ex antiquis Archiuijs, atq; scripturis clariorem, veriorem, & planiorem fecerunt.

Arbori etiam supra signato, opponũt, ꝙ post Clodium Criuitum Phatamũdi filium, assignetur Męroueus Clodij filius, & Childerici pater, cum tamen dicant Mæroueum minimè fuisse
114 †Clodij, filium. Nec enim ego negabo apud scriptores, hoc fuisse in dubiũ reuocatũ: Nam Gregorius Turon. Histor. lib. 2. c. 9. inquit: De huius stirpe quidam Męroueum Regem fuisse asserũt, cuius fuit filius Childericus. Et Paulus Aemilius de eodẽ Mæroueo loquutus inquit: Clodioni Regi, siue filius, siue (quando variãt authores) alienus successerat. Tñ Addo Viennensis Chronicorum Aetate 6. inquit: Clodione defuncto, qui viginti annis Francis regnauit, Męroueus successit, à quo Francorum Reges Mærouingi sunt appellati. Et quamquam Addo non dixerit, an fuerit Clodionis filius, tñ Albertus Crãtius in Saxonia. lib. 1. c. 23. ait: Frãci iam recens ex Germania Rhenum transgressi in Gallias, quorum Rex Mæroueus, qui
115 †Clodioni patri successit. Et Germanographus lib. 2. postq̃ loquutus erat de Clodione, inquit: Succedenteq; in Regno filio Męroueo, tota ferè Gallia vsq; ad Rhenum subacta est à Francis. Similiter, & Ioan. Lucidus de emẽdatione Tẽpor. lib. 10. c. 8. enarrato Regno Pharamundi ait: Clodius filius eius regnauit annis decem, & octo, vsq; ad annum Dñi 448. Mæroueus filius eius regnauit annis decem, vsq; ad annum Dñi 458. à quo Frãci cognominati sunt Mærouingi, vt ait Sigebertus. Hæc Lucidus. Etiam confirmat Alphonsus de Catthagen. in Anacephal. de Regib. Hispan. c. 13. Vt interim omittã alios huiusmodi opinionis assertores, ex quibus genealogię recta linea currit. Nec
116 mihi aliqui dicant asserentes Mæroueũ†Clodionis filium non fuisse, sed sanguine coniunctum, ac filiũ Sunni fratris Richimeri, filiorum Genebaldi vltimi Ducis Frãcorum, qui est secundus in suprascripta arbore: nihil enim præiudicaret genealogiæ, cum sit ex eodem fonte, & errorem hunc clarum est, non afficere Familiam, & si Mæroueus Sunni filius fuisset. Cætera omnia plana sunt. & latius dico in præfatione commentariorum dictæ Arboris.


Maternum præterea Philippi Regis Catholici Genus, magnificandum esse, nemo negabit: ex matre enim clarissima originem ducere
117 gloriosum est † vt probat post multos, quos allegat, Andr. Tiraq de nobilitat. c. 18. nu. 25. cum pluribus seq. Bartholom. de Cassan. in Gloria Mundi. parte 8. considerat. 8. Vnde Virgilius Æneidos. lib. 11.

Genus huic materna superbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.


Sunt enim duo amplissima nobilitatis vincula,
118 quæ†efficacissimè operantur, vt in specie de Nobilitate asserit Alphonsus Gomez in Rep. Regulæ, Expectatiuarum §. fin. parte 3. Cæpimus autem exordium à Fafila, siue Fauilla Du-
119 ce†Cindasuindi Regis filio, & Recindasuindi, ac Theodofredi fratre, de quibus Rodericus Archiepisc. Toletan. Histor. lib. 3. cap. 16. & nouissimè Ioan. Mariana Rerum Hispanicar. lib. 6. cap. 19. & 20. Hic fuerat relegatus à Flauio Egica, vel vt alij Egita, Rege, qui demum à Vitiza Egitæ filio, Regni hærede, ac successore, in capite fuste vulneratus, interijt, illiq; successit Pelagius filius Cantabriæ, atq; Galleciæ Princeps, penes quem, suosq; subditos, potientibus in Hispania Sarracenis, fides Christiana
120 †semper stetit, vt suo loco dicam, à quo postea per lineam rectam maternum Philippi genus eduximus, quod & scribit Rodericus Sanctius de Origine Principatus. parte 1. fol. 60. Ferdinand. Vasquius controuers. Illustrium. cap. 21. nu. 15. Ioan. Marian. vbi supra cap. 20. & nouissimè Ferdinãd. Perez de Gusman Histor. lib. 7. titul. 9. cap. 4. in fi. sed melius est vt paulò superius arborem veriorem subnectamus.

Philippi itaq; Regis Catholici Maternum ge
121 nus, à Gothis Regib⁹ ducitur, †quorũ actiones, siue ad originẽ, & antiquitatẽ spectemus, siue ad virtutẽ bellicã, siue ad literarum studia, ac studiosorũ virorũ prouectionẽ, siue ad Regnorũ rectã administrationẽ, siue ad Christianæ fidei exaltationẽ, & sanctarũ ecclesiarum, & piorum locorũ erectionẽ, Ciuitatũ, & publicorum ædificiorũ reparationẽ, siue ad virtutes, & corporis, & animi dotes, supremis Principibus spectantes, nulla ratio, populus nullus, nulla deniq; gens erit, quę eã, ne superare, sed ei nec æquari vnq̃ possit: totũ enim ferè mũdum sub eorum Imperio deduxerũt, vt alibi scripsimus. & dicit Roderic. Sãct. de origin. Princip. fol. 54
122 Ex reliquijs itaq; Ablabij, †Dionis, Iornãdi, Agathij, Guidi Rauennatis, Flauij Blondi, Raphaelis Volaterrani, Procopij, Leonardi Aretini, Æneæ Siluij, Alberti Crantij, Pandolphi Collenucij, Martini Cromeri, Alphonsi Cartagenæ, Roderici Toletani, Lucij Marinei, Ioannis Magni, Hieronymi Franchi Conneftagij, Iani iuuenis, & aliorum scriptorum, genealogicam arborem maternæ stirpis confecimus, quam subijciemus, & est huiusmodi.

E CIN-



Camilli Borrelli Iurisconsulti, Equitis Aurati, & Palatini Comitis Arbor Gothorum, & Lusitaniæ Regum, à quibus Maternum genus trahit Philippus II. Rex Catholicus.



Philippi Regis ita se habet.

Veremūdus. Nunnius. 14 Alphonsus. Froilla. Geloira.

Garzias. Ordonius 15 Froilla. Gundisaluus Archidiac. Ouetensis.

Alphonsus. 16 Ramyrus. Froilla. Ordonius.

Geloira. 17 Ordonius. Sancius.

18 Veremundus.

Eluira. Ordonius. 19 Alphonsus. Therasia. Geloira.

20 Veremundus. 21 Sancia & Ferdinandus coniuges.

Sancius. Garzias. Vracia. 22 Alphonsus Eluira siue Geloira. Ferdinandus Card. nothus.

Vracca. Sancia. 23 Therasia, & Henricus coniuges. Sancius. Geloira.

Petrus. 34 Odoardus. Henricus. Blanca.

Helleonora. Federici IV. Imper. vxor. 35 Alphonsus. Ferdinandus.

36 Ioannes II.

Catherina Ducissa Sabaudiæ. Isabella vxor Alberti Archiducis. Carolus Laurentius. Carolus Dentatus.

Ferdinandus. Isabella. Alphonsus Dux Bragantiæ. Alphōsus Comes Barcellij.

37 Emanuel.

Michael. Alphonsus. Isabella vxor Caroli V. Imp. Ferdinandus. Antonius. 38 Ioannes III. 40 Henricus Cardinal. Beatrix Caroli III. Sabaud. Ducis vxor. Odoardus. —

Maria Maximil. II. Imper. vxor. 41 Philippus II. Rex Cathol. Ferdinandus.

Ioannes IV. Maria

Catherina Ducissa Brагantiæ. Maria Ducissa Parmæ, & Placentiæ.

42 Philippus III. Rex Catholicus. Ferdinandus. Maria. Iacobus siue Didacus

39 Sebastianus.

Anna. Philippus. Maria. Carolus. Ferdinandus.

Familiæ itaq;, cum splendore, tum antiquitate, è temporum progressu, PHILIPPVM Regem Catholicum alijs præstare minimè nouum

123 † est. arg. l. Si chorus. §. 1. Ibi Rusticos senes. ff. de leg. 3. glo. in c. Cum in iuuentute. in verbo. Ad senilē. de pręsumpt. Antiquior enim

124 iuniorem præcedit, vt in eo, qui † prior Consul factus est, & in illis, qui pares sunt, ille pręcedit, qui prior dignitatem adeptus est. l. 1. C. de Consulibus. lib. 12. Is enim in consessibus

125 ordo seruandus est, quem ordo ipse † proue-ctionis ostendit. l. 1. ff. de Alb. scrib. l. Rescripto. in princip. ibi, prout quisq; decurio creatus est. l. vt gradatim, in princip. l. Honores. §. Gerēdorum. ff. de munerib. & honor. l. 1. C. de propositis sacri cubic. lib. 12. Nec minor debet

126 irasci, quòd maior ei præferatur † c. Qui resistit. 11. q. 3. Quia, & in Cælo mansiones multæ sunt. Maximè cum simus in familijs ordinatis, & non de nouo ordinādis, vel nouis dignitatibus acquirendis: iuxta dictum Bartol. in l. Moribus. §. Prius. nu. 12. ff. de vulg. & pupill. vnde cæteris paribus præfertur ille, qui est meliori

127 sanguine † ortus, inquit Bald. in l. Nemini. in fi. C. de aduocat. diuers. iudicior. Fely. in Rubr. de maior. & obed. nu. 3. de quibus plenissimè scripserunt Petr. Anton. Angussol. in consil. 19. num. 9. lib. 3. Iacob Philipp. Port. in consil. 164. nu. 3 & in consil. 167. nu. 61. Iacobus Menoch. in cons. 136. vol. 2. Petr. Rebuff. in Tract. Nominatim. q. 21. Guid. Pācirol. in cons. 6. nu. 9. vol. 1. Michael ab Aguirre de success. Portugall. parte. 2. num. 270. dixi post Petr. Bellug. in Specul. Princip. Rub. 6. sub num. 23. in verb. Antiqua præfertur.

Post tot igitur Monarchias, post tot clarissimas, Principum, atq; Regum familias, iam penè obliteratas, nō sine euidentissimo Dei Optimi Maximi iudicio, conseruatā videmus Austriadum familiam, in qua residet idem Philip-

128 pus Rex Catholicus † in gradu ità sublato, ad quem Christianorum Principum nullus fortassis vnq̃ peruenit: & in eo Diuina manu protegitur, vt Christianæ Reipublicæ sit optimè consultum: iuxta illud supra allegatum Salomonis Prouerb. cap. 8. Per me Reges regnant. & eiusdem Salomonis lib. 3. Regum. cap. 2. & nunc (inquit) viuit Deus, qui firmauit me, & collocauit me super solium Dauid patris mei.

ARGVMENTVM CAP. V.

Habet Rex Catholicus iura Regalia, & quæ illa sint? Commentarijs ornatur. c. 1. Quæ sint Regal. multis capitibus sequentibus.

COMPENDIVM.

1 *Author hic commentarios ponit ad c. 1. Quæ sint Regalia. per plura capita in discursu operis.*

2 *Regalia dicuntur, quæ sunt Principi reseruata.*

3 *Iurisconsulti Bononienses. qui resignari debere Regalia Imperatori, & quæ illa essent, describuntur.*

4 *Regalia ponuntur pro Iure, & potestate conferendi beneficia, seu Feuda Regalia.*

5 *Regalia etiā appellantur, Iura Fiscalia, & de Mensa.*

6 *Regalia appellantur Feuda Dignitatum, puta Ducatus, Marchionatus, & similium.*

7 *Regalia dicuntur ecclesiæ, quæ sunt iurapatronatus.*

8 *Regalia dicuntur vestimenta, & insignia inaugurationum Regum.*

9 *Regalia confert summus Pontifex, & Imperator.*

10 *Imperium, omnesq; dignitates tamquam à Principio, dependent à Papa.*

11 *Intellectus c. 1. quæ sint Regal. nu. 12.*

13 *Reges Regalia conferunt.*

14 *Dux Mediolani, confert Regalia.*

15 *Dux Sabaudiæ similiter.*

16 *Dux Mantuæ confert Regalia.*

17 *Regalia confert Dux Ferrariæ.*

18 *Marchio Montis ferrati potest regalia conferre.*

19 *Dux Florentiæ, & Senarum potest conferre Regalia.*

20 *Comes Astensis confert* Regalia.

21 *Dominus Fani confert Regalia.*

23 *Serenissima Venetorum Respublica, confert Regalia, sic etiam Genuensium.*

24 *Episcopi, & Prælati alij Ecclesiastici, an conferant Regalia.*

25 Rex *Catholicus, Vti Rex Siciliæ, & Apuliæ confert Regalia.*

26 Rex *Hispaniæ habet omnia Iura Regalia.*

27 *Regalia, quare Principibus concessa fuerint?*

CAP. V.

Catholicus Rex in suis Regnis, & Dominijs, omnia iura Imperialia habet, & in sui posse, ac dominio sūt illa omnia, quæ in Imperatoris Dominio, ac potestate reperiūtur. Omnia enim Regalia iura, & quę sūt de Regalibus possidet, eiq; omnia illa competūt. Declarari tñ cōgruū oīa Regalia eidē spectantia. Sunt aūt annumerata, quæ sint Regal. in Feudis. Quod capitulū tamq̃ longa commentatione indigēs, quātum

1 † vires nostræ sufficiunt, & res expostulabit, ad verbum enucleare, minimè grauabimur, vt non modo alijs, scribendi onus amputemus, sed aliqua noua ad eiusdem capitis dilucidationem afferamus, quo solemni dote circumscripto, alia Regalia iura subijciemus, quæ in eodem capite ab Imperatore ex professo omissa fuere. Et si minus sufficienter hoc implebimus, viā tamen aperiemus acutioribus ingenijs, vt elegantiori, ac subtiliori Minerua, clarius hoc explere valeant. Ad verba itaq; contextus accedendo: REGALIÆ: Duo videnda sunt.

Primò, quæ dicantur ista Regalia? Secundò, quis illa conferat? Regalia itaq; pluribus modis nuncupantur. Primò omnia iura Imperij; & hoc modo dicuntur, omnia, quæ sunt Principi re-

pi reseruata,†vt declarat Bald.in c.3. de offic.
legat. Petrus de Gregorio Siculus de concess.
Feud.par.7.q.5.nu.1.cum pluribus seq. Et hoc
est quod statuit, & declarat Imperator Fride-
ricus Primus ad se pertinere, & ad Imperium.
Obtenta enim victoria, & præsertim in Italia,
priuauit omneis Ciuitates Italiæ iure cōferen
di Regalia,& ad se auocauit. Et quæ illa essent
declarat in dicto c.1.Quæ sint Regalia. Qđ est
factū ab eodem Friderico, vt voluerūt in dicta
Rub. Andr.de Isernia,Iacobus Aluarot. Matth.
de Afflict. & alij. Et voluit Bal. in tit. de Pace
Cōstant.in verb.in criminalibus. Et hoc est, qđ
dicit Radeuicus lib.2.cap.5. Deindè super iu-
stitia(inquit)Regni,& de Regalibus,quæ lōgo
iam tempore,seù temeritate peruadētium, seu
neglectu Regum,Imperio deperierant;studio-
sè differens, cum nullam possent inuenire de-
fensionē excusationis, Primates, & Ciuitates,
vno ore, vno assensu, in manum Principis Re-
galia reddidere, primique resignantium Me-
diolanenses extitere. De quo etiam Carolus
Sigonius de Regno Italiæ.lib.12. Quibus rebus
(inquit)perfectis,tùm de Regni iure cōstituen
do retulit,eiusq; rei cognitionē,eisdem Bono-
niensibus Iurisconsultis, atq; alijs ex Lombar-
dia adiunctis 9. Kal. Decembris commisit. Ab
his iudicatum est, Italiam Imperatori, iure à
Carolo Magno tradito,Regalia vniuersa debe-
re. Quo facto Cōsules Mediolanenses partum
in Ciuitates Imperium,atque Principes,& Ci-
uitates oēs,Regalia oīa dimiserūt.Iurisconsul-
ti aūt Bononienses illi fuere, quos ibidē retu-
3 lit Sigonius,scilicet,Bulgarus, Martinus†Iaco
bus, & Hugo. De qua Regaliū resignatione à
Ciuitatibus facta eidē Friderico, Horomanus,
refert hos pulchros versiculos Guntheri.

Postea sollicitè Regni de Iure Vetusto
Quæstio mota fuit; quod desuetudine longa
Priscus inumbrabat neglecti temporis error.
Ac primum Ligures, super hoc à Rege rogati,
Vectigal,Portus, cudenda iura monetæ,
Cumque Molendinis,Telonea,Flumina,Pontes
Id quoque, quod,Fodrum, vulgari nomine dicunt,
Et Capitolitium certo sub tempore censum.
Hæc Ligures sacro tribuerunt omnia Fisco.

Et idcircò ponitur pro iure,ac potestate confe
rendi Feuda,& beneficia Regalia,quæ per sce-
4 ptrum†conferebātur; vt docuit Otho Frising.
Chronic.lib.7.c.14. & ad hunc modum Rega-
lia appellauit Bal.in c.1.in princ.n.8 Episcop.
vel Abb.Quę etiam cōmuni iure Fiscalia,& de
5 mensa,qñq; appellantur, †vt notat Bart.in l.Si
vacantia.C.de bon.vac.lib. 10. ¶ Secundò Re-
galia appellantur qñque Feuda Dignitatum,
6 Ducatus,Marchiæ†Comitatus,& similium.c.1.
de Feud.March.& cap.1. §. 1. de leg.Conrad.
Francisc.Sonsbech. iuris Feud.Parte 6.num.6.
7 ¶ Tertiò dicūtur regalia† Ecclesiæ,vel Iura pa-
tronatus ad collationem, siue nominationem
Principum,ac Regum spectantia, & eorum se-
cularium Principum, qui se intromittunt sedi-
bus vacantibus in tutela redditū Ecclesiasti-
corū: de quibus Ioan.Monachi. in c.Generali.
de elect.in 6.& in c.2.de præben.in 6.& nouis-
simè Arnulphus Ruzeus. de iure Regalior. in
præfation.par. 2.& Philippus Probus in tract.
eiusdem tituli.q.1.in fin.prout est Rex Catho-
licus, de quibus dicemus infra. cap.50. & 51.
¶Quartò dicūtur Regalia vestimēta,& insignia
8 inaugurationum†eorundē Regum: vt est testis
Vuitichindes saxo.lib.2. Super altare (inquit)
Regalia insignia posita erāt;Gladius cum Bal-
teo, Chlamys cum Armillis,Baculus cum sce-
ptro,ac Diademate. Et Luitprandus Ticinēsis
lib.2.c 7.ait Conradus Imperator coronā, sce-
ptrum,& cuncta,quæ Regalia sunt indumenta,
in medium venire præcepit.
¶Quis autem Regalia conferat? planū est,Pon
tificem maximū,Imperatorē,Reges,Pontifices
Minores,Principes, ac Respublicas, superiorē
aliquē minimè recognoscentes. De Pontifice
9 non solum†in rebus Ecclesiæ Romanæ,& alia-
rū. Bal.in c.1.col.1.vbi Cardin. Alexand.& Ias.
Qui Feud.dar.poss. Sed etiā Imperio vacante,
non populus Romanus, sed Papa solus succe-
dit. Clem.Pastoralis. de re iud. plenè Martin.
Laud.& Card. Alex. in d.c.1. de Feud.March.
Quia Imperium, & oēs dignitates, tanq̃ à pri-
10 mo principio, dependent à Papa † vt in c. Ad
Apostolicæ de re iud in 6.Ioan.Andr. & alij in
dicta Clem.Pastoralis. Bald.in cons.271.in cōs.
330 vol.3. Idem Laudens. in tract. de Princip.
§.34.Claudi' de Seisell.in Specul Feudal.Rub.
Qui Feud.dar.poss col.1.Lancelot.Conrad.in
Tēplo om iud,lib.2 c.1.§.1.q.1. in fine.de quo
latè scripsi Controuers. Forens. Centur 1. c.1.
per totum. Andr. de Isern.in c. Imperialem. §.
Fin.n.34.de prohibit.alien per Frideric.Guid.
Pancirol.in cōs.119 nu.32.vol.1.Rimin.senior.
in cons.81.nu.26.vol.1. De Imperatore loqui-
11 tur tex.†in d.c.1.Quæ sint Regal. & omnes su-
pradicti. De regibus similiter loquitur idem
12 textus.Quia non loquitur†Fridericus vti Im-
perator, quia alias illa iura appellasset Impe-
rialia; sed loqtur tanq̃ Rex Italiæ, de iuribus,
quæ ibidem habebat. Sed ꝙ alij insuper Reges
habent eandem potestatem conferendi Rega-
13 lia,notum est;† Quia quilibet Rex est Monar-
cha in Regno suo.c.scitote. 7. q.3. Et voluerūt
Andr.de Isern. Aluarot. Afflict. & cæteri.in di-
cta Rub. Quæ sint Regalia. Vbi specialiter lo-
quuntur de Rege nostro Siciliæ.Et ego latè di
xi de compromiss.§.3.Glo.1.nu.47.& latissimè
Cōtrouers.Forēs. c.1. nu.49.cum pluribus seq.
Centur. 1. De alijs verò Principibus habētibus
iura Imperialia idem est dicendū. Vt de Du-
14 ce Mediolani†Paul.de Castr.in cons 34.vol.2.
Menoch.in cōs.126.nu.27.in 2. Cardin.Paris.in
cōs.1.nu.25.vol.1.Pręposit.in d.c.1. col 1. Quę

fint Reg.Francifc.Burfat.in conf.4.nu.21.vol.1.
15 ¶De Duce Sabaudiæ† voluit Bartho. Socin. in
conf.4.nu.23.vol.3.Iaf. in confil. 227. vol.2.Ia-
cob.de Sanct.Georg.in inueft.Feud.in § Caro-
lus.in verbo Dubitatur etiam. nu. 2. Octauian.
Cacher.in decif.Ped.155.nu.1. latiffimè omniũ
Antonius Sola in Decretis Sabaudiæ. in Proœ-
mio.in verbo.Amedeus.Glof.1.per totum.¶De
16 Duce Mãtuæ†idẽ Card.Parif.in conf.69.nu.3.
17 vol.1.¶De Duce Ferrariȩ†Felin.in cap.cum à
nobis de teftib Rimin.fenior.in cõf. 444.nu.5.
vol.3.Federic.Scot.in conf.28.nu.116. cum plu
ribus feq.lib.6.Tom.1.M.Ant.Natta in cõf.638.
vol.3.& Iacob. Philipp.Porti. in conf.167. nu.
18 99.101.¶De Marchione Montisferrati†voluit
Marc.Anton.Natta in conf.487. nu.9. vol.3. &
Io Petr.Surd.in cõf.127.nu.4.vol.1.¶ De Duce
19 †Florentiæ,& Senarum,poft alios Profper Pa-
fethus in conf.13. num. 5. vol. 1. ¶ De Comite
20 Aftenfi,†Albertus Brunus in conf.45.num.18.
21 ¶De Pãdolpho Domino Fani† Ludouic.Rom.
in conf.59.num.3. ¶De Republica Venetorum
22 †Bal.in Rub.ff de rer diuif.col.4. Guidus Pan-
cirol.in conf.13.nu.13.vol.1.Menoch. in confil.
2.nu.63.in confil.75.num.98. vol.1. Portius in
23 cõf.106.n.14.& 18. ¶De Republica† Genuen-
fium,Iacob.de Sanct. Georg.in inueft. Feud.in
§ Carolus.in verbo.Quæro imprimis. num.2.5.
latiffimè poft alios Iacob. Menoch. in confil.2.
nu.52.cum pluribus feq & in cõf. 100. nu. 166.
vol.1.& Iacob.Philipp. Portius in confil. 139.
24 n.17. ¶De Epifcopis,†vt ficut de Ecclefiafticis
prius diximus,itá cum eis finem hunc induca-
mus,vt in Rubro,& Nigro.Epifcop.vel Abb.in
Feud. & voluit Ioan. de Firmo in tractatu de
Epifcop.lib.4.par.4.per totum. & latius quàm
alius declarat Claudius de Seifello in Specul.
Feud.tit.Qui Feud. dar. pofs. par.2. verfic.Se-
cundò videndũ reftat. per plures chartas, am-
pliat,ac limitat , & declarat hanc Regulam. &
antè ipsũ latius Iacobus de Ardizon. in Sum
ma.c.8.incip.in Feudum,& c.9.incip.in fupra-
fcriptis. & benè etiam Gulielmus Hãnetonius
iuris Feudorum lib.1.c.5. vbi pleniffimè Fran-
cifc.Curt.in tract.Feud.par. 2.q.1. 7. 22.Vlda-
rich Zaf.in epith Feud.cap.5.nu.42. 47.55.60.
Frãcifc.Duaren.in Comment.Feud.c.6.num.1.
cum pluribus feq.Petr.Rebuff.in declarat.Feu-
dorum.diuifion.pri.2.3.& 4.Petr.de Bella per
tica.in tract.Feudor.tit 3 vbi pleniffimè, vt di-
ftinctè.Francifc.Sousbecius iuris Feud. par. 4.
nu.16 & parte 6 nu.1.& parte 10.nu.15.Et no-
uiffimè Petrus Nicolaus Mozzius de Feudis.
tit.de his q Feud. dar.pofs.nu.4. cũ plurib feq.
25 Rex autem nofter,vti Rex Siciliæ habet†om
nia iura Regalia,vt per Bal.in dicto. c.1.col.fi.
verf.Vltimo nota.nu.8.Quȩ fint Regalia.glo.&
Andr.de Ifern.in Proœm.Cõft.Regni.& Matth.
de Afflict.in Prælud. Conftit. Regni. q.1. nu.4.
& q.15.num.1.& q.24. Ioann. Vincent.Annius.
in Conft.Cõftitutionem Diuæ memoriæ,nu. 4.
cum pluribus feq.& Iofeph Cumia in Ritib.Si-
cil.cap.5.num.6.Guliel Pernus.in tract. de Re-
gina,& Rege col.3. verf.Item Princeps habet.
Marinus Freccia de fubfeud.Baron.lib.1.titul.
de origine Baronum nu.34. Cum pluribus feq.
qui alios allegar. Syluefter Aldobrandinus in-
ter confil.Rimin.fenior. in confil.722. num. 7.
& 8. vol. 4. & Profper Pafethus in confil. 13.
vol.1.Cardinal.Parif.in confil. 27. num.4. cum
pluribus feq. vol.1. latiffimè.Sigifmundus Lo-
fredus in Paraphrafi Feudorum. in c. 1. col. 1.
verf.Quæritur. De duobus fratrib. de nouo be-
nefic.inueft. Barthol. Bertazolius in confil. ci-
uil.40.num.21.22.vol.1. Alex.poft Bald.in l.1.
nu.4.C. Vnde cogn. qui loquuntur fpecialiter
de Rege Apuliæ. De eodem verò Rege Catho-
lico,vti Rege Hifpaniarum,ipfum habere om-
26 nia† Regalia in eifdem Regnis , & Dominijs,
probatione non indiget; Cum illam validiffi-
mis armis,inuicto Marte, & Catholiciffima ani
mi præftantia ab Arabum , Maurorum, Sarace-
norum,& Infidelium faucibus eripuerit . cap.
Adrianus.63.diftinct.Gulielmus à Mõteferrat.
de fucceff. Regum. Dubio 1. num. 40. verf. ex
quibus proximis dictis.Rodericus Sanctius Za
morenf. de origin.Princip.par. 1. col.35. verf.
7.fol. 57. Alphonfus Aluarez. in Specul. Ro-
ma.Pontificis.cap. 31. poft Innocent. in c.& fi
neceffe.de don.int.vir.& vx.Afflict.in prælud.
Conft.Regni.q.15.nu.1.
27 Quarè autem Regalia Principibus conceffa
fuerint,ac permiffa,vt de illis difponant, & tri
buta exigant,tractauit in fpecie Matth. de Af-
flict.in rub.Quæ fint Reg.q.4.nu.7.& 8.Et ego
tetigi in confil.1.Centur.2.

ARGVMENTVM CAP. VI.

Armandiæ quæ fint, & declaratur noua opinio ab alijs Doctoribus minimè cognita.

COMPENDIVM.

1 *Armandia qua fint? nu.9.15.*
2 *Solus Princeps difponit de armificatione, & Fabricenfibus.*
3 *Maieftatis crimen eft,bellum gerere , delectum habere, & exercitum comparare.*
4 *Fabricenfes appellantur , quia arma bellica fabricant.*
5 *Arma bellica qua?*
6 *Fabricenfes prafectum Fabrorum habebant.*
7 *Pena afportantium hoftibus arma.*
8 *Excommunicatus eft,qui Saracenis,alijfq; fidei Chriftiana hoftibus apportat arma.*
9 *Armandia putatur effe gabella ex folutione animalium.*
10 *Intellectus.c.difpenfationes 1. q.7.*

11 *Mau-*

11 *Mandra græcè,& latinè dicitur locus, seu receptaculum Bouum, Vaccarum, ouium,& similium.*
12 *Armamentum Calcydensium quod?*
13 *Machina, res ad belli apparatum necessaria dicuntur.*
14 *Bellicarum Machinarum inuentores qui?*
15 *Intellectus.c.1.Quæ sint Regal. in verb. Armandia.*
16 *Armamentarium Phylonis mille nauium.*
17 *Nauale Hermionensium.*
18 *Nauale Atheniensium.*
19 *Nauale latinè Italicè, Arsenale, quasi verbis corruptis, Ars naualis, dicunt vulgò, Arzana.*
20 *Nauale pulchrum, ac mirabile Venetorum describitur.*
21 *Nauale nouum Neapoli factum.*
22 *Nauale apud nouas Insulas in Ciuitate Goa.*
23 *Armatur nauis dum conficitur, vel reficitur.*
24 *Mandro fuit, qui à remo,& naui ad Imperium sublatus fuit.*

CAP. VI.

IMPERATOR dicit de Regalibus esse Armandias. Doctores in dicto c.1.Quæ sint Regal. in expositione huius vocabuli, plurimum † laborarunt; Et imprimis Andreas de
1 Isernia, (qui adeò iura Feudalia nouit, vt sine ipso in Terra obscuritate laboraretur; Vnũquodque enim verbum ab eo prolatum fuit, non sinè maximo mysterio. Eius enim lectura non debet per discursum, ac transitum, sed ad punctum considerari.) Primò itaque ipse dicit, apud aliquos, hæc verba, non dicere Armandiæ; sed Amenæ viæ: & hanc literam ipse refutat; Quia non solum viæ Amenæ, sed etiam lutuosæ, sunt publici iuris. Vndè exponit ipse Armandias, quasi armificationes, quæ sunt publici iuris; & competit Fabricensibus; Et soli
2 Principi licet illud disponere † arg.l.Iure.C.de Fabric.lib.11.& in auct.de Arm.in princip.vbi statutum fuit ad solum Principem spectare arma fieri facere; illaque priuatis vendi facere, & armamentum in qualibet Ciuitate tenere. His enim bella, & exercitus congregantur, atque conficiũtur. Et propterea Iustinianus Nouella.85.inquit: Maiestatis quidem crimen esse constat, iniussu Principis bellum gerere, dele-
3 ctum habere, exercitum † comparare.l.3.ff. Ad leg.Iul.Maiest.Erat enim Fabricensium schola, ac militia certa, qui arma bellica fabricabant,
4 & indè Fabricenses † appellabantur, vt declarat Accursius in Rub. de Fabric. Hi erant sub Magistro officiorum, vt in l.2.3.6.& 7.C.eo.tit. & declarat Iac. Cuiac.in dicta Nouella 85, vbi
5 dicit: quòd Arma erant, Scuta, Clibana, † Sagittæ, Arcus, Spatæ, hastæ, balistæ. Hi Fabricen-
6 ses Præfectum Fabrorum † habebant; vt Veget. de re milit.lib.2. inquit. Quamquàm Iustinianus mandauerit in dicta Nouella 85. quòd arma, quæ conficiebantur, reponerentur in publico Armamentario, quod erat sub cura Patrũ Ciuitatis. Vndè nimirum si ad euitanda bella, & consequenter ne venditio armorum fieret Barbaris, si hæc permissio fieret priuatis hominibus: sinè enim Principis permissu, Barbaris, hostibusve, arma vendere, ferrumq; factum, vel infectũ distrahere, minimè licet. Perniciosum namq; Romano Imperio,& proditioni proximum est, Barbaros, quos indigere conuenit telis, eos, vt validiores reddantur, instruere. Vndè contrafacientibus bonorum Fisco appli-
7 candorum, † & capitalis subitio pœnæ imminet ab Imperatore Marco in l.fi. C. quæ res expor. non deb. Et indè arma Romanis sumere permissum non erat absque Senatus licentia, vt dicit Liu. lib. 1. ibi: Libertatem vnicuique prius reddendam esse, quàm arma danda. Et iterum. Oratores (inquit) Latinorum à Senatu petebant, vt, aut mitterent subsidium, aut seipsos tuendorum finium causa capere arma sinerent. Et idem Liu. lib.3.Consules,& armare plebem, & inermem pati, timebant; Incerti quod malum repentinum, externum an intestinum, ab odio plebis, an à seruili fraude vrbem inuasisset. Sedabãt tumultus, sedando interdum mouebant. Nec enim poterat, pauida, & consternata multitudo regi Imperio; dant tamen Arma. Hinc etiam in excommunicationem incidit, qui Arma Saracenis, alijsque fidei
8 Christianæ † hostibus apportat: & ab ea non nisi à Sum.Pontifice absoluitur.c.Ita quorũdam. c.Ad liberãdã.c. Quod olim. de Iudę.& Sarac. Et est casus, qui quotãnis in die cænæ Dñi per Sum.Pontificẽ publicatur. de quo in extrauag. Io.22.1.eo. tit. & in extrauag.1. eo.tit.in communib. Et tractauit Mart. Nauar. in Manual.c. 27. sub nu.63. Et antè eum, Ioan. de Capistran, de potest. Papæ.par.3 2.partis. Sed Io. Ant. de S.Georgio Præpositus, dicit esse quandam Gabellam ex solutione animalium, ità vocatam.
9 † iuxtà.l.1.§.1.ff. de Abig. Mandros enim Gręcè, Latinè, ouis, vt notat Glos. in c. Dispẽsationes.1.q.7. in tit.cap. quæ dicit de Archimandrita, quasi Principe Ouiũ. Hanc expositionem sequitur Iacob. Aluarot. Quæ expositio nõ facit ad rem: Mandros enim, vt ipse dicit ex Glo.
10 in d.c.Dispẽsationes, † non loqtur de ouibus, quibus manducandi, & lanificij causa vtimur; sed de ouibus, rationalibus, subditis Episcopo,& Archiepiscopo, & similibus.& sic loquitur de Animabus. Iustin. Histor. lib 1. & § 1.in Auct. de Monach.& l.4.C.de Sum.Trinit. & fide Cath. ¶ Insuper Mandra,& Græcè, & latinè appellatur locus, in quo est cubile, seu rece-
11 ptaculum † vaccarum, ouium, bouum,& similium. Vnde arridet mihi, quòd Imperator de Armorũ receptaculo dicere voluerit, & sic de Armamẽtario, de quo dictum est in principio. Quod & probat etiam Capicius. in Inuestitur. Feudal. §. Feudorum Regalia. col. 1. fol. mi-

hi 2, 8. Alias verò declarationes, & explicationes. quas afferunt hoc in loco Doctores, exponẽtes quòd loquitur de Mari, & de Maris Admirato, literæ nullo pacto conueniunt: Et propterea nos declarabimus infrà in hoc c. nu. 23. ¶Quò verò ad Armorum materiam, quando li ceat asportare, vendere, vel alienare, & omnia ad hanc materiam in facto practicabilem opportuna, latissimè dixi de Magistratuum editis. lib. 3. cap. 17. Ibi me remitto. ¶Nec est absonum dicere hoc in loco, Armandias intelligi de Armamẽtario, qui locus est (vt supra dictum est) non modò reponendorum armorum, sed etiam rerum naualium, & ad nauticam classem spectantium: vt de Armamentario Chalciden-

12 sium † incenso dicit Liuius. lib. 31. Conflagrarunt (inquit) & horrea Regia, & Armamentarium cum ingenti apparatu Machinarum, tor-

13 mentorumq;. Sunt † verò Machinæ res ad belli apparatum necessariæ, de quibus Virgil. lib. 2. Aeneid.

Aut quæ Machina belli.

Et Mirandula ait:

Machina terrifico, quam fulminat ænea Bombo.

Et Quintilianus dicit:

O Magni noxia Mundi
Machina.

14 Bellicarum Machinarum inuentores † Eudoxũ, & Architã scribit Plutarchus in M. Marcello & Polydorus Vergilius de Inuẽtor. rerum. lib. 2. c. 11. Aries Machina Muralis, de qua Plin. lib. 7. c. 56. Tormenta etiã bellica dicuntur, de quibus Cæsar Belli Gallici lib. 2. Ad extremas fossas castella constituit, ibiq; tormenta collocauit. ¶Vndè ego putarim Armamentariũ po-

15 tius † dici debere, vt & locum non modò Armorum, ac bellicorũ tormentorũ, & machinatum sit conseruatorium, sed etiam nauium. Vt est factum olim à Phylone Athenis, vt testatur

16 Plin. lib. 7. c. 37. Phylonis † (inquit) Armamentario mille Nauium. Qui locus latinè Naualis appellatur: vt erat apud Athenienses Phalerus locus naualis à Phalero Iasonis in expeditione Colchidis socio erectus, & nomen sortitus; & postmodum factus in Piræeo sublata ab eo curia, Themistoclis opera; vt est author Pausanias in Acticis; vel opera Lycurgi Lycophronis filij; de quo idem Pausanias in eodem libro. Ad belli autem vsus (inquit) scutorum, & Iaculorũ numerũ auxit, Classem suppleuit, vt quadringentæ triremes ad nauales pugnas deduci possent. Et paulò post. Ac dum Reip. præesset, nauale in Piræeo, & in eo loco (quod lycinm dicitur) Gymnasium erexit. Sic & de

17 nauali Hermionensium † meminit idem Pausanias in Corinthiacis. De nauali Atheniensium

18 † Plutarchus. in Sylla ait: Nec multò post venit in Syllæ potestatẽ Piræeum, cuius pleraq; ornamenta inflãmauit, in quibus Armamentarium Phylonis, inclitum opus, fuit. de quo Plato lib. 24. In Gorgia. Scis vtiq; (inquit) hæc naualia, & mœnia Athenarum, portusque dispositionem partim Themistoclis, partim Periclis, non opificum consilio esse constructa. ¶ Naualem

19 hunc locum † lingua Italica, & propriè apud Venetos Arsenale, seu Arzana appellant: quasi Ars naualis. Prò ut est celeberrimus apud eosdem Venetos; quem locum breuiter delineauit Mar. Ant. Sabel. de situ vrbis Venetæ

20 lib. 2. cap. 2. † Publicum (inquit) hinc nauale visitur, cuius mœnia venienti, vastè se pandunt: immensum opus, ac ità longè, latèque excurrens, vt viginti circiter stadia circuitu pateat, vndique validè munitum. Sed intus, si quis omnia collustret, haud facilè expediet, nauale nè, an Armamentarium potius sit dicendum: Siquidem præter ingentem triremium numerum, in pontibus stautium ad omnem occasionem paratarum; præter alia nauigia, & multa, & varia; quisquis vim tormẽtorum maximam, Arcuum, Sagittarum, Telorum omnis generis, quorum amplissima sunt conclauia referta; Siquis Anchorarum, Velorum, Funium, Remorum, omnisque nauticę rei stupendum inspexerit apparatum; fateatur necesse est, nullum esse tàm arduum bellum, tàm diuturnum nullum, sinè terrestre, sinè maritimum, ad quod instruendum, id nauale non abundè esset Arma suffecturum. Quem locum dùm longiori stylo descripsisset Gaspar Contarenus de Magistratibus, & Rep. Venetorum lib. 4. in fine, inquit: Sunt præterea nonnulla atria benè ampla, in quibus ingens armorum copia, tormentorum, ac telorum seruatur, ad vsus belli; Nec non magna vis velorum, remorum, Armamentorumque omnium, in suis quæque cellis condita est: vt cum Senatus armandam classem decreuerit, omnia in promptu sint, quæ ad Rempublicam requiruntur. de quo idem Sabellicus in oraculo inquit:

Naualia mirum
Ni hæc sint. Ecce rudes longo nunc ordine sidunt,
Pontibus æquata tercentum fronte carinæ,
Ecquę congeries spartiquæ immensa rudentum
Materies, vasta iacet hac contortilis aula?
Aut quos remorum cerno confusus aceruos?
Velaque Trabiũm Boream fractura, notumque
Structilibus congesta Tholis, vncosque Tenaces,
Vel quæ vulnificis telis stipata recumbunt
Tecta adoperta procul; ni olim mentita vetustas
Esset vana Deo, Seni hæc sacraria Martis
Credere, & æquorei poteram penetralia Regis.
Tot Galeæ, Clypeique caui, tot protinus enses
Argolicas potuere manus armare, Phrygasque,
Inter Pergameas arces, Ripasque sonanteis
Fatalis Scamandre tuas, Te in Battra mouentem
Nine, & Abydenis metantem Persida Campis.

Sic etiam Neapoli Philippo Rege mandante, Nauale nouum magnum factum est, solemni,

21 miroq; artificio † ædificatum, Didaco Lopez Hur-

Hurtado Mendozzo Mondesaris Marchione, Locum Regis tenente,& ordinanre. ¶ Eodem modo,& apud Nouas Insulas in Ciuirare Goa
22 †Nauale factum fuir, Authore diligenti viro Alphonso de Alburquerque, qua commodirate aliarum Insularum occupatio facilior facta fuir. ¶Armandiæ enim appellari potuerunt loca,prò nauibus armãdis staruta. Armati Nauis
23 dicitur,dũ conficitur†vel reficitur.l.Interdum ibi,& ad armandam eam.ff.Qui por.in pig.habe. ¶ Huic Rei concinnam aprabo fabellicam Historiam,quę non longè est à scopo. Mandro fuit quidam,qui à Remo,& Naui,sublatus fuit
24 †ad Imperium, vt restatur Pierius Hieroglyphicor.lib. 53. Indeq; Naualia appellara Armandriæ,vt caperent denominarionem ab eo, qui eiusdem exercitij cũ esser, ad Imperij culmen,euectus esset. ¶ Itaq; Regium sanè est, atque è re Principum, Armamenrarium hoc facere:Nè fortè si priuatis id permitteretur,eorundem Principum Status, & Dominia ad nihilum redigerentur.

ARGVMENTVM CAP. VII.

Viarum omnium declaratio, & omnia ad ipsarum materiam pertinentia enucleantur.

COMPENDIVM.

1 *Via publica sunt de Regalibus.*
2 *Via publica dicitur,cuius solum publicum est.*
3 *Opus priuatum in via publica fieri nequit.*
4 *Via publica in porrectum octo pedes, in anfractum sexdecim habere debet.*
5 *Anfractum quid?*
6 *Pedum mensura, ac digitorum quanta esse debet,remissiuè.*
7 *Via sacra Romæ,quæ erat?*
8 *Via rustica extra vrbē,vel Consulares,vel Pratoria.*
9 *Via extra Vrbem Romanam,Glarea marginabantur, & substruebantur.*
10 *Viarum curatores erant Aediles Currules.*
11 *Aedilium procuratio triplex,qua declaratur.*
12 *Quo iure utatur author ad probandum,curam viarum ad Aediles pertinuisse.*
13 *In via stercora,morticinia,coria, aliaque id genus proijci non debent.*
14 *Via à Magistratibus Gracis curabantur, vt essent complanata,neuè perfoderentur.*
15 *Principes, totam viarum curam sui iuris fecerunt.*
16 *Basilica via,dicuntur via Regia.*
17 *Propè vias publicas,Romani faciebant palatia, diuersoria, sepulchra, & similia.*
18 *Via publica per quem reficiantur? & nu.21.*
19 *Inquilinus an refectioni via sit obnoxius, vel illud recipiet à Domino?*
20 *Ecclesia an teneantur ad refectionem viarum?*
21 *Via vicinales, seu priuata, an communes sint, vel priuatorum?*

CAP. VII.

1 POstquā Imperator dicit Vias Publicas†esse de Regalibus de quo latè Ludouic.Bolognin.in cons.55. nu. 2. Videndum est,quæ sint Publicæ,quæ priuatæ,& quæ vicinales:& postmodum videndum est, an rexrus loquatur de Vijs Vrbanis,an verò deRusticis Hęc,vt cognoscantur, distinctè videndum erir de singulis.
2 ¶Via publica est,cuius solū†publicum est,relictum ab eo, qui ius faciendi illas publicas habuit;vr eā publicè irerur, & cōmearetur. Vulpian.in l.2 §.Viam.§. Viarū. ff. Nequid in loco public.l.fi.ff. de via pub.Et idcirco operis pri-
3 uati faciendi†in his ius non est.dicta.l.2.§ Aitpræt.l. Si in publico.in fi.l.2. ff de via pub.notant hoc in loco Isern.& alij.Francisc. Aretin. in cōs.30.Barrholom.Cæpoll.de feruit. Rustic. prædiorum.c.de seruit.viæ in princip.¶Via au-
4 tem debet esse in porrectum octo † pedum:in
5 anfractū sexdecim. Anfractum verò flexū†exponit Varro de lingua latina, lib.6.Anfractum (inquit) ab origine flexum,duplici dictum,ab ambiru,& frangendo.Ab eo leges iubent indi recto pedum octo esse,in anfractu sexdecim,id est in flexu.Quā tefert Caius.in l.Vię latitudo. ff.de seruit.Rustic.præd.Potest tñ latior,vel angustior reddi,dùm tractamus de seruitute,etiā cōuentis pactis.l.Via cōstitui.in princ.& l.Certo generi.§ Laritudo.ff. eo.tit.& l.Si tam angusti.C.de seruit.Cæpoll. vbi supra.q.2.& 3. Pandulphus Prateius in iuris prudentia veteri 12. tabul.l.12. ¶Pedū verò mensura, ae digitorum
6 quāta†debear esse,tractāt suprà notati doctores,& plenius Alexander ab Alexandro Dierū Genialiū lib.2.c.20. ¶Hæ viæ publicæ,aliæ consulares,aliæ Prætoriæ dicebantur apud Romanos,vt inquit tex.in dicto.§. Viarū. ¶Viæ intra Ciuitatē Romanā plures commemorārur. Via
7 sacra,erat nobilissima† inter Vrbanas,& celeberrima, vt meminit Sextus Pompeius. In hac fuir Regia Numæ Pōpilij,vt est testis Asconius Pedianus Anci Martij, vr refert Iulius Solinus in Polyhistore cap.1.C.Iulij Cæsaris, vt est author Suet.Tranquil. Per istam rriumphātes ad Capirolium ascendebāt de qua Propert. lib.2.

Attaque in sacra currere rostra via.

In ea Templū Faustinæ, vt dicit Flauius Vopiscus in Gallieno minore. de ea Plin.lib. 19.c.1. Cornel.Tacitus lib.10.¶Erat via Noua.de qua Liuius lib.1.Aelius Spartia.in Caracalla.Ouid. lib.6.Fastorum.

Forte reuertebar festis Vestalibus illa,
Quā noua Romano, nunc via iuncta foro est.

¶Erat via lata, via fornicata, via recta, & via alta. Et istæ erant celebriores. ¶ Fuere eriam
8 † viæ Rusticæ extrà vrbē,quę dicebantur Consulares, vel Prætoriæ, à Consulum.Prætorum, vel aliorū nominibus, quibus vel authoribus, vel procuratoribus deductæ erār. Pura Flami-

nia ab vrbe Arimini vsq;. Æmilia ab Arimino Aquileiam. Appia, vsq; ad Brundusium;& sic similes: Cassia,Clodia,Annia,Augusta,Albana, Latina, Setina, Aurelia, Pompeia, Domitia, Cornelia, Quinctia, Salaria, Cimina, Portuensis,Ostiēsis,Prænestina, Posthumia, & aliæ,quæ apud Historicos commemorantur, quæ publicæ dicebantur. Quarum cura,Romana Republica vigente,ad Censores pertinuit;Quorum functio erat,vt Vrbanas vias Silice; quas verò extrà vrbem habebant, Glarea marginandas,
9 ac substruendas†statuerent. vt est Author Liuius lib. 41. in fin. ¶ Hinc modum legibus statuendum cōsiderans Cicero lib.3. de legibus, inquit: Censores Populi, Ciuitates, Soboles, familias,pecuniasq; censento: vrbis Templa, vias,aquam,ærarium,vectigalia tuēto;Populiq; partes in Tribus distribuūto. ¶ De quibus etiā meminit Io. Zonar. Annal.lib.2.Munus autem illorū erat, vectigalia publica locare; viarum, publicarumq; ædium curationem suscipere, ad Ædiles Curriles etiam pertinuit; & idcir-
10 co viarum† curatores appellati, & Magistratus.vt in l.Qui vias publicas ff.de dam. infect. d.l.2.§.Hoc interdictū.ff.Ne quid in loco.pub. Seneca de Morte Claudij Cæsaris in princip. De quibus ex Cicerone vet. 7. de Magistrat. quoad Ædiles ait;Curruliū autem triplex fuit
11 procuratio; Primùm, vt ludos facerent: †Deindè.vt ædes sacras,publicasq;, item vias publicas tuerentur: Postremò vt ne in Mancipiorum venditione,& mensuris fraus admitteretur. ¶ Sed miror tot authores, ad probandam viarum curam, ad Aediles curriles spectasse;
12 quarè textum Papiniani clarum†non asportauerint.in l.Aediles.ff de via.pub. Curabāt autem,eorumq; officio cogebāt dños ædificiorū, vel agrorum vicinorum, vt prò modo vicinitatis cuiusq; repararentur, & emendarentur. Insuper mandabant, nequis effoderet,neq; subrueret vias,nec in eis aliquid construerent,cōstructum diruerent,curarent purgati. Nō ster-
13 cora,non morticinia,† nec coria in eis iacere, nec in illis rixam permitterent;quæ iter in via publica impedirent, frangere, & conscindere poterant.d.l.2.ff.de via pub. l. lectos. ff. de pericul. & commod. rei vend.¶Sic & apud Græcos Magistratus erant,qui in vrbe publicorum
14 itinerum † curam agerent; vt illæ complanarentur,neuè perfoderentur, aut congestis aggeribus obruerentur;neuè quid in via militari ædificaretur.vt refert Plato lib 6.de legib.¶Sic fecerunt Alexand. Seuer. alijq; Imperat. Dio. lib.53.& 54.Suet.in Augusto.Lamprid.in Alexan. Postmodum totam illarum cognitionem,
15 & curam Principes sui †iuris fecerunt,vt in d. c.1.quæ sint Regal.Ludo.Bolognin.in cons.55. nu.2.¶Tales verò Publicæ viæ,appellantur Basilicæ.in d.l.2 §.Viarum.quæ nihil aliud sonāt,
16 quàm quòd Regiæ.†Nec fuit nouum.Ità enim & in sacra Pagina appellantur, dum Israelitæ viam petierūt à Sehone, Amorrheorum Rege. Numeri.c.21.Via Regia gradiemur,donec trāsierimus terminos tuos. Quam itidem eadem scriptura,publicam viam appellat.Deuterono. cap.6. Transibimus per terram tuam, publica gradiemur via,non declinabimus ad dextram, neq; ad sinistram. Propè has vias publicas erāt Palaria, diuersoria, & sepulchra Romanorum, quæ fiebant magna impensa, vt transeuntibus
17 essent †admirationi, de quibus Cic. in Orat. pro Milon.Procop.de Bell.Goth.lib.1.& Iuuenalis Satir.1.

Experiar quid concedatur in illos
Quorum Flaminia tegitur cinis,atq; latina.

Beatus Rhen.ad Senec. de Morte Claudij. & Ioan.Baptist.Asin.in l.1.in princip.nu.46.ff.de religio.& sumpt. fu. ¶Quis tū teneatur illas reparare,ac reficere?Palam est, Vrbicas vias esse
18 reparandas per habentes domos† vicinas.dicta.l.ædiles.§ Construant.& l.fin.ff.de via pub. Matth.de Afflict. in tract. Protomixeos. §. Est autem.nu.6.Guido Pap.in Decis.Gratianorum 444.nu.2. Et si domus erunt locatæ, solutio, & reparatio fiet per Inquilinos, sed excomputa-
19 buntur†postmodum à Dñis in salario pensionis.Guid.in d.Decis.444.nu.3. ¶ Vias verò extrà Ciuitatem per habentes territoria vicina, & etiam cōtribuunt Communitates. dicta.l.2.
20 §.Viarum.Etiam†si sint Ecclesiæ,& Pia loca habentia temporales possessiones in necessitate tenentur.auct. de eccles. Tit.§. Ad hæc sancimus.Gulielm. Bened. in c. Raynutius.in verb. Dominum.nu.17.& in verbo. & vxorem nomine Adelasiam.num.1030. de Testa. Iul. Ferret. de Gabell.nu.581.Iacob.Nouel.de iure protomix. in princip.nu.6.& nu.19. arg.l. Per Bithiniam. vbi Barto.C.de immunit.nemin.cōced. lib.10. Francisc.Lucan.de Fisco.parte.3.nu.26. Ludo. Bolog.in l.Qui viā.nu.25.ff.de oper.noui nunt. Lud.Rom. in singul. 817. Corset. in singul. in verbo.Munitio.Frācisc.Marc.in decis. Delphi. 594.nu.6.vol.1. ¶ Hoc modo in Regno vtimur in vrbibus. Tàm enim Neapoli,quàm in alijs vrbibus, Ciues interse solutiones, vel gabellas imponunt, quibus viæ reficiuntur. Aliæ verò Publicæ viæ per Regnum Regiæ sunt, quibus imminet solutio statuta prò vijs Publicis, quæ sit per subditos, & Regia Curia illarum habet curam, tùm pro illis deducendis, & complanandis,& lapidibus lastricandis,tum de nouo deducendis, & suis temporibus reparandis, &
21 reficiēdis. †de quibus, q̃plurima ad materiam satis necessaria scripsi Controuers.Forens.c.1. n.195.& c.26.nu.51.cum pluribus seq. Centur. 1.Et multa scripserūt Petr.Gregor.Syntagmat. iuris vniuer.lib.1.c.2. nu.5.& lib.3.c.13.per totum.par.1.Marcus Anton.Bardus.de iure Protomixeos.§.1.per totum.Thom.Gram.in cons. ciuil.132.Renat. Choppin.in cōsuetud.Andegau:

gau.lib.1.tit.4.c.43.nu.3.p.1. Ioan. Pyrrhus in Consuetud. Aurelian. Titul. de seruit.cap.15.& 16. Ioan. Sanxon. in Consuetud. Turon Tit. des Droictz de penges. Articul.4. Ioan. Vincentius Annius. singul.582. remissiuè Iosephus Cumia in Ritibus Siciliæ.cap.104.nu.45. Vdalrichus Zas. in cons.14.nume.8.vol.1. Et post eum Andr. Gail. Practic Obser. lib.2. Obser.64. nu. 3. cum pluribus seq. Et Bartholom. Bertazzolius in Consil. ciuil.41.nu.79.vol.1. Anton. Capic. vbi supra. § Viæ vero Priuatæ, an Vicina-
21 les † an Communes sint, vel priuatorum, aut Vicinorum, vel publicæ. dicit Vlpian. in d.l.2. §. Viam, cum pluribus. seq. & tractant omnes supradicti.

ARGVMENTVM CAP. VIII.

Fluminum, & Aquarum, ac illorum vsus, & materia succintè digesta.

COMPENDIVM.

1 *Flumina Nauigabilia & ea, ex quibus fiunt nauigabilia de Regalibus sunt, nu.6. & 9.*
2 *Impedienti Nauigationem in Flumine interdictum datur: & num.3.*
4 *Nauium exercitium, Reipublicæ vtile.*
5 *Flumina reddunt Ciuitates Illustriores, vt in Belgio, Germania, Italia, & apud Chinos.*
7 *Flumina hyeme tantum fluentia, æstate vero arentia, publica non appellantur, sed Torrentia, & nu.8.*
10 *Flumina minimè Nauigabilia, si semper fluunt, dicũtur publica, & si ex ijs alia nauigabilia minimè fiant.*
11 *Fluminum publicorum proprietas est Principis, usus vero communis est omnibus.*
12 *Flumine pro bibendo, pro nauigando vnus quisque vtitur.*
13 *Aquam ex Flumine Nauigabili, vel ex eo, quod fit nauigabile, ducere absque Principis permissu, non licet.*
14 *Princeps, an possit concedere facultatem alicui, vt ex flumine Nauigabili, vel ex eo, quod fit Nauigabile, aquam extrahat?*
15 *Vtilitas publica, quàm priuata potius inspicitur.*
16 *Themistocles Fluminum Curationi insistens extrahenti aquam è flumine prohibuit, indicta pœna.*
17 *M. Portius Cato, & L. Valerius Censores, omnem Aquam publicam, Fontium, Aquaeductuum, siue Fluminum, in locum priuatũ fluentem, ademerũt.*
18 *Mercimoniæ sunt Reipublicæ necessariæ.*
19 *Mundus sine mercatura viuere nequit.*
20 *Commercia, & mercaturæ sunt de Iure gentium.*
21 *Aquam ducere de flumine publico non nauigabili, & quod non intrat in nauigabile, nisi Princeps, vel Senatus vetet, omnibus licet.*
22 *Concessioni æquiparatur immemorabilis temporis cursus, & nu.39.*
23 *Concessio, & extractio Aquarum fieri nequit absque illorum monitione, quorum interest.*
24 *Priuilegium Principis de educendis aquis intelligitur, reseruato Iure anteriori.*
25 *Priuilegia vtilitati publicæ damnosa, reijcienda sunt.*
26 *Concessio extrahendæ aquæ, intelligi debet, dum tamen Flumen non excrescat, & cursus Aquæ impediatur.*
27 *Aqua ducendæ Priuilegium dari potest pluribus, si omnibus sufficiat.*
28 *Alueus Fluminis, quando ex facto Alluuionis, uel ex facto hominis mutetur, cuius sit publici ne, an priuati Iuris? & nu.29.*
30 *Pulchra Controuersia super Tiberis inũdatione prohibenda, Neronis tempore Romæ agitata, & num. 31. 32. 33.*
34 *Fines territoriorũ, et Iurisdictionum non mutantur, ex mutatione Fluminum, vel Alueorum.*
35 *Fluminis Alueus, siue cursus communis est pro diuiso, vsque ad medietatem, nu.36.*
36 *Aqua vsus communis pro indiuiso, Alueus vero cõmunis pro diuiso.*
37 *Flumina, Aqua, illarum Cursus, siue Aluei sunt Baronum in Regno, sed vide nu.38. vsque ad 55.*
38 *Intellectus Consi. Consuetudinem prauam §. fi. nu.48.*
40 *Dispositio refertur ad proximè præcedentia.*
41 *Statutum, aut lex submouens præscriptionem, non extenduntur ad præscriptionem centenariam, vel immemorabilem.*
42 *Præscriptio immemorabilis sufficit etiam in Feudalibus, vel Regalibus.*
43 *In præscribendis Principi reseruatis, requiruntur Principis scientia, & patientia.*
44 *Præscriptio immemorabilis scientiam, & patientiã non requirit, quia ex temporis cursu præsumuntur, nume.45.*
46 *In præscriptione immemorabili sufficit Baronũ, atq; officialium scientia.*
47 *Intellectus. Consi. Quadragenalem.*
49 *Prædium, vsum, & proprietatem designat.*
50 *Alueus est tamquam Stomachus, Venter, aut Lectus fluminis.*
51 *Alueus cadit Flumini, & Aquis.*
52 *In Publicis rebus, præfertur ille, qui prius præoccupationem fecit.*
53 *Argumentum ab Vsu Viæ, ad Vsum Aquæ validũ est.*
54 *In deriuanda aqua à Flumine publico, sufficit præscriptio, ac tempus immemorabile.*
55 *Lucæ de Penna Opinio improbata.*
56 *Aquam extrahere licet de flumine nauigabili, pro commoditate, dum tamen nauigatio non impediatur, & aqua in idem flumen reuertatur.*

CAP. VIII.

De regalibus sunt Flumina Nauigabilia; Vel flumina, ex quibus fiunt Nauigabilia;
1 vt dicit † tex. in dicto. capit. 1. quæ sint Regal. Quemadmodum enim datur interdictum contrà illum, qui per viam publicam impedimentum præstiterit, quòminus per illam quis eat; Eodem modo, & in flumine publico, si nauigatio

2 tio † impediatur. l. Vnica. §. Hoc interdicto. ff. vt in flumin. public. nauig. lice. Vndè Imperator dicit esse de Regalibus Flumina Nauigabilia; & alia flumina fluentia ad flumen, quod fit nauigabile. Eaque consideratio sola est in ista materia; nè nauigationis cursus impediatur, pro publica populorum vtilitate. Et ideò Prætor edictum fecerat, nequid in flumine publico, ripàue eius faciat, vel immittat, quo sta-
3 tio, iterue Nauigij deterius † fit, fiat. l. 1. in princip. & §. Ait prætor. & §. Nauigij. ff. de Flumin.
4 Nauium enim exercitium † ad summam Reipublicæ pertinet. l. 1. §. Si is, qui nauem. ff. de exercit. & voluit Benuenut. Stracca de Nauibus. parte. 1. nu. 1. Quibus ab vno loco ad aliũ Merces asportantur earum rerum, quæ ibi non reperiantur; vel ità raro, vt per earum transuectionem, illarum rerum vsus abundantior, & vtilior reddatur. Sic Flumen Tiberis Vrbi Romæ; Padus pluribus Ciuitatibus Cisalpinis; Arnus Florentiæ; Plura flumina in Germania, & Belgia, & in Regnis Chinarum, alijsque par-
5 tibus, quæ reddunt, & Ciuitates, † & Regiones Illustriores. Vndè nimirum si talia flumina de Regalibus sint, in quibus absque Principis licentia, & permissu, aliquid fieri nequit. & tex-
6 tus † in dicto c. 1. quæ sint Regal. captus est ex allegatis legibus. & ex l. Si autem. §. Si flumẽ nauigabile. ff. de Aqua plu. arcend. quem ad hoc propositum retulit Aluarotus. in d. cap. 1. quæ sint Regal. Et notatur in l. Quominus. ff. de Flumin. in l. fin. C. de Aquæduct. lib. 10. Et in l. 1. §. Permittitur. ff. de Aqua quotid. & æstiual. Archidia. in cap. Ecclesia. 13. q. 1. Petr. Belluga in specul. Princip. Rubr. 28. § Per quam. num. 10. dũ hæc typis dantur Io. Petrus Bimius in consil. 33. nu. 9. vol. 1.

¶ Publica Flumina dicũtur, flumina perẽnia, q̃ semper fluũt. Alia verò, quæ nõ semper fluũt. sed tantum hyeme, æstate verò arescunt, publi-
7 ca † minimè appellantur; sed Torrentia. l. 1. §. Item fluminum. ff. fluminib. Et latissimè Choppin. in Consuetud. Andegauens. lib. 1. tit. 1. ca. 29. nu 6. parte 1. Ioach. Mynsing. in §. prædia. Inst. de Rer. diuis. Alexand. in consil. 194. Vol. 2. in consil. 130. & in consil. 203. vol. 6. Barthol. Socin. in cons. 79. vol. 3. Federic. Scot. in consil. 9. nu. 1. 2. lib. 4. Tom. 1. Elbertus Leonin. in cons. 9. nu. 1. 2. vol. 1. Antonius Gouean. Variarũ lect. lib. 1. cap. 36. nu. 3. ¶ Quinimmò etiã quæ semper fluunt, etiam si æstate arescant, non desi-
8 nunt perennia, ac publica † dici, & appellari. vt in dicta l. 1. §. 1. Francisc. Veggius, in cons. 1. nu. 14. vol. 1. Maria. Nepos. in consil. 60. num. 3. vol. 3. Gerardus Mazzol. in consil. 4. nu. 11. vol. 1. ¶ Quia tamen Materia ista in facto quotidiè accidit; plures conclusiones ex ea recipiendæ sunt; ex quarum positione, plureis iuris articulos declaramus.

¶ Prima, quòd Flumina Nauigabilia, & ea ex quibus aliqua crescunt, & nauigabilia fiũt,
9 sunt de † Regalibus, & dicuntur publica. d. c. 1. Quæ sint Regal. Bart. in d. l. Quominus. q. 2. nu. 4. Angel. in l. Fluminum. in princ. de damn. inf. Bald. in consil. 62. vol. 3. Marian. Socin. Nep. in cons. 60. nu. 3. vol. 3. Riminald. Sen. in consil. 197. num. 19. vol. 1. Steph. Forcatul. in Necyomant. Iuris Dialog. 84. nu. 1.

¶ Secunda; Quod Flumina etiam minimè nauigabilia, dicuntur publica, quando semper
10 fluunt; etiam quod ex ijs alia nauigabilia † minimè fiant. dicta l. 1. § Flumen à Riuo. & §. Fluminũ. Bart. in dicta l. Quominus. sub nu. 1. Alexand. in dicto consil. 194. & in dicto cons. 203. Dec. in cons. 244. num. 4. Curt. Sen. in cons. 35. Barth. Soncin. in d. cõs. 79. Cepoll. de seruit. Rustic. prædiorum. tit. de Aquæductu. q. 3. Franciscus Marc. in Decis. Delphin. 416. nu. 6. vol. 1. & in Decis. 344. nu. 2. 4. vol. 2. Rol. à Valle in cons. 97. nu. 1. vol. 3 Francisc. Veggius. in consil. 1. nu. 14. & in cons. 20. nu. 1. vol. 1 Rimin. Sen. in consil. 197. num. 1. vol. 1.

¶ Tertia Conclusio; Quòd Fluminum Publicorum proprietas est Principis; Vsus verò
11 communis est omnibus. † Gloss. in l Item Lapilli. vbi Bald. colu. 1. ff. de rer. diuis. & l. Fluminum. in princip. ff. de Damn. infect. & §. 1. In li. de Rer. diuis. l. Nemo & l. Riparum. ff. de Rer. diuis. Dec. in d. cons. 244. nu. 4. Ripa in dicta l. Quominus. nu. 5. 6. Alex. in cons. 57. col. 4. volu. 6. Carol. Ruin. in cons. 191. col. 1. vol. 1. Franciscus Veggius. in cons. 1. nu. 3. volum. 1. Gerald. Mazzoll. in consil. 4. nu. 77. 138. vol. 1. Francisc. Marc. in dicta decis. 416. nu 2. vol. 1. Iacobin. de Sanct. Georg. in Inuest. feud. in verbo Fluminibus. nu. 1. & 4. Francisc. Connan. Comment. Iuris ciuilis. lib. 3. cap. 2. sub nu. 2. August. Berous in consil. 140. nu. 4. Cum pluribus seq. volum. 3. ¶ Vndè vnusquisque potest illis vti pro bibendo, pro nauigando, (vt dictum est) pro pecoribus. Vis enim ei facienda non est, quominus
12 pecus † ad flumen publicum, ripamue fluminis publici appellat. Vt, post Melam, voluit Vlpianus in l. Vnica. §. fin. ff. vt in flumin. public. nauig. Vigelius in Methodo Iuris ciuilis. lib. 8. cap. 7. tit. de fluminibus. §. 3. Pro Molendinis, vt dicam alibi, & pro Piscatoribus, vt dicam in verbo Piscationes. Ad supradicta faciunt quæ dicit Ouidius.

Quid prohibetis aquas, vsus communis Aquarũ est.

Quem refert, & sequitur Vaconius à vacuna Declarationum Iuris ciuilis lib. 1. capit. 11. nu. 4. & ad propositum voluit nouissimè Elbertus Leonin. in d. cons. 9. nu. 4. Centur. 1.

¶ Quarta Conclusio; Quòd de Flumine Nauigabili, vel ex eo, per quod fit nauigabile sine
13 Principis licentia, & permissu † aquam ducere non licet. l. Si autem. §. fin. & l. Quod Principis. ff. de Aqu. plu arcen. l. 2 §. Siquis à Principe. ff. Nequid in loc. pub. l. Quominus in fi. ff de Flu-

Flumin.l.1.§.Permittitur.l.3.§.1. ff. de Aq. cotid.& æstiual. Post alios Veggius in dicto consil.1.nu.3.volu.1.Francisc. Marc.in dicta decis. 416.nu.5.vol.1.Riminald.Sen.in cons.197. nu. 12.vol.1.Roland.à Vall.in cons.97.nu.2.vol.3. dum hæc Typis dantur Ioan. Petrus Bimius in consil.33.num.7.vol.1.

¶ Sed ego dico omnia præfata Iura loqui in flumine publico,non nauigabili; neque in his fluminibus, ex quibus fiunt flumina nauigabilia: vt ex omnibus præfatis Iuribus patet; in quibus arbitror (excepta potestate absoluta, & ratione minimè regulata) Non posse Principem concedere extractionem aquæ ex dictis fluminibus; Quia noceret causæ, & rationi po
14 sitæ in substantia † dicti c.1.Quæ Regalia. Scilicet, ne impediatur cursus Nauigationis. Quia etsi Principum sunt flumina præfata nauigabilia,& publica; sunt tamen quoad proprietatem, non tamen quoad vsum,publicum, & communem. Quia non potest Princeps impedire subditos,qui ab æterno aquis sunt vsi, in nauigando. Et esset contrà publicam vtilitatem Reipublicæ, quę potius spectari debet,
15 quàm illa † alicuius priuati,qui haberet potestatem à Principe. l.fi.§.fin. C. de Caduc. toll. auct.Res quę.vbi DD.C.Communi de leg.Qui nimmò. cum in simili vertatur incommoditas, & damnum publicum.Ideò attenditur vtilitas in communi,& in publico,potius, quàm vtilitas Cæsaris,Imperatoris, vel eius Fisci. in d. l. fin.§. Cũ autem.& §. Hæc autem. ¶ Quamobrẽ sunt ad hanc rem nonnulla præclarissima excẽpla. Themistocles enim apud Grecos (vt Plutarchus refert) cognitioni, & curationi flu-
16 minum † præfectus,contrà aquam ducentes, mulctam seuerissimè dixit. Sic etiam Romæ.
17 M.Portius † Cato,ac L.Valerius Censores,omnem aquam publicam,seù fontium,& Aquæductuum,seù fluminum publicorum,in priuatum ædificium,aut Agrum fluentem, ademerunt. Tantumque abest,vt ad circumscribenda Ciuitatis Iura,sua se possessione,& longo vsu tuerẽtur,vt hoc nomine eos diutius deliquisse commemorarent; vt dicit Plutarch. in Catone. Si namque Princeps alicui priuato flumina nauigabilia cõcederet,mercimonias tolleret de
18 medio,quæ † Reipublicæ ità necessariæ sunt. vt in l.2.ff. de Nũdin.Est enim Mercatura Amica Populis;quia Mundus non potest sinè Mer-
19 caturis † viuere; vt dicit Bal. extra de Cleric. Peregr. & multa dicit Andr.Tiraquell.de Nobilitate.cap.33.per totum & Benuenut. Stracca de Mercatura,par.2.num.1. & pluribus seq. Maximè quia Princeps non potest tollere ea, quæ sunt de Iure Gentium. vt volunt Abb.Felyn.Dec.& Berous in c. Quæ in Ecclesiarũ. de cõstit.& DD.in l.fin.C. si contrà ius, vel vtilit. pub.Bald.in c.1.§ fin.de ijs,qui feud.dar. poss. Portius in cons.6.nu.36.Roland.à Vall.in con
20 sil.9.nu.3.vol.2.Commercia † verò,& mercaturæ sunt de Iure Gentium.vt in l.ex hoc Iure.ff. de Iust.& Iur.vt declarat Vaconius à Vacuna. Declarat. Iuris Ciuilis.lib.1.cap.15.Ergò Princeps non potest illa concedere.Hæc dicta sint non quoad propriam, & absolutam Principis potestatem; quia in illa subsisto. Et huius opinionis (postquàm ista scripseram) reperi Luc. de Pen.in d.l.Vsum.C.de Aquæduct. licet non scribat argumenta.

¶ Quinta Conclusio est: Omnibus licere aquam ducere de flumine publico non nauiga-
21 bili, & quod non intrat † in Nauigabili, nisi Princeps,vel Senatus vetet. Notatur in dicta l. Quominus in 1.Responso.d.l. Si in publico.§. Sinè permissu.ff.de Aqu.plu.ar.l.Seruitutes. la 3. § & l.Imperatores.ff.de seruit.rust. præd.& d.l.1.§. Permittitur. ff.de Aqu.quotid. & æsti vbi Accurs.& notatur in l.2.& l.fi.C.de Aquęduct.lib.11.Alex.in dicto consil.203. volum.6. Ruin.in d.consil.94.vol.4.Roland.à Vall. in dicto consil.97.nu.3.vol.3.Veggius in dicto consil.1.nume.92.vol.1. aduertit optimè Stephan. Forcatul.in Necyomant.Iur.Dialog.85.nu.45.

¶ Declarãdum est hoc procedere etiam siquis per tempus immemorabile duxerit aquam de flumine publico.Quia tali casu Iuribus Vulga-
22 ribus æquiperatur temporis cursus † concessioni à Principe factæ. vt est tex.in l.Vsum. C. de Aquæduct. ¶ Secundò declarandum, dum tamen non fiat alteri præiudicium. Ità quòd notificetur concessio, & extractio aquarum il-
23 lis,quorum † interest.vt in d.l.fin.C.de Aquæduct.ibi:Et alijs,quorum interest intimatis,vel intimandis. Ex hoc videtur etiam de mente Bald.de Pace Constantiæ in verbo Detrimentum.dicentis:Priuilegium Principis de extrahendis aquis intelligi debere, reseruata com-
24 moditate alterius † habentis priuilegium anterius,& sentit Ripa in d.l. Quominus. nu.12. qui allegat.l.Si quis per diuinam.C.de Aquæduct.lib.11.vbi Priuilegium simile intelligitur de aqua,quæ superest vsibus Reipublicæ.Quia
25 Priuilegia Publicæ vtilitati † damnosa, recipienda non sunt.l. Nec damnosa.C.de Precib. Imperat.offer.l.2.C.de Priuileg.Schol.libr.12. Et voluit Riminald.Sen.in cons.197. num. 13. volu.1. Vbi dicit, quòd Concessio extrahendi aquã de flumine publico,intelligi debet; dùm
26 tamen flumen † non excrescat,& cursus aquæ impediatur. Quem ibi sequitur Hippolyt. Riminald.in Apostillis. Quod procedit etiam si Princeps,Aquæ ducendæ, motu proprio facultatem concesserit; per ea,quæ tradit Felyn. in c.Cęterum.col.5. de Rescript. & Ripa in loco suprà allegato. ¶ Et Princeps potest Aquæ ducendæ licentiam dare pluribus; dummodo
27 † omnibus sufficiat: vt dicit Præposit. hic colum.1.allegat.tex.in l.Lucio.de Aqu.Coti d.& æstiual.

¶ Sex-

¶ Sexta Conclusio sit; Quòd vbi flumen ex
facto Alluuionis mutat Alueum; Alueus rema
net vicinis prædia habentibus. Si autem muta
tio, vel exiecario fiat facto hominis, tunc Al-
ueus remanet Publicus, & Principis, vel eius,
28 cui concedatur.† ¶ Hoc pluribus argumentis
pro Seren. Duce Florentiæ consuluerunt Fran
cisc. Veggius in dicto consil. 1. per totum. vol.
1. Et Augustinus Berous in consil. 140. vol. 3. Et
fuit ita determinatum; vt per Gerardum Maz
zollum in consil. 4. per totum. volu. 1. Faciunt
ad prædicta, quæ larissimè scripsit Federic. Sco
tus in consil. 9. lib. 4. Tomo 1. Hoc autem decla
randum arbitrarer, dum tamen, quando fit Al
29 uei mutatio, per eum, qui mutat † emptus fue
rit locus, in quo factus fuerit nouus Alueus, vt
optimè tradidit Iacob. Mandell. in consil. 82.
nu. 3. cum duobus seq. & Prosper Pasethus in
consil. 16. nu. 22. vol. 1. Sed, & de mutatione flu
minis Clanni, quod in Arnum ingreditur, lo-
quuti sunt supranarrati primi cōsulentes. Mo-
do vero referam memorabile Iudicium alias
Romæ agitatū, cuius meminerunt Dio Nicęus
lib. 57. & Cornel. Tac. Annal. lib. 1. Cum flumen
Tiberis ob solitam Aquarum illuuiem, multas
30 † Vrbis partes magno cum incommodo cor-
rupisset, vt penè in Vrbe nauigatio fieri potuis
set; Tiberius Imperator ex inundatione, atque
aquarum abundantia fieri arbitratus, quæ ex
alijs fluminibus, quæ in Tyberim fluerēt; Quin
que Senatoribus mandauit, vt diligenter vide-
rent, quòd æstate flumen non deficeret, nec
hyeme ex cresceret, sed quàm maximè ęqualis
flueret. Aruntius, atque Ateius in Senatu retu
lerunt, quòd flumina, & Lacus, ex quibus exun
dationes Tyberis excrescebant, aliò verteren-
tur. Quibusdam, relata causa, placuit auerti, &
mutari Alueos, & Tiberio dignum in Tyberi
hoc opus esse. Nihil Vrbi Romæ vtilius, com-
modius, salubrius, & tutius accidere posse. Pi-
so contra Nihil mutandum, Naturā ipsam mor
talium rebus optimè consuluisse, quæ sua ora,
suos Cursus, suos Alueos, sua itinera flumini-
bus, vtque originem, & sua capita, ità, & suos
fines dederit. Opus ipsum impossibile esse, ten
tare id aduersus naturalem rigorem, & Alueos
fluminibus facere, qui fluendo eos sibi natura
liter faciunt. Porrò, & spectandas religiones
sociorum, qui sacra, & Lucos, & Aras, patrijs
amnibus dicauissent. Periculum esse, ne dum
exundationes, & incrementa, vitare velint, in
defectiones, & depressiones incidant. Pertine-
re ad amplitudinem Vrbis, eam copioso, & ple
nissimo, non raro, atque minore flumine ablui,
& transmeari: & ipsum Tyberim, si loqui pos-
set, nolle prorsus accolis fluuijs orbatum, mi-
nore gloria fluere. Nec solam Romanorum vti
litatem inspiciendam esse, sed nequa etiam vi
cinis, & accolis iniuria fiat. Ripas, hoc am-
plius, ne quidem muniendas, cum incommo-
do accolentium. Denique Tyberim non soliuš
Populi Romani esse, sed aliarum etiam gentiū;
& publicum, non priuatum esse. Itàquàm au-
ditæ sunt Municipiorum, Coloniarumque le-
31 gationes, Orātibus Florētinis, ne Clanis † mo
tus solito Alueo in Amnem Arnum cum ma-
gno suo incommodo transferretur. Interamna
tibus, pessum ituros fęcundissimos Italiæ cam
pos, si Nar (id enim parabatur) in riuos dedu-
32 ctus, super stagnauisset. Reatini Velinum † La-
cum obstrui recusabant, quippe erupturum in
adiacentia loca. Itaq; siue Prçces Coloniarum,
siue difficultas operum, siue superstitio valuit,
33 in sententiam † Pisonis concessum est.

Septima Conclusio est: Ex mutatione flumi
nis, vel Aluei, non mutari fines territoriorum,
34 aut Iurisdictionum, † palam est. l. Item si fun-
di. §. Sed si Insula. ff. de Vsufr. & quemadmod.
quis Vta. l. In Agris. ff. de Acquir. rer. domin.
Bart. in Tract. Alluuionum. § Acquiritur. in fin.
Hieronym. de Monte in Tract. Fininm Regun-
dor. cap. 24 num. 1. cum alijs seq. Ægid. Boss. in
tit. de Principe Priuil. 277. 280 Francisc. Marc.
in Decis. Delphin. 343 nu. 1. 3. Vol. 2 & Bartho-
lom. Bertazzol in consil. ciuil. 41. nu. 118. vol. 1.

Octaua conclusio est: Quòd flumen diuidēs
duo Territoria, est commune vtriusque loci,
quò ad vsum aquarum; possunt namque com-
muniter piscari, bibere, lauare, ac similia face-
re, & hoc pro indiuiso. Quò verò ad fluminum
cursum, seu illorum Alueum, est communis pro
35 diuiso; scilicet † vniuscuiusque vsque ad me-
dietatem. l. Adeo § fin. ff. de Acquir. rer. Dom.
l. 2 §. Præterea ff de Aqua pluuia. Arcend Bart.
in Tract. Tyberiadis. §. Acquiritur. par. 1. Bal.
in consil. 57. vol. 3. dicens: Vsum Aquæ esse cō-
36 munem † pro indiuiso propter motum Aquę;
Alueum Verò communem esse pro diuiso. Hoc
tamen declarandum est procedere, nisi appa-
reat vnum esse Dominum totius fluminis. & in
illo Dominari solitum. Cepoll. in Tract. Serui-
tutum. tit de Flumin. versus finem. Franc. Mar-
cus in Decis. Delphin. 345. num. 3. vol. 2. Anton.
Capic. in Inuestit. Feud §. Feudorum clausulæ.
in uerbo Fluminibus. vers. Flumen existens.

Nona Conclusio: Quòd Flumina, Aquę, illa-
rumque decursus, siue Aluei ex concessione
Regia in hoc Regno, sunt Baronum, & Domi-
37 norum † Feudorum. vt dicit Luc. de Penn. in
dicta l. Vsum. col. 1. arg. l. 1. C. de Mancip. & co-
lon. patrimon. lib. 11 t. quem sequitur Anton. Ca
pic. in Inuestit. Feud. §. Feudorum clausulæ. in
Verb. Fluminib. vers. In Regno constat. & Mat-
th. de Afflict. in Decis. Neap 388. nu. 13. & dum
ista imprimuntur censuit D. Regens Lanarius.
in consil. 39. nu. 5.

Ex hoc dicto Lucæ de Penna, Doctores Re-
gni, conclusionem cęperunt, & subditi ex illa
à Dominis, ac Baronibus nimium grauantur,
illique contradicere, quasi piaculum ducunt.
vbi

Vbi Lucas ex hoc infert, quòd si aliquis per tē-
pus immemorabile, ex Aquatum de cursu, aut
flumine publico aquam duxerit, quòd præscri-
ptione minimè obstante, Baro siue Feudi Do-
38 minus † tuebitur. arg. Regni. Const. Consuetu
dinem prauam, §. fin quæ vult, quòd prædium,
seu prædia ad Feudum, siue Feudi partem spe-
ctātia absque aliquo certo taxato seruitio, præ
scriptione quacunque temporis non obstante,
Domino restituantur. Sed Matth. de Afflict. in
d. c. 1. in verb. Flumina. num. 4. circa finem. Quæ
sint Regal. contrarium censuit, & rectè, meo iu
dicio. Mouetur ille hoc vnico Argumento; quia
quemadmodum Princeps ex certa scientia, po
test separare rem particularem à Feudo, & il-
lam reducere in Allodialem, seu Burgensaticā
naturam: vt concludit Andr. de Isern. in c. 1. de
Controuers. Feud. apud pares terminand. Eo-
dem modo poterit facere, & operari, præscri-
ptio tanti temporis, cuius contrarium hominū
memoria non extet, quæ operatur idem, ac pri
39 uilegium † Regis l. Hoc Iure. §. Ductus Aquæ.
ff. de Aqu. Quotid. & æstiual. Secūdò ego robo
ratem, quia eadem Constitutio dicit, quòd Præ
scriptio quantumcunque temporis non prosit;
& tamen antea loquutus non fuerat Impera-
tor de præscriptione immemoriali, sed de præ
scriptione triginta annorū, & sic videtur sum-
mouere præscriptionem tantummodo nomi-
40 natam, vt referatur † ad proximè præcedētia.
arg. l. Talis scriptura. § si cum similib ff. de leg.
1. latè Cardin. in Clem. 1. § 2. de supplend. ne-
glig. prælat. Latius Vitalis Cambanis in Tract.
Clausularum. in §. Clausula in principio. col. 1.
Tertiò, qualibet lex, dispositio, aut statutum,
remouens præscriptionem, numquam cense-
41 tur tollere, † aut submouere præscriptionem
Centenariam, vel immemorabilem: vt conclu-
dit Alexand. in consil 61. in fin. vol. 1. Ripa in
dicta l. Quominus. nu. 100. Matth. de Afflict. in
Decis. Neapol. 254. nu. 5 Nicol. Boerius in De-
cis. Burdegal. 39. nu. 11. Andr. Tiraquell. in Re-
tract. Conuentional. §. 1. Gloss. 2. num. 25, Marc.
Anton. Natta in consil. 154. nu. 7. vol. 1. Ioan. Ce
phal. in consil. 403. nu. 59 vol. 3. nouissimè Clau
dius Bertazzol. inter consil. Ciuilia Bartholo
mei Patris in consil. 71. nu. 56. volu. 1. Vnde di-
cta Constitutio alias præscriptionum species,
non autem Centenariam, vel immemorabilem
reijcere censetur. Quartò, & si essemus in Feu
dalibus, vel Regalibus, sufficit præscriptio im
42 memorabilis. † c. Super quibusdam. §. Præte-
rea. de verb signific. Francis. Arctiu. in consil.
30. in secundo dubio. in fin. Aymo Crauett. de
Antiquitat. Temp. Parte 4 §. Absolutis. nu. 13,
Dec. in consil. 341. col. pen. & nouissimè alios
r. ferens Thobias Nonius in consil. 83. nu. 11.
Tiber. Decian. in consil. 24. num. 112. 113. vol. 1,
Et quando præscribuntur Principi reseruata,
licet ad inducendam præscriptionem multa
requirantur, et inter cætera, exigatur Princi-
43 pis † scientia, & patientia. Bald. in consil. 352.
nu. 3. vol 1. ante eum Oldrad. in consil. 254. sub
nu. 4. Tamen in simili præscriptione, hanc sciē-
44 tiam non requiri, censuit † Alex. in consil. 6.
nu. 4. vol. 1. Curt. Iun. in cōs. 158. nu. 12. Io. Ant.
Rubr. Alexand. in consil. 21. nume. 6. Quinim-
mo ex temporum curriculo talem scientiam,
45 ac patientiam † præsumi, voluit Calder. in cō-
sil. 15. tit. de Preben. Dec. in consil. 185. col. pe-
46 nult. & sufficeret scientia † Baronum, ac suo-
rum officialium. Bartol. in l. si Publicanus. §. fi.
ff. de Publican. Bald. in consil. 145. circa finem.
vol. 2. Paul. de Castro in consil. 203. vol. 1. Quin
tò, argumentum sumo ex Const. Regni. Qua-
47 dragenalem. in qua † dicitur, quòd in Publi-
cis Rebus contra Fiscum, centum annorū Cur-
riculo præscribitur. Sed flumina sunt Publica,
vt supra probatum fuit, ergo in illis præscri-
ptio locum sibi vendicat. Sextò, text. in dicta
48 Const. Consuetudinem prauam. §. fin. dicit, † quòd
si prędium, aut prędia, reddititia feudo, vel
parti ipsius Feudi, sint pręscripta, quòd similis
pręscriptio minimè iuuat. Et tamen loquitur
de Prædijs, quæ ex recta legis dispositione, &
49 vsum, & proprietatem rei significant. † l. Quę-
stio. 115. ff. de verb. signific. Possessio (inquit)
ergo vsus, Ager proprietatis loci est, Prædium
vtriusque suprascripræ, Generale nomen est.
Refertur autem ad rem immobilem, & ità vsus
obtinuit, vt concludit Franc. Connanus Com-
mentar. Iuris Ciuil. lib. 4. cap. 10. sub nu. 5. Ergo
non loquitur de Aquis, quæ inter immobilia
non cōputantur. Et si fortè quis diceret, quòd
& si flumen, vel Aqua non sint immobiles, at-
tamen alueus, in quo iacet immobilis est: vbi
autem flumen est, & ibi alueus existit, & con-
uertuntur: vt dicit Bart. in Tract. de Alueo ver
sic. Relicto. col. 1. Bald. in Rubr. de Rer. diuis.
nu. 8. & 27. est namque Alueus tamquā Venter,
50 siue Sromachus Fluminis, † & tāquam lectus;
cum sicut stomachus Vinum retinet, sic Alueus
Aquam. Responderi enim potest, præfata non
obstare; Tum quia in isto casu ratio haberi nō
debet de Alueo, cum tractemus tantum modo
de extractione Aquæ, et sic non de Alueo,
qui quoad diuertendam Aquam considerari
non debet, cum non turbetur Alueus: Tum ēt
quia Aqua est Dominans, et similiter Flumen;
Alueus vero est subiectum, nec datur Alueus
sine flumine; appellabitur enim sine illo, Ter-
ra, & flumen necesse est vt habeat Alueum, su-
per quo iter faciat, & fluat. Et ideo Flumen, et
Aqua tantummodo in hoc negocio considera-
buntur. Licet enim alias quicquid super impo-
nitur, cędat solo; tamē in Aquis est secus, quia
51 solum idest Alueus † cędit flumini, & Aquis,
& efficitur eiusdem Iuris, cuius est flumen, vt
dicit hoc esse mirabile Bartol. de Alueo. in ver
bo. Cuius. per tex. in l. Adeo. §. quòd si toto. ff.
de

de Acquir.rer.dom.Bald.in dicta Rubr.de Rerum diuis.num.21.27.Castrens.in l.Fluminum. nu.1.ff.de Damn.Infect.Bald.in c.1.§.siquis de Manso.in fin.de Controuers. Inuestitur. Ias. in d.l.Quominus.nu.45.vbi Ripa.num.42.& dum ista prælo data sunt. dicit Io. Anton.Lanarius Regens in consil.2. nu.4.

Septimò principaliter dicitur,quòd cum flumina publica non Nauigabilia, (quia de ijs in præsenti quæstione loquimur) sint, & publica, & Communia, sequitur quòd in ijs, quæ sunt publica, præfertur ille, qui per extractionem
52 Aquæ,illam † præoccupauit. l.1.§.1.ff. Ne quid in loco publ. arguẽdo ab vsu viæ ad vsũ Aquę,
53 quod † Argumentum de Iure validum est.l.1. §.2.ff. Vt in flum.publ.nauig.lic. & idcirco occupanti datur interdictum.l.1.§.Quod autem. ff.de Aqua Quotid.& æstiual.

Octauò,& vltimò, in deriuatione Aquæ à flu-
54 mine publico, sufficit tempus † immemorabile. d. §. Ductus Aquæ. quem tex. ita intellexit Accurs. in l. Seruitutes. ff. de Seruit. Ioan. de Platea in l. Diligenter. nu. 2. C. de Aquæduct. lib.11. Ioan. Petr. Ferrar. in Pract. in Forma libell. in Action. Confess. in verbo, Seruitus aquæductus. num. 19. Ex quibus, omissis alijs, quæ induci possent, censeo opinionem Affli-
55 cti esse Veriorem, omissa † Lucę de Pen.opinione. Insuper in Regno videmus esse plures Ciuitates, in quibus Domini,& Barones,nihil Iuris habent in Fluminibus,& particulares,ac subditi habẽt ibidẽ Molendina, Trapeta Olearia,& similia. A quas etiam extrahunt, & Hortos, ac Prata irrigant. Et Sacrum Concilium Neapolitanum in Dominis habentibus flumina,sępe,ac sępius decernit, licere pro ciuium commoditate, riuos Aquarum extrahere, ac diuertere,dummodo alteri non noceant,& cõmoditas vtentium non turbetur, nec noceat Molendinis,Ferrarijs, vel alijs introitibus Dominorum; vel quia aqua iterum in idem flumen ingrediatur; vt quemadmodum à flumine Nauigabili, licitum est pro commoditate extrahere Aquam,dummodo, (vt dictum est) nauigatio non impediatur, vel etiam dum ta-
56 men Aqua in eodem flumine † reuertatur; vt ex multis concludit Corn. in cons. 268. litera O.P. la secunda.vol.4. Sic etiam in alijs fluminibus publicis minimè nauigabilibus, in quibus non militant tot rationes. Quoad fluminum materiam hæc diximus,quæ sufficiant:reliqua verò quoad piscationem, & molendina, alibi scripsimus,& scribemus, si Deus dabit.

ARGVMENTVM CAP. IX.

Portuum, ac Portorij enucleatio,& eorum, quæ ad materiam faciunt.

COMPENDIVM.

1 *Portus quid? nu.2.3.7.*
2 *Portus pro domo.*
4 *Portus,vt bonus sit,quæ necessaria sunt?*
5 *Portus naturalis è conspectu Insulam habere debet.*
6 *Portus noua Carthaginis in Hispania tutissimus.*
Andreæ Doria dictum notabile de portu Carthaginis,& de alijs portubus tutioribus mundi.
8 *Statio dicitur vbi naues securè stare possunt.*
9 *Prouerbium. In Portu res est.*
10 *Charmuta,portus Arabum,capax duorum mille nauium.& nu.11.*
12 *Portus Atheniensium in Munychia.*
13 *Portus eorundem in Phalero.*
14 *Portus Sciriadis Atheniensium.*
15 *Portus Goz apud Teculetum Hea oppidum in Africa.*
Portus Sela apud Fessanos.
16 *Portus Ioppe.*
17 *De portu Ielles.*
18 *Portus Melela.*
19 *De portubus Horami, & Marsa Elcabiri in Regno Telensino.*
20 *Portus,Hunanin,& Melsacaber.*
21 *Portus Lupię inter Brundusium, & Hydruntem,ab Hadriano ædificatus.*
22 *De duobus Syracusanorum Portubus.*
23 *Musluganin* — *Portus.*
24 *Temensust* — *Portus.*
Sucaicada in Regno Constantina — *Portus.*
25 *Elmahdia* — *Portus.*
Zidib — *Portus.*
26 *Alexandrinus*
27 *Portus Hostiæ à Claudio Cæsare constructus.*
28 *Portus Gandanensis. Brugensis. Tornacensis.*
29 *De Portu Neapolitano.*
30 *In Portu Neapolitano adest turris, in qua Lampas est nocte lucens, Nauigantibus apta.*
31 *In Portu Alexandriæ, Turris adest in qua ignis nauigantibus ostendi solet.*
32 *Claudius Cæsar,Turrim constituit,in portu Hostiensi ad similitudinem Phari Alexandrini, vt ad nocturnos ignes,nauigantes tutò dirigerent.*
33 *Portus in Ciuitate Genuæ.*
34 *Portus in Gallia apud Aquas mortuas.*
35 *Portus Puteolanus,Iulius appellatus.nu.36.*
37 *Portus Securus in Insula sanctæ Crucis,siue Brasili.*
38 *Portumnus Portuum custos.*
39 *Ino Portumni mater, siue Leucothea, quam Latini Matutam appellant, nautarum custos dicitur fabulosè.*
40 *Ludi Portumnales.*
41 *Portumni Imago cum clauibus in manu pingebatur, & quare?*
42 *Mulieri ad viri domum eunti claues traduntur, in Dominij signum.*

43 Cla-

43 *Clauium ademptio in vxore, diuortij signum.*

44 *Claues Iano tributa, quid significant?*

45 *Portuum reditus ex bonis, quæ importantur, & exportantur, sunt de Regalibus.*

46 *Vectigal portus, quod portoriũ appellatur. & nu. 47.*

48 *Comes portus, eiusq; Vicarius Romæ erat, qui harum rerum curam gerebat.*

49 *Naucleri in portu peruenientes in quam Prouinciam ituri sunt profitebuntur.*

50 *Apportari bona, & arma, prohibentur Mauris, Barbaris, & Saracenis, ac fidei Christianæ hostibus, ac Ferrum. & nu. 51.*

52 *Sal, Frumentum, & Cotis asportari non possunt ad inimicos.*

53 *Aurum pro mancipijs, alijsq; speciebus comparandis apud inimicos asportari non licet.*

54 *Nec animalia ad illorum regiones.*

55 *Hostes, commeatu, armis, telis, equis, aliavè re iuuare illicitum est.*

56 *Portantes equos; arma, ferrum, filum ferri; stannum, chalybem, canapem, funem, & alia bona excommunicantur ab Ecclesia, & Summis Pontificibus, si dentur fidei Christianæ hostibus.*

57 *Contra eosdem asportantes quotannis fit processus & excõmunicantur per Bullã in die Cenæ Domini.*

58 *Commercij cum hostibus prohibitio fit, ne Regum, ac Regnorum Arcana sciantur.*

59 *Regij Portulani rerum maritimarum sunt in Regno. num. 60.*

60 *Intellectus. c. Regni. Cum nihil prosint. & c. Vt illorum fraudibus. c. Super extractione.*

61 *Domini Terrarum non possunt portus nouos facere.*

62 *Concedens Ciuitatem, an veniat portus, qui est ibidem?*

63 *Portus sunt publici iuris.*

64 *Delinquentes in portu, à quo cognoscantur? Const. Dignum. Const. Ea quæ ad Decus.*

65 *In portu omnes conferre tenentur.*

66 *Intellectus. l. In tantum. in prin. ff. de rer. diuis.*

67 *Naulum quid est?*

68 *Portitores, sunt exactores in portu.*

CAP. IX.

Esse de Regalibus portus notissimum est, & inferius dicam. Portus (inquit Vlpianus)
1 appellatus† est conclusus locus, quo importantur merces, & inde exportantur, eaq; nihilominus statio est conclusa, atq; munita; inde Angiportum dictum est. l. Portus. ff. de verb. signific. Sed portũ (inqt Festus) frequẽter maiores pro
2 domo† posuerunt. Vnde Varro de lingua Latina lib. 4 Ambitus (inquit) parietis in vrbe Sestertius pes esto. & Volusius Metianus in lib. de Asse. Quod, & voluit Francisc. Marius Grappaldus de partib. Aedium. tit. de verb. explicat. in verbo. Portus.

Sed portum hoc in loco accipiendum ducimus, de loco in flumine, aut mari existente ad securã nauium stationem, tũ ad euitandos Maris impetus, procellarum, & tempestatum; tum
3 vt ab inimicis, & Piratis statio sit † secura. de quo Victruuius lib. 5. c. 12. Ioachim. Mynsinger. in §. Flumina antè. nu. 3. in verb. Portus. Iustit. de rer. diuis. Leo Bapt. Albert. Floten. rei Architectonicæ. lib. 4. c. 8. inquit: Alij portum nauigij stabulum esse, fortassis interprætabũtur. Estò id vti vis, & carcer (de quo antè dixerat) & stabulum, & cõceptaculum. Certè si portus cuiusq; proprium est, nauim à procellarum impetu ad se recipere, tueri profectò necesse est. Et post multa dicit, quæ ad portum sunt necessaria. Quòd sit amplus, capax, & cõmodus,
4 itá ꝙ naues† securæ ingrediantur, & ibi permaneant; à ventis, quoad fieri potest remotus; sit profundus in ingressu, sinu, ac Ripis; & à sordibus quibusque purgatus; pellucidas aquas vicinas habeat: Sit montibus vicinus, vt è longinquo à nauigantibus cõspiciatur: Porticum habeat in quo possint nauigantes se recipere: Templum, in quo orationibus vacent, & sacra videant: Arcus contectos, in quibus, quæ asportantur bona, & merces separatim reponantur: Turres duas ab vtraq; portus parte: Ignem, seu lampadas noctu lucentes, vt à longinquo noctis tẽpore à Nauigantibus conspiciantur: Cathenis claudatur ferreis, vt tuta, sit, & secura ibidem statio. Hæc omnia, aliaq; in manu factis portubus necessaria esse, & locus, ac Regio, melius demonstrabunt. In portu, Angiportum necessarium esse nemo ambigit, illumq; Angiportum appellari dico locum, qui in ingressu nauium pateat, angustum habens ad portum aditum, quasi, Angens, siue Stringens portum, & Angustum illius ingressum faciens. Portus naturalis in loco, ille probandus est, qui è con
5 spectu Insulam† habeat, vt promontoria, quibus vndarum fluctus frangantur, & curuaturæ illæ introrsus, tutiores ab omni Tempestatis iniuria reddãtur: vt dicit Francis. Patritius de Inst. Reipubli. lib. 7. tit. 12 pulchros in id allegans versiculos Virgilij lib. 1. dum ait:

Est in secessu longo, locus, Insula portum
Efficit, obiectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inq; sinus scindit sese vnda reductos.

Sic est portus nouæ Carthaginis in Hispania, ob insulam in conspectu positam, tutissimus, de quo magnum Andream Doriã, dicere solitum accepimus, in Mediterraneo mari, tres
6 tutissimos illum scire† portus, Menses Iulium, & Augustum, & portum Carthaginis in Hispania, vt refert Ioan. Boterus Relatio. Vniuersal. lib. 1. cap. 7.
7 Cuius portus secura † statio inter alia notatur, de quo rectè Vulpianus in l. 1. in princip. & in §. Stationem. ff. de Fluminib. inquit. Ne quid in flumine publico, ripave eius facias, vel immittas, quo statio, iterve Nauigij deterius sit, fiat. & ibidem; Stationem dicimus à stando; is igitur locus demonstratur vbicunque naues

8 †tute stare possunt. & ibidem. Ne quid in ma-
ri,inuè,littore,quo portus,statio, iterum Naui-
gio deterius fiat. & ibi pluries. de his D. Cy-
prianus.lib.3. cap. 13. inquit: Quid enim si in
mari portus aliquis munitionibus suis ruptis,
infestus, & periculosus esse nauibus coeperit,
nonnè nauigantes ad proximos portus naues
suas dirigunt,vbi sit tutus, & salutaris introi-
tus, & statio secura? Hinc factum est, vt dum
securum aliquod negotium esse dicere veli-
mus, iuxta Plauti dictum in Merc. In portu
9 †res est, dicimus.
Portus memorabiles plures repeteriuntur;
Apud Thamudenos Arabes esse portum Char-
10 muta†appellatum,satis commodum,sinum ha-
bentem satis aspectu iucundum, cui mons im-
minet ambitu centum stadiorum: isque portus
habet ingressum duorum iugerum,flumine ma-
gno, & irriguo in eum fluente; habet in pro-
spectu Insulam aquis redundantem, hortisque
11 accommodam; capax est, ac patens † duobus
mille nauibus; cuius meminit Diodorus Sicul.
lib. 4. De Tribus Athenarum portibus. Post a-
lios Pausanias in Actiacis in Princip. In Muny-
12 chia primus, † in quo erat Templum Dianæ
Munychiæ: Credebatur enim apud Græcos,
Dianam portubus præesse; vnde ille versus
Græcè Callimachi, sic ait:

Ε' κοτι καὶ λιμένεσσιν ἐπισκοπεσ.
καὶ μὲν ἀγυιῆς

Qui latinè ità sonant:

Nam præfecta vijs, & portubus ipsa fereris.

13 In Phalero erat alius, † in quo Templum Ce-
14 reris. Tertius Sciriadis,cum †Templo Miner-
uæ.Sic,& idem Pausanias in Laconicis, comme
morat portum Achillis, propè Tenarum pro-
15 montorium. De portu Goz† apud Teculetum
Heæ oppidum,Africæ celeberrimo, & de por-
tu Selæ apud Fessanos, meminit Leo Afer lib.
16 2.& 3.De portu†Ioppe habetur Esdræ 3. c.5.
& lib. 2. Paralipom. cap.2. & de portu Athe-
niensium facto,Themistoclis,& Periclis consi-
lio, scribit Plato in Gorgia. lib. 24. De portu
17 Ielles in quo frequẽtissimè naues†se recipiũt,
atque à maris sæuitia seruãtur illesæ. meminit
Idem Leo Afer.lib.3.&ibidem de portu Mele-
18 la.† Et de duobus portubus in Regno Telen-
19 sino,Horami,& Marsæ†Elcabiri in quibus Ve-
netorum, & Genuensium copia maxima con-
20 fluebat. Sic de portu Hunania, & † de portu
Melsacabir,post modum à Regibus nostris Hi-
spanis,occupatis, loquitur idem Leo Afer lib.
4.Eodem modo portum Lupiæ ædificasse Ha-
21 drianum† Cæsarem,inter Brundusium, & Hy-
druntem, quam antiquos Sybarim appellasse,
scribit Pausanias in Eliacis.De duobus portu-
22 bus Syracusanorum † memorabilibus, scribit
Cicero in Verr. Action. 6. Thucidydes Belli
Peloponnẽsia. lib.7.& nouissimè plenius Tho-
mas Facellus, rerum Sicularum decade prima.
23 lib.4.cap.1.De portu Mugustanin,†& de por-
tu Temendfust. Scribit Leo Afer. lib. 4. Et de
24 portu†Sucaicada in Regno Constantinæ, Ge-
nuensibus accommodo:& de portu Elmahdia,
25 † de portu Zidib, Leo Afer lib. 4. 5.& 6.& de
26 portu † Alexandriæ Aegypti idem Leo lib. 8.
27 De portu Hostiæ † à Claudio Cæsare constru-
cto. Scribit Sueton.Tranquill.in Claudio c.21.
28 De portubus Gandauensi, Brugensi, † & Tor-
nacensi,scripsit Iacobus Meyer.Histor.Flandr.
29 lib. 1. De portu Neapolitano† scribit Barthol.
Veronens. de seruitut. Rusticorum præd. c.28.
30 in fi. Apud quem Turris &,in qua adest† Lam-
pas nocte lucens, nauigantibus visa, de qua
scribit Matth.de Afflict.in decis. Neapol. 392.
& Sigismund. Loffredus in consil. 21. per to-
31 tum.Simile † seruatum fuit apud Alexãdriam
in qua Turris erat Pharos nomine,ex qua ignis
à longè nauigantibus ostendebatur.vt testatur
Iosephus de Bello Iudaico lib.6.cap.6. Quod,
& refert Plin.lib.36.cap.12. dicens: Idem esse
Puteolis (vt statim dicam)& Rauennæ.Eodem
modo Turrim extruxit in portu Hostiẽsi,quem
32 supra†nominauimus,Claudius Cęsar,ad simi-
litudinem Phari Alexandrinæ,vt ad nocturnos
Ignes cursum nauigia dirigerẽt, authore Sue-
ton. in Claud. cap. 21. Sic etiam in Ciuitate
33 †Genuæ, vt testatur Ioan. de Platea. in l.pen.
C. de naufrag.lib. 10.& etiam apud aquas mor
34 tuas†in Gallia, vt scribit Petr. Rebuff. in decla-
35 rat. Feudal. 38. Erat, & in sinu † Puteolorum
portus Iulius de quo Virgilius lib. 2. Georgi-
corum ait:

An memorem portus? Lucrinoq; addita claustra?
Atq; indignantem magnis stridoribus æquor?
Iulia qua Ponto longè sonat vnda refuso,
Tyrrhenusq; fretis immittitur æstus Auernis.

De quo portu ex Suetonio, Virgilio, Hora-
tio,& Iuuenale, postquàm hæc scripseram vidi
36 fuisse scriptum,†in Commentarijs,per Iulium
Cæsarem Capacium virum eruditissimum Hi-
storiarum Puteolarum.cap.5.qui dum hæc dan
tur prælo, ac impressioni, diligentissimè,& ad
lõgum exarauit & per Hieronymũ Mercurialẽ
de Arte Gymnastica.lib.3.cap.13.Hinc portus
37 Securus appellatus† in Insula Sanctæ Crucis,
siue Brasili,cuius meminit Ioãnes Petrus Maf-
feus Histor.Indic. lib. 2.
Vnde Portumnus, quem Græci Palæmonem
38 appellant,apud gentes fuit habitas†Portuum
Custos de quo sic Euripedes in Iphigenia.

Fili Marinæ Leucothoæ, Custos bone
O Nauium Palæmon, estò mi bonus.

Sic,& Ino, siue Leucotheam, matrẽ Portum-
ni,quam Latini Matutam appellarunt, Nauta-
39 rum† Custodem, fabulantes confinxerunt: de
qua verba faciẽs Orpheus in Hymnis ità inqt:

Aduoco Leucotheam, Dea, quæ venerabilis, atq;
Multa potens, Bacchum puerum, quæ nutrijt olim;
Audi diua Maris, quæ Nautas, quæ Regis vndas,

Flu-

Fluctibus; & gaudes, seruatrix alma virorum,
Vt tibi collibuit, sulcant tuta alta Carina.

Et Virgilius lib. 2. Georgicorum.

Votaq; seruati, soluent in littore Nauta,
Glauco Panopea, & Inoo Melicerta.

Idcircò à Romanis die Augusti decimosepti-
40 mo, fiebant ludi † Portumnales, vt est author
Lilius Gregor. Giraldus. Pingebatur autem
41 Portumnus cum clauibus in manu, quasi † q̄
sub eo portuum essent Custodiæ, vt scribit
Vincentius Cartarijs in Cōmentarijs de Deo-
rum imaginibus. Hinc inoleuit, vt mulieri ad
viri Domos eunti claues traderentur; vt Do-
42 mus† viri Dominium penes ipsam esse demon-
strarent, vt scribit Macrobius. Et Diuortij, ex
inde argumentum, traditur in legibus duode-
43 cim tabul. per clauium† ademptionem. Hinc
Cicero Philippica. 2. inquit, Mimam exegit,
claues ademit. Et Iano similiter claues tribuū-
44 tur, quę securitatis essent Symbolum; † & ideo
eius tempore domos, & sanctitate, & religio-
ne, fuisse muniras, scribit Fabius Pictor, quem
sequitur Ioan. Pier. Valerianus Hieroglyphic.
lib. 48. Similiter, & Plutoni pro insigni claues
erant, vt est author Pausanias in Eliacis, vnde
Orpheus in Hymno Plutonis inquit scribens.

Pluto, qui terra claues, & Regna gubernas.

His modo libatis, ac præhabitis, concluden
dum est, portus esse de Regalibus, reditusq;,
ac solutiones quæ fiunt de bonis, ac mercibus,
45 quæ importantur, † atq; exportantur, vt in di-
cto. cap. 1. in verbo. portus. Quæ sint Regal. vbi
idem tenuerunt Andr. de Iser. Bal. Aluarot. &
cæteri. Vnde Vulpianus; Publica vectigalia in-
telligere debemus, ex quibus vectigal Fiscus
46 capit, quale est vectigal † portus. in l. Inter pu-
blica. in fin. ff. de verbo. signific. & Donatus in
Phormione Terentij ait: Magistri Tributorum
idest Publicani, operam in portu dabant, infe-
rēdarum rerum, & efferendarum vectigal exi-
47 gentes. Quod portorium appellauit † Alphe-
nus in l. In lege Censoria. ff. de verb. significat.
& Imperatores in l. 3. C. de vectigal. & Cōmiss.
l. cum plures. 60. §. Vehiculum. ff. locat. & con-
duct. Io. Maurit. in Rep l. vnicæ. col. 24. vers. &
hoc vero. C. quo loco mul. muner. sub. lib. 10.
de quibus Seneca de benefic. lib. 6. cap. 18. Pla-
to (inquit) cum flumen mane transijsset, nec ab
illo quicquam portitor exegisset. Et antè eum
Cicero lib. offic. 1. Improbantur ij quæstus, qui
in odia hominum incurrunt, vt portitorum, &
fœneratorum. & Idem Cicero ad Quintū Frat.
Qui nuper in portorijs Italiæ tollendis, non
tam de portorio, quàm de nonnullis iniurijs
portitorum, quærebantur. Plaut. in Asinar. Iam
ego hūc portitorē priuabo portorio. & Lucill.
lib. 12 E portu exportant clanculum, ne porto-
rium dent. & Cicero de Inuent. lib. 1. Nam si
Rhodijs (inquit) turpe non est portorium lo-
care, nec Hermacreonti quidem turpe est con-
ducere. De portitore Virgil. lib. 6. Æneidos.

Portitor has horrendas aquas, & flumina seruat,
Terribili squallore Charon.

48 In vrbe Roma, Comes erat † portus, & etiam
Vicarius, qui harum rerum curam gerebant, vt
est apud Cassiodorum lib. Variarum 7. cap. 9.
& 23. Ad istud autem officium illa pertinebāt,
quæ Gratianus Imperator constituit, dum in-
quit: Salubertima sanctione censemus, ne mer-
ces illicitæ ad nationes barbaras deferantur,
& quæcunque naues ex quolibet portu, seu
littore dimittuntur, nullam concussionem, vel
damna sustineant; itâ tamen, vt earum Naucle-
49 ri deponant in quam † prouinciam ituri sunt,
vt hoc manifesto, nulla contra eos postea in-
dignatio, seu concussio, quoquomodo proce-
dat. vt in l. Vnica. C. de littor. & itiner. custod.
lib. 12. Loca, ad quæ asportatio non permitti-
tur sunt hostium, Barbarorum, Maurorum, Sa-
50 racenorum, & Hæreticorum, † ad quos prohi-
bitum est mercimonij causa nauigare, Vinum,
Oleum, & alia liquamina deferre. l. 1. l. 2. C. quæ
res exportar. non poss. vbi dicit Accurs. idem
procedere in alijs rebus aridis, scilicet, victua-
libus, ex rationis identitate. Sic etiam prohi-
51 bentur ferrum, † ac omne armorum genus ad
illos asportare. vt in dicta. l. 2. Nec etiam co-
tem ad acuendum ferrum, sal, & frumentum. l.
52 corem. † in princ. ff. de Publican. & vectigal.
Nec ad eosdem Barbaros licet aurum trāsfer-
re pro mancipijs, aut alijs rebus, comparādis-
53 que † speciebus. l. 2. C. de Commerc. & merc.
54 Nec ad illorum solum animalia † transducere.
l. Vsurpationem. C. de vectigal. & commiss. Ho-
stesvè commeatu, Armis, Telis, Equis, Pecunia,
55 aliavè aliqua re † adiuuare. l. Cuiusq;. ff. ad leg.
Iul. maiestat. Bartol. in l. Hostes. ff. de Captiu. &
postlimin. reuer. Hinc etiam ab Ecclesia, &
Summis Pontificibus, excommunicantur defe-
rentes equos, arma, ferrum, filum ferri, stānum,
56 Chalybem, omniaq; Metallorum genera, † atq;
bellica instrumēta, lignamina, Canapeni, funes,
tam ex ipso Canape, q̄ ex quacunq; alia mate-
ria, & ipsam materiam, aliaq; huiusmodi, qui-
bus Christianos impugnant, Saracenis, Turcis,
& alijs Christi nomini, ac Fidei, inimicis habe-
tur in c. Itâ quorundam. cap. Quod olim. c. Si-
gnificauit. c Ad liberandam. extra. de Iudęis. &
Ioannes. PP. 22. in extrauag. Ita quorundam. &
in extrauag. Multa. eod. tit. multa ad hunc fi-
nem scribit Alexand. in consil. 130. per totum.
vol. 7. Nicola. Boer. in decis. Burdegal. 177. &
in decis. 178. Marquard. de Susannis, de Iudæis.
parte. 1. cap. 5. num. 1. vsque ad num. 7. Et super
ijs singulis quibusque annis fit processus in
die Cœnæ Domini, & fit Bulla excommunica-
57 tionis per Summum Romanum † Pontificem,
qui pro tempore reperitur, de quo larissimè
scribit Martin. Nauarrus in Summa Confessa-
rior. cap. 27. per totum præsertim. num. 63.

Fit etiam ista mercium,& commercij prohibitio,ne Regum, aç Regnorum arcana ab hosti-
58 bus fidei Christianæ,vel alijs†percipiantur.vt in l.Mercatores. C. de Commerc. & mercat.& voluit Benuenut.Stracca de mercatur.parte 4. nu.10. cum pluribus seq.In hoc Regno Neapo-
59 li sunt Regij Portulani † rerum maritimarum, de quorum officio,& quæ illis incumbunt,quæ multa sunt,habetur in Const.Regni.Cum nihil prosint.& in Const.Vt illorum fraudibus,& in
60 Cõst. sup extractione. Estq; vnus†Portulanus Neapoli;alius Apuliæ,q. dicitur Portulanus,& secretus, residetq; Baroli; Alius Aprutij;alius in Prouincijs Hydrũti,& Bari;alius apud Brutios,seu Calabros;alius in Prouincia Comitatus Molisij.Sunt præter eos alij Portulani, qui non curant maritima, de quibus Matth.de Afflict.in Constitutionib.Regni in Rubric.de offic.Magistr.Camer.& in Rub.de offic.secreti.& in Cõst.Iustitiarij nomen.in fi.& Io.Ant. Niger in Cõst.Regni. supra allegatis. Cumq; Portus sint de Regalibus,vt dictũ est,& in hoc Regno Sint Regis,sequitur nec Barones,nec aliosDominos habentes Ciuitates, vel oppida in locis Maritimis, illos facere suos, aut aliquid iuris habere, vt è nostris scribit Marin. Freccia de subfeud.Baron.lib.1.Tit.de offic.admirat.n.26. cum duobus seq. Nisi illos haberent ex Regis permissione,quod nunq̃ fieri vidimus.Nec Dñi
61 terrarum,aut Ciuitatum possunt†Nouos Portus facere: vt voluit Anton. Capic. in inuestit. Feud § Feudorũ Regalia.in verbo. Portus.fol. mihi.279.Post Andr. de Isern. in Const.Regni. Si quando,vti ipsum allegat idem Capicius.in verbo.Feudorum clausulę.§.Portubus.in princip.fol.112.

Sed si Princeps concedit Ciuitatem in Feudum,in qua est portus,an cẽseatur,& portum,
62 ac illius†redditus cõcessisse?Bartol.in l.Cęsar. num. 2.ff.de Publican.dicit quòd Portus venit Ciuitatis appellatione. Glo.in c.Vbi periculũ. §.Porro.in verbo. Cum sua curia.de elect.in 6. vbi dicit, quòd Ciuitatis appellatione continetur portus.sequitur etiam Petr.Santerna de Sponsionib.Mercator.parte 3.nu.38.39.Sed in casu isto,salua Bartoli pace,contrarium est verius: concessa enim à Principe alicui Ciuitate, vbi sit portus,nisi exprimatur portus,non censetur concessus. Reditus enim portibus debitus,& imminens est affixus ossibus Regijs, à cuius persona separari nequit. Lucas de Pena in l.Si quando C.dę bon.vacan.Quia sunt por-
63 tus publici†iuris,vt dictum est. vt in l. Nemo. in fin.ff.de rer.diuis. Et ideo quoad vsum sunt omniũ.§.Flumina ff. eo. tit. Quo verò ad protectionem, & proprietatem sunt Principis.l.2. ff. Ne quid in flum. pub. Quo verò ad iurisdictionem in ijs, qui deliquerunt in portu aliud dicendum; quia portus dicitur de districtu,& Territorio eiusdem Ciuitatis,& ita procedunt contraria; videtur enim illo casu iurisdictio-
64 nem contulisse.†Alexand.in consil.23. col. 2. vol.5.Andr.de Isern.in c.Imperialem.§.Pręterea si inter duos.de Proh. feud. alien.p Feder. Regalia autem sunt in specie exprimẽda. cap. In generali.de offic.vicar.in 6. c.In generali.Si de feud.fuer.contro.& in Regno probatur per Const.Dignum.& per Const.Ea,quæ ad decus.

Vnum tamen animaduerti oportet,quòd tam ad instructionem,quàm ad reparationem portus,omnes conferre tenẽtur,cum fiat pro com-
65 muni omniũ†vtilitate.l.Ad portus. C.de operib.public.Nec idcirco portus erit ędificantiũ, vt videtur innuere Barthol. Veron. in dicto c. de portu. & Afflict. in dicto c.1. in verbo Portus.sub nu.2.Quæ sint Regal. Quia dicunt esse Principis ędificantis.arg.l.In tantũ.in princip.
66 ff.de rer.diuis.†qui text.non loquitur de Principe ædificante,nec de Portu, sed de piscationibus, vt possit ponere casam in littore maris, in qua se recipiant,cũ text.in dicta l. In tãtum. veniat ad declarationem, & ampliationem legis ibi præcedentis in finalibus verbis:Nec loquitur de portu, sed de Casa quæ est propriè Piscatorum,rusticorum, & pauperum iuxta illud Virgilij Buccolicorum Egloga 2.

Atque humiles habitare Casas.

Et Pontanus ait:

Nec puduisse tenues,accubuisse Casas:

Ouid.lib.3.Fastorum inquit.

Et pudet in paruis nomen habere Casis.

Quæ plurunq;, & frondibus,& straminibus ex luto, & ex ligno solent ædificari, vt de Primo Ouid.lib.4.Fastorum.ait:

Sunt,quibus è ramis frondea facta casa est.

De Secundo Propertius lib.2.

Straminea posset Dux habitare Casa.

De Tertio Strozza pater.

Et luteam solida struxerit arte casam:

De QuartoTheodoretus,Qui ligneam(inquit) casulam sibi struat.

Naulum etiam vocari solet,quod in Portu pro
67 nauibus solui assolet:† vt docet Vulpianus. in l.Huius.ff. Qui potior.in pignor. hab. Nisi potius sit illud, qđ datur pro vectura.Iuxta.l.Sed addes.§. Si quis mulierem.ff.locat. de quo loquitur Francisc. Marc. in decis. Delphin. 350. vol.2.vbi loquitur de Naulo, quod exigitur in loco limitropho,seu communi, ac intermedio inter duos dños,cui nam debeatur? Exactores autem vectigalis in portu, verè, vt dictum est,
68 portitores†appellabantur. vt post Ascon. Pedianum in Diuinat.voluit Carol.Sigon.de antiquo iure ciuium Roman. lib.2. cap.4.

ARGVMENTVM CAP. X.

Ripatica quæ sint, & quod sit Riparum ius, & materia hæc perfectè digeritur.

COM-

COMPENDIVM.

1 *Ripatica sunt de Regalibus.*
Ripatica, an Riparia dici debeant?
2 *Riparum vsus publicus est.*
3 *Littorum vsus publicus est.*
4 *Aer, Aqua profluens, Mare, & Littora maris communia sunt.*
5 *Ripa est vsu publica.*
6 *Ripa, an sint eorum, qui propè prædia habent?*
7 *Ripa, an sint de parte fluminum? nu. 9.*
8 *Ripaticum est solutio, qua pro appulsu ad ripas fit. num. 10.*
11 *Ripa appellatione non continetur incrementũ, quod recipit flumen ex imbribus. nu. 13.*
12 *Ripa quid?*
14 *Ripa à Dominis habentibus prædia vicina, an alienari possit?*
15 *Ripa in venditione prædij vicini, venit.*
16 *Ripa de se, vt plurimum inutilis.*
17 *Melones fiunt in Ripa Maris apud Barolum.*
18 *Dominus prædij, an muniat Ripam à vi ac impetu, & inundatione fluminis. nu. 19. 20.*
21 *Munimenta quis facit, vt aqua sibi non noceat, alias non permittitur. nu. 24.*
22 *Aggeres ad vicini odium fieri nequeunt.*
23 *Cautio damni infecti danda est per eum qui aggeres facit, & quomodo. nu. 27.*
25 *Quando incommodum vicino non est magnum permittuntur aggeres fieri.*
26 *Aggeres cum fiunt, & causatur incommodum nauigationi, locum habet interdictum.*
28 *Aggeres fiunt secundum artis peritiam.*
29 *Hirundines docuerunt, aggeres fieri ad comprimendos fluminum impetus.*

CAP. X.

Ripatica etiam inter Regalia connumerauit Federicus in dicto cap. 1. Quę sint Re-
1 galia. † Licet Riparia potius dicendum fuisset, à Ripa dictum, quæ est Fluminum, & Torrẽtium, Maris autem dicitur Littus, iuxta illud Iulij Cæsaris de Bello Gallico. lib. 6. Difficili (inquit) transitu flumen, ripisque præruptis; cui concinit Ouidius lib. Metamorphoseos 1.

Pro Ripis Littora pulsant.

Hinc dicit Iustinianus, Riparum quoque
2 vsus publicus est, & iuris gentium, sicut † ipsius fluminis. in § Riparum. Inst. de rer. diuis. & paulò post in §. Littorum. Inst. eod. tit. Litto-
3 rum (inquit) quoque † vsus publicus est, & iurisgentium, sicut, & ipsius Maris. Et Martianus ait: Communia sunt ista, Aer, Aqua profluens,
4 † Mare, & per hoc Littora Maris in l. quædam. in fin. ff. eo. tit. Idem dicit in l. Nemo igitur. in princip. ff. eo. tit. & Caius ibidem in l. Riparum. Quod aduertit etiam Accurs. in dicto. §. Riparum. in dicto § Littorum & in dicta. l. Riparum. in prima Glossa. Vnde non loquitur. Federicus in dicto c. 1. Quæ sint Regal. quòd
5 Ripa sit de Regalibus, cum sit vsu † publica dicta. l. Riparum. & §. Riparum. & l. Vnica. ff. de Rip. muniend.

Breuiter non confundamus terminos, sed dicendum est, vt rectè iura enucleentur, quòd cum supra ex eodem Imperatore dixerimus, quòd Flumina nauigabilia, & illa, ex quibus fiunt nauigabilia, Principis Regalia sunt, & sic loquuti fuimus de alueo: nunc autem non eodem modo dicendum erit de ripis, ex quo respectu Dominij, ac proprietatis sunt illorum,
6 qui prædia † propè ripas habent. dicta. l. Riparum, & dicto. §. Riparum. & scribit Corn. in consil 99. litera. g. vol. 2. Francisc. Veggius in consil. 1. num. 10. vol. 1. Riminal. senior. in cons. 444. nu. 39. vol. 3. plenè Forcatulus in Necyomant. iuris. Dialog. 86. nu. 2 Licet illarum vsus sit publicus. Nec enim rationi congruit, quòd fieret fluminum nauigatio, & Domini riparum, nauigantes ad easdem ripas diuertentes, repellerẽt: Tum quia esset contra nauigantium libertatem, atque vtilitatem; tum etiam, quia necesse foret, vt qui semel flumina nauigare cæpisset, perpetuò in flumine consisteret, nec nunquam ripis applicaret, si ab vnoquoque à ripa sua repelleretur; Quod satis absurdum esse nemo vnquam negabit. Nec iure fluminum censentur, vt quemadmodum, flumina ipsa Principum Regalia sunt, sic, & ripæ sint,
7 cum † & illæ de eisdem fluminibus minimè dicantur. l. 1. §. In flumine. ff. de fluminib. ibi. Et quod in ripa fit, non videatur in flumine publico factũ, annotauit Francisc. Marc. in decis. Delph. 346. num. 5. vol. 1. Augustin. Berous in cõs. 177. nu. 19. vol. 3. Ideoq; solum id Principi
8 debebitur ripaticum, † quod est quædam solutionis species pro appulsu ad ripas, estque præmium, quod Princeps capit pro tuta nauigatione fluminum, & securo appulsu, & statione in ripis, ad Portus similitudinem. Nec
9 obstant † dicta Andr. de Isern. in dicto cap. 1. in verbo. Riparica. dicentis, idem iuris esse de Ripa, sicut de flumine; cum intelligatur istud quoad titulum, ne quid in flumine publico, ripavè eius fiat. Et intelligitur etiam quoad solutiones reddituum, quæ sunt sub protectione Principis, & tanquàm publica sunt inalienabilia. vt in l. Sed Celsus. ff. de cõtrah. empt. dicitque Andr. hæc Principes sibi vsurpasse. Bal. vero ibidem dicit, qđ Ripatica sunt solutiones,
10 quę fiunt † à transeuntibus flumina per nauiculam de Ripa ad Ripam; & hinc credo quòd Romæ in Tyberi fiunt solutiones, & alibi, & de hoc dicendum erit infra dum dicemus de Pontibus, & Scaphis, vt infra cap. 11.

Ripa autem intelligitur illa, quæ cõtinetur à flumine tenente naturalem, ac solitum sui cursus rigorem, nec in ripæ appellatione continebitur incrementũ, quod aliquando flumen
11 imbribus, ac procellarum, & pluuiarum † abundantia receperit. vt dicitur in l. 1. §. Ripa. vbi

Accurſ.ff.de Fluminib.& voluit Fraciſc. Marc. in dicta deciſ.Delph.346.n.6.vol.2. Eſtq; Ripa
12 terrenum,†quod ſuo curſu naturaliter flumen retinet. Alexand. in conſil.44.col.2.vol.6.Bartholom.Socin.in conſ.79.nu.8.in fin.vol.3.Qui dicit, quòd ſi hyeme aquarum impetu, & imbribus flumen creuerit,quod vltra ſolitum cur
13 ſum aqua tetigerit, non † dicetur Ripa, ſed aquarum inundatio, quæ ſolitam Ripam non mutat. refert,& ſequitur Franciſc. Veggius in dicto conſ.1.nu.11. & 12.vol.1.Federic.Scotus in conſil.9.nu.32.& 33.lib.4. tomo 1. Stephan. Forcatul.in Necyom.iuris.Dialog. 86. nu.2.

An autem, Ripa fluminis à Dominis haben-
14 tibus contigua,& vicina prædia†alienari permittatur? Ex ſupra notatis videtur dicendum alienationem fieri poſſe.arg.dictæ.l. Riparum. & dicti.§ Riparum. prout in ſpecie concludit Albertus Brunus in conſ.23.nu.1.& per totum, vbi concludit, Riparum venditionem fieri potuiſſe, quæ ſunt inter Ciuitatis mænia, & foſſata; quem in ſpecie ſequitur Iacob. Mandell. in conſ.16.num. 17.Sed tamen contrarium eſt dicēdum:nam Fluminum Ripæ cum ſint publico, & communi omnium vſui deſtinatæ, nunq̃ venduntur,prout nec vendi ſoluerunt. vt poſt Bartol.in tract.Tyberiadis. voluit Barthol.Veronenſ. de ſeruitut. Ruſtic. præd. tit. de Ripa, ſub nu.7. verſ.Incontrarium allegatur. & Laurent.Calcan.in conſ.90.nu.10. ſequitur Hieronym.de Monte in tract Finium Regundorum. cap.23.nu.3.In venditione tamen Prædij vici-
15 ni Ripa†venit,& quodammodo venditioni accedit.cenſuit Ripa in dicta.l.Quominus. n.73, ſequitur Io. Cephal.in conſ.586. nu.27.vol.4. Franciſc.Marc.in deciſ.Delph.111.nu.44.vol 2. Rimin.ſenior in conſ.444.num.22.vol.3.& Federic.Scot.in conſ.7.in fin.lib.3.Tomo 1.Alias fruſtratoria, & inutilis eſſet Dominis prædiorum vicinorum illa proprietas, & Dominium, niſi cum prædio accederent Ripæ, venditioni
16 factę.Ripa enim de per ſe,†vt plurimum inutilis, & ſterilis eſt. iuxta illud, Ripæ.in dicta. l. Quominus. nu. 74. allegantis illud Ouidij in Heroidis in Epiſtola Oenone ad Paridem.

Quid facis Oenone? quid Arena ſemina mandas?
Non profecturis littora bobus aras.

Quem refert, ac ſequitur Barth. Bertazzol. in conſil.ciuil.60.nu.20.vol.1.quibus ſimile eſt illud Iuuenalis.

Nos tamen hac agimus, tenuiq; in puluere ſulcos
Ducimus, & ſterili littus verſamus aratro.

Cum Ripæ, vt plurimum, ſui natura ſterilibus arenis tantum abundent: iuxta illud Baptiſtæ Mantuani dum ait:

Stabat Arenoſa frondens in margine Ripa.

Niſi ſimus in Maritimo littore Baroli, in quo
17 æſtiuis temporibus,Melones,ſiue Pepones† faciunt Hortulani Aquaticos,& guſtu,ac dulcedine,& magnitudine eximios.

Dominus autem Prædij, an poſſit Ripam ag-
18 geribus munire, vt ſibi fluminis aqua † non noceat, ſed illius impetum compeſcat? videbatur dicendum, non licere; munitiones enim facere minimè licet.arg. l.1.in princ.& per totum.ff.de fluminib.& per titulum: Ne quid in flumine publico, ripauè eius fiat;adeo vt tam per Rubrum,quàm per Nigrum facta videatur prohibitio. Reſpondeas tamē licere.Quamuis enim fluminis naturalem curſum, opere manu facto, aliò non liceat auertere;tñ Ripam ſuam aduerſus rapidi Amnis impetum,munire pro-
19 hibitum non eſt.†dicit Gordianus in l.1. C.de Alluuionibus & palud.Ripas enim Fluminum publicorum reficere,& munire,vtiliſsimū eſſe, Vlpianus aſſeruit.in l.1.§.Ripas.ff.de Ripa muniend. Interdictum enim, ne quid in flumine publico,ſi quid Ripæ muniendæ cauſa fiat, locū non habet.l.1.§ Labeo ſcribit. ff.de Flumin. Contra enim tale interdictum, plerunq; vtilitas ſuadet,exceptionem dari. Pone enim grande damnum flumen ei dare ſolitum, & prędia eius depopulari: Si fortè aggeres, aut quam aliam munitionem adhibuit,vt agrum ſuū tueretur, eaq; res curſum fluminis aliquantulum
20 † immutauerit, cur ei non conſulatur? inquit Vulpianus in dicta l.1.§.Sūt autem; in verſ.Sed & ſi aliqua. ff. Ne quid in flum. publ. Maximè
21 dū munimenta facit,vt aqua†ſibi non noceat. vt in l.In ſumma.§. Idem labeo ait ſi vicinus. ff.de aqu.plu.arcend.tenet.Barthol. Veronenſ. de ſeruit.Ruſtic.prædi.tit.de Aggerib.cap.37. col.1. verſ. Sed quid ſi flumen publicum. & q. ſeq.& in Titul.de Torrente. cap.38. in fin.poſt Bart.in dicta.l.Quominus. q.11.nu.21. vbi etiā Ripa. nu.80.cum pluribus ſeq.Corn.in cōſ.99. vol.2.latiſſimè Cardin.Pariſ.in conſil. 105. per totum.vol.1.& nouiſsimè Vēdelin. Schellinch. Action.& except.Forenſ.par.2.tit.de action. in factum. fol.mihi.232. & ſeq Io.Criſp de Mont. in Formul.Action. num. 55. Molliuntur tamen iam dicta pluribus modis.

Primò, dum tamen quis non faciat aggeres
22 ad vicini odium, quia tunc non †permittitur. l.1 §.Neratius ſcribit.ff.de Aqu.plu.arcend.qui ità intelligi debet, quando nimia curioſitate hoc factum fuerit.

Secundò,licet, dum modo in annos decē præ
23 ſtetur cautio damni† infecti, vel per eum non ſtet,quominus detur ſatiſdatio.vt in dicta.l.1. in princ. ff.de Ripa.mun. & voluit Io. Criſp.in dicto. nu 55.

Tertiò,vt opus aggerum, neceſſariò factū ſit,
24 vt facienti damnum, & nocumentum†non obueniat.ita notatur in dicto.§.Item Labeo ait ſi vicinus. Et ſi vicino fiat incommodum idem erit,dum tamen incommodum maximum non
25 ſit.† dicta.l.1.§.Sunt autem. in verſ.Neq; enim Ripæ ff.Ne quid in flumin.publ. & in dicta.l.1. C.de Alluuion. Cardin. Pariſ. in conſil. 105. nu.16.

nu.16.25.& 26.vol.1. Tunc enim prohiberetur; Secus si vicinorũ damnum, & nocumẽtum modicum esset, sed facientis aggeres maximum vtile, tunc enim de illo curandum non erit, vt supra notati Doctores censuerunt.

Quartò, tunc demum licitam esse Aggerum, & Riparum accommodationem, quando nauigatio non impediatur, nec illi incommodum
26 fiat, alias tunc † opus esset interdicto. de quo in dicta l. 1. ff. de Fluminib. & in §. Prohibitoria. Inst. de Inrerd. & dicta l. Vnica. §. Merito. ff. de Rip. Mun. Francisc. Marc. in Decis. 111. num. 20. & in Decis. 112. num. 3. vol. 2. & voluit Io. Crisp. de Montibus in dicto tract. de Terminis Actionum. num. 55.

Quintò, quòd eadem cautio, siue satisdatio in annos decem pręstanda boni viri arbitratu, præstetur ante inchoatum opus, alias erit lo-
27 cus † actioni legis Aquiliæ, non autem interdicto. d. l. 1. in princ. & circa finem. vers. Etenim curãdum fuit. ff. de Rip. Mun. & voluit Florian. de S. Petro in l. Si fistulæ. vbi text. ff. de Seruit. vrb. præd. & voluit Vendelin. & Io. Crisp. in locis allegatis.
28 Aggeres verò faciendi erunt secundum † artis peritiam. de quibus plenè Leo Bap. Albert. Archirectur. lib. 10. cap. 10. Quos ad fluminum impetus comprimendos Hirundines docuisse
29 homines, † scribit Ioan. Pierius Hieroglyphicor. lib. 22.

ARGVMENTVM CAP. XI.

Vectigalium seges hic enucleatur, quando, & à quibus, qua ex causa, ex quibus rationibus, & rebus exigatur.

COMPENDIVM.

1 *Teloneum quid, & vnde dicatur? num. 4. 5. 7.*
2 *Telesphori vectigalium exactores.*
3 *Telonum, quod Ciconiam apud Hispanos nominant, quid sit?*
6 *Quadragesima solutio quid?*
8 *Telòs graecè, latinè Vectigal.*
9 *Telonearij qui?*
10 *Vectigal quod ex Pascuo reddebatur prius dictum apud Romanos.*
11 *Publicanus ex Caio qui? nu. 12.*
13 *Publicanus, quasi publicas canis ex authore.*
14 *Publicum pro vectigali accipitur.*
15 *Vectigalia per publicanos tuentur.*
16 *Agri vectigales dicuntur, qui à Fisco, vel Municipibus, non à priuatis conducti sunt.*
17 *Publicani, siue ex actores, an Mãcipes appellarẽtur.*
18 *Mancipes dicebantur publicanorum principes, sed vide num. 19.*
20 *Octauarij, qui octauam redituum partem exigebant, dicti sunt.*
21 *Decuma erat vectigal, quod exigebatur ex frugibus siculorum.*
22 *Vicesima erat illorum, qui manumittebantur.*
23 *Vicesima exigebatur, Augusto mandante, ab haredibus extraneis.*
24 *Vicesima quinta exigi solita erat à vendentibus Mancipia.*
25 *Quadragesima soluebatur pro litibus, & Iudicijs conceptis.*
26 *Centesima, & Ducentesima erat rerum venalium.*
27 *Rex Catholicus, quod vectigal exigit in Hispania? L. 7. tit. 2. Partita 5. Hispan.*
28 *Vectigalia Publicanis locabãtur à Censoribus apud Romanos.*
29 *Locatio Vectigalium fieri non poterat, nisi publicè, populo inspiciente. nu. 30.*
31 *Publicani an essent ex ordine Equestri ciuium Romanorum. nu. 32.*
33 *Alexandri ab Alexandro Laus.*
34 *Vectigalium indictio, & exactio de Regalibus est ad Principem spectans. nu. 35.*
36 *Vectigalia indicere etiam ad Reges spectat.*
37 *Venetorum Respublica vectigalia indicit, & alia etiam.*
38 *Dux Sabaudia similiter.*
39 *Alij Domini, ac Ciuitates habentes Iura Principum. num. 40. 41.*
42 *An præscriptione quæratur ius imponendi vectigal?*
43 *Passagij, ac pedagij vectigal est in Regale, ac Principum.*
44 Pedagium *est vectigal, cuius solum fit à transeuntibus pede.*
45 *Guidagia, quæ sint?*
46 *Iura* Passagij, Pontagij, *Barcagij sunt, quæ exiguntur pro passu* Ponte, *& Barca.*
47 Concesso *territorio, dicitur concessum ius* Pedagij.
48 *Vectigal passus, pedagij, ac passagij, solui debet à trãseuntibus forensibus.*
49 Pons *super flumẽ factus, viæ appellatione continetur.*
50 Pontem *facere, in via, aut flumine publico, priuato non licet.*
51 Pontes, *& via aptantur in Regno ex ordine* Regia *Camera.*
52 *Censores vias silice sternendas in vrbe, glarea extra vrbem, ac* Pontes *multis in locis faciendos, primi omnium locauerunt.*
53 Pons *rescissus, Horatio Cocliti magnum* Pietatis *Patria argumentum.*
54 *Pontem Lapideum Traianus supra Istrum, siue Danubium fecit.*
55 *Exactio vectigalis, siue passus in pontibus, & similibus locis, vt itinerantes tuti à latronum incursibus sint.*
56 *Loca exactionum vectigalis passus secura esse debent. nu. 65.*
57 *Dominus vectigal passus exigens tenetur pro scelere in via patrato.*
58 *Exigentes vectigal passus tenentur de robaria, vel delinquentem exhibere. nu 59.*
60 *Dominus passus dans bulletam transeuntibus, fiduciam,*

CAP. XI.

VEctigalia, & ipsa iuris Regalis ad Princi-
pem spectãt, vt statim dicetur, & Telonea
interpretantur. Teloneum autem, mẽsam Pu-
blicanorum, in qua vectigal exigitur, significa-
1 ri omnes vnico ore tradiderunt, † dictumque
asserunt à τελωνιον græcè, quod vectigal signi-
ficat. Vel dicuntur Telesphora, quia Teles-
2 phori vocantur † vectigalium exactores ab An-
drea Aleiato in l. Pupillus. §. Decuriones. ff de
verb. signific. Aut iuxta Nicol. Perotti Sypon-
tini traditionem, dicuntur à Telone, quod est
instrumentum, vnci forma confectum, rostro
3 aduncato, qui lingua Hispanica, Ciconia † di-
citur, ad similitudinẽ ferè rostri Ciconiarum
factum, ità vt dici possint Telonarij, quasi vn-
cinatores, trahentes ad se reditus, & vectiga-
les. Vel dicuntur cũ duplici litera. L. Tellonea,
4 quia sit vectigal appellatum à Tellure, † quòd
rerum, quæ per terram vehũtur ea solutio fiat.

Sed antequam aliò diuertam, aptissima, atq;
huic verbo consentanea verba referre minimè
grauabor Io. Cassiani collation. 21. cap. 28. qui
sic de quadragesima alloquitur: Et fortasse (in-
quit) ipsa Decimatio rectè, quasi ab vsu Telo-
5 nei, quadragesimæ † nomen acceperit: ità enim
illa publica vocatur exactio, ex quo tãta lucri
portio, Regis commodis deputatur, quantum,
& à nobis à Rege omnium sæculorum pro vsu
vitæ nostræ, legitimum quadragesimæ vectigal
exigitur. Hæc Cassianus. Quæ autẽ ista quadra-
6 gesima erat, & pro quibus † solutio fieri solita
erat, loquuntur Arcadius, & Honorius in l. Om
nium C. Theodos. de indulg. debitor. & statim
dicam vberius.

Isidorus aũt Ethimolog. lib. 10. inquit: Telo-
7 nium est locus in portu Maris, † vbi mercium,
nauium, & nautarum emolumenta redduntur.
Telos enim Græcè, vt Beda dicit, Latinè vecti-
8 gal dicitur: † & à Telone, dicuntur Telonearij,
colligentes tributum nauium pro Rege. Hinc
Gl. in c. si testes. §. Inuiti. in verbo. Publicani. 4.
9 q. 3. exponit: Publicani, idest Telonearij, † quo-
rum de numero fuit Mattheus Apostolus, vt pa
tet Matt. c. 9. Lucæ c. 5. & voluit Aluarus Pela-
gius de Planctu eccles. lib. 2. c. 46. de quo Te-
loneo meminit etiã tex. in c. Si quis Romipe-
tas. 24. q. 3. Vectigal etiam à principio vocatũ
10 est, ꝙ populus † Romanus habebat ex Pascuo:
per illud Plinij. lib. 18 cap. 3. Etiam nunc, inqt,
in tabulis censorijs, pascua dicuntur omnia, ex
quibus, populus reditus habet, quia diù solum
hoc vectigal fuerat.

Verissimũ aũt vectigal illud est, qđ pro rebus,

quæ

quæ vehuntur publicè exoluitur, & huius vectigalis exactores Publicanos vocamus: de quibus Caius inquit: Eum, qui vectigal populi Ro
11 mani conductum habet, †Publicanum appellamus. l. Eum, qui vectigal. ff. de verb. significat. Omnes etiam, qui à Fisco vectigal conduxe-
12 rint, Publicani appellãtur. †l. 1. §. Hic titulus. ff. de Publican. Dicitur enim (me iudice) Publicanus, quasi publicus Canis, qui non solũ tran-
13 seuntes † mordeat, sed venatione quadam in eosdem tamq̃ immanis fera, velut in lepores, grassetur, & sæuiat. Hi enim Canina quadam famelica rabie accensi, transeuntium pecunias, esuriendo deuorant, vel Publicanum pro redimendo publico inuigilantem; vnde à publico dictus est Publicanus: publicum verò pro
14 † vectigali accipitur. Cic. ad Q. Frat. Hic ità te versari, vt & publicanis satisfacias, præsertim publicis malè redemptis. Qđ & voluit Guliel. Bud. in l. Miles. §. Qui operas. ff. ex quib. caus. maior. Indè publicani dicuntur, qui publico
15 † fruuntur. Vulpian. in dicta l. 1. ff. de Publican. Sic dicitur ꝙ vectigalia per Publicanos tueantur. Victruuius. lib. 8. cap. 7. & agri vectigales appellantur, qui siue à Fisco, siue à Municipi-
16 bus, non autẽ à priuatis † conducti sunt. Andr. Alciat. lib. 3. Dispunct. cap. 10. Iacob. Spiegell. in lexico iuris. §. vectigal. Io. Maurit. in dicta. l. vnica. col. 26. vers. His deniq; accedit. C. quo loc. Mulier. oner. subir. lib. 11. Ioseph Gõzalez variar. quæst. c. 28. nu. 12. Hi exactores non mo-
17 do Publicani, sed mancipes † vocabantur. vt voluit Mauritius in loco supra allegato. Et ex Ascon. Pedi. de Diuinat. in princip. voluit Iõ. Bræcheus in dicta. l. Eum, qui vectigal. num. 5. Sed verius est mancipes fuisse ipsorum Publi-
18 canorum † Principes, vt ex eodem Asconio refert Frãc. Siluius Ambian in Orat. Cic. pro Gn. Planco. & annotauit Budæus in l. In naue. ff locat. Quod, & idẽ Cicero prius dixerat in Verr. 5. & concinit text. in l. Qui fideiussor. ff. loc. solebantq;, (vt ex Higino de limitibus, dicit Alciat. in dicto lib. 3. dispunct. cap. 10) Mancipes dici, qui per centum annos, vel qui nos condu
19 cebãt † territoria, & ij demum lucri causã sublocabant alijs, qui dicebantur publicani Populus autem Romanus sibi caueri faciebat à mancipibus, & idcirco præstita ab illis fideiussione non tenebantur Publicani ipsi aliam Reipublicæ præstare: & hoc dubium sustulit, & clarum facit Pomponius in dicta l. Qui fideiussor. supra allegata.

Octauam redituum partem pro vectigali sol-
20 uebant, & idcirco Octauarij sunt † vocati, & ab ea nullus erat immunis. l. Ex præstatione. l. à legatis. l. vniuersi. C. de vectigal. & commissis. & l. Si cũm hermes. C. locat. Decima præterea ab aratoribus exigebatur. vt inquit Alex. ab Alexandro dierum genialium. lib. 4. cap. 10 Sic Thraces à Philippo Macedone validis copijs aggressi, aliquot prælijs commissis, semper victor, debellatos cõpulit, vt decimas Macedonibus darent. vt testatur Diodor. Sicul. lib. 16. cap. 18. Erat, & Decuma, quã pendebant Siculi,
21 ex frugibus omnibus, quas † recolligebant: de qua Liuius. lib. 41 Cic. in Ver. Act. 5. & è nostris Francisc. Hotoman. in §. per traditionem. in fi. Inst. de rer. diuis. Appian. Alexand. lib. 1. qui dicit aliarum frugum fuisse. Quintam. Erat, & Vi-
22 cesima illorum, qui manumittebantur: † cuius meminit Liuius lib. 7. Vbi Gn. Manlio Consule (inquit) ab altero Consule, nihil memorabile gestũ, nisi quod legem, nouo exemplo ad Sutrium in castris tributim de Vicesima eorum, qui manumittebantur, tulit. Patres, qui ea lege haud parum vectigal inopi ærario additum esset, authores fuerunt. vnde de ea Cicero ad Atticum lib. 2. Epistol. 16. Portorijs (inquit) Italiæ sub latis, agro Campano diuiso, quod vectigal super est domesticum præter vicesimam? quæ mihi videtur vna conciuncula, clamore pedissequorum nostrorum esse peritura. Quod aduertit etiam Vdalrich. Zas. in Catalogo legum antiquarum. in lege Manilia. vers. Fuit, & alia. Vicesima etiam hæreditatum, extraneis hære-
23 dibus ab Augusto † irrogata, cuiꝰ meminit tex. in l. fi. C. de edict. Diui Adriani toll. de qua primum scripsisse Othlium Iuriscõs. refert Põpon. in l. 2. §. ex his. ff. de origin. iur. de hac etiã referens Pliniũ iuniorem lib. 7. Epistol. 14. Ad Coreliã, scribit Iacob. Reuardus Ambiguitatum iuris lib. 3. cap. 16. Et suis hæredibus remissam, & extraneis tantum impositam à Traiano scripsit. Plinius iunior in Panegyrico ad Traianũ. & Alexander ab Alex. lib. 4. c. 10. Erat & Vicesima quinta vectigal, quo tenebantur, qui man
24 cipia † vendebãt, cuius meminit Cornel Tacit. lib. Annal. 13. dum ait: Vectigal quoque quintæ, & Vicesimæ venalium mancipiorum, remissum specie, magis q̃ vi, quia cũm venditor Pendere iuberetur, in partem pretij emptoribus accrescebat. Hoc tamen vectigal post modum ad quinquagesimam deductum fuit authore Dione lib. 55. Sed hanc quintam, & vigesimam sui Principatus initio à Nerone remissam, scribit Tacitus in loco allegato. & Alex. ab Alexãdro. lib. 4. cap. 10. Et quadragesimæ vectigal
25 erat solutio † statuta ꝓ litibus, & iudicijs conceptis. vt est author Sueton. in Caligula. Sed & quadragesima, & quinquagesima fuerunt Neronis tempore abolitæ, & sic alia, quæ ex illicitis auctionibus, nomina publicani inuenerant. vt refert Tacitus in dicto lib. 13. & Budæus de Asse lib. 4. Fuit, & Centesima, & ducentesima
26 † rerum venalium, quorum vectigalium meminerunt Tacit. lib. 1. & 2 & Sueton. in Caligula. c. 16 Rex noster Catholicus exigit in Hispania
27 vectigalia antiqua: ex nouis † vero, non nisi duas partes relicta tertia Ciuitatibus, & locis, vt in legibus Alphonsi partita. 5. l. 7. tit. 2. Quæ est

est conformis dispositioni Iuris communis in l.fin.vbi Accurs.C.de Vectig.& Commiss. Martin.Laudens. de Fisco.§.56.

Eorundem Vectigalium locatio, apud Romanos ipsis Publicanis fiebat à Censoribus, vt
28 † dicit Liuius lib.39.& 43. Nec tamen locatio nem facere poterant, nisi publicè populo inspi
29 ciente. † Vnde Cicer. de lege Agrar. contra Rullum.ait; Censoribus Vectigalia Locare, nisi in conspectu Populi Romani, non licet, Decē
30 viris uendere, † vel in vltimis terris licebit? Et hoc, vt sinistra, collusionum, ac fraudis suspicio excluderetur. Quod & habetur in l. fin. C. Venden.reb.ciuit.lib.10.vbi Ioan.de Platea,& Luc.de Penna.& latè Roland. à Valle in cons. 90.vol.1.& Iacob.Menoch.in cons. 80. per totum.vol.1. & voluit Octauius Simócell. de Decret.Minor.in Prefat.nu.95. Et sic etiā cauetur Iuribus hui' Regni Neapolitani, qbus vtimur.

Publicani maiori ex parte ex Romanorum Ciuium ordine fuere, ex Equestri ordine: pro-
31 batur † ex verissimo omnium Romanarum antiquitatum relatore Cicerone, qui in Oration. pro Leg.Manilia inquit; Nam,& Publicani homines,& honestissimi, & ornatissimi. Et paulò post idem Cicero ibidem ait; Etenim si vectigalia neruos esse Reipublicę semper duximus; eum certè ordinem, qui exercet illa, firmamentum cęterorum ordinum rectè esse dicemus. Et apertius idem Cicero in Orat.pro C.Planco. Adiungā (ait) si vis id quod tu etiam huic obesse putas, patrem publicanum, qui ordo, quanto adiumento sit in honore, quis nescit? Flos enim Equitum Romanorum, ornamentum Ci-
32 uitatis, Firmamentum † Reipublicæ, Publicanorum ordine continetur. Et iterum in Orat. pro C.Rabirio īquit: C.Curius Princeps Equestris Ordinis, fortissimus,& maximus Publicanus. Vnde Alexander ab Alexandro, omnium
33 † qui ab Vrbe Neapoli vnquam exierint, (aliorum pace sit dictum) antiquitatum diligentissimus scrutator.lib.2.Genial. Dierum. cap.29. Si quidem (inquit) Principes Equestris Ordinis, Olim Publicani fuere, flosque Equitum Romanorum, Publicanorum ordine continebatur. Qua de re multa apud Carolum Sigonium de antiquo iure Ciuium Roman. lib.2.cap.4.

Vectigaliū itaq; tū indictio, tum exactio ius est Principis, ad priuatos nequaq̄ pertinens:
34 † vt docet Federicus in dicto cap. 1. Quæ sint Regal. Illa namq; absque Imperatoris præcepto, neq; Præsidi, neque curatori, neque Curiæ
35 constituere licet: † dicit Hermogenianus in l. Vectigalia in princip. ff. de Publican. & vectigal. l. 1.l. Non solent. C. Noua Vectigal. Impon.non poss. Angel.in consil.290. Thema est tale.col. fin. ante ipsum Signorol. de Homod. in consil.109. latè Corn. in consil. 199. vol. 1. Io.de Fermo in Tract.de Gabell. parte.1. nu.1. 13. Anton. Corset. de Potestat. & Excell. Regia, parte 4.quæst.48 Barthol. Socin. in cons.7. nu.2.vol.3. Petr.Antiboli in Tract.de Munerib. par.2.§.Restat.n. 1. Quod sicuti in Imperato-
36 re, ità procedit etiam in Regibus † Henr. Bohic. in c.cum te.de Re Iudic. Specul. in tit.de Caus.poss.&propriet.§ Quia verum.& post eū Martin.Laud.de Fisco. §.68. Hoc idē pertinet ad quemlibet alium Principem, vel Rempublicam, habentem iura Regalia, vt de Serenissima
37 † Venetorū Republica voluit Angel. in dicto cons.290. De Republica Florētinorum scribit Petr.de Anchar.in cons.2.Abb. Panor.in cons.
38 20.vol.2. De Serenissimo Duce† Sabaudiæ voluit Barth.Socin.in cons.4 vol.3.Iason in cons. 227.vol.2.Octauian. Cacher. in decis. Pedem.
39 155. Et de Dominis † Malatestis voluit Raphael.Comens.in cons. 162.per totum. De Se-
40 nensibus † idem Abb Panor.in consil.20. vol. 1. Et sic de alijs Ciuitatibus Italiæ, ac aliorum
41 locorum habentibus Iura † Regalia, de quibus Martin.Laudens.de Fisco. §.56. & promiscuè Lancelot.Conrad.in Templo Iudicum.lib.1.c. 1.§.4.in verbo Collectas.nu.1.Quod procedit etiam si quis iure imponendi Vectigal, tempore, cuius non extet hominum memoria in con
42 trarium vsus † fuerit, absque Principis, vel alterius scientia, absque bona fide,& absque titulo. Si verum dicit Bald.in consil.370.& in consil.468.vol.3.& in consil.340. & in consil. 445. vol.5.Salicet.in l. Vectigalia.C.Noua Vectigal. impon.non poss.Alex.in cons.6.vol. 1. Ioachy. Mynsing.Obseruat.Camer. Imp.24.in fi.Cēt.4.

Hoc in loco, minimè loquar de Collectis, & Tributis, alijsue nouis impositionibus, de quibus dicemus in locis congruis, sed sequemur ordinem contentum in dicto c.1.Quæ sint Regal.omittētes etiam loqui de Solutionibus Riparum, Fluminum, ac Nauigationum, quia de his supra scripsimus, dum Fluminum, Riparū, & Portuum mentionem fecimus; nunc tantum prosequemur. Vectigalia, Iura passus, pedagij, siue passagij, ac de mercibus,& Rebus quæ terra vehuntur.

Pedagij, siue Passagij Vectigal, cuius à transeuntibus per itinera, fit solutio, ius Imperiale, Regum, aliorumque Principum similia Iura habentium, Priuilegio, aut consuetudine est;
43 de quo in specie loquitur † Abb. Panor. in c. Innouamus, post Gl.nu.6.de censib. Idē Panor. in c.super quibusdā.de verbor. signific.Bal. in consil.242.vol.2.Petr.de Anchar.in clem. Præ-
44 senti.nu.10.de Cens. Dicitur autem † Pedagiū à Pede, q̄ à transeuntibus pede fiat. Io. Andr. in cap. Quamquam in Nouell.de Censib. in 6. Rolan.Cauagnol. in Decret.Montisferrat.15. §.7.nu.3.4. Vel dicitur à Peda, quæ secundum Festum Pompeium, dicitur humanū Vestigiū. Sunt, & Guidagia Vectigalia, pro itinere tutè
45 faciendo † statuta, vt voluit idem Panorm. in dicto c.Super quibusdam.nu.7.Hoc est vulgare

Ita-

Italorum Passagij, Pontagij, & Barcagij Iura
46 Principũ appellauit, quæ exiguntur pro † passu, Ponte, & Barca: de quibus scripsit Petr. Belluga in Specul. Principum. Rub. 28. §. Per quā. nume. 8. & sequ.

Exactio, itaque iam dicta Pedagij, venit cõcesso Territorio, cũ eidem Territorio sit cohę
47 rens † Bald. in consil. 239. vol. 4. Et dum conce deretur in Priuilegijs, vt plerunq; fieri assolet in Regno, intelligitur cõcessum ipsum ius exigendi Pedagium. Bart. in l. Aquilius Regulus. nu. 2. in fin. ff. de donat. & in l. Cotem. §. Qui maximos. nu. 5. ff. de Publican. & Vectig. Dictaque Vectigalis, passus, pedagij, seu Passagij solutio fit à forensibus transeuntibus per locum.
48 †. Bald. in d. c. 1. nu. 7. Quæ sint Reg. arg. l. Pen. § Nauem C. locat. Et plerunque fiunt solutiones istę in locis nemorosis, & ob Latronum suspitionem, non tutis. Fiunt etiam ob transitum Fluminum, & Stagnorum, in quibus facti extiterunt Põtes, Naues, vel Scaphæ, ob aquarum, & Fluminum eorundem pericula. Pons enim
49 super Flumen factus viæ appellatione † continetur. Bald. in l. fin. ff. seruit. Rustic. præd. Vbi dicit; Statutum loquens de delictis in via publica, intelligi similiter si fiant in Ponte; cum veniat appellatione viæ publicæ. Vnde quemadmodum vię publicæ Principum sunt, vt latè deduximus supra dum de via loquuti fuimus. cap. 7. similiter, & pontes in Vijs, ac publicis fluminibus existentes; vt voluit Barthol. Veron. de Seruit. Vrban. præd. cap. 70. de Ponte. in fin. Et ideò non licet priuato in via publi
50 ca, aut in flumine † publico pontem facere: l. 2. §. tractatum. ff. Ne quid in loc. publ. & in l. fin. ff. de Flumin. Quæ iura intelligerem procedere in flumine Nauigabili, vel in flumine ex quo aliquod fit nauigabile. Sed quatenus ille ex hoc vellet vti iure exigendi; hoc enim facere nequiret, quia spectat ad Principem: vel si ex hoc viæ publicæ deformarentur, vel aliquo pacto deprauarentur. Aliàs videmus, præsertim in Regno Neapolitano, multas Ciuitates, & Oppida, pro communi vtilitate Pontes in fluminibus ędificare, in qua ædificatione publica versatur vtilitas, & tamen cum ipsi non exigãt Iura passus, pedagij, vel Vectigalis, superiores Regij non reluctant. Quid enim ad Principem superiorem, quòd quis faciat Pontem suo sumptu ad Publicam vtilitatem absque Reipublicę, & transeuntium onere? Quin immo Curia Regia, & pręsertim Regia Camera pro Iuribus Portulaniarum per terram, omnibus Regni Ciuitatibus, & communitatibus mandat, quòd vnaqueq; in suo territorio, & districtu, Publicas vias aptet, & nemora; Nec non Pontes reparet in locis, in quibus hactenus fuerunt. Vi-
51 detur enim tunc † de iure permitti, licet de iure non tenerentur. Florian. de S. Petro. in l. fin. in princip. versic. & nota. & vers. Puto tamen. ff. de Seruitut.

Quando pro aliquo Ponte exigitur Pedagium, aut Ius passagij, quis tenetur ad eiusdẽ Pontis reparationem, rędificationem ue illo destructo? Dicendum est quemadmodum diximus alias de vijs publicis supra cap. 7. postq̃ Pontes veniunt viarum appellatione, vt proximè diximus. Ad illorum tamen omnes, etiam Ecclesiasticæ personæ, contributionem tenebũtur, cum sit pro communi omnium vtilitate, ac salute. vulg. l. Ad instructiones. C. de Sacros. Eccles. & remissiuè Bernardin. Alfanus in Collectan. 111. & dicam latius infra capit. 63. vers. 8. Hæc autem procedunt in vijs Regijs, ac publicis, vt illas populi reparare teneantur. Curante tamen id Principe, vel eius Curia Regia, eiusque Magistratibus. Sic olim Romani ex publico per Viarum publicarum curatores aptare, atque ædificare Pontes faciebant; vt est author Liuius lib. 41. dum ait: Censores vias ster
52 nendas † silice in Vrbe, Glarea extra Vrbem, substruendas, Marginandasq; primi omnium locauerunt, Pontesq; multis in locis faciẽdos. Onuphrius Panuinius in Vrbis Rom. commẽt. tit. de Mancipibus viarum. Hinc de Anco Martio idem Liuius lib. 1. Id (inquit) non muro solum, sed etiam ob commoditatem itineris Põte sublicio, tum primum in Tyberim facto, cõ-
53 iungi Vrbi placuit. Sed hic post modum † rescissus, Horatio Cocliti perpetuum famæ monumentum extitit, eodem Liuio teste. lib. 2. Sic Traianus Princeps in Istro, seu Danubio, lapi-
54 deum Pontem † fecit, opus sanè mirabile, & sęculis memorandum, quem expressim descripsit Dio in Traiano. Nec dissimile fecit Philippus Rex Catholicus in hoc Regno, procurante id primum Perafanno Ribera Alcalanorum Duce, Prorege, ac Principe immortalis memoriæ, cuius mentionem feci in Controuers. 26. sub num. 46. Centur. 1. Fecit, & Pontem mirabilem supra mare a Puteoli ad Baias C. Caligula. scribit Sueton. in Caligul. cap. 12. & post eum Iulius Cesar Capacius in Historia Puteolana. ca. 6. Triũ millium, & sexcentorũ passuum is erat.

In alijs autem locis, in quibus alij Principes, Barones, Domini, aut Ciuitates, alięue personæ pedagium, vel aliud Vectigal exigerent, si pons, vel scapha destructi essent, arbitror eosdem eorum sumptibus reparare cogẽdos, vt incommoda patiantur in refectione, ob cõmoda, quæ exigunt per ipsam exactionem. Nõ enim alia ex causa itinerantes pro transitu Pedagia, vel Vectigal soluunt, ac Domini istud exigunt, nisi vt itinera, ac transitus securos, & pacatos à Latronibus reddant, & prouinciam, locumque prauis hominibus expurgatos te-
55 neant: Regalia ipsa † retinentes, quasi Regia manu transeuntes tutos reddendo. l. 3. & l. Cõgruit. ff. de offic. præsid. Publicæ enim vtilitati congruit, vt incędentes valeant, absque aliquo metu,

metu, & periculo commeari: semper enim ea
loca, per quæ vulgò iter fieri solet, eandem se-
56 curitatem habere † debent. l. 1. §. Summa. ff. de
his, qui deiecer. vel effud. l. si putator. ff. Ad leg.
Aquil. Hinc adeo Dominus tenetur territoriũ
suum scrutari facere, vt pro scelere in eo pa-
57 trato teneatur; quia tenetur † operari, vt se-
curè incedant. dicit Flor. in l. In lege. §. Quo-
ties. in fin. ff Ad leg. Aquil. & in hoc est origina
le dictum Archidicon. in c. Si quis Romipetas.
24. q. 3. dicentis; quòd exigentes pedagia, ac
vectigalia tenentur secura facere itinera, & lo
ca eorũ, aliàs si succedat Robaria, aut ipsi tene
58 buntur, aut debent malefactorẽ exhibere. † se-
quitur Bald. in c. 1. § Conuenticulas. n. 7. de Pa
ce Iur. firm. faciunt notata per Bartol. in l. Ne
quid. nu. 1. 2. ff. de Incend. Ruin. & Naufragi. Se
quitur Iacobin. de S. Georg. in Inuestitut. Feu-
dali in verbo Marchio in Italia. vetsic. Quæri-
tur etiam. sub nu. 4. vbi Marchiones, Comites,
& Barones terrarum, tenentur tenere stratam
securam in omnibus locis, in quibus colligunt
pedagium: & ideo si quis derobatur in illo ter
ritorio, præfati Domini tenentur emendare dã
na. per dictum Archidiaconi in loco allegato,
59 † & eiusdem Bald, in c. 1. col. 2. in verbo Mar-
chio. Qui feudum dar. poss. Eo enim ipso, quòd
Dominus facit dare Bullettam transeuntibus,
videtur illis date fiduciam, & securitatem per
60 totum † suum territorium, vt ex Odoffredo
in auct. Habita. C. Ne fil. pro patre. & Bald. in d.
c. 1. Quæ sint Regal. Voluit idem Iacobin. vbi
supra. in fin. sequitur Vdalrich. Zas in cons. 14.
nu. 8. volu. 1. & plures alios allegans Andreas
Gail. Practic. obseru. lib. 2. Obseru. 64. per totũ.

Quæ proximè diximus faciunt ad intelle-
ctum, nonnullorum statutorum Italiæ, aliorũq;
locorum, disponentium, quòd Villæ, & commu
nitates teneantur ad emendationem damno-
rum, ac delictorum commissorum in eorum ter
ritorijs, vt in specie est in hoc Regno Neapoli
tano dispositum per Imperatorem Fridericũ
61 in Const. super † incisionibus & in Constit. si
damna clandestina & per Carolum Regem pri
mum in c. Clandestinis. in c. Statuimus. & Caro
lum secundum Regem. per c. Item Statuimus
quòd pœnæ, & c. Cõstitutionem de quibus scri-
bit latissimè Paris de Puteo in Tract. Syndicat.
in verbo Robaria per totum. & per Thom. Grã
mat. in Decis. Neapol. 47. per quam apparet Sa
crum Consilium absoluisse à pœnis dictarum le
gum Regni, Vniuersitatem S. Seuerini, & Ciui-
tatem Theanensem. Hodie tamen eadem iura
non obseruantur, ex quo Regia Curia sibi Cu-
stodiam Prouinciarum assumpsit, tenendo in
qualibet Prouincia Capitaneũ cum militibus,
62 † quem Barrisellum vocant: pro quotum Sala-
rio facta est indictio exactionis à Populis Re-
gni, denariorum duorum pro quolibet focula
ri, vt dicit Ioan. Anton. Niger. in dicto Regni
c. Clandestinis. sub num. 14. 32. Primusq; illam
63 constituit Petrus Toletus Marchio Villæ† frã
chæ, Caroli Cęsaris locũt. anno 1550. vt testa-
tur Carolus Tapia Eruditissimus Iurisconsult.
in Rub. de Constit. Princip. cap. 4. nume. 79. Ex
quibus cum dicti Barriselli, & milites teneant
onus dictarum prouinciarum, deberent etiam
furta, quæ à Viarum grassatoribus fiunt, atque
damna Clandestina emendare. Verum ista
emẽdario recessit ab Aula, & subditi persoluũt
impositionem pro eorũ salario: & quòd plus
est quotidie per singula prouincię loca hospi-
tantur, & malefactorum numerus adeo creuit
in hoc Regno, vt rumorem ad cunctas Chri-
stiani Orbis partes peruenisse credam. Et cum
aliquas Regni Prouincias, & præsertim Apru-
tij, Regiæ visitrationis gratia missus, peragra-
rem, & coram Generalibus, ac particularibus
visitatoribus, alijsq; Regijs Magistratibus ver-
ba facerem, grauiter contendi, has pestes nun-
quam à Regno propelli posse, nisi inter alia re
media, ad dictarum Constitutionum, Capitu-
rũ, ac iurium obseruationẽ, Barrisellis abolo-
litis, regrederemur. & latius istud contestatus
sum in Discursu in materia bannitorũ, quem
Italo sermone conscriptum ad Don Henricũ
Guzman, Proregem Regni Neapolitani dignis
simũ, & Integerrimum direxi. Quia & si Prore-
ges, alijque supremi Regij Magistratus omnia
remedia adhibeant, nõ tamen furor illorũ cæs-
sat. Causæ multę ibidẽ à me traditæ sunt, & plu
tes omissæ, ne dicatur, me ponere os in cęlum.

Alij autem Domini, qui exigunt Vectigalia
à transeuntibus. causam assignare minimè Va-
leo, quare Tutissima itinera manutenere non
debeant, ac proprijs illorum sumptibus, ipso-
64 rum † Pontium refectionem, ac reparationem
facere non teneantur: vt tenuit Barth. Cepoll.
in dicto cap. 70. de Ponte. q. 3.

Vbiq; autem exigentes Pedagia, & Vectiga-
lia, vt supra diximus, vel id faciunt vt nemora
65 tuta reddantur, ac itinera ipsa ab incursu † La
tronum; vel in fluminibus vt quis securus red
datur; tenentur reficere Pontes, & Scaphas ne
aquarum immersione obruantur. Pontes verò
66 dicuntur propriè dum sunt † facti ex ligno. vt
voluit Bartol. in l. supra iter. in princip. nu. 1. ff.
de Aqua plu. arc. Sed communiter etiam Ar-
cus Lapidei, vel ex fabrica supra flumina A-
67 quarum fabricati, & Erecti Pontes† appellan-
tur. vt dicit idem Bartol. in dicta l. supra iter.
de quo Lucan. lib. 4. inquit.

Saxeus ingenti, quem pons amplectitur Arcu.

Et Marcus Antonius Sabellicus

Tu quoque marmoreis superabere Pontibus olim.

Nec illorum opinioni ego adhæreo, qui pontẽ
à ponendo dicunt appellari; sed potius à Põto
ne dicitur. Ponto autem Nauiculæ species est,
68 quæ † in Nauibus asportatur, quam nostrorũ
Italorum Vulgus, Battello, nominat; & ità in-
telli-

telligitur illud Virgilij. lib.10. Æneidos.

Interea Aeneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit.

Et Iulius Cæsar Belli Gallici lib.3. Pontones (quod est genus nauium Gallicarum) Lyssi relinquit. Et Apuleius: Si vado non poterunt, Pontonibus transibunt. Et quemadmodum flumina Pontonibus traijciuntur, sic pontes ad illorum similitudinem pro transmeando flumine, deseruiunt. Cui concinit, quod dicit Paul. in l. fin. ff. de seruit. rustic. præd. & annotauit Ant. Gouean. Variar. Lect. iuris lib. 1. cap. 36. num. 1. & Iacob. Spiegell. in Lexico in verbo.
69 Pontones. Scapha † similiter sic vulgò Italorum dicitur, ac etiam, Schiffo: de qua Sueton. in Cæsare verba facit dicens: Eruptione hostium compulsus in Scapham, pluribus eodem præcipitantibus, cum desiluisset in mare, nando per ducentos passus euasit ad proximam nauem. Et idem Cæsar lib. 4. Quod cum animaduertisset Cæsar, Scaphas lõgarum nauium, item speculatoria nauigia, militibus compleri iussit. Cicer. lib. 2. de inuent. Rhetor. Postea aliquanto ipsos quoque tempestas vehementius iactare cæpit, vsque adeo, vt Dominus nauis, cum idem gubernator esset, in Scaphã confugeret. Et Liuius lib. 35. Inde acceptus Sca-
70 pha in arcem confugit. Ideo eam, nauis † instrumentum appellauit Iabozenus: quamquam Paulus mediocritate, non specie dicat à naui
71 differre: † in l. fin. ff. de fund. instruct. & inst. leg. Cui se subscripsit Alphenus, dum nauis partem dixit non esse Scapham, sed per se par-
72 uam † nauiculam. in l. Scapham. ff. de euict. Idcirco Scapham à naui separatim vendicãdam voluit Vlpianus in l. Marcellus. §. Armamenta. ff. de rei vendicat. In Pœnis vero, naui cõfisca-
73 ta, non confiscatur † Scapha. vt dicit Bald. in l. 3. num. 6. in fin. C. de nautico fœnor. de Scapha etiam Callistratus in l. Nauis. ff. ad leg. Rhod. de iact. de quibus amplè Benuenutus Stracca de mercatur. tit. de naui. parte 2. num. 19. Et si Scapha non est de nauis substantia, est tamen
74 eius aptitudini, & vsui accommodata, † vt placuit Vitruuio lib. 10. cap. 10. & optimè Gulielr Forner. in l. Malum. in princip. ff. de verbo. significat. In traijciendis itaque fluminibus, lacubus, & stagnis; sunt alia vascula, vt Cymbæ,
75 quæ † idem significare videntur, iuxta illud Ouidij lib. 1. Metamorph.

Cymba sedet alter adunca.

Et Virgil. lib. 6. Æneidos.

Gemuit sub pondere Cymba.

Et Propertius lib. 4.

Illa petit Nilum, Cymba malè nixa fugaci.

76 Sunt, & Lyntres, † de quibus Cic. in Orat. pro Mil. Repente Lyntribus in eam Insulam, materiam, calcem, cæmenta, atque arma conuexit. & Cæsar Commẽt. lib. 7. Conquirit etiam Lyntres, has magno sonitu remorum incitatas, in eandem partem mittit. Ex hoc dicto remibus lyntres operari voluit Cæsar. sed in partibus nostris Lyntres in lacubus, & stagnis conto exercẽtur, iuxta illud Virgilij lib. 6. Aeneidos.

Ipse ratem conto subigit, velisq; ministrat
Et Ferruginea subuectat corpora Cymba.

De his omnibus, qui satiari velit, accedat ad exquisitissimos commentarios Lazari Baysi de Re Nauali. Ex his notorium fit, quòd deficiente ponte, Nauicula, Scapha, Cymba, Lyntre, hisq; similibus, in locis, in quibus exigitur vectigal, is prouidere debet, cui vectigalis emolumenta quærũtur. In via autem Regia, ex iam dictis ex populorum solutionibus prouidendum erit: vt dixi supra cap. 7. vbi latè.

Quid si vectigal, pedagium, aut quid simile percipiebatur in ponte, vel Scapha alicuius fluminis, demum flumen mutauit alueum, an de-
77 beatur † pedagium, vel mutato loco, etiã loco primi debeatur? Barth. Veronẽs. de seruit. rust. præd. c. 34. de alueo. col. 1. vers. Quid aũt si alueus. post Bal. in rub. ff. de rer. diuis. nu. 28. censuit pedagium non deberi, quia ponte mutato,
78 † alius censetur pons argum. l. 3. §. Item Iulianus ff. de eo quod cert. loc. & l. fin. ff. de seruit. rustic. præd. ex quo pons dicitur à pono ponis, & sic à stabilitate. Sed ista vltima ratio mihi non satisfacit per ea, quæ superius dixi, quòd pons dicitur à Pontone; idest nauicula
79 † apta ad traijciendum flumen, quo casu similiter diceretur pons. Et si dicatur pontem dici à pono Ponis, vendicaret sibi locum in nouo ponte, vt omnibus est notum. Si autem diceremus dici à stabilitate, neq; hoc sibi locum vendicaret, nisi in ponte, vel arcu marmoreo, & sic non solueremus quæstionem. Tantò plus, quia si ponatur pontem dici à stabilitate esset cõtra Bartoli opinionem in dicta. l. Supra iter.
80 Qui censuit pontem verè appellari † ligneum: Quod fuit etiam de mente Dyni, & Alberici de Rosate in l. Hoc iure. §. Si aquam. ff. de aqua quotid. & æstiual. sequitur Ias. in dicta l. Quominus. num. 106. cum duobus seq. ff. de Fluminib. Anton. Capic. in inuestitur. feudal. §. Feudorum clausulæ. in verbo pontibus. vers. Et quando flumen. Sebastia. Medices de Casibus fortuit. parte 2. quæst. 8. num. 10. Vnde mihi videtur aliter dicendum fore: Quod, aut fuit concessum ius exigendi vectigal, vel pedagium in tali ponte, designando illum, & lo-
81 cum; & tunc Ponte † destructo pedagium non debetur, nisi in loco hoc veteri, pons nouus reædificetur; secus si superius, vel inferius. vt in l. si locus. in princip. & in fin. ff. Quemadmod. seruit. amitt. Ità Bald. in l. Si plures. num. 14. C. de condit. insert. Idem dico si flumen pontem non destruxerit, sed alibi cursum diuerterit, & demum ad primum locum

H re-

82 reuertatur, quia pedagium † exigi poterit. sequitur Francisc. Marc. in Decis. Delphin. 79. in fin. volum. 1. Anrè ipsum Ripa in dicta. l. Quominus. num. 116. ff. de fluminibus. Sebastian. Medic. vbi supra. num. 12. Aut fuit facta
83 concessio exactionis vectigalis à † Principe potestatem habēte, super Ponte talis fluminis, constructo, vel construendo, vel in tali flumine: & tunc diceremus mutato alueo posse conficere Pontem alium in eodem flumine, quia flumen loco loci designatum est: & est idem flumen. l. Filiæ suæ. §. fin. ff. de condit. & demōstrat. Cum flumen dicatur aqua fluens. Bald. in rub. ff. de rer. diuis. Aut alueus fluminis mutatus est vnico impetu; & tunc si est cōstituta peda-
84 gij † solutio in Pōte, cessat: aut paulatim facta est mutatio, & tunc pedagium exigi poterit; quia censetur idem alueus, idemq; flumen. dicto. §. Aqua. ità concludit Bald. in dicta rubr. num. 28. sequitur Iason in dicta. l. Quominus. nu. 106. & Capic. in loco proximè relato.

Ambigi potest; Si in flumine non est constitutum passagium, seu vectigalis, pedagijque solutio, sed in Ponte transeundo, qui vt vectigalis pensionem vitaret, vado fluminis transire,
85 vult, an teneatur ad vectigalis, siue † pedagij solutionem? Anteq̄ propositæ ambiguitatis resolutio assignetur, videndum erit, quid sit vadum. Accursius præcursor noster in dicta l. fin.
86 ff. de seruit. rustic. præd. exponit † vado, idest per gradus quosdam lapideos: & sic videtur intelligere de Ponte lapideo ex fabrica erecto per arcus ab vna ripa ad aliam, & in summitate ascenditur per gradus quosdam lapideos; Et hoc modo non benè diceret. Quæ sua declaratio literæ non congruit, vnde confugiamus ad aliam; quòd vadum est pars fluminis, stagni, lacus, vel maris, sic parum profunda, vt pedibus
87 † transiri valeat. Liuius lib. 8. Pontem, quia vado nusquam trāsitus erat, facere instituit. Hinc illud Lucani lib. 8.

Flumineis vix tuta vadis.

Et Anneus Seneca in Tragedia....

Vbi Lerna puro gelida perlucet vado.

Et Baptista Mantuanus ....

Sunt tenui flumina pressa vado.

Sic illud interpretatur Iacob. Spiegell. in Lexico. in ver. vadum. Et sicut in profundo periculum, sic in vado securitas. Vnde prouerbio di-
88 citur, Rem esse in † vado, dum in tuto rem esse ostendere velimus: ab illo Terentij dicto in Andria, dum ait,

Omnis Res in vado est.

Hinc vadimonium pro securitate vsurpatum
89 scimus in iure nostro, † vt benè annotauit Budæus in l. fin. ff. de orig. iur. vnde per vadū transire fluminis, per locum securum transire dicitur. Nisi intelligamus Accurs. intelligere vo-
90 luisse, Gradus † illos lapideos, esse quosdam lapides in fluminibus positos per rectam lineam, ammouibiles, sibi inuicē respondentes, super quibus per extensos passus fieri potest transitus, quos pluribus in locis ipsi vidimus in fluminibus paruis. Nunc vero his dictis respondendum est quæstioni. Bald. in l. 3. nu. 4. C. de Priuileg. Fisci. arguit ab vtraq; parte, & tandem concludit quòd ille non teneatur ad pedagium. arg. quorundam iurium Longobardorum, & postmodum se remittit ad consuetudinem; quem sequitur Antonius Capic. in loco supra allegato. vers. Et si quis habet. Sed
91 ego temperarem, † opinionem Baldi sic procedere quando concessio exigendi vectigal esset facta, & imposita transeunti per Pontem. Secus vero si esset imposita transeunti flumen, quia tunc siue per Pontem, siue per vadum, tenebitur vectigal soluere. Præsertim quia viatores transeuntes, potius per Pontem ire debent, quàm se ipsos aquarum fluctibus committere, quia vires hominum contra vires flu-
92 minum † non sufficiūt. l. Cæsar. ff. de publican. Nec debet quis fidere flumini, & aquis, sed potius per Pontem accedere, quo alij veterem
93 viam non relinquentes, † per transeunt. l. cum proponas. vbi Alberic. de Rosat. num. 3. C. de Nautic. fœnor. inde Apost. Paul. 2. Corint. cap. 11. dicit esse pericula in fluminibus: cum plu-
94 ra † multorum hominum exempla pateant, qui relictis Pontibus, volentes flumina ingredi, statim aquis absorpti, ac suffocati extitere. Melius est ergo, modicum illud vectigal persoluere, quàm illud retinendo euidenti periculo se exponere, quasi vitam, cōtra fidei Christianæ præceptum, modicæ parsimoniæ post habere. Hanc eandem opinionem concludere videtur dum ista typis excutiuntur D. Regens Io. Anton. Lanarius in consil. 11. num. 2.

Cum supra hoc eodem capite dixerimus, Dominos locorum, in quo vectigal exigitur, de Robaria in eorum territorio facta, teneri, videndum erit, an teneantur, si disrobatus
95 quis fuerit extra † viam? Dicendum est secundum Bald. in l. 1. in princip. num. 1. ff. de his, qui deiecerint, vel effuder. Quòd non tenetur, cum teneatur ire per viam rectam, & non per
96 Alpes: † quem sequitur Florian. in §. Summa. Paris de Puteo in tracta. Syndicat. in verbo. Robaria. num. 3.

Quæ pœna imminet transeuntibus, non soluentibus vectigal, & cui applicetur, Domino proprietatis locantis, an vero conductori ve-
97 ctigalis? † Quoad pœnam nulli dubium, quod res incidunt in commissum. l. Si publicanus. §. de rebus. l. Imperatores. §. Idem rescripserunt. l. Fraudati in princ. l. Cotem. §. eam rē. l. commissa. l. Interdum. in princ. & § Si propter necessitatē. §. Diui. vbi Accurs. in secunda lectur. ff. de Publican. & vect. l. 1. l. 2. C. de vectigal.

&

& commiss. Aymo Craueta in cons. 115. nu. 1. volum. I. Panormit. in consil. 68. in princ. vol. 1. Iulius Ferrett. de Gabell. num. 143. Io. Sanxon in Consuetud. Turonens. titul. 6. cap. 7. Art. 7. in princip. Sed hæc dicta recipiunt interpretationem, ac declarationem: Tunc res incidere in commissum, quando non est facta professio publicano, neque solutio; Secus vero si fuit
98 facta professio, non tamen solutio, quia † tunc non incidit res incommissum, vt in dicta. l. fin. §. Diui. el secundo. ff. de Publican. Salicet. in l. Neq; C. de vectigal. vbi narrans quo modo res incidat incommissum, dicit; q aut est omissa professio, & solutio, & tota res perditur; aut professio non est omissa, sed solutio, & tunc
99 octaua, quę solui debebat, duplicatur. † Panor. in dicto consil. 68. Rapha. Comens. in consil. 5. col. 2. Ferrett. in tract. de Gabell. num. 193. 238. Laurè Roland. à Vall. in consil. 42. nu. 8. vol. 3.

Quò verò ad acquisitionem cui debeantur
100 pœnæ fraudantium vectigalia? † Guido Papæ in decis. Gratianop. 477. num. 2. 3. dicit, deberi domino proprietatis. sequitur eandem opinionem Nicol. Boer. in Consuetud. Biturig. Titul. des Costumes des Fiefz, & cens. §. 9. in fin. Io. Sanxon in Consuetud. Turonens. Titul. 6. Des Proictz de Peages, & costumes. cap. 7. articul. 1. quæst. 4. Sed contrarium esse verum dicendum est: quòd immò tam res, quæ cadunt
101 incommissum, † quàm aliæ pœnæ debeantur conductori, & sic vsufructuario, & non Domino proprietatis, locanti. tex. est incauillabilis in l. Si quis. C. de vectig. & Commiss. vbi Bald. & Salicet. & voluit expressè idem Bald. in cap. 1. §. Sciendum. num. 2. de Feud. cognit. argum. l. creditor. in princip. vbi Cyn. ff de actio. emptio. Prosp. Pasoth. in consil. 190. sub num. 1. volum. 1. Nec obstant opposita in contrarium, quia loquuntur in diuerso casu, quando res incidit in commissum, ratione Laudemij non soluti, & in emphyteusi, quia illud ius est ratione directi Dominij, quod ius est perpetuum, ac permanens penes Dominum directum. Sed in casu nostro tractamus de pœna, quæ non est permanens, aut durabilis, sed momentanea. Nec obstat dictum Guid. Papæ in
102 † dicta decis. 477. quòd consueuerit illa Curia Parlamēti decernere pro domino proprietatis; quia poterat esse diuersus casus, & poterant esse etiam diuersa pacta, fortè ad fauorem domini locantis. Et demum ipse tenet contrarium. & ista opinio est securior, quia si pœnæ essent locantium, & non conductorum, ipsi conductores de facili deluderentur in exactione, quia excluso metu pœnæ illorum qui fraudem committunt, & ipsi transeuntes nihil persoluerent, quod cum sit absurdum, ex his videtur conductores esse in tuto.

Qui à vectigali, siue pedagio se prætendit immunem, an debeat exactori docere de eius immunitate, portando diploma, priuilegium, vel literas, aut Bulletam docentem de fide
103 immunitatis; & quòd bona † sint suæ? Dicendum est breuiter, vnumquemq; teneri professionem immunitatis exactori pedagij facere, ex notatis in l. fin. §. Quoties. ff. de publican. & vectigal. Vbi dicitur, Scholarem (quāquam immunis sit) debere petere bulletam à Ga-
104 bellario, alias libri incidunt † in commissum. Bartol. in dicta l. fin. §. Diuus. num. 2. dicens, quòd priuilegiatus à Gabellis, tenetur perfe-
105 ctè consignare † bona Datiario. sequitur Francisc. Marc. in decis. Delphin. 285. in fin. volum. 1. & in decis. 41. sub num. 6. volum. 2. Io. Sanxon in Consuetud. Turoneuf. titul. 6. cap. 7. articul. 3. Quod etiam procedere in cle-
106 ricis, licet sint immunes, † voluit Roland. à Valle in consil. 71. num. 22. vol. 4. Quamquam Scholari condonandum esse, si appareant signa illum esse scholarem, puta ex matricula, habitu, libris, via forte à studij loco ducēte, ac
107 similibus, excusari à cōmisso, voluit; † alios plures allegans Bernardin. Scodob. in Rep. Auct. Habita. cap. 8. Veniant. num. 1. C. Ne fil. pro patre. Horat. Lucius de Priuileg. Schol. Priuileg. 54. qui dicit tanto plus procedere, quando scholares essent minores. Quinimmò, quòd nulla sit facienda professio rerum, aut personarum, quæ notoriè sunt immunes, atque
108 exemptæ, nec bona incidant † in commissum, post Petr. de Anchar. in Clem. vltima. col. 2. de cēsib. voluit Ioan. Cephal. in cons. 451. nu. 268. cum pluribus seq. vol. 4.

Si exactor pedagij, aut vectigalis non est in loco, in quo fieri solet exactio, & viator iter faciens pertransijt absque solutione pensionis, & vectigalis, an teneatur ad pœnam? Breuibus
109 dicendum erit, quòd si trāsierit per † locum, in quo stare solebat gabellarius, siue exactor, & ibidem nō fuerit persistere inuentus, aliqua pœna non tenebitur. Sic tenuit Io. de Firmo in tract. de gabellis par. vltim. q. 15. in princ. quem refert, & sequitur Rolan. à Valle in cons. 42. nu. 10. vol. 3. Rationi enim non conuenit, vt qui itineri est accinctus, extra suos lares, ac domum teneatur quærere exactorem, iterq; suum longius facere. Sibi debet prouidere exactor, vt in loco permaneat, ibiq; exigat, ne ex suo ocio, vel negligentia, cogatur maximo suo damno aliò diuertere, ac suum iter cœptum non perficere. Vnde optimè fecit in hoc Regno Neapolitano Catholicus Rex noster, dum generaliter edixit, vt exactores vectigalium, siue passus, locum eligāt in itinere, in quo exigāt, & oībus notus sit exactionis locus, ibidéq;
110 † insignia; & arma lapidibus marmoreis, vel pictura erigant, vel insculpi faciant; & modus exactionis, ac solutionis statutus, magnis lite-

tis in marmore, vel penicello insculptus appareat, & præscriptus sit. Ibidẽ ex actor assistat, aliàs transiens ad nihilum tenebitur. Sumptus autem mihi videtur hic vsus à Iustiniano in Nouella. 128. vbi appellantur ij custodes publicarum tabularum. Et antiquius in Portu Si-
11 culo, lege Censoria cautum erat † scripto, inter cætera: Seruos, quos domo quis ducet suo vsu, pro his portorium ne dato. cuius meminit Alphenus in l. In lege. ff. de verbo. signif. Erat autem Tabula Ænea, lapidea, vel lignea, quid cuiusque rei nomine vectigalis penderetur, vt pluribus, quę omitto, probat vir eruditissimus Guliel. Fornerius in dicta. l. In lege. & iterum idem Fornerius Select. lib. 1. cap. 25.

Satis per terram nauigauimus, cõtra Pythagoræ præceptum: quod contra eos facit, qui vectigalia, ac similes conductiones ineunt, quæ turbulentæ sunt, & idcirco recusandæ. vt dicit Clemens Alexandrin. lib. 5. Stromaton. Hoc modico vectigali vectigal contentetur.

ARGVMENTVM CAP. XII.

Monetarum omnis materia hic deducta est, ità vt vix aliud desideretur in eo genere.

COMPENDIVM.

1. *Monetarum inuentum infaustum hominibus.*
2 *Monetam formare, ac cudere Principis est.*
3 *Monetam cudunt Papa, Imperator, Reges, Principes, ac Respublicæ, quæ habent iura Principum. nu. 4.*
5 *Renati Choppini I. C. Andegauensis laudes.*
6 *Monetam cudere, priuato non licet.*
7 *Iuris publici, quæ sunt, priuatis non licent, sine permissu Principis.*
8 *Moneta, publica forma percutitur.*
9 *Monetæ cudendæ ius à Principe conceditur.*
10 *Monetæ cudendæ ius competit præscriptione immemorabili.*
11 *Monetarum, quis primus percussor extiterit?*
12 *Phydo Corinthius an primus monetam percusserit?*
13 *Thare pater Abrahæ an monetam percusserit?*
14 *Cain Abeli frater, anxiè diuitijs cumulandis incubuit.*
15 *Ianus an monetam primus percusserit?*
16 *Ianus, an idem, quòd Noa.*
17 *Siclus argenteus, an esset moneta?*
18 *Siclus facit viginti Obolos.*
Oboli duo faciunt scrupulum.
Scrupuli tres faciunt drachmam.
19 *Drachmæ octo faciunt vnciam.*
20 *Monetarum signatarum principium, quando Romæ?*
21 *Moneta principis cudentis imaginem habere debet, & esse proba, ac iusti ponderis.*
22 *Imago in moneta, quomodo?*
23 *Probitas monetæ in quo consistat? nu. 24.*
25 *Intellectus Const. Adulterinam. nu. 45.*
26 *Antoninus Caracalla pecuniam, & monetam adulterinam faciebat.*
27 *Sic Liuius Drusus, qui æs argento miscebat.*
28 *Pondus monetæ in quo consistat?*
29 *Expensæ an includantur in valore monetæ.*
30 *Expensæ monetarum, an debeant fieri de publico? num. 31.*
32 *Alchimia, siue ars Chimica, an permissa sit? nu. 33. 36. 37.*
34 *Ars chimica, quantum detrimenti afferat.*
35 *Authores, qui de Alchimia, siue de Chimica arte scripsere recensentur.*
38 *Monetam Imperatoris cudens, qua pœna puniatur?*
39 *Monetam falsam cudẽti apud Aegyptios, ambæ manus amputabantur. nu. 87.*
40 *Monetam Regis, Principis alterius, vel Reipub. fabricans, qua pæna teneatur? nu. 41.*
42 *Intellectus. l. 1. C. de fals. monet. nu. 50.*
43 *Capitis pęna, mortis pœnam significat. nu. 44.*
46 *Intellectus Const. Qui nummos. nu. 54.*
47 *Monetam abradens, tondens, & tingens, qua pœna teneatur? nu. 48. 49. 52. 55. 56. 57.*
51 *Tincturis, quo modo fit adulteratio monetæ.*
53 *Auro, quo modo fit vitium.*
54 *Intellectus. c. Regni. Iam sæpe. nu. 62. 86.*
Intellectus Prag. Essendo che. sub tit. de monetis?
58 *Expendens monetam stanneam, vel plumbeam. num. 60.*
59 *Expendens falsam monetam, & si ab alio illam habuerit, tenetur ad restitutionem.*
61 *Contra monetarum falsarios proceditur veluti contra reos læsæ maiestatis. nu. 62.*
63 *Confiscatur. Domus, in qua falsa moneta fabricatur.*
64 *Quid si erit domus viduarum, aut pupillorum?*
65 *Dominus domus, in qua moneta conficitur, an puniatur? nu. 66.*
67 *Si dominus domus, vel Area, in qua reperitur moneta falsa, non ostendit, à quo habuerit: sic etiam si reperirentur ferramenta ad cudendam monetam. nu. 68.*
69 *Monetam aream, vel alterius vilis materiæ, qui condiderit, qua pęna puniatur? nu. 71. 72.*
70 *Domus appellatione, non venit domuncula.*
73 *Monetam bonam faciens, sine tamen licentia Principis, qua pęna puniatur?*
74 *Monetam bonam cudens sine Principis licentia incurrit crimen inobedientiæ, non autem falsi.*
75 *Monetam cudentem sciens, & non reuelans, punitur.*
76 *Reuelare quisq; tenetur Falsantes monetas, reos Maiestatis, ac similes.*
77 *Monetam publicam, vel Principis liquefaciens, fundens, vel destruens, qua pęna teneatur.*
78 *Aurifex, qui monetam fudit, vt de auret, vel animo faciendi vasa non punitur.*
79 *Monetam falsam fabricare incipiens, non tamen perficiens, quo modo teneatur? nu. 80. 81. 82.*
83 *Monetam Principis imagine signatam recusans, quomodo teneatur? nu. 84. 85. 86.*

88 Mo-

88 *Monetario non ex fide pecuniam versanti Galba manus amputauit, & mensæ affixit.*
89 *Commodus, Perennium, qui sua imagine monetam fabricauerat, morti tradidit.*
90 *Numismati subditorum nomina apponi indecorum.*
91 *Quis monetariorum iudex.*

CAP. XII.

NVnc se offert alia vectigalis species, scilicet Monetarum artificium, quo maxima mortalium pars anxiatur, ac præmitur. Vtinam
1 infaustum istud adinuentum †ab hominum cognitione fuisset alienũ, quia Auri sacra fames, mundum in diuersa non traheret, nec eorundem corpora, & animos pessũdaret. Sic tamen Deo Optimo Maximo placuit: cõmodũ enim, necessariumq; fuit inuentum, sed ob commoditatem, & necessitatem, pessima cumulandi, ac Regnandi cupiditas inuexit.
2 Monetam itaq; formare, & cudere†Principis opus est. vt ĩ dicto c. 1. Quæ sint Reg. vbi Andr. de Isern. Bal. Præposit. Aluarot. Afflict. & cæteri. Martin. Laudens. in tract. de monetis. lib. 1. num. 1. Francisc. Curtius in tract. eiusdem tit. nu. 1. Fabian. de Mõte sãcti Sabini de emption. & vendit. q. 5. in princip. Francisc. Marc. in decisio. Delphin. 152. num. 1. in decis. 186. num. 1. vol. 1. in decis. 614. num. 1. in decis. 648. vol. 2. Lancellot. Conrad. in Templ. omn. iudicũ. lib. 1. cap. 1. §. 4. in verb. Monetæ cudendæ. nu. 1. Ioachimus Mynsinger. obseruat. 24. Centur. 4. Qui asseruerunt hoc procedere in Papa, Imperato-
3 re, †Regibus, Rebus publicis, ac alijs habentibus iura Principis, & specialiter in Rege Catholico, vt de Rege Aragoniæ notatur in cap. Quanto. de iureiur. de Rege Hispaniarum. Gabriel Biel. de Monet. col. 6. vers. Circa prædicta dubitatur. & de Rege huius Regni Neapolitani. Andr. de Iser. Afflict. & alij. Anton. Capic. in inuestit. Feud. §. Feudorum Regalia. in ver-
4 bo. Monetæ. Quoad† Respublicas, est text. notabilis in l. creditor. ff. de solut. quem didici ab
5 eruditissimo viro Renato† Choppino in Consuetud. Andegau. lib. 1. tit. de iurisd. Andeg. c. 3. nu. 7. parte. 1. cuius authoris opera magnifacio, nõ modo, vti omnium scientiarum promptuaria, sed quia morum, ac modestiæ studijs, referta sunt. Et post Gaspar. Caball. ad Const. Picen. lib. 4. c. 64. in gl. A. & Io. Mantienco Recollect. lib. 5. titul. 10. l. 1. glo. 13. voluit Petr. Cenedo Collect. iuris Canonici. 80. nũ. 4. parte 2.
6 Priuato autẽ ius cudendi monetam† permissum non est. Host. Panor. Imol. & alij in dicto c. quanto. Bartol. Salycet. & alij. in l. fi. C. de fals. monet. quæ enim publici iuris sunt, sine Prin-
7 cipis pmissu, priuatis non† licent. l. 2. §. Si quis à Principe. ff. Ne quid in loc. public. Moneta
8 autẽ publica forma percutitur † l. 1. ff. de contrah. empt. & dicã infra, ergo priuato non permittitur. Priuilegio aũt per Principem conce-
9 ditur ius monetę cudendę tex. † vbi Zenzelin. de Cassanis in extrauag. Io. PP. 22. Prodiens. in verb. Priuilegiũ, & hoc Priuilegio potiebatur in Regno, Ciuitas Aquilæ, vt restatur Paris de Puteo in tract. Syndicat. tit. de Excessib. Baron. sub nu. 13. Quemadmodũ etiã, & consuetu-
10 dine immemorabili simile ius† competere potest. vt concludunt Guid. Pap. in decis. Gratianop. 498. & Mynsinger. in dicta obseruat. 24. centur. 4. Ægid. Bossius in tit. de Monetis. nu. 1.
Quis autem pecuniarum, ac monetarum per-
11 cussor primus extiterit, †diuersæ à scriptoribus afferuntur opiniones. Strabo lib. 8. retulit Phædonem, seu Phidonem quendam Aeginæ primum fuisse, Argẽtumque signare docuisse. Herodotus. lib. 1. Lydis hanc palmam tribuit. Augustin. Niphus in libell. de Diuitijs. cap. 23.
12 Dicit Phydonem fuisse Corinthiorum† Legislatorem, & primum monetam signasse. Albericus de Rosate in Dictionario. in verb. Monetæ.
13 dicit fuisse Tharæ patrem† Abrahæ, quem sequitur Guido Papæ. in decis. Gratianop. 498. in fin. Io. Coras. Miscellan. lib. 3. cap. 13. num. 2. Vnde Tarentinorũ Numi, de quibus post Aristotelem scribit Ianus Iuuenis de Tarentin. Histor. in Præfat. Cain Abeli fratrem, & Ada-
14 mi filium, anxiè cumulandis † pecunijs incubuisse, ex Iosepho scribit Polyd. Vergil. de Inuent. rerum lib. 2. cap. 20. Quod non reperi scripsisse, aut dixisse Iosephum; sed hoc tantum, quòd auarè inhiabat Diuitijs. Sed Ma-
15 crob. lib. 1. Saturnal. cap. 5. dicit: Ianum† primum pecuniam signasse, & Saturnum Classe peruectum excepisse, à quo cum bona nonnulla didicisset, ac Regni confirmationem accepisset, monetam ęream signatam, vna parte effigiem bifrontem, nauim altera expressit. hunc sequitur Polydor. loco supra allegato. referunt illos versiculos Ouidij. lib. 1. Fastorum, dũ ait:

Multa quidem didici, sed cur Naualis in Aere
Altera signata est, altera forma biceps?
At bona posteritas puppim formauit in Aere
Hospitis aduentum testificata Dei.

De quo Plutarc. Problemat. 40. & Pierius in Hieroglyphicis.
Sed omittendo in re seria opiniones Fabulosas, & ad veritatis campum accedendo, illa veritas videtur. Ianum fuisse Noha, qui
16 cum nouissimus † esset anterioris ætatis relictus, & pater futuri sequentis seculi post Diluuium; vt ex Beroso, Fabio Pictore, & Catone, latè docuimus, in Apologia Catholica, Italo idiomate confecta in sententiam Pilati, Aquilæ repertam, ad quã lectores remittimus; Tantũ abest, vt eius successores, pecunias in illius memoriam fecerint, Bifrontis imaginem hominis ex causa iam dicta monstrantem; Nauim ex altera, Arcam denotantem, ex sacræ scripturæ Historia; vt memoriæ relinqueret, pri-

mum ipſum fuiſſe, qui nauigandi vſum po-
ſteris in mundo reliquiſſet. Hinc, ſi rectè me-
moria teneo, Raphael Volaterranus, Arianum
primam prouinciæ illius Ciuitatem dicit, &
Aram Iani appellari; quod nō ſine admiratio-
ne aliquando conſiderabam, cum in eiuſdem
Ciuitatis territorio, non alia numiſmata fue-
rint inuenta, vel inueniantur hoc modo ſigna-
ta. Sic poſt modum poſteri, vt inter cæteros,
monetam ſignauerunt. Abraham, vt ſepeliret
Saram vxorē emit agrum ab Ephron quadrin-
17 gentis Siclis† Argenteis probatæ monetæ pu-
blicæ: vt patet Geneſ. c. 23. Erat autem Siclus,
18 viginti† obolos. vt habetur Exodi. c. 30. Oboli
autem duo faciunt ſcrupulum, Scrupuli tres
19 faciunt Drachmam, Drachmæ† octo faciūt vn-
ciā. Et ſecundū Hierony. in Ezechiel. c. 4. & 45.
Siclus ſtater eſt, hoc eſt Drachmæ quatuor. Ità
concludit Demetrius Alabaldus, de ponderi-
bus, & Voluſius Metianus ſimiliter de ponde-
ribus, & poſt ipſos Guliel. Bud. de Aſſe. lib. 1.
Quo verò tempore apud populum Roma-
20 num, pecuniarum ſignatarum principium† ex-
titit, poſt Plin. lib. 33. c. 4. & Didacum Couar.
cōputaui tēpora, & breuibus emēdaui, vt dixi
ad Petr. Bellugam in Specul. Principū. Rub. 36.
Vt dicatur autem perfecta, ac bona moneta,
21 quæ cōtinere debet? Tria debent adeſſe, † ima-
go Principis, vt ſit proba, & debiti ponderis.
Quoad primū, de Principis imagine, patet
ex eiſdem Iani Numiſmatibus, in quibus eius
effigies inſculpta eſt. Vnde Antiochus Rex
permittit Simoni Summo Sacerdoti, vt faceret
monetam propriam; dum ait. 1. Machab. cap. 15.
Et permitto tibi facere percuſſuram proprij
Numiſmatis in Regione tua. Et Matth. cap. 22.
inquit Chriſtus; Oſtendite mihi numiſma cen-
ſus. & paulò poſt. Cuius eſt Imago hæc, & ſu-
perſcriptio? dicunt ei: Cæſaris. & notatur in l.
1. & l. fin. C. de vet. numiſm. poteſt. lib. 10. Fa-
ciunt, quæ ſcribit Iuuenalis Satyra. 14.
Cum ſit cauſa mali tanti, & diſcriminis huius
Conciſum Argentum in titulos, faciesq; minutas.
Et hæc Principis imago eſt forma, & chara-
cter, de qua loquuntur Doctores ſupraſcripti
in hac materia; quod pecunia Principis, aut al-
22 terius, qui poteſtatem† habet, imaginem habe-
re oporteat: vt loqtur Albert. Brunus in tract.
de Monetis. particul. 1. nu. 15. & dixi ad Bellu-
gam in dicta Rub. 36. in finali apoſtill. Vnde
optimè Caſsiodorus lib. Variar. 7. cap. 32. Ta-
men omnino (inquit) monetæ debet integri-
tas quæri, vbi, & vultus noſter imprimitur, &
generalis vtilitas inuenitur. Quid nam erit tu-
tum, ſi in noſtra peccetur effigie? & quàm ſu-
biectus corde venerari debet, manu ſacrilega
violare feſtinet? Hinc Vlpianus de imagine
23 Philippi in pecunia† loqtur in l. Quintus mu-
tius. la 2. §. Sin autem. ff. de aur. & argent. legat.
Quoad ſecundū, ſcilicet probitatem, aliud
non denotatur, niſi quòd materia non ſit adul-
terata; debet enim eſſe pecunia, aurea, argen-
tea, vel ærea; & inter has ſpecies non eſſe mix-
24 turam, puta aurum cum argento, † vel æs cum
auro, aut argento; vel illas decolorando, alte-
riusvè coloris, quàm illæ ſint, eas reducendo:
contra. l. Quicunq; nummos. ff. ad leg. Cornel.
de falſ. ſuper quo optimè reparauit in hoc Re-
gno Neapolitano Rex Rogerius, qui Adulte-
rinam monetam cudentibus, pœnam capitis,
& bonorum mulctam irrogauit. in Conſt. Adul
25 terinam. † vbi Gloſ. Andr. de Iſern. Matth. de
Afflict. & alij. Probitas itaq; conſiſtit, vt mate-
ria adulterata non ſit. Hic concinit illud ſupra
adductum Geneſ. cap. 23. ibi (probatæ mone-
tæ.) Sic Plautus in Perſa dicit: Probi nummi.
Liuius lib. 32. Argentum (inquit) id probum
non eſſe, quæſtores renuntiauerunt. Hinc vi-
26 tio datur Antonino† Caracallæ Imp. à Dione,
& Xiphilino, quòd pecuniam adulterinam, pro
auro æs inauratum, pro argento plumbum ar-
gentatum, daret. Sic de Liuio Druſo Tribuno
27 plebis, quòd octauam † æris partem argento
miſcuerit, retulit Plin. lib. 33. cap. 3.
Quo verò ad pōdus, qđ eſt vltimū requiſitū,
exigitur, ꝙ ſit æquale in maſſa, ſiue materia
28 non elaborata, ſicut dum eſt ſignata, nec † in-
cludantur expenſæ in cudendo. Gloſſ. Andr.
de Barulo, & Io. de Platea in l. 1. C. de veter.
numiſm. poteſt. lib. 10. Idem Platea in l. Quo-
ties. C. de Ponder. & aur. illa. lib. eo. Afflict. in
dicta Conſt. Adulterinam. num. 5. Sed Innoc.
in dicto c. Quanto. de iureiur. dicit: quòd mi-
nimè deducantur expenſæ, in moneta cuden-
29 da exhibitæ, ita quòd ſit maior† valor, qui mo-
netæ tribuitur reſpectu expenſarum erogata-
rum, quàm ſit valor conſiſtens in ſola, ac ſim-
plici materia. Quam opinionē ego veriorem
cēſeo, nō obſtante, ꝙ Bart. in l. 1. §. Cui certum.
num. 1. in fin. ff. de aur. & arg. leg. tenuerit con-
30 tra Innocent. Quòd expenſæ debeant† fieri de
publico: authoritate l. 1. ff. de contrah. empt.
Ex quo ego dico verum eſſe, & probari in eo
textu, quòd Paulus Iuriſconſultus ibi dixerit,
pecuniam publico ſumptu eſſe faciendam. Sed
tamen iſtud ſanè intelligendum eſt, quando
Moneta fieret per Rempublicam, vt tunc illius
expenſis cudatur; Sed quando, vt nunc agi-
mus, loquimur in Regibus, qui eam ex propria
materia cudere faciunt, ſecus eſt dicendum;
& ità intellexiſſe Innocētium; quia ſi Princeps
ſolam materiam poneret, & nihilominus ex-
penſæ de publico fierent, Reges, Principesque
omnes nihil perderent, dum nihil expendunt,
ſed id de publico erogaretur. Inſuper dum Iu-
31 riſcōſultus dicit, expenſis† publicis cudēdam,
intelligi debet de populo Romano. arg. l. Bo-
na Ciuitatis. ff. de Verb. ſignif. & ſcribit Theo-
philus. in §. Flumina. Inſt. de Rer. diuiſ. Vel ex-
penſis publicis, ideſt ipſius fiſci; iuxta notata
in

in l. Inter publica. ff. de verb. signif. Vnde si Fi-
scus expensas faceret, quæ ex Bartoli, & sequa
cium opinione, deberent ex publico fieri, Re-
ges, ac Fiscus nihil expenderent. Benè arbi-
tror veram esse illorum opinionem, quando vi
geret Romanum Imperium, vt ante Iuriscon-
sultos erat. Et idem seruandum hodie est in
Republica Venetorum, Genuensium, Lucen-
sium, Ragusinorum, atq; similium. Quam Inno-
centij opinionem tenuit Afflict. in d. c. 1. in ver
bo Monetæ. Quæ sint Regal. & similiter con-
tra eundem Bartol. tenet Angel. de Clauas. in
Summa, §. Falsarius. nu. 6. Gabriel Biel in libell.
de Moneta. vers. Secũdo notãdum. qui inquit,
sententiam Innocentij cõmuniter teneri. Petr.
Belluga in Specul. Princip. Rub. 36. nu. 7. & 10.
vbi dicit quòd Opinio legistarum euanuit, &
per totum Orbem seruatur opinio Canonista-
rum. Albert. Brun. in Tract. de Augument. Mo-
net. Conclus. 1. nu. 2. 8. & 15. Didacus Couar. de
Veter. Numis. Collati. cap. 7. num. 5. Hippolyt.
Bonacoss. in Commun. Opin. Crim. §. Moneta,
Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 90. sub num.
4. in qua sequitur Innocentium. Tamen non di-
cit Innocent. in d. c. Quanto. vti eum refert Af
flict. quod expensæ debeant fieri de publico;
cum potius dicat quòd expensæ fiant sumpti-
bus, & onere Regio.

Doctores in d. c. 1. in verbo Monetæ. tractãt,
An ex Alchimia Monetæ fieri, & an illa sit lici
32 ta, eaque ars † permittatur? Quoad primum
Vanissima videtur mihi quæstio; quia si Aurũ,
Argentum, vel æs, puri erunt, cui dubium erit,
ex illis posse Monetas fieri? illarum verò exer
citium concedendum erit ab habente potesta-
tem, ex ijs, quæ supra diximus. Quo verò ad
33 operationem † hujus Artis Chimicæ, num sit
permissa? Et quis ambigit, quòd omnes artes,
quæ fiunt ad finem laborandi in sudore Vul-
tus, iuxta sententiam Dei omnipotentis homi
nibus traditam, ac ad bonum finem, & vtatur
medijs permissis, quod illa virtus Maxima sit?
Ex terra enim, alijsq; rebus, Aurum, Argentũ,
aliaq; metalla trahere, ad humanæ vitæ vsum
commodiorem, atque honestiorem percurren
dum, laudabile est. Istis namq; angustijs se ho
mo addixit, vt pro auro acquirendo, artificio
aurum inueniat, & aurum auro vendat, ex ter-
ræ enim visceribus, quam sic Deus creauit, om
nia nascuntur, siue in Fodinis, siue Montibus,
siue fluminibus; siue alio quouis artificio, illa
34 quærantur. Sed hæc Ars † grauissimorum vi-
rorum ingenia exercuit, bona consumpsit, vitã
extinxit, & quàm plurimos ad paupertatẽ ex-
tremã induxit; Inter quos quàm plurimi Prin-
cipes viri extitere, qui credentes in hac vita
fragili, stabile Regnum aliquod sibi ipsis præ-
parari, Auri Montes, Argentique flumina, va-
nissima quadam spe sibi promiserunt, & vanis-
sima etiam expectatione frustrati, inopissimi
euaserunt. Horum infinita propemodum exẽ-
pla, in medium adducerem, quæ quia à leuissi-
mi intellectus hominibus facta sunt, omittere
decreui. Qui vero Auri, Argenti, Aeris, Ferri,
chalybis, aliorumq; similium, naturam, inuen-
ta, & Artes callere intendit, habet illorum ope
ra, qui horum laborum ferè inutilium, quæ eo-
rum cerebris confinxerunt, conspicere pote-
35 runt; nempè, Auicennæ, † Alberti Magni, Io.
Chrysippi, Io. Anglici, Raymundi Lullij, Lanci
pij, Morieni, Arnaldi de Villanoua, Roberti
Vallensis, Georgij Agricolæ, & nouissimè Van-
nocij Berengucij Senensis in libris Pyrothec-
niæ, quos refert Petr. Gregorius in Sintaxi Ar-
tis Mirabilis. lib. 37. per totum, & multa ante
ipsum Germanographus lib. 1. & 3. quos, aliosq;
que similes consulant, qui fortè ocium habẽt,
vt ijs vacare valeant, quorum finis alius non
expectatur, præterquam olei, bonorum, ætatis,
ac temporum iactura. Ego verò humillimè om
nipotentem Deum testem inuoco, quòd si mo-
dico sumptu, quis hac via mihi Auri Montes,
modico tempore acquiri facere promitteret,
potius (si mihi dici fas est) somno mihi parum
amico, alijsq; indignis professioni meæ vani-
tatibus incumberem, quàm ista cogitarem. Sed
irrisione magna digni sunt Chymici, qui ima-
ginandi vi, Aurum, & Argẽtum possidere pro-
fitentur; de quo loquitur Leonardus Vairus
Episcopus Puteolanus de Fascino lib. 2. cap. 3.

Ars vero Chymistarum, vt dictum est, permis
sa est, si modo non fraudulenter, sed purè ex
36 † naturalibus causis fiat, & non Magicis, ac su
perstitiosis artibus; & dum tamen monetæ, vel
vasa quæ fiunt, vendantur, vt sunt; Bona, & Ve-
37 ra pro bonis, ac veris; falsa, & ficta † pro falsis,
ac fictis: vt tenuit Oldrad. in cons. 74. Caietan.
in summa. §. Alchimia. Syluester in §. Alchi-
mia. per totum: & nouissimè alijs comprobat
Petrus à Nauarra de restitut. Ablat. lib. 3. cap.
2. num. 65. cum duobus seq.

Quouerò ad penam constitutã, facienti bo-
nam, Adulterinam, vel falsam monetam. Con-
stituenda per me erunt plura capita, ex quibus
materia minimè inuoluatur; ex illorum namq;
resolutione, omnes cessabunt, & tollentur
ambiguitates.

Primum caput est; in Cudentе, aut falsifican
38 te monetam Imperatoris, qui flammarũ † exu
stionibus condemnatur. l. Si quis nummos. vbi
Salycet. C. de Fals. monet. Hostiens. Ioan. Andr.
Io. de Imol. in dicto c. Quanto. de Iureiur. Bar-
tol. in l. Quicunque. ff. de Fals. Alexand. in con-
sil. 121. num. 1. vol. 7. Didac. Couarru. de Veter.
numismat. collat. cap. 8. nu. 2. Iacob. Menoch. de
Arbitrar. Iud. Quæst. lib. 2. Centur. 4. Casu 316.
sub nu. 8. cum pluribus seq. & antè eum Fran-
cisc. Viuius. in Commun. opin. §. Monetam fal-
sam. nu. 2. Iul. Clar. in §. Falsum. num. 47. Matth.
de Afflict. in d. c. 1. in verbo Monetæ. nu. 3. Lan-
celotus

cellotus Conrad in Templo iudic.lib.1.cap.1. §.4.in verbo.Monetæ cudendæ.nu.5. Io.Aquila de Monet.potest.cap.10. & apud Ægyprios illorum lege, falsam monetam cudentibus am
39 bæ manus † amputabantur. vt voluit Diodor. Siculus.lib.2. Et peccant mortaliter, vt nouissimè concludit Petrus à Nauarra de restit.Ablat. lib.3.cap.1.nu.310.

Secundum, de falsificante monetam Regis, alterius Principis,vel Reipublicæ, aut Ciuita-
40 tis,qui † capitis pœna plectendus est.l.1.§.Sin vero.C.eod. tit. Quam declarauerunt esse pœnam deportationis.Salycet.in dicta.l.1. col. 2. & in l.2.vbi Bald.C.eo. tit.Alexan.in l.Elegantér.§.Qui reprobos.ff.de pignor.act.& in consil.104.per totum.vol.1.Raph.Comens.in cons. 138.col.pen.Marsil.in l. Qui falsam. ff. de fals. & in consil.71.nu.11. vol.1. Io.Aquila in dicto cap. 10.vers.inde elicitur, & ità esse Concilianda eadem duo iura, scilicet. l.1.§. Sin vero.& dicta.l.Si quis. C. de fals.monet. Iulius Scarlatinus in consil.115. nu.3.4. vol.1. Crim.diuers. Tamẽ eadem exustionis flammarum, vt in præcedenti versiculo dictum est,plectũtur qui sui Regis, Principis , vel Reipublicæ iura Principis habentis, monetam falsificant : ac pœnam
41 præfatam † habere locum in Principe non suo superiore : censuerunt Lãcellot.Conrad.in loco supra allegato. num. 5. Matth. de Afflict.in Const.Regni. Adulterinam. num. 3. & ità esse intelligenda,quæ dicunt Comens.Alex.Marsil. & alij vbi supra voluit Cardin. Paris. in consil. 169.num.5.vol.4.Iacob.Menoch. in dicto casu 316.num.26.43.& antè eos Barthol. Cæpoll.in consil.crim.17.Visa commissione.col.4. vers.Et ideo videtur quod dictus Andreas . Quem sequitur Ægid.Boss.in titul.de falsa monet. num.6.
42 Quinimmò ego † censeo.l.1. supra allegatam.. intelligi de eadem pęna.l. Si quis nummos. ex quo.l.1. fuit facta prius.directa ad Ianuarium, quæ fuit facta in anno secũdo Consulatus Constantini,& dicta.l.Si quis. fuit facta,in septimo Consulatu eiusdẽ Imperatoris,directa ad Tertullum. vt est.videre in Codice Theodosiano lib.9.sub tit.de fals.moner. Quinimmò illę leges ,quas in Codice Theodosiano habemus, non sic reperiuntur,sed ita fuere à compilatoribus reductæ, atq; exemplatæ ex pluribus legibus ibidem existẽtibus. Dicta autem Capitis
43 pęna , mortis pęnam † significat, vt patet ex l. Vnica. C. Theod. Si quis solidi circul. quæ est eiusdem Cõstantini data ad Leonrium,tractãs de pœna rodentium, ac adulterantium monetam,quæ dicit; Si quis aliter fecerit,aut capite puniri debet,aut flammis tradi,vel alia pœna mortifera.Et sic declarat pœnã capitis. esse
44 † mortiferam. de qua larius dixi de Magistratuum edictis lib.2.cap.8. Et in hoc Regno per
45 Const.Adulterinam † quæ imponit pœnam capitis, & bonorum publicationis, pœnam mortis infligunt. Et sic etiam per Const. Qui num-
46 mos.† Et sic passim monetarij falsi suspenduntur. de quo scribit Thom. Gram. in decis. 36. num.12.in decis.71.& 74. Foller.in fragm.post pract.crimin.num. 193.& seq.

Tertium,caput, de Abradente,Tondente,ac
47 Tingente monetam; si liber est, bestijs † subijcitur; si seru° vltimo supplicio afficitur. l.Quicunq;. vbi DD.ff. de fals.Dyn.in cõsil.38. nu.8. Aluarot.in dicto c. 1.in verbo. Monetæ.nu.3.in fin.vbi Afflict.n.3.& 18.Quæ sint.Regal,Iacob. Philipp. Porr.in consil. 7.nu.9. Petr.Foll.in dictis Fragment.num. 195.& seq.Boss.vbi supra. nu.9.Scarlatin. nu.10. & 11. Conradus.num.6. Bonacoss.in commun.opin.crim.§.Moneta.Io. Aquil. de potest. Moner. in dicto.cap. 10. vers. Extenditur procedere.Viuius in dicto. §. Moneta.sub nu.2 Menoch.in dicto casu.316.nu.6. 7.34.cum pluribus seq. Iacob. Nouell.in praxi Crimin.in rub.cõtra Monetarios. nu.10.remissiuè Iul.Clar. in d.§.Falsum. nu.48. Io. Ant.de Nigr.in c.Regni.Vt quæ ab excellentia.nu. 11. Quod declarauerunt aliqui procedere in mu-
48 tilante,vel abradente † aureas tantum monetas,non alterius speciei, inter quos est Hippolyt.de Marsil.in allegato cons.71 nu.11.Couar. in dicto c 8.nu.5. & fin.Clar. vbi supra.nu.48. Quò ad hoc caput ego in aduersum censeo, quod
49 siue † in libero,siue in seruo,sit mortis pœna, imposita per Constantinum in dicta. l. 2. C. de fals. Monet. & apparet ex dicta. l. Vnica. C. Theod.Si quis solid.circul.vbi de ijs loquitur, vti benè aduertit Menochi° in dicto casu 316. nu.35.reprehẽdens Marsil.& Couar.Maximèq; hoc suaderi potest, quia dicta.l.1. C de Fals.mo-
50 net.† loquitur de Adulterina moneta.Adulteratur verò,cum facies mutatur, vt altera appareat, quàm sit;puta argentea appareat aurea, & sic daretur argentum pro auro , vel æs pro
51 auro. Tincturis enim fit adulteratio,† vt à colore proprio mutetur . vt dicit Petr. Gregor. Syntagmat.iuris vniuersi lib.36.cap.2.num.30. & Dyn.in dicto cons.38. nu.8.& 9 Sicuti adulterata dicitur facies mulieris,dum est fuco illinita.Quò verò ad declarationem in Tondente,vel abradente solam monetam auream, ego
52 idem arbitror † procedere,sicut in aurea,arg.l. Lege Cornelia la prima.in princip.ff. de falsis. quæ loqtur pęnam.l. Corneliæ de falsis locum habere,quicquid vitij in auro factum extiterit: Quod ad intellectum huius declarationis, & totius huius capitis deseruit. Posset namq; vi-
53 tium auro † fieri actiuè,& passiuè. Actiuè dum aurum suo colore, & fusione materiam,vel monetam argenteam , vel æream regerer. Passiuè dum moneta aurea,tonsura pciditur.Ista enim suo pondere fraudaretur , illa vero colorata, falsitatem contegeret. In hoc Regno, vt diximus,pęna mortis, & bonorũ publicationis indistinctè seruatur.arg.dictæ Const.Qui nũmos.

&

54 † & c. Regni. Iam sæpe. & Prag. licet vigore.
ac Prag. Essendo che. Sub tit. de Monetis. & ità
seruatur, vt per Foller. in dicto. num. 193. 194.
Thom. Grammatic. in dicta decis. 36. nu. 12. &
in decis. 72. & 74. Niger in dicto c. Regni. Iam
sæpe. nu. 11. Quicquid dixerit Lallus de Tuscia
in dicta Const. Qui nummos. in fin.

Declaratur Secundò nō procedere in Tondē
te monetā superflui ponderis, dum abrasione,
55 † vel incisione facta, remanet iustum pōdus. vt
declarauerūt Marsil. in d. l. Qui falsam. nu. 100.
56 Andr. Alciat. in † cōs. 461. quos refert Menoch.
vbi supra. nu. 36. Qui illorum opinionem minimè probat, quam nec ego probarem; non modo, quia monetæ sunt factæ à Principe, & præsumuntur iusto pondere factæ, vt Menoch. dicit; Sed etiam ex alio, meo quidem iudicio; quia & si superfluo pondere essent, superflua illa quantitas auri, & argenti, non est illius tondentis, aut abradentis, sed fuit Regis, ac Principis, qui illam cudi fecit, quod non posset recta conscientia tondens, vel abradens sibi applicare, cum non sit suum. Quod nouissimè videtur etiā firmare Petr. Nauar. de restitut. ablator. lib. 3. cap. 1. nu. 325. 328. Et quamuis replicaretur, quod Moneta erat effecta tondentis, tñ est effecta sua solum pro concurrenti quantitate iusti ponderis à Rege stabiliti, & superfluum censetur alienum. Insuper temerarium quodammodo iudicari oportet, Reges, vel Principes monetam cudentes, subditos, aliosuè habere, quodammodo eius, ac suorum Magistratuum monetariorū, censores. Magna præterea daretur occasio monetas diminuendi, in qua diminutione, atq; censura, considerandam fore arbitror, malam lucrifaciendi intentionem.

Declaratur Tertiò, nō procedere in tonden-
57 te † monetam forensem, & alterius Principis
ac Dñi exteri, vt cōcludit Marsil. in dicto cons. 71. nu. 10. 11. Scarlatin. in dicto cōs. 115. nu. 10. Crim. diuers. vol. 1. Quā conclusionem, nec ego reciperē sic indistinctè; pœna tñ ordinaria non plecterem, sed sine pœna aliqua corporali, aut alia pecuniaria pertransire minimè sinerem; quia Ægyptiorum lege supra allegata etiam tondenti circum circa monetam, ambæ manus amputabantur: vt scribit Diodor. Sicul. lib. 2.

Quartum caput est de illo, qui expendit mo-
58 netam falsam, stanneā, plumbeam, vel alio † mo
do, quia tenebitur pœna legis Corneliæ de falsis, quam tulit L. Cornelius, Lucij F. Publij N. Sylla dictator, cuius meminit Vlpian. in dicta. l. lege Cornelia. §. Eadem. ff. de fals. & egò dicam in Commentario legum peculiari nomine insignitarum, si Deus voluerit. Bart. in dicta l Lege. nu. 3. vbi dicit: hac pœna teneri solū expendentem stanneos, vel plumbeos; In alijs verò modis puniri extra ordinariè. arg. l. Saccularij. vbi idem Bart. ff. de extraord. crimin. Matth. de Afflict. in Const. Adulterinam. nu. 9. & in dicto c. 1. in verbo. Monetæ. num. 16. Quæ sint Regal. ante ipsū Alex. in cons. 121. vol. 7. Iul. Clar. in dicto. §. Falsum. nu 49. Istud autem caput, quod est magis in vsu, recipit nonnullas declarationes, relatas à Menoch. in dicto Casu 316. nu. 51. vsq; ad finem; ád quem remitto Lectores. Super his tñ declarationibus vltra relatos per Menochiū addas Dyn. in dicto cons. 38. num. 8. Iacob. Nouell. in praxi crim. in Rub. Contra monetarios. nu. 7. 8. 9. Emanuel. Suarez in Thesaur. recept. sent. §. Moneta. nu. 197. cum tribus seq. Lancellot. Conrad. in dicto verbo. Monetæ cudendæ. nu. 6. in fin. Io. Aquilam in dicto tract. de Monetar. potest. c. 9. vers. Quintò, & vltimò. & cap. 10. vers. Extenditur procedere. antè ipsos Barth. Veronens. in cons. crim. 78. col. 1. Hippolyt. de Marsil. in consil. 47. & Niger in dicto c. Regni. Vt quæ ab excellentia. nu. 14. Crauet. in cons. 244. nu. 4. vol. 1. Expen-
59 dentes autem falsas monetas tenentur † ad restitutionem, nec excusabuntur, quòd ipsi illas ab alijs receperint. vt docuit Gabr. Biel in dicto tract. Monetarum. Conclus. 3. & 4. Secundò declara non procedere in expendente Mone-
60 tam reprobam, nec † in loco currentem, vel vsualem. Bald. in consil. 398. nu. 1. vol. 3. Alex. in dicta. l. Eleganter. §. Qui reprobos. & in dicto consil. 104. vol. 1. Afflict. in dicta Const. Adulterinam. nu. 2. Iacob. Menoch. vbi supra. num. 19. 22. Iacob. Nouel. in loco allegato. nu. 3. Cardinal. Paris. in dicto cons. 169. nu. 27. vol 4. vbi loquitur in specie de expendēte. quod & tenuit Petr. Nauar. de restit. Ablat. lib. 3. c. 1. nu. 326.

Quintum caput, quia contra hos monetarum falsarios proceditur tamq; cōtra culpatos cri-
61 minis † læsæ maiestatis humanæ. dicta. l. 2. C. de
fals. monet. Barthol. Cæpoll. in dicto cons. 17. col. 4. Foller. in dictis Fragment. num. 193. 194. Aegyd. Bos. in dicto tit. de falsa monet. nu. 6. Iacob. Nouell. vbi supra. nu. 1. Rolan. à Valle in consil. 73. nu. 7. vol. 3. Quod declaratum est, &
62 cauetur in hoc † Regno Neapolitano suis legi-
bus. vt in dicto c. Iam sæpè. vbi Doctores, & voluit Barthol. de Cassen. in consuetud. Burgund. Rub. 2. §. 1. in princip. nu. 21.

Sextum caput, non immeritò præcedenti simile, imponitur pęna domus confiscandæ, in
63 qua scelus monetæ falsæ fabricādæ, † commis-
sum fuit. l. 1. C. de fals. ment. Casseneus vbi supra. nu. 21. Io. Aquila de Monetarum potestatib. parte 1. cap. 8. in fin. & procedit, vt statim dicam. Quod declaratur non procedere in do
64 mibus viduarum, seu † pupillorum, pro quibus
tutores tenebuntur: vt notatur in dicta l. 1. & Hippolit. in dicta. l. Qui falsam. num. 62. ff. de fals. si ipsorum scientia id factum fuerit.

Septimum caput est, de Dño domus, in qua tale facinus patratum fuit, qui punitur si staret in eadem domo, vel proximo in loco, etiam quod
65 ignoraret: nisi cū sciuerit, statim † reuelauerit:
quia

quia tunc pœnam euitabit, alias pœnæ obnoxius erit. vt in d.l.1.§.Domus.C.de fals. Mone-
66 ta.Secus vero, si † Dñs domus à longè staret. iuxta ibidem notata. Quod sequitur Glos.& Doctor.in dicto c.Quanto. de iurerando. Boss. vbi supra.nu.7.Io.Aquila in loco allegato.parte 1.cap.8.vers.Sextum quòd is.

Octauum, si falsa moneta est reperta in domo, aut in Arca: quo casu ostendere debet à
67 quo† illam habuerit,alias punietur;cum præsumatur ipsum illam fabricasse, & cudisse. Bal. in cons.155.vol.5. Cardin. Paris.in dicto cons. 169.nu.30.vol.4. Menoch. in dicto loco supra allegato.nu.64.& 65.Fuit autẽ originalis opinio Cyn. in l. Maiorem. C. de fals. relata per Matth.de Afflict.in Const.Adulterinam. nu.7. Idem erit si in domo reperirentur ferramenta,
68 aut alia instrumenta† pro cudenda moneta.vt post Marsil.voluit Boss.vbi supra. nu. 7.

Nonum caput,de illo,qui æream,aliamuè modici valoris, ac vilissimam monetam cuderit:
69 † qui aliqua pœna puniri debet.Alexan.in dicto consil.104.col.2.vers.Præterea vbicunque. vol.1.arg.l.Senatus.§.Marcellus.ff.de leg.1.vbi
70 dicitur; Appellatione domus,non venire† domunculam.de quo per Corn. in cons.25. vol.3. Nicol.Boer.in decis.Burdegal.230.per totum. Matth.de Affl.in decis.Neap.129. nu. 15. Hippolit.de Marsil.in pract. Crim.§. Et quia.nu.6. & Alex. sequitur idem Marsil.in cõs.71. dicẽs: Excusari à pęna ordinaria. Ante ipsũ Philipp. Deci.in c.Maioribus.col 1.de pb. Aegid. Boss. de falsa monet.num.4 Matth.de Affl.in Const. Adulterinam.nu.4.Fabius Monteleo in practica arbitral.par.3.4. partis princ.nu.400.quem refert, & sequitur Menoch in dicto casu 316. nu.33.& 41.Sebastia.Medices de regul. iur. regul. 5. Ampliat. 124. Ferdinand. Vasquius de succes.resolut.lib. 1.§ 7. num. 39. Declaratur tamen pœnam mortis naturalis locum non ha-
71 bere in casu isto,sed tñ pœnã†deportationis. vt voluit Azo in Sũma.C.de fals. monet.Iacob. de Aren.& Cyn.in d.l.2.C. eo.tit.Io.de Platea in l.fi. C. de veter.numism. potest. Affl.in dicta Cõst.Adulterinã. nu.4. Vel saltim puniri posse
72 extraordinaria pœna†vt post Marsil.& Monteleon. voluit Menoch.d. num.41. Et Magna Curia in hoc Regno Neapolitano, sic arduè procedit in falsificante monetam æream,sicuti auream,& sic procedit in condemnationibus; vt vidi in multis causis.

Decimum caput est, de faciente monetam bo-
73 nam respectu materiæ,& ponderis†absq; Principis licentia, & permissu; is etiam falsi punitur.Glos.& Doct.in l.Sacrilegij.§.Qui cum moneta. ff.ad leg. Iul.peculat.Gloss.& Doct.in dicto c.Quanto.de iureiur.Alexan.& alij in l.singularia.ff.Si cert.petat.Iacob.Aluarot.in dicto c.1.nu.3.vbi & Præposit.col 3. Quæ sint regal. Boss.n.2.Io.Aquila de potestat.monetar.par.1. c.9.vers.Inde elicitur. Tunc enim Principis authoritatem sibi vsurpat. Cui concinit dictum Bartol.in l.Qui falsam.nu.2.ff.de fals. dicentis: Monetam falsam dici eam, quæ cuditur ab eo,
74 qui non†habet publicam cudendi authoritatem; quamq̃ hoc modo fabricantem, non incidere in falsum,sed tãtum in crimen inobedientiæ,censuit Hippolit.de Marsil.in d. l. Qui falsam.nu.66.eius tñ opinionem refellit, ac refutat Petr.Nauar.de restitut.Ablatorũ.lib. 3. c. 1. sub num.313. cum pluribus seq.

Vndecimum caput erit, de sciente,& habente notitiam eius,qui cudit monetã falsam:si enim
75 non†reuelauit,videtur consentire,& æquè puniretur.l.lege cornelia.§. 2.ff.de falsis. l.1.C.de fals.monet. Et est speciale in falsa moneta, in crimine læsæ maiestatis, ac similibus, vt vnus-
76 quisq; delinquentes manifestare teneatur. †vt docuit Bartol.in dicta l. lex cornelia.in princ. nu.2. Afflict.in dicta Const.Adulterinam. n.10. Io.Aquila in dicta prima par.c.7.in princip.

Duodecimum caput,de eo,qui monetã prin-
77 cipis, seu publicã liquefacit,vel fudit,vt† destruat; Tenetur enim eadem pœna falsificantium monetam.voluit Barto.in d.l.Lege Cornelia.in princ.nu.1. ibi, idest factos, & bonos destruxerit. quem ibi sequitur Salycet. & Io. de Platea in d.l. fi.C. de vet.numis. potest. Afflict. in Const.Regni.Qui nũmos.num. 3. Lancellot. Conrad.in dicto.verb.Monetæ cudendæ. in fin. Declaratur tñ non procedere in aurifice, qui
78 monetam†liquefacit, causa deaurandi, vel faciendi vasa aurea,vel argentea;quia non punitur,vt voluit Salicet.in l.1. & l.fi.C.de fals.monet.Frãcisc.Curt.de monetis.q. 7.nu.21.Niger in dicto c.Vt quæ ab excellentia.nu.13.Cæpol. in d.cons.crim.78.Hippolit.Bonacossa in com. opi.crim.§.Moneta. & sic passim vsus inualuit.

Decimũ tertiũ caput est,de eo, qui cępit monetam falsam cudere, non tñ perfecit; quia is
79 pęna fallantis monetam non punitur.†Paulus in l.Qui falsam.in princ.ff.de fals.Voluit Andr. de Isern.in dicta Cõst.Regni.Adulterinam.vbi inquit: Titulum de falsa moneta, non habere locum in eo,qui incæperit, & non finierit,quia pęnituit: quia dicit intelligi debere perfectè, & integrè.arg.dictæ.l.Qui falsam.sequitur Bal. in l.3.nu.2.C.de Nautic.fœnor. & in cons. 356. vol.1.Marsil.in d.l.Qui falsam.nu.68.ff.de fals. laté Affl.in dicto c.1.in verbo monetæ. nu.16. Quæ sint regal.Card.Paris.in cons. 169. nu.24. vol.1 Tho.Gram.in decis.74. Menoch. in dicto casu 316.num.23. & 24.Nouell.in dicta pract. crim.tit.Contra monetarios.n.2. Anton.Capic. in decis.Neapol.284.Prosper Paseth.in cõs.77. nu.3.vol.1.Io.Aquila in dicto tract. par.1.c.10, vers.Deniq; ex supra dictis. Niger in dicto c. Regni.Vt quæ ab excellentia.nu.10.Petr.Greg. Sintagmat.iuris vniuers.lib.36. cap.2. num.31. & ante hos nouissimos Bonifac. Vitalin. in tit.

de

de Pœn. falsantis monetam.num.1.

Declaratur tñ procedere, ꝙ non puniatur
pœna ordinaria,non tñ,ꝙ sit immunis à pœna.
80 † Raphael Comens.in consil.138. col. penult.
Alex.in d.cons.104.vol.1. & in hoc Regno nul
la habetur ratio,ꝙ monetam non finierit,& in-
distinctè, licet adhuc formata non fuerit, sed
solum ꝙ quis incœperit, punitur vltimo sup-
plicio; vt per Gramm. in dicta decis.74.in fin.

Declaratur secundò,tunc demum ordinaria
pœna non puniri,qui inchoauerint, & nõ per-
fecerint,dum tñ, pœnitentia ducti suum spon-
tè crimen detexerint; ac apud suum superio-
81 rem crimen † reuelauerint; secus verò si non
perfecerint, quia non potuerunt, impediri;
puta ꝙ in facinore deprehensi cõplere nequi-
uerint; vel pœnitentia fuerit post denũciatio-
nem iudici,ac superiori factam;quia tunc pœ-
82 næ locus erit. † Bart.in d. l.q falsam.vbi Mars.
nu.68 in fi.& post Didacum Couarr. in clem.si
furiosus. par.2.in princ. nu.11. de homicid. &
Fab.Montel.in pract. arbitral.par.3. princ. nu.
392. Voluit Menoch. vbi supra. num.24.& Io.
Aquila in dicto cap.10. vbi supra.

Decimum quartum,& vltimum caput est,de
83 recusante accipere monetam, in qua est † im-
pressa Principis imago, qui punitur pœna ex-
traordinaria.vt in l.1. C.de vet. numis. potest.
lib.10. Afflict.in d.c.1.in ver.monetæ num.8.&
23.quæ sint Regal. & in Constit. Regni. si quis
campsor.num.5.

Declaratur primò, vt procedat,dum tñ mo-
84 neta sit bonæ ligæ,& iusti † ponderis, & con-
currens cum Principis charactere; alias nõ te-
netur reprobam pecuniam accipere.d.l.elegã-
ter.§.qui reprobos. ff.de pignor.action.

Declaratur secundò, procedere in recusan-
te, aut refutante monetam sui Principis: Secus
85 verò si alterius Principis monetam † refutaue
rit;quia illã accipere non cogitur. Luc.de Pen.
in d.l 1. Afflict.in d.verb.monetæ.num.8.& 23.
Quod sublimitarem, nisi illa moneta alterius
Principis exteri expenderetur ex ordine sui
superioris, quo stante refutari non posset.

Declaratur tertiò,in Regno,refutantem mo
86 netam teneri ad pœnã duarum † vnciarum,seu
duodecim ducatorũ. vt in d. ca.regni. Iã sępe.

Diuersimodè apud diuersos Principes,& Re
spublicas,hoc scelere falsæ monetæ notatis,pę
na statuta est. Ægyptij,(vt supra dixi) ambarũ
87 manuum † amputationẽ huius criminis Reo
inferunt. Diod.lib.2. sic fecit Galba; nam,& in
88 Hispania Numulario non ex fide versanti † pe
cuniam,manus amputauit, mẽsæq; eius affixit.
vt est author Sueton. in Sergio Galba cap.9.

Et commodus Imperator Perennium morti
tradidit,quia cum sua imagine monetam per-
89 cusserat: affectatæ enim Tyrannidis signũ † no
toriũ erat. vt ait Herodianus.lib.1. Nihil enim
tam proprium Principes ducunt, quàm nomi-
na,vultus,& insignia in monetis insculpere. Pri
uatorum nomina publicis operibus imponi ꝑ-
mittunt; numismati vero nomina subditorũ
90 apponi † indecorum semper est habitũ. multa
ad hanc rem illustrandam eleganter scribit Pe
trus Aerodius. Decretorum lib.5. tit.11. c.1.

Huius autẽ criminis reos,quis iudicet, quisuè illorum Iudex competens erit, & quis illorum inquisitionis cognitor,& præsertim in terra baronis,aut alterius,quàm supremi Principis, delictum commiserit, vel subditus fuerit? Dicendum est,quòd quamuis cognitio, & criminis punitio spectet ad merum imperium, & sic illi,qui esset inuestitus de mero imperio:vt sunt omnes Domini in Regno, qui possent in simili procedere;tñ in omnibus Priuilegijs ordinarijs,iste casus excipitur,ac ipsi Principi supremo reseruatur. vt voluit Afflict. in dicto c.
1.in verb.monetæ.nu.19.Quæ sint regal.Renat.
Choppin.de Doman. Fran.lib.2. tit.7.num.15.
19.& 20.& Petr.Gregor.Sintag. iuris vniu. lib.
36.cap.2.nu.28. Cui Principi absq; dubio spe-
91 ctat,† cum læsæ maiestatis crimen sit.l.2. C.de
fals. monet. Vidi quandoq; à Principe ob maximam causam, cognitionem huius criminis inferiori fuisse concessam;& in specie vidi priuilegium à Rege Ferdinando,in quo huius criminis cognitionem Magno Cõsaluo Ferdinando de Corduba, Magno Capitaneo concessit. Sed tñ si Principi alicui adessem,qui huius gratiæ munus alicui conferre vellet,nunquàm hãc cognitionem dari consulerem, nisi illi daretur ius monetæ cudendæ, cum imagine beneficiarij; & illo tantum casu concederem hanc cognitionem suæ monetæ,non aũt Principis. Et si qñ de falsante monetã Principis, media causæ tm permitterem, sentẽtiã verò,& quicquid inde sequitur, Magistratibus Principum, quorum Maiestas læsa est,omnia remitterem.& dicam infra cap.16.& cap.62.

Quò verò ad monetæ mutationem, an, & qñ à Principe fieri valeat, & quæ requirantur? Declarat Petr. Belluga in Specul. Principum. Rub.36.vbi ego dixi.

ARGVMENTVM CAP. XIII.

De mulctarum, ac pęnarum compendijs agitur. quæ illa sint; inter mulctas, ac pœnas differentiæ.

COMPENDIVM.

1 *Mulcta,ac pęna sunt de regalibus.*
2 *Mulcta, ac pęna debentur domino iurisdictionis, ac meri, mixtiq; Imperij.*
3 *Mulcta, & obuentiones, iurisdictionum emolumenta sunt.*
4 *Mulcta est pecuniaria,pœna verò pecuniaria,& personalis.*
5 *Quadrupli,ac dupli pœna pecuniaria sunt.*
6 *Pęna à lege,mulcta ab homine constituitur.*

7 *Mulcta*

7 Mulcta mutabilis, loco, tempore, & personis; pœna firma, & certa. nu. 8.
9 Pęna debetur officio Iudicis mercenario: mulcta nobili. num. 10.
11 Pęna à quocunque cui commissa est; mulcta non nisi ab eo cui iudicandi munus publicè competit.
12 Pęna non remittuntur, nisi à solo Principe; mulcta augetur, & minuitur à Iudice. nu. 13.
14 Pęna pecuniaria plerunq; parti ad iudicatur; Mulcta verò criminali iudicio ab exactoribus Fisco infertur. num. 15.
16 Mulcta infamiam, aut ignominiam damnato non inferunt; sed pęna infert. nu 17.
18 Pęna iudictor semel suo officio fungitur; Mulcta verò, potest moderare, atq; iterum cognoscere. nu. 19.
20 A pęna si imponitur, regulariter non prouocatur; à multa vero sic. nu. 21.
22 Pęna, & mulcta concessa non dicuntur, nisi in priuilegio, vel concessione exprimantur.
23 Barones, ac beneficiarij regulariter in locum Regis, siue Principis succedunt.
24 Pęna, ac mulcta pro murorum reparatione imposita non confiscantur alicui, sed reparationi dantur.
25 Mulcta vnde dicatur? nu. 26.
27 Pęna ad quid inuenta sint, & quot genera illarum sint, latè ac remissiuè traditum est.
28 Mulctarum compendia intra annum exiguntur.

C A P. XIII.

MVlctæ, & pęnæ de Regalibus, & Principi
1 reseruatis sunt: vt in dicto. † c. 1. Quæ sint
regal. & notatur in l. Mulctarũ. C. de mod. mulctar. Sunt enim istæ mulctæ, ac obuentiones Fisci: vt in l. 1. ff. Si quis ius dicent. non ob temp. l. 2. § 1. vbi Accurs. ff. Si quis in ius vocat. non ier. Illi enim debentur mulctæ, ac pœnæ, qui iu
2 risdictionis, ac † meri Imperij Dñs est, euius sũt
fructus. Andr. de Isern. in c. 1. §. Si vero violator pacis. nu. 26. vers Et attende quia condemnationes. de Pace tenend. & eius violatoribus. Bartol. in l. Imperium. num. 8. & 12. ff. de iurisd. omn. iud. Paris de Puteo de reintegrat. feud. cap. 203. Quidam baro. nu. 8. fol. 112. Iacobin. de sancto Georg. in inuestit. feudal. §. Et cum mero, mixtoque Imperio. num. 6. Sunt enim hæ
3 mulctæ, & obuentiones iurisdictionum † emo-
lumenta. Bartol. in l. fin. ff. solut. matr. Bald. in l. fi. C. de fruct & lit. expens. Iacobin. vbi supra. in verbo. Marchio. §. Dubitatur. nu. 2. Christophor. de Castellion. in cons. 4. nu. 17. & 18. Io. Petrus Surdus in cons. 83 nu. 10. vol. 1. Latius dixi in cons. 1. nu. 4. 6. 59. 63. & per totum cent. 1. vbi scripsi plenè: An concessis prouentibus per Regẽ, veniant mulctæ, ac pœnæ pecuniariæ, cõfiscationes bonorũ, & cõpositiones in delictis?

Mulctæ vero à pœnis in nonnullis differunt. Primò, quia mulcta est animaduersio pecuniaria; Pœna aũt, & pecuniaria, & personalis, capi
4 tis, & † existimationis irrogari solet. Paulus in
l. Aliud §. Inter mulctam. ff. de verb. signif. Vnde dupli, & quadrupli pęnæ ex. 12. Tabularum
5 legib. licet pecuniariæ, tñ † pœnæ sunt §. Pęna-
les. & p rotũ. Inst. de actionib. l. fi. C. de litigios.

Secundò differunt, quia pęna à lege est con-
6 stituta; mulcta verò à Iudice † imponitur ac in-
ducitur. dicta. l. Aliud. §. 1. Constantin. Harmenop. in Promptuar. iur. lib. 6. rit. 3. §. Inter mulctam. Iacob. Aluarot. & Matth. de Afflict. in dicto. c. 1. Quæ sint Reg. in verbo. Mulctarum. & ideo insurgit, quòd.

Tertiò differunt, quia mulcta est incerta, &
7 pro tempore, loco, persona, dignitate, † ætate,
alijsq; circumstantijs æstimatur. l. Perspiciendum. l. Aut facta. ff. de Pęnis. l. Quid ergo. §. Pęna grauior. ff. de his qui notantur infam. l. 3. C.
8 ex quib. caus. infam. irrogat. Pęna vero † firma
est, ac certa, à lege stabilita, nec illã Iudex mutare, aut remittere potest. l. Seruos. C. Ad leg. Iul. de republi. & dicam infra.

9 Quartò, Pęnæ debentur officio Iudicis † mer-
cenario, quod accusationi, atq; actioni deser-
10 uit; Mulctæ verò officio Iudicis Nobili. † Bart.
in l. Iudex posteaquàm. in princip. vbi Alexan. num. 3. ff. de re iud.

Quintò, quia pœna à quocunque cui delicti commissio, & exequutio commissa est, exequitur, atq; imponitur; Mulctæ verò non imponun
11 tur, nisi † ab illis, quibus iudicandi munus pu-
blicè competit, & penes quos legis actio commissa est. l. 2. ff. de Iudic. & notatur in dicta l. Aliud. in fin.

Sextò differunt, quia pœnæ non remittuntur,
12 nisi à solo Principe, qui est † supra legem l. Prin
ceps. ff. de legib. & in eo omnis pœna est arbitratia, suoq; motu arbitrium vertere, ac volue re potest Bald. in l. 1. col. 8. C. de summa Trinit. Thom. Grammat. in decis. Neap. 36. num. 12. Barth. de Casęneo in Gloria mundi par. 5. considerat. 24. Thom. in 2. 2. q. 68. in fin. & hoc re-
13 gulariter. Mulcta item † potest per Iudicem au
geri, ac minui; pœna verò non. vt in dicta. l. Aliud. §. Et mulcta.

Septimò, pęna præsertim pecuniaria, & ad-
14 uersario, & hæredi plerũq; adiudicatur † l. Om
nes. l. Constitutionibus. ff. de act. & obligat. l. fi. ff. de furt. §. Pęnales. inst. de perpetuis, & tẽpor. act. l. Pupillum §. In hæredes. l. Pænalia. ff. de regul. iur. l. fi. ff. de iniur. l. 3. ff. de sepulchr. violar. de quo latissimè Petr. Faber. de regu. iur. antiq. c. 38. per totũ. Mulctæ verò exigũtur criminali
15 iudicio † à deputatis exactorib. & inde Fisco
inferuntur. d. l. Mulctarum. C. de mod. mulct.

Octauò, mulctæ infamiã aut ignominiã dam-
16 nato † non inferũt. d. l. 1. C. de mod. mulcta. sed
17 pœna reo ignominiam † infert. l. Infamem. ff de
Public. iud. l. Diuus. ff. de iniur. l. Non potest. ff. de furt. quod ego latius differo Consil. cent. 2.

Nonò, differũt, quia Iudex, qui semel pœnam indixit, functus suo officio dicitur, & ideo mu-

tandi,

tandi,aut reuocandi potestatem non habet, &
18 Iudex esset† desijt.l. Quod iussit.l.Iudex.l.Paulus.& l.Acta.§. De amplianda. ff. de re iudic.l. Solent.§.Sicut. ff.de offic. proconsul.l.fin.ff.de offic.procur.Cæsar.l.Nō potest.ff.de furt.l.Aut damnum.§.Fin.l.Mores.§.Iste.l.Diui fratres.in princ.ff. de pœnis. l.Prima.§. Fin. ff.de quæst.l. Post sententiam.C. de sent.& interloc.omn.iudic.l.1. C.sentent.rescind.non poss.Mulctæ verò Iudex, officio suo functus minimè dicitur,
19 quin†iterum possit de illa denuo cognoscere, illamq; moderari,& temperare; & in casu inopiæ,quòd mulcta damnatus soluendo non sit, illam remittere. l.Illicitas. §. Fin. ff. de offic. Præsid.l.Fin.C.de mod.mulct.

Decimò,& vltimò, de pœna regulariter prouocatio nō est;simul atq; enim victus quis est eius maleficij,cuius pęna statuta fuit,statim ea
20 †debetur. At mulctæ prouocatio est, nec ante debetur,q̄ aut non est prouocatū,aut prouoca-
21 tor victus†est.vt in l.Si quā pęna.ff.de verb.signif.de his differētijs latè Andr. de Iser. Aluarot. Pręposi.Bal.Afflict.& alij.in d.c.1.Quæ sint Regal.& melius q̄ alius qs piā Guliel. Forner. in d.l.Aliud est fraus.& in dicta l.Si qua pœna.

Ex ijs palam fit,tam mulctas, q̄ pœnas Regaliorum iure esse,& ideo cōcessa non videntur, nisi in diplomate,aut priuilegio exprimantur,
22 †iuxta alias dicta. & voluit Aluarot. in c. 1.§. Si quis alium.col.fi.de Pace tenend. pro ut fieri consueuit in hoc Regno,vt testatur latè Anton.Capic.in Inuestit.Feudal.§. Feudorū clausulæ.in verb.cum mulctarū, pœnarumq; compendijs.in princip.fol.126.col.2. Quo casu,dū conceduntur,in locum Regis,ac Principis,Barones,ac Feudatarij, & beneficiarij succedunt.
23 †arg.notatorū p Innoc.in c. Cœterū.de iudic. in c.Cū ad sedem.de rest.spoliat.Capic. vbi supra.& ego deduxi consil.1. Centur.prima.

Vnum tamen aduertendum fore cēseo, quòd siue Magistratus Regius is sit,siue Dn̄s,aut Baro quispiam alius,cui mulctarum, ac pœnarum concessio facta fuerit,& mulctas indixerint ijs, qui murorum,aut viarum reparationem nō fecerint,tales nec Fisco deberi,nec alteri Domi-
24 no,sed in illorum reparationem† debent erogari.l.Pen.§.Fin. C. de offic. rector. prouinc. l. Vnica.§.Fin.C.de ratiocin.oper.pub.Lucas de Pen.in l.Vnica.col.2.C.de palat.& domib.Dominic.lib.11.voluit Capic.vbi supra. vers.Pęnæ autem. Quod pessimè seruari vide in Regno; tā enim Portulani Regij, quàm alij baronales mulctas ad vsum viarum minimè conuertunt, quamuis exigantur impositiones pro aptatione viarum à Curia impositæ.

25 Mulcta vnde†dicatur?post Varronem docet Aulus Gell.Noct.Att.lib.11. cap.1. Budæus de Asse lib.5.& post eos Io. Brechæus. in dicta.l. Aliud est fraus. §. Inter mulctam. num.3. ff.de verbo. signific. Sed ego arbitror mulctam ap-
26 pellari à verbo Mulgeo, †quod significat, lac è Mammis extraho. Vnde illud Virgilij in Bucolicis.Egloga 3.

Iungat vulpes, & mulgeat hircos.

A Magistratibus enim mulcta è bonis non obtemperantis ita exigitur,vt quasi ad lactis similitudinem extrahatur. Lac enim cum sanguis sit in mammis,papillisq; albificatus, & concoctus:vt dixi consil.60.num.24.Centur.1.& extractus postmodum lac dicitur: sic mulcta ex bonis, quæ sunt secundus sanguis, vt ille ait, extracta,eodem modo appellabitur.

Pęnarum autem materiam,ad quid illæ inuentæ sint? quæ illæ sint à iure præfixæ? quot illarum species?Tum antiquas,tum nouas,ab om-
27 ni antiquorum† scriptorum schola amplissimè tradidi.de Magistratuum Edictis. lib.2.cap.8. ibi lectores remitto, quos comment. si Deus concesserit,propediè in lucē dare contendam.

Mulctarum compendia intra annum tantum
28 exigi posse,voluit ex multis†Petr.Peckius de iure sistendi. cap. 30. per totum. ad quem lectores aduoco.

ARGVMENTVM CAP. XIV.

Bonorum vacantium successio, quando, & cui debeatur,& cui denegetur.

COMPENDIVM.

1 *Bona vacantia ad Principem spectant.*
2 *Vacantia bona,quare, & vnde dicantur?*
3 *Intellectus Const. Regni. Dohana.nu.20. & 36.*
4 *Theodoricus Rex,quid dixerit,quoad bona vacantia, & caduca.*
5 *Rex Galliæ habet bona vacantia.*
6 *Respublicæ habētes iura Principis habent bona vacantia.*
7 *Fiscum habet Pontifex,Imperator,& Rex.*
8 *Coniuncti vsq; ad quem gradum in bonis vacātibus, Fiscum excludunt?nu.9.10.*
11 *Fiscus naturalem,ac spurium excludit, nisi sit restitutus natalibus.nu.12.29.*
13 *Obsidibus in obsidatu morientibus succedit Fiscus.*
14 *Fiscus in bonis in obsidatu quęsitis succedit.*
15 *Frater ordinis minorum sancti Francisci, an Fiscum excludat?*
16 *Fiscus,an excludatur à substitutis?*
17 *Fiscus,an excludatur,à socio cui insimul à Principe donatio facta fuerit.*
18 *Patronus viuens in successione liberti, an excludat Fiscum?*
19 *Vir vxori superstes, & è contra,an excludant Fiscum? num.20. 21. 22. 23. Quid lege.12. Tabularum 24.*
25 *Vxorum formulæ apud Romanos duæ,quæ vxor simpliciter,& quæ vxor materfamilias.nu. 26.27.*
28 *Legis Solonis.13.14.ac 12. Tabularum declaratio.*

CAP. XIV.

AD Fiscum Principis spectāt, defunctorum hæreditates, & bona, dum moriuntur ab intestato, nullis relictis personis, ad quos iure legitimo succedendi facultas deuoluatur: idcirco vacantia illa appellantur, & ad Principis
1 †Bursam accedunt, vt Callistratus ait in l.1.§. Diuus Pius.ff.de iur.Fisci.l.1 l.Vacantia.l.Si vacantia.C.de bonis vac.lib.10.l.fin §.cum autē in superiore.C.de caduc.toll.l.fin. §.Tali itaq; ordinatione. C.de curat.furios. habetur.in dicto c.1. quæ sint regal.Bartol.in dicta l. vacantia. & in l.fin.nu.50. versic.secundo casu. C.de Sum.Trinit.& fid.Cathol.Abb.Panorm.in consil.6.num.2. versic. Ex his infero. vol. 2. Alex. in consil.31.col.1.vol.1. Albert. Brun.in consil. 45. num.20. Neuiz.apud eundem.in consil.12. num.101.Iacob.de S. Georg.in inuestitur.feudal.in verb.præsentes.num.4.Nicol.de Vbald. de success.ab intest.par.vlt.Andr.Tiraq.i tract. Le Mort saisit le Vif.par.2.Declar.14. num.11. Nicol.Boer.in decis.Burdegal.50. num.14.nouissimè Antonius Sola in decret. Sabaud. in decret.Rempub.par.1.Glo 7.num.4. cum pluribus seq. Petrus de Gregor.Sicul. de concession.Feud.q 5.num.10.& q.7.num. 2.
2 Dicuntur autem vacātia, †quum nullum Dominum habeant, & illius bona fuerint, cuius hæres nullus est: Et verbum hoc vacāns, puræ latinitatis minimè dicitur, nisi deduceretur à verbo vaco, vt dicantur isto casu, bona vacātia, scilicet libera, ac nullius Dñio subdita: iuxta illud Cic.Tuscul.quęst.lib.2. Amplitudo (inquit) animi vna est oīum rerū pulcherrima, eoq; pulchrior, si vacet populo, nec plausum captans, sed tm̄ ipsa delectet. Caduca ista bona etiā appellari solent ab Imperatoribus in l. Si vacantia.C.de bon.vacant.lib.10. Caduca etiam illa appellauerūt Archadius, & Honorius.C.Theodosian.de incorporat. quòd probat Bertrand. Argentreus in consuet. Britan. in Protheoria. nu.5.Bona præfata vacantia nō Imperatori solum, sed Regibus, & Principibus, ac Reipublicæ, quæ Principis vice fungeretur, & Dñis, Baronibusq;, quibus Regalia concessa sunt, de-
3 bentur. Et in Regno isto † expeditum est, per Const.Regni.Dohanæ.de secretis.ibi: Sine hærede decesserit, nec filium, nec filiam legitimam, aut aliquem ascendentium, vel descendentium, aut ex latere venientium, qui ad successionem ipsius ab intestato posit de iure venire, reliquerit; nec testamētum fecerit, &c. vbi hoc concludunt Andr. de Isern. & Matth. de Afflict. & annotauit idem Afflict. in dicto

cap.1.

cap. 1. in verb. Bona vacantia. num. 12. in fin.
4 ¶De Theodorico Rege† Gothorũ, Comiti re-
rum priuatarum ſcribit Caſſiodor.lib.6.variar.
cap.8.Caduca (inquit) Bona non ſinis eſſe va-
cantia,ità quod vſurpatio potuit inuadere, tu
in Fiſcum noſtrum facis iuſtis compendijs ob-
tinere,proximos defunctorum nobis legaliter
5 anteponis.¶De Rege Galliæ†idẽ ſcribit Fran-
ciſc.Marc.in deciſ. Delphin. 297.num.2.vol.1.
Nec de his ambigendum, cum vt pluries dixi-
mus,ſupremorum Imperatorum, Principumq;
iure fungantur.Sic etiam in alijs Regibus,qui-
buſcunq; dicit Afflict. in loco allegato. nu. 12.
6 in fin. ¶De Ciuitatibus etiam† habentibus iu-
ra Principis, & Imperij, vt ſunt Reſpub. Sere-
niſs.Venetorum,Genuenſium,Lucenſium, Ra-
guſinorum,atq; ſimilium, quæ habent Fiſcum,
& obtinent iura Imperij, ac bona vacantia. vt
voluit Bartol. in d.l.1.nu.11. C.de bon.vacan.
Sed ex iſto Bartoli dicto,poſt Bal.in c. Ad hoc.
col.3.de allod. ſolos ſummum Pontificem,Im-
7 peratorem,ac Reges dicantur†habere Fiſcum
voluit Io. Vincent. Annius in ſingul. 220. vbi
dicit. Ipſo patrocinante,fuiſſe prohibitam Se-
reniſſimam Reginam Poloniæ tenere procura-
torem Fiſcalem in Statu Ducatus Bari,& in iu-
riſdictione criminali Griptaliæ. Sed iſto caſu
reſpondetur: Reginam fuiſſe prohibitam, non
tamquam Reginam tenere Fiſcum,quia in Re-
gno erat tãquam ſubfeudataria Regis noſtri,
& hoc non habebat in priuilegio. Sed non id-
circo in illa,& alijs Baronibus Regni,prohibi-
tum eſt ſuccedere in bonis vacantibus.vt poſt
Io.de Platea,& Iacob Rebuffi, in l. Cornicula-
rij.C.de apparitor.præfect.præt.lib. 11. voluit
Nicol. Boer. in dicta deciſ.50. num. 14. in fin.
Nicolaus Vbald.vbi ſupra. & etiam Anton.So-
la.in loco ſupra allegato.

Vſque ad quem tñ gradum coniuncti eſſe de-
bent,vt Fiſcum à bonis vacantibus excludant?
8 † Renat.Chopp.de Doman. Franciæ lib. 1. tit.
13.nu.7.multas retulit opiniones ſibi inuicem
aduerſantes. Communis tamẽ omnium ſenten
9 tia eſt vſq; ad Decimum gradum † coniunctos
Fiſcum excludere. arg.§. Hocloco. vbi Angel.
de Aretio.Inſt.de ſucceſſ. cognat. habetur in l.
pen.C.vnd.cogn.Nicol.deVbald.vbi ſup.col.1.
Conſanguinitatis tamen, vel gradus ſucceſſio-
nis probatio per coniunctum defuncti ſucceſ-
10 ſionem prætendẽtem†facienda eſt.vt per Maſ-
uer.in pract.titul.de probat.nu.18. &ſeq.verſ.
Item ſi Fiſcus quem ſequitur Andr. Tiraquell.
de retract. Conſanguin.§ 1.Gloſſ. 16. num. 9.
Aliqua ad materiam colliguntur dum hæc ty-
pis excluduntur, ex Flaminio de Rubeis in
conſil.16.num.23.& 54.vol.1.

Axioma itaq; tale ponendum erit.Fiſcus Im-
peratoris,Regis,Reipublicæ, Baronis, vel Do-
mini,Defuncto cum teſtamẽto, ac nemine ad-
eunte,aut ab inteſtato,& nemine intra decimũ
gradum exiſtente,qui ad ſucceſſionem aſpiret;
tamquam in bonis vacantibus ſuccedit.

Primò extenditur iſtud axioma,procedere,&
ſi filius naturalis, aut ſpurius ſit in medio:Fi-
ſcus enim, ſpuriũ, ac naturalẽ,tamq̃ incapacẽ,
11 †præuenit:vt voluit Nicol.de Vbaldis.in dicta
par.4.in princ. Si tñ nemo alius exiſteret, con-
cluſio iſta non ita paſsim reciperetur; ſed ſal-
tem cum moderamine, traditionis portionum
ſibi ſpectantium. iuxtà ampliſſimè tradita ab
Illuſtriſs. Card. Paleoto. de Nothis, & Spur.
c.38.per totum. Et ſimiliter ſi per ſubſequens
matrimonium, vel ab habente poteſtatem fue-
rit legitimatus, ſeruatis tñ de iure ſeruandis,
12 quoad citationẽ†coniunctorũ.arg.notatorum
per Barthol.Socin. in conſ. 216. & 245. & 251.
vol.2.Sigiſmund.Loffred.in conſ.1.& 8. Augu-
ſtin.Berous in conſ.23. nu.14.vol.2.Iacob Phi-
lipp.Port.in conſ.105.per totum.Franciſc.Bur-
ſat.in conſ.72.& 76.vol.1.Aym.Crauet.in con-
ſil.138.Hierony.Gabriel. in conſil. 31. vol.1.&
in conſ.21.22. & 103. vol.2. Thomas Doccius
in conſil.153. per totum.Barthol. Bertazzol.in
conſ.ciuil.91.nu.1.vol.1.Io.Petr. Surd. in con-
ſil.1.per totum. vol. 1. Qui alios multos refe-
runt, quos omitto.

Secundò extenditur procedere etiam in obſi-
dibus,ijs enim in obſidatu morientibus, ſucce
13 dit†Fiſcus.l.Diuus commodus. ff.de iur. Fiſc.
Nec de ijs diſponere,aut teſtari poſſunt.l.Ob-
ſides. ff. de Teſtament. Hoc tñ ſubtemperatur
procedere in bonis in obſidatu quæſitis; ſecus
autem in alijs, quæ prius habebat, in quibus
14 † ſuccedunt ab inteſtato venientes. l. In frau-
dem.§.Bona. ff.de iur.Fiſc.

Tertiò extẽditur,& ſi fuerit frater ordinis mi
15 norũ S.Franciſci in medio,qui†nec ipſe Fiſcũ
excludere poterit.arg.Clem. Exiui.de verb. ſi-
gnif & eorũ,q̃ habẽtur in Auct.ingreſſi.C.de ſa
croſ.eccle.ſup quo dicendũ iuxta cõcluſiones,
quas tradidi controuerſ.17.per totũ. Cent. 1.

Temperandum eſt tñ primũ Axioma,pluribus
modis.Primò excludi Fiſcum à ſubſtitutis,qui
16 eidem†præferũtur.l.vnica.§ His ita. C.de ca-
duc.toll.Accurſ.in d.l.1.in verb.legitimo.C.de
bon.vacant.lib.10.Gerard.Mulert.ad Rolãdin.
de vltim.volunt.tit.de ſucceſſ.ab inteſtato ſub
nu.32. omittendo pro nunc Ferdinand. Vaſq.
de ſucceſs.progreſs.lib.2.in præf.num. 12 Qui
videtur eſſe in opinione contraria.

Secundò temperandum eſt, Fiſcum excludi à
conſocio, cui à Principe coniunctim fuit facta
17 donatio, quia† ſi alter ſocius ſine hæreditate
deceſſerit excluſo Fiſco, ſocius admittitur l.
Vnica.C.ſi liber.Imper. ſoc.lib.10. Alex.Curt.
Crot. Socin. iun. Zaſ.in l. Simili & Titio. ff. de
verb.oblig. Lud. Bolognin. in conſ. 1.Marian.
Nepos.in conſil.73.vol.1. Reſtaur. Caſtald. de
Imperat.quęſt.110.caſu 105.Mulert.vbi ſupra.
Ægid.Bellemer.in conſil.23. num.5 Afflict. de

iure Protomixeos. in rub. sub num. 24.

Tertiò tempera, nō procedere, moriente Liberto, superstite patrono, quia in succedendo,
18 iste Fiscum † excludet. vt in l. Si quis praesbyter. Ibi; Aut patrono legibus debentur. C. de Episcop. & Cleric. §. Sed nostra. & tot. Titul. inst. de success. libert.

Quartò, tempera, Si viro morienti, vxor superuiueret, vel econtra, alter ipsorum super-
19 stes † fuerit, quia vxor viro, & econuerso, excluso Fisco, admittitur. l. 1. C. vnd. vir. & vxo. gloss. in d. l. 1. C. de bon. vac. Gerard. Mulert. vbi sup. nu. 31. Corn. in cons. 324. vol. 4. And. de Iser. in Cōst. Regni. Praesenti lege decernimus. & in c. 1. in verbo. Bona vacantia. nu. 19. & 20. Quae sint Regal. vbi Aluarot. sub nu. 4. dum allegat. l. 1. C. vnd. vir. & vx. ibidem Afflict. nu. 2. & in dicto tract. Prothomix. in rub. sub nu. 24. Idem procedit si vir est clericus, & in vxore eius. vt post Odoffr. io sum. de success. ab intestat. sequitur idem tenens, ac referēs Alberic. de Rosat. & post eum Ias. in dicta l. 1. C. vnd. vir, & vx. quos refert. Tiraquell. Le Mort saisit le vif. parte 2. declarat. 14. nu. 1. Itaq; opinio, quod vir, & vxor inuicem succedant, & excludant Fiscum, facit ad intellectū eiusdem Cōst.
20 Regni Dohanae † de secretis. vbi enumerantur personae Fiscum excludentes, & tandem ibi nō fit mentio viri, & vxoris: quinimmò in Regno
21 virum, & vxorem excludi à Fisco † voluit glo. in dicta Const. Dohanae in fin. quam sequitur Lallus de Tuscia in dicta Const. praesenti. nu. 4. Andr. de Iser. in dicta Const. sensit cōtrarium,
22 quòd immo † vxor non excludatur à Fisco. Quem sequitur ibidem Afflict. q. 4. num. 9. optimis rationibus, vt ex ipsis est videre: Quod confirmari potest per aliam rationem; quia, & si enumerauerit personas à quibus Fiscus excluditur, inter quos non ponitur vir, & vxor; Tamen cēsetur illud remissū dispositioni iuris communis l. commodissimè. cum similib. ff. de liber. & posth. Nisi consuetudo esset in loco, per quam hi à Fisco excludi soluerint, quae esset obseruāda. vt ibi dicit Afflict. Hoc etiam
23 optimè declarauit Theodoricus † Gothorum Rex, qui scribens Epiphanio viro spectabili, consulari Prouinciae Dalmatiae apud Cassiodorū lib. 5. varia. cap. 24. ait: Ioannā Andreae quondam iugali suo successisse, legis munere perhibetur; quae intestata nullis existentibus proximis, luce dicitur esse priuata, cuius substantia à diuersis, nullo legitimo iure suffultis, vsurpatione voluntaria suggeritur possideri. Et qa caduca bona, Fisco nostro competere, legum cauta decreuerunt. & quae sequuntur. & post Alexan. in cons. 31. vol. 1. quem refert, & sequitur Anton. Sola in Decretis Sabaudiae. in Decreto Rempublicam. Glo. 7. nu. 4. Choppin. de Doman. Franciae. lib. 1. tit. 13. sub num. 8.

Nouum tū id minimè videatur, sed ab antiqua
24 legum 12. Tabularum † dispositione de promptum, quibus cauebatur, matrem familias viro, virum ei, haeredes inuicem fieri: ità enim ea de re scribit Dionys. Halicarnas. lib. 2. ex Romuli instituto prius factum fuisse, & postmodum in 12. Tabulas relatum; Legis verba illa sunt: Vt quae mulier viro in manum conueniret, ea mulier illi viro materfamilias esset; Rerūq; ipsius oium, ac sacrorum socia, suaq; ei haeres fieret: item vt hic illi. Erant autē apud Romanos duae
25 vxorum formulę, quae vxor † simpliciter: Et quę vxor mater familias. Materfamilias autem dici nequibat, nisi in mariti manum conuenisset; & è contra vir in vxoris manum, & inde pater familias diceretur. Hinc Vlpianus Instit. c. 22. & 29. dixit. Vxorem, quae in manu est, in potestatē haberi. Vnde Cic. in Top. lib. 3. ait: Quòd si Fabiae ità à viro est legata pecunia, si ei viro Materfamilias esset; si ea in manum viri non conuenerat, nihil deberi. Quo in loco Boetius cap. 11. inquit: Quae vxores quę in manum per coemptionem cōuenerant, hae matresfamilias loquebantur: & post pauca. Vir ità: An sibi mulier materfamilias esse vellet? illa respōdebat, velle. Item, mulier interrogabat: an vir sibi paterfamilias esse vellet? Ille respondebat, velle. itaq; mulier viri conueniebat in manum, & vocabantur hae nuptiae per coemptionem, & erat mulier materfamilias viro, loco filiae: quam solemnitatē in suis institutis Vlpianus exponit. Haec scribit Boetius. Huc spectant alia verba eiusdem Ciceronis in eodem lib. 3. Top. dum
26 dicit: Cum mulier viro in manum † conuenit, omnia quae mulieris fuerunt, viri sunt, dotis nomine. Atqui hoc idē videtur, quod dixit Aulus Gellius Noct. Attic. lib. 18. c. 6. Matrem autem
27 familias (inquit) appellatam † esse eam solam, quae esset in mariti manu, mancipioque; aut in eius, in cuius maritus manu, mancipioq; esset; quoniam nō in matrimonium tm̄, sed in familiam quoq; mariti, & in sui haeredis locum venisset. Dictum verò hoc anteà fuerat à Cic. in Orat. pro M. Caelio. Non enim (inquit) quaeuis vxor, statim materfamilias est, sed ea sola, quae in mariti manu, mancipioque est. Sequitur Ludouic. Charondas ad Vlpianum Titul. 4. optimè Fraocisc. Connan. Comment. Iuris ciuil. lib. 8. cap. 3. nu. 3. 10. Btechaeus in l. Pronuntiatum. num. 5. ff. de verb. signif. Non omittam tamen Pardulphum Prateium, diligentem antiquitatum perscrutatorem in iuris prudentia veteri Solonis l. 13. & 14. leges, sensum, ac literas istas separasse, illasq; ad diuersos effect' traxisse, vt
28 ità sonarēt, vt dum lex ait: Mulier viro † legitimè coniuncta, fortunarum, & sacrarum socia illi esto, vtque domus ille dominus, ità, & illa domina. Deinde illam Prateius diuidens, facit aliam legem. Filia vti patri, ità defuncto viro haeres estò. Quam ipse declarat in filia, nō ita intelligēdo admittentem: Cum enim loquatur

tur de viro defuncto, quid necesse est in vlti-
mis verbis de filia obloqui? Nisi eo modo ver-
ba coniungantur, pro ut illā retulit Aymar. Ri-
ual.Histor.iuris ciuil.lib.1.dū ex Dionysio ait:
Vt mulier, quæ viro per sacras leges coniuncta
esset, pecuniarum omnium, sacrorumq; socia
esset, viroq; defuncto, vt filia patri succederet.
Nil aliud designans, nisi vxorem eō modo de-
functo viro succedere, quàm vt filium patri. &
ita Pratæius rectè dixerit.

Quintò tempera, Si morienti spurius legiti-
29 matus superbineret, quia ab eo† Fiscus exclu-
deretur, vt supra dixi.

Sextò tēpera, in filijs adoptiuis, qui, & ipsi Fi-
30 scum† excludūt.l.1.§.fi. l.2 §.Parui aūt refert.
ff.de suis,& legit.hæred.§.Per adoptionē.Inst.
de legitim.agnator.succeff.l.Cū adoptiuis. C.
de adopt.Glo.fi.in l.Vacātia.C. de bon.vacan.
lib. 10. simile dicimus in filio Arrogato.

Septimò tēpera, in successione expositorum,
31 qbus succedit Hospitale, Fisco excluso.†Bald.
in l.Si qua illustris.nu.6.in fi.vers.& ideo expo
sitis.C.Ad Senatus.Orfician.Glo.in l.Nutrito-
ribus.C.commun.de succefs. Sed hoc Baldi di
ctum ego declararem procedere, qñ infans ex-
positus, esset ab hospitali educatus; alias non
viderem causam, quare hospitale succederet,
cum nullā in hoc adducat legem, nec causam
assignet, nec id reperiatur iure cautū: & ratio-
ne educationis succedere quis alicui minimè
debet, cū dicat idem Bal.in d. l.Nutritoribus,
32 q educatio ius succedendi † minimè tribuat.
Quia oēs Cauponæ, & Tabernarij succederēt,
quod dictū nephas est. Tñ qñq; vidimus edu-
catores educatis morientibus successisse. Sic
33 Cyrus exposit.† Persarū Regno succefsit, eoq;
34 potirus est.vt scribit Herodot.lib.1.Sic &† La-
missio puer in lacunā à matre positus, ab Agil-
mūdo Lōgobardorū Rege educatus, ipso mor
tuo, educatoris Regnum sortitus est. vt scribit
Paul.Diac.de Gest.Longob.lib.1.cap.3.Petrus
Mesia in Silua var.lect.lib.2. c.32. Simon Ma-
iolus de Irregularit.lib.l. c.11,nu.3.& antè ip-
sum Alexan. ab Alexādro Dierum Genialium
lib.2.c.31.Quæ omnia pro Baldi opinione mi-
nimè congruunt, quia supra relati, non tam in
Regno iure successorio, q̄ electione, vel sorti-
tione peruenere: sua tñ opinio bona est,& pro
causa pia hospitalis. Stricto tñ iure attēto, Fi-
scus eius locum occuparet; Ne videatur, vt Iu-
stinianus ait, quasi cōtractu quodam mercimo-
nio, ius pietatis exercuisse. vt in l.Fin.C.de in-
fantib.& Languid.exposit.Nisi quatenus, cum
erogatis expensis concurreret.arg.notatorum
in l.Patrem.C.de nupt.alias semper Fiscus suc
35 cederet,† vt nouissimè censuit Antonius Sola
in Decretis Sabaudiæ in Decreto. Abusionib.
Glos.3.in fin. subtit. de captur. debitoris.

Octauò, declara in Regnicola, q quoties Fi-
scus succedit, tñ tertia pars bonorū per mini-
stros Regios pauperibus pro illius defuncti
36 †anima, erogatur. vt in d.Cōst. Dohanæ in fin.

Nonò declara non procedere in tutore, cum
37 & ipse, Fisco successionem eripiat,† vt ex glo.
in l.Quo tutela.ff.de regul.iur. voluerunt Dyn.
Alberic.& Corn.in l.1.C.vnd.vir.& vx.Bald.in
d.l. Si qua illustris. nu.6.in fin.Afflict.in d.c.c.
in verbo.Bona vacantia.nu.4.Amanell.de Cla-
ris aquis in singul. 242. Quam opinionem de-
38 clarāt fore intelligēdā, si modo pupillus† mo-
riatur, dū est sub tutela,& eadem tutela durā-
te; alias supradicta opinio minimè pcederet.
39 Supra dictam opinionem† reprobauit Bart.in
l.Quo tutela.& in d. l. Nutritoribus. quem se-
quuntur Angel. Iud.Roman. & Ias.in d.l.1. C.
vnd.vir.& vx.Andr.Tiraquell.in tract.Le mort
saisit le vif.parte 2.Declarat.14.n.5. vbi dicit:
40 Quod in Francia, nunq̄ scit seruari, q† Tutor
succedat.& hos sequitur Hierony. Cagnol. in
d.l. Quo tutela.nu. 6. Licet Borgninus Caual-
canus de tutor.& curat.nu.336.dicat quòd ip-
se componeret quæstionem per medium.

Hoc ego non admitterem; quia non esset du-
bium decidere, sed ambiguitatē trāsigere. Sed
dico me satis mirari hos doctores grauissimos
in commentitias fabulas istas incidisse, quia
41 aut tex.in d.l.Quo tutela.† intelligi debet hoc
pacto, quòd Iurisc. hoc dicere voluerit; quod
cum plures essent tutores, tutelam forte affe-
ctantes, vel illam recusantes, Hæreditas, idest
bona hæreditaria ad illum peruenient, scilicet
conferuāda, non iure succedendi, ad quem tu-
42 tela redit; Cum tutor ad vniuersitatem† patri-
monij, vbicunq; bona sint, datus intelligatur.
§.Datus.inst.de excus.tut.l.Si propter litem.§.
Fin.ff.eo. rit. Nisi fœminæ (ait Iurisc.) hæredes
intercedant; quia eo casu hæreditaria bona, si
fortè tutor exterus esset, bona omnia ad illum
non peruenirent; cum fœmina hæres alimenta
debeat habere in patria; ne dū tutor bona hæ-
reditaria foris portauerit, mulier alimēris in-
digens per viam ad petenda alimenta inedia
periret, contra ius.de quo latè dixi cōtrouers.
Forens.64.nu.60. centur.1.vel ne incongruum
facere cogatur, & contra eius pudicitiam ex-
43 tra proprios, patriosq; lares alimenta† quære-
re.arg.l.Si disceptetur.ff.vbi pupill.educar. de-
44 beat. Aut tex.in dicta l.Quo tutela† intelligen
dus est, vt verè intelligi oportet, quòd Iurisc.
ibi tradēs regulam, ordine peruerso loquutus
artificiosè fuerit. Quasiq; is debeat sensus es-
se: Eò tutela redit, quò hæreditas peruenit: Vt
dicamus Iurifcon. id voluisse dicere: Ad eum
tutelam spectare, & illum admitti, ad quem
hæreditas spectat. Quod etiā videtur de men-
te Hieronym. Cagnoli, & Io.Ferrarij Montani
in dicta l. Quo tutela. Hunc ego intellectum
45 † Illustrabo ex alio, cum arbitrer Vlpianum
hanc Regulam sumpsisse ex Legibus 12. Ta-
bularum. Qui successionem (ait) spectant,

Tutores Sūto. Cuius meminit Aymarus Riuallius Histor.Iuris ciuilis.lib.2. Hoc idem confirmat ipse met Vlpianus, dum loquitur,quæ legitimæ dicantur tutelæ.Item ijs(ait)qui ad legitimā hæreditatem admitti possunt; hoc summa prouidentia, vt qui sperarent hanc habere
46 successionem,ijdem tuerentur† bona, ne dilapidarentur.in l.1.ff.de legitim.tutor.cuius meminit Pandulphus Prateius in iuris prudentia veteri in legibus Solonis.l.19.Et dum tex.in d. l.Quo tutela. subsequitur (Nisi fœminæ hæredes intercederent)dicas Iurisc.respondere tacitæ obiectioni,quasi quis diceret.Arguo contra; quia mulieres regulariter ad tutelam non admittuntur,& tamen succedūt.Iurisc.Respondet:Nisi fœminæ hæredes intercedant,quia illæ,& si ad successionem admittantur, non tamē regulariter ad tutelam; exceptis tñ matre, & auia. Et hic mihi videtur verus intellectus. Sed scrutentur melius alij subtiliores. Quod, his iam præscriptis, tenuit Petrus Faber de regul.iur.antiqui.l.10.& l. 73.

Decimò declara nō procedere axioma propositum in collegijs,confraternitatibus,& curialibus defunctis; quia nullis existētibus personis ad successionem aspirantibus, & collegialis fuerit mortuus, collegiales alij Fiscum
47 †excludent.l. 1.cum quatuor legibus seq.C.de hæred.decur.vbi Salycet.annotauit. & hoc idē voluit Bart.in l. Si quis filio. §. Eius.nu.2.ff.de iniust.rupt.& irrit.test.latè Benedict.Capra in cons.156.nu.21.Matth.de Afflict. in tract. Prothomixeos.in rubric.sub num.24. Sed ego non istam declarationem sic planè reciperem, nec
48 habere locum declarationem,nisi in illis† collegijs,de quibus in dicto titulo. C.de hæredit. curial. quia d.l.1. loquitur in collegio nauiculariorū, de quibus habetur in l. His, qui naues. ff.de vacat.mun.& in l.Sēper. §.Negotiatores, cum pluribus subseq.ff.de iur.immunit.Guliel. Budæus in l.1.ff.de arbitr.latè Lazarus Baysius de Re Nauali. Et l. 2. in dicto titulo. continet aliud:Quia Cōstātinus scribit ad Bonsū Equitum magistrum, & tota illa lex,loquitur de militibus, & de legionibus, quæ, vt scribit Alex. ab Alex. Genial. dier.lib.1 c.5. Vna quæq; Romuli tempore erat peditum trium mille,Equitum vero trecentorum : & dicta erat legio, ab eligendo,vt Varro lib.4. ait. & erat decem co-
49 hortum: Cohors† verò decem Manipulorum: Manipulus verò vigintiquinq; militum : adeo quod quęlibet legio erat militum octo mille,& quingentorum. Sed Liuius lib.7.dicit habuisse legionem quālibet, quinq; millia, & quadringentos.Aliter etiam describit Nonius Marcellus,quia in qualibet cohorte, ponit numerum diuersum Peditum,& Equitū, & omnes dicit, ascendere ad numerum Peditum sex mille, & Equitum sexcentorum triginta duorum. Et sic etiam loquitur de Cuneis, & vexillationibus, de quo dico in Neanomologia.Tertia.l.eiusdē tituli,de Cohartalibus, de quibus dico in eodem libro. Et l. 4. loquitur de curialibus, qui sunt Decuriones,vt ibidem patet, & etiam loquitur rubrica ibidem. Et in l. Si quis curialis. C. de Episcop.& cleric. Et l.5. Quæ est finalis, loquitur de fabricēsibus, de quibus dixi supra c.6. de Armādijs. Ex ijs patet totū illum titulū
50 in separatis casibus loqui,nō aūt† in cōfraternitatib⁹,vniuersitatibus,& collegijs;qa ista nō appellātur collegia,q̄ sua requisita habere debent. de quibus Guido Papæ in decis. Gratianop.258.latè Io.Brecheus,& post eum elegantissimè Guliel. Forner.in l. Neratius.ff.de verbor.signific.& Paul.Fuscus de visitat.lib.2.c.1. per totum.Michael Timotheus in praxi visitandi lib.2.tract.8. c.7. & latius ego de Magistratuum edict.lib 2.c... vbi dico. Ob eam itaque causam, arbitror declarationem supradictam procedere in eisdem collegijs in dicto titulo de hæred.decur.contentis; non autē in alijs,à quibus Fiscus minimè excluditur,cum sit vocatus deficiētibus successoribus.d.l. 1. cum simil. C. de bon.vac.lib. 10. prout in huius capitis principio diximus.Quòd ista alia collegia succedant,exorbitans est à iure communi,idcirco non extenditur.l.Quod vero cōtra.ff.de legib. cum cōcor.Collegia vero pia semper excipio, de quibus alius erit dicendi locus.

Vndecimò declara non procedere in Peregrino moriente absq; legitimis hæredibus; qa
51 in eius bonis succedit Episcopus,† qui capit bona dispensanda ad causas pias, eo intestato morienti,iuxta dispositionem Imperatoris Friderici in Auct. Omnes Peregrini C. commun. de success.& habetur in corpore, vnde sumpta est,in § Omnes peregrini.de Statut. & consuetudin. contra libert. eccles. in Feudis. quod optimè declarat Petrus à Nauarra de restitut. Ablator. lib.4. cap.1. num. 62. Sanè tamen in-
52 telligenda erunt in ijs peregrinis, † qui extra proprios lares,ac patriam peregrinātur,& ibidem moriantur, ità vt pro extraneis reputentur.vt dicit Alberic.in Auct.de non eligen.secundo nub. Nec etiam de Peregrinis, qui non sunt ciues Romani, ad quos iura Quiritum nō pertinēt.vt in l.1.C.de hæred.instit. Nec etiam ad Peregrinos, scilicet deportatos, qui ea de causa, ex testamento hæredes scripti, aliquid
53 capere† nequeunt. l.Sed,& si. §. Solemus. ff.de hæred.instit.de quibus agit Andr.Alciat.lib.1. Parergon.cap.15.

Duodecimò,declarandum est non procedere in milite, qui si decedat absq; legitimis hæredibus, commilitones eiusdem cohortis ad-
54 mittuntur:† vt supra dictum est,excluso pœnitus Fisco.vt in d.l.2. C.de hæredit.decurion.& voluit Bartol.in dicto §.Eius.

Decimotertiò declara, secus esse, si moriatur furiosus;quia & si requisiti successores legitimi,

gitimi, illorũ curam habere noluerunt; Tamen, qui curam habent, ij excluso fisco, illorum suc-
55 cessionem obtinebunt, † seruata forma dispositionis text. in § Si quis de prædictis. Auct. Vt cum. de appell. cognosc. & in auct. Liberi. inde sumpta. C de Episcopal. audient. Hoc facit ad Hospitale furiosorum Ciuitatis Neapolis, in
56 quo † nonnulli furiosi moriuntur, quia si formã præfatam nõ seruauerint ab Hospitali excluderentur etiã legitimi successores. Sed afferatur antiquitatis aliquod vestigiũ ad eorũ confirmationem: Cicero enim in lib. 2. Rethoricorum ad Herennium. ex lege 12. Tabularum caueri ait, vt Agnati, & Gẽtiles furiosi, & illius bonorũ curam suscipiant. Et Vlpianus institutionum. cap. 12. idem asseruit. Quod; & Iustinianus ait, in §. 1. Inst. de curat. furios. Hinc Moderatus Columell. Rei Rusticæ. lib. 1. Portius quidem Cato (inquit) censebat in emendo agro, inspiciendoq; præcipuè duo esse considerãda, salubritatem cœli, & vbertatem loci, quorum si alterutrum deesset, & nihilominus vellet in colere, mente esse captum, atque ad Agnatos, & Gentiles deducendum.

Decimoquarto, declara non procedere in Nobili moriente, vel aggregato, aut existente
57 in † aliqua nobilium congregatione: vt nuper fuit Neap. & aliquibus alijs, Regni Neapolitani Ciuitatibus, in quibus sunt nobiliũ congregationes, quæ Sedilia appellantur; quia vno ex his nobilibus, absq; legitimis hæredibus moriente, fisco excluso, alij nobiles eiusdẽ Aulæ, Congregationis, siue Sedilis, succedunt. vt voluit Matth. de Afflict. in d. cap. 1. in verb. bona
58 vacantia. nu. 5. quæ sint Regal. Quod ego † minimè admitto, cum moueatur ex dicto eiusdẽ Bald. in l. 1. C. de hæred. de cur. Quo in loco Baldus, minimè dicit hoc suum præsuppositũ, ac opinionem, nec aliquid, vt pro ipso faciat. Sed loquitur in nobilibus, qui habent aliquos suos homines Dominos, vt si moriantur sine legitimis hęredibus excluso fisco, isti Dñi Nobiles succedẽt. Et istud est ratione Dominij, aut seruitutis debitę domino, & hoc non procedit in nobilibus horũ sediliũ, seu Platearum, cum ęqualiter se prætendant nobiles, & inter eos nullus est, qui sit aliorum Dñs. At potius Bald. voluit dicere de Dominis Iuridicis, siue Baronibus Fiscũ habentibus, ꝙ nobilibus, siue hæredibus, ac successoribus morientibus, succedãt Dñi, & sic est dictum primi Axiomatis, siue Re-
59 gulæ. Nec videtur Baldum † in casu Colonorũ Censitorũ optimè dicere; quia text. in d. l. fin. quem ipse allegat, dicit non posse vocare Dominos pro causis ciuilibus; & hoc ibi est ob reuerentiam, vt ipse dicit; Et ꝙ non possint inuito Dño prædia alienari, quia illud est ratione census, per quẽ Dñs retinet dominiũ directũ, & non idcirco dicendum erit, vnũ nobilẽ alteri succedere. An fortè afferre possumus ad Afflicti, eiusq; sequaciũ gratiam, dicere, vt fortè placeret sibi, suisq; nobilibus Sedilis Nidi, cuius ipse se profitebatur, & ꝓ eius dicto faciat, qđ ex legis 12. Tabularũ producã. dum secundum Ciceronem in lib. 1. Rethor. ad Hæren. sic illã retulit. Si paterfamilias intestatus morit̃, familia, pecuniaq; eius, Agnatorũ, Gẽtiliumq; estò. Idem Cic. in lib. 2. Topicorum, plenè declaraauit, qui Gentiles appellentur, dũ ait: Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum maiorũ nemo seruitutem seruiuit, qui capite non sunt diminuti. & idem Cic. de Aruspicum responsis, & de Orator. lib. 1. Nonne (inquit) in ea causa fuit, oratoribus de toto stirpis, & Gentilitatis iure dicendum? Sic idem Cicer. lib. 1. Tuscul. quæst. Phærecides Syrus, primũ dixit, animos esse sempiternos, antiquus sanè, fuit enim meo regnante Gentili. Et intelligebat de S. Tullio. Sed ista faciunt pro mea, non pro Afflicti opinione; Gentiles enim non intelliguntur nobiles totius consessus, sed tantum, qñ sunt eiusdem familiæ, nullo gradu coniuncti, præterquã
60 † Gentilitatis, & in id expendi possunt verba Plinij lib. 19. cap. 1. In Serranorum (inquit) Familia, gentilitium esse fœminas linea veste nõ vti. Eaq; inter Agnatos, & Gentiles intercedit differentia, vt isti de eadem familia tm̃ appellentur, illi vero sanguinis vinculo sint ligati.

Aduertẽdum tñ erit, Bona vacantia, quadrien-
61 nij spatio contra Fiscũ† præscribi. Papinianus in l. Intra quatuor. ff. de diuers. & tempor. præscript. l. 1. §. Diu*. ff. de iure Fisci. l. 1. C. de quadrien. præscript. Dyn. in tract. præscript. titul. 24. nu. 1. Angel. & Io. de Imol. in l. Furtũ. § Fundi. ff. de vsucap. & ante eos Azo in Summa. C. de bonis vacant. in fi. Ioan. Francisc. Balbus de præscript. prima parte vltimæ partis princip. q. 1. nu. 49. & remissiuè tangit Aegid. Bossius in tit. de Bonis vac. nu. 8. Andr. Tiraquell. in tract. Le Mort saisit le vif. parte 2. Declarat. 14. n. 11. Renatus Choppin. de Doman. Franciæ lib. 3. Tit. 9. num. 8. Hoc tñ dictum multas recipit declarationes, quę ab eisdem authoribus referuntur, & illas retulit præsertim Marc. Anton. Peregrin. de iure Fisci. lib. 6. Tit. de præscript. Fiscal. nu. 40. Cætera vero, quæ ad hãc materiam Doctores comminiscũtur in dicto verb. Bona vacantia. vti inutilia, ex professo omitto.

Tempus autem præscriptionis iam dictæ, à
62 die, quo delator denũciationem † fecerit, currere incipit. voluit text. in d. l. Intra quatuor.
63 Delatores autem † sunt illi, qui vel maleficia, vel alia ad priuatam, aut publicam vindictam spectantia, denunciãt, aut in Fisci beneficium, qui apud Doctores nostros, denunciatores, vel publici, vel secreti appellantur. de quibus per Hostiens. in summa. tit. de denũciat. §. 1. Specul. in tit. de denun. Angel. de Aret. in tract. Maleficior. in verb. Nec non ad denunciationem.

Salycet.

Salyc.in l.Ea quidē. C.de accusat. Hippoly. de Marſ.in pract.crim. §.Principium. nu.22. Lancellot. Conrad.in lib. de offic. prætor.in cauſ. crim. r. c. 9.§.3. tit.de denunciatione.Cauſas, quas iſti deferūt varias eſſe voluit Calliſtratus. in l. 1. ff.de iur.fiſci. Ex Traiani edicto,delatores fuiſſe admiſſos. habetur in l.Edicto.ff.eodē
64 tit. Iis ſiue verum dixiſſent, ſiue † Mendaciū; Tiberius Cæſar fidem præſtitit, de quo ita inquit Corñel. Tacitus Annalium lib. 4. Sic delatores genus hominum,publico exitio repertū,& pœnis quidēm, nunquam ſatis coercitū, per præmia eliciebantur:Et iterum de illorum temporum calamitate per Delatores Tiberij, idē Tacitus lib. Annal.6. Suſcepit Cęſtius accuſationem,ꝙ maximè exitiabile tulere illa tēpora,cū primores Senatus,infimas etiā delationes exercerent;Alij propalam,multi per occultum,neque diſcernentes alienos à coniunctis, amicos ab ignotis,ꝙ repens, aut vetuſtate obſcurū,perinde in foro, in conuiuio quaque de re loquuti,incuſabantur,vt quis præuenire, & reum deſtinare poterat, pars ad ſubſidium ſui, plures infecti,quaſi valetudine,& cōtactu.Hęc Tacitus.Eodem modo illos Vitellius, Domitia-
65 nus, & Conſtantinus† in precio habuere,quāquam Domitianum delatores expulſiſſe iocetur Martialis lib.1.Epigr.4. dum ait:

Turba grauis paci,placidæq; inimica quieti,
Quæ ſemper miſeras ſollicitabat opes.
Tradita Getulis, nec cępit Arena Nocentes,
Et Delator habet, quod dabat exilium.
Exulat Auſonia, profugus Delator ab vrbe,
Impenſis vitam Principis annumeres.

Nero alioqui Princeps nequiſſimus, eorūdem licentiam quodammodo compreſſit, illorum
66 † præmia ad quartam reducens,vnde quadruplatores appellati. Antoninus vero, melius,qa ſi non probarent,capitali pœna illos affecit, ſi
67 probarent,obtulit præmiū, ſed illos fecit† infames. Opilius Macrinus illos perſequutus eſt
68 † acriter,& repertos pęnis affecit.Sed tñ rectè inquit Annibal Scotus ad Tacitū.Eos,qui peccantes in Principem, vel in Rempublicam,detulerint,dignos præmio illos verò, qui quodcunque agitur, ac omnium actiones rimantur, & facta, & dicta in crimen detorquent, fœdiſſimum genus eſſe, & Tyrannici miniſterij fomentum. Omnes itaq; admittebātur exceptis
69 clariſſimis viris. † Martianus in l. Deferre. in princip.ff.de iur.fiſci. Exceptis etiam mulieri-
70 bus, vt † ibidem annotatur.Niſi mulieres deferrent ſe ipſas. vt in l.Ait Diuus Traianus. in princip.ff.eod.tit.& in l. 1. C. de his, qui ſe defer. lib. 10. & voluit Gulielmus Forner. quem ſæpius honoris,& meriti gratia nominamus.in l.1.ff.de verb.ſignific. Arcebantur etiam Vete-
71 rani,Milites,& damnati† in d.l.Deferre.Vnde videbatur etiam antiquitus quodammodo infames eſſe,poſtquā ſeruis, Delatores eſſe permittebatur.l.Mulierem. §.fin. ff.de Accuſat.Nō
72 poterant autem Dominos deferre.† l.2.§.Imperator.ff.de iur. fiſci. & in l.fin. C.de Delatorib.lib.10. Eodem modo nec liberti contra pa
73 tronos.† dicto §. Imperator. Nec procurator principalem, nec tutor,aut curator, pupillum,
74 † vel adultum.d.l.Deferre.§.Item eos. Vbi idē habetur de venditore. Mea fert ſententia,illos tantūmodo delatores laudādos,& præmijs honeſtandos,qui fidei Chriſtianæ Hoſtes, & Hæreticos,illorumq; ſectas detegūt. Vnde Inquiſitores ſancti Officij, generale edictum proferunt,ſuper Chriſtianæ fidei cultu, & ꝙ ſi quos
75 in fide errare†ſciuerint,ipſis referant. c.excōmunicamus. §. Adijcimus.de Hæretic.Et quia quod committitur in Dei religionem,omnium
76 †cenſetur iniuria.l.Manicheos. C.de Hæretic. Vnde ſuam propriā cenſetur iniuriā proſequi, talia qui defert. Nam ſi in crimine læſæ maieſtatis humanæ ſit ſimilis denunciatio, quantò
77 magis diuinę,in qua maior†eſt offenſio.l.Quiſquis.C.Ad leg.iul.Maieſt.& cauetur in Regno
78 per Conſt.†In conſutilem.facta ab Imperatore Friderico. cuius ad hunc propoſitum deferendi Hæreticos meminit Zanchinus de Hæretic.c.11.Nicol. Eymericus in Director. Inquiſ. tit.de ſecundo modo procedend.in cauſ.fidei. parte 3.Comment.15.vbi Franciſc. Pegna elegāter ſicuti ſemper.& voluit Camillus Cāpeg. ad Zanchin.de Hæret.cap. 8. Iacob. Simancas. in praxi Hæreſeos.titul.23.Quinimmò denun-
79 ciandus eſt † Hæreticus omnis, nulla ei facta fraterna correctione, cuius meminit CHRISTVS in Euāgelio.vt optimè probat Alphōſ. de Caſtro de iuſta Hæretic. punit.lib.2.c.25.& poſt Bernardinum Arualum,Arnaldum Albertinum,Sotum,& Melchiorem Canum, quos retulit,voluit Simancas.vbi ſupra.num.6.

Duas afferunt limitationes,qbus minimè ſubſcriberem: vnam Alphonſus de Caſtr. in loco relato.Alteram S.Tho.in 2. 2. q.33.art.3. Quorum primus aſſeruit,denunciationem ab eo ſtatim non eſſe faciēdam, qui aliquod erroneum,
80 vel hæreticum†audiuit,nec ſcit an ille ſit verè Hęreticus,qui ea protulit,& idcirco prius fraternè monendū cenſuit. Secūdus vero D.Tho.
81 qui inquit,qñ certò quis ſcit,aliquē†facili via, ſi corripiatur,ab errore, vel hæreſi diſceſſurū, tunc monitionem fraternam præcedere oportere.Vtroq; enim caſu eſſet,Diuinare,& ex correctione poſſet altius eleuari,ac in ſua opinione pertinacius ſiſtere, ideoq; minimè ad correctionem procedēdū eſſe dijudicarem, quod & cenſuit Franciſc.Pegna ad Eymeric. in director.par.2 Cōment.18. Vnde omiſſa correctione,denunciationem ante omnia faciēdam eſſe cenſerem. Simulant enim ſemper Hæretici, ſe corripi, & correptos eſſe, & ſemper in peius dilabuntur; ideo illos dicit ſcriptura vēturos in veſtimentis ouium, & tantò peiorem correctionem

-ctionem eſſe dijudico, quantò diutius modo ad fidem, modo contra illam, mente, & corde infirmi. huc, & illuc mira inconſtantia diuertunt. Ad materiam tranſeamus.

Denunciari etiam aliud debere concludo: ſi quid contra ſummum Pontificem, Regem, Principem, aut Rempublicam moliretur: proditores enim Regni, Regum rebelles, Principum, ac
82 Reipublicæ hoſtes, reuelādi† ſunt. §. Quin vero. Auct. Vt liceat matri, & auiæ. Ludouic. Roman. in ſingul. 785. Nunquid. arg. l. Metrodorū. ff. de pęnis. Matth. de Afflict. in c. 1. § Præterea. col. 1. quæ fuit prima cauſ. benef. amittend. congerit plura Quintilian. Mādoſ. ingratitud. cap. 62. cauſa. 16. Priuatur enim feudo vaſſallus, ſi
83 interficiendum eſſe† Dñm, ei non reuelauerit. dicto. c. 1. §. Præterea. quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt. vbi Afflict. nu. 2. 3. idem Afflict. in c. 1. §. Item ſi quis. num. 96. Quib. modis Feud. amitt. ante eum Iacob. Ardizon. in ſumma iuris feudor cap. 55. Iul. Clar. de feudo. q. 57. Franciſc. Curt. de feud. par. 4. cauſ. 26. Gulielmus Hannetonius iuris feudor. lib. 3. cap. 11. Franciſc. Duaren. in conſuetud. feud. c. 14. nu. 10. Ioan. Ferrar. Montanus in vſus feudales lib. 4 cap. 1. cauſ. 13. Franciſcus Sonsbechius iuris feudor. parte 12. num. 15.

ARGVMENTVM CAP. XV.

Bona quando ab indignis auferantur? quando, & qua ex cauſa? & quibus denegetur.

COMPENDIVM.

1 Bona quæ auferuntur ab indignis de iure regali ſunt. num. 5.

2 Caſus, in quibus, etiam data indignitate Fiſcus non ſuccedit retulit Afflictus. Sed meliori, ac longiori ordine Vaſquius. nu. 3.

4 Capita indignitatis remiſſiuè.

6 Hæres defuncti voluntatem non implens, an priuetur hæreditate. nu. 7.

7 Sepeliens defunctum in alia ſepultura, quam teſtator non elegit, an hæreditate priuetur? nu. 8.

9 Indignus donec non condemnetur, mouet actiones hæreditarias, diuiditq; cum cohærede.

10 Indignus retinet iura ſepulchrorum.

11 Iura ſepulchrorum habent filij familias, emancipati, ſiue hæredes ſint, ſiue ab hæreditate abſtinuerint.

12 Hæres coactus reſtituere hæreditatem per fideicommiſſum, retinet ſepulchra.

13 Filius perduellis ſpecialiter perdit ius ſepulchri.

14 Hæres ſuccedit, & ſi vulnerauerit teſtatorem, ſi ob hanc cauſam, non fuerit indignus, vel exhæres iudicatus.

15 Cauſæ reuocationum ad ſucceſſores minimè trāſeunt.

16 Hæres non vlciſcens mortem defuncti, non priuatur hæreditate, ſi ab altero accuſante præuentus fuerit.

17 Hæres nō iudicatur indignus, ſi non accuſauerit, quia non ſit certus author necis defuncti.

18 Hæres minor non vindicans necem defuncti, non priuatur, vt indignus.

19 Sfortiæ Oddi opinio.

20 Hæres non vindicans necem defuncti, hodie non priuatur, vt indignus.

21 Sub optimo Principe, Fiſci cauſa mala eſt.

22 Principes edicentes accuſationum remiſſiones non fieri, perperam agunt.

23 Pro ſententia præſumendum eſt.

24 Defunctus ſi remittit, non tenetur in aliquo hæres ad ſimilem actionem.

25 Principalis ſi remittit, & vindicta proſequutio remiſſa cenſetur.

26 Hæres tenetur habere ratum factum defuncti.

27 Remiſſio expreſſè facta cenſetur perpetua.

28 Succedendo ex ſtatuto, licet non proſequatur accuſationem tamen non cenſetur patrem ſuū accuſare.

29 Dauid licet inimicus, tamen flenit Abſalon filium ſuum, & inimicum.

30 Pater magis corripit filium, quàm abdicat.

31 Pater dat filio cauſam eſſendi, viuendi, & diſcendi, & quomodo?

32 Patris ignominia, turpitudo eſt filiorum.

33 Pater honorandus à filio obſequijs.

34 Scipio Africanus iuniori Africano ſeniori officia pietatis exhibuit, ſe interponens ipſi, & Annibali.

35 Pater non eſt teſtis contra filium, nec è contra.

36 Irenes Imperatrix Conſtantinopolitana Cōſtantinum filium decennem, obcæcauit, Imperioq; priuauit.

37 Hæres accuſans teſtamentum de falſo, ante ſententiæ prolationem, deſiſtens, non tractatur à Fiſco, vt indignus.

38 Cohæredum vnus falſi accuſatus, poteſt alter legatum petere excluſo Fiſco.

39 Fiſcus, & ſi ſuccedat in locum indigni, ac hæredis ipſius, ſecus tamen in bonis aliundè hæredi indigni obuentis. nu. 40.

41 Fiſcus ſuccedit in hæreditate quādo teſtator inſtituit prius capacem, & poſtea incapacē ſcienter. nu. 42.

42 Teſtatori neſcienti incapacitatem inſtituti non ſuccedit Fiſcus.

43 Fiſcus non ſuccedit incapaci ex ſola turpitudine ſua, vt patet in exemplis.

44 Fiſcus non ſuccedit, ſed fratres conſanguinei, fratri inſtituenti turpem perſonam.

45 Maritus iure licito occidēs vxorem, habet lucra matrimonialia excluſo Fiſco.

46 Aduocatus Fiſci proſequens delationem, & accuſationem teſtamenti de falſo inſtitutam, non excluditur à lucro ſibi per teſtamentum delato ſecus ſi eſſet Aduocatus voluntarius. nu 47.

48 Aduocatus, exercens aduocationis officium contra teſtamentum paternum, non priuatur legitima.

49 Fiſcus excluditur, ſi ante aditam hæreditatem indignus moritur.

50 Hæreditas, vel legatū, quod aufertur ab indigno ob delictū certa perſona, illi, & nō Fiſco applicatur.

51 Stuprum viduæ facit iniuriam filijs, quibus, & non Fiſco hæreditas applicabitur.

52 Ex immaturis Nuptijs, mortuo fit iniuria.

53 Ex-

CAP. XV.

HOc iuris regalis caput, bonorum, quæ auferũtur ab indignis, & Fisco applicãtur,
1 probatur † per tex. in dicto c. 1. in verb. Quæ ab
indignis. Quæ sint Regal. Longa tñ non videtur egere commentatione, cum textus ponat
Regulam, ac eiusdem Regulæ limitationẽ; Insudauit ibidem Matth. de Afflict. in assignandis
tribus causis, ex quibus Fiscus succedat: enu-
2 merat etiam casus in quibus, etiam data † indignitate (vt sic loquar) Fiscus minimè admittitur. Sed longiori stilo, ac ordine meliori hanc
3 rem præstitit Ferdinand. Vasq. de † success. resolution. lib. 2. §. 20. Tomo. 2. Capita vero indignitatis, & incapacitatis, ex quibus Fiscus suc
4 cedit, putà quod quis defunctum † interfecerit, indignum aliquem testator dixerit, defuncti necem vltus non fuerit, testamentum oppugnauerit, testari aliquẽ prohibuerit, aduersus defunctum ingratitudinis causam quampiam fecerit, status causam mouerit, conuentiones, ac pacta quælibet de viuentis hæreditate egerit, in Magistratu vxorem duxerit, vxorem eã, quæ à lege prohibita fuerit ducens, si rem alienam sciens vẽdiderit, dolosè res in inuentario non posuerit, iussui testatoris si non obedierit, captiuum redimere neglexerit, tacitam fidem de restituenda hæreditate incapaci accommodauerit, & ijs multa similia, de quibus plenè habetur in titul. ff. & C. de his quib. vt indignis. Vnde in ijs, & similibus causis bona de regali-
5 bus esse, & ad Fiscum spectare, † originale est ex l. 1. ff. de iur. fisc. l. Papinianus. § Meminisse. ff. de inoffic. testa. cum mille simil.

Hæc seges amplissima est, ex cuius fructibus Fisco ius quæritur, vnde paucos, non tñ adeo inutiles casus afferam, ad declarationem & limitationem acquisitionis Fiscalis, quæ ex materia incapaciũ, ac indignorũ illi quæritur; quibus inductis maxima negocij pars pcepta erit.

Sunt vero nonnulli casus, in quibus nõ obstante indignitate, Fiscus excluditur, quorũ duodecim refert Afflict. vbi supra. ex quibus aliquos referam, qui declaratione indigebunt, & dicam alios ab eo minime dictos.

Primò, & si hæres, defuncti voluntatem non adimplẽs, eius hæreditate priuetur. vulg. Auct.
6 Hoc † amplius. C. de fideicommiss. Tñ, si hæres non soluerit expensas funeris, aut errauerit, non obediendo præcepto sibi dato à testatore, vt in aliqua sepultura sepeliretur, indignus
7 † non efficitur, nec hæreditate priuabitur. l. Nõ oportet. C de his quib. vt indign. Vnde hæres, qui sepelitur in aliqua ecclesia, diuersa ab illa, quam testator reliquerit, non priuatur hæredi-
8 tate tamq̃ indignus, † vt post multos consuluit Iacob. Mandell. in cons. 48. quẽ refert, & sequtur Sebastia. Medic. in tract. de sepultur. q. 22. p. 2.

Secundò hæres indignus nõ perdit successionem, nisi condemnetur, & pendente condemnatione, & donec illa facta non fuerit, omnia tamq̃ hæres facere potest, petere hæreditatem,
9 diuidere cum cohærede, mouere † actiones hæreditarias, & similia. l. His consequenter. §. Sed an. vbi gloss. notab. ff. famil. hercifcund. Bald. in l. Ex facto. §. Iulianus Longinus. vers. Adde ad istũ. ff. de vulg. & pupill. quicquid videatur dicere idem Bal. in l. 1. C. de his quib. vt indign. cum contrarium pateat ex iuribus allegatis. & videtur tenere Bart. in d. l. 1. nu. 5. vsq; ad fin.

Tertiò etiam si indignus fuerit hæres, sepul-
10 chrorum † tñ iura retinebit. l. Si quis fuerit. ff. de relig. & sumpt. fun. l. Quia pinde. ff. Ad Trebell. iura sepulchrorum habent filij, cuiuscunq; sexus fuerint, siue familias, siue emancipati, si-
11 ue hæredes sint, siue † ab hæreditate abstinuerint. l. Vel q̃ pater. ff. de religios. & sumpt. fun. Idcirco hæres coactus iure fideicommissi hæ-
12 reditatem restituere, ius sepulchri † retinet. vt in d. l. Quia pinde. & multis cõprobat Medic. de sepult. par. 1. q. 15. nu. 12. Vnde non mirum si hæredi indigno remanent. Nec obstat l. 1. §. Interdum. ff. de suis, & leg. Vbi dicitur, filiũ illius, qui perduellionis fuerit damnatus, ius
13 sepulchrorũ amittere. Quia illud † est speciale, ob criminis, scelerisq; immanitatem. Quod probat Afin in dicta l. Si quis fuerit. in fin.

Quartò, succedit hæres, & si testatorem vul-
14 nerauerit, si non ob hanc causam, fuerit † exhæres, vel indignus à testatore habit'. arg. §. Causas. Auct. Vt cum. de Appell. cognos. vt voluit Bald. in l. Hæreditas. nu 7. C. de his quib. vt indign. arg. l. Fin C. de reuoc. don. vbi dicit, tunc demum ex causis indignitatis, seu ingratitudinis reuocari donationes, si à donatoribus fuerint reuocatæ; quia alias hæ causæ reuocatio-
15 num ad successores † minimè transeunt, quod comprobauit Lud. Rom. in cons. 26. num. 10. in

fin.

fin. Io.Petr. Ferrar. in pract. Forma libell. quo agitur pro donat.in verbo Irreuocabiliter. nu. 11. & ad materiam Barthol. Cepoll. in l.fin.C. de vsucap.pro donat. Cumq; Fiscus sit hæres. vt Bald.voluit in d.l 1.in princ. C. de his quib. vt indign. sequitur ipsum hanc causam indignitatis allegare nõ posse,cum indignitas hoc casu non iudicetur.

Quintò,& si ponamus esse verum Theorema, ꝙ hęres mortem defuncti,saltem accusando nõ vlciscatur, indignus eius hæreditate iudicetur, vt in præfatis locis amplissimè demõstra-
16 tur.Non tñ hoc sibi† locum vendicabit,si ab altero vindicante, vel accusante præuentus fuerit.l.Sororem. C.de his quib.vt indign.Rolan. à Valle de lucro dotis. q.62. num.6.

Sextò,nõ iudicatur indignus hæres, qui non accusauerit mortẽ defuncti, quia incognitus,
17 & † incertus est author necis defuncti; & idcirco Fiscus non admittitur.l. Si ideo. C. eod. titul.Roland.in dicta. quæst 62.num.4.

Septimò, & si ponamus verum esse, ꝙ hæres teneatur via iuris defuncti necem vindicare,& vlcisci(quod nõ ità,Christianè loquendo, passim probauerim)non tñ si minor is fuerit,hære-
18 ditate†priuabitur.tex.in l.1. C.in quib.caus.in integ.rest.non est necess l.Minoribus. C.de indign.Lud.Roman.in singul. 271. Tu habes. vbi dicit ità ipsum consuluisse, vt patet per eundem Roman.in cons.279. visis.nu.1.Petr.Plaza in epitom.delictor.cap.32.nu.7.in fi.& post ipsũ Francisc.Caldas Pereyra de restit.in integr. in verbo.Vel aduersarij dolo.n.65. Quod procedit etiã si maior factus non prosequeretur. vt dicit glos. in d.l. 1. Andr. Tiraquel. in tract. Cess.caus.par.2.limit.4.nu.6. Qui alios adducit.Quicquid in contrarium in hoc vltimo dicto tenuerit Sfortia Oddus de restit. in integr.
19 par.2.q.83.art.5.nu.56. Durare† enim censuit Priuilegium pręfatum,etiam aduentu maioris ætatis Bald in d.l.Minoribus.num.10.in fin.

Octauò,dicta opinio, ꝙ hæres non vendicans necem defuncti priuetur hæreditate, & Fisco
20 applicetur, hodie minimè† seruatur. vt post Foller.in praxi crim. fol.45.nu.32.voluit illum referens Iul.Clarus in pract. crim.q 79.nu.7.& in hoc Regno nõ vidi illam seruari, præsertim in Regijs tribunalibus; cum per Dei gratiam Philippus Rex noster istis mendicitatibus non indigeat,sed cõtentus sit patrimonio, & antiquissimis suis redditibus: & nulla est materia, quæ minus torqueat subditos in hoc Regno,q̃ bonorum confiscatio: vnde succedit illud Traiani apud Plinium iuniorem in Panegyrico, ꝙ
21 sub optimo† Principe, Fisci causa mala est.

Nonò, & si in loco aliquo apud aliquos Principes non bonæ conscientiæ, obseruaretur, vt ob inultam defuncti necem velint bona hæredum,vt ab indignis capere,(quod non ad modum Christiani exempli esse arbitror, & admiratus quandoque fuerim, nonnullorum Christianorum Imperatorum,ac Principũ,cur quo-
22 rundam † Ethnicorum Principum leges non aboleuerint, per indirectum cogentes accusatores ad prosequendas accusationes, ac remissiones non faciendas,nec paces cum delinquentibus, nutrientes discordias,quæ vidẽtur quodammodo seminaria zizaniarũ, cuius ego contrarium consulere ausus sum,Accusatorem in foro animę,proximo suo,actu accusationem remittere oportere, vt videbitur, si Deus voluerit in meis Forensibus cõtrouersijs centur. 2.) tñ in casu præmisso,sufficit hæredem prosequutum fuisse accusationem de morte defuncti ad primam vsq; sententiam,ità vt si per eam reus absolutus extiterit, pro eadem sententia
23 præsumendum†sit.arg.l.Hærennius.§ Caia.ff. de euict.Excusat.enim ipsum hæredem,sententiæ authoritas. vt in d.l. Minoribus. vbi Bal. in princ.& n.9.ità vt nõ cogatur vlterius ꝓsequi.

Decimò ex eodẽ fonte pendet, ꝙ Fiscus non excludit hæredem,tamq̃ indignum ob nõ prosequutionem necis defuncti, qñ defunctus in
24 vltimis fortè agẽs, cædis offensam †remisisset: iuxta notata in l. Athletæ. §. Dat remissionem. vbi etiam Bal. ff. de excus.tut. Per principalis namq; offensi remissionem vindictæ prosequu-
25 tio remissa† censetur, & condonata.l.Non solum.§.Proinde.ff.de iniur.& post Petr. Plaz. in Epitom. delictor. c.6. propè finem. voluit Iul. Clar.in §.Iniuria.num.12.Tenetur enim hæres
26 factum defuncti† habere ratum. vulg.l.Cum à matre.cum concor.C.de rei vend. Quia remis-
27 sio expressè facta,censetur perpetua. †Alciat. in tract.præsumpt.regul.2. præsumpt.36. nu.1. sequitur nouissimè Francisc.Personal.in consil. 3. num.50.vol.1.

Vndecimò, vbicunq; aliquis,testatori occiso succedit per patrem succedentis,licet nõ prosequatur vindictam, vel accusationem,non tñ amittit hæreditatem,quia non cogitur patrem
28 suum accusare: †vt ex Alberico Rosate refert Iason in d.l.1.sub num.4. C. de indign. Nicol. Boer.in decis.25.nu.13.Rolan.à Valle de lucro pot.q. 62.nu. 9. quod dicunt procedere etiam è contra,qñ filius occidisset testatorem,qui patrem instituisset eadem ratione arg. l. Si adulterium cum incestu.§.Liberto.ff.de adult.Quis enim tam iniquus pater esse velit, qui in filium causam criminalis iudicij instituere velit ob acquisitionem hæreditariam? Cum & si parentes à filijs qñq; iniuria lacessiti sint, in eos tñ amoris semper, & misericordiæ actus effudũt. Sic Dauid Absalonem habuit filium, qui & si Ammone fratre proditoriè occiso, à Patre is rebellasset, eumq; Regno deiecisset, paternis concubinis palam abusus esset, & in eum mittens exercitum, milites tñ suos monuit, ne in eum sæuirent, & tãdem in prælio cæsum ama-
29 rissimè eiulás†fleuit,& luxit, vt diuinę tradũt Hi-

Historiæ. lib. 2. Regum.cap.13. vsq; ad cap.19. Quia & si filij in parentes quandoq; grauiter errent, illos tñ minimè persequũtur:filiũ enim
30 pater mauult corrigere,q̃ †abdicare.vt ait Fabius Quintilianus Declam. 7. Dat enim pater tria filio beneficia,causam essendi,generando:
31 Causam viuendi,†educãdo:& causam discendi, informando. vt docet Aristoteles Moral. Nichom.lib.8.cap.11.& 12. vbi dicit:Parentes amare liberos tamq̃ aliquid sui existẽtes. Quis aũt tam ingratus filius, qui,vt hæreditarijs diuitijs affluat,in patrem,illiusq; vitã intendat?
32 Cũ patris ignominia,turpitudo sit † filiorum: vt inquit Chrysostomus in Epist. Pauli ad Philippenses. Serm.9.Hinc Ambrosius in Mattheũ inquit: Primus gradus pietatis est iste,vt quos
33 authores tibi voluit esse Deus,honores†obsequijs, abstineas contumelijs, nec vultu lædenda est pietas parentum.Hoc modo perhibent, Anchisi patri, Æneam filium, obsequia præstitisse, flãmis illum eripiens humeris substinendo. Sic etiam Scipio Africanus iunior,Africano seniori officia exhibuit,quia vix dũ Tyrocinij militiam ingressus,se inter Annibalem,&
34 patrem armatum ponẽs,Saucium illum† liberauit. vt est Author Valer. lib.5. Ideoque iura amorem vtrinq; prospicientes, patrem contra
35 filium, testem esse non posse censuerunt, †nec è contra.vt pluribus comprobant Io. Monachi in defensorio iuris.Rubric.contra testes.nu.4. Nellus in tract.except.artic.19.nu.24.Corn.in consil.222.nu.5.vol.1.Angel.in l.Parentes. nu. 1.C.de Testib.Thom.Grammat.in Decis.Neap. 48.nu.13.Nisi esset sæuitia, quemadmodum ea fuit, qua Irenes Leonis Imperatoris Constan-
36 tinopolitani vxor †abusa est, quæ Constantinum filium decennem custodia inclusum tenuit, cui oculos primum effodi iussit, & eum demum Imperio priuauit. vt testatur Ioannes Zonaras Annalium Constantinopolitanorum. lib.3.Sic possem alijs exemplis,non solum hãc rem cõprobare, sed longè maiora afferre, quibus filiorũ ingratitudines erga proprios parẽtes patefacerem,quæ, ne ijs immorer,omitto.

Duodecimò,Hęres,qui accusauit testamentum de falso, & ante prolationem sentẽtię destitit,minimè indignus dicitur,nec Fiscus illũ
37 † excludet.l Alia causa.C.de Indign. Ias. in l. 1.C.eo.tit.& ante ipsum Paul.de Castr. in l.Papinianus.§.Meminisse.ff.de Inoffic.testam.

Decimo tertiò, si vnus cohæredum falsi accusatus est, quo in testamento quisque legatũ
38 ab altero petit, potest † illud capere excluso Fisco.l Papinianus.ff.de his, quib. vt indign.

Decimo quartò, Fiscus succedit non solum Indigno, sed successori etiam ipsius indigni, puta non solum occisori alicuius, sed etiam
39 hæredi ipsius†occisoris,vt in l.Lucius Titius. la 1.in fin.ff.de Iur.Fis.& in l.Vnica.in fin.ff.de Portionib. quæ lib.damnat. concedunt.siue in aliquibus libris in l.fin.ff.de bonis damnatorũ. Secus tamen in bonis,quę aliunde habuit,quã
40 ab indigno, vel occisore, quia † ab ijs Fiscus excluditur. Bartol.in d.l.Lucius, & voluit Io. de Amic.in consil.10.nu.2.3.

Decimo quintò,licet Fiscus succedat in bonis testatoris,qui prius instituit hæredes capaces,& postmodum in alio testamẽto posterio-
41 ri instituit † incapaces. l.Cum quædam. ff.de Indign. Quia hoc procedit, si in fraudem legis hoc testator fecisset: secus autem si nullã fraudem in secundo fecerit,puta quia ignorauit testator hæredes scriptos, incapaces esse, quia tunc probata incapacitatis ignorantia,
42 Fiscus † excluditur. voluit Ferdinandus Vasquius de success.resolut.lib.2.§.20. sub nu.26. vers.trigesimo amplia.& vers.Fallit.

Decimo sextò,si incapacitas prouenit ex sola turpitudine hæredis,Fiscus excluditur,pu-
43 ta†quia hæres est Mimus, Parasitus, aut Histrio,vel mulier hæres sistit in Lupanari:Tunc enim Fiscus non succedit,vti patet ex allegatis per Vasq.vbi sup.nu 38.39. vers. Hactenus. & vers.stat ergo conclusio.

Decimo septimò,hinc etiam, frater,& soror consanguinei, Fisco excluso, admittuntur ad successionem fratris, aut sororis, quæ turpem
44 personã instituit†l.Fratres, vel sorores.l.Fratris,vel sororis.vbi Accurs.C.de inoffic. testa,

Decimo octauò,similiter excluditur Fiscus, quando maritus de iure communi,seu ex Statutorum forma potest occidere vxorem, quia
45 non idcirco maritus†priuabitur lucris matrimonialibus. Bartol.Angel.& Ias.in l. Si ab hostibus.§.Si vir.ff.solut.matrim.Philipp.Dec.in l 1.in fin. C.vnd.vir. & vxor. Matth.Matthesil. Notab. 73. Nota vnam doctrinam. post alios Rolan. à Valle. de Lucr. Dot.q.63. & Ioan.de Amic.in dicto consil.10.per totum.quod facit ad intellectum Const.Regni.Si maritus.& eorum quæ dicit Bald.in l.1.Imperator.ff.de statu hom.& Felin.in c. Si verò.col.2. in princip. de sentent.excommunic. Quamq̃ contrarium asseruerint Bal.Castrens.Imol.Aretin.& Alex. in d.§. Si vir. de cuius dicti veritate dico de Magistrat.edictis.lib 3. c. Interim videri poterit. Ægid.Bofs.in tit.de his qb. vt indign.n.22.

Decimo nonò, aduocatus Fisci, qui vt suo officio satisfaciat, prosequitur delationem,& accusationem,puta testamenti, de falso institutam, non excluditur per Fiscum à lucro sibi
46 per idem testamẽtum†delato.l. Post legatum. §.Aduocatum Fisci.ff de indign.Bart.in l. Tutorem,sub nu.2.ff eo.tit. Secus vero in eo, qui voluntarium Aduocationis officium præstitit
47 in accusatione falsi, contra†testamentum introducta,quia iste à Fisco excludetur.d.l. Post legatum.§.Sunt qui putant.& l.fin. in princ.ff. de inoffic.testam. Hoc tñ vltimum declararem non procedere in eo,q pręberet aduocationis offi-

48 officium contra testamentũ† paternum, vt non
priuetur legitima: & sic etiã in filio patroni, ꝓ-
benti officium aduocandi accusatori liberti. vt
in l. Qui cũ natu. § Si patroni. ff. de bonis libert.
Vigesimò excluditur Fiscus, & cohæredes ad
mittuntur, quando ante aditam, vel repudia-
49 tam hæreditatem† indignus moritur. vt voluit
notabiliter Paul. de Castr. in l. Hæreditas. nu. 1.
quem ibi simpliciter sequitur Alexan. num. 2.
C. de indig. Bossius vbi supra. nu. 18. Corn. in
consil. 310. litera I. vol. 1.
Vigesimoprimò, si hæreditas, vel legatum au-
fertur ab indigno ob delictũ, quod respicit in-
iuriam certæ personæ, tunc talis hæreditas, vel
50 legatum, † illi personæ, nõ Fisco applicabitur.
vt elegãter dicit Augustin. Berous in cons. 32.
in sexto dubio. nu. 22. cum pluribus seq. vol. 2.
vbi post nonnullos, quos allegat, dicit: quòd si
est factum legatum vxori à viro, & illa post
eius mortem stuprum cõmiserit, tale relictum
venientibus ab intestato debetur: quia per stu-
51 prum fit iniuria filijs. † Bartol. in l. Pen. C. de
Adult. Alex. in l. 2. ff. de vulg. & pupill. subst. fit
etenim mortuo viro iniuria ex immaturis nu-
52 ptijs, quanto† magis ex stupro? §. Fin. in Auct.
de restit. & ea quæ par. §. Sin autem. Auct. de
nupt. vt multis comprobãt Octauian. Cacher.
in decis. Pedem. 77. per totum.
Vigesimo secũdò, nunquàm hæredi, aut lega-
tario indignitas nocet, vel illos excludit, si qs-
piam indignitatis exceptionem opposuerit; qa
ista exceptio soli Fisco, non alteri competit,
ideoq́; si alter quisq̃ hoc obijceret, semper re-
53 pellitur. & hæreditas, ac legatum ab ipsis† mi-
nimè auferetur. Glo. in l. His consequenter. § 1.
ff. famil. hercisc. Bald. in l. Hæreditas. nu. 9. C. de
indign. in consil. 480. nu. 4. vol. 1. Alex. in cons.
136. vol. 7. Corne. in cons. 150. in fin. vol. 2. Bar
thol. Socin. in cons. 84. in fin. vol. 4. Marc. Ant.
Natta in cons. 462. nu. 27. vol. 2. Didac. Couar.
in Epith. de sponsal. par. 2. cap. 6. §. 8 num. 23.
Ioan. Petr. Surdus in consil. 1. nu. 89. vol. 1.
Vigesimo tertiò, & si spurij quodammodo in-
digni à legibus iudicentur, si tamen apertè, ac
publicè hæredes instituti fuerint, illos succe-
54 dere, ac Fiscum excludere† notoriũ est, vt post
Salicet. Alciat. Crauett. & Boer. voluit Cardin.
Paleotus de Nothis, & Spurijs. c. 40. per totũ.
Aut saltem, & si habeantur pro non scriptis hæ
redibus, succedent substituti, si extant, vel ab
55 intestato† venientes, Fisco excluso. Corn. in
cons. 310. vol. 1. & in consil. 222. vol. 4. & ante
ipsum latissimè Paul. de Castro in cons. 306.
vol. 1. Alex. in cons. 202. vol. 6. Rapha. Fulgos. in
cons. 44. in fin. & Marian. Socin. iunior in cons.
111. nu. 12. vol 3. Item excludetur Fiscus, quan
do institutus esset spurius, cum conditione, ꝙ
56 si incapax esset, succederet alius, quia† exclu-
so Fisco, substitutus capiet hæreditatẽ. vt post
Bartol. in consil. 118. Oducius. voluit Alex. in
consil. 51. vol. 2. M. Anton. Natta in consil. 246.
nu. 8. in cons. 247. nu. 1. vol. 2. Hierony. Gabriel.
in consil. 104. in fin. vol. 1. cum allegatis nouis-
simè ab Antonino Tessauro in decis. Pedem.
127. nu. 4. Quod declaratur, non procedere vbi-
cunq; testator, alium clã instituisset hæredem,
& hic institutus de illa, spurio restituenda, fi-
57 dem accõmodasset, tũc enim Fiscus† auferret,
vt concludit Barthol. Socin. in dicto consil. 84.
per totum. vol. 4. Deci. in cons. 311. nu. 5. Andr.
Barbat. in cõs. 46. vol. 1. Lud. Sardus de legitim.
c. fin. in fin. alios refercus Simon de Prætis de
interp. vltim. volunt. lib. 5. Interpret. 1. Dubit. 1.
nu. 45. par. 2. Gerard. Mazzol. in cons. 31. nu. 26.
cum duobus seq. vol. 1. Et ad probandam taci-
tam præstitam fidem, dicunt sufficere confes-
58 sionem hæredis, † qui fidem præstitit. vt voluit
Francisc. de Ramponib. inter consil. Cald. 25.
sub tit. de testam. Corn. in cons. 310. supra alle-
gato. vol. 1. Simon de Prætis vbi supra nu. 46.
Hoc tñ proximè dictum, ego minimè sic indi-
stinctè, & ieiunè admitterem. Pone enim, quòd
hæres fraudem faciat, se ipsum Fisco deferens
59 ad acquirendam sibi† dimidiam, vel tertiam
partem. iuxta. l. Senatus. §. Senatus. & l. Edicto.
ff. de iur. Fisc. Et sic non esset credendum sibi
60 ipsi ad sui vtilitatem: tacitę enim fidei† accom
modatæ debet probatio fieri. vt censuerũt Bal.
in dicto consil. 480. nu. 4. vol. 1. Alex. in dicto
consil. 202. vol. 6. Deci. in dicto cons. 311. in fi.
Vnde clarum est, obligatorium instrumentum,
seu promissionem de restituendo, spurio non
nocere, tamq̃ actum per scripturam publicam,
& notoriã: Sed tacita fides probatur per cau-
61 tionem domesticam, vel† chirographũ. l. In ta-
citis. vbi hoc voluit Bart. ff. de leg. 1. tex. in l. In
fraudem. ff. de indig. Et in casu isto, cautio do-
mestica, & chirographum, idem erunt: de qbus
in d. l. In tacitis. Cautio enim nil aliud est, q̃ se-
curitas domestica, quasi illorum de eadem do-
mo, & familia: ità vt I. C. nil aliud præsuppo-
nat, quàm sit tacita scriptura familiaribus con
62 ueniens, ità enim † interpretari oportet verba
illa (domestica.) arg. l. 2. ff. Ad Senat. consult.
Syllan. l. Præsenti. §. Sanè. vbi Glo. C. de his qui
ad eccles. confug. Bart. & Bal. in l. Respiciendũ.
§. Furta. ff. de pęnis. Chirographum autem, scri
pturam esse priuatam, q̃ sua cuiusq́; scribitur
63 manu, † notatur in l. Chirographis ff. de admi-
ni. tutor. Alciatus in l. Procurator. C. de eden.
Alex. ab Alexan. Dierum Genial. lib. 2. cap. 30.
vbi & Authographum appellat, quod quis sua
manu scribit, quasi ab Authore confectum.
Hinc ego censeo, quòd si huiusmodi scriptu-
ra, post testatoris mortem esset confecta, suspe
cta haberetur, ad euitandam fraudis suspicio-
nem, cuius supra meminimus: vnde tunc no-
cere quodammodo arbitrarer, si tempore te-
stamenti, ad huc viuente testatore facta fuisset.
Simili modo dicendum esset, si hoc chirogra-

phum factum fuisset, ac tribus testium subsctiptionibus firmatum, quia tunc tamq̃ publica
64 sctiptura † iudicabitur.arg l.Scripturas.C.Qui pot.in pig.habe. illaque sic existente habenda esset tamq̃ publica, & spurio minimè nocete, quia non diceretur, clam, vel tacitè facta: & de hoc ptiuato instrumento arbitror dixisse Antonium Gomez in l.Tauti.9. num.24.

Hos viginti tres casus iungas cum illis duodecim ab Afflict.vbi supra traditis,omittendo reliquos,qui faciliter à cutioso inueniri q̃unt, quorum aliqui reperiuntur apud Iacob. Cuiacium. in Nouell. prima col.1. Nouissi.nè dum hæc typis dantur Flaminius de Rubeis in consil.16.per totum. vol.1.

Antequem caput hoc finiam, memorabile incapacium, ac indignorum exemplũ proferam, relatum ab Augustin. Con ra Parmenianum. lib.1. estq; huiusmodi. Quædam (inquit) mulier Donatista,testamento legata in aliquos suę communionis,& hæresis contulerat Frater hæres institutus,legata nulla esse dixit, & pro nõ scriptis haberi oportere, quæ contra legem Theodosianam,hæreticis incapacibus, & intestabilibus,scripta,atq; relicta essent:sed,& Imperatoribus Archadio,& Honorio supplicauit.
65 Hi,adempta † Donatistis legata omnia, fratri Nobili, & Honesto viro, & Catholico restitui iusserunt,non Fisco:ex lege Papia de Caducis. Hæc Augustinus.de his Caducis meminit Caius in l.Cũ Fisco.ff.ad S.C.Syllan. & in l.Quod si in diem.§. Pridie. §. Ait Senatus.ff. de Perit. hæred.l.Vnica.§.Et quemadmodum.§. Et cum lex.§ Cum igitur. §. Et cum triplici. C. de caducis toll.& dicam alibi.

ARGVMENTVM CAP. XVI.

Contrahentium incestas nuptias bona quãdo de regalibus sint:& Omnis nuptiarum incestarum materia nouissimè enucleatur.

COMPENDIVM.

1 *Deus Optimus Maximus matrimonij institutor.*
2 *Matrimonium in lasciuientis carnis remedium datum post hominis præuaricationem.*
3 *Caro corrupit viam suam. num.4.*
5 *Qui matrimonium damnarunt, & ex quibus.*
6 *Sapienti, an vxor ducenda?*
7 *Nubere volentibus consilium datur, ob incontinentiam, vt nubant potius quàm vrantur.*
8 *Voluptatis detestatio ex Piperono.*
9 *[illegible]ur,qui voluptatibus concubitus se exercuerunt,languidiores fiant?*
10 *Sine Matrimonio humanum genus vel rueret,vel flagitijs cresceret.*
11 *Matrimonij sacramentum magnum est.*
12 *In Matrimonio ex duobus fit vna caro.*
13 *Martini Lutheri error.*
14 *Sine carnis luxuria pauci inueniuntur.*
15 *Luxuria inimica Deo, & inimica virtutibus.*
16 *Fornicationem prohibuit Apostolus.*
17 *Venereorum concupiscentia, corpus commutant, & insanias faciunt.*
18 *Epularum mala.*
19 *Matrimonium, quo modo Baptismate, & cognatione spirituali impediatur. num.20.23.24.25.27.*
20 *Ex Baptismate nouem propinquitates insurgunt.*
21 *Per Cathechismum contrahitur cognatio spiritualis.*
22 *Cathechizatio fit ante fores Ecclesiæ.*
23 *Cognatio spiritualis impedit matrimonium contrahendum, non dirimit contractum.*
24 *Quatuor vincula cognationis spiritualis contrahuntur ex baptismo.*
25 *Cognatio spiritualis an contrahatur etiam cum vxore suscipientis puerum?*
26 *Ex tactu linteoli, quo est obuolutus puer, an contrahatur cognatio spiritualis.*
27 *An tactus carnis requiratur ad spiritualem cognationem?*
28 *Baptismatis administrator sacerdos.*
29 *Mulier, an baptizet in casu necessitatis?*
30 *Hæreticus an baptizet?*
Iudæus, an baptizet?
31 *Paganus an baptizet? num.32.*
33 *Baptismus,præsente presbytero,non fit per Diaconum; præsente Diacono,non per subdiaconũ; præsente Subdiacono,non per Clericum; præsente Clerico,non per laicum; præsente homine, non per fœminam.*
34 *Cognatio spiritualis, an cum pagano Baptizante contrahatur?*
35 *Baptismus est sacramentorum omnium fundamentũ.*
36 *Paganus, vel Iudæus cum Christiana se commiscentes contrahunt affinitatem.*
37 *Paternitas semel per actum quæsita deleri nequit.*
38 *Matrimoniũ carnale Iudæi cũ Christiana interdictũ.*
39 *Iudæi habent omnes actiones legales Romanis competentes.*
40 *Principale regulat accessorium.*
41 *In conficiendis, & dispensandis sacramentis nudum ministerium exhibetur, & diuinitus operatur Dominus. num.42.*
43 *Infans puerum tenens in baptismate cognationem spiritualem an contrahat? num.47.*
44 *Nauarri opinio reprobatur.*
45 *Argumentum à cognatione naturali, & matrimoniali ad spiritualem valet.*
46 *Matrimonium carnale requirit consensum.*
47 *Infans matrimonium carnale non contrahit. num.58.*
48 *Consensus est actus à voluntate dependens.*
49 *Contrahentium voluntas exigitur in matrimonio carnali.*
50 *Infans voluntatem non habet.*
Infans quicquid velit ignorat.
51 *Voluntas quid est, eiusq; diffinitio. num.52.*
53 *Voluntatis magistra, & præceptrix ratio.*

54 In-

54 *Infantes non habent vsum rationis.*
Infantes nesciunt discernere bonum à malo.
55 *Infanti, Furioso, Fatuo, & amenti æquiparatur.*
56 *Furiosus matrimonium contrahere nequit.*
57 *In Furioso, ac mente capto, nulla cadit voluntas.*
59 *Consensus plenus non adest, nisi post pubertatem.*
60 *Matrimonium impedit inuita, & coacta voluntas.*
61 *Infans dicitur inuitus.*
62 *Matrimonia libera esse debent.*
63 *Matrimonium contrahere melius est, quàm cognationem spiritualem.*
64 *Cognatio spiritualis sacramentum non est.*
65 *Infans æquiparatur dormienti.*
66 *Dormiens caret locutione, voce, & auditu.*
67 *Dormiens de membrorum mutilatione, ac de homicidio non tenetur.*
68 *Dormientes inter miseros ponuntur.*
69 *Ex nimio somno infirmitates generantur, quæ declarantur.*
70 *Somnus est ligamentum omnium sensuum.*
71 *Dormientes dicuntur quasi mortui, Galeno.*
72 *Infans non præsumitur doli capax.*
73 *Infantes septennio minores, & mentiri, & verum dicere, & confiteri non dicuntur.*
74 *Infans nisi fuerit pubertati proximus non dicetur doli capax.*
75 *Omne peccatum, Blasphemiæ comparatũ, est minus.*
76 *Infantes delicto minimè obligantur.*
Infans non potest peierare, quia non iurat.
Furiosi, & Phrenetici non iurant, nec iuramento se obligant.
Intellectus gloss. in cap. Mulier. 32. quæst. 2.
Proximi pubertati, quando dicantur.
Lex generalis recipit restrictionem ab aliis legibus.
77 *Statutum reiiciens omnes exceptiones, non intelligitur reiicere, quæ ex capite eorundem statutorum procedunt.*
78 *Monachi, & Regulares cognationem non contrahunt spiritualem.*
79 *Futurorum incerta veritas.*
80 *Futura solus Deus ante præuidet, ac præscit.*
81 *In antiquis est sapientia.*
82 *Infantes, vt senes, ita benè sentire nequeunt.*
83 *Cognatio spiritualis contrahitur in sacramento confirmationis.*
84 *In confirmatione, cum quibus contrahitur cognatio spiritualis.*
85 *In sacramento confessionis, an contrahatur cognatio spiritualis, & cum quibus.*
86 *Legalis cognatio, per adoptionem, & arrogationem contrahitur.*
87 *Adoptionis, & arrogationis, an sint diuersæ species? Petri Fabr. & Franc. Notomani opinio improbatur.*
88 *Genus est, quod prædicatur de pluribus differentibus specie, in eo quod quid sit.*
89 *Species generi subiicitur, & prædicatur de pluribus differentibus numero.*
90 *Intellectus l. 1. l. secundæ. ff. de adopt. num. 97. 98.*
91 *Aequiuocum habet vnum nomen, sed substantiæ ratio diuersa.*
92 *Genus debet esse prius, & ante speciem.*
93 *Generis cuiusq; plures debent esse species.*
94 *Species non potest prædicari de genere.*
95 *Species debent ordinari sub genere.*
96 *Genus, & species differunt.*
99 *Speciem pro genere, quandoque appellant Iurecons.*
100 *Adoptio quid est? nu. 101.*
101 *Adoptio est naturæ similitudo, vt filium quis habeat, quem non generauit.*
102 *Adoptio actus est legitimus, naturam imitans.*
103 *Adoptio corã quibus Magistratibus fiebat. nu. 104.*
105 *Arrogationis formula. nu. 106.*
107 *Caii Iurisc. & Gellii conciliatio.*
108 *Consanguinitas quid est?*
109 *Affinitas quid est?*
110 *Affinitas etiam ex coitu illicito contrahitur.*
111 *Matrimonium permissum inter Adamũ, & Euam.*
112 *An ante Adæ peccatum, essent futuri coitus absque eo, an fuissẽt futuri voluptatibus corporeis obnoxii. nu. 113. 114. 115.*
116 *Matrimonium inter Amram, & Iocabed contractum extitit in tertio gradu.*
Arbor Amram, & Iocabed.
117 *Matrimonium olim contractum inter consobrinos.*
118 *Gradus prohibitionis matrimonii ex lege Mosis. num. 141.*
119 *Vxorem defuncti fratris sine prole, alter suscipiebat.*
120 *Iure ciuili inter ascendentes, & descendentes in infinitum matrimonium contrahi non potest.*
121 *Ioanni Baptistæ mors ab Herode illata, quare? num. 142.*
122 *Gregorius Pontifex, & Concilium Lugdunense matrimonium prohibuerũt vsq; ad septimum gradũ.*
124 *Alexii Comneni Imperatoris Constantinopolitani prohibitio graduum matrimonii.*
124 *Matrimonii prohibitio vsque ad quartum gradum per quos?*
125 *Adam, & Noe si hodie viuerẽt matrimonium contraherent. nu. 127.*
126 *Matrimonium elapso quarto gradu etiam inter ascendentes, & descendentes contrahitur.*
127 *Ioannis Ferrarii Montani I. C. grauissimi opinio improbatur.*
128 *Matrimonium quãdo impediatur in affinitate proueniente ex illicita copula carnali.*
129 *Summus Pontifex in Matrimonio non solum dispensat in causis, & casibus collateralibus, sed etiam id potest in causis ascendentium, & descendentiũ. nu. 130. 131. 146. 147. 151. 154.*
131 *Summus Pontifex etsi non soluerit dispensare inter ascendentes, & descendentes, tamen id facere potest. nu. 155.*
132 *An contra præcepta euangelica possit dispensari? nu. 133. 134.*
134 *Deus regulas dedit generales, Vicarius tamen suus ex causa limitat.*
135 *Ecclesia pro tempore variè agit quoad dispensationes.*
136 *Petrus in administratione maior fuit Paulo.*

137 *Minor quatuordecim annis obligatur diabolo ex peccato mortali.*
138 *Minor ad professionẽ in monasterio non admittitur.*
139 *Papa an cum cõuersis ad fidem dispenset, vt vxores retineant?*
140 *Ius naturale omnia animalia docuit.*
141 *Graduum prohibitorum ad contrahendum matrimonia obseruantio, non est iuris naturalis.*
142 *Cur Ioannes Baptista improbabat matrimonium Herodis. nu. 143.*
144 *Regna Iturea, Trachonitidis, Gaulonitidis, Batanea, & Panendis, cui fuere legata?*
145 *Herodias filia erat Aristoboli, & Berenices, neptis Herodis.*
148 *Dispensationes matrimoniorum ex causa fiunt.*
149 *Matrimoniorum dispensationes quandoq; fiunt ob Regnorum conseruationem.*
150 *Emanuel Rex Portugalliæ vnam post aliam tres duxis sorores in vxores.*
151 *Hæretici sunt, qui dicunt gradus matrimonij ab ecclesia dispensari non posse.*
153 *Vbi militat eadem ratio locum habet eadem dispositio.*
156 *Myrrha Vesanus amor in Cinyram patrem.*
157 *Menephron propriam matrem deperiuit.*
158 *Artaxerses Persarum Rex Atossam filiam vxorem duxit.*
159 *Oedipus Laio patre mortuo, Iocastam matrem duxit vxorem.*
160 *Semiramis Ninum filium Amoris postulauit.*
161 *Semiramidis lex iniquissima, quòd cuique liceret appetere illa coniugia, quæ cuique placerent, omissa omni naturæ reuerentia.*
162 *Incesta nuptia prohibita illa dicuntur, quæ ob impedimẽta proueniunt cõsanguinitatis & affinitatis.*
163 *Incestum quando dicatur. nu. 181. 182.*
164 *Incestus an committatur cum moniali? nu. 166.*
165 *Qui se religioni vouerunt matrimonium contrahere minimè possunt.*
167 *Elapso anno irreuocabiliter quis monachus erit.*
168 *Presbyter, & sacerdos post obtentum habitum sacerdotij, & consecrationem, matrimonium contrahere non potest.*
169 *Sacerdotium, castitatem præcipuam habere decet.*
170 *Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum.*
171 *Intellectus Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 3.*
172 *Henrici Octaui Regis Angliæ, & Catherinæ Reginæ controuersia magna.*
173 *Pro Regina Catherina scripsere multi, qui enumerantur.*
174 *Herodis matrimonium, quo modo malo exitu finitum.*
175 *Herodes, & Herodias in Hispaniam fugati.*
176 *Titus Vespasianus ab matrimonium cum Domitia vxore fratris, dum moreretur, pœnituit.*
177 *Claudius Cæsar coniunctarum matrimonia semper quæsiuit.*
178 *Messalina Barbati Messalæ filia, meretricum Princeps. nu. 179.*
180 *Antoninus Caracalla probris afficitur, quod Iuliam nouercam duxit vxorem.*
182 *Veneris cingulum Cestus.*
183 *Cingulum Veneris ad viri domũ asportabat vxor.*
184 *Lorus, seu Baltheus, quo vxor cingebatur.*
185 *Iuppiter, hortatur Venerem, vt relictis bellis, matrimonia curet.*
186 *Cestus siue Baltheus continebat illa, quæ enumerantur.*
187 *Cestum, amabilitatem, & cupidinem continuisse.*
188 *Cingulum, ac Zona pro virginitate sumebatur, & noua nupta illo cingebatur. nu. 189.*
190 *Zonam soluere, ac cingulum, est virginitatem exuere. nu. 194.*
191 *Athenis erat Templũ Dianæ soluizoniæ, quo leuato partu mulieres, Zonam Dianæ solutam dicebant.*
192 *Zonas donari solitas Dianæ, Veneri corollas.*
193 *Cæstus cum diphthongo, est genus clauæ.*
195 *Pœna publicationis bonorum cõtra eos, qui contrahunt incestas nuptias, est de regalibus.*
196 *Pœna contrahentium incestas nuptias intelligitur in nuptijs prohibitis de iure ciuili. Sed vide. num. 197. vbi quòd intelligitur de prohibitis iure canonico. nu. 198.*
199 *Pœna contrahentium incestas nuptias, non habet locum contractis sponsalibus, sed in matrimonio carnaliter consumata.*
200 *Incestus iure punitur, qui citra matrimonij causam coit.*
201 *Pœna contrahentium incestas nuptias, non habent locum, si nesciuissent impedimenta.*
202 *Pœna locus non est contrahentibus nuptias ex illicita fornicatione.*
203 *Pœna contrahentium incestas nuptias locum nõ habent in sponsalibus de futuro contractis, salua dispensatione Summi Pontificis.*
204 *Contrahens scienter incestas nuptias, vel sponsalia consumpta per carnis copulam, an incidat in pœnam cle. 1. de consang. & affi. remissiuè.*
205 *Bona contrahentium incestas nuptias publicantur, & in eis locum non habet Auth. Bona dãnatorum.*

CAP. XVI.

ANtequàm de bonis contrahentium incestas nuptias, q̃ de regalibus sunt, loquamur, altius quædam repetenda erunt, vt ex ijs postmodum scriptis, vniuersa tradita habeantur, quæ quoquo modo ad hunc tractatum desiderari poterunt.

DEVS optimus maximus in Paradiso marrimonium instituit, dum primo parẽti † Adamo, Euæq; dixit: Crescite, & multiplicamini, & implete terrã. Genes. c. 2. & latè diximus de compromiss. §. 2. Glo. 1. n. 96. Fuitq; matrimonij institutio ante hois p̃uaricationẽ in officium tm̃, in suscipiendæ, educandæ, ac nutriendæ prolis ministerium: vt dixi cons. 49. nu. 49. cum pluribus seq. centur. 1. Post verò hominis p̃uaricationem, datum etiã ei in remedium lasciuiẽtiæ †carnis, & incõtinentiæ. Sed videntes postmo-

dum

dum filij Dei, filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant. Et paulò post. quia vniuersa caro corruperat
3 viam suam. Genes. †cap.6. ex cuius literę sensu, quid collegerit Ambros. de Noe, & Arca lib. 1. cap.4. vnusquisq; videre poterit. & ante eum Lactant. Firmian. diuinar. instit. lib. 2. c. 14. Iustinus Martyr in Apolog. Ad Senatum Roman.
4 Tertullian. in lib. de Habitu mulier. & eius† Ec sententiæ fuit Clemens Alex. Stromat. lib. 5. Quos errasse scribit Ioan. Chrisost. in Genesim. Homel. 22. Cyril. lib. 2. Allegoriar. in Penthateucum Serm. 5. Io. Cassian. Collation. lib. 12. c. 8. Theodoretus in Epitome diuinorum decretor. c.7. & nouissimè Fęlicianus Capitonus explication. Catholic. lib. 1. Explicar. 9. & seq. & ea ex causa matrimonij status optimus semper est habitus.

Nec defuere quàm plurimi ex Ethnicis, qui
5 matrimonij statū apprimè† damnatēt: sic enim ex Græco in Latinum ducta est Menandri sententia dicentis:

Vxorem habere, & liberorum esse parentem,
O Parmeno, multas in vita sollicitudines affert.

Et Euripides in Alcestide ait:

Fęlices aio, homines innuptos, & sine liberis.

Hinc illud Iuuenalis Satyra. 6.

Semper habet lites, alternaq; iurgia lectus,
In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo,
Tunc grauis illa viro, tunc orba Tigride peior,
Cum simulat gemitus occulti conscia facti,
Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat
Vberibus semper lachrymis.

Vnde Terentius in Adelphis ait:

Duxi vxorem: quam ibi non miseriam vidi? nati filij.
Alia cura. Porro autē, dū studeo illis, vt quàm plurimū
Facerem, contriui in quærendo vitā, atq; ætatē meam.
Nūc exacta ætate, hoc fructū pro labore ab his fero,
Odium, meam autem mortem expectant.

Sic Plautus in Sticho:

Facile inuenies, & peiorem, & prius moratam pater,
Quàm illa fuit: meliorē neq; tu reperies, neq; sol videt.

Alios eiusdem Plauti versus facètissimos ad hunc finem adducit Marquardus de Susannis de Cęlibat. sacerdotū nō abrogando par. 2. c. 4. Sic illa mulier apud eūdē Plautū in Penulo ait:

Postquàm illuxit aurora cessauimus ex industria
Ambæ lauari, atq; fricari, aut tergeri, aut ornari,
Poliri, expoliri, pingi, fingi.

Et ad idē Terentius in Heautontimorumenō ait:

Nosti mores mulierū: dum Poliuntur, dum Comuntur
Annus est.

Sic Ouidius de Arte Amandi lib. 3. ait:

Fæmina canitiem germanis inficit herbis, 8
Et meliore vero quæritur arte color.
Fæmina procedit densissima crinibus emptis,
Proq; suis alios efficit ære suos.
Quid de veste loquar, non iam segmenta requiro,
Nec quæ de Tyrio Murice lana rubet.

Lepidissimum Epigramma, incerti tñ Authoris Græci latinitate donatum refert Hieronymus Sapcotus Anglus in l. Nominis. ff. de verb. sign. cuius verba ipse referam, vt ipse retulit, quia pulchra sunt.

Fęlix primum quidem, qui nihil cuiquam debet;
Mox, qui vxoris expers; Tertiò, qui sine liberis est.
Quòd si furēs, qui duxerit vxorē, gratiâ habet si humarit
Statim nuptam, postquàm dotem accepit vberem.

Hugo de sancto Victore, in libello ad socium
6 volentem nubere, inquit: Non vxor† ducenda est sapienti. Primùm, quia studia Philosophiæ impedit, nec potest quisquā libris, & vxori pariter inseruire. Multa sunt, quæ matronarum vsibus necessaria sunt, videlicet, pretiosæ vestes, aurum, gemmæ, sumptus, ancillæ, suppellex varia: deinde per totas noctes garrulæ quæstiones. Illa ornatior procedit in publicū, hæc honoratur ab oībus, ego in conuentu fęminarum misera despicior. Cur aspiciebas vicinā? Quid cū Ancilla loquebaris? de foro veniēs qd attulisti? Nō Amicū habere possumus, nō sodalē; alterius amorē, suū suspicatur odiū. Hæc notabiliter Hugo. Et hoc idē innuebat Gregorius Moraliū lib. 11. Bonū (ait) est coniugium, sed mala sunt, quæ circa illud ex huiusmodi cura succrescunt. Quod latius deducam in Commentarijs ad Plutarchum de præceptis connubialib. c. 2.

Licet autē nonnulla coniugij, ac matrimonij incommoda possent assignari, non tñ matrimonij bona idcirco deficient, quæ longè maiora sunt, ac saniori opinione, rationeq; firmanda. Omittere possem voluptates, illecębras, quarum causâ incontinentibus consilium datur,
7 nubere melius† esse, quàm vri: iuxta dictum Apostoli Pauli. 1. Corinth. c. 7. nam, vt habet Virgilius in Buccolicis Egloga. 2.

Trahit sua quemque voluptas.

Voluptatis autem mala nonnulla sunt: longa nimis sunt illius examina, de quibus Silius Italicus belli punici lib. 15. inquit:

Inde aspice latè
Florentes quondam luxu; quas verterit vrbes:
Quippe, nec ira Deum tantum, nec tela, nec hostes,
Quantum sola noces animis ill ipsa voluptas.
Ebrietas tibi fida Comes, tibi luxus, & atris
Circa te semper volitans infamia pennis.

Hinc Cic. de Fin. Bon. & mal. lib. 2. Nos verò, inquit, (si quidem in voluptate sunt omnia) longè, multumq; superamur à bestijs, quibus ipsa terra fundit ex se se pastus varios, varieq; abūdantes, nihil laborantibus: nobis autē vix, aut ne vix quidem, suppetunt multo labore quærentibus. Vnde optimè Piperonus de omni ve-
8 ro officio lib. 2. c. 3. inquit: Voluptas enim† rationi hominis inimica omne consiliū impedit, & ità mentis perstringit oculos, vt quādiu voluptati indulgemus, nil rectè mēte agitare, nil ratione, vel cogitatione cōseq valeam⁹: & quò maior est, & longior, eò omne animi lumen extinguit; & cū ad omne flagitiū sola voluptate

excitemur, non improba solũ, sed detestabilis; & pestifera iudicãda est. Quin etiã falsæ sunt, & vmbratiles quæq; corporis voluptates; tũ qa breuissimæ, & plenæ sollicitudinis; in medijs namq; voluptatum Ludis suspiramus nonnunquàm, ac ludis peractis discedimus tristiores: Tum etiam, quia mixtæ dolori, si quidem appetitio indiga, dolor quidam est; nam corporis voluptates, quas vsus rarior commendat, tam diù percipiuntur, quàm diù egestas, & appetitio permanet. Hæc Piperonus. Nõ ab re igitur Aristot. Proble. 22. sect. 4. causam reddit, cur q

9 † voluptatibus concubitus se exercuerunt, languidiores efficiantur? Dicitq; semen ex omni corporis parte excerni, vnde quasi ruitura tota corporis compactio quatitur. Dicẽdum verò est, moderatas, & ad necessarium vitæ vsum, corporis voluptates esse, sicut est cibus ad hominis vitam necessarius, & concubitus propagãdæ sobolis studio legitimè inhitus; quorum neuter est sine delectatione carnali, q̃ ad vsum naturalem per temperantiã redacta, libido esse non potest: & si improbæ nõ sint, in eis tũ summum bonum esse nequit, quod perenne est, & pmanẽs, cũ hæ voluptates interpollatæ sint, & tẽporariæ. Sed qs matrimonij, & cõiugij bona, numerare vnq̃ poterit? Vnde benè Sophocles.

Quæ nam Domus inter homines vnquam beatis
Diuitijs, & delicijs absq; bona muliere excreuit?

Infinita verò sunt matrimonij, atque coniugij cõmoda, in quibus scribi liber oporteret, vixq; sufficeret. Sufficit autem prolis susceptio ad so

10 bolẽ propagandam. Sine matrimonio, † & coniugio humanum genus, vel rueret, vel flagitijs, cresceret. Vnde vitandarũ fornicationum, congruum, sanctumque remedium fuit, non apud nos fide Christiana imbutos solum, sed & apud Ethnicos, Barbarosq;: vndè rectè cecinit Euripides in Antigone.

Astrictus nuptijs haud amplius est liber.
Vnum vero hoc habet commodi, quoniam affinitati
Bona coniunctus ab omni peccato sibi cauet.

11 Matrimonij itaq; Sacramentum † magnũ est, vt dicit Apostolus ad Ephesẽos c. 5. Et domũ subiũgit. In Christo, & ecclesia. Cum enim consensus animorum, nuptias faciat. l. Nuptias. ff. de regul. iur l. Cum fuerit. ff. de condit. & demonstrat. Vt Christi, atq; ecclesiæ coniunctionem repræsentet, corporum permixtio subsequitur. c. Cũ societas. c. Institutum. 27. q. 2. Tũc enim consensu præuio, subsequenteq; concubitu, in vnum, veluti corpus, vir, & vxor coale-

12 scunt, & ex duobus vna, eademq; caro fit. Genes. c. 2. & habetur in c. Non est dubium. c. cum societas. c. lex. 2. q. 2. Hinc rectè magister sententiarum. lib. 4. distinct. 27. Consensus (ait) coniugum, copulam spiritalem Christi, & Ecclesiæ, q̃ fit per charitatem, significat, commixtio verò sexuum, illam significat: quæ fit per naturæ conformitatem. Hinc etiam Matthei c. 19. Christus inquit: Quos ergo Deus coniunxit, homo non separet. Nec Martini Lutheri impostura ad illa Pauli verba obstat, (sacramentum hoc) non

13 dicere † sacramẽtum in Græcis, sed misterium: Nam idem esse, & sua opposita nihil obstare rectè disseruit Alphonsus de Castro aduersus hæreses lib. 11. tit. de nuptijs. Hæresi. 3.

Sed cũ humana natura facilè labatur ad delicta, & prona, procliuisq; sit ad malum; idcirco luxibus, luxurijsq; addictus homo, omnia

14 virtutum semina commaculat; cũ † sine carnis luxuria pauci inueniantur. c. Quia tua. in fi. 50. Distinct. quàm benè Hieronymus ad Damasũ, & August. in lib de Doctrina Christiana dicũt: Luxuria inimica Deo, inimica virtutibus, per-

15 dit † omnem substantiam. de qua sic Seneca in Octauia. cap. 5.

Totum per orbem maximum exortum est malum,
Luxuria, pestis blanda; cui dedit vires,
Roburq;, longum tempus, atq; error grauis.

Et ibidem subsequitur idem Seneca.

Luxuria victrix, orbis immensas opes
Iam pridem auaris manibus, vt perdat, rapit.

Quibus annecti possunt, quæ in laudem Stiliconis dicit Claudianus. lib. 2.

Nec te iucunda fronte fefellit,
Luxuries præ dulce malum, quòd dedita semper
Corporis arbitrijs, hebetat caligine sensus,
Membraq; Circeis effœminat acrius herbis.
Blanda quidem vultu, sed qua non tetrior vlla
Interius, fucata genas, & amicta dolosis
Illecebris, toruos auro circum ligat hydros:
Illa voluptatum multos innexuit hamis.

Omissis verò vxoribus, meretricios complexus, aduersus sacra matrimonij fœdera, homines sequuntur, contra præceptum Dñi: de quo Deuteronomij. c. 23. Non erit meretrix de filiabus Israel, nec Scortator. Vnde fornicationẽ

16 † prohibuit Apostol. ad Corinth. 1. c. 6. & Thobias c. 4. dicebat: Attende fili mi à fornicatione, & præter vxorem tuam nunq̃ patiaris crimen scire. Huc pertinet illud Salomonis Prouerb. c. 29. Qui nutrit scortum, perdit substantiam. Et similiter parabola Christi quæ habetur Lucæ c. 15. de adolescente luxurioso, qui oẽm substantiam perdidit. Vnde docet Aristoteles lib. 7. Moralium Nichomachiorum, q concupiscentiæ Venereorum manifestè corpus immu-

17 tant, & insanias † faciunt. Idcirco dicitur, q luxuria sapientes infatuat. cap. Salomon. 32. q. 4. c. Sacerdos 3. q. 7. Ideo dicitur q Ammõ ægrotabat ob amorem Thamar. 2. Regum. cap. 13. Ijs cõcinunt, q̃ scribit Seneca ad Lucillũ. Epist. 24.

18 Epulæ cruditatẽ afferunt; † ebrietates neruorũ torporẽ, tremoreq;, libidines, pedũ, manuũ, articulorũ oĩum deprauationes. Eo vsq; igitur humanorũ actuũ profusa luxuriæ insania pcessit, vt pprijs vxorib. minimè contenta, alienarũ mulierũ cõcubitum quærat; & illis minimè exsatiata, ad incestæ libidinis oblectamenta, pro-

curâte, illigâreq; maligno spiritu, pgrediatur.
Vt itaque recto ordine, ac tramite ad propo
sitæ speciei, ac tractationis campum procedamus,
plura videnda erunt, quibus præcognitis
tota seges illius habebitur. Primò videndum
erit, Quot modis committatur incestus? Vnde
dicatur? Ad quam incestarum nuptiarum speciem
hæc bonorum publicatio locum habeat?
Ad Primi itaq; resolutionem, vt incestarum
nuptiarum, vera doctrina, atque regula habeatur,
prohibitiones graduum edocendæ erunt,
quibus traditis, illa cognitio subsequens facilis
erit. Et quemadmodum spiritualia carnalibus
præponenda sunt, sic de spirituali prius im
pedimento contrahendi, videndum erit. Spiritualis
cognatio tribus modis contrahitur, qui
impedimentum faciunt, quominus matrimonia,
iuxta Ritus Catholicæ Ecclesiæ, permittãtur,
Baptismate, Cõfirmatione, & Confessione.
Regula itaq; fit: Inter Baptizantem Sacerdotẽ,
& Baptiaatam marrimonium, non cõtrahi; nec
inter Matrem Baptizari, ac Baptizantem; aut
19 † Patrem Baptizari, & Matrem Baptizantis. c.
Omnes. c. Non debet. 30. q. 1. ca. fin. de cognat.
spirit. Nec inter filios Baprizati, & Baptizãtis;
nec inter leuantes, seu tenentes ad fontem Baptismatis,
& leuatum, vel leuatam; aut filios leuantis,
vel inter ipsos leuantes, seu suscipientes,
& parenres suscepti, vel leuati. c. Martinus.
de Cognat Spirir. Et ex Baprismo nouem pro-
20 pinquitates insurgunt, † iuxta regulam traditam
ab Hostiẽse. in summa eiusdem tit. §. Quot
eius. Prima propinquitas inrer sacerdotem Ba
ptizantem, & Baptizatum; & hæc dicitur, Filiatio.
Secunda propinqaitas inter Sacerdotem
Baptizantem, & parrem Baptizati; & dicitur
comparernitas. Tertia inter eundem Sacerdotem,
& Matrem Baptizati; & dicitur, commarer
nitas. Quarta, inter filios Sacerdotis, si quos ha
ber, (fortè quia sit sacerdos coniugatus, aut ha
bita vxore vnica, & Virgine, & ex ea habitis fi-
hjs) & hæc dicitur fraternitas; vt in dicto cap.
Omnes. & in c Itã. 30. q. 3. Quinta inter suscipiẽ
tem, siue leuantem de Baprismo, & puerum susceptum,
& leuatum; & dicitur, filiatio. Sexta
inter puerum Baptizatum, & vxorem suscipiẽtis,
siue leuantis; & similiter dicitur, filiatio. Septima,
inrer Baptizarum, & filios suscipientis;
& dicitur similiter, frarernitas. Octaua, inter
suscipienrem, & parrem suscepti; & similiter,
dicitur comparerniras. Nona inter suscipientem,
siue leuantem, & matrem suscepri, siue leuatis;
& dicitur compaternitas. Hæc omnia habētur.
30. q. 3. per torum. & in c. Si quis vnus. c.
Spiritualem. c. Post vxoris. 30. q. 4. & in c. 1. & in
dicto c. Martinus. c. Veniens. c. Tua. de Cognat.
Spirituali. larè per summistas Angel. Clauas. in
summa. §. Marrimonium. 3. vers. Impedimētum
septimum. Armill. in § Matrimonium. nu. 9. Mar
tinum Mesnartium in Epit. legum Pontifical.
lib. 4. rit. 11. & 12. Ioan. Paul. Lancelott. Inst. Canonic.
lib. 2. tit. de Triplic Gognat. §. Nõ solum.
Marc. Anton. Cucch. Inst. Canonicar. Minor. lib.
3. tit. 15. Franc. Gratian. in Compend. Iuris Canonici.
parte. 5. sub num. 24. Sebastian. Medic. in
summa Decreti. q 30. articu. Sub hoc etiam Ba
ptismi impedimento, contrahitur cognatio spi
21 rituails per † Catechismum. Dicitur autem
Catechismus instructio illa, quæ Baptismum
præcedit; catechizare enim instruere est. ca. An
te vigesimum. de consecrat. distinct. 4. Et ista
22 Catechizatio † hodie fit ante fores Ecclesiæ.
Abb. Panor. in Rub. de cognat. spirit. Qui autem
assistendo tenet, seu leuat in Catechismo,
Cognatus fit spiritualis, ex quo impeditur ma-
23 trimonium † contrahendum, non autem dirimitur
contractum. c. Contracto. de cognat. spirit.
cap. 2. eo. tit. in 6.
Nouissimè vero Tridentini Concilij Decreto,
prouisum extitit, Quatuor Vincula cogna-
24 tionis † Spiritualis ex Baptismo contrahi, scilicet;
Primum, inter Baptizantem, & Baptizatũ.
Secundum inter suscipientem, & Patrẽ, ac Marrem
Baptizari. Tertium inter suscipientem, &
Baptizatum. Quartũ inter Sacerdotem Baptizantem,
& Patrem, ac Matrem Baptizati. vt patet
in c. Docet. sess. 24. de reformat. Gratianus,
& Medic. in locis relaris. Paul. Grysald. Decis.
Cathol. § Baptismus nume. 66. & alia ttaddidit
Petr. Cenedo in collectan. Iuris Canonici. 38.
nume. 3. & seq. parte 1.
Insuper cessat hodie disputatio, hactenus fa
cta inter Doctores; An tenente, vel suscipiente
puerum in Baptismo, intelligatur cognatio spi
25 ritualis contracta † inter vxorem etiam illius
suscipientis, & è contra? Super quo Pius Quin
tus Pontifex Max. In Const. incip. Cum illius
vicem facta in anno Dñi 1568. statuit, nullam
intelligi cõtractam spiritualem cognationem,
itã ꝙ marrimoniũ cũ ijs, licitè cõtrahi potest.
Ex ijs nouissimis prouisionibus, sublitã fuisse
atbitror abusionem, quam in plerisq; locis
introductam iam diù fuisse perceperam; qnia
26 ex contactu linteoli, quo fuerat † obuolutus
puer, dum fuerat Baptizatus, spiritualis cogna
tio contrahebatur; pluribusq; diebus post baptismum
iste panniculus asseruabatur pro explendo
illo actu, ad illorum commoditatem.
Quam, & si indicauerim maximam incuriam,
non fuit tñ actum sine authoritate, cum Dominic.
de sãcto Gemin istud fateatur in c. Qnamuis.
nu. 5. de cognat. spiritual. in 6. Authoritas
intercedit Archidiac. in c. fin. 30. q. 4. vbi sanè
intelligendũ erat: si linteolus tunc tangeretur,
cũ illo inuolutus esset, & tangeretur dũ baptizabatur.
quod probat etiam Philipp. Francis. in
dicto c. Quamuis. dicens de tactu linteoli etiã
in Ciuirate Perusij eius patria moris fuisse.
Quod dicit etiam Ioan. Baprist. Ferrett. in con
sil. 377. num. 6. vol. 2. In quo vltimo, ego vim nõ
face-

facerem,quia præsupposito casu quòd tangantur panni,dum puer Baptizatur, iam dicerem contrahi spiritualem cognationem : nec enim Sacris Canonibus scriptum reperitur,vt ista cognatio contrahatur,tactum carnis nudum fieri
27 debere per suscipientem † in susceptum, vel susceptam,quia Adultos,adultasq; inspicimus ad Sacramenta Baptismatis,& Confirmationis venire,nec idcirco Adulti, vel Adultæ carnem tãgi oportere,& idcirco sufficere, quòd sic indutus,vel induta,puer, puellaue teneatur. Saluo sẽper Catholicæ Romanæ Ecclesiæ iudicio.
28 Baptismatis administrator est † Sacerdos.c. Constat.de Consecr.dist.4. Concil.Trid. sess.7. de Sacramentr.in genere.cap.10. Et in casu necessitatis, etiam diaconus præsente Præsbitero; de illius licentia.c.Diacones.cap.Diaconi. 93.distinct.c.Sanctum.c. In necessitate.de con
29 secrat.dist.4. Quinimmo etiam † mulier in casibus iam dictis.d.c.Diacones.Et Hæreticus similiter.c.siue hæreticus. ca.Romanus. ead.Di-
30 stinct. Iudæus etiam † rectè potest baptizare.
31 c.A quodam. ibidem. Sic etiam † Paganus. vt in dicto.c.Romanus. His iungã notabilia Verba ad hunc propositum facientia, quæ scribit Gregor.Nazianz.in Oration. in Sanctum Lauacrum,dicens; Noli mihi dignitates eorum,qui te purgant,curiosè expendere,neque ex maiorum prosapia,iudica;etenim alius alio melior, vel humilior, ac te vnusquisque est sublimior. Cęterum ita considera: sint Anuli duo,Aureus hic,Ferreus alius,vterq; eadem Regia imagine sculptus;cęrę ambo imprimãtur,quid iurer signũ hoc,& illud interterit? Nihil. Discerne materiã in cęra,etiam si sapiẽtissimus existas. Dic quod nam ferri, quod vè sit auri signaculum? sed quo pacto vnum est, quia inter materiam, & characterem est diuersitas; Itã,& vbi sit omnis baptizator,quia tam & si conditione excellat,æqualis tamen Baptismatis vis est,ac vnusquisq; tibi æqualis sit expurgator, qui fide eadem est formatus. Hinc Ioan.Chrisostomus in Epistolam Pauli ad Hebræos.capit.10. Homel. 27.Cum obtuleris (inquit) præces, & subscriptam acceperis chartam non requiris quali calamo subscripserit Rex,neque in quali charta, neque quali atramento, sed vnum tantummodo quæris, si Rex subscripsit : Sic & in Baptismo,charta conscientia , calamus lingua sacerdotis est, Manus gratia spiritus sancti : siue ergo per me,vel per illum,officio fungitur Sacerdotis, ipsa manus scribit, nos ministri sumus, non authores.Quia,vt ait Augustin.contra Donatistas cap.10.Non polluũt mali bonos,in eo dem agro,in eadem Arca,in eisdem Pascuis, in eisdem retibus constituti; quia non eis comunicant boni, sed Altari,& Sacramentis DEI. sic lib.3. cõtra Cresconium Grammaticum,ca. 8 ait Cresconius:Dei quidem est dare incremẽtum,sed sicut,qui plantat, & rigat,non nisi colonus fidelis,& diligens quæritur; Sic etiam in Sacramento Baptismatis,non nisi fidelis,& iustissimus operarius adhibet. Quasi vero quòd infidelis colonus plantauerit: propter eius infidelitatem,non germinet vis seminis, & fecunditas terræ,cęlique tempories hanc efficaciam, diuinitus non acceperint. Idem Augustin.ibidem c.5.prius dixerat,siue à fideli,siue à perfido dispensatore Sacramentum quisque percipiat,non sanctificat, nisi Deus.Plura similia tradidit Alardus Aemsterladamus in Selectis similitudinibus. fol. 335.

Quæ sanè tamen intelligenda sunt, vt procedant,si modo id faciant,eo modo, & intentio-
32 ne,† vt facit Ecclesia. scribit Ioan. Paul. Lancelott.Iustit. Canonic.lib.2. tit. de Baptism. §. Baptizandi.§.sed, & si quis. Cocchus Inst. Earundem lib.3.tit.3.vers.Et quamuis.Conc.Tridentin.sess.7.de Baptism.Canone 4. Paul. Grysald.Decis.Catholicar.§.Baptismus. nu.26. 47. Iosephus Angles Florum Theolog.quæst.titul. de Baptism.q.3.conclus. 1. cum pluribus seqq. Ioan. Sotteall. in Summa Pontificalium. §. Baptismus nu.12.cum pluribus seq. Obseruari autem debere.censerem hijs casibus, vt præsente
33 † Præsbitero,& id facere valente,non fiat per Diaconum;præsente Diacono. nõ agat Laicus; præsente Laico,non mulier;præsente fideli, no agat Infidelis;vt ex Diuo Thoma , & alijs multis scribit Armilla.in §.Baptismus.nu.41.

Ex iam dictis, Ambiguitas oritur:An cum Pa
34 gano Baptizante intelligatur contracta † cognatio spiritualis?Super hoc respõdetur,quòd quemadmodum non dum carnalem vitam habens,non potest esse cognatus alterius carnaliter; sic expers vitæ spiritualis, non potest esse alterius cognatus spiritualiter. vt concludit D.Thom.lib.4.sentent.distinct.42.q.1.art.3.quẽ nouissimè sequitur Martin. Nauarr. in consil.3. sub titul. de Baptis. Sed idem antea tenuerant Ricchard. de Media Villa, & Petr. de Palude , quos refert Clauas in summa. §. Baptismus. vers.Impedimentum septimum. nu.10. vbi cõprobat ex tex.& gloss.in c.1. de Præsbiter. nõ Baptizat.ministr.vbi dicitur Baptismũ esse om
35 nium Sacramentorum, † fundamentum ; Contrarium autem tenuit Gloss. in c. In baptismate. de consecrat.dist.4. quam sequitur Clauas. vbi supra.nu.10.Quæ opinio mihi placet, quia
36 quemadmodum si † paganus, vel Iudæus cum Christiana se commiscentes, vt nemo negabit, carnalem affinitatem contrahent;cum affinitas etiam per illicitam copulam carnalem contrahatur. c. Per tuas. de probat.vt post Didac. Couarr.in Epith.de Sponsalib.par.4.q.6.§ 7.nu.3. dixi de Compromiss.§.1.gloss.4.nu.23. dicitur contracta per Carnis copulam , quia actus copulæ amborum,affinitatis est causa.Eodem modo,& in cognatione spirituali, quia cum eidẽ permittatur Pagano, vel Iudæo Baptizare, si bapti-

baptizauerit,iam per Baptiſmatis collationē,
factus eſt Baptizati pater.vt in c.1. de cognat.
ſpiritual.in 6.Quæ paternitas ſemel per actum
37 quæſita † deleri nequit. Interdictum eſt enim
carnale matrimonium Iudæi cum Chriſtiana,
38 † & è contra:vt iure canonum patet ex c. Caue.28.q.1.& de iure ciuili. l.Nequis. C. de Iu-
dæis.Dicitur tamen coniugium,licet non ſit ra
rum.vt ex Auguſtin.dicit tex.in c. Siquis iudai
cè.ead.cauſa,& quæſt. Vnde eodē modo quod
factum eſt per Iudæos,ac Paganos per Baptiſ-
mum,iam factum eſt, quamquàm ratum nō ha-
39 beatur. Habēt inſuper Iudæi omnes† actiones
legales,Romanis competentes.l.Iudæi.la 1. C.
de Iudæis. Sed Romaniità baptizantes cōtra
hunt cognationem ſpiritualem,ergo & Iudæi.
Mirum in modum etiam facit. Cui conceditur,
quod principale eſt, conceditur acceſſorium:
Iudæis conceditur principale,ſcilicet poteſtas
baptizandi, ergo & eis conceduntur acceſſo-
ria, ſcilicet ipſa cognatio ſpiritualis baptiſmi
acceſſoria. Maior probatur in c. Acceſſorium.
de Reg.iur.in 6. & in l. Cum principalis. ff. de
regu.iur.Minor probatur in dicto c.Romanus.
& ſupra dixi.Ergo ſequitur cōcluſio vera.Cor-
roboratur etiam quia ipſum principale regu-
40 lat †acceſſorium.l.Soluitur. §.1.§ Fin. l.Ante-
pen.ff.qb.mod.pign.vel hypoth. l.2. C. de lui-
tion. pigno. & ità pro nunc reſideo.

Aliud etiam non relinquam, ꝙ tam in confi-
ciendis,quàm in diſpenſandis ſacramentis,ni-
41 hil præter nudum † miniſterium exhibēt,quia
Non qui plantat,neq; qui rigat,ſed qui dat in-
crementum,ille eſt.c. Multi.1.q. 1. Vnde illius
perſonam referunt,qui illa inſtituit,& præſer-
tim in baptiſmo.c.Baptiſmus. de conſecrat.di-
ſtinc.4.Idcirco in illorum miniſtratione,& ex-
42 hibitione diuinitus operatur†Dn̄s.dicto c.Ba
ptiſmus & c.Panis.de cōſecrat.diſt.2.c.Verbū.
de pęnit.diſt.1.Panor.in Rep.c.Extirpandę.§.
Qui vero.de præben. Vnde cum in ſacramen-
to baptiſmatis operetur Dn̄s,ſequitur Dn̄icam
illam operationē,more ſolito ſuā habere opor
tere ſeq̄lā ſpiritualis cognationis ſubſeq̄ntis.

Sed maius dubiū eſt: Num infans,puerum te-
nens in baptiſmate, cognationem ſpiritualem
43 contrahat? †Martin.Nauarr. in conſ.1.titu.de
cognatio. ſpirit.dicit eſſe quæſtionem nouam,
& difficilem,& per plures rationes tenet,ꝙ in-
fans doli capax licitè in ſacro fonte teneat
puerum, & conſequenter contrahat ſpirituālē
cognationem; & ex hoc ſequitur in eo,locum
habere matrimonij impedimenta, per plura
argumenta ab eo relata.

Mihi tn̄ Doctoris Nauarri, (viri, & ſi grauiſſi-
44 mi,) opinio prædicta non ſatisfacit.† Præſup-
pono autem ante omnia, licitum eſſe argumen
tari à cognatione naturali, ſeu matrimoniali
45 ad ſpiritualem cognationem, & hoc† ꝑbatur.
in c Inter corporalia.de tranſlat.Epiſcop.& in
c.Sicut 7.q.1.Cardin.Zabatell.in clem.1.§.Quę
etiam q.3.de conceſſion. præben. Socin.ſenior
in conſ.92.col.3.vol.1. Lauren. Calcan.in conſ.
11.col.2.Iaſ.in Auct.ingreſſi.n.24. C.de ſacroſ.
eccleſ.Ioan.Neuizan.in Sylua nuptial.§.Nō eſt
nubendum.ſub nu.223.Petr.Andr. Gammar.in
Dialectica legal.lib.2. Ioan. de Arnono in To-
pica. c.23. & nouiſſimè Ioannes à Rebertetia.
Topicorum.lib.4.c.15.Nunc dico,in matrimo-
nio carnali ad ipſum perficiendum requiritur
46 †conſenſus.l.Nuptias.ff.de regu.iur.& 27.q.2.
in ſumma.& in c. ſufficiat.c. ſcripſit.c.1.& plu-
ribus alijs de ſponſal.Infans autē in matrimo-
nio cōtrahendo conſenſum non præſtat.c.Tuę.
de ſponſal. Ergo infans matrimonium carnale
47 nō†contrahit.c.Puberes.deſpōſalib. Impuber.
c.vnico.eod tit.in 6 l. Minorem.ff.de ritu nup.
§ 1.Inſt.de nupt. Eſt autem cōſenſus actus vo-
48 luntatis, & ab ipſa voluntate †proficiſcens. vt
poſt alios dicit Anton.Florētiu.in ſumma.par.
1.Titul.4 c.9. Infans eandem voluntatem non
habet,vt ſtatim dicā. Secundò in matrimonio
49 carnali exigitur contrahentiū†voluntas.Chri-
ſoſtom.in Matth. & habetur in c.Matrimoniū.
& c.Omnis res.27.q.2. Sed infans nullā habet
50 voluntatem,quia quicquid videt†ignorat.l.Si
infanti.l. Potuit. C.de iur.delib.l. Pupillus nec
velle.ff.de regul.iur.& l.Furioſi.ff.eo.tit. l.Qui
ad certum.ff.locat.l.Qui ſeruū.vbi gloſ. & alij.
ff.de acqui.hæred.l.1.C.de falſ.monet.Barthol.
Socin.in conſ.207.col.4.verſ.Aliter etiā rūdeo.
vol.2. Borgnin. Caualcan. de Tutor. & curat.
nu.68.vbi dicit,non habere infantem,neq; vel-
le,neq; nolle.Ludo.Gozadin. in conſ.33.nu.8.
vbi dicit: Idcirco nullū actum facere poſſe in-
fantem:quod & voluerunt Hierony.Caguol.in
l.In eo.§ Pupillus.& in l.Pupillum.ff.de regul.
iur.Deci.& Ioan.Ferrar. Mōtanus, ac cæteri in
d.l Pupillus nec velle.ff.de regu.iur.Petr.Faber
de regul.iur.Antiqui.cap.5. Ioan.Frāciſc.Fara
de eſſentia infantis.cap.13.nu.9. Marc.Anton.
Natta in conſil.434.nu. 10.vol 2. Zaſi. in tract.
de Iudæis. q.2. Eſt enim voluntas deliberatio
51 animi intelligentis, & acceptantis†id,qđ vult;
vel, eſt animi motus ſine coactione. Bald. in l.
In ementis.col.3.verſ.Modo venio ad quæſtio-
52 nem.C.de contrah.empt.Vel voluntas†eſt ap-
petitus boni cū ratione. Ariſtoteles.1. Rethor.
cap. 10. Hæc autem minimè reperiuntur in in
fante,quia(vt dictum eſt)ipſius voluntatis ma-
53 giſtra,& præceptrix † ratio eſt, & dicit etiam
Ioan.Ludouic. Viues de Anima lib. 2. cap. de
volūtate.Vitus Amerbacchius de anima lib. 3.
Infantes autem non habent intellectum, nec
54 vſum rationis, nec diſcretionis, vt ſciant†di-
ſcernere bonum à malo. l. In ſponſalibus. la 2.
ff.de ſponſal.§.Pupillus. Inſt.de inutil.ſtipular.
l.Pupillus ſi fari.ff.de acquir.hæred.l.Coram.ff.
de verb.ſignific.l.Diem proferre. §.Coram. ff.
de arbitr.plura afferunt Andreas Alciat. Ioan.
Becchæ.

Brechę.& Gul.Forner.in d. l. Coram. ante eos Archidiac.in cap.Illud 15.q. 1. Hostiens.in ca. Exhibita.de homicid. vnde cum non possit infans voluntate operari,cum illam non habeat, sequitur matrimonium carnale cōtrahere non posse, & sic etiam spirituale. Tertiò ex ijs se-
55 quitur,ꝙ infans, fatuo,amenti,furioso,†phrænetico,ac mēte capto ęquiparatur. §.Pupillus. Inst.de iuutil.stipul.l.1.§.Adipiscimur.ff.de acquir.possess.§.Præterea.Inst.quib. non est permiss.facer.test.l.Fulcinius.§.Adeo.ff. ex quib. caus.in possess.eat.Sed furiosus, & ijs similes,
56 matrimonium†contrahere nequeunt,& si con traxerint nulliter faciūt, quamq̃ ante furorem factum non dirimat c.Neq; furiosus.32. q.7.c. Dilectus.de sponsalib.l.Patre furioso.ff.de ijs, qui sunt sui,vel alien.iur.Caius.in l.Furor.ff.de sponsalib.Paulus in l. Oratione diui Marci. in fin.ff.de ritu nupt.Hostiens.in Sum. tit. de matrim.§.Quatuor.nu.25.Antonius Gubertus de matrimon.titul.de ijs,ꝙ nupt.contrahere poss.
57 nu.126.Nulla enim voluntas † cadit in mente capto.vt dicit Bald.in l.Humanitatis. not.4.C. de impub. & alijs substit. Ergo nec infans illi
58 æquiparatus†cōtrahere matrimonium potest. c.Puberes.c.Attestationes. c.Ex literis.de spōsalib.impub.l. Quæsitum. & l.In sponsalibus.ff. de sponsalib.§.1.Inst.de nupt. maximè cum in matrimonio plenus cōsensus exigatur, qui nō
59 adest,nisi†post pubertatem d.l. Nuptias. ff.de reg.iur.§. Nuptias.Auct.de nupt.§ Illud.Auct. Quib. mod.natur.effic. legit.c. Cum locum.de sponsalib.dicto.c.Sufficit. c. Matrimonium.27. q.2.l.Fin.C.de repud. Simon Maiolus de irregul.lib.3.c.25.sub nu.17. Si matrimonium carnale non contrahit,igitur nec spirituale, vt diximus. Quartò inuitus matrimonium non con trahit,vel cognationē spiritualem;quia, vt diximus in primo, & secundo fundamento, exigit cognatio spiritualis voluntariū cōsensum; hinc inuita, & coacta voluntas matrimonium
60 †impedit c.Cum locum.c.De muliere. & vtro
61 biq; Panor. de sponsalib.Sed infans † dicitur inuitus.vt in l. Inuitum. ff.de seruit. vrb.præd. Ergo cognationem spiritualem non contrahit.
62 Quintò,matrimonia libera esse debēt†c.Gemma.de sponsal.l.Nec filium. l Nec ab initio. C. de nupt.l. Titia.in princ. vbi pulchrè Zas. ff.de verb.oblig.Sed sic est,ꝙ,si infans posset,tenendo ad baptismatis fontem,puerū,vel puellam, & acquirendo spiritualem cognationem impediretur matrimonium contrahere, per illū inuitum, & inuoluntarium actum, vt dictum est; ergo permittendum non est infantem admitti, vt libera matrimonia remaneant contrahenda.
63 Sextò melius matrimonium†erit cōtrahere,q̃ cognationem spiritualem:quia vtsupra dictum est,matrimonium primum omnium sacramentorum, à Deo in officium naturæ, vt diximus, & in Paradiso constitutum, & inter Ecclesiæ sacramenta numeratum: Cognatio vero spiri-
64 tualis,†sacramentum non est.Ex matrimonio autem multa proueniunt bona, vt diximus, & latius declarat Hostiēs. in Sūma de matrimon. §. Et quare contrahatur. & §. Quis sit effectus. & ibi inter cætera bona enumerata, est primū, quod supra diximus,sacramentum hoc magnū esse:secundò sobolis susceptio, atq; educatio. de quo diximus. consil.49.nu.49.51.Centur.1. Tertiò,euitatur fornicatio. Ex cognatione vero spirituali non nascuntur,nisi impedimenta, & simplex illa dilectio,quæ ex cognatione nascitur, minimè æqualis dilectioni inter coniuges, ac filios nascenti in matrimonio: ergo potius dicendum est in hoc casu dubij tenendam esse opinionem istam, quæ facit pro libertate matrimonij,ac sacramenti, q̃ dubiæ cognatio-
65 nis.Septimò,& vltimo,quia†infans,æquiparatur dormienti. l.1.§.Adipiscimur.l. Quamuis. §.Infans.ff.de acquir.possess. sequitur Cardin. Paleotus in decis.524.Franciscus exprima.n.3. lib.3.Sed dormiens non potest tenere,& suscipere in baptismo: ergo infans dormienti æquiparatus, non potest baptizandum suscipere. Maior probatur, vtsupra. Minor est notoria, &
66 etiam suadetur ratione;quia† caret loquutione,voce,& auditu.Bartol.in l.Sācimus.in princip. C.ad trebell. & ideo dormiens æquiparatur furioso.c Maiores.in fi.de baptism.& ideo non tenetur de homicidio,nec de membrorum
67 †mutilatione. Clem. 2. de homicid.Nec dormiens dicitur peccare.Glo.in c.Testamentū.6.
68 distinct.Et dormientes † inter miseros ponit. Bald.in l.Pen. C.de testam.milit. Vnde vulgatum illud Tyronum Scholarium, vigilantibus, & non dormientibus iura subuenire. Hinc ex
69 nimio,& importuno†somno, infirmitates generantur,pituita, corporis infrigidatio, innati caloris extinctio,memoriæ destructio,Nausea, malus corporis habitus.Paulus Ægineta. lib.1. latè Hierony.Cardanus de Sanitat.tuēd. lib.3. c 89.& 90.Donatus Antonius Ferrus.de Podagra.tract.3.c.5.vnde ad illius odium,atq; detestationem dixit Ouidius lib.2 Elegiarum.

Stulte quid est somnus, gelida nisi mortis imago?
Longa quiescendi tempora fata dabunt.
Infęlix tota, quicunq; quiescere nocte
Sustinet,& somnos præmia magna vocat.

70 Est enim somnus ligamentum † omnium sensuum,vt dicit Aristoteles.in lib. de Somno, & Vigilia. Ideo dormientes dicuntur quasi mor-
71 tui†;à Galeno.lib. 3. de Causis Pulsus. cap.9. imaginem quandam mortis,vel inter liminium vitæ,mortisque, vt qui dormit, nec diei possit mortu',nec videatur viuere:dicit Io.Ludouic. Viues.de Anima.lib.2.cap.de Somno.Sequitur inde infantes,ijs assimilatos, suscipere pueros nō posse.Ex quibus,& alijs non probarem opinionem Nauarri,nisi in casibus infra dicendis.

Non obstant eius fundamenta. Primum non

obstat,

obstat, quòd præsumatur infans doli capax, & ꝙ Marsil. in l. Infans. ff. de sicar. dicat vidisse pueros sex, & septem annorum fuisse doli capaces: & ꝙ Gregorius lib. 4. Dialogorum referat, filium quinquennem ab vlnis patris fuisse à Diabolo ereptum: quia non est verum ꝙ infans
72 † præsumatur doli capax, ex quo si in maiore non præsumitur dolus, l. Merito. ff. Pro socio. Quanto minus præsumetur in infante. Doli autem capaces esse nequeunt, infantes si sint minores septennio; tunc enim, & mentiri, & verũ
73 dicere, & cõfiteri, & negare posse † dicunt. Gl. in c. 1. in ver. Grandiusculis. de delict. pueror. arg. ca. Paruuli. de consecr. dist. 4. habetur in l. Impuberem. ff. de furt. in l. Impuberẽ. ff. de falsi. l. Sed & si quęcunq;. §. Sed & si infans. ff. ad leg. aquil. l. Hæredibus. §. Item in causa. ff. de dol. mal. l. Apud Celsum. §. Si quis non tutor. ff. eo. tit. l. Pupillũ qui. ff. de reg. iur. à sensu cõtrario. Curt. post Castr. in auct. sacramenta puberum. nu. 26. C. si aduers. vend. Io. de Anan. in d. ca. 1. de Delict. pueror. vbi etiã pulchrè Andr. Barb. in apostill. ad Panormit. Marian. Socin. Senior in c. Ad audientiam. nu. 13. de Homicid. Ioan. Igneus in l. excipiuntur. nume. 35. ff. Ad Syllan. Petr. Plaza in Epit. delictor. lib. 1. cap. 32. nu. 4. Petrus Duen. in Regal. 259. lim. 3. Natta in consil. 434. nu. 15. vol. 2. Blanc. in Pract. Crim. §. Imbecillitate. nu. 6. & seq. Nec enim dicitur Doli
74 capax infans, nisi sit pubertati † proximus: vt in dictis iuribus demonstratur, & iam dicti omnes annotarunt, alijq; relati à Natta in d. cons. 434. Nec obstat illud relatum a D. Gregorio Dialog. lib. 4. quia illud potius fuit ob paternã punitionem, quàm filij; cum blasphemantẽ puerum, & blasphemijs assuetũ, cõniuentibus oculis, ac fortè iocans, illum non corripuisset: nec enim debet pater puerum lasciuientem non redarguere, ne sibi opponatur illud Salomonis, qui dixit, parcentem baculo, filium odere. Criminis pręterea, delictiq; atrocitas ĩ causa fuit, cum omne delictum, peccatumue Blasphemiæ
75 comparatum, sit minus, † vt scripsi de Magistratuum Edictis. lib. 3. cap. 1. & aliqua tradidi in consil. 43. per totum. Centur. 1. Insuper videtur contra Iuris Regulas, Infantem puniri ex delicto, maximè cum non est proximus puber-
76 tati: & idcirco dicitur infantes delicto † minimè obligari. dicta l. pupillũ. ff. de Regul. Iur. d. l. Infans. ff. de Sicar. l. excipiuntur. ff. ad Senatus consult. Syllan. Angel. in Tract. Maleficiorum. in verbo, Scienter, & dolosè. nu. 6. vbi Augustin. dicit ipsum euasisse puerum vnum qui in Ripa Padi occiderat quendam facchinum. Doctores omnes in clem. 1. vbi text. de Homicid. Matth. de Afflict. in Const. Terminum vitæ. nu. 21. Ludouic. Carrer. in Pract. Crim. §. Homicidium. 6. siue §. circa quartum. nu. 2. Anton. Gomez. in Epitom. Delict. cap. 1. nu. 57. & plenissimè Petr. Plaza in Epith. delictor. cap. 32. nu. 2. Iacob. Simancas in praxi Hæreseos. tit. 47. n. 11. Marc. Anton. Blanc. in pract. crimin. §. Postq̃. nu. 87. & §. Imbecillitate. nu. 1. Claudius Battandier. regul. crim. 59 sub nu. 8. Iul. Clar. in pract. crimin. q. 60. nu. 1. Hippolyt. Bonacoss. in commun. opin. crim. §. Infans. par. 1. Nec etiam casus à Gregorio enarratus debet haberi in consideratione ista, quia est de raro accidentibus, ad quæ iura minimè accommodantur. l. Ex ijs. & l. Nam ad ea. ff. de legib. Quinimò nunq̃ infantem præsumi, nec esse doli capacem, nisi pupillos, seu impuberes pubertati proximos, voluit tex. in l. Apud celsum. §. In tutore. ibi: Iulianus quoq;. ff. de doli mal. except. l. Hæredibus. in fin. ff. de dol. text. in d. l. Pupillum. ff. de reg. iur. & in l. Impuberem. ff. de furt. & Blanc. in dicto §. Imbecillitate. num. 7. vbi ex ijs dicit frustratoriam esse hãc quæstionem, cum infans nunq̃ possit dici doli capax. & hoc idem dicit Battandier. in dicta regul. 59. nu. 8 arg §. In sũma. Inst. de oblig. quæ ex delict. nascunt.

Secundum non obstat, quia infans non iurat, & ideo non potest peierare: cum, quod magis est, nec pupillus peieret, cum nõ dicatur scienter fallere, & iusiurandum non obseruare. vt in l. Qui iurasse. in princ. ff. de iureiur. Idcirco pupillo iuramentum non defertur. l. Iusiurandũ. la prima. §. Pupillus. l. Iusiurandum. la 4. §. pupillo. ff. de iureiur. l. Videamus. in princ. ff. de in lit. iur. habetur in c. Paruuli. in c. Pueri 22. q. 5. Hostiens. in summa tit. de iure iur. §. Quot Comites. vers. & in iudicio. & cui. Specul. in tit. de teste. §. 1. nu. 34. vers. At impubes. Et cum iam probatum sit, infantes, phræneticis, furiosis, & de mentibus æquiparari, ijq; minimè iurent, nec se obligent iuramẽto, vt in eisdem iuribus habetur. voluit Bartol. in l. Qui habet. §. Si pupillus. ff. de tutel. Bald. in l. 2. q. 10. C. de rescind. vend. ergo nec infantes obligabit iuramentum, ità vt dici valeãt periuri. Præterea infantes promissionem aliquam, vel contractũ facere nequeunt iuribus vulgatis: vnde quodlibet illorum iuramentum, super contractu nullo, nullum erit, illosq; minimè ligabit. Cardin. Florentin. in cle. 1. §. Porrò. not. 6. q. 4. de re iudic. Diuersa insuper est disputatio, an fiat periurus à causa, de qua agimus, cum ex primo actu iurandi, videtur satis apparere esse quodammodo doli capacem, quod non esset in quæstione nostra.

Tertium non obstat, quia tam tex. quàm glo. in dicto c. Mulier. 32. q. 2. loquũtur de impubere proximo pubertati, ac doli capace, & nõ de infante, vnde non solum non facit pro dicto Doct. Nauarri, sed cõtra ipsum. Huic dicto concinit tex. in c. 1. 20. q. 1. & ibidem Glos. in summa. in verb. Quod intra annos Secundò tex. in dicto c. Mulier. dicit, tunc obligari, quando pater consentit. Et similiter loquitur de iuramento, in quo nos minimè loquimur.

Quartum

Quartum non obstat,quia inducta ab eo,loquuntur in impubere doli capace,& saltem maiore septennio,& sic non de Infante,vt ità debet intelligi,prout scribit Simon Maiolus de irregular.lib.5.cap.48.sub nu.11. Proximi autem pubertati,tam fęmina,quam Masculus,non istę ætati infantiæ dicuntur,vt post nō nullos quos allegat,voluit Menoch. de Arbitr.Iudic.quęst. lib.2.Centur.1.casu 57.per totum.& Latius Io. Franc.Fara de Essen.Infantis.per plura capita.

Quintum fundamentum nec obstat,quòd cū lex non distinguat,sed generaliter loquatur,tenentem, vel leuantem contrahere cognationē spiritualem,quòd comprehenduntur infantes; cum non distinxerit inter sexum,ac sexum,inter ætatem,& ætatem,Iuuenem, & senem,puerum,& Infantem,quòd idcirco in omnibus locum habeat.Ex quo præfata rectè intelligenda sunt,vt lex generalis,restrictionem recipiat ab alijs legibus:vt patet ex allegatis per Bart. Socin.in l.omnis.nu.2.ff.de except. Rei Iud. dum ait:quod si statutum reijceret omnes exceptiones contra Instrumentum,non cēsentur reiectę aliæ exceptiones, quæ ex capite eorundem sta
77 tutorum † procedunt. arg.Eorum,quæ scribit Bartol.in l.1.§.parui.ff.Quod vi, aut clam.cum cumulatis per Augustin.Beroum.in consil.116. nu.17.& in consil.190.nu.1.vol.3.Vnde,& si lex generaliter,& Canones loquerentur,non tamē comprehenduntur casus expressi per alias leges,aut Canones prouisi. Data igitur vt præscripsimus, infantiū incapacitate, sequitur legem,vt ipse ait,generalem,ipsos minimè comprehendere;sequeretur enim exinde Abbates, Canonicos regulares,Monachos,similesq; & ipsos,qui mundo mortui iudicantur, similiter comprehendi , vt pueros leuare, & ad fontem Baptismatis tenere possent, ac spiritualem co
78 gnationem contrahere, quod † absurdum est. c.Placuit.16.q.1.c. Non licet.el 1. de Consecr. distinct.4.Armilla in §.Matrimonium.num.13. vtique idcirco non releuat. Quin immò si generaliter esset permissum, cum de Infante sit prohibitiua prouisio , cessabit generalis permissio.l.1.§.Idem quæritur.ff.de Aqu.Cotid.& ęstiual.l.Sabinus.cum concord.ff.Commun.Diuidund. & notat Constantius Rogerius de legis potentia.§ Congruum.num.5.

Sextum fundamentum Nauarri non obstat, quinimmo eidem Doctori satis indignū, postq̄ dicit,leuatum de Baptismo maiorem spem habere debere in Infante, quā in Sene, ob imminētiam mortis in isto,& spem vitæ in illo. Quis autem negabit,certum incerto melius esse? Senis Authoritas,Grauitasq; pręsens est,Infantis autem futura;vnde melius est actus,ac spem ponere in senibus præsentibus,ac certis,quàm in infantibus,dubijs,incertis, ac futuris, quorum
79 † dubia,& indeterminata veritas est.Aristoteles 1. de interpret. Futura enim est Dei solius
80 ante præuidere, † ac præscire.c.qđ aūt.26.q.5. illa enim non sunt in cognitione humana.Glos. in verbo Humani.in Extrauag. Ioannis 22.Vnica.de Torneam. & latius dico controuers. forens.28.Centur. 1.Insuper istā spem instruendi puerum leuatum, posse collocari melius in senem,quàm infantem futurum iuuenem,quo tēpore egebit, tutius est: qa vt habetur Iob cap.
81 12. In antiquis est † sapientia , & in multo tēpore Prudētia.& Ecclesiastici cap.25.habetur: Quam speciosum Caniciei iudicium. Quia vt dicit Hieronym.ad Nepotianum. Amor sapientiæ , & marcescente corpore dilectorem suum non deserit.Vnde pulcherrimè inquit Ambrosius lib. 1. Hexameron ; Quid naturam, ait, accusas, ò Homo ? habet illa impedimenta quædam, senectutem,& infirmitatem, sed senectus ipsa in bonis moribus dulcior, in cōsilijs subtilior, ad constantiam subeundæ mortis potior, ad reprimendas libidines fortior : infirmitas corporis sobrietas mentis est . Hinc Seneca de Beneficijs. Iuueni Parendum, seni iubendū est. Aristoteles. lib.Physicor.7. dixit: Infantes ità
82 benè sentire,sicut Senes † non possunt.& libr. 7.Politicorum: In iunioribus dixit esse potentiam,in senioribus Prudentiam. Nam experientia docet, senes ob antiquitatem ætatis multa scire. Sic Ouidius lib. Metamorphoseos.14.

Etenim mihi multa vetustas
Scire dedit.

Idemque Ouidius Senis officium describens lib.9.Metamorph. inquit.

Iura Senes norint,& quid liceatque, nefasque
Fasq; sit inquirant,legumq; examina seruent.

Septimum fundamētum,minus obstat,quia, ex iam dictis patet Responsio.

Secundo modo,Spiritualis cognatio,confir-
83 mationis Sacramento contrahitur;Et † omittendo id probare, antiquorum Canonum dictamine,vel Iuris Pontificij Doctorum Authoritate,sufficiet amodo dispositionem Sacri Cōcilij Tridentini enarrare,in quo Sess.24. cap.2. de reformat. Matrimonij, dispositum est, cum ijs tantum personis contrahi, scilicet, inter
84 † confirmantem,& confirmatum: Inter confirmantem,& confirmati Patrem, & Matrem . Inter confirmatum , & suscipientem . Quod non rectè declaratum fuit apud Simonē Maiolum . de irregul.lib.3.cap.25 num.14.

Tertio modo spiritualis cognatio contrahi-
85 tur Sacramento confessionis, inter† Confessarium,(quem confessorem appellamus,)& confitentem,qui filius,aut filia spiritualis appellatur. cauetur in c.Omnes.c.Si quis Sacerdos. c. fin.30.q.1.Ioan.Bernard.Diaz in Pract.crim.Canon.cap.76.post Ioannem de Selua de Benefic. par.3.q.3.in fin.Pęnitentiale Roman. titul.3. c. 20.vbi Anton.August.post Burchardum Vuormatiensem.lib.19.Petr.Gregor. Sintagmat.Iur. Vniu.li.9.c.11.n.18.& lib.10.c.5.sub.n.5.par.2.

De

De spirituali cognatione satis, superq; di-
ctum extitit, restat vt ad legalem cognatio-
nem pergamus, & vltimo loco ad naturalem,
siue Carnalem.


Legalis cognatio per adoptionem, & arroga-
86 tionem† contrahitur vt in c. Vnico. de cognat.
legal. c. 1. 30. q. 3. Estq; illa triplex proximitas.
Prima, inter adoptantem, seu arrogantem, &
ipsum adoptatum, seu arrogatum. Secunda in-
ter adoptatum, seu arrogatum, & filios natura-
les, & legitimos adoptantis, seu arrogantis.
Tertia, inter vxorem adoptantis, siue arrogan-
tis, & eundem adoptatum, siue arrogatum, &
illius descendentes; & inter adoptantem, siue
arrogantem, & vxorem adoptati, siue arroga-
ti, & ab illa descendentes. Latè declarat Ho-
stiens. tit. de cognat. legal. per totum. Armilla
in summa. §. Matrimonium. nu. 16. cum pluri-
bus seq. Maiolus de irregul. lib. 3. cap. 25. sub
num. 14. Martin. Mesnartius in epitom. legum
Pontificeal. lib. 4. titul. 11. &. 12. in fin. Io. Paul.
Lancellor. Inst. Canonic. lib. 2. titul. de triplici
cognation. §. Legalis. Ricehard. Bonaucntur. &
D. Thom. in 4. sentent. Distinct. 42. q. 2. artic. 3.
Antonin. Florentin. in summa. par. 3. tit. 1. c. 13.
Sebastian. Medic. in summa Decreti. quæstio-
nis 3. quæst. 3. articul. 1.

Adoptionis, & arrogationis dixit diuersas
esse species, cuius Genus sit eadem adoptio.
87 Petrus Faber† Semestrium. lib. 2. cap. 21. quod
nec negauit Francisc. Hotoman. in Comment.
verbor. Iuris. Sed ego non video, quo modo,
quauè ratione id dixerint hi viri, alioqui gra-
uissimi, Philosophiæ, omniumq; antiquitatum
præstantissimi exquisitores, cum vulgatum sit
apud illos etiam, qui prima tantum Dialecti-
cæ, atque Philosophiæ primordia salutarunt,
88 Genus esse, quod prædicatur† de pluribus dif
ferentibus specie, in eo, quod quid sit: vt apud
Philosophos notum est, præsertim apud Ari-
stotelem lib. 1. Topicor. cap. 4. Porphirium ca.
89 2. Prædicabilium: Species vero subijcitur† Ge-
neri, & prædicatur de pluribus differentibus
numero: vt idem Porphirius testatur ca. 3. Præ-
dicabilium: & è nostris Accursius. in §. Plebs.
inst. de iur. nat. gent. & ciuil. & Petrus Grego-
rius Syntaxis artis mirabilis. lib. 2. cap. 10. &
lib. 7. cap. 1. Exempli causa, animal est genus, ha
bet sub se plures species, puta Homines, Bo-
ues, Equos, Oues, & similia. Species puta huma
na, habet sub se plures numero, qui indiuidui
vocantur, vt Petrus, Paulus, Andreas, & similes.
Vnde in proposito, ego loco generis ponerem
filiationem, quæ tamq̃ genus contineret sub se
plures species filiorum, scilicet legitimorum,
& naturalium, spuriorum, adoptiuorum, arro-
gatorum, & similium. Quælibet demũ earũdem
specierum, habebit plures numero differentes,
Franeiscum, Ioannem, Antonium, & similes.
90 Sed Modestinus in l. 1. & Caius † in l. 2. ff. de
adopt. videntur idem dixisse, scilicet adoptio-
nem, genus esse: Primus enim dicit, quòd ado-
ptionis nomen generale est, & in duas species
diuiditur. Alter vero dicit, generalis enim a-
doptio, duobus modis fit. Ex qbus patet, ado-
ptionẽ genus appellari, & duas illius esse spe-
cies, adoptionem, & arrogationem. Sed aduer-
tendum est, Modestinum in dicta l. 1. non intel-
lexisse, adoptionis nomen esse genus, sed dicit
esse generale: volens nil aliud significare, præ-
terquam vniuersale: & ad hoc facit illud Cice-
ronis lib. 1. de inuention. rethor. Cum de ge-
nere (inquit) negocij controuersia est, cõstitu-
tio generalis vocatur. Exemplo res fit clarior.
Canis est nomen vniuersale, siue (vt Philoso-
91 phi dicunt) Æquiuocum, quorũ † nomẽ vnum,
substantiæ vero ratio diuersa. vt dicit Aristo-
teles in antepredicamentis. Vbi Auerroes ait:
Æquiuoca esse, quæ significant rem plusquam
vnam, inter quas non est penitus conuenientia
aliqua. Vnde Canis nomẽ Aequiuocum est, ha-
bens sub plures species, non tamquam sub ge-
nere, sed tamq̃ sub eodem nomine, quia Canis
vocatur stella, Canis latrans, & Canis Marinus
piscis; Nec ideirco Canis dicetur genus. Sic
adoptio est nomen vniuersale, non tamen ge-
nericum: quia si adoptio esset genus, debet esse
92 prior, & ante speciem, vt nec† conuertantur,
vt dicit Aristoteles in Prædicamentis. cap. 14. è
nostris Iacobus Bonlour in l. 1. nu. 4. ff. de Iust.
& iur. Ideo si adoptio esset genus, & ipsa eadẽ
esset species, essent vna insimul, & non daretur
prioritas inter eos, quod esset in via peripate-
rica penitus falsum. Secundò generis cuiusli-
93 bet, plures† debent esse species, & inter se dif-
ferentes. Aristotel. lib. 11. Metaphys. cap. 10. &
lib. 4. Topicorum cap. 6. Ideoque communiter
apud Philosophos traditum est, genus saluari
non posse in vnica specie. Vnde in casu isto, si
adoptio est genus, & arrogatio est species, sta-
re non posset genus cum vnica specie. Tertiò si
adoptio genus esset, & adoptio species, prædi
caretur ipsa species de genere, & sic ordine
præpostero, cum genus prædicetur de specie-
94 bus, & species pdicari† non possint de genere.
Aristot. lib. 3. Metaphys. c. 10. Ergo &c. Quartò
si hæc ambo, adoptio, & arrogatio sũt species,
95 debuissent ordinari sub genere, † vt dicit idem
Aristot. lib. 1. Metaphy. c. 39. Sed modo non ha-
berent genus, ergo stare nõ possent. Quintò, ge
96 nus, & species differũt. vt probat è nostris Bal-
in l. Mutuũ. §. Mediũ. nu. 4. ff. si cert. pet. nouissi-
mè eleganter tradidit Angel. Mattheaeius de
via vniuersi iuris lib. 2. c. 25. n. 7. Sed in casu isto
esset adoptio genus, & eadẽ esset species, & sic
nõ essent differẽtes, ergo stare nõ possent. Sex-
tò, Modestinus, & Caius, sic intelliguntur: Nam
97 Modestinus † in d. l. 1. Secundum intellectum
à me supranarratũ videtur apertè innuere, dũ
ait: (filios familias, non solum natura, verum

etiam adoptiones faciunt) nil aliud enim di-
cere voluit, nisi filiationem nobis facere, non
solum naturam; scilicet per legitimam coniun
ctionem, ac per matrimonium; sed etiam per
adoptionẽ,& arrogationem,quasi eãdem filia-
tionẽ in illo legis initio pro genere posuisset,
& subsequentes,pro speciebus. Quod videtur
cõfirmari per Caium in d.l.2.dum subsequitur:
98 † generalis enim adoptio, duobus modis fit.
Vnde videtur easdem diuersificare, in modo
faciẽdi, quia alias si adoptio per Modestinum
in d.l. 1. poneretur loco generis, contradice-
ret Caio in d.l.2.dicenti:Adoptionẽ,& arroga
tionem esse generales, & fieri duobus modis.
Septimò,Iureconsulti, ac Doct. Nostri hoc di-
cendi modo plerunq; abutuntur, speciem pro
99 genere,quandoq; † appellando. vt in §.Plebs.
Inst.de iur.natur.gent.& ciuil. Sic alibi Vlpia-
nus,Indiuiduum, vt Stichũ, speciem appellat.
in l.Cum res. ff. de leg. 1.
Est autẽ adoptio, legitimus,& gratuitus actus,
100 quo quis etiã extraneũ in suam † Familiam,
ac in filium deligit.vt habetur in d.l.1.l.2.ff.de
adopt. quæ l.2 Sumpta est ab eodem Caio in
suis institutionibus hoc codẽ titulo,vbi dixit:
q̃ est naturæ similitudo, vt quis filium habere
101 valeat, quem† non generauit. Ioan.Ferrar.
Montanus in princip.inst.de adoptionib.inqt:
Adoptionem esse legitimum actum per quem
in alterius potestatem,quis transfertur. Simili
modo loquitur Francisc.Connanus Cõmentar.
iuris ciuilis lib.2. cap.15. sub num.1.Adoptio-
102 nem† esse actum legitimum,naturam imitan
tem ad solatium eorum, qui liberos non ha-
bent,inuentum.sequitur Ioan.à Rebertcria di-
sputationum iuris lib.3.Proposito 1.
Adoptio,& arrogatio eundem finem acquiten
dorũ liberorũ licet operarẽtur,diuersimode tñ
103 fiebãt.Adoptio enim minores Iudices† req-
rebat,puta Prætorẽ, Præsidẽ,similesq; Arroga-
tio verò maiores,scilicet populũ. Hoc aũt vsu
fuisse, anteq̃ fuisset Reipublicæ authoritas à
populo translata in Principẽ, postmodũ verò
qđ fieri solitũ erat corã populo, fieri cœpit co-
104 rã†Principe,qđ & Iustinianus per censuit in
institutionib.& notatur in d.l.1.ff.de adoption-
nib. Arrogationis formulã coram populo fieri
105 solitã tradidit† Aulus Gellius Noctiũ Attic.
lib.5.c.19.quæ huiusmodi erat,ex quo dicta,ar-
rogatio in alienã familiã transitus per populi
106 rogationẽ fiebat hoc modo. Velitis, †iubea-
tis,vti L.Valerius L.Titio, tã iure,legeq; filius
siet;vtiq; ei vitæ,necisq; in eũ potestas siet;vti
pariẽdo,filio est.Hoc ità,vt dixi. Vos Quirites
107 Rogo.Inter Caiũ Iurisc. & Aulum Gelliũ,† il
lud discrimẽ inspicitur: iste enim à populi ro-
gatione,ille vero à rogatione vtrinq; facta pa-
tris arrogatoris, & filij arrogati, & proinde
arrogationem appellatã fuisse censuerunt.Vn-
de benè in loco supra relato scribit Cõnanus,
dicta istorũ diuersa intelligi oportere; quem-
libet sui seculi vsum retulisse, ac vera dixisse.
Tum maximè id probandum est, ex quo Aulus
Gellius sub Antonino Pio, qui Hadriano suc-
cessit Principi, floruit: Caius verò sub Antoni-
no Bassiano Caracallo,& sic octoginta postmo
dum circiter annos; vt Aymarus Riuallius Hi-
storiæ iuris ciuilis.lib.4. testatur. de legali co-
gnatione satis dicta sint.
Naturalis aũt cognatio illa erit, quæ consan-
guinitate, vel affinitate contrahitur. Est verò
consanguinitas personarum vinculum, ab co-
108 dem† stipite descendentium,carnali propa-
gatione cõtractũ, & idcirco dicitur sanguinis
vnitas.Hostiens.in Sũma. tit.de consanguinit.
& affin.§.Quid sit cõsanguinitas. Affinitas aũt
109 est,q̃dã personarũ proximitas ex coitu† ve-
niens,omni carens prius parentela:ex eo dicta
quasi duorũ sit ad eundẽ finẽ vnitas. Hostieñ.in
tit.de affi §.Quid sit affinitas. Et dicitur cõtra-
110 cta nõ modo ex iustis nuptijs,sed etiã† ex il-
licito,& dãnato coitu c.1.c. descriptionẽ. De
eo,qui cogno. cõsang. vx. suæ. Multos cõgerit
Petrus Cenedo collectan.iuris canon.35.nu.1.
parte.2. Quoto gradu in præmissis consangui-
nitate, & affinitate matrimonium cõtrahatur?
Rem dilucidè explanabo, nec vt multi fece-
runt, tractationem hanc inordinatè confun-
dam: Obseruabo itaque temporum curricula,
& sic doctrina fiet illustrior.
Primum itaque nascentis hominis initio, con
iugium permissum extitit inter Adamum, &
111 †Euam,licet illa ex ipso processerit,sic tunc
requirẽte humani generis propagatione: Nam
ex quo inter eos nulla processerat Natiuitatis
Euę ab Adamo,alicuius Maris,ac fœminę com
mixtio, vt ex humano carnis coitu producta,
aut nata diceretur: Tum, & multò plus, quia
ità Deus Optimus Maximus,Suę Maiestatis di-
uinæ iudicio,homini conducere decreuisset.vt
scribit D. Augustinus de Ciuitate Dei. lib.15.
cap.16.& in c.Igitur 35. quæst.1. Tum maximè
si opinio Chrysostomi super Genes.Homel.18.
& Procopij sup Genes.c.4.Euthimij in Psal.50.
Qua censuerunt,ante horum primorũ parentũ
112 peccatũ,nullos inter eos coit† futuros,neq;
obnoxios huiusmodi corporeis voluptatibus:
quasi status ille integer, ac perfectus eas non
pateretur,existimãtes coitũ fieri nequaq̃ posse
absq; libidine,& brutali voluptate,sed propa-
gationẽ faciendã fuisse tm̃ modo diuina volũ-
tate. Quã opinionẽ antea tenuisse Gregorium
Nyssenũ in lib.de cõposit.hom.c.14. & 18.& Ia-
cobũ de Botnã, vt retulit Moses Barcephas de
Paradiso par.1.c.23.& 25.Quẽ Nyssenum refert
etiam D.Thom.de Aquin. par.1.q. 98. artic.2.
113 Dicũt itaq; Nysseus, & † Botnan.Deum pau-
lo minus ab Angelis homines creasse, & ho-
minem ante admissum peccatũ,quasi Angelum
fuisse,sed p̃ peccatũ ruisse, & per ipsam resur-
rectionem

restitutionem esse ad pristinam conditionem reditum: Ergo si post resurrectionem erimus sicut Angeli, consequitur etiam tales fuisse ante peccatum: Atqui Angeli non iunguntur amplexu, ergo neq; homines iuncti fuissent, nisi peccassent, sed sicut Angeli absq; nuptijs millies mille sunt, & Myriades Myriadum numero superant, ita nos quoq;. Hæc Nyssenus. Botnan
114 vero. Ex quibus † quæso (ait) nuptijs editus est Adã? Quos passus ipse dolores, vt Euam pareret? Millies Angelorũ millia stant corã Deo: Nec tñ eorum vllus vtero gestatus, aut grauida aluo, cũ doloribus in lucem editus est. Multò magis existimandũ est, opificem Deum, homines absq; nuptijs procuratutum fuisse, sicut primos quoq; illos parentes, è quibus vniuersa hæc generis humani posteritas nata est, procreauit. Hæc Botnan. Barcephas vero, dum supra, ac alia retulisset, subiunxit: Conficitur ergo ex ijs, quæ ad huc dicta sunt, homines in Paradiso absque vllo nuptiali complexu re ipsa, fetificaturos fuisse, sed eo modo, quem solus, opifex DEVS nouit. Tamen hæc opinio videtur improbata ex dicto D. Augustini de Ciuit. Dei lib. 14. cap. dicẽtis: Absit, vt suspicemur,
115 non † potuisse fieri, sine libidinis morbo, sed eo volũtatis nutu, mouerentur illa mẽbra, quo cetera, & sine ardore, & illecebroso stimulo, cũ trãquillitate animæ, & corporis. Quamobrem futuræ erãt ante peccatum laudabiles nuptiæ, & viri, atq; fęminæ coniunctiones, per quas humanum genus, non more Angelico, sed humano multiplicaretur. Hæc Augustinus. Quod & probauit D. Thomas vbi supra. Quos sequitur nouissimè Fęlicianus Capitonus explicationũ Catholicarum. lib. 1. Explicatione 6. per totum. apud quos reperiuntur fundamenta, quibus nitũtur, & exceptiones, qbus obiecta refellũtur. Quare reuertamur, vnde prius digressi sumus.

Secundò fuit contractum matrimonium in tertio gradu inter Amrã, & Iochabed, vt patet
116 † Exodi. cap. 6. & Numeri cap. 26. quam scriptura Sacra vocat Patruelem, sed nos Amitam appellamus, cum esset soror patris. Portò Leui in Aegypto genuit Iocabet, & Gerson, Caath, & Merari, vt melius patet hac figura.



Vnde Amram cũ accepetit vxorem Iochabed, erat illa soror Caath patris sui, ex quibus nati sunt Moyses, Aaron, & Maria. vt habetur etiam lib. 1. Paralypom. c. 6. Sic etiam filiæ Salphaad, scilicet Maala, Thersa, Hegla, Melcha, & Noa, nupserunt filijs patrui sui, de familia Manasse, qui fuit filius Ioseph. vt habetur Numeri. c. 36. Et inter Patrueles, seu consobrinos, cũ Tobias
117 † iunior vxorem duxerit Saram filiam Raguelis sui patrui: vt patet Tobiæ. cap. 7.

Tertiò superuenit lex à DEO data Moysi, qua
118 facta fuit prohibitio, vt cum proximà † eiusdem sanguinis, atque affine non fieret matrimonium, neque commixtio; & enumerantur ibidem plures gradus prohibiti: vt habetur Leuitic. cap. 18. & 20.

Quartò loco, Mosis etiam lege cautum fuit, vt defuncto fratre, relicta vxore sine filijs, alteri fratri, vel proximo subsequẽti, priore cæden
119 te, iure ꝓpinquitatis † vxor daretur, vt suscitare posset semen fratris, vel proximi sui: vt patet Deuteron. c. 25. & Ruth. c. 4. Alias si is frater superstes recusaret, Discalceati Domus appellaretur. vt post modum de hoc dicam.

Quintò, iure ciuili Pãdectatum, & Codicis in infinitum inter ascendentes, & descendentes
120 † prohibitio contrahendi matrimonia facta est, vt habetur. in l. Sororis. l Nuptiæ consistere l. Fin. de ritu nupt. Confirmauit hoc Imperator Alexander in l. Liberi. & Imperatores Diocletianus, & Maximianus in l. Nemini. C. de nupt. & nouissimè Imperator Iustianianus in § Nam à quatundam. Inst. eo. tit. Et inter collaterales erat prohibitio, vt frater non duceret sororem in vxorem, & è contra, nec ex sorore Neptem, aut Proneptem, nec Amitam, aut Materteram. d. l. Sororis. & l. Nemini. vbi habetur etiã prohibitio, inter affines, vt Socer, & Socrus, Gener, Nurus, Nouerca, Vitricus, Priuignus, Priuigna. l. Non facile. § Affines. & §. Nomina. ff. de gradibus. Affin. inter quos vir, & vxor non numerãtur, cum ipsi Affinitatis causa sint, vt ibidem dicit Accurs. & habetur in l. Seruus. ff. de condit. ob caus. notatur in c. 1. de sponsalib. & matrimo. in 6. Quamq̃ quoad collaterales, potuisse matrimoniũ fieri inter parrueles, seu consobrinos, voluerũt Arcadius, & Honorius in l. Celebrandis. C. de nupt. & diximus supra. vers. 2.

Sextò gradatim dicunt, Diuum Io. Baptistam, dixisse Herodi: Nõ licet tibi accipere vxorem
121 Philippi fratris tui: quod dicunt fuisse † in causa, vt ab Herode capite truncaretur. de quo Matth. c. 14. Marc. c. 6. Luc. c. 9. Iosephus antiqt. Iudaicar. lib. 18. c. 6. in fin. & c. 7. Ioannes Zonaras Annaliũ lib. 1. Sed hoc idẽ cauebatur, vt dictũ est per legẽ Moysi datam. Leuit. c. 18. & 20.

Septimò, Gregorius Pontifex ad Episcopos Galliæ, Nicolaus Papa ad suffraganeos Ecclesiæ Amalphitanæ, & Concilium Lugdunense,
122 matrimonia † prohibuerunt vsque ad septimum gradum. vt in c. Progeniem. c. de consanguinitate. & c. Nulli. 35. quæst. 3. quod & dicitur etiã ibidem in c. Quædam lex. & in c. con-

tradicimus. Declarauerunt hoc idem Isidorus lib.9.Ethymolog. cap. 3. & 6. & in c. Series. & in cap. Parentelæ 35. q. 5. & idem Isidorus lib. Ethymolog. 11. cap.6. in cap. Consanguinitas. 35.q.4. Sic etiam quoad gradus affinitatis tradiderunt, Gregorius, Isidorus, & Iulius Papa in c.Porrò.35.q. 5. in c. Aequaliter in c.Sanè. in c.Nullum. in c.De affinitate.& Fabianus Papa. in cap.De propinquis.cap.Et hoc quoq; 35. q. 3. Magister sentent. libr. 4. distinct. 40. 41. Eadem etiam prohibitio apud Patriarchas, & Constantinopolitanos Imperatores vsu fuit,vt vsq; ad septimum gradum inclusiuè, matrimo-
123 nia prohiberentur. vt per Constitutionem† Alexij Comneni,missam ad Nicolaum Patriarcham Constantinopolitanum, de qua per Enimundum Bonefidium iuris Orientalis lib. 1. & 2.Hoc idē fecerunt Emanuel Comnenus, Isaacius Angelus Imperatores ibidē,& alij Patriarchæ,& præsertim idē Nicolaus, Sisinnius, Alexius,Michael, Lucas, Basilius, Archridenus,& Demetrius Chomatenus, vt eiusdē iuris Orientalis.lib. 2. & 3. constat. Quamquam ijdem in sextu gradu dispensauerint in matrimonio inter Irenem, & Ioannem Cantacuzenum,Cæsares, ex dispensatione Basilij Chamateræ Patriarchæ: sed mihi videtur,quòd illi computabant gradus secundum ius ciuile.

Octauò,Innocentius Tertius in Concilio Lateranensi secundo. c.50. & 52. & habetur in c. Non debet.& in cap.fin.per Gregorium IX.de consanguin. & Aff.decreuit prohibitionē contrahendi matrimonium,tam in consanguinita-
124 te,quàm affinitate,quartum gradum†nō excedere. Confirmatum hoc fuit nouissimè per Concil.Trident.sess.24.Canone 3. & de reformation. marrimon. c.4. Nauarrus in Manuali. c.22.nu. 41.cum pluribus seq. Ioan. Paul. Lancellot. instit. Canonic. lib.2.tit. de Triplici cognation. §. Constitutum igitur. Marc. Anton. Cucch.Instit.Canonic.lib.3.tit.8.vers.Item cognati. & titul. 13. vers. Sed quo vnusquisque. Ioan.Sotteall.in Summa Pontifical.§.Matrimonium.n.6.7.Paul Grysald.decis. Cathol.§. Matrimonium.num. 11. Iosephus Angles Florum Theolog. quæst.par.1.q.de impedimento consanguinitatis, articul.3. per totum.

Vnde, dum aliqui Canonistæ,ac Ciuilistæ di-
125 xerunt,quod si Adam,vel Noe hodie†viuerēt,& vellent vxorem ducere,ꝙ minimè id facere possent.quod videtur dixisse Armill.in §. Dispensatio.nu.9.& in §.Matrimonium.nu.25. Ex quo per supradicta apparet verum nō esse, quinimmò etiam in linea ascendentium,& de-
126 scendentium, elapso quarto† Gradu, matrimonium contrahere liceret, vt innuit tex.notorius in dicto c. Non debet. voluit Goffred. de Trano in Summa tit.de Consanguin & affin. col.2. vers. Item q̃ritur, an hodie. Martin. Mesnartius in Epithom.legum Pontifical.lib.4. tit. 14. propè finem. Angel. de Clauas.in §.Matrimonium 3. vers. Impedimentum sextum. nu.1. in fin.Ioan.Paponus in Rep.præcepti.Non Mechaberis.lib.1. vers. Vigesimo septimo. Licet cōtrarium tenuerint Ioan.Andr.Hostiens.quos sequitur Abbas in dicto cap. Non debet, nu.8. Sequuti Accursium in l. Nuptiæ 3.ff. de ritu nupt. quod repetit idem Accurs. in §. Ergo.in verbo,In infinitum.Inst.de nupt. Quorum opinio, non aliter, quàm iure ciuili defendi posset;A quo discedim⁹, quoad matrimonia. Hos sequitur Cucch. vbi supra. Ego primam opinionem Goffredi,& aliorum veram censeo, vt
127 magis admirer Ioannem Ferrarium † Montanum in principio Inst.de nuptijs.Virum grauissimum, dixisse in hoc non esse aliquod immutatum à iure Pontificio,id quod fuerat prouisum à iure ciuili, quoad ascendentes,& descendentes: & idcirco dicit Adamum Protoplastum parentem omnium, si hodie inter viuos ageret, ægrè vxorem habiturum.In hoc tñ Ecclesiæ iudicium semper obseruabo.

In hac opinione hodie accedo facilius ex dispositione Sacri Cōcil.Tridēt.qđ decreuit esse Anathema illũ,qui gradus in Leuitico tantum expressos, matrimonia impedire dicunt, nec posse ecclesiam in nonnullis illorũ dispensare,& constituere,vt plures impediant, & dirimant. Et sic deinceps statuit per plures canones.Ex quibus patet,ꝙ cum Sũmus Pōtifex,& Conciliũ Lateranense statuerint,vsq; ad quartum gradum inclusiuè, matrimonia prohiberi, idq; Concil. Trident.non negauerit: Sequitur opinionē vltimo loco traditā refelli,*ac veram nō esse.Hinc optimè in loco supra relato dixit Iosephus Angles,ꝙ illud consanguinitatis vinculũ esset inter Adã,ac Noe,& nos hodie,sicut inter Gallos,& Hispanos,& idcirco post quartum gradum matrimonia non impediri: & dicam aliquid paulò post quoad hunc punctum.

Quò verò ad affinitatē, q̃ contrahitur ex illicità copula carnali, omissa dispositione antiquorũ canonũ,& iuriũ.Concil. Triden.in dicta sess.24.de reformat.matrimon. c.4. censuit. In primo, & secundo gradu,matrimonium impe-
128 diri,& in vlterioribus gradibus † contractũ non dirimi. Et cũ ambiguitas insurgeret,an in vlterioribus gradibus contrahendũ matrimonium impediretur, Pius V.Summus Pōtifex in Const. incip.Ad Romanum. facta in anno Dñi nostri 1566.censuit,statuitq; non impediri aliquo pacto.Quod & scribit Nauarr⁹ in Manual. Confess.cap.22.nu.43. Ioan. Baptista Antonucius in Cathechesi Neapolit. lib.1.cap.14.

Sed quoad impedimenta iam supra narrata, ex causa dispensat Summus Pontifex,vt matrimonium contrahatur, non obstantibus ijsdem
129 propinquitatis † gradibus: Idq; non solum in gradu collateraliũ, sed etiam ascēdentium, & descendentium locum sibi vendicare cen-

ferem.

ferem. Quamuis cõtrarium tenuerit Hostiens.
in tit.de dispensat.§.Quis possit. Et Doctores
præsertim Abb.Panor.in c.Literas.de restit.spo
liat.Specul.in tit.de dispensat.§.Nunc. vers. 6.
Christophor.Portius inst.de gradib.in exposit.
Arboris.vers.Circa quartũ.Ant.Rosell.in tract.
de Concil.sub tit. Summus Pontifex an possit
dispensare,vbi dicit:Papam inter ascendentes
130 in infinitũ nõ posse † dispensare.quos refert,
& seqtur nouissimè Lancellot. Cõrad.in tẽplo
Iudic.lib.2. cap.1. De Pontefice Maximo. §. 4.
in verb.Papæ potestas in matrimonio. num.9.

Ego autem,saluo Summi Põtificis, & ecclesiæ
Romanæ Iudicio, & si fatear, non consueuisse
Papam in similibus dispensare, non tñ idcirco
131 dicendũ erit, ei denegari potentiã,quin † ex
publica vtilitate, maximaque, & vrgentissima
causa dispẽsare valeat: Nec videtur,id sacrum
Trident. Concil.sess 24. de reformat.matrimo.
c.5.in fine denegasse. Quia cum generaliter in
illo capitulo, de contrahentibus scienter in
prohibitis gradibus, verba fecisset, in fine ait:
In cõtrahendis matrimonijs,vel nulla omnino
detur dispensatio,vel rarò, idque ex causa, &
gratis.In secundo gradu nunq̃ dispensetur,ni-
si inter magnos Principes, & ob publicam cau
sam.Et tamen non loquitur de ascendentibus,
descendentibus, nec de collateralibus, adeo
quòd loquitur generalissimè.

Petrus de Palude in secundo sentent.dist.40.
& alij, qui contrariæ innituntur sententiæ, di-
cunt ꝙ præcepta graduum prohibitionis ma-
trimonij contenta in Leuitico. cap. 18. & 20.
Modo etiam post euangelicam legem, obligẽt
ad culpam mortalem,& idcirco non posse con
132 tra illa dispensari. † Sed contrarium tenue-
runt communiter Theologi præsertim Alexan
der de Ales par.3.q.27. Membro.4.artic.3.§.2.
& eadem parte. q. 35.Membro. 6.Ioan.Scotus
in 4. Distinct. 40. & 42. Io. Bassolis, Thomas
de Argentina, Gulielmus de Rubione, Cardi-
nalis Caietanus, Vuendelinus, & alij relati ab
Alphonso de Castro de potestat. legis pœnal.
lib.1.cap.12.Qui dicunt pœnas iam ex illis le-
gibus statutas, esse sublatas.

Nec obstat,ꝙ Papa contra ius diuinũ,aut na-
turale dispensaret,& idcirco hoc facere mini-
mè posset, vt præfati contrarium asserentes in
proposita facti specie cõcluserunt.Quia Rñde-
tur, ꝙ ex hoc nõ esset tollere ius diuinum, sed
modificare,ac mollificare,aut limitare; intelli-
guntur enim eadem iura prohibitiua, hoc fie-
133 ri,nisi † subsit causa. Panor.in c.fi.n.3.de con-
suetud.vbi dicit posse ius diuinum ex causa li-
mitari,quia DEVS dedit regulas generales: Tñ
134 Vicarius suus, ex causa limitabit,cũ † habue-
rit plenissimã potestatẽ,vt quodcunq; ligaret,
& cęt.Idcirco attenditur Summi Pontificis di-
spensatio.Deci.in c Ne initaris.de Cõst Ægid.
Bellemera.in cõs.28.vers.6.Ecclesiã enim posse
legem statuere,quã tẽporũ necessitas,& oppor-
135 tunitas tulerit,palam est:Hinc variè per † di-
spẽsationis rõnem pro tempore agit.Iuo Car-
notens.Epistol.265.& 285.quẽ refert,& sequi-
tur Iosephus Steuanus de potestat. coactiua
Romani Pontificis lib.1.cap.12. nu. 9. in fin. Et
in his,q̃ non sunt iuris naturalis,nec cõtra mo-
res,nec contra fidem Christi,benè Papa potest
dispensare,etiam contra authoritatẽ Apostoli,
q̃a Papa maior est Apostolo, sicut Petrus ma-
ioris fuit authoritatis, quàm Paulus in admi-
136 nistratione † c.1.§.1.21.distin.Vnde cum Pa-
pa sit loco Petri, sic maior est Paulo.c.Paulus.
c.Puto.2.q.7.c.In nouo.21.Distin.Hæc refert,&
sequitur Ioan.de Capistran.de potestat. Papæ.
par.3.Quid est ergo,ꝙ lege naturæ,minor qua-
137 tuordecim annis,obligatur Diabolo † ex pec-
cato mortali.c.Paruuli.de pęnit.distin.4.c.Eos
qui.de consecrat.distin.4.c.Omnis.de pęnit.&
remiss. Clem. 1. de homicid. Et tñ de iure ca-
nonum ex registro Diui Gregorij,ad Monaste-
138 rii professionem † non admittitur. c.Quia in
insulis.de regul. c.1.20. q.1.c. Si in qualibet.c.
Puella.20.q.2.Martin.Mesnarti in Epith.Pon-
tificalium legum.lib.3. tit. 31. ex multis com-
probat Io.Sotteall.in Summa Pontificat.§.Mo-
nachus.nu.2.& nouissimè Regius Senator Ca-
rolus Tapia de reb.religiosis.in verbo. Ingres-
si.c.6. nu. 11. Quomodo ergo in veteri lege,&
in noua Matth.c.19. Christus inqt: Quos Deus
coniunxit,homo non separet? Et cum cõuersis
139 ad fidem dispensat,vt vxores retineãt,† & si
fuerint in gradu prohibito. in c.Gaudemus.in
princ.de Diuort? Et tamen diuini iuris prohi-
bitio extat in Leuitico. Quid est in causa, ꝙ
Innocentius III. Liuoniensi Episcopo scribit,
licere illis cum relictis fratrum, matrimonia
retinere, de quo in c.fin.de Diuort?

Nec illud insuper magnifaciendũ est,ꝙ Sum-
mus Pontifex non dispensat contra leges iuris
naturalis: Quia hoc recipit alium intellectum.
Nam dicendum est in casu præmisso, commix-
tionem, & coniunctionem illam Maris, & fœ-
minæ esse de iure naturali, cum sit communis
omnibus animãtibus,non solum Mari homini,
ac fœminæ, sed brutis, alijsque, idcirco dicit
Imperator,ius naturale esse, quod omnia ani-
140 malia † docuit. In princip. Inst. de iure na-
tural. Gent. & Ciuil. ex hoc sequeretur, quòd
si principia iuris naturæ inspiceremus, con-
iunctio, & commixtio omnis brutaliter indi-
stinctè, cum omnibus esset permissa, nulla ha-
bita ratione parentelæ, aut consanguinitatis,
dũ tamen esset maris,ac fęminæ; quod est con-
tra legis præceptum: nam per legem Moysi da-
tam,hoc illustratum est, vt cognoscerent, qui-
bus cum personis turpe esset cõmisceri: Adeo
quòd,& si concederemus Principia institutio-
nis matrimonij,esse naturalia (de cuius tamen
veritate diximus in capitis huius fronte) vt

scribit Accurs. in §. 1. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. Illo tamen in loco meritò scriptores Imperiales, dixerunt (Hinc Maris, & Feminę coniunctio, quā nos matrimonium appellamus) quasi innuerent, illam tm̄ coniunctionem esse iuris naturalis: quò verò ad matrimonij contractum inter ascendentes, & descendentes, esse iuris gentium: vt plusquam notoriè docuit Paulus in l. fin. ff. de ritu nupt. Graduum insuper pro-
141 hibitorū obseruatio, † atq; adinuentio nunquàm à quouis, iuris naturalis appellabitur, sed tm̄ iuris legis Mosis: Leuit. cap. 18. & 20. ac Pontificum, & Imperatorum, aliorumq; legum latorum, vt nemo negabit. Vnde sequitur ꝙ dispensatio illa nō esset cōtra ius naturale, neq; diuinum: tunc enim ità esset dispensatio, quando diceret Pontifex ꝙ nullus matrimonium contraheret, vel quòd matrimonialiter copulati insimul non commiscerentur; quasi tunc dispensatio respiceret coniunctionem, ac commixtionem illam, quæ primordio iuris naturalis innititur: secus verò quoad dispensationem, atq; habilitationem in gradibus.

Insuper si in graduum enumeratione, & prohibitione dispensatio fieri non posset, sed omnino seruanda dispositio Leuitici in dicto c. 18. & 20. Videtur tunc ijs aduersari dictoque Diui Ioānis Baptistæ, qui ꝓhibuit Herodi accipere Herodiadem vxorem Philippi fratris sui; Quod habetur Deuteronom. c. 25. & Ruth. cap. 4. In quibus locis dicitur; non obstante dispositione dictarum legum; fratrem non modo potuisse accipere vxorem fratris sui, sed etiam cogebatur illam accipere fratre moriente sine liberis, vt illius semē, & fortè nomē suscitaret.

Sed dicendum est, illa iura deseruire pro regula, vt frater fratris vxorē accipere non posset. Quam limitat eadem lex non procedere vbicunque frater absque filijs moreretur per
142 iura supra dicta: Maximè quia dictum † præcursoris ex eo mouebatur, ꝙ viueret Philippus frater: & tamen lex dicit, ꝙ illo moriente alius frater illam accipit. Quod & si Matthæ dicto cap. 14. Marc. cap. 6. & Luc. cap. 9. non fateantur dicere, quod viueret; tamen hoc fatetur Diuus Hierony. in Matth. in dicto cap. 14. Albertus Magnus, Nicolaus de Lyra, & Thom. de Aquino relati per Sigismund. Loffred. in consil. 50. sub nu. 69. & Cardinal. Paris. in cons. 68. nu. 75. vol. 4. Quod credo illos didicisse à Iosepho antiquit. Iudaic. lib. 18. cap. 7. vbi hoc innuit. quem sequitur Nicephor. Histor. ecclesiasticæ. lib. 1. cap. 19. Tertullianus vero, dicit, ꝙ Philippus erat defunctus, vt refert Postilla ad Nicephorum in loco allegato.

Aliæ sanè causæ, sed ambiguæ possent afferri, ob quas D. Io. Baptista matrimonium Herodi, cum Herodiade prohibebat, quarum alij non meminerunt, (sicut Euangeliorum scriptores, nec illius mētionem fecerint, quòd Philippus frater viueret; & sicuti illam, sic alias omiserunt, cum ex professo D. Io. Baptistæ Historiam ibidem nō describant, sed per transitum, sumpta occasione, ꝙ cum Herodes audiret IESV Christi miracula, credebat Ioan. Baptistam surrexisse, quem decollari fecerat: & sic sequūtur hanc breuē matrimonij Herodiani Historiam) quarum vna videtur posse dici (& si contra-
143 dicat Iosepho, & alijs) quòd Philippus † habebat filiam: Herodes enim saltatricem, filiam Herodiadis habuit vitæ, ac Necis præcursoris, matre instigante, sollicitatricem; nec enim, per ea, quæ ego inspexi, dicūt Historici, cuius nam filia esset: Cum ex Tertulliano, illam puellam filiam fuisse eiusdem Philippi, dicat Apostillator ad Nicephorum. Vnde vt hæc omnia concordētur, dicere possumus, quòd Philippus viuente ad huc Philippo patre, diem obierit, & postmodum Philippus pater absq; liberis; Ex
144 inde Regna scilicet † Ituteæ, Trachonitidis, Gaulonitidis, Bataneæ, & Paneadis, sibi ab Herode seniore patre, extremo suæ voluntatis codicillo, relicta, ac eidē Philippo legata. vt per Ioseph. antiquitat. Iudaic. lib. 17. cap. 10. & de Bello Iudaico. lib. 2. cap. 4. Fuissent huius Philippi filijs data. Hinc mortuo Philippo, Tiberius Cæsar eius iam dictum Principatum, Imperij nomine gubernari fecit; quē Tiberio defuncto, Claudius Cæsar, Agrippæ Regi iuniori, Herodis huius nepoti, donauit. vt scribit Iosephus de Bello Iudaic. lib. 2. cap. 17. & lib. 3. c. 2. Altera assignari posset, quia Herodias erat soror Agrippæ maioris, & Aristoboli sui fratris
145 filia, † vt scribit idem Iosephus antiquitat. lib. 18. cap. 7. & Ioan. Zonar. Annaliū lib. 1. Quia Herodes senior habuit filios plures, inter quos habuit Aristobolum, & Herodem hunc iuniorem Tetrarcham appellatū. Ex Aristobolo nati sunt Agrippa, & Herodias, quæ neptis sibi erat ex fratre nata ex Berenice. Ex ijs causis omnibus, quæ obscenæ videbantur, Ioannes matrimonium damnabat.

Coniectari potest ex alio etiam, Summū Pontificem dici posse ꝙ dispensare valeat super dicta Leuitici prohibitione, cum illa prohibitio facta fuerit, ob longiorem tunc vitæ hominum
146 cursum, ob quem, alijs † minimè coniunctis, temporum lapsu intercedente, nubere poterant. Nuper autem cum vita hominum angustior reddita fuerit (vt latius deduxi in Apologia in sententiam Pilati, Aquilæ repertam) tm̄ abest, vt iure merito, Summus Pontifex dispensare valeret in prohibitis casibus, humanę protogationis, ac prolis susceptioni studendo; vt ex causa fierent qñq; matrimonia cum sanguine iunctis, ne dum vitam breuissimam trahendo, expectarentur omnes graduum disiunctiones, morti iungerent, & matrimonia aliqñ omitterentur. At inuincibili, meo iudicio, ratione, posset ista opinio tueri, quia cū tenentes

opi-

opinionem, idcirco Pôtificē in gradibus ascen
147 dentium, & descendentium † dispēsandi ius non habere; tamq̄ in Leuitico prohibitis, quasi quòd cum sit iuris diuini prohibitio, hoc facere Summus Pôtifex prohibeatur; Tunc respondetur, positionem hanc (si vera esset) ex omni sui parte veram esse oportere, & non partim illam permitti, partim vero prohiberi. Vnde cum sit vnica determinatio, debet omnia pariformiter determinare. arg. l. Commodissimè. ff. de lib. & posthum. Sed per eosdem contrarium asserentes, in gradibus collateralium, dicitur Papam posse dispensare, pro ut iam pluries per sedem Apostolicam fuit dispēsatum, & in dies, occurrētibus necessitatibus, dispensatur, ergo illorum dictum cōfunditur, vt possit dispensare etiam cum ascendētibus, & descendentibus ex iustis causis, postq̄ prohibitio est vniformis, & ex eodem fonte, & loco. Ex
148 causa verò dispensationes has fieri † posse, probant Cardin. Paris. in dicto cōs. 68. vol. 4. & Sigismund. Loffred. in cons. 50. Bellemer. in dicto cons. 28. nouissimè ad satietatem Alphonsus de Castro de potestat. leg. pœnal. lib. 1. c. 12. Sunt autē vrgentissimæ causæ: ad fugāda bella, ad seruandam pacem, ne etiam Regna, aut sta-
149 tus † ad alienigenas, & extraneas personas transmittantur. Hinc Emanuel Rex Portuga-
150 liæ vnam post aliam, tres duxit vxores, † Catholicorum Regum filias. Ferdinādus Primus Rex Neapoli duxit vxorem Ioannam de Aragonia Ioannis Regis Aragonum filiam, secundo sibi consanguinitatis gradu coniunctā. Ferdinandus itidem secūdus, patris sui sororem. & multa horū exempla sunt obuia. Hinc etiam famosissima illa causa Angliæ, de qua infra dicam. Hanc etiam opinionem, q̄ Papa dispēset
151 in gradibus ascēdentiū, & † descendentium, quibusdam personis exceptis, tenuit Iosephus Angles Florū Theologal. quæst. par. 1. in quæstione de impedimento consanguinitatis, per plures conclusiones. & inter assertores Hæreticos post Concilium Tridentinum enumerat illos, qui dicunt gradus matrimonij non posse
152 ab ecclesia dispēsari; † Paulus Grysaldus Decision. Catholicarum. § Matrimonium. num. 22. Eadē enim ratio assignatur in gradu ascendentium, & descendentium, quæ & collateralium; scilicet ne reueletur turpitudo illorum, atq; illarum: vnde sicut in collateralibus militat, ac licet, sic militare debet, & licere in ascendentibus, ac descendentibus: vt sicuti eadem ratio
153 militat in vtroq;, eadem & dispositione † reguletur. Vulg. l. Illud. ff. ad leg. aquil. §. Duorū. Inst. de nupt. sic nouissimè tenuit Anastasius Germon de Sacrorum immunitat. lib. 3. cap. 14. nu. 104. dicens: In gradibus verò de iure diuino prohibitis, ne contrahatur matrimonium: Quia præceptum illud non est iuris naturalis, ex iusta, & necessaria causa, Pontificem Maximum, non æquè alium inferiorem, indulgere posse: ipsumq; id pluribus probasse dicit animaduers. lib. 1. cap. 16. (quod opus ad manus nostras nondū peruenit.) Cōstat autem, q̄ cum prohibitio vigore Canonum Pôtificalium stabilita sit vsq; ad quartum gradum inclusiuè, ob vitæ currētis breuitatem nunq̄ casus occurrit, neq; occurrere idcirco posset, quo in quarto
154 gradu consanguinitatis inter † ascendentes, ac descendentes matrimonium contrahatur, vt inter patrem, & abneptem: vt Ioan. Paulus Lancellot. in loco supra relato considerauit; quia in ijs currunt quatuor personarum ætates, in quibus ad minus currerent centum triginta anni, qua ætate necesse esset esse marem, aut fœminam, qui deberent contrahere cū mare, aut puella annorum quatuordecim. Ex causis itaq; vrgentissimis, ac rationabilibus posse Pontificē dispensare, si vellet, exploratissimum esse concludo: saluo tñ Ecclesiæ iudicio, eiusq; Summi Pontificis, cui humiliter me subijcio.

Hæc ad probandam Pontificis Maximi potētiam, breuissimè tacta sunt, ac delibata. Nusquā verò legitur, Pontifices in id genus dispensa-
155 tionum incidisse, † aut aliter dispensasse, nec Christianos aliquos id tractasse, aut proposuisse. Cum enim Romani Pontifices, Petri sint successores, & Christi Domini Nostri Vicarij, & Spiritu sancto protegente, regantur, Quis Pontificum fuit vnquam, vel erit, qui inter Patrem, filiam, matrem aut filium matrimonium contrahere non abhorruerit? cum Ethnicæ etiam gētes, maximopere detestatę illa sint: sic de Vesa-
156 no Myrrhæ Amore † in Cinyrā, dicit Ouidius lib. 10. Metamorphoseos, dum ait:

Accipit obsceno Genitor sua viscera lecto,
Virgineosque metus leuat, hortaturque timentem,
Plena Patris Thalamis excedit, & impia diro
Semina fert vtero, conceptaque crimina portat.

Et idem Ouidius lib. 1. de Arte Amandi inquit:

Myrrha patrem, sed non vt filia debet, amauit.

De qua Elysius Calentius:

Myrrha patris vetitum, potuit temerare cubile.

De qua etiam plura nouissimè scripsit Natalis Comes Mythologiæ. lib. 5. cap. 16. Sic de Mene-
157 phrone dicitur, qui matrem propriam † deperiuit, de quo Ouidius lib. 7. Metamorph.

In qua cum Matre Menephron
Concubiturus erat sauarum more ferarum.

158 Sic Artaxerses † Persarum Rex Atossam filiā vxorem duxit, vt est author Plutarchus in eius vita. Parisatis Darium filium, vt dicit Agathius de bello Gothorum. lib. 2. de qua Paulus Orosius lib. 1. cap. 4. Damnatur Oedipus, quòd Io-
159 castam matrem, Laio † patre Mortuo, Vxorem duxerit: de quo Claudianus in Eutropium inquit:

Oedipodes Matrē, natam duxisse Thyestes, Cantatur.

De quo Anneus Seneca in Thebaide. cap. 1. inquit, sub nomine eiusdem Oedipis:

Occidi

Occidi patrem,
Sed matrem amaui, prob loqui Hymenæum pudet,
Tædasque nostras, has quoque inuitum pati
Te coge pœnas, Facinus ignotum, efferum,
Inusitatum fare, quod populi horreant,
Quod esse factum nulla non ætas neget,
Quod Parricidam pudeat. In patrios Thoros
Tuli paterno sanguine aspersas manus,
Scelerisque pretium maius accepi scelus.
Leue est paternum facinus, in thalamos meos
Deducta mater, ne parum scelerum foret,
Fœcunda, nullum crimen hoc maius potest
Natura ferre.

Et Statius lib. 1. Thebaidos:

Scandere quin etiam thalamos hic impius hæres
Patris, & immerita gremium incestare Parentis
Appetijt, proprios monstro reuolutus in ortus.

Semiramidem cæteris cōmendabilem actibus, quòd Nini filij amorem postulauerit, dam
160 nat † Iustin. Historiar. lib. 1. Augustin. de Ciuitate Dei lib. 18. cap. 2. de hac Baptista Mantuanus ait:

Concubitus Nati longæua Semiramis ardet.

Qua de causa, vt infandum hoc facinus tegeret, legem illa protulit, vt inter parentes, ac filios, nulla delata reuerentia naturæ, de coniu-
161 gijs † appetendis, quod cuiq; libitum esset, id licitū, ac permissum haberetur: vt dicit Paulus Orosius. Histor. lib. 1. cap. 4. Nullus itaque Pontificum similia attentauit, quamq̄ ei dicatur illud Hieremiæ. cap. 1. Constitui te super gentes, & Regna, vt euellas, & destruas, ædifices, & plantes. Et fuerit Pontifex constitutus Cephas, idest caput omnium gentium; & cum Simon prius vocaretur, fuit vocatus Petrus à Petra super qua ædificāda erat Ecclesia: Petra autem erat Christus, cui omnia tradita sunt in cœlo, & in terra, qui eidem Petro dixerat, vt suas oues pasceret, adeo quòd Papę Tribunal, Christi dicitur.

Quoad matrimonij impedimenta ex consanguinitate, & affinitate prouenientia q̄ plura diximus, ex quibus constat de gradibus, in quibus connubia interdicuntur, si scienter matrimonia, in quendam veluti Catholicæ Ecclesiæ contemptum contraherentur, minimeq; ob id
161 fuisse permissas, & incestas † nuptias appellari, vt inquit Gelasius Papa in c. Lex illa. 36 q. 1. Incestum vero constat esse cōsanguineorum, vel affinium abusum, vt quoad ascendentes, &
163 descendentes, † supra diximus. Sic etiā quoad collaterales, cum fratre, & sorore, cum relicta fratris, cum Nouerca, cum Cōsobrina, cum relicta Auunculi, cum filia Patrui, cū filia Auunculi, cum sorore vxoris defunctæ, cum Priuigna, cum nuru, cum Patruo, cum Auunculo, cū Sorore vxoris, cum Amita, cum Matertera, & alijs de quibus Leuitici. c. 18. & 20. & in Concilijs Agathensi, Epaunensi, Aurelianēsi. 1. & 3. Aruernensi, Parisiensi. 1. Antisiodorensi, Romano 3. & Elibertino, vt refert Sotteal. in Summa Pontifical. §. In cesta coniunctio. num. 2. & seq. Andr. Barbat. in cons. 23. vol. 2. Sic etiā, vt dictū est, cum filijs adoptiuis, arrogatis, spiritualibus, & similibus. Committitur etiam ince-
164 stus cum Moniali, vt tenuerunt † multi, quos refert Iulius Clarus in §. Incestus. num. 2. Licet tam si secularis cum moniali, q̄ si secularis cum Religioso, se immiscuerint, simplicem illam appellauerit fornicationem idem Clar. in §. Fornicatio. num. 15. & seq. quoad sceleris grauitatem dicam statim.

Sed probatissimum est, illum, illamuè, qui se religioni vouerunt matrimonium contrahere
165 † minimè posse. c. Veniens. Qui cleric. vel vouent. Quod sine dubio procedit in eo, qui suscepit habitum, ac professionem fecit, vt si iste matrimonium contrahat, vxore semota, ad religionem redire cogatur. c. Meminimus. eo. tit. Vnde de Virginibus Velatis, & quę professionem fecerunt, intelligitur illud Hieronymi Cōtra Iouinianum. Virgines (ait) quæ post consecrationem nupserint, nō tam adulteræ sunt,
166 q̄ † incestæ. vt in c. fin. 27. distin. & c. Si nupserit. ead. distin. Quæ supra iā diximus, in solemni, vt dicunt, voto sibi locum vendicabunt. In simplici vero religioso, aut moniali vouente, aliter dicendum: Quia & si pro voti trāsgressione mulctetur, matrimonium tamen contrahit, nisi pubes erit, & continuato habitu secundum votum, ea, quæ officio monachi incūbunt,
167 expleuerit, elapso anno, irreuocabiliter † Monachus erit. arg. Glos. in dicto c. Meminimus. in verbo Professionē. & in verbo. Nec habitum. & annotauit Io. Papon. in consuetud. Borbonienś. §. 119. in verbo. Profession expresse ou taisible. Sic Præsbyter, & Sacerdos, post obtentum habitum sacerdotij, atq; consecrationem,
168 matrimonium contrahere † nō potest. c. Præsbyter. 27. distin. & c. Qnoniam præsbyteri 28. distinct. & in vtraq; distinctione sunt plura capitula ad id facientia, & plura alia retulit Andr. Tiraquel. de legib. Connubial. l. 15. nu. 118. cum pluribus seq. Decet enim sacerdotium castitatem habere præcipuam; quod non solum rationi consentaneum esse probatur, sed solem-
169 niter † ex sacris scripturæ testimonijs præstitit Thomas Campegius Episcopus Feltrensis. de Cælibatu sacerdotum non abrogando. per totum. Et pinguiori stilo rem hanc illustriorem reddidit Marquardus Susannius in Commentar. eiusdem titul. parte 1. cap. 2. & 8. & per totum. Vbi ex sacris scripturarum Arcanis, Historijs, omniq; scriptorum genere, quod de sacerdotibus diximus, comprobat. Et idem Susannius eadem par. cap. 9 Latissimè de Virginibus Deo dicatis, prosequutus est. Et alia ad hanc materiā spectantia scribit Simon Maiolus Episcopus Vulturariensis de irregularit. lib. 1. cap. 19. Sic etiā respondit Io. Episcopus

Citri

Citri ad Constantinum Cabasilā Archiepiscopū Dyrracchij, & etiā Theodorus Balsamonus Patriarcha Antiochenus iuris orientalis. lib 3.

Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum, similiter matrimonium impedit, & cōtractum dirimit. Est autem publicæ honestatis iustitia, quæ ex legitimis oritur sponsalibus mulieris, quæ ei coniuncta est, cum qua nunc matrimonium contrahere desiderat. Inhonesti enim, ac turpissimi videtur exempli, vt ei, quis nubat,
170 cuius coniunctam † sponsalia frangendo, deceperit. de hoc habetur in dicto c. Non debet. de consanguin. & affin. Sed hodie per Tridentinum Cōcilium, hoc impedimentum primum gradum nō excedit, si sponsalia valida extiterint, quia si valida non erunt, nullum inde
171 † impedimentum obstabit. Vt patet sess. 24. de reformat. matrim. cap. 3. Hoc idem declarauit Theodosius Patriarcha iuris oriētal. lib. 2. Nauarra in Manual. cap. 22. nu. 57. Maiolus de irregular. lib. 3. c. 25. sub nu. 57. Lancellot. Instit. Canonic. lib. 2. Titul. Quæ matrimon. imped. poss. §. Publicæ quoque honestatis.

Huc spectat controuersia maxima, quæ totius orbis Christiani ingenia exercuit, cuius supra per transitum meminimus. Henricus Octauus
172 Rex † Angliæ, vxorem duxit Catherinam, Catholicorum Regum Ferdinandi, & Elizabethæ filiam: postmodum spiritu nequam ductus, matrimonium, ea ex causa dirimere tentauit, quod cū Arcturo fratre primogenito iam defuncto, sponsalia prius contracta fuerant. Cognita autem causa per Iuliū Secundum Pontificem Maximum, constitoq; quod ob imbecillā eorum ætatem, non solum consummata sponsalia nō fuerant, sed nec etiā consumare potuerant, superstiteq; Catherina sponsa, virgineq; intacta reperta, ex iustissimis causis cum Henrico matrimonium contractum, de eiusdem Summi Pontificis voluntate; Impedimento iustitiæ publicæ honestatis, quod humani, positiuiq; iuris esse, notorium est, minimè obstante. Quia tñ iniqui Regis voto sententia nō cesserat, super eadem re totius Christiani orbis viri primarij consulti sunt: & pro Summi Pōtificis sententia omnes censuerunt: cuius rei latissimè meminit Nicolaus Sanderus de Schismate Anglicano. lib. 1. Doctores, qui super ea re scripsere hi sunt.
173 † Gulielmus Varamus Archiepiscopus Cantuariensis, Cuthbertus Tonstallus Londinēsis, prius, & postea Dunelmensis Episcopus, Nicolaus Vestus Eliensis, Ioannes Clercus Bathoniensis, Ioannes Fisherus Roffensis, postea Cardinalis, Henricus Stādicius Asaphensis, omnes Episcopi. & Abbates Thomas Abelus, Riccardus Fetherstonus, Pouellus, & Ridlæus, Thomas Morus eiusdem Regis Angliæ Cancellarius, & Ioannes Holimanus Bristoliensis Episcopus, omnes Angli. Nec non Franciscus Royas, Alphonsus Veruesius, Alphōsus de Castro, Ioannes Genesius Sepulueda, Aluarus Gomesius, Hispani, ac Lusitani. Ioannes Cochlæus Germanus, Ludouicus Schora Belga, Eguinarius Baro, Franciscus Duarenus, & Franciscus Connanus Galli. Thomas de Vio, postea Cardinalis, Comes Ludouicus Nugarola Veronensis, & Sigismundus Loffredus, (qui solemniter scripsit) Itali. Cui Loffredo se subscripserunt infrascripti Imperiales Magistratus, Ioannes Sunnier Vicecācellarius, Hieronymus de Colle Regens, & Cōsiliarius Collateralis, Cicchus Loffredus Præsidēs Regij Cōcilij, Hieronymus de Francisco Regius Consiliarius, & Locumtenens Magni Camerarij, Ioānes Martialis Regius Consiliarius, Antonius Capicius Regius Consiliarius, Thomas Minadous Regius Consiliarius, Nicolaus Maiorana Regius Consiliarius, Bernardinus Galeota Regius Cōsiliarius, Bernardinus Sanctus Regius Consiliarius, Thomas Grammaticus Regius Cōsiliarius, Bartholomeus Martialis, Nicolaus Maricōda, Io. Franciscus Brancia, Galeatius de sancto Seuerino, Marius Saxus, & Gentilis de Albertino supremi tunc Aduocati, qui temporū successu, & ipsi maiori ex parte Consiliarij Regij extitere.

Omnino autem, nihil absurdius audiri in similibus potest, q̃ quod matrimonia citra necessitatem, & Sanctæ sedis dispensationem cum consanguineis, & affinibus contrahantur: vnde Plutarch. Problem. 6. inquit, superioribus temporibus, quæ se aliqua necessitudine attigissent, vxores, nō ducebant, quemadmodum nec nunc sorores; ex quibus, vt plurimum malos, rerū euentus inspeximus, & cum illis perperam actum
174 fuisse, qui nuptijs similibus inhiarunt. † Herodis, de quo iā diximus, exemplum in prom-
175 ptu est, qui cum Herodiade † in Hispaniā fugatus, profugus ibi cum vxore moritur. vt dicit Iosephus de Bello Iudaico. lib. 2. c. 8. & nouissimè meminit Christian⁹ Adrichomi⁹ in Theatro Terræ sanctæ. sub Chronico anni D. Nostri
176 IESV Christi. 39. Sic Titum Vespasianum, † refert Tranquillus, febrim nactum, & moribundū, cum lectica transferretur, suspexisse, dimotis plagulis, cælum, multumq; conquestum, sibi vitam eripi immerenti, neque vllum suū factū pænitendum, excepto dūtaxat vno, quod quale fuerit, neque tunc prodidisse. Quibusdam tñ succurrisse in opinionem, bonum Imperatorē recordatum, consuetudinem, quā cum fratris vxore Domitia habuerat. Eodem etiam malo
177 Claudius Cæsar, † coniunctarū matrimonijs mulierū infœlicissimus Princeps: nam, & Messa-
178 linā Barbati Messallæ, cōsobrini sui filiā, † Meretricū omnium Principem, vxorē habuit, scortum infamissimā, vt quæ strenuam rem gesserat, vna nocte hominū viginti quinque congressus sustinendo, quā nouissimè occidi fecit. Eaque de medio sublata, Agrippinam, Germanici fratris sui filiam vxorem duxit, quā accepisse sub

exitu

exitu vitæ pęnituit, vnde infœliciter eius me-
179 dio veneno extinctum † referunt Suetonius
Trãquillus in Claudio c.45. Cornelius Tacitus
Histor.lib.11.De Messalina vero Plinius lib.10.
c.63. Messalina (inquir) Claudij Cæsaris con-
iux,hanc Regalem existimãs Palmam elegit id
in certamen,Nobilissimam è prostitutis Ancil-
lam, mercennariæ stipis, eámque die, ac nocte
superauit, quinto, & vicesimo concubitu. de
qua post multa Iuuenalis Satyra 6.

Excepit blanda intrantes, atque æra poposcit,
Mox Lenone suas iam dimittente puellas,
Tristis abit, sed quod potuit, tamen vltima cellam
Clausit, adhuc ardens rigidæ tentigine vulua,
Et lassata viris non dum satiata recessit.

Frãciscus Petrarcha de Remedijs vtriusq; for-
tunæ. lib.2. Dialogo.21. de Claudio loquutus
sic inquit: Seu qñ hic adulteratum fortunatus
coniugũ Princeps fuit, eiusdem Messalinã, sum
mum Imperij probrum loquar, quæ secordem
virum,ac Cæsareum deserens cubile,noctu Lu-
panaria circuibat,illa faciens, quæ referri etiã
pudor prohibet. Bassianus item Antoninus,qui
Caracalla appellatus,probris afficitur,quòd Iu
180 liam † nouercã duxit vxorem. Illa enim cum
ob negligẽtiam maximã corporis partẽ nudas-
set,Antoninus,inquit: Vellem si liceret; Prom-
ptè illa respondit. Si libet,licet, An nascis te Im
peratorem esse,& leges dare,non accipere. Vn
de facto matrimonio illã duxit. de quo Aelius
Spartianus inquit: Quo audito, furor incondi-
tus ad effectũ criminis roboratus est,nuptiasq;
eas celebrauit,quasi sciret se leges dare,cũ ve-
rè solus prohibere debuisset,matrem enim,(nõ
alio dicenda erat nomine) duxit vxorem, ad
Parricidium iunxit incęstum. Hæc Spartianus.
de quo,& Eutropius rerum Romanarũ. lib.10.
cap.10. Plura improbitatis huius exempla tra-
derem: ne infamium scælerum tamen facta cõ-
memorem,ex professo omitto. Inde ad viam,
vnde digressus sum, reuertor.

Incestus,itaq; dicitur,vt Nonio Marcello pla
cet,quasi non castus: in eos, qui non castè nu-
181 ptias † ineunt. Alij autem,sine cestu dictum
182 volunt. Erat cestus† Veneris Cingulum, quo
contrahentes nouas nuptias, honestatis ergò
vtebantur. Cingulum hoc virgo ad viri domũ
183 asporrabat, appellabatur† verò, vt diximus,
Veneris Cingnlum, quo ipsa Martem, Iuno Io-
uem conciliauit à Græcis κεστὸν dictum, estque
Lorus interpũctus,acunè pictus, commune fę-
minarum ornamentum. De illo Veneris Cesto
Martialis ait:

Vt Martis reuocetur amor, summiq; Tonantis,
A te Iuno petit Ceston,& ipsa Venus.

Hic Lorus, siue Baltheus erat, quo virgo cin-
gebatur ad virum itura diuersi coloris: In ple-
risq; Italiæ locis hæc Cinctura vsu venit,& vir-
ginibus,& mulieribus,quæ portant Cingulum
quẽdam Sericum,diuersi, vel Vnicoloris, inter
punctis argenteis, cum fibula, qua laxatur,ac
stringitur: ornamẽti illius fœminei species est,
184 ac inter muliebria ornamenta† illũ reponit.
in l.Vestis.ff.de aur.& arg.leg. vbi de ornamen
tis præcingendi. Sunt autem (inquit) hęc Zona,
seu Cingulum. Hinc Gallos olim operam dare
soluisse,ne fierent obæsi,ac ventrosi, & punire
solitos iuuenem, certam Zonæ mensuram exce
dentem, scribit Strabo Geographię.lib.4.& re-
fert Lazarus Bayfus de Re Vestiaria.cap.8. In-
deq; dictum voluisse antiquos, Virginem por-
tantem viro Zonam, non cibo, potuique vltra
necessarium, appetituram fore.

Sed agite quæso lectores, aliquantulum anti-
quitatis arcana scrutemur, vt hæc rectè intelli
gantur. Fabulosa illa æui senioris ætas, Deis il-
lis, Deabusq; ludibriosis,quos,quasq; sibi con-
finxerat,quid proprium tribuere solebat,cuiq;
conueniens,& quodammodo peculiare: Hinc
185 Iupiter † Venerem hortatur, vt bella relin-
quat,& matrimonia curet apud Homerũ lib.4.
Illiados,dum, omittendo Græca, ait:

Tum Venerem alloquitur, Tum soluit talibus oras
Filia non ars est tibi bellica tradita, sed tu
Virgineas rixas, sed tu connubia cura.
Hæc Mars, hæc teneat communia munera Pallas.

Vnde Veneri Baltheum iniunxerunt, siue Ce-
186 stum, discolorem, in quo suauitas, † collo-
quia dulcia, beneuolentia, blãditiæ, suasiones,
fraudes, veneficiaq; includebãtur. De quo Ce-
sto ibidem Homerus inquit:

Sic ait,& Lorum Cesti de pectore soluit,
In quo blanditiæ plures mortalia corda
Mulcentes inerant, sermo iucundus, amores,
Gratia, quæ mentem falsa dulcedine fucant.

Hic erat Baltheus, hic erat Cestus Veneris,
quia cum ei, Virginum, matrimoniorumq; cu-
ra tradita esset, virgines ad virum accedentes,
hoc Baltheo, hac Zona, cinguloq; ornatas esse
conducit, Blãditijs, iucũdis sermonibus, amo-
re,& gratijs, quibus cum Maritos mulceant,ac
in eorũ amorem conquirãt. Vnde Cestus, ama-
bilitas, & cupido, non immeritò appellatur
187 † ab Angelo Politiano Miscellaneorum.c.12.

Nec silentio id, quod verius est, præteribo,
Cingulum istud, ac Zonam pro virginitate ipsa
188 sumi, † quam per virum solui dicebant, dum
ille virginitatis vincula reserabat. De hoc Sex-
tus Pompeius lib.3.ait: Cingulum esse Zonam,
189 qua noua nupta † pcingebatur, quod vir in
lecto soluebat: vnde Catullus Epigram.2.

Qui Zonam soluit, diù ligatam.

Et iterum Epigrammat. 62.ad Ianuam:

Nec quærendum aliunde foret neruosius illud,
Quòd posset Zonam soluere Virgineam.

Pausanias in Achiacis, scribit locum ibi esse,
cui ζωστήρ. idest zosteri, nomen inditum est,
quæ vox Cingulum sonat. Quo in loco Lato-
nam soluisse Zonam dicitur. Hinc illud Ouidij
in Heroidis.

Ca-

Castaq; fallaci Zona recincta manu.

190 At idem est, etiam Zonam † soluere, ac pepe- risse, aut parere; nec enim sine virginitatis solu tione partus venit, excepta mundi Dña. Hinc Apollonius in Argonauticis est author, Athe-
191 nis Templum erectum fuisse Dianæ † Solui- zoniæ, quo læuatæ partu mulieres Zonam Dia- næ solutam dicebãt. Natalis Comes Mytholo- giæ lib. 3. c. 18. refert ad hũc ꝓpositũ, post versi culos Grecos, infrascriptos latinos Apollonij:

Prima soluta mihi, postremaq; Zona, quòd ipsa
Inuidit multos natos Lucina Misella.

Refert etiam illud Agathię, denotans coronas
192 donari solitas Veneri, & Zonas † Dianæ, hoc Carmine.

Mineruæ crines posuit, Veneriq; corollas,
Dianæ Zonam candida Callirhoe.
Nacta procum fuit hac, quem tota mente petebat,
Atq; Maris mater, facta fuit generis.

Huc spectant artificiosa carmina, ac versiculi sensu profundi, de Zona loquentes, quos scri- bit Martialis lib. 14.

Longa satis nunc sum; dulci sed pondere venter,
Si tumeat, fiam tunc tibi Zona breuis.

De hoc Cesto plura dicit Andr. Tiraquell. de legib. connubial lib. l. 3. num. 31. Ioan. Papon. in præcepto. Non Mæchaberis. lib. 1. sub vers. de Incestu. Petr. Gregor. Syntagmat. Iuris vniuers. lib. 9. cap. 11. num. 2.

193 De Cæstu vero pugillari † per Dipthongum, qđ est genus Clauæ, pilas plumbeas loris Bu- bulis appẽsas habẽs, quo Dares, & Entellus pu gnarũt; de qua pugna Virgil. lib. 5. Æneidos.

Sin crudo fidit pugnam committere Castu.

Et idem Virgilius lib. 3. Gergicorum ait:

Cursibus, & crudo decertat Gracia castu.

de quo exercitationis genere plura ex antiq- tatũ reconditis locis, retulit Hieronymus Mer curialis artis Gymnasticæ. lib. 2. cap. 9.

Vnde dicere voluerunt, incestas nuptias, id- circo appellatas, quasi absq; cestu, absq; Zona Virginea, honoris, & honestatis matrimonailis insigne. Quod & si dici queat, non tñ verum erit, nisi dum de Virginum matrimonijs loque rentur: & sic cum viduis consanguineis, & in gradu prohibitis illa ethymologia locum non haberet, ꝙ foret absonum. Nisi dicamus com- prehendi, & ipsas accipiẽdo largè Zonam pro
194 pudore, & honestate, † quam deponũt etiam viduæ, dum maritales complexus, secunda, vel vlteriori vice subeunt. Alias primam Nonij Ethymologiam probarem.

Pœna publicationis bonorum contra eos, qui
195 cõtrahũt incestas nuptias de regalibus † esse, patet in dicto c. 1. in verbo. Bona cõtrahentiũ. Quæ sint regal. & ex authoritate etiam Iusti- niani. in Auct. Incestas. C. de incest. nupt. & in corpore vnde sumitur; & vtrobiq; fatẽtur Do- ctores. Quæ publicatio in casu isto locum ha- bebit in matrimonio, & nuptijs prohibitis de
196 iure ciuili, non aũt † de iure canonico. vt vo luerunt Calderin. in cons. fin. tit. de cõsanguin. & affinit. Petr. de Anchar. in cons. 391. Videtur prima facie. Dominic. de sanct. Gemin. in cons. 71. nu. 5. Alex. in cons. 229. nu. 7. vol. 6. Deci. in cons. 268. nu. 5. Ioan. Fab. in §. pen. circa finem, Inst. de nupt. Augustin. de Arim. ad Angel. in tract. Malefi. in verbo. Che me hai adulterato. in fin. vbi Landria. hãc opinionem tenuit Hie- ron. Grat. in consil. 100. nu. 23. vol. 1. Alciat. in c. cũ contingat. nu. 53. & seq. de iureiur. Nicola. Boer. in decis. Burdegal. 318. n. 5. Marsil. in sin- gul. 254. in fi. quos refert, & sequitur Ioan. Ce- phal. in consil. 226. num. 5. vol. 2. Ijs adde Petr. Foller. in pract. crim. Canon. c. 4. nu. 94. 95. Iul. Clar. in §. Incestũ. n. 6. Emmanuel. Suarez ĩ The- saur. recep. sẽt. §. Incestũ. n. 29. & §. Nuptię. n. 76

Contrarium tñ, ꝙ pœnæ impositæ de iure ci uili currant contra illos, qui contrahunt ince-
197 stas nuptias † prohibitas de iure Canonico, tenuit Signorol. de Homod. in consil. 25. & ità etiam consuluit Card. vti refert, ac tenet Abb. Panorm. in cap. Et si necesse. num. 10. 11. de do- nat. inter vir. & vx. tenuit Philipp. Dec. in cons. 158. per totum. Io. Bernard. Diaz. in Pract. cri- minal. Canon. ca. 78. sub nu. 4. Lancell. Conrad. de offic. prætor. in caus. crim. tit. de Incestuosis. nu. 9. Io. Bapt. Villalob. in com. opin. §. Nuptiæ. nu. 48. Idem Dec. in l. fin. nu. 7. C. vnd. legit. Io. Francisc. Ripa in l. 1. num. 16. C. de eden. Paul, Grilland. de pęnis omnifar. coitus. q. 3. num. 4. Matth. de Afflict. in dicto verb. Bona contrahẽ- tium incestas nuptias. col. 1. Io. Crotus in Rub. sol. matrim. num. 49. Aegid. Boss. in tit. de coitu damnat. & punib. nu. 71. Vincent. Hercul. in l. 1. §. lex Falcid. in fi. ff. ad leg. Falcid. Remissiuè Bern. Alfan. collect. iur. 309. Didac. Couarr. in Epit. lib. 4. decret. par. 2. c. 6. nu. 18. vbi dicit esse communem opinionem. Aluarot. & Pręposit. in dicto cap. 1. quæ sint regal. Rosell. de success. ab intest. nu. 105. & videtur de mente Petr. Greg. sintagm. iur. vniuers. lib. 9. cap. 11. num. 4.

Vnde hæc videtur communior, & sequenda, quia Philipp. Dec. in d. cons. 268. perfunctoriè dicit duo verba, vnde non debet haberi in con- sideratione, nisi qđ dixit in d. l. fin. & in d. cõsil. 158. vbi latè tractat materiã. consequenter tã Anchar. in d. cons. 391. quam Hippolyt. in dicto singul. 254. alijq; plures extrahendi essent à pri ma opinione, cum non loquantur de casu pro- posito, sed tantum, qñ quis carnis flagitium cũ vna sorore secretò commisit, & postmodũ pu- blicè contrahit matrimoniũ cum altera; in quo casu possent fieri plures diuersitatis rationes, quæ nõ militarẽt in casu, de quo agimus. Et pro hac opinione vltima, ego cõsiderarem prohibi tionem primã non esse de iure Canonũ, vt ipsi dicunt, & ponderant, ꝙ tales Canones sint fa- cti post leges permittẽtes publicationẽ bono- rum contrahentibus incestas nuptias: nam di-

co

co prohibitionẽ esse de iure diuino ex Leuitic. in d.ca.18. & 20.& proinde dum Imperatores postmodum imposuerunt bonorũ confiscando
198 rũ pœnas contrahentibus nuptias † incestas, vtique de incestis iure diuino loqui videntur, & non de alius iuribus.

Et vt talis pœna locũ habeat, non sufficit, ꝙ sint contracta sponsalia, nisi fuerit matrimoniũ
199 carnali copula consumatum † c. Et si necesse. vbi Ant. de Butr. Panormit. Præposit. & alij. de donat. int. vir. & vx. Bald. de Bartolinis de dote. par. 11. num. 3. 7. vers. sextus casus. in fin. Matth. de Afflict. in d. c. 1. in ver. Bona contrahentium. nu. 9. Ant. Gomez. in l. Tauri. 50. nu. 15. Quinimmò hæc pœna cessabit in cõmittẽtibus incestum flagitio carnis circumscripta matrimonij causa; tunc enim alijs pœnis in incestuo
200 sos à iure † statutis, locus erit. Iacob. de Are. Cyn. & Bald. in dicta auct. Incestas. Marian. Senior in cons. 12. col. fin. vol. 1. Matth. de Afflict. vbi supra. nu. 3. Nicol. Boer. in decis. 264. Et iam dictæ pœnæ locus erit, cum à principio impedimenta sciuissent, secus verò, si ignorauerint,
201 qa pęnæ † locus nõ erit. Gloss. notab. in clem. 1. de consanguin. & affin. Felyn. in c. examinata. de iudic. Didac. Couarr. in Epitom. de sponsalib. par. 2. c. 6. §. 8. Petrus Duẽnas. Regul. 150. limit. 1. Ex iã dictis sequit̃, supra notatæ pęnæ locũ nõ esse, qñ matrimoniũ inter coniũctos esset contractum, ex illicita fornicatione attinen
202 tes, cum ista † fornicatio de iure ciuili nõ sit prohibita. vt tenuit Glos. in § Affinitatis. Inst. de nupt. Corn. in cons. 114. vol. 2. & post alios Nicol. Boer. in dicta decis. 264. sub nu. 13. Si autem contraherentur sponsalia de futuro inter coniunctos, cum reseruatione dispensationis
203 Summi † Pontificis, tunc sine dubio pęnæ non erit locus: vt post Anton. de Butrio, & Nicol. Boerium tenuit Iul. Clar. in dicto. §. Incestum. n. 9. Et sic videmus in facto hodie omnia sponsalia contrahi, alias inconueniens esset prius, Summo Pontifici pro dispensatione ꝑces offerre, & porrigere, & petita obtinere, & his factis de Matrimonio colloqui; quia ex re qualibet etiam læuissima possent non concordari, & matrimonium ad effectum minimè duci, & tunc Summi Põtificis diploma esset ludibrio obtentum, quod dicendum minimè videtur. Quò verò ad alias pœnas incestus, non est hic locus, & ego tango de magistratuum edict. lib. 1. c. 8. An vero contrahens scienter incestas nuptias, vel sponsalia, quæ consumantur per Carnis de-
214 bitum. incidat † in excõmunicationem contentam in Cle. 1. de consanguin. & affin. post dispositionem Concil. Trid. contra Doctorem Nauarrum scripsi consil. 89. Centur. 1.

Aduertendum fore censeo bona contrahentium incestas nuptias publicari, nec in eis ha-
205 bere † locum auct. Bona damnatorum. C. de bonis proscriptor. vt voluit Ioan. Cephal. in cõs. 79. nu 23. vol. 1. Sequitur referẽs Alphanus in Collectan. 499. vide aliqua nouissimè ꝑ Anton. de Gãma in decis. Lusitan. 352. per totum.

ARGVMENTVM. CAP. XVII.

Cum habeat Rex Catholicus condemnatorum, & proscriptorum bona, tamquam de Regalibus, quæ sit condemnatio, quæ proscriptio, & quomodo erat antiqua illarum formula, & alia quoad materiam enucleantur.

COMPENDIVM.

1 *Bona condemnatorum, & proscriptorum sunt de Regalibus.*
2 *Condemnare, an sit idem, quòd damnare.*
3 *Condemnati dicuntur per iustam sententiam.*
4 *Absolutionis formula apud Romanos, & condemnationis. num. 5.*
6 *Comperendinatio, quãdo causa differtur in alterũ diẽ.*
7 *Proscriptio quid? num. 8. 10. 11.*
9 *Augures habebant templum in loco excelso.*
11 *Proscripta bona, qua dicebantur. num. 12. 16.*
13 *Proscriptus hodie quis appellatur?*
16 *Sylla proscriptiones.*
17 *Bona proscripta, quæ dicebantur? & quæ exiguntur. Bonis pro debito proscriptis, poterat præstari sponsio.*
18 *Sponsionis, ac satisdationis formula.*
19 *Supplicium, bonorum publicatio sequebatur apud Romanos.*
20 *Domus euersio, & demolitio quando?*
21 *Amittens libertatem, & ciuitatem de iure ciuili, bona amittebat. num. 22.*
23 *Casus in quibus publicantur bona remissiuè.*
24 *Iustinianus leges publicationem bonorum ponentes antiquauit.*
25 *Intellectus Constitutionum, Inconsutilem, Apostatantes, Vsurariorum, & Comes.*
26 *Certi casus sunt in Regno Neapolitano publicationis bonorum.*
Auct. Bona damnatorum. seruatur in Regno.

CAP. XVII.

1 CVM bona condemnatorum, & proscriptorum † sint de regalibus, vt in c. 1. Quæ sint regalia. & illa habeat Rex Catholicus, consequens erit hoc in loco tractari materiam publicationis bonorum, quam primis tantum labris, declarando prius quid sit condemnatio, quid etiam proscriptio, attingam.

Condemnare idem esse, ac damnare arbitratus est Iacob. Spiegellius in lexico. Ex vera tñ verbi Etymologia, hanc ego inter verbum condemnare, & damnare differentiam assignarem: ꝙ primũ referatur ad plures Iudices in eadem

Decuria

Decuria aliquem cōdemnantes, vt exponatur, condemnare, ideſt ſimul, omniumq́; ſuffragijs, & nemine contradicente, vel pluribus iudicibus in idem cōcurrentibus, ſententiā ferentibus;à con & damno, ideſt ſimul damno. Damnare vero, quando per vnum Iudicem eſt facta ſententia, & condemnatio. Sed tamen, vt vide-
2 mus, in iure noſtro† promiſcuè, vnum pro alio ſæpè capitur: vt declarat Andr. de Iſer. in d. cap. 1. in verbo. Condemnatorum. Intelligitur tamen per iuſtam ſententiam, aliàs non dice-
3 rentur † condemnari. arg. l. 4. §. Condemnatorum. ff. de re iudic.

Vrgente olim Romanorum Republica, condemnationes certo modo ac forma deputatis fiebāt. Aut enim cauſa erat clara, ita vt potuiſ-
4 ſet procedi† ad abſolutionem, vel condemnationem;& proferebatur per Iudices tabella in caſu abſolutionis, cum litera, illam denotante, tali pacto. A. aut cauſa erat in caſu condemnationis, & tunc proferebatur tabella cum li-
5 tera illam† denotante, ſcilicet. C. Si autem cauſa eſſet obſcura, tunc fiebat Ampliatio, & proferebantur in tabella litteræ. N.L. quæ non liquere deſignabant. vt horum meminit Cicer. in Orat. pro Cecinna. & iterū in Verrem actione 3. & 4. & Aulus Gellius Noct. Actic. lib. 14. c. 2. Valerius lib. 8. ca. 1. vbi agitur de cauſa Cottæ. Idem Cicero. Rhetoric. ad heren. lib. 4. Erat
6 & comperendinatio, quando† in alterum, aut tertiū diem cauſa differebatur quorū meminit Frāciſc. Hotoman. in Cōment. verb. Iuriſ. §. Ampliatio. nouiſſimè Franciſc. Polletus in Hiſtor. Fori Roman. lib. 4. c. 15. & latius dixi in Apologia aduerſus ſentētiā Pilati Aquilæ repertam.

Proſcriptionem verò, apud veteres Latinos authores ambiguitatem habuiſſe ſcribit erudi-
7 tiſſimus† Petr. Faber. lib. 2. Semeſtrium. cap. 16. Sed tamen illius meminit Horatius lib. 1. Sermonum. Satyra. 7. dum ait:

Proſcripti Regis Rupili pus, atque venenum.

8 De ipſa proſcriptione† pluribus in locis meminit Cic. præſertim lib. offic. 3. Quo in loco poſuit contentionem inter Titum Claudium Centimalum, & P. Calpurnium Lanarium, quæ ſic ſe habet. Augures iuſſerunt, vt Claudius domos in monte Ælio demoliretur: is proſcripſit inſulam, illamque vendidit P. Calpurnio, cui demolitionem Augures denunciarunt, demolita inſula eſt. Egit Calphurnius contra Claudium. M. Cato aduerſus Claudium ſententiam dixit, quia proſcriptionem feciſſet poſt iuſſionem demolitionis. Nec obiter relinquam, vt plana fiant Cicetonis verba, dicere, augures habuiſſe arcem, ſeu templum
9 † in loco excelſo; erat autem in Monte Tarpeio, qua ex arce auguria captabāt. Vnde cum inſula, (quæ domus eſt via circumdata, vt magnatum domus eſſe ſolent, qualem, videmus Neapoli eſſe palatium Prætorium, in quo ſunt omnium Regiorum Tribunaliū Decuriæ; Qualem, etiam videmus Aquilæ palatium, quod ea Cōmunitas pro habitatione Sereniſſimæ Margaritæ de Auſtria proprijs ſumptibus olim erexerat) Tiri Claudij alta eſſet, ita vt augures officio captandi auguria impediret, iuſſum fuit
10 Claudio, vt illam demoliri faceret, † qui vt ſibi præcaueret ſtatim illam proſcripſit, ac venalem fecit. De quorum augurum more. Liuius lib. 1. Valer. lib. 1. cap. 1. Feneſtell. de Magiſtr. cap. 4. Pomponius Lætus de ſacerdotijs. cap. 5. De ipſa proſcriptione agit Cicero de lege Agrar. contra Rullum Orat. 3. & in Orat. pro L. Flacco. in Orat. pro P. Sextio. Seneca de diuin. prouident. cap. 3. de benefic. lib. 4. c. 12. Alex. ab Alexand. Dierum genial. lib. 3. c. 23. Guliel. Budæus in l. 1. ff. de Iuſt. & iur. Andr. Alciat. lib. 4. Parergon. cap. 2. Franc. Duaren. Diſputation. anniuerſar. lib. 2. cap. 4. Iacob. Reuardus ambiguitat. iuris. lib. 4. cap. 2. Franciſc. Pollet. in Hiſtor. Fori Roman. lib. 5. cap. 2.

Vndè proſcripta dicebātur bona venalia ex-
11 poſita: Et proſcripti dicebantur homines; † & horum proſcriptorū hominum bona de regalibus eſſe dictum eſt. Itaq; conſtituta eſt inter proſcriptionem bonorū, & hominū illa, quam diximus, differentia. Proſcripti homines dicebātur, qui ob ſcælus aliquod in exilium mittebantur; & huc pertinent verba Cic. in Orat. pro Domo ſua. Hanc vos (inquit) Pontifices, Tribuni plebis, poteſtatē dabitis, vt proſcribere poſ-
12 ſit, quos† velit? Idem Cicer. pro Sext. Roſcio Amerin. Cum proſcriberētur homines. de hoc etiam loquitur idem Cic. in Ver. Acti. 3. Lex Cornelia (inquit) proſcriptū iuuare vetat. Proſcriptum ego hominē apud Romanos poſt Syl-
13 læ tēpora, illū dicerem, quē† apud nos hodie, & pleroſq; populos, Bannitū appellamus. Quā primus apud Romanos eoſdē in cāpum deduxit. L. Cornelius L.F.P.N. Sylla, qui ſe dictatorē perpetuū nominauit. Is enim cū ferè Maieſtate Regia, omnia decerneret, Marianis victis, cum vrbem eſſet ingreſſus, in Circo Maximo, ſex mille coactos trucidauit, & vrbē infinitis, & fœdis cędibus inundauit; ità vt coactus fuerit (vt in eodem Sylla Plutarchus eſt author)
14 quidam ex iuuentute C. Metellus† in Senatu, eundem Syllam percunctari. Quis tandem eſſet malorum finis? & quo vſq; progreſſum, iſtis factis expectarent, temperaturum? Deprecamur (ſubiunxit) non eorum, quos tu tollere deliberaſti, ſupplicia: Sed dubitationem eorum, quos tu ſtatuiſti conſeruare. Vbi Sylla reſpondit: Non dum certum ſe eſſe quos eſſet incolumes relicturus. Tum Metellus: Quin igitur, inquit, expromis, quos velis punire? Et tum primum Sylla, proſcripſit octoginta
15 † iniuſſu aliorum Magiſtratuum: Alio die ducentos viginti: Mox tertio non pauciores addidit. Ei qui ſeruaſſet proſcriptum, mul-

ctam capitalem ascripsit: Nec fratrem, nec filium, nec parentes excepit. Percussori, præmium cędis, bina taléta, etiam si seruus Dñm, etiam si genitorem interfecisset filius. Quod verò omnium visum est iniquissimum, notauit proscriptorum liberos, nepotesq; infamia, omniumq; publicauit bona. Atq; eorum, qui ex odio vel ira necabãtur, exiguus erat numerus, præ illis qui bonorum causa tollebantur: ità vt dicere potuissent homicidæ, hũc ædes amplæ, illum Horti, & alium Thermæ occiderunt. Vnde Q. Aurelius, vir quietus, cum aliorum doleret infortunia, ac in forum venisset, & proscriptos legens, suo nomine ibidem reperto: Veh
16 mihi (inqt) misero, fundus mihi Albanus† procurat necem: paululumq; progressus, à quodam eum insequente interemptus est. De quo inquit Paulus Orosius lib. 5. c. 19. Tunc Sylla, authore Furfidio Primipilari, primus infamem illam Tabulam proscriptionis, induxit. Quem eadem verba referens, sequitur Eutropius. lib. 5. c. 3. Hinc Alexander Sardus de Moribus gentium. lib. 2. cap. 30. inquit: Impunes erant damnatorum filij; L. tamen Sylla primus, eorum, quos proscripserat, filios, Magistratu abdicato, Senatu eiecit. De hac ipsa lege in Orat. ꝓ Sex. Roscio ait: Scriptũ enim ità dicunt esse, vt eorũ bona veneant, qui proscripti sunt. Hanc eandem legẽ, generali alia lege probauit L. Valerius Flaccus Interrex, qui legẽ tulit, vt q̃cquid L. Cornelius Sylla fecisset, id ratum esset. vt refert Cicero Agrar. 3. Appianus Alexandrin. Bello. Ciuil. lib. 1. de qua etiam Seneca de diuina Prouidentia. cap. 3. inquit: Videant largum in foro sãguinem, & supra Seruilianum lacum (id enim proscriptionis spoliarium est) Senatorum capita, & passim vagationes per vrbem, percussorum greges, & multa millia ciuiũ Romanorum, vno loco post fidem, imò per ipsam fidem, trucidata. Videant ista, qui exulare non possunt. Quid ergo Fęlix est L. Sylla, ꝙ illi discedenti ad forum gladius submouetur; quòd capita consularium virorum patitur ostẽdi; & pretium cædis per quæstorem, ac tabulas publicas. numerat? & hæc omnia facit ille, qui legem Corneliam tulit. Hæc Seneca. Sic Plinius lib. 36. cap. 17. Vnde enim (inquit) Vitricus Sylla, & Metella mater proscriptionum sectrix. De quibus proscriptis loquuntur Honorius, & Theodosius Principes in l. Si quis 20. C. Theodos. de Pœnis.

17 Bonorum† autem proscriptio ex iam dictis patet. Proscribere enim nil aliud est, nisi libellum quendam rei venali affigere, vel tabellam, quibus ꝙ ea res venalis sit, cognoscatur: vt videmus fieri Neapoli in Palatijs, Fundis, Oppidis, aut Ciuitatibus, quæ venditioni exponuntur. Et huc spectat causa Titi Claudij, & Calphurnij supra relata, ex Cic. in offic. Sic idem Cic. ad Attic. lib. 12. Horti, quam in diem proscripti sint, ad me scribas. & lib. 16. Iste (ait) locare incipit, non proscripta, neq; edicta die. & Idem Cic. eo. lib. 16. epist. 15. Meminit de agro Buthrotiorum proscripto, quorũ causam tuebatur Põponius Atticus viuente Cæsare, eamque eiusdẽ Attici gratia L. Planco admodum commendat. Proscriptionem bonorum supra relatam probat etiã Francisc. Syluius ad Cic. in Orat. pro Lucio Flacco. Hinc de Curatore bonorum inquit Francisc. Polletus in Histor. Fori Romani lib. 5. c. 2. At ex veteri iure per triginta dies debuit quis possidere, intra quos si nemo satisdaret, poterat iure suo bona possessa proscribere, publicè libellis affixis, venalia. Pẽdentibus affixis libellis bonorum venundationi expositorum pro creditore ad satisdandum pro debito, qui satisdabat hac forma vtebatur, quam profert idem Seneca de benefic. lib. 4. c. 12. Spondeo pro iudicato, & suspen-
18 sum amici bonis libellum deijcio:† creditoribus eius me obligaturus, vt possim seruare proscriptum, ipse proscriptionis periculũ subeo. Quod sequitur Philippus Broideus ad Polletum allegans textum Pulchrum Venulei in l. fin. §. Si ad ianuam. ff. Quod vi, aut clam. vbi de Tabulis ad Ianuam fixis loquitur. & de hoc agit etiam Francisc. Duarenus in loco supra in princip. allegato.

Romani pro grauibus scęleribus, consueuerant, etiam bona adimere, ac publicare, publicisq; vsibus destinare, vt supplicium Domini,
19 bonorum† publicatio sequeretur. Sic eiectis Tarquinijs Regibus illorum Ager Marti dicatus, Campus Martius appellatus est: vt Liuius scribit. lib. 2. Et C. Cassij dom⁹ ob affectati Regni crimen, die perduellionis dicta, inter cæ-
20 tera, domus euersa, ac demolita, † & Area ibidẽ facta, & ante Telluris ædem Sic Ædes Monetæ dicatæ, quæ quondam M. Manlij Capitolini fuerant, ob Regni affectationem. Eademq; ex causa Æquimelium dictum est ex domo Sp. Melij. Pluraq; sunt huiusmodi exempla prodita ab Alex. de Alex. Genial. dier. lib. 3. cap. 23. Vnde de Adriano scribit Ælius Spartianus in Adriano. Damnatorum bona in Fiscum priuatum redigi vetuit: omni summa in Aerario publico recepta. Hinc scribit Cornel. Tacit. lib. 5. Annal. Bona Seiani ablata Aerario, vt in Fiscum cogerentur. Eodem modo Vulcatius Gallicanus in Auidio Cassio. Senatus (inquit) illum hostẽ appellauit, bonaq; eius proscripsit, quæ Antoninus in priuatum ærarium congeri noluit: quare Senatu præcipiente, in ærarium publicum sunt relata. Ad quæ faciũt, quæ scripsit accuratissimè eruditissimus Iurisc. Ioachimus Hopperus de vera iuris prudentia. lib. 8. tit. 25.

Iure autẽ cõmuni Pandect. ex omni delicto, quo quis per deportationem, ciuitatem, aut
21 †libertatem amittebat, vel vitam, eorundem bona publicabantur: & si in sententia de publicandis

blicandis bonis dictum quid non fuisset. vt in l. 1. vbi Accurs. & Bart. acalij. ff. de bon. damnat. l. In metallum. l. Deportati. & l. fin. C. eo. tit. l. 1. ff. si pend. appell. Poterat verò Iudex, non solum partem, sed etiam omnia bona, condem
22 nato in sua sententia† reseruare. Bald. in l. Si qua militi. §. 2. ff. ex quib. caus. maior. Francisc. Aretin. in l. Eius. §. Si cui. col. 2. ff. de testam. Sed multi enixè laborarunt, ostendere casus, in quibus bonorum publicatio sibi locum vendicat:
23 inter quos septuaginta† duos enumerauit Barthol. de Casseneo in consuetud. Burgund. Rub. 2. Des confiscations. §. 1. per totum. Matth. de Afflict. in Constit. Regni: Patarenorum. sub. num. 25. cum pluribus seq. Lancellot. Conrad. de offic. Prætor. in caus. crim. §. 3. tit. de public. bon. per totum.

Iustiniani tamen Principis clementia, omnes
24 leges ante ipsum bonorũ publicationem† permittentes latæ, antiquatæ fuerunt. §. fin. Auct. Vt nulli iudicum. & habetur in Auct. Bona damnatorum. C. de bonis proscriptor. per quæ iura vsus inualuit, vt in crimine læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ tantummodo bonorum publicatio obseruetur. de quo plenè Bartholom. Cępoll. in consil. crim. 17. per totum. Deci. in consil. 235. & 252. num. 5. Iul. Clar. in pract. crimin. q. 78. Declarauit hoc etiam Fridericus Imperat. in d. cap. 1. Quæ sint Regal. ibi (condemnatorum, & proscriptorum, secundum quod in nouis constitutionibus cauetur) volens Imperator bona condemnatorum, & proscriptorum queri, & publicari in casibus per Iustinianum Imperatorem vltimo loco prouisis. Aut si dicere fortè voluit Federicus, de constitutionibus ab ipso factis in Regno Neapolitano, contra Hæreticos, Apostatantes, Vsurarios, Perduelles, Guerram mouentes, ac similes. vt
25 in Const. †Inconsutilem. in Const. Apostatantes. in Const. Vsurariorum. in Const. Comes.

In Regno Neapolitano, vsus inualuit in certis supradictis casibus bonorũ publicationem
26 fieri: &† in reliquis ibidem, & vbiq; ferè gentium seruari dispositionem Auct. Bona damnatorum. supra allegatæ. vbi non adest consuetudo, statutum, vel cõstitutio contraria: vt post alios antiquiores voluit Alberic. de Rosat. 3. parte statutorum q. 18. Cępoll. in d. consil. 17. Deci. in consil. 442. nu. 6. Nicola. Boer. in decis. Burdegal. 264. nu. 15. Hierony. Cagnol. in l. Ea sola. nu. 7. ff. de regul. iur. vbi etiam Io. Ferrar. Montan. voluit Diaz in regul. 54. Nouell. in practic. Crimin. §. Scire debes. num. 5. Petr. Plaza in Epith. delict. cap. 23. sub. num. 10. Roland. à Valle in consil. 97. & 98. num. 5. vol. 2. Lancellot. Conrad. Io. Cephal. & Iul. Clar. in locis supra allegatis.

Doctores in d. c. 1. in verbo. Cõdemnatorum, & proscriptorum. Quę sint Regal. coaceruarũt multa quoad confiscationem, & bonorum publicationem: in qua materia satis confusè processerunt, à quorum caligine pedes retraho, ne fiam confusior, satis contentus hæc pauca retulisse ex antiquis litterarum arcanis, quæ ad declarationem verborum iam dictorum, satis superq; sufficient.

ARGVMENT. CAP. XVIII.

Angariæ, & perangariæ ad Regem pertinent, cum de Regalibus sint: cum fit illarum declaratio, in lucem profertur in foro versatilis materia seruitiorum personalium subditorum, ac Dominorum, & Baronum, quæ est cunctarum litium seminarium.

COMPENDIVM.

1 *Subditos Angarios, & Perangarios habere de Regalibus est.*
2 *Angaria opus est, quod fit à subdito, sũptibus domini.*
3 *Perangaria est opus, quod fit sumptibus vassalli.*
4 *Angararius quis?*
Constit. Regni. Prosequentes. §. Constituentes. Intellectus.
5 *Seruitiorum causa multæ lites in Tribunalibus Regijs inter Dominos, & vassallos.*
6 *Vassalli regulariter, nõ tenentur Domino seruitia præstare absque salario.*
7 *Seruitia à vassallis Domino non debentur, & si de illis se obligauerint; quia hæ obligationes absq; Regio assensu fieri nequeunt. nu. 38.*
8 *Intellectus Const. Regni. Quia frequenter. nu. 38. 40.*
9 *Seruitus à gentibus introducta.*
10 *Pœna corporali, quis obligari non potest. nu. 11.*
12 *Membrorum suorum nemo dominus.*
13 *Dominandi potestas de iure gentium introducta est.*
14 *Seruitijs Curiæ Regiæ quis est obnoxius, & an seruitijs Baronum?*
Intellectus Const. Regni. Omnes officiales.
15 *Intellectus c. Regni. Quod nullus officialis. Regis Caroli II.*
16 *Seruitia non debentur per vassallos, si competentem familiam Curia, aut Baro haberet.*
17 *Seruitia si imponuntur, salarium debetur.*
18 *Seruitia à vassallis debentur, dum tamen à proprijs seruitijs non extrahantur.*
19 *Charitas omnis perfecta incipit à se ipso.*
20 *Baro, & Dominus, an vassallos conuocet implorardo auxilium contra Bannitos pro illorum captura, & persequutione? nu. 21. 22.*
23 *Vassalli non tenentur, vbi sunt pauci & Banniti maiores numero; quia est vis maior, cui resisti non posset.*
24 *Receptans bannitos, qui plures numero cum essent, per vim sibi aperiri, & receptari fecerunt, non tenetur de receptatione.*

35 Seruitia imponi debent personis solitis.
Doctoribus, Medicis, ac similibus seruitia non imponuntur.
26 Illustres personæ à sordidis seruitijs sunt immunes.
27 Excusantur à seruitijs sexu, valetudine, & ætate.
28 Seruitia imponi oportet, quæ conueniant dignitati, professioni, sexui, & ætati. num. 29.
29 Intellectus Prag. Regis Ferdinandi incip. Ad perpetuam. sub tit. de salario. eo. qui mitt. per Cur.
30 Seruitia, an præstentur per substitutum?
31 Barones vnum hominem habere an debeant, quem ærarium, siue Camerarium vocant, qui curat eorum negotia? num. 32.
33 Princeps Dominus est personarum.
34 Clausula Priuilegiorum, & inuestiturarum, cum Angarijs, & Perangarijs declaratur. nume. 35. 41. 42.
36 Clausulæ generales, & ordinariæ non nocent tertio.
37 Quod non licet per contractum, nec licebit per consuetudinem, vel præscriptionem.
39 Taciti, & expressi eadem est vis.
40 Intellectus Prag. 10. Audiuimus. Caroli V. tit. de Baronib.
41 Intellectus Prag. Caroli V. incip. Ad nostras. tit. de Baron.
43 Seruitia illicita semper à Dominis præsumuntur extorta.
44 Vassallorum plures sunt species, remissiuè.
45 Vassalli, ac subditi clientelares apud Græcos, & Romanos.
46 Patronorum in Clientes officia, quæ erant?
47 Clientum officia in patronos, quæ?
48 Patres, & Patroni dicebantur, vt tamquam Patres clientibus patrocinarentur.
49 Romulus Patricijs plebem commendauit.
50 Facinus maximum extimatum, si clientes derisui essent habiti.
51 Lege 12. Tabul. qui Clienti fraudem fecisset, sacer erat.
52 Apud Persas, Indosq; maximum crimen est, clientem fallere.
53 Seruitium præstatur Domino ex feudi natura, maximè si ex tenore inuestituræ deberetur. num. 54.
55 Seruitium militare onus feudi est, & quomodo præstatur. num. 56. 57.
57 Seruitij feudalis loco, præstatur hodie adoha. nu. 62.
58 Intellectus c. Regni incip. Item statuimus, quòd Comites, Barones.
59 Fidelitas, non seruitium, est de natura feudi.
60 Vbi feudum conceditur simpliciter, nulla seruitij mentione habita, non tenebitur Regi vassallus, nisi ad illa sex de quibus. in c. 1. de Noua forma fidel.
61 Seruitium, quod per Regem remitti potest.
62 Adoha seruitium est taxatum in Regno. num 63.
Barones in Regno quando teneantur in bello seruire.
64 Subuentio, vel adiutorium, quod debent vassalli Domino, consistit in quatuor casibus in Regno Neapolitano.
Intellectus. Const. Regni. Quamplurimum.
65 Subuentio facienda Imperatori, vel Regi, quid requirat?

CAP. XVIII.

SVbditos Angarios, ac Perangarios habere
1 de Regalibus est; vt probat † tex. in d. c. 1. in verbo. Angariarum, & Perangariarum. Quæ sint Regal. Hodie in hoc Regno, multi Barones habent vassallos Angarios, non autem omnes Perangarios. Angaria enim dicitur opus,
2 † quod vassallus facere tenetur Domino, sumptibus tamen, atque expensis eiusdem Domi-
3 ni. Perangaria verò, quando fit opus † sumptibus, & expensis eiusdem vassalli seruientis. vt post Accursium, Andr. de Isern. Aluarot. Hotoman. Luc. de Penna, & alios declaraui ad Bellugam in Speculo Princip. Rub. 46. §. Donum. in verbo. Perangaria. nouissimè Ludouic. Carbo. lib. 9. cap. 7. Petr. de Grego. Sicul. de cõcess. Feud. parte 7. quæst. 6. num. 1. Angararium verò appellat Villanum, siue Rusticum idem Fe-
4 dericus Imperator in Constit. Regni. † Prosequentes. §. Constituentes. vbi Andr. de Isern. & Io. Mauritius in Rep. l. Vnicæ. col. 31. vers. In quo maximè. C. quo loc. mulier. muner. sub. quod scribit etiam Roland. Cauagnol. in decret. Montisfer. 72. §. 1. num. 11. & seq.

Hoc in loco, personalium seruitiorum, ac operum materia discutienda est, in Regno, Regijsque Tribunalibus, præsertim in Regio Consilio, & vulgata, & frequentissima, ob infinitas propemodum lites, quæ ea ex causa in Regno inter subditos, & Dominos introducuntur.
5 † Isti enim, quia Iurisdictionem plenam, merum, mixtumque imperium habent, gladijque potestatem gerunt, eo brachio vtuntur, & per impositiones, exactionesque pœnarum, & per carcerum illationes, ac similibus medijs, & artibus, vt vexati seruitia præstent, timore perditionis bonorum, ac personarum metu, illa contra ius, & fas extorqueant. Illi vero ab ijs stimulati, & penè consumpti Consilium adeunt, vt à grauaminibus releuentur. Et vtinam in hac materia, tamquam regula, aliqua norma præfixa esset, vt ijs malis, antidotum promptum esset.

Ne optima hæc seruitiorum, ac operum ex parte Dominorum, & pauperrima ex parte vassallorum, seges confundatur, Regulam proferam, cum aliquibus declarationibus ad ipsam sufficientibus, & si alia fortè desiderarentur, alij addant.

Regula est, subditos nõ teneri ad seruitia Do-
6 mino præstanda absq; stipendio, † seu salario. l. Illicitas. §. Illicita. ff. de offic. præsid. Et in l. Operæ enim. ff. de oper. libert. dicitur: operæ enim eo loco edi debẽt, vbi Patronus moratur, sumptu scilicet, & vectura patroni. Qui textus ad hoc elegantissimus est, atque incauillabilis, &

& ad hunc propositum illum allegauit Oldrad. in consil. 234. sub num. 3. Bald. in l. Qui manumittitur. in fin. C. de oper. lib. Matth. de Afflict. in Const. Regni. Omnes officiales. sub nu. 2. vbi adhoc inducit quædam iura, quæ, (vt mihi videtur) ad rem non faciunt. nouissimè Marinus Freccia de subfeud. Baron. lib. 2. Authoritate 37. per totum.

Ampliator in hoc Regno Neapolitano, vt & si subditi per contractum, se vellent obligare
7 † ad seruitia aliqua, alicui Domino perpetuò præstanda, non possent; cùm dictæ obligationes inter Dominum, & vassallos fieri sine Regis assensu nequeant: Ipse enim Rex solus est personarum Dominus, vt inquit Federicus Im-
8 perator in Const. Regni. Quia frequenter. † vbi Afflict. num. 2. multa inducit ad hunc finem, quæ apud eum videri poterunt. Nec enim potest quis se ad perpetua seruitia obligare, contra iuris naturalis dispositionem, quo omnes li-
9 beri nascebantur, & seruitus à gentibus † introducta sit. l. Quod attinet. ff. de regul. iur. §. Bella. Inst. de iure natur. gēt. & ciuil. latè Franc. Connanus Commentr. iuris ciuilis. lib. 2. cap. 5. sub num. 7. Vacon. à Vacun. declarat. iuris ciuilis. lib. 1. Declarat. 15. Nicol. Boer. in consuetud. Biturigens. titu. des costumes, & vsages. §. 1. in verb. Suyte. col. 2. Fortunius Garsia in l. Manumissiones. ff. de instit. & iur. Iacob. Reuardus de iuris ambiguitat. lib. 1. cap. 1. nu. 9. Io. à Rebetteria Disputat. iurif. lib. 1. prosit. 7. Ernestus Costman. Disputat. 1. Thesi. 6.
10 Idcirco † quis nō potest se obligare ad pœnam corporalē, vt habetur in c. Cum homo 23. q. 5. Bald. in l. Ob æs. C. de præd. minor. Aut pœnam,
11 qua † faciat se percuti. Bartol. in l. 1. §. Vsq; ff.
12 de iniur. Cum suorum, nec membrorum † sit dominus. l. Liber homo. vbi plura similia inducit Florian. de sancto Petro. ff. ad leg. aquil. Et do-
13 minandi potestas post modum † ex gentium iure sit introducta. l. Si id quod. ff. de condit. indeb. Petr. Faber de regul. iur. Antiqui. cap. 22.

Declara primò, tunc demum subditum, ac vassallum mitti posse, quando mitteretur pro seruitijs curiæ Regiæ: secus autem si pro seruitijs eiusdē Baronis, aut Domini, priuatis, aut pro-
14 prijs, mitti † vellēt; vt primo casu teneantur, secundo verò minimè: vt est cautum in hoc Neapolitano Regno à Federico Imperatore. in
15 Constit. Omnes † officiales, & per Regem Carolum II. in c. Regni. Quod nullus officialis. Concernit enim dispositio ista, Regiæ Curiæ seruitium, cuius Regiæ Curiæ personam sustinet. Nā si pro suis priuatis operibus, publicum seruitium minimè concernentibus, seruitium imponeretur, suam priuatam, propriamq; vtilitatem concerneret, contra mentes dictorum legum latorum. & ita sentit Sebastian. Neapodan. in c. Regni. Subditorum. nu. 20. Paris de Puteo de Syndic. tit. de excessib. Baronum. nu. 4. cum pluribus seq. Io. Anton. Niger. in c. Regni. Grauamina. num. 37.

Sub declara autem, tunc demum hanc declarationem procedere, ac ipsos pro curiæ seruitijs mitti posse, si ipsi domini, ac Barones non habeant competentem familiam suæ curiæ, quæ ei deseruire posset; quia si suam competentem familiam haberent, tunc cogi non possent.
16 † arg. l. Si qui §. Sin autem. C. de his, qui latrones. & l. Si quis in hoc genus. §. fin. C. de episc. & cleric. tex. notab. in l. 1. C Ne rustican. lib. 11. cuius meminit Renatus Choppin. de priuileg. rustic. lib. 1. cap. 1. parte 1. & tunc demum si competentem familiam non haberent, & sub-
17 ditis siue rusticis, seruitia imponere † vellent, salarium habere debebunt. Sebastian. in dicto cap. Subditorum. sub num. 20. & Matth. de Afflict. in dicta Const. Omnes officiales. Nec mirum, quia idem est etiam, dum volunt vti seruitijs cum animalibus subditorum, vt tunc demum possint, si propria non habeant, vt dicam in cap. seq. eodem modo in seruitijs personalibus, vt non fiant, cum Dominus competentem familiam habeat, ne fortè brutum animal maioris sit prærogatiuæ in hoc, quàm homo, quod esset absurdum.

Declara secundò, vt cum teneantur subditi ad seruitia domino, ac opera exhibenda, procedat, dum tamen à proprijs operibus, & ser-
18 uitijs † non abstrahantur. vt fuit decretum per Regium Consilium authore Thoma Grammat. in Decis. Neapol. 67. num. 5. & 6. Quo loci causa non redditur, tamen hanc puto rationem; quia dum subditus debet operari, & sibi, & Baroni, præferri debeat seruitium proprium subditi ipsi seruitio Baronali; cum iuxta vulga-
19 tum, charitas perfecta † inchoet à se ipso. cap. Qui vult ordinatè. De pœnitent. distin. 3. Hinc Terent. in Andria. Verum (inquit) est illud verbum, vulgò, quod dici solet: Omnes sibi melius esse velle, quàm alteri.

Declara tertiò, ex præfatis posse superiorem subditos, & vassallos cōuocare, ac illorum suffragium implorare contra Bannitos, contumaces, & delinquentes pro illorum persequutio-
20 ne, & captura. † arg. d. l. Si qui. §. fin. C. de his, qui latron. Bald. & Salycet. in d. l. Si quis in hoc genus. Angel. in l. 1. C. de Nili Agger. non rumpend. Andr. de Isern. in cap. 1. § Receptatores. de pace iur. firmand. Paris de Puteo de Syndic. §. Brachium. in princip.

Quod subdeclaratur, & intelligitur, vt supra diximus, si cōpetentem familiam non habeat:
21 inuocatur enim † hoc brachium in subsidium. Albertic. de Rosate in l. Episcopale iudiciū. C. de episcop. audient. Felin. in c. Cum non ab homine. in princip. ext. de iudic. sequitur Franc. Marc. in decis. Delphin. 773. in fi. vol. 1. Recipit etiam nōnullas alias declarationes, de quibus latius dico de Magistratuū edictis lib. 3. cap..

Sub declaratur secundò, quòd requisiti ad præstandum seruitium pro capiendis malefactoribus, congruè possent ij delinquentes capi, nec adsit periculum, aut probabilis timor: quo ca-
22 su minimè tenerentur† d.l.2. §. Sin autem.ibi. Memor periculi sui. C. de his, qui latron. Andr. de Isern. in c.1. §. Sin autem omnibus. De pace tenend. eadem ratione, quia potius propriæ ipsorum saluti, quàm alienæ prouidere tenentur. arg.l. Præses C. de seruit. & aqua. Simile etiam esset, si malefactorum numerus est maximus, & requisiti ad auxilium, ac seruitium præstãdum pauciores essent, ita quòd vis esset maior, cui
23 reparari non † posset. arg. Eorum, quæ dicit Floria. in l. In omnibus. in fin. ff. de noxalib. act. qui ait: Non teneri de receptatione eum, qui per numerum plurium bãnitorum, coactus est
24 aperire, & illos† receptare. sequitur Marsil. in l. Eiusdem. §. Item is. nu.5. ff. de sicar. & in l.1. §. Præterea. num.18. ff. de quæst. sequitur Roland. à Valle in consil.45. nu.86. vol.1.

Sub declaratur tertiò, dummodo impositio seruitiorum, operum, atq; onerũ, fiat personis solitis, & habilibus, non autem insolitis, puta
25 Doctoribus, †Medicis, & similibus. arg.l. Medicos. C. de professor. & med. lib.10. & ad materiam Francisc. Aretin. in consi.94. in princ. Ripa responso.168. Sic etiam in personis illustribus,
26 quæ à sordidis ijs seruitijs sunt † immunes. l. Maximarum. & l. fi. C. de excusat. muner. lib.10. Eodem modo in senibus, infirmis, mulieribus, corpore debilitatis, alijsq; huiusmodi, quos,
27 vel sexus, vel† valetudo, aut ætas excusat. l.3. §. Corporalia. ff. de munerib. & honorib. l.2. §. Quem ita. ff. de vacat. muner. Dños enim, superiores, & iudices, onera, atq; seruitia imponen
28 tes, quæ dignitati, professioni, sexui, †vel ætati cõgruant, considerare oportet. l.1. C. de excus. mun. lib.10. Bald. in l. fin. C. de obseq. patron. præstand. Hoc idem statuit Rex Ferdinandus.
29 in prag. incip. Ad perpetuam rei† memoriam. sub titul. de salar. eor. qui mittunt. per curiam. ibi: Quæ statum, & conditionem eorũ deceãt. Hinc Regium Neapolitanum Cõsilium, in dies decernit, has operas, & seruitia, fieri debere p solitos, & habiles. De istis excusationibus, &
30 an† simili casu debeant seruire per substitutũ, latissimè Iacob. Ardizon. in summa Feudorum. cap.69. incip. Excusatur. & Io. Ferrar. Mõtanus in vsus Feudor. lib.6. cap.3.

Declara quartò, vt aliqui Doctores Regni dicere consueuerunt: licere Dñis terrarum vnum hominem habere, cui exactionem, ac procurationem bonorum, & introituum feudaliũ committere valeant, expensis, ac salario Dñi; puta dare vnum Æratium, seu Camerlingum, qui
31 Dñi† negotia, & exactiones faciat. vt in specie concludit Marin. Freccia de subfeud. Baronum lib.2. Authoritate 37. Sed subditos non teneri refert fuisse per Regiũ Cõcilium decisum Anton. Capic. in decis. Neap.118. Quod pluribus alijs argumentis cõprobat idem Capic. in decis.168. Inoleuit autem Regni vsus q Barones habeant Aerarios, seu Conseruatores pro conseruandis fructibus Feudi: & ità seruare Re-
32 gium Concilium in decernendo statuta† mercede, vt testatur Præsidẽs de Franchis in decisi. 128. in princip. Et idcirco in vno eodemque pũcto ex eodem tribunali, nasci possunt diuersæ sententiæ, quod meo iudicio, personarum, scripturarum, ac factorum diuersitas in causa est; alias esset necesse dicere, quòd indiget hoc decisione Regia.

Vbi verò Priuilegia, siue diplomata Regia, apertè loquerentur de seruitiorũ, ac operũ personaliũ præstatione per subditos Dominis facienda; Tunc quia esset lex scripta Principis, q
33 dominus et personarum,† obseruanda erit. §. Sed qd Principi. cum concord. inst. de iur. nat. gent. & ciuil. etiã si esset dura, & aspera. l. prospexit. ff. Qui, & à quib. Si verò non extarent, nisi priuilegia ordinaria, cũ clausula vulgata,
34 (cum Angarijs, & Perangarijs) † nullo pacto tunc viã ijs seruitijs aperirẽ. Et si contrariũ dicat Paris de Puteo de Syndicat. tit. de Excessib. Baron. sub n.6. quẽ sequitur Marin. Freccia vbi supra, dicentes: Tunc cogi homines ad seruiẽdum, si dicta clausula aderit; salario tñ intercedente, vt est Angariarum natura, vt illa verba aliquid operentur. arg.l. Nõ aliter. cũ similib. ff. de leg.3. & pſertim si operatio sit vltra ius cõmune. l.1. ff. ad municip. l. si quando. ff. de leg.1. c. cũ his. de Priuileg. Quod mihi videtur nõ obstare, quia istud argumentũ ipsorũ, si esset verũ q similis clausula faceret hanc operationẽ, sequeretur etiã in perangarijs posse id facere, in quibus tenerentur ad operas, operantiũ, & seruientiũ sumptibus; Quod vti absurdũ Doctores, & ipsi etiã abhorruerunt, nec Regij officiales admittunt. Idcirco corruit illorum fundamentum: Maximè cum sit vna clausula pluribus verbis Dño prospiciens, vnde debet illa pariformiter determinare. l. cõmodissimè. ff. de lib. & posthum. Vt quemadmodum vigore clausu-
35 læ præfatæ† non intelliguntur seruitia Perangariæ, ità nec Angariæ. Illud item replicari potest, priuilegia facta per clausulas ordinarias,
36 solitas, & generales, non afficere tertiũ. †c. super eo. de offic. deleg. Alexãd. in cons.25. col.2. vol.2. August. Berous in cons.146. nu.12. vol.3. Et in oĩbus ferè priuilegijs in hoc Regno, si inspiciantur, adsunt hæc clausulæ; & sic tenerentur omnes subditi Baronũ ad dictorũ seruitiorũ præstationem, quod est à veritate alienum. Quinimmò in hoc Regno, nec vim facerem in cõsuetudine, etiã legitimè præscripta, qua Dominus, vel Baro aliquis prætenderet sibi præstari solita fuisse seruitia, nisi cum illa concurreret etiam cõcessio, & priuilegium: quia quod
37 non licet† per contractum, nec licet per consue-

suetudinem, vel præscriptionem. arg. l. Non impossibile. ff de pact. Signorel. de Homod. in cons
38 fil. 59. Quæritur. col. fin. sed per † cōtractum expressum, vt supradictum est, in hoc Regno, non licet. dicta Const. quia frequenter. ergo nec per consuetudinem præscriptam. Maximè per cōsuetudinem, quæ cum sit tacitus populi con
39 sensus, si non licet expresfè, nec tacitè: † cum taciti, & expressi eadem sit vis. arg. l. Qui ad certum. cum similib. ff. locat.

Hæc opinio in isto Regno vberius comprobatur, ex pragmatica Caroli V. Imperatoris.
40 10. incip. Audiuimus † etiā sub tit. de baronib. & eorū offic. ibi: In dies exactiones, & varias impositiones, angarias, & alia diuersa grauamina. & post pauca inquit: Mandamus, ꝙ dicti Barones, aut vtiles Dñi, ex nunc in antea nullas imponāt, aut imponi faciāt nouas exactiones, aut gabellas, nec noua seruitia, nouasuè angarias, aut alia noua onera inducant, aut induci faciant, directè, vel indirectè, sine expressa licentia nostra, aut Vice Regis generalis, si talis casus occurrerit, quo fieri debeat. Per quam Prag. Carolus Cæsar se conformat cum dicta Const. Quia frequēter. Federici Cæsaris, supra relata. Et alia clarior pragm. est eiusdem Caro
41 li † Imperatoris. sub nu. 16. Incip. Ad nostras. sub eod. tit. in qua expresfè declarat, clausulā (cum angarijs, & perangarijs) esse de consue-
42 tudine, & stilo antiquo huius Regni, nec † ex inde velle, quòd nouæ angariæ, & seruitia imposita censeantur, nisi illa, quæ tempore concessionis, & priuilegij legitimè probabuntur. cuius pragmaticæ mentionē fecit Tho. Gram. in decis. 67. & Niger in d. c. Grauamina. nu. 25. Quia presertim seruitia illicita semp à Princi-
43 pe præsumūtur † ex torta; vt dicit Bald. in Pace constantiæ in ver. Pactiones. num. 1. Martin. Laudens. de Princip. §. 95. quæ probatio esset difficilis. Vtinā autem materia ista non ducat plures impios magistratus, qui obsecundant Dominis, ad inferos; dum aliquos vassallos damnant ad seruitia, quæ si semel etiā per Decretum possessorium, ac momentaneū lite pendente concessum, præstari cogerentur, nunquā amodo seruitia cessabunt, quia in alio seculo expectabitur terminatio petitorij.

In casu seruitiorū, ac operum præstandorū, ineunda est differentia subditorū, ac vassallorum, cuiusmodi qualitatis illi sint; Alij namq;
44 perpetui, alij † conditionales, Ascriptitij, Cēsiti, Inquilini, Mensatæ, Originarij, & Clientelares. de quib' plenè Accurs. in Rub. C. de agri col. & censib. Specul. in tit. de Feud. §. fin. aliquid. Petr. Foller. in Const. Ascriptitios. nu. 2. & Renatus Choppin. in Cōsuetud. Andegauens. lib. 1. tit. de Iurisd. Andega. cap. 30. nu. 1. par. 1. Nullus tamen horum apud nos vsus, & nisi imago quædam Clientelaris Vassalli, & idcirco de ipso tantum pro nunc dicemus.

Clientelares subditi, non apud nouissimos solum, sed apud antiquos fuisse probatur, tū
45 Græcos, † tum Romanos. Thessali hos habuere clientes, quos Penestas vocabant, vel Mnestas; hos vti seruos habebant, vt voluit Atheneus Dipnosophistor. lib. 6. ca. 7. Et Athenienses, qui illos Thetas vocabant, ob ministeria: & iste mos tantisper apud illos valuit, donec ad superbiam in eos, & Clientum contemptū deficientes, & virtutes, & Rempublicam penitus amiserunt. Hoc autem institutum apud Romanos Romulus, meliori, ac suauiori ordine firmauit, ità vt nequa dissensio inter ciues oriretur. Plebeis namque hominibus, qui erant à Patricijs diuisi, permisit, vt ipsorum quilibet, patronum, quem ex Patribus vellet, cooptaret. Patro
46 norum officia hæc erant. † Clientibus de Iure respondere; absentiū, ac præsentium æquè curam agere; lites pro cliētibus, eo pacto, quo patres pro filijs suscipere; Accusatorum impetus repellere; nec testimoniū in clientem ferre, co
47 gi poterant. Clientū vero † hæc mutuò erant, vt patronos colerent, honorarent; Dotem ipsorum tenuiorum filiabus conferrent; testimoniū aduersus patronum non dicerent. Hæc Plutarchus in Romulo. Vtinam hæc officia hodie inter Dominos, & subditos essent. Vnde optimè
48 Plutarchus ibi dicit; Patres † appellatos, quasi Patrum officijs fungerentur; ac Patronos, à patrocinando, atque auxilium eis ferēdo. Et plura inter ipsos mutua officia recensuit; Dionysius Halicarnas. Antiquit. Rom. lib. 2. vbi tandē
49 ait: Commendauit Romulus † Patricijs Plebeios, optione cuiq; è vulgodata, vt quem vellet, sibi patronum legeret. Hanc Pardulphus Prateius in iurisprudentia veteri. Romuli. l. 16. recensuit; Plebæi, quem sibi ex Patricijs patronum volent, deligunto. Vnde Aul. Gell. Noct. Atti. lib. 5. cap. 12. ex Massurio Sabino Iuris Ciuilis. libr. 3. In officijs (inquit) apud maiores, ità obseruatum est. Primum tutelæ, Deinde Hospiti, Deinde Clienti, tum Cognato, postea Affini. & ex M. Catone in Orat. ad Censores ait: Quòd maiores Sanctius habuere defendi pupillos, quam Clientem non fallere. Aduersus cognatos pro Cliente testatur, testimoniū aduersus Clientem nemo dicit. Patrem primum, postea Patronum proximum nomen habere. Et iterum idem Gell. libr. 10. capit. 1. sic (ait) clientem in fidem acceptum chariorem haberi, quàm propinquos, tuendumq; esse cōtra cognatos, censuit. Neque peius vllum facinus extimatum est, quàm si quis probaretur,
50 clientem derisui † habuisse. De ijs plura scribit Eguinarius Baro de Iure Beneficior. libr. 1. cap. 1. Francisc. Hotoman. in legib. 12. Tab. & in Comment. Verbor. Iuris. § Cliens. & in disputat. Feudistica. cap. 2. & iterum ca. 32. Petr. Gregor. Sintagmat. Iuris vniuers. lib. 6. c. 2. nu. 26. & 27. lib. 14. c. 10. num. 4. cum duobus seq. lib. 47. cap. 7.

cap.7. nu. 16. cum alijs subseq. plura Francisc. Connan.Commentar.Iur.Ciuil.lib.1.cap.7.nouissimè idem Francisc.Polletus in Historia Fori Romani.lib.2.c.10.Io.Bodinus de repub.lib. 1.cap.7.Lege vero ipsa.12.Tabul. qui fraudem
51 fecisset clienti,sacer erat.† vt Pardulphus,Hotomanus, & alij probarunt. Vt non omittam Alex.ab Alex.Genial.Dier.lib.6.c. 10. Qui retulit apud Persas,& Indos, Magni criminis in-
52 star fuisse,clientem† fallere:& horum lege cautum fuisse, vt qui clientem decepisset, quique ter mendacio abusus fuisset, illi per omnem vitam silentium indicebatur,nulloq; honore,aut magistratu dignus habebatur. Vnde Virgilius lib.6.Æneidos inquit: Patronos clientes fraudantes pati pœnam,dum ait:

& fraus innexa clienti,

& post pauca.

Saxum ingens voluunt.

Et de ijs patronorum, & clientum officijs,spero me latius dictur ũ de feudis dignitatũ c....

Declara amodò quto loco], secus esse in præ-
53 statione seruitiorum pro feudo, pro quo † ex ꝑpria Feudi natura tenetur Dño vassallus seruire.vt in c.1.in princ.Hic Finitur lex.in c.1.in fin.In quib. caus. feud.amitt.c.1.in princip. de feud.fin.culpa non amittend.c.1.§.Firmiter.de prohib. feud. alien. per Feder. Et hoc planius
54 procedit † vbicunq; seruitium ex inuestituræ forma deberetur. vt probatur in c.1.§.Sed nec alia iustior. Quæ fuit prima caus. benef. amittend.Bald.in c.1. nu.2.3. An mut. vel alias imperfect. feud. reti. & videtur etiam de mente Iacob.de Ardizon.in Summa feud. c.69.incip. Excusatur autẽ.Io. Ferrar. Mont. in vsus feud. lib.6.c.3.vers.Exposuimus fermè. Io.Ant.Cannet.Siculus in Rep.c.Si aliquem Regni Siciliæ. §.Sed non sic.num.35.Io. Thom. de Marin. de Generib.& qualit.feud.lib.1.tit. 18.nu.7. Estq;
55 hoc † seruitium militare onus feudi. Andr.de Isern.in c.1 §.quid ergo.num.5. de inuestir.de
56 re alien.fact.& in Const.Regni. † Si quis post litem.Et præstatur militare seruitium Domino cum vno equo armato pro redditu annuo quarumlibet vnciarum viginti, vt in Regno; & in alijs secundum morem, & naturã feudi. Andr. in c.1.vers.Huius autẽ generis.nu.13. ex quib. caus.feud.amittat.& iterum in c.1. § Similiter poteſt.nu.6.de Capitan.qui cur.vend.Paris de Puteo de reintegr.feud.c.99.& circa.n.11.f.66. Matth. de Afflict.in d.§.Similiter poteſt.nu. 3.dicit:Nescire vnde acceperit Andr.de Isern. ꝙ fiat seruitium cum tribus equis. Nam loco seruitij hodie præstat Adoha,quæ est loco ser-
57 uitij pecuniarij,† seruata forma c. Imperialẽ. § Firmiter de prohibit. feud. alien. per Federic. Sed errat Afflictus dum repræhẽdit indebitè Andræam;nam vbi supra Andr. non loquitur,nisi de vno equo, & non de tribus. Verum est ꝙ idẽ Andr.in c.1.in fi. Quis dicatur Dux, dicit ꝙ seruiat Regi tribus mẽsibus cum equis solitis, & sic intelligitur de vno equo. Nec dicit ibi verbum Andr.de tribus equis, vti illum intellexit Afflict. Sed de tribus mensibus, sed benè verũ est,hoc dixisse eundẽ And. de Isern. in d.§.Similiter poteſt.nu.1.ibi,In Regno Siciliæ.vbi dicit de tribus equis,& de tribus mensibus,quam materiã adohæ,dũ hęc transcribũtur, vidi diligentissimè tractatam per Fabium
58 de Anna conf.3. num.1.cum seq.vol.1. Et hoc est propter † dispositionem. c.Regni.Item statuimus.ꝙ Comites,Barones,& alij.vbi dicitur tantummodo de seruitio trium mensium,& in hoc benè,& optimè dixit Andr.huius capituli memor. Sed benè est verum, ꝙ de illis meminit Ant. Capic. in Decis. Neapol.10.num.14.

Tu vero dicas,seruitium nullo pacto,nisi ex inuestitura appareat,esse de natura feudi,pro ut oẽs iura allegata loqui videntur, iuxta conuentionem; cum de Natura feudi non sit serui-
59 tium,sed fidelitas. † Andr.de Iser. in d.cap.1. vers.Huius autem.num.17. Ex quib.caus.Feud. amitt.Et sic quando simpliciter feudum conce-
60 ditur,nulla seruitij mentione habita,non † tenetur Vassallus Regi, nisi ad illa sex contenta in c.1.de Form.fidelit.& in c.1.de Noua forma fidelit.videlicet Incolume, Tutum, Honestum, Vtile,Facile,Possibile. De quibus sic Andr. in dicto c.1.§.Firmiter.nu.6.de Capitan. qui cur. vendid Barth.Camerarius in Rep. c. Imperialem.colu.20.& colu.35.de Prohib.feud.Alien. per Federic.vbi ista seruitia ex forma fidelitatis, dicit esse intrinseca feudi; seruire verò in bello sumptibus proprijs,est seruitium extrinsecum:& hoc dicit ibi posse per Regem remit-
61 ti; † primum verò dicit esse dubitabile. vt illũ etiam refert Io.Thom.de Marinis lib.1. titu.7. nu.9.in fin.Sed etiam primum remitti posse,demonstrari poteſt ex illo Alberti Crantij in Dania lib.7.cap.35.Rex (inquit) auditis partium allegationibus rem ità diremit, vt Marchio Romulus (is Brandeburgensis Marchio erat) supra pecuniam, quam pro redimendis captiuis Duci debebat, remitteret homagiale seruitiũ, quod habebat in quibusdã terris Vuandalicis.

Eius autem seruitij, quod Baro tenebitur præstare Regi in Regno, successit annua solutio pecuniaria,quæ vocatur Adoha, & taxata
62 est in Regno.vt per Afſl.in d. §.Similiter poteſt.per totũ.Idem Afflict.in decis. Neap. 252. & in decis.265.nu.51.Sigismund.Loffred.in cõsil.1.num.118.Marinus Freccia de subfeud.Baron.lib.2.Authorit.5.per totum.Anton.Capic. in inuestitur.Feudal.§ Feuda Adohant.per totum.& latius apud Iacob.de Aiello in tract.de iure Adohæ.apud quos habes quantitatem soluendam;& quo pacto seruetur in feudis Nobilibus; quo modo in feudis de Tabula, seu consistentibus in solo; quid in feudis consistentibus in pecunia annua, vt in Dohana, aut simi-

libus;

libus: Cui detur optio, Regi, an vassallo velle seruitia, vel pecuniam, & è contra: Et an fiat solutio per primogenitum, etiam si alij secundo,
63 vel vlteriori gradu geniti haberent † vitam, & militiam: Latissimè inuenies apud eosdē scriptores, quæ omnia locum habent in Dominis, siue Baronibus beneficiarijs, siue Feudatarijs Regijs. plura etiam nouissimè scribit Io. Vincent. Annius in rep. c. 1. nu. 149. cum pluribus seq. de vassall. decrepit. ætat. & in allegation. 86. nũ. 3. Quoad alia seruitia pecuniaria debita à subditis eisdem Baronibus, ac Dñis, aliter dicendum, vtsupra dicti dicũt, & aliqua nos scripsimus in consil. 1. per totum. centur. 1.

Quando autem, & quanto tempore Barones in hoc Regno Neapolitano teneantur seruire Regi in bello, & cuius sumptibus, dico infra cap. 32. nu. 129. & seq. & cap. 20. num. 53.

Tenentur tamen subditi in Regno dare charitatiuum subsidium, seu subuẽtionem, (Adiutorium in Regno vocant) vt in Const. Quam-
64 plurimum. Sũt † autẽ quatuor casus, in quibus coguntur ei subuenire. Primò pro redimenda Dñi persona, capti ab hostibus Regis, & in eius seruitio. Secundò pro faciendo filio milite. Tertiò pro maritanda filia, vel sorore. Quartò pro emenda Ciuitate, Castro, aut terra. Si verò tractabimus de subuentione facienda Impera-
65 tori, vel Regi, tũc alia duo addenda sunt, † scilicet pro exercitu Imperiali, & pro corredo Imperiali. Specul. in tit. de Feud. §. 1. nu. 97 vbi Io. Andr. Io. de Anan. in consil. 177. col. 4. in fin. Oldrad. in cõsf. 234. Iason in l. Placet rationabilis. nu. 5. C. de sacrof. eccles. Matth. de Afflict. in Decis. Neap. 165. nu. 54. Anton. Capic. in Decis. 184. Guido Pap. in decis. 57. Nicol. Boer. in Decis. Burdegal. 126. 127. 128. 129. 130. & 131. Iacobin. de Sancto Georg. in Inuestitur. Feud. in verbo. Qui quidem inuestiti. nu. 75. cum seq. Barthol. de Cassen. in cõsuetud. Burgund. Rub. 1. §. 4. in princ. nu. 8. & in verb. Mariagge d'vne fillè. num. 1. Andr. Tiraq. de iure primog. q. 69. Marin. Freccia de subfeud. Baro. lib. 2. Auth. 2. Latè etiam Io. Sainxon in consuetud. Turonẽs. tit. 8. de Loyaulx aydes. artic. 2. & 4. apud quos reperiuntur omnes quæstiones materiam concernentes, quæ apud ipsos videri poterunt.

Quoad seruitia autẽ personalia vassallorum,
66 ac subditorũ, in casu, in quo ad seruitium † tenentur salario mediante, taxata est in Regno quãtitas solutionis; pro quolibet enim milliari statuti sunt denarij quatuor. Si vero iniungatur seruitium in loco, fit solutio prout inter
67 ciues. Ita cautum est prag. Regis † Ferdinandi. incip. Ad perpetuã § Salarium autem. sub tit. de salar. eor. qui mitt. per cur. eo tñ casu à pro-
68 prijs, vt diximus seruitijs nõ extrahuntur. † vt per Gram. in dicta Decis. 67. sub nu. 3. Latè Niger. in dicto c. Grauamina. nu. 38. cum pluribus seq. & monentur per diem ante exhibendum seruitiũ, vt sępiusculè decernit sacrũ Concilium. Non omitto, quod diù, ac pluries certatum est in
69 Regno, & adhuc quotidie in Iudicio † deducitur, si salarium debeat solui pro accessu, & recessu, de quo nouissimè D. Præsidens de Franchis in Decis. Neap. 151. Cætera hãc materiam concernentia, dicam in sequenti capite. Modo autem per noua iura ampliatum est salarium.

ARGVMENT. CAP. XIX.

Plaustrorum, Nauiumq; seruitia de Regalibus esse: Quibus casibus deseruiãt: an in rebus bellicis: quo tempore inuentus illorũ vsus: quando classes memorabiles factæ: quibus in bellis: quãdo, & quomodo seruitia à subditis cum animalibus Dominis, & Baronibus debeantur.

COMPENDIVM.

1 *Plaustrum vocatur signũ cęleste, quas Vrsas uocamus.*
2 *Plaustrum currus dicitur.*
3 *Plostrum, & Plaustrum idem.*
4 *Currus Genus, habet sub se plures species.*
5 *Arcirma Plaustri species, Arcerã alij uocant. nu. 6. 7.*
8 *Petoritum vehiculi genus.*
9 *Esseda, vel essedum vehiculi species apud Belgas.*
10 *Cantherium vehiculi species.*
11 *Carrum siue Carrus, vehiculum quatuor Rotarum.*
12 *Carruca duas habet Rotas.*
13 *Carpentum quid?*
14 *Cisium vehiculum duarum Rotarum.*
15 *Thensa vehiculi species.*
16 *Rheda leuius vehiculum.*
17 *Covinus Britannorum vehiculum.*
18 *Pilentum Hispanorum vehiculum.*
19 *Materia faciendi currus, quæ?*
20 *Curruum Rotæ quandoque stanno ornatæ.*
21 *Carrucarũ ornatus Argẽtei, & aurei, etiã nũc. nu. 22.*
23 *Carrucas pellibus operibant Romani; sic, alijsq; modis hodie Neapoli.*
24 *In festo Septimontij Romæ vehiculo vti non licebat.*
25 *Lycurgus apud Athenienses in Festo mysteriorum, ne curru mulieres vterentur, vetuit.*
26 *Plaustrorum præstatio est de Regalibus.*
27 *Intellectus l. 2. 3. C. de Curs. pub. lib. 12. nu. 29. 30.*
28 *Cursum celerem equorum (quos Postas appellamus) Cyro, Xerxi, & Augusto tribuunt.*
30 *Euectiones, quæ?*
31 *Regis iura, in quo consistebant, in scriptura sacra.*
32 *Curribus vti in bellis, moris antiquissimi fuit.*
33 *Falcati currus in bello.*
34 *Rex Chanaam in exercitu suo habuit Nongentos falcatos currus.*
35 *Philisthæi pugnaturi cum Israelitis, habebant triginta milia currus.*

Da-

36 *Dauid ex exercitu Syrorum cepit septingentos currus: Salomon mille & quadringentos. num. 37.*
38 *Antiochus Eupator armans contra Iudæam habebat trecentos currus cum falcibus.*
39 *Romani in bello vtebantur curribus.*
40 *Darius Rex Persarum currus ducentos in exercitu habuit.*
41 *Porus Rex Indiæ currus bismille habuit.*
42 *Gothi, ac Suenones falcatis curribus vtuntur.*
43 *Bothnij, & Lappones pro vehendis curribus vtuntur Rangiferis animalibus quadricornibus, ad similitudinem ferè ceruorum.*
44 *Cyrus Rex Persarum pugnaturus in Crasum portauit ducentos currus falcatos.*
45 *Seleucus, & Antiochus in Antigonum armarunt currus centum viginti.*
46 *Sesosis Aegypti Rex habuit currus bello aptos octo millia, & viginti.*
47 *Ninus Rex Assyriorum habuit currus paulò minus decem mille, & sexcentos.*
48 *Bombi anei, aliaq; arma curribus in bello portãtur.*
49 *Currus sunt Naues terrenæ, & Naues currus maritimi.*
50 *Naues in maritimis bellis necessariæ.*
51 *Ophir in scriptura sacra, qui locus erat.*
52 *Philippus Rex Catholicus ad Salomonis similitudinem pro asportando auro, argento, & pretiosis lapidibus, & vnionibus, vtitur Nauibus.*
53 *Naues bellicæ.*
54 *Nauium primus inuentor quis. num. 55. vbi de Noe.*
56 *De Rè nauali Polydorus, Virgilius, & Lazarus Baifus disertissimus I.C. scripsere.*
57 *Naues solebant Rubricari, quod & modo fit.*
58 *Demetrius Rex quingentas naues armauit in Ptolomeum Philopatorem.*
59 *Xerxes cum Græcis pugnaturus habuit Naues Rostratas milleducentas, Naues onerarias tres mille.*
60 *Athenienses pugnaturi in Syracusanos habuere Triremes centum quadraginta.*
61 *Cæsar in Antoniũ naues habuit ducẽtũ quinquaginta.*
62 *Antonins in Cæsarem Naues quingentas.*
63 *Nauis ingemissima donò missa Ptolomæo ab Hierone Syracusano Iuniore; cuius author Archias Corinthius. num. 64.*
65 *Nauim Hieronis in mare misit. Archimedes Syracusanus.*
65 *Nauis Hieronis forma.*
66 *Mithridates habuit Naues instructas ducentas.*
67 *Romani intra dies sexaginta à lignorum incisione, Naues in Anchoris posuere centum triginta.*
68 *C. Duillius primus Romanorum contra Carthaginenses, Naualem triumphum obtinuit.*
69 *Germanicus Imperator classem mille Nauium præparauit.*
70 *Scipio quingentas Atheniensium naues incendio cõsumpsit.*
71 *Naualis pugna à Rogerio Siciliæ Rege contra Emmanuelem Imperatorem Constantinopolitanum.*
72 *Naualis classis Othomannorum in Rhodios: Solimanni in Viennam, & Zigbettum: Selimi in Melitam insulam. numero 73.*
74 *Nauale prælium, Summi Pontificis, Regis Catholici, & Venetorum, in Turcas.*
75 *Philippus Rex Catholicus in Elizabetham Angliæ Reginam armauit classem Triremium, ac Nauium quingentarum, & quindecim. Eius exitus. num. 76.*
77 *Nauium exercitium ad summam Reipublicæ vtilitatem necessarium.*
78 *Naues Ecclesiarum, ac prælatorum, an teneantur tẽpore bellorum.*
79 *Ab Angarijs, Perangarijs, & Plaustrorum præstationibus nemo excusatur.*
80 *Nauis Prælati, vel Ecclesiæ, si fuerit ab hostibus incensa, erit Reipublicæ periculum soluẽdi. nu. 81.*
82 *Quando Ecclesiæ, vel prælati cum secularibus teneantur præstare hæc seruitia. num. 83.*
84 *Leo quartus Summus Pontifex, & populum congregari iussit, & ipse personaliter iuit ad propulsandos Sarracenos è Portu Christianorum.*
85 *Imperator homines nauibus ascriptos habere debet.*
86 *Homines, & Animalia, Currus, & Plaustra supremo Principi seruire debent, salario tamen mediante. num. 87.*
87 *Salarium pro seruitijs statutum in Regno, quod est?*
Intellectus Const. Sic nostra seruitia. nu. 98. 99. 100.
Intellectus. c. Grauamina. Carol. I. num. 89.
Intellectus. c. Quod nullus. Caroli II. num. 90.
88 *Intellectus. Const. Sic nostra seruitia.*
Intellectus Prag. Ad perpetuam. Regis Ferdinandi. sub tit. De salar. eor. qui mitt. per cur. num. 96.
91 *Disposita in officialibus, an habeãt locũ in Baronibus.*
92 *Rex non appellatur officialis.*
93 *Rex Alfonsus I. communicauit iurisdictionem, merũ, ac mixtum Imperium Comitibus, Baronibus, ac Dominis Regni.*
94 *A Rubrica sumitur argumentum.*
95 *Rubrica declarat nigrum.*
97 *Animalia deputata ad Centimulum, & Pistrinum pro macinatione frumenti, non tenentur ad seruitia Baronum.*
98 *Baro habens animalia propria non potest vti animalibus subditorum.*
99 *Animalia si moriuntur in seruitio culpa Baronis, tenetur ad pretiũ restitutionem. num. 101.*
102 *Solutio salarij an debeatur pro accessu, & recessu.*
103 *Seruitium, an debeatur Baroni etiam extra territorium suæ iurisdictionis?*
104 *Decisio Regij Consilij.*

CAP. XIX.

EX eodem text. cap. 1. Quæ sint regal. in verb. Plaustrorum, & nauium. Doctores agitare cęperunt materiam, de præstatione seruitiorum, quæ fit Regi cum animalibus, ac nauibus, & curribus. Idcirco prius declaranda sunt verba dicti textus, qui loquitur de Plaustris, nauibusque, & demum ad alia descẽdemus necessaria, quoad Barones.

Plaustrum est signum, seu sydera septentrionalia,

malia, quas vrsas appellamus, maiorem, & mi-
1 norem. † Vtrumq; constat ex quatuor stellis, dispositis in quadrangulũ, quæ rotarum effigiem referunt, & alijs tribus quæ equis currum trahentibus, assimilantur: Sed pluribus alijs stellis constare scilicet Vrsam maiorẽ viginti septem stellis intra se, & octo extra se: Vrsam verò minorem, quæ & Arctos dicitur, siue Cynosura, octo stellis perfici. Concludit nouissimè Petr. Gregorius Syntaxis Art. Mirab. lib. 8. c. 26. & 28. de his Ouid. Metamorph. lib. 10.

Flexerat obliquo plaustrum temone Bootes.

& Seneca in Oedipo:

Quasq; despectat, vertice summo
Sydus Arcadium, geminumq; plaustrum.

Helicem Græci Vrsam maiorem, Cynosuram minorem, idest canis caudam vocant de quibus Ouidius in Tristibus ait:

Esse duas arctas, quarum Cynosura notatur
Sidonijs, Helicem Graia carina notet.

de hoc autem sydere minimè loquitur Imperator in dicto. c. 1. Quæ sint regal.
2 Plaustrum alio modo, currus † dicitur de quo Virgil. loquitur Georgic. lib. 1. dum ait:

Tardaq; Eleusina matris voluentia plaustra.

& idem Virgil. lib. 3. Georgic. ait:

Non illa grauibus quisquam iuga ducere plaustris.

& Ouidius lib. 2. Metamorphoseos:

Quamuis tardus eras, & te tua plaustra tenebant.

Ac Silius Italicus lib. 12.

Lubrica roboreis aderant substramina plaustris.

Idem Virgilius lib. 11. Aeneidos.

Nec plaustris cessant vectare gementibus Ornos.

& M. Antonius Sabellicus.

Agricolasq; boues plaustris domitare sonoris.

de quo Cic. de diuinat. lib. 1. Se interfectum, in plaustrum à caupone esse coniectum. & plo-
3 strum † illud appellauit Cato de re rustica. cum dum ait: Quot iuga bouum, mulorum, asinorum habebis, totidem plostra esse oportet.

Curruum verò, ac vehiculorum species plures sunt; fuereq; apud veteres Bitoræ aliæ, & Quadrirotæ: & diuersæ erant, materia, magni-
4 tudine, ac artificio. Currus igitur † genus est; illius autem species plures, Arcirma siue Arcera, Plaustrum, Petoritum, Esseda, Cãtherium, Carrum, Carruca, Carpentum, Cisium, Thensa, Rheda, Couinum, & Pilentum.

Arcirma, vt festus Põpeius scribit, erat Plaustri modici genus, quo homo gestari solebat.
5 Hãc † currus speciem Arceram ego potius ap-
6 pellarem, † & hoc non sine authoritate maxima, quãdo de illa loquitur Lex. 12. Tabularũ, dum ait: Si quis in ius vocatur, si morbus, æuitasq;, vitium esset, qui in ius vocabit iumentũ
7 dato: si nolit, arceram † ne sternito. quam refert Aulus Gellius Noctium Attic. lib. 20. c. 1. vbi de hoc inducit Sextum Cæcilium Iurisc. disputantem cum Phauorino Philosopho. vbi dicit. Arcera vocabatur plostrum tectum vndiq;, & munitum, quasi arca quædam magna vestimentis instrata, qua nimis ægri, aut senes portati cubantes solebant. Cuius ante ipsum meminerat Varro de lingua Latina. lib. 4. Vehiculum (inquit) ab alijs etiam dictum, Arcera, quæ etiam in 12. Tabulis appellatur. de Arcera etiam loquuntur Aymarus Riuallius Histor. iuris ciuil. lib. 2. Pardulphus, Charondas, & Zas. io eisdem legibus. Plaustrum supra declaratum est, & de eo meminit scriptura sacra Genes. c. 45. Præcipe (inqt Pharao Iosepho) etiam, vt tollãt Plaustra de terra Aegypti ad subuectionem paruulorum suorum, & cõiugum. & post pauca. Quibus dedit Ioseph Plaustra, secũdum Pharaonis Imperium, & cibaria in itinere. & Numeri cap. 7. Munera coram Dño sex plaustra tecta, cum duodecim bobus. & alibi pluries in eadem scri-
8 ptura. Petoritum vehiculi genus † Belgis peculiare de quo Horat. lib. 1. Sermon.

Atq; Caballi
Ducendi, ducenda petorita.

Et promiscuè idem Horat. lib. 2. Epistol. de pluribus illorum speciebus.

Esseda festinant, pilenta, petorita, naues.

Sed Gallicum petoritæ vocabulum dicit Quintilianus Orator. Instit. lib. 1. cap. 5. Esseda, siue
9 † essedum in neutro genere vehiculi species, eisdem belgis frequens de quo Horat. vbi supra. & Seneca ad Lucill. lib. 7. Epist. 57. In his (inquit) quæ me sine auocatione circumstrepunt, Essedus transcurrentes pono. de qua etiã Virgil. lib. 3. Georgic. inquit:

Belgica, vel molli, melius feret Esseda collo.

10 Cantherium vehiculi † species est, quo M. Catonem vehi solitum fuisse etiam appellis Hipporis, refert idem Seneca lib. 13. epistol. 87.
11 Carrum vero, siue Carrus, † erat vehiculum, quatuor rotarum. Cæsar, aut Cælsus belli Gallici lib. 1. Alteri (ait) ad impedimenta, & carros suos se cõtulerunt. Et Hircius lib. 6. Pompeius eo die, per viarum angustias, carra complura,
12 multosq; Lanistas retraxit. Carruca † vero duas habebat rotas, de qua Plin. lib. 33. c. 11. Carrucas ex Argento cęlare inuenimus; de qua Martialis lib. 5.

Nec ferratus ibat ante carrucam.

de hac etiam loquitur Esaias cap. 66. Adducẽt omnes fratres vestros de cunctis gentibus donũ Dñi in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis. Carpentum autem,
13 quasi † à carmenta inuentum Euandri matre, de quo Ouidius lib. 1. Fastorum.

Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant.

& Iuuenalis Satyra. 6.

Volucri Carpento rapitur celer Damasippus.

de quo habetur 2. Reg. cap. 12. Circum egit super eos ferrata carpenta. & 1. Paralip. cap. 20. Et fecit super eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta transire, vt dissecarentur, & contere-
14 rẽtur. Cisium, vehiculũ est † duarum Rotarum,

de

de quo Vlpianus in l. Item quæritur. in principi. ff. locat. si Cisiarius (inquit) dũ cęteros transire contendit, Cisium euertit, & seruum quassauit, vel occidit, puto ex locato esse in eum
15 actionem. Thēsæ sunt vehiculá, † de quibus loquitur Cic. in Orat. pro Gn. Planco. Deridebor (inquit) si Thensarum mentionem fecero, cum tu id prædixeris, sine Thensis autem quod potero dicere? Vnde Asconius Pedian' ait: Thensæ sacra vehicula erant, quibus in spectaculis sacra pompa vehebatur. Vnde elegāter Seruius in illud Virgilij lib. 1. Aeneidos:

Hic currus fuit.

Inquit, vel Thensa, quæ dicitur à θεὸς idest, à re diuina, & qua Deorum simulachra portantur. Hinc Cicero de Aurusp. Respon. inquit: Te appello Lētule, cuius Sacerdotij sunt Thensæ, curricula, præcentio, ludi, libationes. Et Liuius lib. 5. Quę Augustissima vestis est, Thensas ducentibus, Triumphantibusuè, ea vestiti me-
16 dio ædium, eburneis sellis sedere. Rheda † autem erat læuius vehiculum, quo nobiliores in villas gestabantur, quod vocabulum Gallicum esse scribit Fabius Quintil. Orator. Instit. lib. 1. cap. 5. sed de ea Cic. ad Att. lib. 5. Dictaui (inquit) sedens in Rheda. & de ipsa iuuenalis Satira. 4. dicit:

Blandaq; deuexa iactaret basia Rheda.

Inde Epirhedium de quo Virgilius:

Tritoq; Epirhedia collo.

17 Couinus Britānorum † vehiculum est, authore Pomponio Mela lib. 3. cap. 3. inde Couinarius Auriga illius. de quo Cornel. Tacit. in vita Iu-
18 lij Agricolæ. Pilentum † vero vehiculum est Hispanorum, de quo Virgilius lib. 8. Aeneidos:

Casta ducebant sacra per vrbem,
Pilentis Matres in mollibus.

Curruum omnium specierum iam dictarũ, nullos tamen authores testes afferens meminit Alexand. ab Alexan. Genial. dier. lib. 2. c. 30.

Materiam dicit Plin. lib. 16. cap. 42. faciendi
19 currus, esse Abietē; † Axibus Rotarũ, Illicem, Fraxinum, & Vlmum. & ita etiam nunc in Axibus, præsertim Curruum, vtimur, ad agrestia, & campestria deputatorum.

Diuersas autem illarum formas fuisse, certissimum est, & etiam modo videmus. Alia namq; forma sunt currus, qui Bobus trahuntur: alia qui equis ad calcem, Lapides, Arenam, Argillam asportandam deducūtur: Alia etiam quadrigarum, Carrucarumq;, quibus asportatione virorum, ac mulierũ Nobilium in Ciuitatibus, & extra illas vtimur in vijs pro faciliori commoditate. Refert Hippocrates Medicorũ omnium sicuti vetustissimus, ità & Excellentissimus, ex Homeri sentētia in lib. de Aere. aquis,
20 & locis. Quòd Rotæ suo tempore stanno † ornabantur. Plautus vero in Aulularia; Tota vehicula ebore ornata fuisse refert. Sed Plin. lib. 34. c. 17. scribit, suo tempore vidisse, tota vehicula, & Esseda, Auro, atque Argento insignita.
21 † Modo autem hic vsus adeo inualuit, vt pudeat, non videre solum, sed scribere etiã, quanta luxuria † præsertim Neapoli, ex auro, & ar-
22 gento, redimita conspiciantur. Plutarch. in Romanor. Problemat. inqt: Solitos fuisse Roma-
23 nos, pellib' † operire vehicula. In Regno Neapolitano, Carrucæ operiuntur ob pluuiarum, frigorum, & pulueris imminentiam, pellibus extentis, alijsq; pannorum, sericorũ, auri, atq; argenti operimentis. Vnde idem Plutarch. ibidem retulit, eosdem Romanos in festo Septi-
24 montij, prohibuisse † ne vehiculo vti liceret, ne vrbs, festiq; diei celebratio impediretur. Hanc constitutionem à Græcis mutuatos fuisse Romanos arbitror. Legimus enim Lycurgũ Atheniensibus legem dedisse, ne in Mysteriorũ Fe-
25 sto, † mulieres curru veherentur: in quam cum prior eiusdem Lycurgi vxor deliquisset, mariti lege damnata, pœnam luit. vt retulit Aelianus de varia Histor. lib. 13. & nos in Diarijs annotationibus retulimus. Protulit etiã de ijs multa Hieron. Mercurialis de Arte Gymnastica. lib. 3. c. 10. alijq; nonnulli, quos omittimus.

Ex textu autē dicti c. 1. Quæ sint regal. cōstat,
26 ꝙ Plaustrorum præstatio est de regalibus, † & eidem soli Principi permittitur illa vti; quod & ibidem dicunt Andr. de Isern. Afflict. & alij, qui inducunt. l. 2. & l. 3. C. de curs. public. lib. 12.
27 Hæ tñ leges, † meo iudicio ad hanc rem minimè faciūt, nec ei congruere videntur: Ea nāq; iura loquuntur de equis cursui publico deputatis, (quas Postas publicè appellamus) & in hoc Regno Regium munus est, & officium appellatur, Magistri postarum, qui vulgò appellari solet, Corriero Maggiore. Hic ponit itinerũ stationes per viam, qua cursus publicus, currentibus, & pernicibus Equis, ijsq; mutatis fieri solet, ità vt modicarum horarum spatio, longa itinera perficiantur: de hoc loquitur I. C. in l. 2. ff. de in ius vocand. Qui appellatur Veredus: & Cursores, Veredarijs, vt optimè censuit Io. Corasius Miscellan. iuris. lib. 1. c. 11. nu. 4. & dixi alias ad Bellugã in Specul. Princip. Rub. 46. §. Donum. in verb. Perangaria. quo loci ad hūc propositum nōnullos retuli, & præsertim Cassiodorum variar. lib. 2. c. 31. Vbi Gothorum Rex Theodoricus, Dromonarijs ꝑcepit excursum cum Veredarijs per alueum Padi more solito facere, vt diuiso labore, equis publicis subueniatur. Quàm cęleris cursus inuentionem, Xe-
28 nophon † in Cyri Pędia, eidem Cyro tribuit: Herodotus in Vrania, Xersi: & Suetonius Tranquill. Augusto, vt in eo refert. c. 49. His itaque
29 equis publicè deputatis, Imperator † Constantinus in d. l. 2. inhibet, Præsidibus, ac rationalibus vti, excepto, vt ibi dicitur, Pręfecto Pratorio. Imperator vero Arcadius in d. l. 3. ꝑcepit ꝙ à Iudicibus, & viarum custodibus, euectio-
30 nes postulentur: Quæ sunt † Diplomata, & Char-

Chartulæ signatæ à Principe, qbus ordinatur, ꝙ equis ferētes euectiones, vtantur. Sic in Regno Neapolitano singulis quibusque circiter octo milliarijs, sunt Stationes Equorum, cursui publico deputatorū, qui nō alias equos exhibēt cursori, nisi chartā Magistri postarum, portet, qua ita solet ordinari. Stationarij Regiarum Postarum, à Neapoli, puta ad Ciuitatē Hydruntinam, vel Licij apud Salentinos, cum omni pernicitate hanc postam currite, & horam receptionis, & consignationis, vnusquisq; annotet in calce præsentium literarum. Vnde hæ leges meo iudicio ad hunc propositum, minimè congruunt, sed quare, & ad quem vsum Imperator in dicto loco sibi Plaustrorū, curruum, ac nauiū præstationes reseruauit, ex antiquioribus studijs aperire conabor.

Non est nouum, vt Reges tollere faciant plaustra pro eorū vsibus; vt patet per illud Pharaonis, de quo meminimus supra ex Genesi c. 45. vbi dicitur. Feceruntq; filij Israel, vt mandatum fuerat, quibus dedit Ioseph Plaustra secūdū Pharaonis Imperiū. Et iterum Genes. c. 46. dicitur. Surrexit autem Iacob à Puteo iuramenti, tuleruntq; eum filij cum paruulis, & vxoribus suis in Plaustris, quæ miserat Pharao ad portandū senem, & omnia, quæ possederat in terra Chanaam. Eodem etiam pacto, vt Thēsæ, Plaustra fuerunt ad portandas res diuinas, prout quæsita fuerunt pro asportanda arca Domini, vt patet 1. Reg. cap. 6. ibi: Nunc ergo arripite, & facite Plaustrū nouum vnum: & duas vaccas fętas, quibus nō est impositum iugum, iungite in Plaustro, & recludite vitulos earum Domi. Tolletisq; arcā Dñi, & ponetis in Plaustro, & vasa aurea, q̄ exoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellā ad latum eius: & dimittite eam, vt vadat. Sic & Dauid Rex dum ex domo Abinadab cępit arcā eandē, Plaustro nouo imposuit, vt patet lib. 2. Regū c. 6. Et imposuerunt arcam Dei super Plaustrū nouū, tulerūtq; eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa. & eadē verba sunt 1. Paralipom. c. 13. & iterum. 3. Esdr. c. 5. vbi dicitur. Et dederunt pecuniam lapidarijs, & fabris, & potū, & pabula cum gaudio. Et dederūt Carra Sidonijs, & Tyrijs, vt trāsueherēt illis d Libano trabes Cedrinas, & facerēt rates in Ioppe Portu, secūdū decretū, quod scriptum erat eis à Cyro Rege Persarum. hoc nouissimè ego induco, quo Regia Curia niti potest, vt curribus vtatur ad portāda ligna, ꝑ Remigibus, & Triremib' Regijs, vulgò Trascimi, vocat C. Reg.

Ex ijs patet, tum in vsum diuinorum, tum in vsum præparationum bellicarum, Reges Plaustribus, curribus, & quadrigis, vsos fuisse. Hinc Samuel petēti populo Regē, vt illū à petitione diuerteret, illius officia, ac iura Regis, ex Dei præcepto enarrans 1. Reg. c. 8. Dixit itaq; Samuel omnia verba Dñi ad populum, qui petierat à se Regem, & ait: Hoc erit ius Regis, qui
31 †Imperaturus est vobis. Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis: facietq; sibi equites, & præcursores quadrigarum suarū, & constituet sibi tribunos, Centuriones, & Aratores agrorū suorū, & messores segetū, & Fabros armorū, & curruū suorū. Hinc Pharao Aegypti Rex, dū ꝑsequi volebat Israelitas, currū ascendit, & sexcentos alios currus, & Duces totius exercitus secum ducens, quibus cum etiā in mari rubro submersus est. Exodi c. 14. & Deuteron. c. 11. Et
32 fuisse antiqssimi moris, curribus † vti in bellis eadē sacra scriptura docet Deut. c. 20. Si exieris (inqt) ad bellū cōtra hostes tuos, & videris equitatus, & currus, & maiorem, q̄ tu habeas, aduersarij exercitus multitudinem, non timebis eos: quia Dñs tuus tecū est, q eduxit te de terra Aegypti. Sic etiā dū Iosuę pugnauit contra Reges Asor, Madon, Semerō, Achsaph, Aquilonis, Chananæum, Amorrhęū, Hethæum, Pherezæum, Iebusęum, & Heuæum, illos Dño protegente prostrauit, omnes deleuit, Equos subneruauit, & omnes currus exercitus cōbussit, vt patet Iosue c. 11. Inde cū peterent filij Ioseph, Manassæ, & Ephraim dilatationē possessionis, eo ꝙ creuerat populus, & modicum habebant territorium, idq; instetissent apud Iosue, illeq; ordinasset, vt ampliarent eorum possessionem contra Chananæum illi replicarunt, quòd Chananæi erant fortissimi, quia ferreis curribus vtebantur, habetur Iosue cap. 17.

Et nō solum in exercitu aderant Currus pro vehēdis frugibus ad militum victum, ac etiam quibus cum arma, aliaq; bellicæ instructiones efferebantur, sed habebant etiam ad bellādum
33 Falcatos currus, † vt habetur Iudicum. cap. 1. Habuit Iaben Rex Chanaā in exercitu suo, No-
34 ningentos falcatos Currus, vt patet † Iudicum. c. 4. Et dū Philisthijm ꝑpararūt se ad pugnandū cū Israelitis, erant sex mille Equites, & triginta
35 millia † currus, vltra pedites, vt patet lib. 1. Reg. c. 13. Quinimmò de triginta duobus millibus curribus. dicitur 1. Paralipom. cap. 19. Quod, nisi scriptura sacra diceret, vix crederetur: opus namq; fuerat habere boues sexaginta quatuor millia, vltra eos, qui pro militū victu, & carne necessarij erant. Dauid victo exercitu Regis Soba; reliquit sibi currus centum. habetur 2. Reg. c. 18. & primo Paralipom c. 18. Et idem Dauid ex Syris occidit quadraginta
36 millia equites, & cępit septingētos † currus. vt patet 2. Reg. cap. 10. Salomon pariter mortuo Dauid patre, fecit sibi duodecim millia equi-
37 tes, & mille, & quadringentos † currus: vt habetur lib. 3. Reg. cap. 10. Rex Antiochus Eupator cōtra Iudæā armauit peditum centum decem millia, equitum quinq; millia, Elephantos
38 viginti duos, & currus cum † falcibus trecentos 2. Machab. cap. 13. Hactenus ex sacris eloquijs deprompsimus, ad testificandum, quòd currus, & Plaustra, ijsque similia ad bello-

rum vsus apud Antiquos deseruierũt regibus.
Romanorum prætetea, aliarumque plurium
39 gentiũ hic vsus, peculiaris fuit:†vnde Sueton.
Tranquill. in Augusto. Quadrigas, (inquit) Bigasq; & Equos desultorios agitauerunt iuuenes nobilissimi: Carros etiam pro vallo obiecerunt. Et antea Darius Persarum Rex, cum Alexandro congressurus, ducentos Falcatos
40 currus † in exercitu habuit, quorum formam scribit Diodorus Siculus in Alexandro, & Arrianus Nicomedensis lib. 3. Sic Porus Indiæ
41 Rex bis mille †currus in exercitu contra Alexandrum duxit. Totidem, & habuisse Aggramenem Gangaridarum, & Parrhasiorum Regem, retulit Quintus Curt. de Gestis Alexan. lib. 8. Quamquam Arrianus lib. 5. trecentorum curruum mentionem fecerit. Illorum tamen numerum alio pacto, refert Olaus Magnus de reb. Septentrional. lib. 9. cap. 2. & 3. Quo loci asseruit; Gothos etiam, ac Suenones, falcatis
42 curribus vsos†fuisse. Quinimmò idem Olaus lib. 11. cap. 37. & lib. 17. cap. 26. cum tribus seq. retulit Bothmios, & Lappones vti Rangiferis
43 pro†vehendis curribus, qui sunt ad magnitudinem, atq; similitudinem ceruorum, cum tribus tamen cornibus, & cum ijs quotidie iter faciunt milliarium circiter centum quinquaginta. Cyrus prçterea Persarũ Rex contra Crç-
44 sum pugnaturus, ducentos falcatos † currus, habuit: vt est author Io. Zonar. Annal. lib. 1. Seleucus, & Antiochus in Antigonum, vltra equi-
45 tes, ac pedites†armarunt currus cẽtum viginti, vt est author Plutarch. in Demetrio. Sesosis verò Aegypti Rex, dum in Arabiam, & Lybiã se
46 accinxit, currus habuit bello aptos, octo†millia, & viginti, vt narrat Diodor. Antiquit. lib. 2. Eodẽ modo Ninus Assyriorũ Rex, in Bactrianos pugnaturus, pedites habuit decies, & septies centum millia, equites ducentũ millia, currus vero falcatos, paulominus, decem mille, &
47 †sexcentos, vt refert idem Diodorus lib. 3.
Constat igitur ex ijs, quæ diximus, Principes Plaustrorũ, ac Curruum iura ad bellorũ præser tim vsus sibi reseruasse: licet tẽporibus nostris in bellis falcatorum currum vsum non introducant: Pro asportandis tñ omnibus terrestris belli necessarijs, ijs vtantur. Bombi enim ænei,
48 †Arma, & omnia ad belli apparatum, & commeatum, præsertim Annona, ijs ducũtur. & ob id supremorum tm̃ Principũ iura sunt, q̃ nunq̃ subditis, siue Baronibus concessa, vel vidimus, vel audiuimus. Vñ Principes curribus vtuntur,
49 tanq̃ terrenis nauibus, & nauibus, †tanq̃ maritimis curribus. Propterea Chij licet immunes essẽt, nõ tñ à nauiũ p̃stationе. Tucydides lib. 7.
Naues aũt sic Principis seruitio reseruantur, tanq̃ & ipsæ in maritimis bellis opportunæ: nã
50 †absq; illis, non annona, non arma, non instrumenta bellica, non milites, nec ipsi Duces, Principesque pugnaturi, ab vno Regno, ad aliud transferri possent. Vnde non immeritè hanc sibi Princeps, authoritatẽ, & prærogatiuam asseruauit. Hinc Sacra scriptura docuit, Iosophat Regem, fecisse sibi Classem nauium in Mari, q̃ facerent nauigationem in Ophir, propter aurũ, vt habetur lib. 3. Regum. c. 22. Similiter ibidem suam nauium classem, misit Salomon, vnde asportauerunt quadringenta quinquaginta auri talenta, vt patet 2. Paralip. c. 8. & 9. Naues autẽ Iosophat sunt à tempestate collisæ, ꝙ fœdus percusserat cum Ochozia Rege Israel, homine impijssimo 2. Paralipom. c. 20. Erat autem
51 †Ophir locus Indiç vt scribit Christian' Adrichomius in Theatro terrç Sanctæ. in Tribu Phares. c. 15. Hinc optimè facit Philippus Rex noster Catholicus, qui annis singulis ad Salomo-
52 nis†similitudinem, naues habet instructas ad asportandũ Aurũ, Argentum, Smaragdos, Hyacintos, Vniones aliaq; prætiosa à suis Indiarũ Regnis. Ad vsũ autẽ Armorũ, ac Bellorũ, instructas fuisse naues, patet ex eo, ꝙ Antiochus Aegyptũ cœpit in multitudine graui, in Elephantis, curribus, & copiosa nauium multitudine, vt scriptum est lib. 1. Machab. c. 1. Sic etiam scribit Simoni Pontifici idem Antiochus, electam (inquit) feci multitudinem exercitus, & feci
53 naues† bellicas. vt habetur lib. 1. Machab. cap. 15. & lib. 2. Machab. cap. 4.
Quoad q̃stionẽ, quis prius nauẽ formauerit, quis prius instruxerit? Mythologi multa effu-
54 derunt†ex Poetarum figmentis fabulosa, à veritate extranea, quç qui cupit videre adeat Polydorum Virgilium de inuẽtorib. rerum. lib. 3. cap. 15. Quoad veritatem tñ, Ego alias meam aperui opinionem, in Apologia Catholica aduersus sententiam Pilati, Aquilæ repertam quã Italo Idiomate habui, & Sixto Quinto olim Summo Pontifici transmisi; Vbi Noe communem omnium in secunda ætate parentem, na-
55 uis primæ†institutorem fuisse ex ipsa scriptura cõprobaui, & ex Beroso, Methastene, Fabio Pictore, & alijs. Quo in loco Iacobi Orrohnitç, atq; Ephrem opiniones retuli, dicentium Paradisum illum, in quo à Deo positus extitit Adã primus parens, fuisse vltra Oceanũ, ac demũ, ipso ab illo pulso, oẽs suos successores, vsque ad Noe, circa locum Paradisi habitasse, & demũ Diluuij tẽpore, nauim çdificasse, qua vecti fuerint, cessantibus aquis, ad istã, quã nunc terrã colimus, & habitamus. Quã opinionẽ, tũ ex rei euidẽtia, tũ ex eadẽ scriptura, refutaui.
Nauigiorum plures sunt species, quas enumerare, non est præsentis speculationis: qui has scire desiderant, consulant eundem Poly-
56 dorum Vergilium†& nouissimè Lazarum Baiphum de Re nauali. Vbi latissimè egit, de Nauibus, onerarijs, longis, ac omnibus illarum speciebus, tam Maris, quàm fluuiorũ, lacuum, stagnorum, ac similium. Plurium ipsarum species ponit etiam Olaus Magnus de gentibus

Septentrionalibus.lib. 10. cap. 2. Cum feri seq.
vbi de aliquarum nauium speciebus, quibus
vtuntur Septentrionales.

Ad apparatus bellicos, omni Nauigiorũ spe-
cie vsi sunt Principes, ac Maritimæ classis Im-
peratores, Oẽs Reges, ac Respublicæ, qui eorũ
Imperia adaugere curarunt, quiuè contra ho-
stes vltionẽ aliquã, vel iniuriarũ propulsanda-
rum causa, aut ampliandi, dilatandiq; Status
occasione, aut nouas sedes, nouosq; subditos
acquirendo. Plura essent in promptu exempla,
quorum aliqua sufficiet demonstrare, quorum
ex relatione vsq; ad tempora nostra, vsus de-
ductus pateat. Iamq; iuxta nostrum morem, ex
sacrorum eloquiorum fontibus, exẽpla aliqua
protulimus, vt paulò antè dictum est: Nunc ex
prophanis scriptoribus alia, quæ se offerunt,
proferemus, vt de nauibus Aegyptiorum, scri-
bit Herodot. lib. 2. Solebant naues rubricari,
57 † prout etiam modo videmus, quibusdam Ru-
beis lineis, & naues, & Remigia omnia, vt plu-
rimũ illo colore tingi: de quo Herodot. lib. 3.
Athenienses cum septuaginta Nauibus Aegi-
netas vicerunt, vt est author idem Herodotus
lib. 6. Naues circiter quingentas in Ptolomæũ
58 Philopatorem armauit † Demetrius, vt memo-
riæ prodidit Plutarchus in Demetrio. Sic Xer-
sem cum Græcis pugnaturum, habuisse ferunt
59 naues Rostratas † mille ducentas; onerarias
tres mille: licet de mille, & ducentis tm̃, & Græ-
corũ naues, fuisse tm̃modo centum octoginta,
referat Plutarch. in Themistocle. de qbus agit
etiam Herodot. lib. 7. Ijdem Athenienses con-
tra Syracusanos pugnaturi, centum, & quadra-
60 ginta † triremes habuerunt. vt dicit Plutarchus
in Alcibiad. Exercitus Cæsaris in Antonium,
61 naues habuit ducentum † quinquaginta. Anto-
62 nij verò in illum, naues quingentas; † licet alij
velint, centum septuaginta tãtummodo: inter
quos Paulus Orosius lib. 6. c. 16. & Eutropius.
lib. 7. cap. 1. Et passim videmus bella maxima,
naualí pugna, confecta fuisse. Hinc Polybius
lib. 6. Inter quas (inquit) erant naues quadra-
ginta, quarum viginti constratæ, omni nautico
apparatu egregiè instructæ, reliquæ triremes,
biremes, & actuariæ erant. Hinc de Ptolomæo
Philadelpho dicit Athenæus Dipnosophist.
lib. 5. cap. . . Philadelphus autem multos Re-
ges opibus superauit, eratq; apparatuum om-
nium ambitiosè studiosus, nauium itaq; copia,
& numero omnes superabat: quæ verò maxi-
ma apud se habebat Nauigia, hæc erant, tri-
ginta ordinum duæ: viginti, vna: Tredecim
ordinum, quatuor: Duodecim, duæ: Vnde-
cim ordinum, Quatuordecim: Nouem ordi-
num, Triginta: Nepteres, triginta septem: Ne-
xeres quinque: Quinque remes, decem, & se-
ptem: Earum vero nauium, quæ à quadrire-
me ad Triremiolas vsque descendebant, du-
plus erat ad has numerus: Quæ autem ad In-
sulas deductæ fuerant, & in vrbes, quibus im-
perabat ipse, & Lybiam, plures erant quater
millenis. Hæc Atheneus. In eodem etiam li-
bro, describit eiusdem Ptolomæi nauem miræ
magnitudinis, & celebris Symmetriæ, penè ha-
ctenus inauditæ, cuius meminit etiam Plutar-
chus in Demetrio. Sed hanc nauem factam non
fuisse Ptolomæi opera, sed illam in dono mis-
63 sam, frumento onustam ab Hierone † Syracu-
64 sano iuniore, quam fecerat Archias † Corin-
thius Architectus, qui post modum artem re-
perire nequiuit, qua aquis illam supet impo-
neret; quod facillimè tandem factum fuit ab
65 Archimede Syracusano, cuius † tamẽ formam,
& singula mira dictu, & auditu, in illa conten-
ta, describit Thomas Facellus Histori. Sicular.
Decade. 1. lib. 4. cap. 1. Mithridates etiam ha-
66 buit naues Remigio † instructas, ducentas. vt
dicit Plutarch. in Sylla. Romanis præterea, cu-
ra maxima naualis classis fuit, vt patet ex re-
latis à Liuio. lib. 27. Hinc ijdem Romani, (hoc
adimplente C. Duilio Coss.) Classem posue-
runt nauium in Anchoris centum triginta,
67 † intra dies sexaginta, quàm arbores Cęsæ es-
sent, vt refert Eutropius lib. 2. Sed fuisse naues
centum sexaginta, retulit Lucius Florus in
Epithom. de Gestis Romanor. lib. 2. cap. 2. Io.
Zonar. Annal. lib. 2. & Thom. Facell. Historiar.
Sicular. Decade. 2. lib. 4. cap. 3. Et idem ob
victoriam partam cum Carthaginensibus, pri-
68 mus Naualem Triumphum obtinuit, † & roto
viræ tempore dum à cœna rediret, prælucere
Fanalia, & præcinere sibi Tibicines iussit. vt
est author Florus in loco citato. & antè eum
Cic. in lib. de senectute, inducit Catonem, sic
dicentem. C. Duillium M. F. qui Pœnos pri-
mus Classe deuicerat, redeuntem à Cœna, se-
nem sæpe vidi puer, delectabatur crebro Fa-
nali, & Tubicine, quæ sibi nullo exemplo, pri-
uatus sumpserat, tantam licentiam dabat Glo-
ria. De quo sic Valer. Max. lib. 3. cap. 6. Caius
autem Duellius (inquit) qui primus naualem
triumphum ex; Pœnis retulit, quotiescunque
epulaturus erat, ad funalem cęreum præeunte
Tibicine, & Fidicine à Cœna domum reuerti
solitus est, insignem bellicæ rei successum, no-
cturna celebratione testando. De hoc etiam
scribit Plin. lib. 34. cap. 5. Iul. Frontin. Strata-
gemmatum. lib. 2. cap. 3. Eodem modo Germa-
nicus diuersæ speciei, classem mille nauium
69 † præparauit, vt scribit Cornel. Tacit. Anna-
lium. lib. 2. Naualem etiam pugnam inter Phi-
lippum, & Attalum describit pulchrè Poly-
bius. lib. 16. Aliam longè acriorem inter Athe-
nienses, & Syracusanos, Thucydides belli Pe-
loponnesiaci. lib. 7. Et aliquando eorundem
70 Atheniensium quingentas naues † Scipio con-
cremauit, ac de eis triumphum egit, quem de-
scribit Plutarchus in Scipione. Naualε etiã prę
71 lium, quod gestum est à Rogerio † Siciliæ Rege

contra Emmanuelem Conſtantinopolitanũ Im
peratorẽ, & Petrũ Bolanũ Venetorum Ducem,
deſcripſerũt Nicetas Choniata Annaliũ Con-
ſtantinopol. Emmanuelis Imperat. lib. 2. Marc.
Anton. Sabell. Hiſtor. Venetæ Decade. 1. lib. 7.
& Flaccus Hiſtoriar. Sicular. Decade. 2. lib. 7.
c. 3. Omitto recentiorum temporum conflictus
72 Nauticos, præſertim † Othomannorum in Rho-
dios, quem optimè ſcripſit Arnoldus Ferronus
73 Hiſtor. Gallicę. lib. 6. Solimãni apud † Viẽnam,
& Zighetum; ac Selymi in Melitam cuius me-
moriam habemus, vti in principio adoleſcẽtiæ
noſtræ geſti. Memorabiliſsimum autẽ fędus in
eundem Selymum, illud fuit, quod inhierunt
Pius V. Pont. Max. Philippus II. Rex Catholi-
74 cus, † ac Sereniſsima Venetorum Reſpublica,
dum apud Inſulas Echinadas illius Claſſem
profligarũt. Sed tempore noſtro omnium me-
morabiliſsima, atque potentiſsima maritima
Claſsis fuit, quam idem Philippus Rex in Eli-
75 zabetham Anglorum Reginam, parauit † anno
1588. Quingentarum, & quindecim nauium, ac
triremium, cum inſtructiſſimo apparatu, Equi-
tum, militum, & nauiculariorum, aſcẽdentium
ad numerum nonaginta trium millium, & vi-
ginti duorum, cum omni commoditate victus,
& aliorũ neceſſariorũ; quibus tam impiæ fœmi
næ temeritatẽ opprimeret, ac inſulã ad Chriſti
cultũ redigeret, pro vt iã victoriã certiſsimam
tenebat. Sed vel Principũ inter ſe ipſos æmu-
76 lantiũ † faſtu; vel neſcio, quo malo, id fuerit, ne-
gotiũ euanuit. Dabit tñ Deus his quoq; finem,
& Regi Noſtro ſemper optima, & Catholica
ineunti Conſilia, & vires, & robur, & vitam. Cu
ius meminit etiam Anaſtaſius Germonius de
ſacror. immunit. lib. 3. cap. 13. num. 41.

Pro ijs itaq; exequẽdis, nauium præſtationes
faciendæ erunt, ac Plauſtra, & animalia exhi-
benda, ad ſummam namq; Reipublicæ vtilita-
77 tem pertinet nauium † exercitium, vt dicit Vl-
pianus in l. 1. §. Si is, qui nauem. in verſ. licet au
tem. ff. de exercitor. act. Benuenut. Stracch. de
Mercatur. tit. de nauib. nu. 1. non modo in caſu
propoſito bellorũ, ſed aliarũ ſpecierum tranſ-
uectione: A quibus oneribus, nec naues eccle-
78 ſiæ, vel Prælatorum, aut aliarũ dignitatum † ex-
cuſantur. vt cenſuerunt Theodoſius, & Valen-
tinianus in l. Iubemus nullam. C. de ſacroſ. ec-
cleſ. q̃ iterum eſt reperita in l. fin. C. de nauib.
non excuſ. lib. 11. l. Nullus pęnitus. C. de curſ.
Public. lib. 12. Sic etiam ab Angarijs, Peranga-
79 rijs, ac Plauſtrorũ præſtationibus, † neminem
excuſari, habetur in l. Neminẽ. C. eo. tit. Io. Mau
ritius in Rep. l. Vnicæ. col. 46. verſicul. Aduerſa-
ri tñ. C. quo loc. mul. muner. ſub. & voluit Luc.
de Penna in l. fi. C. de nauib. non excuſ. lib. 10.
vbi dicit: q̃ ſi nauis Prælati, vel eccleſiæ fuerit
capta ab hoſtibus, & incenſa, hoc ibit Reipubli
80 cæ † periculo. Qđ ꝓcedit, ſi ſalariũ ei de publi-
81 co nõ † dabatur. arg. l. Si quis domũ. & l. Videa-
mus. §. Sed hoc. ff. locat. l. Arborib. §. Nauis ff. de
vſufruct. l. Si vt certo. §. Interdũ. & l. fi. ff. cõmod.

Controuerſum eſt aũt inter ſcriptores, an Ec-
cleſiæ, & perſonę eccleſiaſticæ, poſſint à ſęcula-
ribus Principibus in ijs præſtationibus graua-
82 ri? Super quo, poſſe † tenuit Innoc. in c. Nõ mi-
nus. de immunit. eccleſ. Cuius contrariũ tenuit
ibi Abb. Panormit, Et quamq̃ diuerſi in diuer-
ſas proceſſerint ſententias. Ego tñ ſentirem, vt
quoties ad profligandos hoſtes legitimos, ac
83 fidei Chriſtianæ † inimicos, ijs opus eſſet adiu-
torijs, vt tunc & Religioſi, & Eccleſiæ tenean-
tur cum eorum nauibus ſæcularem Principem
adiuuare, cum id fiat pro totius Reipublicæ cu
ſtodia, & ſalute, ne ciues alicuius Regni inter
quos eccleſiæ, ac religioſi reperiuntur, pericli-
tentur, & vt cuſtodiantur. iuxta illud Ambro-
ſij lib. officior. 1. c. 27. Fortitudo (inquit) q̃ bello
tuetur à Barbaris patriam, vel domi defendit
infirmos, vel à latronibus ſocios, plena iuſtitia
eſt. vt notatur in c. Fortitudo. 23. q. 3. Hinc pro
Saracenis è Chriſtianorũ portu propulſandis,
84 congregari populũ iuſſit, & ipſe obuiã, † exije
Leo IIII. Summus Pontifex. in c. Igitur. 23. q. 8.
Sed iſtud dubium ſanctæ eccleſiæ iudicio relin
quo Homines tamen nauibus aſcriptos, habe-
85 re debet Imperator. † vt in l. 1. C. de Claſſic.
lib. 10. Martin. Laudenſ. de Principe. §. 340.

Quantum verò attinet ad homines, & anima-
86 lia pro vehẽdis curribus, plauſtris, † alijsq; ſer
uitijs, deberi ſupremo Principi, non eſt ambi-
gendum. & hoc ex tex. dicti c. 1. Quæ ſint regal.
in verbo. Plauſtrorũ. Quod, & voluit Io. Ferrar.
Montan. in vſus Feudor. lib 6 cap. 4. Salarium
tamen illis ſolui debet, quod in hoc Neapoli-
tano Regno taxatũ fuit, lege Friderici Impe-
87 ratoris in Conſt. Sic noſtra † ſeruitia. & ità etiã
cautum fuit per Carolũ I. in c. Regni. Graua-
mina. & à Carolo II. in c. Quòd nullus. & vo-
luit Matth. de Afflict. in Conſt. Regni. Omnes
officiales. nu. 1. & 2. Paris de Puteo in tract. Syn
dicat. in verb. Captus. §. An officialis. per to-
tum. & in verb. Officialis ſi ſtatutum. in fin.

Ampliatur iſta regula. Barones ẽt poſſe ſubdi-
torũ aĩalia ad ſua ſeruitia, ſoluto tñ ſalario, vo
care: & ita Doct. Regni interp̃tãtur dictã Cõſt.
88 Sic noſtra ſeruitia, † de quo dicit vnum verbum
Matth. de Afflict. in dicta Conſt. Oẽs officiales.
nu. 7. Qui dictã Conſt. trahit ad Barones. Eſtq;
taxatũ ſalariũ per dictã Conſtit. & nouiſsimè à
Rege Ferdinando. in prag. incip. Ad perpetuã.
Sub tit. de Salario eorũ, qui mittuntur à Curia.
Sed meo iudicio eadem iura pro Dñis, & Ba-
ronibus minimè faciunt, cum illa eadẽ loquan
tur in officialibus, ac Magiſtratibus Regijs, il-
lorumq; miniſtris, & familiaribus; & nullibi in
89 eis fiat Baronũ mentio. Similiter nec Rex † Ca
rolus I. in dicto c. Grauamina. neq; Carolus II.
90 in dicto c. Quòd nullus. † loquũtur vnq̃ de Ba-
ronibus, ſed tñ de eiſdem Regijs Magiſtrati-
bus:

bus: Quia ſi voluiſſent de eis loqui, iam exp̃ſ-
ſiſſent cum diuerſa ſit nominatio officialium,
& Baronũ,& diuerſa habeant nomina,& diuer
ſa etiã ſequatur diſpoſitio.l.Nõ codicillũ.cũ ſi
mil.C.de codicill.& ab vno ad alterũ nõ debi-
ta fit illatio.l.Papianianus exuli.ff.de minorib.
Nec me mouet, ꝙ Matth. de Affliċt. in Conſt.
Regni.Capitaneorũ.nu.9.verſ.Aduerte ꝙ tunc
temporis. dixerit; Barones dici officiales Re-
91 gios,& idcirco diſpoſita in officialibus, †locũ
habeãt in Baronibus:quẽ ſequitur Petr.Foller.
ibidẽ.nu.146.Tum quia ex ſeipſo hoc dicit Af-
flict.nulla motus,lege,ratione,vel authoritate:
& idcirco ei obſtat diſpoſitio. §.Cõſideremus.
in Auct.de Trient.& ſemiſs.Tum etiã, quia of-
ficialis,dicitur miniſter Magiſtratus,vt annota
runt Iacobus Spiegel. & Hotomanus: Barones
autẽ Magiſtratus miniſtri minimè dicuntur, cũ
ipſi habeant poteſtatem creãdi ſuos officiales
ſub alternatiuè,ac magiſtratus, per quãdã ſimi
litudinem Regiam, ad cuius perſonam ſpectat
92 Magiſtratuum creatio: Vnde ſicuti Rex† non
appellatur officialis, ità nec Baro. Demũ ſi per
verba Afflicti, dictæ Conſtitutiones trahi vel-
lẽt ad Barones,eſſet mera diuinatio,in qua con
uinceretur ex ſuo etiã dicto in Conſt. Ea quæ
ad Decus. notab.primo.nu.1. in fin.vbi inquit:
93 Regem Alphõſum†primum de Aragonia,fuiſ-
ſe, qui cępit communicare iuriſdictionẽ, atq;
merum,& mixtum Imperiũ Comitibus,& Baro
nibus Regni,& alios Reges ſubſequentes,con-
firmaſſe; cum per prius iuriſdictionem non ha
berent: Vnde officiales Regij dici non poterãt.
Seqtur exinde ꝙ cũ Fridericus Imperator II.
illarum Cõſtit.author, mortuus fuerit in anno
1251. & Rex Alphonſus I. fuerit in anno Dñi
1434. & ſic interceſſerint circiter anni 183. vt
nullo pacto ſtabilita ab Alphonſo, retrò trahi
poſsint ad Friderici tempora, nec ad leges ab
illo diſpoſitas. Ex quibus ſanè meo iudicio,
Matth. de Afflict. ꝑperã iſtud aſſeruit. Et ideo
dictam Conſtit.per vim & violentiam volunta-
riam traxerunt ad Barones. Sed meliorem in
die iudicij opinionem Chriſtus Dñs diſcer-
net, Quia cũ nec Imperator de illis loquatur:
Nõ Carolus Primus,in d.c.Grauamina,qui ex-
preſsè loquitur de officialibus Regijs,ibi:Nec
aliquis noſter officialis.& ibi: pro ſeruitio no-
ſtræ curiæ.Nec Carolus Secundus in d.c.Quòd
nullus. qui in rubrica loqtur expreſsim dicens
ꝙ nullus pro ſeruitijs noſtris aliquem mittat
proprio ſumptu. & ſic loquitur etiam nigrum
dicti c.Quòd nullus. conformiter ſuæ rubricæ,
94 à qua ſumitur argumẽtum.†l.1.§.Quoniã dies.
ff.ſi cert. per.l.Imperator.ff.de in diem adiect.
Ludouic.Roman.in conſ.32.col.2.verſ.Secũdo
principaliter. Marian. Socin.ſenior.in c.Signi-
ficantibus. col.1.de libell.oblat.Philipp.Deci.
in rub.extra.de Cõſtit.Laurent. Calcan. in cõſ.
70.col.5.Vnde cum dictæ Conſtit.ſint claræ,nõ
eſt dubitandum: Cum qñ etiam eſſent varij in-
tellectus legis, attendatur rubrica Io.Andr. ad
Specul.in tit.de diſputat.& allegation.§.fin.in
fi.Alex.in conſ.70.nu.8.vol.7.Quia rubrica de-
95 clarat Nigrum†Alex.,in d.l.1.num.8. ff.ſi cert.
petat. & idcirco rubrica allegatur ad deciſio-
nem cauſarum, cũ habeat orationem perfectã.
Alex.vbi ſupra.nu.4. Iaſon in conſ.205.num.4.
vol.2.Curr.iun.in cõſ.5.nu. 15. Nec etiam Rex
Ferdinandus, qui nouiſſimis temporibus taxa-
96 uit ſalarium in dicta Prag.†Ad perpetuam. lo-
quutus eſt, niſi de Regijs officialibus: ibi. Pro
Curiæ ſeruitijs.& ibi: per Theſautarium.per q̃
verba in caſu ibidem contento,mandauit fieri
ſolutionem per Regium generalem Theſaura-
rium,ſeu perceptorem pecuniarum Fiſcalium:
Qui ſi voluiſſet loqui de Baronibus, cenſuiſſet
ſolutionem faciendam per Barones, eorũ æra-
rios, ac negotiorum geſtores, & factores.ſed
cum à Regni ſapientibus ità Conſtitutiones il
læ fuerint interpretatæ, illi ſibi videant. Si ta-
men illorum interpretatio quandoque vera
fuerit,& obſeruabilis, Tunc

Temperanda erit,primò, Vt non procedat in
animalibus deputatis ad Piſtrinum,ſeu Centi-
97 mulum pro†macinatione frumenti; vt ſtatuit
Rex Carolus Primus in c.Regni. Item iuſtitia-
rij, & ſub officiales, & voluit Afflict. in dicta
Conſt.Omnes officiales.num.5.Niger in d.cap.
Regni. Grauamina. num. 42. Lallus de Tuſcia
in dicta Conſt.Omnes officiales.num. 3.

Temperãda Secundò erit,Tunc demum illam
procedere,vbicunq; Dñi, &, Barones propria
illorũ animalia nõ haberent:quia ſi ſecus eſſet,
98 non poſſent ſubditos†grauare. Ità Fridericus
in d.Conſt.Sic noſtra.vbi Iſern.Afflict.& cæte-
ri.Quod etiã iure cõmuni comprobatur,vt la-
tius induxi ſupra in c.præcedenti. nu.16.21. &
ſic terminauit Regium Conſiliũ in magno con
flictu ſapientum pro oppido Oliueti: & cum
Dominus vẽdidiſſet animalia, & vxor haberet
alia,Conſilium decreuit idem.

Tempera Tertiò, Vt ſi animalia, eius culpa,
cui ſeruitium præſtatur, morerentur, fiet do-
99 mino animalium debita † pretij reſtitutio: vt
ſtatuit idem Fridericus Imperator in d.Conſt.
100 Sic noſtra ſeruitia.†vbi Andr.de Iſer. & Lal-
lus.quia iſto caſu eſt in culpa: vel progredien-
do vltra terminum, vel tempus ſtatutũ,vel ali-
101 ter: Cum culpa caſum†præcedit.iuxta nota-
ta per Caſtrẽſ.in l. Videamus.in princ. ff.locat.
& ante ipſum Bart.in l.Si vt certo.§.Interdum.
ff.commodat. Deci.in conſ.473. nu.5. Rolan.à
Vall.in cõſ.86.ad finem.vol.3 Franciſc. Burſat.
in conſ. 11.nu.31. vol.1. & ad materiam Deci.
Cagnol.& Io.Ferrat.Montan.in l. Contractus.
§.Animalium.ff.de regul.iur.Io.Bapt.Plot.in l.
Si qñ.nu.550. C.vnd.vi.Hippolyt.Bonacoſſ.de
Equo.q.148.162.& 396.& Vincent. Carroc. de
locat.& cõduct.lib.2.tit. de dol. & cul. ꝑ totũ.

N 3 Tem-

Tempera quartò, Vt eidem Dño animalium,
102 fiat solutio salarij ꝓ accessu,& recessu:† vt referr alias fuisse decisum per Regiam Cameram Io.Ant.Niger.in d.c.Grauamina.nu.38. quamquam diuersimodè reperiatur Decisũ ꝑ Regiũ Consilium, ita quòd ista quæstio,ore Principis terminari deberet,vt omnium disputãrium argumẽta, & dubitario submoueanrur: vnusq́; enim censet pro ut spiritus bonus, siue quisqs ille fuerit,sibi dictauerit,vel ad subditorũ, (& id rarò) vel Baronum fauorem: Ego verò pro quæstionis veritate oportuniori loco rem disputabo. Vnum pro nunc dicam, debere illos, in quorum manibus cõsistit resolutio, dubitationem Regi proponere;Cũ illa oẽs Regni sub ditos teneat oppressos:ex tanti enim Catholicissimi Regis vigilãria in amouendis subditorum grauaminibus,huic morbo debita adhiberetur medela.Crederẽ enim prouisurum, ꝙ in casu præstationis seruiriorum (si forte hãc ansam,ac viam pro Baronibus aperiret, quod vix facturum arbitrarer pro suę conscientiæ sinceritate) quòd præstaretur salarium pro accessu, & recessu,& pro dietis, quibus pro ipsis vacarent,fieret solutio,pro ut inter ciues.Et ꝙ plus salaria reciperent incrementa,considerãdo, ꝙ quo tempore Rex Ferdinandus taxauit salarium, modius frumenti erat valoris vnius Caroleni,siue regalis,quorũ decem,faciunt vnum ducatum;nũc autem(proh dolot)quilibet modius in hoc Regno constar,triginta Carolenis, siue Regalibus, qui faciunt tres ducatos. Pro caritare namq; annonæ, pro spatio centum viginti milliariorum,homo cũm animali,habenr sex Carlenos, qui nõ ei sufficiunt pro hospitio suo, & animalis: Vnde pauper seruitium præstans,cogitur vendere suum, vt sibi, & animali alimenta subministret: Consummendo in itinere vestes,calceos, & animalia:& pro quiete nocturna ęstatem agit sub die,& diem sub puluere: Et hieme instabulo, cum animali, terra est lectus eius. Vtinam ad Regis aures quandoq; hæc detrimenta perueniant. Sed nescio,q̃ causa sit differentiæ ꝙ officiales permittunt,ꝙ curia Regia soluat ꝓ accessu,& recessu; Barones verò maiori priuilegio gaudeãt, vt tãtum vnicam accessus solutionem soluant?

Qui verò tenentur ad seruitij præstationem, an illud præstare debeant extra locum iurisdi-
103 ctionis ipsius† Domini? dicam in cap.seq.in fin. sed optimis rationibus dicit subditos non teneri extra territoriũ, Marin. Freccia de subfeud.Baron.lib.2. author.30. vbi dicit itá plures terminasse Galeotum Fonsecam I.C.Hispanum,Regium Consiliarium, cuius opinionem ipse sequitur, & ego illaam amplector. Quamquam nouissimè idem Regium Consilium,con-
104 trariũ† decreuerit pro Illustris. D. Ascanio Pignatello Duce contra Ciuitatem Bisaccij, cum quadam tamen reseruatione. authoritate Io.Vincentij Annij sing. 560. & in alijs etiam causis,dũmodo infra prouinciã,vel prope illã.

ARGVMENT. CAP. XX.

Quæ sit extraordinaria collatio? Quæ collecta? Quod Indictum? quæ sint Subuentiones,& adiutoria? Quod Fodrum? aliaq; nonnulla traduntur ad hanc materiam: & quis ea imponat?

COMPENDIVM.

1 *Collatio appellatur collecta.*
2 *Collatio extraordinaria iuris ex Regalis.*
3 *Ordinaria collecta quid?*
4 *Collecta extraordinaria, dicitur quod superuenit per accidens, & variatè, quia imponitur inopinatè.*
5 *Collecta extraordinaria solet imponi pro primo fœlici aduentu, Imperatoris, Regis, Proconsulis, & Legati.*
6 *Collecta extraordinaria dicitur, quando imponitur ob imminens bellum, & dicitur tunc Superindictum.*
7 *Super indictũ quandoq; munus ordinariũ appellatur.*
8 *Expeditio significat militum exitum ad bellum.*
9 *In expeditione militari dicitur, qui itineri accinctus est ad bellum, ac procinctu, sed & qui in castris degit.*
10 *In expeditione militari dicitur qui pro suscipiẽda corona Imperiali, Regali, vel Principali accinctus est.*
11 *Fodrum apud Germanos Equorum Pabulum dicitur. sed vide num.12.13.& 14.*
14 *Parata quid?*
15 *Mansionaticum quid?*
16 *Ordinariam collectam imponit Imperator, Rex, aliq́que Superiorem non recognoscentes.*
17 *Extraordinariã collectam imponere similiter est de Regalibus.*
18 *Ciuitates, oppida, castra, & villæ superiorem recognoscentes, non solum non imponunt collectam ordinariã, sed nec extraordinariam. sed vide nu.19.*
20 *Collectam, dum sibi ex necessitate imponit Vniuersitas, non requiritur Principis permissio.*
21 *Collecta si imponitur pro Donatiuo Principi faciendo, tunc Principis authoritas requiritur.*
22 *Intellectus Pragm. incip. Ancorche. Ducis Ossunæ.*
23 *Donare Principi, vel Domino Vniuersitates nequẽt, quinimmò, nec congregari pro donãdo absq; Principis licentia in hoc Regno. num.24.*
25 *Licentia Donandi concessa, an maior pars alijs non consentientibus possit donare?*
26 *Domini terrarum, ac Barones ab alijs inuestiti, collectas subditis non imponunt.*
27 *Collectam non imponunt aliqui, licet habeant merũ, & mixtum Imperium.*
28 *Barones, an imponant collectas ordinarias Sancta Maria? num. 29.*
30 *Vassalli in duobus casibus tenentur Regi, & in quatuor Baroni, qui declarantur. num.31.32.*
31 *Intellectus Consl. Regni. Quamplurimum.*
32 *Baroni in quatuor casibus subuenit Vassallus.*

33 Sub-

CAP. XX.

COllationẽ, ex Cicerone, & Asconio Pędiano, Collectam appellauit Gull. Budæus
1 †in tit. de offic. Quæstor. in annotat. prioribus. Et idcircò ista, dicitur Imperialis, ac Principis impositio, solutionis faciẽdæ per subditos insimul, quasi illam simul omnes conferant in ipsius Principis iuuamen, ac subuentionem. De ista loquitur Liu. lib. 4. Patres (inquit) benè cæptam rem perseueranter tueri, cõferre ipsi primi; Et quia non dum argentum signatum erat, æs graue, Plaustris quidam ad ærarium conuehentes, speciosam etiã collationem faciebant. Hinc Plin. Nepos Traianum laudans in Panegyrico, inquit: Te collationes remisisse, donatiuum reddidisse. Diciturq; hanc extraordina-
2 riam collationem, esse iuris regalis. †in dicto c. 1. Quæ sint regal. quasi ordinariã Collectam, à contrario sensu, cuilibet etiam Regalia iura non habenti, indicere liceat: cuius rei veritas, ex inferius dicendis apparebit.

Habemus itaq; Collationem, Collectam, & Indictionem ordinariam, & extraordinariã. Or-
3 dinaria† Collecta dicitur, quoties lege, constitutione Principis, vel Senatusc. ordinato, ac determinato tempore, puta de Anno in annũ, aut de biennio in biennium, vel aliter, huiusmodi solutio indicitur, & in illa certa quædam forma obseruatur. l. In honoribus. §. Qui muneris. ff. de muner. & honor. l. Hi qui. ff. de va. muner. l. 1. C. eo. tit. lib. 10. Specul. in tit. de Cleric. coniug. vers. Ad huius autem. Archidiac. & Io. Andr. in c. 1. de immunit. eccles. in 6. in Nouell. Bartol. in l. 2. num. 5. ff. de iur. immun. & in l. 1. nu. 40. C. de mulier. & in quo loc. lib. 10. Bal. in l. 1. §. Quod si nemo. col. pen. vers. Super quarto. ff. Quod cuiusq; vniuers. nom. & in l. Placet. col. 1. C. de sacros. eccles. Francisc. Marc. in decis. Delphin. 458. nu. 14. vol. 1. Io. Maurit. in d. l. Vnica. col. 40. 41. vers. Horum deniq. C. de mul. & in quo loc. Iul. Ferrett. in tract. de gabell. nu. 475. Nicol. Festas. de Aestimo. par. 2. cap. 1. nu. 29. de Collecta nouissimè Ludouic. Carbonus lib. 9. cap. 7. Petr. de Gregorio Sicul. de concess. feud. parte 7. q. 5. nu. 13. & q. 7. num. 2.

Extraordinaria Collecta, siue munus, dicitur illud, quod superuenit per accidens, & varia-
4 tum, †cum imponatur inopinatè. arg. l. Sed etsi per prætorem. §. Sed cum feriæ. ff. ex quib. caus. maior. Andr. de Iser. in d. c. 1. in verbo. Extraordinaria collatio. vbi cæteri Doct. voluit Bart. in cons. 180. Francisc. Areti. in cons. 133. col. 3. vers. Sed tñ Iul. Ferret. & Festas. vbi supra. & ante eos Bal. in c. 1. §. 1. nu. 16. de Pace Constant. Augustin. Berous in cons. 150. nu. 9. cum pluribus seq. vol. 3. De ista collecta Doctores nostri ponunt exempla, puta qñ Imperator, Rex, vel Princeps, subsidium vellet, pro suo primo fœ-
5 lici aduentu, †siue Procõsulis, vel legati. l. Obseruare. §. Antequam l. Si in aliam. vbi glos. & Bart. ff. de offic. proconsul. & legat. Domini de Rota in antiq. in decis. 341. Francisc. Marc. in decis. 1025. num. 8. vol. 1. Vel dum indicitur ob
6 imminens bellum, aut guerram, & tũc tale† extraordinarium munus, alio etiã nomine Superindictum appellabitur; licet illud dicat patrimoniale Accurs. in Rub. C. de supindict. lib. 10. habetur in l. 2. C. de muner. patrim. Bald. in l. fi. nu. 5. C. fin. cens. vel reliq. Alexand. in l. Si ex toto. nu. 8. ff. de leg. 1. Masuer. in pract. tit. de Tallijs. nu. 2. ante eos Specu. in tit. de feud. §. Quoniam. num. 67. & antè illum noster Regnicola Roffred. de Epiphanio Beneuentan. de libell. parte 5. Rubric. Sacrament. cuiuslib. vassal. n. 3. Matth. de Afflict. in decis. Neap. 265. n. 54. vers. Item, vt dictum est pro seruitio Regis, vel sui exer-

exercitus. Marc. Ant. Natta in cons. 397. num. 8. vol. 2. Petr. Grego. Sintagmat. iuris vniuers. lib. 3. c. 7. nu. 3. parte 1. Mauric. in d. l. Vnica. col. 41. Francisc. Marc. in decis. 458. nu. 23. par. prima. Io. Petr. Surdus in consil. 146. num. 20. vol. 1. Quamquam etiam superindictum, munus ordi
7 narium† appellauerit Bartholom. de Cassen. in cõsuetud. Burgund. Rub. 1. §. 4. In verb. Indire. impoter. nu. 36. de quo super indicto, alias verba plurima feci ad Bellugã in Specul. princip. rub. 46. in vers. Sũt & alia. sub nu. 3. vbi Belluga posuit exempla aliorum casuum. Imperator autem Fridericus in d. c. 1. Quæ sint regal. loquitur de expeditione in materia bellica. Expeditio enim nil aliud significat, pterq̃ militum
8 †exitum ad Bellum. Cic. Epistol. Famil. lib. 14. ad Catonem. Expedito, inquit, exercitu, ità noctu iter feci. Liu. lib. 24. cum legione expedita profectus. Sallust. in Iugurth. Numidas equites expeditos educit. Colum. lib. 2. c. 4. Expediti milites læuioris armaturæ, & sine impedimentis. iterum idem Sallust. in Iugurth. Marius interea exercitu in hybernaculis cõposito, cum expeditis cohortibus, & parte equitatus proficiscitur in loca solita. Et in expeditione militari dicitur esse, non solum, qui itineri ad bellum accinctus est, ac in ipso procinctu, sed etiã
9 si in castris degeret. †Iustinian. in princip. & in §. Post missionem. Instit. de militar. testam. sic Antoninus in l. 1. ibi: Militis in expeditione occupati. & Cõstantinus in l. Milites. ibi: Milites in expeditione degentes. & idem Iustinian. in l. Ne quidam. ibi: Sancimus ijs solis, qui in expeditionibus occupati. C. de Militar. testam. Quod optimè declarauit Franc. Connan. Comment. iuris ciuilis. lib. 9. c. 5. nu. 9. & Paul. Leonius de substitutionib. in compẽdiosa. nu. 101. 105. 108. Similiter pro suscipienda Corona, Im
10 periali, †Regali, ac principali. arg. c. 1. §. Vt autem. de allodijs. & cap. 1. §. Firmiter. vbi Isern. nu. 30. de prohibita feud. alien. per Feder. Hostiens. in Summa tit. de feud. §. Quibus. vers. Itẽ amittit vassallus. Afflict. in c. 1. §. Item si quis. nu. 80. Quib. mod. Feud. amitt. & in dicta decis. 265. nu. 103. Latè Restaur. Castald. de Imperat. q. 57. Marin. Freccia. lib. 2. authoritat. 22.

Aliquando ista solutionis collatio, appellata
11 fuit Fodrũ, quod apud Germanos † Equorum pabulum appellatur, quàmq̃ & Hominũ etiam pabulum dicitur, non equorum solum: cum Fodrum, fuisse frumentum, atq; hordeum, ac res alias victui oportunas ad exercitum Impera-
12 torium, vt interpretatus est †Petrus de Vineis. lib. Epistol. 2. cap. 19. Vnde Carol. Sigon. de Regno Italiæ. lib. 7. de Othone verba faciens inquit: Tributa vero, quæ ille à Francis instituta, retinuit, fuere: Foderum, Parata, & Mãsionaticum. Foderum summa quædam frumenti fuit,
13 quam† aduenienti in Italiam Regi, populi soluere tenebantur, pro quo sæpe etiam extimata
14 pecunia pendebatur. Parata, sumptus, †quem ijdem in vias, pontesq; fluminum, quà transiturus, aut quò aditurus Rex erat, reficiendos
15 impendere. Mansionaticum† sumptus, in tecta, & cætera, quæ Regio exercitui, in agro Hospitanti necessaria præbere iubebãtur. Sed de hoc confusè loquitur idem Imperator Fridericus de Pace Constantiæ. ibi: Nobis autem intrantibus Lombardiam, Fodrum consuetum, & Regale præstabunt. De hoc etiam Otho Phrisingensis de Frideric. lib. 2. c. 15. ait: Mos enim antiquus, ex quo Romanum Imperium ad Frãcos deriuatum est, ad nostra vsq; deductus est tempora, vt quotiescunq; Reges Italiam ingredi destinauerint, gnaros quoslibet de familiaribus suis præmittãt, qui singulas Ciuitates, seu oppida peragrando, ea, quæ ad Fiscum Regalem spectant, quæ ab accolis, Fodrum dicitur, exquirant. Hinc idem Sigonius de Regno Italiæ lib. 12. inquit: Initio anni, cum Fridericus Albæ Natalem Domini celebraret, nuncios in Tusciam, & Campaniam ad Fodrum Regium colligendum, & Principes ad creandos in vrbibus Consules alium aliò destinauit.
16 Ordinariam autem collectã, Imperator, †Rex, Princeps, ac Respublica, superiorem non recognoscentes, imponere solent, atq; indicunt. l. Nõ solẽt. vbi Salycet. C. Noua vectigal. impon. non poss. dicto. c. 1. in verbo. Vectigalia. Quæ sint Regal. Doctor. in c. Cum Apostolus. & in c. Innouamus. vbi Panor. de censib. Io. de Firmo de Gabell. parte 1. nu. 1. & seq. Bartol. in l. 1. §. Quòd si nemo. ff. Quod cuiusq; vniuers. nom. Alexand. in consil. 145. vol. 2. Anton. Corset. de potestat. & excellent. Regia. parte 4. q. 48. Petr. Antiboli de Munerib. p. 2. §. Restat. nu. 1. Corn. in cons. 149. nu. 11. vol. 1. Barthol. Socin. in cons. 7. nu. 2. vol. 3. Angel. Gambilion. in consil. 101. nu. 7. vol. 1. Marian. Nepos in consil. 98. num. 16. vol. 3. M. Anton. Natta in cons. 301. vol. 2. Andr. Alciat. in cõs. 493. nu. 4. Ægid. Thomat. in tract. de Collect. fol. 357. nu. 4. Lancellot. Conrad. in Templo Iudicum. lib. 1. §. 4. in verb. Collectas, & gabellas. per totũ. Iosephus Ludouic. in decis. Perusin. 43. nu. 3. vol. 1. Cardinal. Parisius in consil. 25. nu. 65. vol. 1. Roland. à Valle in cons. 1. nu. 62. vol. 2. Latè Andreas Gail. Practic. Obseruat. lib. 2. Obseruat. 52. & 53. & nouissimè Surd. in consil. 262. num. 28. vol. 2. & dum hæc Typis mandantur censuit D. Regens Lanarius. in consil. 4. num. 6.

Extraordinarias verò collectas, similiter imponere est de Principi reseruatis, & regalis iu
17 ris est, †vt habetur in d. c. 1. in verb. Extraordinaria collatio. Quę sint regal. vbi Andr. de Iser. & cæteri Doctor. Vnde ad Principem, & Respublicas habẽtes Iura Principis, illas imponere spectat, vt supra dicti Doctores censuerunt.

Aliæ autẽ Ciuitates, oppida, Castra, ac villæ, q̃
18 superiores habẽt, id facere non posse, nec †extraordi-

tra ordinarias collectas, etiam pro necessitati-
bus Reipublicæ, illiusq; vtilitate, imponere,
absq; eiusdem Principis permissu, exploratis-
simum est:nisi fortè cõmunem Bursam,seu com
munes introitus,ac redditus minimè haberẽt;
19 tunc enim,vt subueniant†proprijs eorum ne-
cessitatibus collectam imponunt. arg. d. l.1.§.
Quod si nemo.vbi Bartol.num.2.3.ff.Quod cu-
iusq;.vniuers.nom.arg.l.Omnes.la 2.C.de ope-
rib.pub.& voluit Specul.in tit.de exeq.senten.
§.Sequitur. vers. Quid si vniuersitas. Guid.Pa-
pæ.In decis.Gratianop.87.nu.1.& in decis.424.
post Alexan.in cons.145. vol.2.& in cons.124.
col.2.vers. Quo antẽ.vol.4. amplè Nicol.Boer.
in decis.Burdegal.60.nu.5. nouissimè Antoni-
nus Thesaur. in decis.Pedem. 257.nu.1.Nico-
laus Festasius de Aestimo. par.2.c.2.num. 8. &
post Luc. de Pen.in l.fin. C.ex quib.caus.mun.
lib.10. Anton. Capic. in inuestitur. Feudal. in
verb.Feudor.clausulæ.§. Collectis.vers.Colle-
ctarum tertia species.Petrus Gregor.Sintagm.
iuris vniuers.lib.3.c.7.nu.10.Et in tali casu ne-
20 cessitatis,dum†vniuersitates sibi collectas im
ponunt non exigitur aliqua Principis permis-
sio. Bartol.in d.l. Vnica.nu.24. C.de mul.& in
quo loc.lib.10. Secus si fieret pro communi to
tius Reipublicę bono,puta pro donatiuo Prin
21 cipi faciendo,& similibus, tunc enim†Princi-
pis licentia exigitur.l.Placet.C. de sacros.eccl.
l.1.C.de superindict.lib.10.Bart.vbi supra.quẽ
sequitur Guid.Pap.in d.Decis.87.nu.9. Iacob.
Rebuff.in d.l.Vnica.vbi Io.Maurit. & amplissi-
mè Stephan. Aufr.ad Capell. Tholos. in decis.
347.& Nicol. Boer.in d. Decis.60.num.7. Hæc
faciunt ad intellectum Regiarum Pragmatica-
rum in hoc Regno,prohibentium,†quòd Ciui-
tates,& vniuersitates possint donare: quinim-
mò per Pragmaticam Don Petri de Giron Du-
cis Ossunæ, olim Proregis Generalis,factã sub
die 27.Ianuarij 1584.incip.Anchor che dispo-
situm est,nec licere Ciuitatibus, atq; vniuersi-
tatibus congregari pro recipienda conclusio-
ne,ac decreto faciendo de donando Principi,
aut alteri cuiuis,etiam si in congregatione, vel
conclusione reseruaretur Regius assensus, li-
centia, & beneplacitum; sed ante omnia exi-
gitur, ꝙ porrigatur supplicatio, & obtinea-
tur licentia, vt possit congregari pro causa
præfata. Quia isto casu non solum prohibita
23 est donatio, præfata, & † collectæ impositio,
tamquam ambitiosa, vt dicit Bartol. in dicto.
§. Quòd si nemo.nu.3.Sed coadunatio,& con-
gregatio vniuersitatis pro eliciendo voto de
24 donando absq; Principis licentia: † iuxta am-
plissimè tradita per Corn.in cons.127.per to-
tum.vol.2.Quinimmò etiã in casu,quo daretur
licentia Regia pro dõnãdo alicui, arbitror nõ
sufficere maiorem partem Ciuitatis ad donan
dum,sed obligari tm̃ modo consentientes; cę-
teros verò absentes, aut non consentientes mi
25 nimè teneri:argumento† eorum, quæ scripsit
Franc isc.Purpurat.in cons.428. nu. 84. vbi di-
cit: ꝙ isti actus sunt voluntarij,& in ijs vna fa-
ba nigra impedit actum. vt concludit etiam
M.Anton. Natta in consil. 215.nu.4.& 5.vol.1.
quem refert, & sequitur Antonin. Thesaur. in
d.Decis.257.sub n.4.& nuper amplissimè con
sului pro Ciuitate Bisatij contra Dñm Ascaniũ
Pignatelium eius Dñm Ducem Illustrissimum.

Domini vero Ciuitatum, oppidorum, & Ca-
strorum,puta Duces, Marchiones, Comites,&
Barones,ab alijs de feudis,& Ciuitatibus inue
26 stiti,collectas imponere minimè possunt†sub-
ditis: vt certissimum esse censuit Bald. in l.Ex
hoc iure.ff.de iust.& iur. & in l. Cum multa.in
fi.C. de Bonis quæ lib. & asserentium contra-
rium opinio,locum habet in Dñis,qui iure Im-
perij,& absoluti Principis funguntur,quia etiã
ꝙ quis habeat merum, ac mixtum imperium,
27 non † ideo collectandi potestatem habebit.vt
voluit Bartol. in l.1.nu.2.& in fi.C.de excusat.
mun. lib. 10. & Bald.in l.Hi, quibus.C.de fidei-
commiss. libertat. fusissimè Iacobin. de sancto
Georg.in inuestitur. feudal.§. Qui quidem in-
uestiti. nu.75.cũ pluribus seqq. vbi inter alios
allegat Alberic. in rub. ff. de muner. & honor.
dicentem hodie propter longam vacationem
Imperij,Reges,Comites,Barones,aliosq; cru-
deles tyrannos, subditis suis imponere colle-
ctas pro libito voluntatis, nulla etiam necessi-
tate,vel vtilitate vrgẽte,nedũ laicis, sed etiam
ecclesijs,& eorum bonis,maximè in Italia. Et
idcirco Nicol. Festas. de extimo in loco supra
allegato perperam reprehendit Thom. Par-
palliam in d.l.Placet.num.30.

Limitant tamen istud dictum Doctores, præ-
sertim Regni Neapolitani, secus esse in colle-
28 ctis ordinarijs†sanctæ Mariæ de mense Augu-
sti,& similibus: Fuit dictũ istud originale Luc.
de Pen.in l.fi.col.2. vers.Huius gratia subijcio
quæstionem.C.de exact.tribut.lib.10.quem se-
quitur Paris de Puteo de reintegration. feud.
c.171.incip.Baro. nu.1.fol.97.& Anton.Capic.
in inuestit. feudal.in verb.Feudorum clausulæ.
§.Collectis. in princip. Sed ista limitatio tunc
operabitur suum effectum,qñ Baro ius exigen-
di collectam vnico, eodemq; tẽpore, atq; vni-
29 formiter, legitimo†temporum curriculo præ-
scripserit,& ita post Iacobi. de S.Georgio. vbi
supra. Loqtur Capic. in d.§.Collectis.quia eo
casu posset quodammodo tolerari.Sed ego hu
ius collectæ speciem nouam ab istis adinuen-
tam,quodammodo in ridiculis habeo,cum iu-
re non probetur,& à sæculo audita non fuerit:
nec viderim aliqua Baronũ priuilegia, aut in-
uestituras,cum insertione huiusmodi collecta-
rum Et si qñ hoc haberẽt, arbitror ex Rustico-
rum adinuentione istud dictum repertum,qui
cum esse soleant Baronalium introituum exa-
ctores,Camerarij, siue Aerarij, & ipsi annales,

&

& solent in fine, ac in mense Augusti reditus, & introitus Baronales exigere;& pecuniarios quosdam reditus colligere à subfeudatarijs Baronum debẽtibus Baroni, quid annuum, puta, vniuersitas Oliueti soluit quotannis in mense Augusti Dño, vncias duodecim, quæ sũt ob subfeudum, mediante Regio assensu, concessum vniuersitati Baiulationis, iurium passus,& plateæ, quæ quodammodo collectæ appellabitur: & hanc arbitror fuisse Lucæ de Penna intentionem, quæ monstratur ex suis verbis. ibi: Bonorum possessores.

Sed ego, ex tot doctorum nostrorum confusionibus, breuibus me expediens, dico quod
30 sentio. De iure communi,†ad sex tm casus tenetur vassallus Dño, quorum duo primi, sunt in Regno ipsi Regi solummodo reseruati: alij verò Baronibus. Reseruati Regi sunt, pro exercitu Imperatoris, Regis, siue Principis, vt diximus pro expeditione militum supra. Alter pro Corredo Imperiali, quod exponunt pro transitu Imperatoris, siue Regis per illum locum. de qbus scripsit Specul. in tit. de Feud.§.Quoniam.col.pen.Hostiens.de immun.eccl.§.1.Bal. in c.1.§.Similem.de Capitul.Conrad.& in l.Cũ multi. C.de bonis quæ lib. Latissimè Ias.in d.l. Placet.C.de sacros.eccles.& hæc præcipua sunt Regum reseruata, respectu vassallorũ, qui sunt subalternati sub Dñio Baronum; quia in subditis existentibus in Ciuitatibus, & locis Domanialibus immediatè Regi, ac Principi subiectis, secus erit; quia tenebuntur ad omnes sex casus. de Corredo meminit etiam Rex Guliel-
31 mus in Const. Regni. Quamplurimum.†Quod eo loco arbitror loqui de lectis, pro hospitandis militibus necessarijs.
32 Baronibus cõpetunt alij quatuor casus. †Primus, pro filia, vel sorore Dñi maritanda. Secundus pro milite faciendo. Tertius pro redimendo ab hostibus Dño. Quartus pro emenda Ciuitate, vel Terra. Qui casus in Regno statuti sũt exigẽdi à Baronibus per Regem Gulielmum. in dicta Const. Quamplurimum, quos etiam de iure communi, veros esse censuit Specul.in d. tit. de feud.§.Quoniam.nu.67.ante ipsum Roffred.Beneuentan.de libell.parte 5.Rub.Sacrament.cuiuslib.vass.nu.3.Oldrad.in consil.234. Matth.de Afflict.in decis.Neapol.265.num.54. Masuer.in pract. tit. de Tallijs nu. 6. Io.Sainson in Consuetud.Turonens.tit.8.art.1.& 2.

Nonnullas, quoad materiam subuẽtionum faciendarum à subditis,& vassallis, eorum Dñis, quæstiones formarũt Doctores, quas amplissimè tractarunt Andr. de Iser. Matth. de Afflict. Lallus de Tuscia,& alij in d. Const. Quamplurimum. Illa verò disputabilis est: An debeatur adiutorium, seu subuentio Baroni habenti ciuilem, vel ei, qui habet criminalem iurisdictio-
33 nem? quòd debeatur† Dño habẽti iurisdictionem ciuilẽ concludit Marinus Freccia de subfeud.Baron.lib.2.Authorit.2.nu.21.in fin.& ità fuisse Decisum per Regium Consilium refert Io.Vincent. Annius in Allegation.105.pro Barone S. Arsenij. vt testatur Vincent. de Frãchis Præsidens in decis.Neap.131.

An exigatur ista subuentio per Dñm à subditis, & Hominibus suis, pro maritanda filia
34 spuria? Quòd nõ,†tenuit Iacobin.de S.Georg. in inuestitur. feudal. §. Qui quidem inuestiti. nu.79.qui tenuit hanc opinionem contra Martin. Laud.in cap.1.An apud Iudic.vel cur.Domin.quæst. feud. termi.vbi contrarium consuluisse asseruit, & primus istam quæstionem formauerat.& opinionem eãdem Iacobini tenuit Nicol.Boer.in decis.127.& in decis. 240.n.20. & Io.Anton. Cannetius Siculus in Rep.cap.Si aliquem.Regni Sicilię.§.Ad illãm quæstionem per totum.fol.332.

Sed an debeatur adiutorium, seu subuentio
35 pro filia Monachanda? quod sic.† censuit Afflict.in Decis.Neap.348.Bartholom.de Cassen. in consuetud.Burgund.rub.1.§.4. In verb. Mariage d'vne fille.nu.4.Cesar Vrsillus ad Afflict. in decis.265.num.59.Iacobin.in d. §. Qui quidem inuestiti.num.80.in fin.

An vero debeatur adiutorium pro secunda, tertia, vel deinceps, filia maritanda? quòd de-
36 beatur†tenuit Afflict.in d. Const.Quamplurimum.nu. 10. Sed cõtrarium, quòd non debeatur, nisi pro prima filia. censuit Guid. Papæ. in Decis.Gratianop.57.in fi. sequitur Io. Sainxon in consuetudin.Turonens.tit.8.artic.4. Cassẽn. vbi supra.in princ.de qbus videndus est Andr. Tiraquell.in rep. l. Boues. §. Hoc sermone in princ.num.14.ff. de verbor.signific. & in tract. primogen.q.70.in princ.& Thom.Grammat.in cons.ciuil.68.Quæ conclusio sine maxima difficultate resolui non potest: & hanc vltimam partẽ negatiuã ego tenerẽ in Regno, licet sciã per Regiũ Cõciliũ qñq; determinatũ cõtrariũ.

Sed an debeatur adiutorium Baroni, facien-
37 ti filium†Doctorẽ? Post Guerin. Pison.Hispan. in prælud.feud. Io. Vincent. Annius in singul. 14.tenuit deberi. Sed aduersum antea, vt ipse etiã refert, tenuerat Marin.Freccia de subfeud. Baron.lib.2.Authoritat.2. nu.15. cuius opinioni accedo, cum esset maxima extensio ad Constitutionem, nec credo aliquem Baronẽ in hũc campũ descendisse: & si hoc proponeret, credo à Iudicibus non esse admissurum: cũ sit longè diuersa ratio, vt alibi dicam.

Primam itaq; conclusionem extraordinariæ collationis iam dictæ ab Imperatore, ac Princi pe, ac Regibus indici posse dicendum est: cum
38 Rex reditibus suis erogatis, †sufficiẽtem pecuniam fortè non habeat.l.Neminem.in fin.C. de sacros.eccles.vbi etiam Bal. hoc annotauit. Idem Bald.in c.Conquerente.in fin.de offic. ordinar.Luc.de Penna in l. Agros. C.de fund.limitroph.lib.10.& in l.1. C. de superindict. lib.

eod.

eod. Paris de Put. de reintegrat. feud. tit. de
verbor. significat. in verb. Adoha.
Secundò insuper, cum Rex fortè non expen-
deret suas pecunias, suosq; reditus in rebus
vanis, vestibus, ac rebus alijs delicatis; quia si
39 in ijs consumeret, †impositionē facere nequi-
ret. Andr. de Iser. in dicto verb. & extraodina-
ria collatio. sub nu. 13. quē ibi sequitur Matth.
de Afflict. nu. 2. vbi inquit: Non debere Regem
40 expendere † pro vassellis aureis, canibus, &
Falconibus ad solatium suum. Anton. Capic. in
inuestitur. feudal. in verbo. Collectis. vers. Tem
poribus. Hinc ad Thomam Messanensem scri-
bens Francisc. Petrarcha lib. Epistolar. Famil.
Epistol. 1. Nostri (inquit) Reges de saporibus
41 epularum, †de volatu Auium iudicare possūt,
de ingenijs hominum non possunt. Quid dice-
ret Temporibus nostris, si viueret? Heu quàm
difficile illi esset silentium continere. Eò enim
prolabi vidimus Principes aliquos, vt inde om
nis Fidei Christianæ, omnis Ecclesiæ Romanæ
calamitas orta sit. Principes illi ventri, somno,
& delitijs dediti, maxima, & cruenta Christia-
no Orbi flagella dedere. Quid Henricus Con-
deus. Quid Gulielmus Nassaus, Quid Elizabe-
tha Anglicana, in Christianum orbem non ma-
li effuderunt? Videt Deus, & cum tempus erit,
recordabitur plebis suæ, quam filij sui sangui-
ne prætiosissimo redemit. Vtinam viuerent præ
cedentis seculi Principes optimi, Carolus V.
Imperator, Franciscus Primus Franciæ Rex,
Hēricus filius, Carolus Nonus huius filius, Hen
ricus Septimus Angliæ Rex, qui Christiana in-
genia cognouerunt, & putridos Hæreticorum
virorum fructus, literis traditos aboleuerunt.
Viuant pro Christiani populi pietate, ac tran-
quillitate Rodulphus Secundus Romanorum
42 Imperator, Philippus Rex †Catholicus, alijq;
religiosissimi Principes, qui non solum in Hæ-
reticos, ac Reipublicæ Christianæ hostes, sed
in Turcas, Mauros, Sarracenos, Tartaros, maxi-
ma non solum fortitudinis, sed religionis, om-
niumq; virtutum exempla tradidere. Sic Ve-
43 nerorum, Genuēsium, Lucensium, † Ragusino-
rumque Respublicæ. Sic Sabaudiæ, Florentiæ,
Ferrariæ, Vrbini, Mantuæq; Duces alijq; Italiæ
44 Christiani Principes† anhelarunt.
Tertiò præterea extraordinariæ collationis,
atq; indictionis munus per Principem imponi
tur, cum tū, non simul, eodemq; tēpore, & Rex,
seu Princeps, ac Baro, eius intermedius, siue
sub alternus Dñus, eandem subuentionem, vel
45 adiutorium non peterent: tunc enim†subditi
duplici onere grauari minimè possent. l. Nauis
onustæ. §. Cum autem. ff. ad leg. Rhod. de iact.
Andr. de Isern. in dicto verb. Extraordinaria
collatio. vers. Sed tunc vassalli baronum. Sequi-
tur ibidem Io. Anton. de S. Georgio præposit.
Mediol. & Matth. de Afflict. sub nu. 6. & Iaco-
bus Aluarot. Hoc idem tenuit Iacobi. de Sācto
Georgio in Tract. de Homagijs. col. 10. Et eo
casu non benè censuit Anton. Capicius in d. §.
Feudorū clausulæ. in verb. Collectis. vers. Tem
poribus verò. in fin. Qui censuit, eandem colle-
ctam, eo casu soluendam esse potius Baroni, q̄
Regi: Quia intelligi debet, dum tamen ipsi Ba
rones eidem Regi præstent eandem collatio-
nem, & obsequium, seruitiumq;, quoad loca Ba
ronibus subdita. Quia secus in locis immedia
tè subditis Regi, & Domanialibus.
Ab ijs extraordinarijs Imperatorum, Regum,
Principumq; indictionibus & extraordinarijs
collationibus, pro Reipublicæ necessitate, ac
beneficio statutis, nemo excusabitur, quin ec-
clesiæ, & clerici teneantur. Pro bello enim in
infideles, & defensione ab eorum incursioni-
bus, proq; fidei Christianæ hostiū profligatio-
ne, pro Regni, ac Status tuitione, ac iusto bel-
46 lo, & quando†necessitas commune bonum re-
spiciat, omnimodo tenebuntur. c. Non minus.
c. Peruenit. de immunit. eccles. & vtrobiq; In-
nocent. & probatur. in l. 1. C. de indict. lib. 10. l.
Maximarum. C. de excus. muner. lib. eo. l. Cum
ad fęlicissimam. C. quib. muerib. vel præstar.
nem. lice. se excus. lib. eo. l. Placet. ibi. Aduenri-
tiæ necessitatis sarcina. & in l. Neminem C. de
sacros. ecclesi. l. Nullius. C. de Cursu public. l. 1.
& l. 2. C. de nauib. non excus. lib. 10. Oldrad. in
consil. 98. per totum. Anton. de Butr. & alij in
d. c. Non minus. & in d. c. Peruenit. Martin. Lau
den. de Princip. §. 433. Petr. Belluga in Specul.
Princip. Rub. 46. vers. Sunt & aliæ. sub num. 6.
Petr. de Anchar. in cons. 96. Latè Luc. de Penna
in d. l. Cùm ad fœlicissimam. Francisc. Marc. in
decis. Delph. 1025. nu. 12. vol. 1. & in decis. 101.
nu. 3. vol. 2. Io. de Firmo in tract. de Gabell. par.
7. q. 7. Anton. Capic. in inuestit. Feudal. titul. de
feudor. clausul. §. Collectis. vers. Clerici. Io. An-
ton. Niger. in extrauagant. Clementis Septimi.
de vit. & honest. cleric. in verbo. Priuilegio. per
totum. Petr. Foller. in Const. Regni. Prædeces-
sorum nostrorum. nu. 7. Lancellor. Contad. in
Templo Iudicum lib. 1. §. 4. in verb. Collectas.
nu. 6. 7. Iacob Mandel. in consil. 1. nu. 9. Frācisc.
Bursat. in consil. 16. num. 20 vol. 1. Latius quàm
alius quisquam hāc materiā tractauit Io. Mau-
rit. Dolan. Burgund. Philippi Regis Catholici
olim Consiliarius in Rep. dictæ l. Vnicæ. C. de
mul. & in quo loc. col. 45. cum pluribus seq. Et
posse Reges imponere Census, Tallias, & Tri-
buta pro Regni defensione, & pro alia quacun
que causa, rationabiliter pertinente ad bonum
47 cōmune, & dum necessitatis†metas nō trans-
grediuntur, censuit D. Thomas de Aquino de
Regimin. Principum. lib. 3 cap. 11. & 20 vbi ar-
guit, & concludit hoc Theorema duobus pul-
cherrimis fundamentis, quæ ibidem videri po-
terunt, ne idem transcribam.
Vt cumq; igitur hæc conclusio supra notata
se habeat, si eo modo sic simpliciter intelliga-
tur,

tur, ego admodum dubitarem: quia vt ea, quæ dicunt supra allegati Doctores, procederent, plura meo iudicio exigerentur: puta clericorum, siue Religiosorum, ac Prælatorum voluntas: Vrgens causa, quæ commodum, vtilitatem, ac pietatem earūdem ecclesiarum, respiceret: & Religiosorum, ineuitabilis, & pcisa necessi-
48 tas; & supra omnia Summi Pontificis † licētia: vt annotauit idem Mauritius in loco supra allegato. Foller. in dicta Const. Prædecessorum nostrorum. Philipp. Franc. in c. 1. de immunit. eccles. in 6. & apparet ex scriptis per Renatū Choppin. de Domanio Franciæ. lib. 1. tit. 14. & de Sacra Politia Forensi. cap. 2. & in cōsuetud. Andegauen. lib. 1. tit. de iurisdict. Andegauen. cap. 31. per totum. Ne fortè Religiosi, & Christiani Principes, impium sectarētur exemplum
49 Nicephori Phocæ Imperatoris† Constantinopolitani, qui bellorū intuitu, partem salariorū ademit Senatoribus: Donationes Ecclesijs, ac Monasterijs ab alijs prædecessoribus Imperatoribus factas aboleuit: interimq; vetuit, ne de nouo Monasteria construerentur: nec aliæ venerabiles domus ædificarentur, nisi Eremitarum cellæ in locis desertis, sine aliqua possessionum acquisitione. cuius cōstitutionis meminit Enimundus Bonefidius iuris Orientalis lib. 1. & ad hanc materiam ego plenè scripsi in cons. 74. nu. 32. cum pluribus seq. Centur. 1. Sed illa, & hæc omnia sanctæ Romanæ ecclesiæ, & eius Summi Pontificis iudicio, remitto.

Quid autem, si extra Regnum Rex reperiretur, eique; collecta iam dicta, an subditi ibidem illam erogare cogantur, vel sufficiat illam
50 in eodem Regno, †Regijs magistratibus deputaris cōsignari? Vulgatum est, ibi esse Romam, & Curiam vbi Papa fuerit. Innocēt. in c. Ego. de iureiur. & vbi Imperator ibi etiam Roma. l. a. §. Miles. vbi hoc notauit Bald. ff. de His qui notan. infam. Ludouic. Roma. in singul. 145. idem Bal. in l. 2. §. Legatis ff. de iud. Abb. Panor. in c. fin. de for. compet. tex. Notabilis. in l. 1. §. Romam. C. de veter. iur. enucl. & vbi est Rex, ibi est Regnum, eiusq; territorium. Andr. de Iser. & Bald. in c. 1. quib. mod. feud. amitt. Et idcirco quando debetur seruitium personale, ibidem
51 extra† Regnum nō debetur, & in seruitijs personalibus hoc verum censeo. Quando vero ser uitium cōsisteret in pecunia, puta in collatione, siue collecta, Adoha, & similibus, tunc sufficiet illam consignari in eodem Regno suis
52 Thesaurarijs, † perceptoribus, ac officialibus: vt ex Andrea de Isernia in pluribus locis. voluit Matth. de Afflict. in dicta decis. Neap. 265. nu. 50. 51. & latius Restaurus Castaldus de Imperator. q. 57. per totum. Alias incongruum, atque satis inconueniens foret, subditos cogi ad ro ·andum eorum pecuniarium obsequiū extra Regnum Imperatori, Regi, aut Principi, in cuius asportatione, & illius custodia, & securitate necessarius foret quidam gentium exercitus alius. & indebitè cogerētur pro itinerum sumptibus plus debito expendere: quod semper oderunt Reges nostri Catholici, qui pecuniam è loco ad locum magno illorum sumptu per cambia, ac euectiones, & permutationes Mercatorum, & Argentariorum, transferre consueuerunt.

Quæ verò de seruitijs personalibus nō deberi extra Regnum, diximus, sigillatim locum habent in bello, in quo Barones non tenentur
53 nisi bellum sit in Regno, & tunc† non est in potestate Regis petere seruitium, vel Adoham, q̄ prǣstatur loco seruitij, vt voluit Andr. de Iseru. in c. 1. §. Firmiter. de prohib. feud. alienat. per Frideric. & in cap. 1. §. Sed nec est alia iustior. nu. 34. Quæ sit prima caus. benefic. amitt. dico supra cap. 18. nu. 53. cum pluribus seq. & c. 32. num. 229. & seq.

Donatiua autem, quæ in dies imponuntur
54 in Regno, quomodo appellentur, qua ex† causa imponantur, & in cuius impositionis loco subrogata intelligantur, dico latè in consil. 1. per totum. Centur. 2.

ARGVMENTVM CAP. XXI.

Magistratuum creatio est de Regalibus. Quomodo apud Romanos fierēt, quo studio ad Principes, & ab eis vsq; ad Barones, & ipsos magistratus, potestas peruenerit. Quæ in Magistratibus creandis requirantur.

COMPENDIVM.

1 *Iurisdictionem omnem temporalem ab ecclesia depen dere quandoq; scripsit author.*
2 *Romanam gentem Reges prius rexere, deinde Magistratus.*
3 *Populus Romanus magistratus creabat.*
4 *Populi appellatione, & Patritij, & plebei veniunt.*
5 *Imperium non omnibus Magistratibus Romanis concessum erat.*
6 *Caroli Sigonij lapsus.*
7 *Senatores, patres etiam dicebantur.*
8 *Romani ob violentiam Lucretiæ illatam Reges vrbe repulerunt.*
9 *Potestas à populo translata est in Principem.*
10 *Quo vrbis anno vni Principi Romanus populus pa rere cœpit.*
11 *Quo die Augustus primò consalutatus.*
12 *Monarchia Græcè, vnius dominationem significat.*
13 *Potestas in vnum Principem venit.*
14 *Magistratus cuiuslibet iurisdictio, atq; potestas, etiā minima, à Principe manat.*
15 *Iurisdictionem concedit, Rex, Princeps, Respublica, lex, & consuetudo, legitimè præscripta.*

16 Ba-

CAP. XXI.

CVm aliquando in meis controuersiis, consiliisq; petente tunc Illustris. & Reuerendiss. D. Vincẽtio Iustiniano S.R.E. Cardin. olim
1 Dño meo, scripserim, iurisdictionẽ † oẽm, temporalẽ etiã, ab Ecclesia, eiusq; Sũmo Pontifice, depẽdere: ibiq; tradiderim, vnde tpalis iurisdictio exordiũ sumpserit, ibi: Deo Auspice, in 2. Centuria videbitur: Sat nunc erit, q̃tum sufficere videbitur, iurisdictionũ primordia, & cõstituendorũ Magistratuũ initia delibare, q̃tum propositi Axiomatis materia expostulabit.
Græcos, Latinosq; scriptores: nũc seq; licebit, illorũ scripta nunc referre sufficiat. Romanam
2 gentem † Reges prius rexere: Exactis Regibus, Dictator, Cõsules, Prætores, aliiq; Magistratus. Romulus vrbis Princeps, ne in Patricios, quos in Senatorum album creauerat, videretur esse propensus, populo aliquid concedere voluit:
3 Vt Magistratus crearet, leges † sciscеret, & bella decerneret. Testatur Dionys. Halicarnass. lib. 2. qđ & nouissimè firmauit Paul. Manut. in lib. de legib. Roman. dicens: Hoc à Romulo fuisse sancitũ, ne nimis in ordinẽ Patriciũ videretur esse propensus: datũ aliqd populo voluit, vt in eius suffragiis, Magistratus crearet, leges sciscеret, bella decerneret. Vñ Põpon. Læt. de Magistrat. Roman. c. de Potestate Senatus & Plebis. inqt: Populus Magistratus creabat, lege sanciebat, bella decernebat. Quod confirmat Pardulph. Pratæius in iuris prudentia veteri, Romuli. lege. 5. Populos (inqt) Magistratus creanto, leges sciscunto, bella decernunto. Hinc idem Pompon. Læt. in lib. de legib. in princip. dicit: Magistratũ dici cęptũ, cum à populo fuisset creatus Magister populi, idest Dictator: Quẽ è nostris sequitur Hierony. Cagnol. in l. 2. n. 164. & 253. ff. de origin. iur. vbi etiã ex eodẽ Dionys. Halicarnass. lib. 2. dicit, hoc cautũ fuisse à Valerio Publicola, vt q aliter q̃ à populo, Magistratũ acciperet, sacer esset. Corroboratur ex Plutarcho in illi⁹ vita, vbi inter cętera cauisse dicit: Altera, q̃ de sacrando capite eius, q Magistratũ absque populi suffragio cępisset. Cui se subscripsit Frãcisc. Hotoman. in Indice legum. in Valeria.
Nec vim aliquã facio in his, q̃ dicit Pratęius id facere potuisse populum, consentiente nõ Senatu. Istud enim ambiguitatem non habet, cum non dubitetur an plebs potuisset Magistratum creare: quia tunc illius declaratio erat

quærenda: minimè tñ id dubitandũ est in populo, cuius appellatione, & plebis infimæ, &
4 Patritij, & Senatores † cõphendũtur. ex dicto Iustiniani Principis. in §. Lex est. in verbo. populi. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. Quàmq̃ Vdalrichus Zasius in legũ Antiquar. Catalogo, nihil de creãdis Magistratibus à populo factũ fuisse scribat, sed tm̃ in suo Cõsulatu P. Valerium cauisse, Ne quis Romæ haberet Imperiũ, nisi cui à populo datũ esset: de Magistratu tñ sub silentio præterijt. Nec videtur nouum esse, si dicimus, Magistratum ab Imperio differre: cum nõ omnibus Magistratibus Romæ concessum esset
5 Imperium, † vt ex Historiarum lectione, etiam iuniores percipere possunt: & notant Doctores, præsertim Anto. Goueanus purgatissimus I.C. in l. Imperium. ff. de iurisd. omn. iudic. Non tñ silentio prætereũdum duxi ex iam dictis mirari me aliqñ solitum fuisse, cur Carolus Sigo-
6 nius. lib. 1. de antiq. iure † Ciuium Rom. cap. 20. asseruerit, sub Regibus, nullum in vrbe Magistratum fuisse, pręter Tribunũ cęlerum, (& secundum aliquos,) Quæstorem. Neq; enim Liuius, neq; Pompon. Lætus, alijq; omnes negarunt, centum Senatores lectos à Romulo, cuius consensu, atq; consilio oĩa gereret, quos ob ho-
7 norẽ Patres, ob ætatem † Senatores, appellauit. vt Fenestella de Magistratib. c. 1. retulit. de quo etiam Eutropius Rerum Roman. lib. 1. c. 4. Centum (inquit) ex senioribus elegit, quorum consilio oĩa ageret, quos Senatores propter senectutẽ, Patres ob similitudinẽ curæ, nominauit. Cumq; ad Senatores postmodũ nihil referret, elatus Victorijs, & Regnandi consuetudine tumidus, ab eis in Capreæ Paludibus, discerptus fertur. vt testãtur Plutarch. in Romulo. Lucius Flor. in Epithome. lib. 1. c. 1. Aymar. Riuallius Historiæ Iuris ciuilis lib. 1. c. 3. Prateius. vbi supra. Ferrandus Abduensis explicationũ lib. 1. c. 7. Paul. Manut. de Senatu c. 1. Publiũ itaq; Valerium Consulem in Collatini Consulis locum suffectum, hoc tm̃ cauisse refert Riuallius lib. 2. Quòd cũ bonis, capite sacraretur, q Regni occupandi consilia inijsset, q̃q̃ plebi, siue populo (vt eius vtar verbis) officia à Romulo concessa hæc fuerunt: Magistratus oẽs creare, leges sciscere, vel condere, deq; bello, paceùe decernere. Quod è nouissimis refert Panuinius in Reipub. Roma. Comment. lib. 2. Tm̃ igitur abest, vt si Magistratus Romuli non fuissent tẽpore, inanũ populo data potestas illos creandi fuisset, nec Regnũ sine eis administrare potuisset.

Idem itaq; populus vltionem Lucretiæ, pudi-
8 cæ mulieris, facturus, Reges destituit, vrbe † expulit, Bruto, & Collatino Ducibus, sublato Regum nomine. Exactis illis, ex perpetuo, vnoq; Rege, Annuos, & duos Consules, mutato Regũ nomine, creat, quibus summam totius Regiminis tradidit, penesq; ipsum populum ab exactis Regibus Summa Imperij stetit, quingentis circiter Annis, vsque ad Consulatum secũdum C. Iulij Cæsaris, sub quo libertas populo adempta est, & omnis postmodum ipsius potestas,
9 ab eodem populo, translata † est in vnum Principem. de qua Sext. Aurelius Victor in Octauiano, sic inquit: Anno vrbis conditæ septingentesimo vigesimo secundo, ab exactis Regi-
10 bus quadringentesimo † octogesimoq; mos Romæ repetitus, vni prorsus parendi: pro Rege Imperatori, vel solẽniori nomine, Augusto appellato. & Paul. Oros. lib. 6. c. 18. Anno, inquit, ab vrbe 726. ipso Imperante Cæsare Augusto, & L. Apuleio Cõsulibus, Cæsar victor ab Oriente rediens, Octauo Idus Ianuarij, vrbem Triplici Triumpho ingressus est: ac tum primum ipse Iani portas, sopitis oĩbus, finitisq; bellis ciui-
11 libus, clausit. Hoc die primũ Augustus † consalutatus est, quod nomẽ cunctis antea inuiolatũ, & huc vsq; cæteris inausum, Dñis tm̃ orbis licitè vsurpatũ, apicem declarat Imperij: atq; ex eodem die summa rerum, ac potestatum, pe-
12 nes vnu cæpit esse, & mansit, quod Græci † Monarchiam vocant. Quod sequitur parum variatis verbis Eutropius lib. 7. c. 2. Vnde omnis po-
13 testas venit in vnũ Principẽ, probatur † etiam in l. 1. C. de veter. iur. enucle. l. fin. C. de legib. l. 1. post princip. C. de offic. præfect. præt. in c. venerabilẽ. de elect. c. Ad Apostolicæ. de re iud. in 6. in Cle. 1. de iureiur. & in c. 1. §. Iudices. & §. Ad decus. de pace iuram. firmand. Probatur etiã Doct. authoritate, Andr. de Isern. in c. 1. in verb. Potestas creand. Magistrat. Quæ sint Regal. vbi prepposit. col. 5. Afflict. Hotoman. & alij. Oldra. in cõs. 69. in princ. Francisc. Marc. in decis. 187. nu. 2. vol. 1. Lancellot. Conrad. in Templo Iudicum. lib. 1. c. 1. §. 4. in verb. Legem generalem. nu. 3. Marc. Anton. Natta in consil. 512. nu. 1. & 4. & in consil. 636. nu. 15. vol. 3. Quæli-
14 bet enim cuiuslibet etiam minima † Magistratus iurisdictio, atq; potestas cõferri ab alio nõ potest, pręterq̃ à Principe, vel eius authoritate mediata, vel immediata. arg. l. Et qa. ff. d iurisd. omn. Iudic. Alex in l. 1. nu. 11. in fi. ff. eo. tit. & in l. Imperiũ. nu. 9. ff. eo. tit. Bal. in vsibus Feud. in tit. de Allodijs. nu. 2. Idẽ Bal. in pace Constantiæ. §. In iurisdictione. Vt non immerito solus Rex, Princeps, Respublica, lex, aut consuetudo
15 legitimè p̃scripta, iurisdictionẽ † cõcedãt. c. 1. de offic. ord. c. Cũ cõtingat. vbi Panor. de offic. ord. Cõrad. in Tẽplo oĩum iud. vbi sup. in verb. Iurisdictiones cõcedit. n. 1. & 2. Io. Frãcis. Paui. d potestat. Capit. sed. vac. p. 1. princ. q. 2. Nicol. Boer. in cõsuetud. Bituricẽs. tit. de iurisd. omn. iudic. §. 1. & Barthol. d Cassen. in cõsuetud. Burgund. rub. 1. in verb. es Droicts d'icelles. n. 101. Ab ipsis demũ Principibus, & alijs diffunditur iurisdictio, & potestas in alios Dños, & Barones, gradus inferioris, & minoris p̃rogatiuæ, ve-
16 lut in quosdã riuulos † pẽdẽtes ab oĩum fonte Principe: sicut olim à Romano populo manabat,

bat, ità nūc à Principe post trāslatā in ipsum à
populo potestatē: Qui (vt ait Plinius Nepos in
Epistolis) pro vtilitate cōmuni, solus oīum cu-
ras, laboresq; suscipit. Ex illius itaq; fonte, sa-
lubri tēperamento ad nos decurrere videtur.
vt inqt Claud. Cantiūcula de offic. Iudic. lib. 1.
& 2. Nullamq; dubitationē habet, iurisdictio-
17 nem † oēm, mediatè, vel immediatè à Principe
ortū habere: vt in d.c. 1. Quæ sint Regal. & scri
bit Bal. in c. 1. §. Ad hæc. de pac. iur. firman. Fran
cisc. Marc. in decis. Delphin. 278. nu. 3. & in de-
cis. 616. vol. 1. latè M. Anton. Natta in cons. 636.
nu. 126. vol. 3. Ludouic. de Molina de Hispano.
Primogen. lib. 1. cap. 25. nu. 12. par. 1. M. Anton.
Peregrin. de iure Fisci. lib. 1. titul. 1. num. 10. &
seq. Anton. Capic. in inuestit. Feudal. tit. Feud.
clausulæ. § Quod possit creare Capitaneos. Id-
18 circo propria appellatur † Iurisdictio, q̄ manat
à Principe: vt voluit Cassidor. lib. variar. 6. cap.
15. & Io. Ferrarius Montan. in vsus feudorum.
lib. 6. cap. 4. de quo latè Petr. Nunius de exe-
quendis mandatis Regum. cap. 1. nu. 1. 2.
A Baronibus postmodum manat in officiales,
19 & Magistratus: & ideo Principes, Duces, † Mar
chiones, Comites, & Barones, ex eorū priuile-
gijs, & diplomatibus, magistratus, & officiales
constituunt, in eorū Ciuitatibus, Oppidis, Ca-
stris, & villis: maximè in Regno Neapolitano
20 per Cōst. Regni. † Ea, q̄ ad Decus. vbi glo. Iser.
& Affl. & voluit Capic. in d. §. Quòd possit cre-
are Capitaneos. fol. 128. & faciunt, q̄ etiam di-
ximus de Magistratuum edictis. lib. 1. c. 1. per
totum. & nouissimè Petr. de Gregorio Siculus
de Feud. concess. parte 1. q. 10. num. 12. & 13.
Et dum in dicto c. 1. Quæ sint regali. dixisset
Imperator. potestas creandorū Magistratuum:
21 subiunxit (Ad iustitiam expediendam) † Hoc
opus, hic labor est, qui sunt hi magistratus, qui
iustitiam expediāt, verè dicere possumus cum
Virgilio lib. 1. Aeneidos.

Apparent rari nantes in gurgite Vasto.

Iudices enim, ac Magistratus, qui iuri dicundo
sunt propositi, à Iudicij redditione aberrare,
qñq; nonnulla concutiunt. Nā Iustitiæ doctri-
na (vt in Sophista Isocrates est author) literis
22 disci nequit. † Summū in hac vita bonum iusti-
tiam tñ est, seruare. c. Cum deuotissimam 12. q.
2. Iustus enim non solū in operibus suis in hac
vita splendescit, vt dicit Salomon Prouerb. c. 4.
dum ait: Iustorum semita, quasi lux splendens
procedit, & crescit vsq; ad perfectam diem. Et
Dauid Psal. 91. Iustus, vt palma florebit, sicut
Cedrus Libani multiplicabitur. Et iterū Ps. 96.
Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. Sed
etiam perenniter in alia vita: iuxta illud Psal.
105 Beati, qui custodiunt iudiciū, & faciunt iu
stitiā in omni tēpore. & iterū Psal. 111. In me-
moria æterna erit iustus, ab auditione mala nō
timebit. Et Salomon Prouerb. c. 10. Benedictio
Domini super caput iusti. & cap. 20. Iustus, qui
ambulat in simplicitate sua, beatos post se fi-
lios de relinquet. Et Sapientiæ c. 3. dicitur: Iu-
storum animæ in manu Dei sunt, & non tanget
illos tormentum mortis. visi sunt oculis insi-
pientium mori, illi autem sunt in pace.
Sex autē sunt (meo iudicio) q̄ Iudices, ac Ma-
gistratus, qn Iustitiā exhibeant, impediunt: &
qui ijs mouentur à iustitiæ scopo aberrant, &
in maximos præsentis vitæ errores dilabūtur,
ac in alterius æui perēnitate, pœnis cruciabun-
23 tur æternis. Hos igitur sex scopulos † fugiāt, ne
Præce, Prætio, Amore, Odio, Ira, aut Timore, &
formidine, moueantur, qui perennibus aquis
immergi, aut naufragium pati nolunt.
Præce moueri non debet Magistratus ad iu-
stitiam faciendam, populisq; ministrandam, cū
ad illi⁹ exhibitionē ex officij debito, teneatur.
Præces enim multa operantur: Hinc ad præces
24 Bethsabeę matris, Salomō † dedit Adonię Abi-
sag Sunamitidē. vt patet 3. Reg. c. 2. Sic etiā An
tiochenses p̄cibus flexerunt Regē Demetrium,
25 ne Iudęi, † ciues suos amplius occiderēt, vt ha
betur Machab. lib. 1. c. 11. Nec etiā pauperum
26 misericordia, aut p̄cibus † moueri debet. Vnde
Exodi c. 23. Pauperis etiā non misereberis in
iudicio. & iterū ibidē: Non declinabis in iudi-
ciū pauperis. & Leuit. c. 19. Nō cōsideres cau-
sam pauperis, nec honorē multū potentis. Nec
enim faciēda est ob aliquorū deprecationem
acceptio in iudicio. Hinc dicitur Prouer. c. 18.
Accipere personā impij in iudicio, non est bo
nū, vt declines à veritate iudicij. Vnde Aurel.
Cassiodor. sup illud Ps. 14. Et operatur iustitiā.
Iustitia (inqt) nō nouit patrē, non nouit matrē,
veritatē nouit, p̄sonā nō accipit, Deū imitatur.
& Sallust. In Catilin. inqt: Oēs hoīes. q de rebus
dubijs consulunt ab Odio, Ira, Amicitia, atque
Misericordia vacuos esse decet. Vnde Terent.
27 in Comędia vltima ait: Iudices sæpe † propter
inuidiā adimunt diuiti, aut propter misericor-
diā addunt pauperi. & August. in Apologetic.
lib. 1. Nec omisso iudicio sis etiam pauperi in
mala causa misericors: cui si parcis, cultello
p̄cutis cor, & tantò nequiorem reddis, quantò
iustū sibi fauere videt. Et lachrymis Iudex mo-
ueri nequit, q̄ pro verbis, & misericordia, qñq;
deseruiunt. iuxta illud Ouidij. lib. 3. de Ponto.

Interdum lachryma, pondera vocis habent.

Debet enim lachrymis viam amputare, & sta-
tim repellere, ne ob illas ad petita conceden-
28 da † facilè moueatur: quia iuxta illud eiusdem
Ouidij de Arte Amandi. lib. 1.

Et lachryma prosunt, lachrymis Adamāta mouebis.

Vnde quàm maximè operationis, illas esse as-
seruit idem Ouidius de Ponto lib. 1.

Quodq; facis, lachrymis opus est, nō sanguine, dixit.
Sæpe per has flecti Principis ira solet.

Optimè igitur Callistrat. in l. Obseruandū. ff. de
offic. præsidis. Neq;, inquit, pręcibus calamito-
29 sorū † illachrymari oportet: id enim nō est con
stātis, & recti Iudicis, cuius animi motū, vultus
detegit. de quo, & Ambrosius lib. 1. officiorum.

& habetur in c.Est iniusta.23.q.4. Itaq;(inqt) si qs Latronē, filijs depcantibus motus,& lachrymis coniugis eius inflexus, absoluendū putat, cui adhuc latrocinandi aspirat affectus: nonne innocētes tradet exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem? Hinc rectè Diodor. Sicul.
30 lib.2.Sanè(ait)Oratorum† ars, Hypocritarum fraudes,lachrymę periclitātiū,multos à recto, veroq; iudicio auerterunt:Quinimmò si potentū,ac magnatum pcibus iudex non moueatur, vtiq; & illi eius famā magnificabunt,vt dicunt Dñi de Rota in antiq. decis. 820.de hoc etiam Philo Iudęus in lib.de Iudice:Præter iam dicta (inqt)&aliud qddā mirādū pcipitur,ne in iudicio misereamur pauperē. Et paulò post ibidē. Nā miseratio debetur infęlicib.qsqs aūt spōte malè facit,nō infęlix,sed iniquus est:cęterū iniqs pęna ponitur, sicut iustis honor, & pmiū.
Prætio aūt, vltra pmissa stipēdia, ad iustitiam
31 faciendā,moueri iudicē† pniciosissimū est.Inde ēt si qs iustā sniam ptio tñ, proferat,nullius erit momenti qđ facit, ac simoniā cōmittit,vt ex D.Gregorio habetur in c.Qui rectè.11.q.3. & ex D.Augustino ad Macedoniū in c.Non sanè 14. q.5. & illa snia venalis, venaleq; iudiciū
32 dicitur, ac nullitati† subiacet. c. Ei qui.§.Venales 2.q.6.& c.Nō licet.11.q. 3. Cito violatur auro iustitia,nullamq; reus pertimescit culpā, quā redimere numis existimat. c.Pauper 11.q.
33 5.Venalē enim sniam nullitati†subiacere,notorium est. c.Vendentes 1.q.3. Glos. in c. Cum æterni.de sent.& re iud.in 6.l.Venales. C.quādo pnocar.non est necess.Paris de Put.in tract. de Syndicat.§.Corruptio.Nicol.Boer.in decis. Burdegal.153 Sebastia.Vant.de nullit.titul.de nullitat.ex defect.process.nu.135.& seq.Aluar. Pelag.de Plāctu eccles.lib.2.c.41.vers.Quadragesimo tertio. Et ego multa dixi ad hunc propositū,& sacris eloquijs, & Historijs.de Compromiss.§. 3. glos.4.nu.95.cū pluribus seq.quibus addenda sunt, q̄ habētur Deuter.c.27.Maledictus,qui accipit munera,vt percutiat aīam sanguinis innocentis,& dicet omnis populus. Amen.& lib.2.Paralipom.c.19.dicitur, Nō esse apud Deum cupidinē munerū. Vnde iudex impius,qui cupidus est,deridetur. Prouerb.c.17. Munera de sinu impius accipit,vt peruertat semitas iudicij. Ex quo, vt dicitur Ecclesiastici c.20.Xenia,& dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore,auertit correctiones eorū.Et Isidorus dicit: Humanū peruerti iudiciū inter cętera ex auaritia,cupiditate, & præmio muneris alicuius,vt dicatur quē corrūpi.Idem
34 Soliloqor.lib.1.c.1.Perimit leges auaritia† iudicātiū,pmia,& dona legibus iura tollūt, vbique pecunia vincit, vbiq; venale iudicium est. Sic inqt Innocent.Papa,in lib.de Miseria hoīs.
35 Iudices mali,non attēdūt merita causarū,†sed pecuniarū: non iura, sed munera:nō iustitiam, sed pecuniā. Et Cic.in lib.de Orat.inqt:Plures hoīes iudicare cupiditate. Hinc nō solū amor, & odiū,sed propriū cōmodum,operatur q̄ iudex verū non cognoscat, vt inquit Aristoteles in lib.1.Rhet. Ob hāc causā Solō leges Ataneas
36 rū† telas esse dicebat, in qbus,si qđ debile inciderit,retinetur: Graue aūt, tela rescissa, pertrāsit,vt inqt Diogenes Laertius lib.1.in Solone. Qđ & Anacharsi Scythæ etiā tribuit, Valer. Max.lib.7.c.2.Vndè bene Horatius lib.2.Serm.

Dicam si potero, malè verum examinat omnis
Corruptus Iudex.

Propterea Philo Iudęus in lib. de Iudice: Secundum (inquit)Iudicis præceptum est,ne accipiat munera:nam munera(vt lex ait)excęcāt oculos, officiunt iustitiæ, mentem à recta via cogunt decedere. Iustum itaq; iudicis munus esse honestum, & æquum præferre vtilitati,describit Horatius lib.4.Carminum, Ode.9.

Sed quoties bonus, atq; fidus
Iudex honestum prætulit vtili,
Reijcit alto, dona nocentium
Vultu, & per obstantes cateruas
Explicuit sua victor arma.

Iudicē rectū,ac iustitiæ administratorē refert
37 Ambrosius in lib.de offic.Iustitiā†illam esse,q̄ propriā vtilitatē negligit, vt seruet cōmunem æquitatem. Et idem Ambrosius in lib.de Paradiso dicit:Veram iustitiā magis alijs prodesse, q̄ sibi,& vtilitates suas negligit,cōmunia emolumenta praeponēs. Hinc Mosem cauisse refert Iosephus Antiquit.Iudaic. lib.4.cap.vlt.Vt iudices,quicquid decernerent,valere debeat,nisi cōstaret,pecunijs fore corruptos. Sed in decorū est,cum ob iudicum corruptionem, pessimi dimittuntur, &boni pauperes vltrici censura psequūtur:de hoc rectè Iuuenalis Satir.2.

Dat veniam coruis, vexat censura columbas.

Et Terent.in Phorm.actu vlt. Non rectè (inqt) Accipitri tēditur, neq; Miluo,Qui bonis malè faciūt nobis:Illis,q nihil faciūt, tenditur. Hæc pulchra verba protulit Alanus in lib.de Complanctu naturæ. Si aūt(inqt)iudicis,vel Aduo-
38 cati sulphuret†pecunia,Orphei Lyra,Carmen Amphionis,Musa Virgilij, voce pecuniæ suffocantur.quid plura? Vbi nummus loquitur,Tulliani Eloquij tuba raucescit: vbi nūm⁹ militat, Hectoreæ militiæ fulgura compescuntur: vbi pugnat pecunia, virtus expugnatur Herculea. Nūmus vincit, Nūmus regnat,nūmus imperat vniuersis. Hæc Alanus.Oporteret idcirco Imperatores,Reges,& Principes oēs esse Camby-
39 ses,†vt sedentiū sellas in Tribunalibus ex hominum Corijs facerent, vt mętu vnius iniqui iudicis,alij rectè, & purè viuere addiscerent. De hoc Herodotus Historiar.lib.5.& ego dixi De Magistrat. Edictis.lib 2. cap.8. Sed conspicio Principes omnes, & Superiores eorū con-
40 scientias† exonerare, visitatores optimo zelo destinare, Magistratuumque, & illorū operum recognitores, vt illorum bona acta, præmijs honestentur, mala verò pœnis debitis coerceantur. Sed nescio, quo fato, ædificium optimis

mis fundamētis compilatum citò corruat: Hic
tñ ſilentio conticeſcam, quia , & ego viſitato-
rū Regiorum officijs incubui,& adhuc ea meſ-
ſis in herba eſt, & nunc dum iſta prælo dantur
apud Bruſios, ſiue Calabros etiā Regiæ Viſita-
tioni incumbo. Quò vero ad Magiſtratuum ad-
miniſtrationes, id mihi denuò recantandū eſt:
vel diuites illos præponendos eſſe, vel paupe-
41 peres,ſcientia,& morum † honeſtate probatos:
ambos verò,magnis præmijs,ac ſalarijs confer-
uandos, vt furandi materiā, & licitandi iuſti-
tiam,euitare poſſint, ac omnis tollatur occaſio
perperā faciūdi,aliaue ſalubria remedia adhi-
beantur: de qbus latiſſimè ſcripſi de Magiſtrat.
editis lib. 1. c. 11. Quæ concludi poſſent cum
Petronio arbitro in Satyra dum inquit:
Ergo iudicium, nihil eſt, quàm publica merces.
Quotus enim quiſq; Magiſtratū hoc modo, &
forma ſibi vſurpat,dici poteſt: Virtutem,ac Sa-
pientiā,Teſtudine vinci: Hoc eſt nūmo teſtudi
nis imagine inſignito : quorū vſus apud Pelo-
ponneſos fuit : vt poſt Iul. Polluc. Auguſtinus
Niphus eſt author in libell.de Diuitijs.cap.13.
Vnde Demon ille Apollini Pythio cōcluſus,di
42 cebat: Argēteis † pugna telis, & omnia vinces,
Amore aūt Iudicū Decurias diuerſimodè mo-
ueri,iam ſatis eſt cognitum, quia & eo iuſtitia
43 † peruerti ſolet. Amore enim,& ſanguinis af-
fectione,amicorum,cōiunctorū, propinquorū,
& præterea mulierum,nonnulla fieri videmus,
quæ ſunt ſatis incongrua, in ipſorum gratiam,
& animi affectū. Vndè Iſidor. de Summo bono
lib.3. c.58. Amore, rectum peruerti iudicium,
44 inquit, dum † Amico, aut propinquis placere
contendimus. Habetur.in c.1.3.q.5.c.Quatuor.
c.Quicunq; 11. q.3.plura Andre.Tiraq. de pę-
nis.cauſ.51. nu.65.& iterum nu. 81. Commiſe-
rationē namq; excitant,affectuſq; mouent, vbi
Puerorū,vxorū, amicorū, cæterorūq; ſimilium
inductiones, magno ijs adiumento eſſe ſolent.
vt inquit Hermogenes Tarſēſis in Rhetor.lib.
41 1.de Statibus.c.14. Et quēadmodū amātes † de
forma iudicare non poſſunt,quia ſenſū oculo-
rū pmit amor: ità omnem ſingtendæ veritatis ra
46 tionē Iudex † amittit occupatus affectibus,æſtu
fertur, & velut rapido flumini, obſequitur. vt
dicit Fab.Quintil.Inſtit.Orator.lib.1.c.4. Idcir
co eos,qui de rebus dubijs conſulunt,amicitia
vacuos eſſe debere, dicit Salluſt.in Catilin. Sic
etiam amor mulierum,multos ducit ad perdi-
47 tionem,& magnas † afferre ſolet calamitates,
Pauſanias lib.1. Sic Appius Claudius,& eius oc
caſione, oēs decēuiri officio functi ſunt. Ideo
Cic.lib.4.Tuſcul.Quæſt.dicit: Nullā eſſe profe-
cto animi ex perturbationibus vehementiorē,
quàm amorem. Hinc Diodor.Sicul.lib.1. Vide-
re quidem licet, aut errore, aut affectione ali-
qua, aut miſericordia, aut oratione dicentis,
ſæpius reos fuiſſe ab Iudicibus abſolutos.
Odio verò aliqua Magiſtratus facere,pernitio-
ſum eſt: qa quēadmodū, qui affectu , aut amore
obſtringitur ad iudicandū,perperā agit, ſic per
odiū,affectui,& amori contrariū itidē erit. Iu-
dex enim,qui non ex iudicij amore,ſed liuore
48 odij,ſnīam profert,iniuſtū † facit iudiciū.c.Epi
ſcop⁹.§.fi.11.q.3. Quatuor enumerat Iſidorus,
p q̄ humanū peruertitur iudiciū, quorū vnum,
odiū eſt.vt in d.c.Quatuor 11.q.3. Ità Ariſtote-
les lib.1.Rethoric.dicit : Odium,amor,& pro-
prium cōmodū, cognoſcere verū non faciunt.
Odio,& alijs moueri ad iudicādū aliquos, dā-
nat Cic.in lib. de Orat. Vnde laudem maximā
tribuūt Hiſtorici M.Aemilio Lepido,& Fuluio
49 Flacco,ampliſſimis viris,ac ſūmo loco † in Ci-
uitate pditis,& nobili genere, q cū grauiſſima
ſimultate, atq; odio, diū inſimul cōflictarētur,
Magiſtratu cenſuræ honeſtati , ſtatim , & odia
depoſuerūt,inſimulq; cōplexi: exiſtimātes viri
ampliſsimi non oportere eos in priuatis odijs
diſsidere,cū eſſent publica poteſtate iuncti: vt
refert Valer.lib.4.c.2.& Aul.Gel.Noct.Act.lib.
12 c.8. Idē etiā tribuūt Sex.Liuio Salinatori,&
Claudio Neroni, q cū odio ſimul diſſentirent,
50 † & Neronis cauſa Salinator exiliū ſuſtineret:
poſt octo annos ab exilio reuocatus, Neroni in
conſulatu collega datus, oēs odij ardores di-
mittentes,& priſtinæ ſimultatis obliti, publici
Magiſtratus munijs,omni animi cōcordia,atte-
dētes,deinceps ſemp amore cōplexi ſūt: vt eſt
author idē Valerius vbi ſupra. Omitto multorū
Principū exēpla, q ſimultates, & odia ptermi-
ſerunt: vt Alphonſi Regis Caſtellæ cū Alphōſo
51 † Rege Legionis: Raymūdi,& Garziæ Nauarri:
Nicolai II. Pōtificis, & Roberti Guiſcardi: Ca-
roli VI. Galliæ Regis,ac Richardi Regis Britā-
niæ: Renati Ducis Lotharingiæ,& Antonij Co-
mitis Vadimōtis: Caroli Aurelianenſis, & Phi-
lippi Burgūdi Ducū: Ludouici Galliæ,& Odoar
di Britāniæ Regū: Ludouici Gōzaghæ Māruæ,
& Barnabæ Vicecomitis Mediolani Principū:
Galeatij Vicecomitis, & Actij Eſtēſis Ferrariæ
Ducis: Lothi Biſani,& Obiecti Spinulæ: Sfortiæ
Attēduli, & Pādolphelli Alopi: Petri Fulgoſij,
& Io.Philippi Hifcu: Alphonſi Siciliæ Regis,&
Philippi Mariæ Ducis Mediol. Herculis Ducis
Ferrariæ , & Federici Ducis Mantuæ: Quorum
Principū,extincta odia,& ſimultates cancella-
tas deſcribit Baptiſta Fulgoſ.lib.4.c.2. Et in ſū-
52 ma,iuſtitia haud odio,ſed bono tm̄ zelo † exer
cenda eſt.c.Sex.23.q.3. Quia æqui iudicis eſt,ni
hil in odium alicuius audire,vel in gratiā,ſed
ſincerè ad ius reddēdū in cauſa,oīa expēdere,
vt inqt Plutarch. in lib.de offic. auditoris. Cui
concinunt verba Sophoclis in Aiace dum ait:
Nec te violentus animus vllo modo cogat
in Odiſſe quempiā tantopere, vt iuſtitiam conculces.
Ira verò Iudicē excandeſcere,nō debere,ſed il
lā mitigare, illāq; potius,miſericordia,& æqta-
te cōmiſcere ſalubri⁹ eſt: Illi etenim laudabiles
53 iudices appellātur, in qb⁹ † nō ira,nō furor,ſed

ratio dominatur. c. Illa c. Ira c. Cũ apud Thessalonicam. c. Summopere. 11. q. 3. c. Siquid 15. q. 7. c. Siquid 86. distinct. Vnde in lib. de Orat. Cic. inquit: Plura multò homines iudicāt odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua promotione mentis, q̃ veritate, aut præscripto, aut in eis norma aliqua, aut iudicij formula, aut legibus. Et Sallust. in Catilin. inter alia, Ab ira vacuos dicit esse debere eos, qui de dubijs rebus consulunt. & Cic. lib. offic. 1. In iuris (inquit) æqualitate exercenda, etiam est facultas, & altitudo animi, ne irascamur, aut intempestiuè accedētibus, aut imprudenter rogantibus in morositatem inutilem, & odiosam incidamus. Hinc celeritatem, & iram
54 † dicit ad bene consulendum esse contrarias Tucydides belli Peloponesiaci. lib. 3. Quàm pulchrè de Ira scribit Lactan. Firmia. Diuinar. Institut. lib. 6. cap. 19. dicens: Tres sunt igitur affectus, qui homines in omnia facinora præci-
55 pites agunt, Ira, Cupiditas, † Libido. Propterea Poetæ tres furias esse dixerunt, quæ mētes hominum exagitant, Ira vltionem desiderat, Cupiditas opes, Libido voluptates. Et post pauca dicit: Sed rerū imperiti, & rationis ignari, eos affectus, qui sunt homini ad vsus bonos dati, exterminauerunt, & latius q̃ ratio postu-
56 lat, euagātur; † indè iniustè, atq; impiè viuitur.
57 Vtuntur ira contra pares; hinc† dissidia, hinc expulsiones, hinc bella contra iustitiam nata sunt. Vtuntur cupiditate ad cōgregādas opes;
58 hinc fraudes, † hinc latrocinia, hinc omnia scelerum genera orta sunt. Vtūtur libidine ad ca-
59 piendas tm̄ voluptates; hinc† stupra, hinc adulteria, hinc corruptelæ omnes extiterunt. Quicunq; igitur illos affectus intra fines suos redegerit, (quod ignorantes Deum facere non possunt) hic patiens, hic fortis, hic iustus est. Hæc Firmianus. Nec mirum est, Iudicem ab iracundia alienum esse debere, cū Iudex ratione moueri debeat, quæ in iracundo minimè reperitur: Vnde Terent. in Adelph. inquit:

Ah me miserum, vix sum compos animi
Ità ardeo iracundia.

Et in Heautontimorumeno.

Præ iracundia
Menedeme non sum apud me.

Hinc Gregor. lib. Moralium 5. inquit: Per iram sapientia perditur, vt quid, quoue ordine agendum sit, nesciatur. Cohibenda itaq; erit ira Iudicum, ne insipientes, aut inordinati reputentur: seruentq; illud Architæ Tarentini, qui villico iratus, Iam te, (inquit,) cæderem, ni iratus essem. Cuius meminit Valer. Max. lib. 4. cap. 1. Andreas Eborensis exemplorum, tit. de animi moderatione. Et ante ipsum Hierony. in Ioelem Propheram. cap. . Est ira (inquit) quæ iustitiam Dei non operatur, & furori proxima menti suæ vim eripit, intātum, vt labia tremāt, dentes concrepent, vultus pallore mutetur. Et idcirco rectè Cic. lib. offic. 1. Prohibenda (ait) est maximè ira in puniendo: nunquàm enim, qui iratus accedit ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium, & parum. Vnde Claudianus inquit:

In iaculum quodcunq; gerit, dementia mutat:
Omnibus armatur Rabies, pro cuspide ferri
Cuncta volant, dum dextra ferox in vulnera sæuit,
Pro telo geritur, quicquid suggesserit ira.

Et Valer. Flaccus lib. 2. Argonauticon:

Hirtaq; gentis pallentibus ira,
Et Dolus, & Rabies.

Et Statius lib. 7. Thebaidos:

Primis salit impetus Amens
E foribus, cæcumq; nephas, iraq; rubentes.

Propterea Isocrates ad Nicoclem de Regno.
60 Orat. 2. dicit, quòd Iratus nihil faciat. † Quia, vt Planudes vulgato versiculo inquit:

Impedit ira animum, ne possit cernere verum.

Timore autem affici Magistratum, imperiti, atq; debilis hominis est, & ad iustitiam exhi-
61 bendam, inepti. † Hinc Ecclesiastici cap. 7. dicitur: Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute disrumpere iniquitates: ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. Isidor. de summo bono. lib. 3. cap. 58. inter alia, quibus peruertatur humanum iudicium, dicit esse timorem: dum potestatis alicuius metu, ac panore, veritatem loqui pertimescimus. & Cic. in lib. de Orat. Iudici à timore præcauendum fore dixit. Constat autem viros iudicandi muneri præfectos fortitudine egere. iuxta illud Platonis lib. 2. de legib. Fortitudinis (inquit) quia nō debet propter ignauiam, & formidinem ex eodem ore, quo iudicaturus, Deos inuocauit, ignauiter iniquū iudicium promulgare. Ità etiam Cic. in Orat. pro Sextio. Sudandum est ijs, qui Magistratum gerunt; Pro communibus commodis, adeundæ inimicitiæ, subeundæ sæpè pro Republica tempestates, cum multis audacibus, improbis, nonnunq̃ etiam potentibus, dimicandumq; quæ quidem sine fortitudine fieri non queunt. Quàm pulchrè Platonizans Philo Iudæus in lib. de Iu-
62 dice. Is, inquit: qui ad iudicandum,† ascendit Tribunal, iudicari se non minus, q̃ iudicare cogitet: & vna cum potestate assumat Prudentiā, ne decipiatur. Iustitiam, vt suum cuiq; tribuat, Fortitudinem, ne flectatur precibus, aut misericordia, quominus animaduertat in cōuictos sceleris. Nec possit dicere illud Terētij in Andria. Vix sum apud me, ità animus commotus est metu. Quantam timor potentiam habeat exprimit Martialis lib. 11.

Quid? si me tonsor, cum stricta nouacula supra est,
Tunc libertatem, diuitiasq; roget.
Promittam? nec enim rogat illo tempore tonsor:
Latro rogat, res est imperiosa timor.

Sed vt rectè Virgil. lib. 4. Aeneid. inquit:

De-

Degeneres animos timor arguit.

63 Ideo, & resecandus, & de medio† tollendus timor, vt dicit Ouidius lib. 3. de Ponto.

Desine mitem animum, vano infamare timore,
Saua, quid in placidis saxa vereris aquis?

Concinũt dicta Io. Chrisostomi in sermone de S. Io. Baptista dum ait: Facile deuiat à Iustitia, qui in causis, non Deum, sed homines pertimescit. Vndè benè Horatius lib. 3. Carmin. Ode 3.

Iustum, & tenacem propositi virum
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus instantis Tyranni,
Mente quatit solida: neq; Auster
Dux inquieti turbidus Adriæ;
Nec fulminantis magna manus Iouis,
Si fractus illabatur orbis
Impauidum ferient Ruinæ.

Seruare autẽ, atq; amplecti oportere Iudices, ac Magistratus ad iustitiæ expeditionem electos, quæ scribit Anselmus in lib. Cur Deus ho-
64 mo, qui ait: Iustitia † est animi libertas, tribuẽs vnicuiq; propriam dignitatem, maiori reuerentiam, pari cõcordiam, minori disciplinam, Deo obedientiam, sibi sanctimoniam, inimico patientiam, egeno operosam misericordiam. Hęc Anselmus. Et ego Iudicum memoriæ reducerem, ꝙ recordentur, mortales se esse, ex terra natos, ibidem regressuros, & post non longi temporis spatium morti proximos, ac in Iudicij vltimi die, ob modicam huius vitę lętitiam, exactam rationem redituros: & qui iniquè iudicauerint, perpetuis pęnis addicẽdos; & quò maiora, altioraq; gessere negotia, eò maiorem & strictiorem rationem redituros: Perquirendosq; an populum Dei neglexerint? an grauamina importabilia iniunxerint? an manus humano sanguine consperserint? illorumq; cruorem indebitè effuderint? an bona illorum discerpserint? an pecunias diuitiasq; subditorũ corraserint? CHRISTVS Summus Iudex afferet illud Ezechielis. cap. 34. Lac comedebaris,
65 † & lanis operiabamini: & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis: & quod ægrotum non sanastis: quod confractu est, nõ alligastis: & quod abiectum est, non reduxistis: & quod perierat, non quæsistis: Sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Et alia, quæ ibidem describuntur; q̃ si commemorarent, rectum facerent iudicium, & iustitiam. Multa ad hoc propositum, dum transcribuntur, vidi scripsisse Illustrem, ac Reu. Virum Paulum Regium Episcopum Equensem Dialogo 4. & 7. par. 2. quos pulchrè Italo idiomate de miseria humanæ vitæ conscripsit.

ARGVMENTVM CAP. XXII.

Argentariorum officium quod? Argentariæ intelligentiam, reiectis diuinationibus aliquorum Doctorum explicantur. Aliqua, quoad materiam cambiorum enucleantur. Argentariorum officium, an sit de Regalibus?

COMPENDIVM.

1 *Argentum appendix est ad Iudices.*
2 *Intellectus c. 1. in verb. Argentariæ. nu. 3. 4.*
4 *Argentarij, sunt publici Bancherij.*
5 *Argentarij officium, publicam causam cõtinet. nu. 14.*
6 *Argentariorum, & Nummulariorum officium à Fisco proponebatur.*
7 *Argentarios, ac Nũmularios Romæ primus omnium Tarquinius Priscus Rex instituit.*
8 *Argentariorum loco, sunt hodie publici Campsores, & Bancherij.*
9 *Taberna Argentaria quæ? nu. 14.*
10 *Mensarij, siue Mensularij ab Argentarijs diuersi erant vt sibi persuasit Sigonius.*
11 *Caroli Sigonij opinio improbata.*
Quinque viri Mensarij qui essent, & quod illorum officium? & ad quid creat.? nu. 12.
13 *Commissarij redẽptionales Regij adinuenti per Magistratus Regios in Regno Neapolitano, qui mittuntur ad vrbes, ac loca graui mole debitorum oppressa, similes sunt, Romanorum olim viris Mensarijs.*
14 *Argentarij publicas, non priuatas rationes administrabant.*
15 *Argentarij ex publico à Principe constituebantur.*
16 *Argentarij fidem publicam cum haberent, & ideo fideles iudicabantur.*
17 *Decoctores, quos vulgo (Banchi falliti) vocamus, ad bonorum cessionem non admittuntur.*
18 *Decoctores dicũtur, solum vertere, & quid hæc verba significent?*
19 *Decoctores dicuntur, Foro cedere, & quid illa verba significent? nu. 20.*
Intellectus l. Si hominem. §. Quoties. ff. deposit. & l. fi. ff. de curat. bon. dand.
20 *Foro cędere, quid significet?*
21 *Argentariorum, ac Nummulariorum officium, & Campsorum, quid continet?*
22 *Campsum, cambium dicitur. ex Ennio Priscianus.*
23 *Campsores idest Permutatores.*
24 *Campsores de iure ciuili ex cambio fænus recipiebant.*
25 *Cambij iure, an absque peccato aliquid recipiatur vltra sortem?*
26 *Cambiorum subtilis, & perplexa materia, ipsis ferè tantum mercatoribus cognita, à Doctoribus, ob negotiorum subtilitates, & perplexitates, vix intelligibilis.*
27 *Cambij exercitatio delicentia Principis exercenda.*
28 *Contra leges ciuiles solus Princeps statuit.*
29 *Ferdinandi Fornarij I.C. Regentis, & Locumtenentis Magni Camerarij laudes.*

CAP.

CAP. XXII.

FRidericus Imperator, q̃ prouidè post Ma-
gistratuum creationes in c. 1. Quæ sint Re-
gal. Argentariam subiunxit, quasi argentũ ap-
1 pendix veluti† quædam sit ad Iudices.
Multa ad illius textus intelligentiam ibidem
2 effuderũt Andr. de Iser. & alij Doctores: †cun-
cta tamen illorum dicta, tendunt ad Aurifodi-
nas, minerasq; Argẽti, Aeris, Ferri, ac similium,
meoq; iudicio contra Imperatoris mentem, &
extra scopum, nisi mea me fallat opinio, & nisi
ipse errem, vt alij.
Doctores nostri, quoad illius textus declara-
tionem, non considerauerunt Imperatoris di-
cta, cuius intentio fuit aperire, ac patefacere
3 illa tantum†capita Regaliorum, quæ illis Lom
bardiæ Ciuitatibus concedebantur, recogno-
scens suprema iura Principi spectantium in il-
lis Italiæ partibus: Cætera vero, quæ de Rega-
libus quidem sunt, non tñ ibi ab Imperatore
enumerata, quorum in d. c. 1. Quæ sint Regal.
Imperator non meminit, nos latius per plura
capita post modum explicabimus.
Vnde in illo textu, omissis aliorum opinioni-
bus, quæ mihi futiles videntur, Iacobum Alua-
rotum in hoc magnifacio, & illos, qui eum se-
quuti sunt, qui textum illum declararunt, lo-
4 qui†de Argentarijs, (quos Banchetios publi-
cos appellamus,) deq; illorum locis, & officijs.
Argentarij namq; officium publicam continet
5 causam. †l. Argẽtarius. §. Ideo autẽ ff. de edẽd.
Illorumq; officium publicam habet fidem. no-
tatur in l. Si ventri. §. In bonis. ff. de priuileg.
cred. Argentariorum, namq; & nummulariorũ
officium à Fisco proponebatur: vt ibidem an-
6 notauit†Accursius in verb. Publicam: Hanc ar-
gentariorum expositionẽ ex Terentio, Plauto,
Herodiano, Vitruuio, & alijs tradidit Gul. Bu-
deus in annotat. prioribus in l. Si hominem. §.
Quoties. ff. deposit. & ipsum non allegando,
eiusdẽ opinionis est Vaconius à Vacuna de-
clarat iuris ciuil. lib. 1. Declat. 14. num. 1. cum
pluribus seq. Francisc. Hotoman. in d. c. 1. Quæ
sint Regal. & diligenter Iacob. Cuiacius in no-
uell. 136. Io. Bap. Lupus in c. Nauiganti. Com-
ment. 3. §. 2 nu. 49. 50. & nouissimè Petr. Greg.
Sintagmat. iuris vniuers. lib. 22. cap. 9. num. 11.
parte 3. Ioseph Cumia in ritib. Sicil. cap. 19.
num. 92. 93. & seq.
Hos argentarios, nummulariosq; Romæ pri-
7 mus instituit L. Tarquinius† Priscus, habebãt-
que Mensas, & Tabernas argentarias tenebãt,
propè, ac circa ædem Castoris: vt scribit Dio.
Nicæus Histor. lib. 3. Eorundem Nummulario-
rum, & argentariorum meminerunt Iurisc. in
tit. de edendo. Quorum loco, temporibus no-
8 stris, sunt publici† Campsores, siue Banchetij,
vt dicit Cumia in dicto c. 19. n. 95. Et Menoch.
9 vbi supra. De istis Tabernis† Argentarijs me-
minit Vlpianus in l. Qui tabernas. ff. de cõtrah.
empt. & in l. Tabernæ. & in l. Instructam. ff. de
verb. signific. Paulus in l. Inde Tabernacula. ff.
eod. tit. Idem Paulus. in l. Tabernæ. & Neratius
in l. Cum quæritur. ff. de Fund. instr. & instrum.
legat. & Sceuola in l. Tabernam. ff eo. tit. & mul
ta effudit ad hunc propositum satis diligenter
Io. Brechæus in d. l. Tabernæ. cum duabus seq.
vbi etiam Guliel. Fornet. ff. de verb. signif.
Carolus Sigonius Antiquitatum scrutator
egregius de antiquo iure ciuium Roman. lib. 2.
cap. 11. sibi persuasit diuersos fuisse Mẽsarios,
10 seu Mensularios†ab argẽtarijs: istos enim pri-
uatas rationes fecisse, illos verò publicã: quem
sub obscurè, ac sub dubio sequutus fuit Iacob.
Menoch. de arbitrat. iudicum quæst. lib. 2. cen-
tur. 1. casu 91. nu. 6. & seq. qui non ea, qua de-
buit, ac solitus est dilucidatione, rẽ extricauit.
11 Ego sub bona vtriusq; venia † aliter sentio:
Nam Mensarij quinque viri, prima vice Romæ
creati fuere, de quibus Liui. lib. 7. & Fenestel.
de Magistrat. cap. 10. creatio ipsorum fuit pu-
blicè suscepta, non tñ illorum officium, Reipu-
blicæ corpus in vnum respiciebat, sed particu
lares tm̃ homines, & illorum bona, quatenus à
fœneratorum manibus eriperentur, qui ciues
ipsos coram Magistratibus vexabant: Cumque
tarda essent (vt Liuius ait) nomina debitorum,
illaq; impeditiora, ità q̃ non sufficerent illo-
rum bona in ærarium posita ad illorum debita
exsoluenda: Propterea ij Magistratus creati,
vt creditoribus satisfacerent, ex ære congrega
to à diuersis ciuibus, quoad gratiam vtriusq;,
debitoris scilicet, & creditoris, & inde fiebat
solutio. Quod cõprobatur ex dicto Flauij Vo-
pisci. in vita Taciti Imperat. versus finem. Ar-
gentum (inquit) mensale, quod priuatus habue
rat, ministerijs conuiuiorum, quæ in Templis
fierẽt, dedicauit. cuius ante nos meminit Petr.
Faber semestr. lib. 1. cap. 6 in fin: Hos autẽ quin
que viros, quodammodo coacta fuit Respub.
12 Romana eligere, vt ciuiũ dissensioni, quæ erat
ob debita fœnora, remedium salutare afferret,
cuius dissensionis, & causæ mẽtionẽ feci supra
c. 3. & annotauit Luc. Florus in Epith. de gest.
Roman. lib. 1. c. 21. Ideoq; illud officiũ erat ex
ære coadunato, quantitates à priuatis debitas
creditoribus dispensare, & priuatorum cõmo-
dum illud officium respiciebat, non autem pu
blicũ. Nisi ex ambiguitate, ne ob secessionem
Plebis in Mõtem sacrum, vel in Ianiculum, aut
trans Anienem, Respublica damnũ pateretur,
quod facere iam cœperant ex impotentia solu
tionis debitorũ, quã facere nequibant: Ideoq;
secundario Reipublicæ detrimentum respicie-
bat. Huius rei exemplum tradam singulare, in
13 Regno Neapolitano à Collaterali† Concilio,
& Regia Camera Summariæ vsurpatum, atque
inuentum, satisq; consonum, & vt spero, ab om
nibus, qui ista, quandoq; lectuti fuerint, ample-
ctendum,

ctendum, vt istis quinq; viris mensarijs similes sint, officiales, siue Magistratus redęptionales. Hos mittit Curia Regia Ciuitatibus, & vrbibus graui mole, onereq; debitorum oppressis, qui ex Ciuium Fortunis, collectis, solutionibus vectigalium, & gabellarum, passim vrbium, ac Ciuitatum debita exsoluunt, ne Rectores, seu Antiani vniuersitatū solutiones ipsas, ac pecunias ad alium vsum destinent, vel sibi ipsis applicent, intuitu quorundam simulatorum seruitiorum, & Ciuitates, illarumq; habitatores quotidie in deterius collabantur.

Quò verò ad argētarios, aduersum etiam assero, illos publicas rationes, non autem priuatorum administrasse, & Tabernas Argentarias circa Forum tenuisse, quod factum non extitisset, in loco vt publico à Principe ponerentur, ni & illæ publicæ fuissent, publica tractarent,

14 † & eorum officia, ac libri fidem publicam habuissent. Ad huius dicti confirmationem, ante omnia dictum affero Vitruuij lib. 5. cap. 1. Igitur (inquit) circū spectacula, spatiosiora inter columnia distribuantur, circaq; in porticibus argentariæ tabernæ, Męnianaq; superioribus coaxationibus, collocentur, quæ & ad vsum, & ad vectigalia publica, rectè erunt disposita. Vnde priuatis qnq; factam potestatem ædificādi Domos circa idem forum, & factas Porticus, & Tabernas, quæ iuris sunt publici, retulit Liuius lib 1. Ab eodem (inquit) Rege, & circa Forum, priuatis ædificanda diuisa sunt loca, porticus, Tabernæq; factæ. Insuper, vt dictum est, argentarij Magistratus facti sunt, quorum libri fidem publicam habuisse, iam proximè supra docuimus: fidem vero publicam, homini priuato tribuere, & Magistratum illum creare, Principis opus esse, fatis probatū fuit supra. c. 21. Nec præter ea inficiari potest, hos argētarios, & publica, & priuata negocia tractasse, cum pecunias acciperent, & darent, vt à modo in Banchis fieri videmus. Locus, etiam & Magistratus

15 publicus erat, & ex publico à Principe† constituebatur. hoc dicit Vlpianus in d. l. Qui Tabernas. ff. de contrah. empt. Qui Tabernas (inquit) Argētarias, vel cæteras, quæ in solo publico sunt, vendidit, non solum, sed ius vendidit: cum istæ Tabernæ publicę sint, quarum vsus ad priuatos pertinet. Quod & Caius fatetur in l. Argētarius in princip. ff. de eden. dum inquit: Publicam illos causam habere. Hinc Fridericus in d. verb. Argentariæ. in d. cap. 1. Quæ sint Regal. adeo publici iuris esse censuit argentarias, vt inter Principum Regalia, & illas collocauerit. & quamq̄ hunc intellectum inibi aliqui derideant, & alibi etiam; ijs tamen satis respondeo dum de Fodinis loquela facienda est infra cap. 28. in princip.

Isti itaq; Argētarij, siue Bancherij, cum fidem publicā habeant, & pecunias manibus tractēt,

16 † & ob eam artem fideles iudicentur, vt dicit Isocrates in Trapezitico, siue Oration. 18. Illorumq; libris & scripturis fides publica habeatur, ità vt in actibus Iudicialibus, ac extra iudicium fidem faciāt, & idcirco actorum suorum publicas rationes, librosq; conficiant. vt in d. l. Argentarius. Ex eadem causa oritur, vt ijdem decoctores, quos (Banchi falliti) nominamus,

17 † ad bonorum cæssionem non admittātur. arg. l. fi. §. fin. ff. Quæ in fraud. cred. Bartol. in l. Alia §. Eleganter. in fin. ff. solut. matrim. Bald. in l. 1. nu. 8. in fin. C. qui bon. cęd. poss. & in conf. 249.

18 vol. 1. Qui dicuntur solum vertere. † in l. Super. C. de mācip. & colon. patr. lib. 10. Quasi ob decoctionem locum mutare, & à creditorum facie aufugere. Hinc Cic. in Orat. pro Cęcinna. Qui volunt (inquit) pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eo solum vertant, & Liuius lib. 3. Collegæ eorum, exilij gratia, solum verterunt. Dicuntur etiam hi apud Iurisconsul

19 tos, † foro cædere. l. Si hominem §. Quoties. ff. Deposit. & in l. fi ff. de curat. bon. dand. & licet diuersimodā ibi expositionem Accursius conetur afferre, nil aliud tamen significabit, nisi vt diximus, & amplissimè comprobauit Andr. Tiraq. de reuocan. donat. in verb. bona. n. 5. vbi affert ad hunc propositū, pulchros, & appositissimos versiculos Iuuenalis Satyr. 11. dicētis.

Inde vbi Paulum
Nescio quid superest, & palles fœnoris author,
Qui vertere solum, Baias, & ad Ostia currunt,
Cedere namq; Foro, iā non est tibi deterius quàm
Aesquilias à feruenti migrare Suburra.

Dicūtur autem, me iudice, & Iurisc ōsultorum

20 verba obseruante, Foro† cædere, quasi totam Tabernam nummulariam, creditoribus cędere, ac relinquere, ob negotiorū decoctionem, vt quem admodum illæ in foro erant (vt iam pridem diximus) sic etiam dicantur, Foro eidem cędere.

Eorundem argentariorum, nūmulariorum, & campsorum officium est, Depositam pecuniam

21 † cōseruare, depositātibus restituere, aut alijs eorum mandato, eandem etiam permutare, interdum gratis, interdum fœnore intercedēte, qđ Collybas apud Græcos appellatur: & permutationes hodie cambia appellantur, & inde campsores, quasi cambiatores: Cāpsum enim,

22 † Cambium dicitur, vt ex Ennio docet Priscianus lib. 10. cap. 2. vbi ait: Campsant, idest permutant, quasi à latino verbo, cābio, cuius præ-

23 teritum perfectum, facit† campsi: Inde cāpsores, quasi permutatores. cuius rei meminit Alciatus. lib. 1. Parergon. cap. 45. Tiraquel. de retract. consanguin. §. 30. Glos. 1. nu. 1. & nouissimè, qui illos sequitur Io. Baptista Lupus de vsur. Comment. 3 §. 2. num. 47.

Ob permutationes autem pecuniarum fœnus accipiebant, vt diximus, præsertim dum pecuniam alibi redderent, quàm vbi recipissent. Poterant autem Iure ciuili, tale fœnus recipere, idq;

24 idq; optima ratione, quam† elegantem affero ex Pomponio in l. Si in Asia. in princip. ff. deposit. Si in Asia (inquit) depositum fuerit, vt Romæ reddatur, videtur id actum, vt non impensa eius id fiat, apud quem depositum sit, sed eius, qui deposuit. Vnde considerabitur, vt is cui depositum fit, dum cogitur alteri loco pecuniam reddere, fortè sibi incongruo, ratione itinerum, & expensarum, & idcirco videmus in hac specie aliquid plus accipere, & ità ser-
25 uari, nec peccatum† cõmitti. vt post alios censuit Armilla in verb. Campsor. vers. Secundum. Quo in genere considerat, Cambia redundare in maximum commodum Mercatorũ, ac Reipublicæ, permutando pro Nundinis pecunias de vno Regno in alterum, & euitantur difficultates, quæ occurrerẽt in asportatione effectuali pecuniæ de vno loco in alium, ob incursus latronum, naufragiorum, tempestatum, & aliorum casuum. Sed hæc Cambiorum materia perplexa est, dependens à modis, & qualitatibus pluribus Campsorum, & Mercatorum, vix intelligibilibus, etiam ab ipsis subtilissimis Doctoribus, nisi ipsi itidem mercatores edoceant.
26 †Quam materiam optimè, atq; eruditè tractauit Dominicus de Soto de iustit. & iur. lib. 6. q. 8. artic. 1. & 2. Angel. de Clauas. in summa. §. Vsura. 1. nu. 51. Siluester Prierius in summa. §. Vsura. il 4. Tabiena. §. Vsura. 15. Caietanus in verb. Cãbium. Armilla. in verb. Campsor. Mart. Nauar. in summa. cap. 17. num. 283. post Anton. Florentin. in Summa parte 2. titul. 1. c. 7. §. 47. cum seq. Laurent. de Rodulph. de vsur. parte 2. q. 26. Caieta. in tract. de Cambijs. Idem Nauar. in tit. de empt. & vend. in consil. 8. & in tit. de vsur. in consil. 1. parte 2. Sebastian. Medices. in Sũma peccator. Capital. tit. 6. q. 95. Io. Baptist. Lupus in d. Cõment. 3. §. 2. per totum Hierony. Gabrielius in consil 155. nu. 23. 24. vol. 1. & in consil. 158. per totum. vol. 2. latissimè Augustin. Berous in consil. 194. volum. 1. & in consil. 33. nu. 12. & in consil. 207. num. 52. vol. 3. Simon de Prætis in consil. 151. vol. 1.

Et ista cambij exercitatio, atq; exactio ex eo,
27 fine Principis licentia, fieri nequit, †tum quia eorum scripturæ à Principe concedente fidem capiunt, qui posset similia cambia, & exactiones, & negociationes prohibere, iuxta tradita per Io. Baptist. Lup. in loco supra allegato. nu. 52. Tum, & multò plus quia, vt dictum est, eorum scripturis fides publica adhibetur, contra iuris scripti dispositionem, vt credatur scripturæ & Cartulæ priuatæ: sed contra ius, non
28 licet alicui facere, vel statuere, nisi† soli Principi. l. Princeps. ff. de legib. Oldrad. in cons. 75. nu. 1. Ergo & illorum campsorum, argentariorum, ac bancheriorum approbatio, atq; creatio ad Principem spectat: & ideo hi in Regno, Curia Regia concedente, argentariam bancheriam aperiũt, præstantq; idoneas fideiussiones in Regia Camera Summariæ, & alia adimplent
29 necessaria, vt mihi etiam affirmauit† Ferdinandus Fornarius I.C. Regens, & in eadem Regia Camera Locumtenens Magni Camerarij.

ARGVMENTVM CAP. XXIII.

Quæ palatia Regaliũ iure contineantur? Num intelligantur palatia Prætoria, in quibus iura redduntur? Qua immunitate gaudeant Principum palatia? multa hic noua habentur.

COMPENDIVM.

1 *Qua palatia sint de Regalibus?*
Principes in locis insignibus solent habitare, ac Palatia habere.
2 *Sacratas Deo domos habitare, Principi non permittitur.*
3 *Iudices, & Magistratus Regij, vbi adsunt Principum Palatia, priuatorum domos inhabitare nequeunt, nec priuati in eis. num. 5.*
4 *Imperialia, ac Principum Palatia priuatorum domibus cohærere non debent.*
5 *Palatia Regia illi habitant, quibus facta est deputatio.*
6 *Palatia Principum à priuatis præscribi nequeunt.*
7 *Palatia prætoria, in quibus iura reddũtur, alteri vsui destinari nequeunt.*
8 *Palatij Magnæ Curiæ Vicariæ Magnanimitas, & structura in vrbe Neapoli.*
9 *Palatia duo alia Regia in Ciuitate Neapolitana, vltra Arces.*
10 *Palatia dicuntur Imperatorum, Regum, Principum, aliorumque Magnatum.*
11 *Palatium Salomonis.*
12 *Christiani Reges, capta Hierosolyma Salomonis Palatium habitarunt.*
13 *Templa dicanda Dijs, & Magistratibus domus principales erigendæ.*
14 *Palatium magnum sibi ædificauit Hierosolymis, Helena Adiabenorum Regina.*
15 *Contra facientes Palatia magna, inuehit Afflictus; sed quanto plus hodie diceret.*
16 *Superbia humana, quo in loco prolapsa est.*
17 *Caroli Principis Hispaniarum, Philippi II. filij pulchrum dictum in eum, qui Madridi, Magnum habebat Palatium.*
18 *Palatia non solum Principum, sed aliorum etiam dicuntur.*
19 *Palatia appellantur habitationes Episcoporum.*
20 *Principum Palatia, immunitate, vt ex ijs delinquentes non extrahantur, gaudent, nisi de Principis licentia, vel nisi sint proditores.*
21 *Palatium dicitur Principis per Antonomasiam, & non exprimendi sunt in illo confines.*
22 *Ius Plateæ in Regno.*
23 *Ciuitas an teneatur dare Episcopo palatiũ remissiuè.*

CAP. XXIII.

DVM Fridericus Imperator in dicto
c.1. Quę sint Regal. posuit Palatia.
And. de Isern. exposuit, ea Palatia,
1 † ac Domos esse de Regalibus,
quæ Imperator habere solet in ci-
uitatibus. Sed Bald. arbitratus est, textum lo-
qui de Palatijs deputatis ad Iustitiam Populis
exhibendam. Præposit. Matth. de Afflict. Fran-
cisc. Hotoman. & alij, vtramque expositionem
probarunt.

Nos etiam vtramque amplectimur, & dum
dicitur, (Palatia in ciuitatibus consuetis) non
immeritò: nec enim Imperatores, Reges, Prin-
cipesque in omni loco humili habitare solent,
sed in vrbibus, ciuitatibus, ac locis insignibus;
eligere enim solent plerunque Metropoles Gē-
tium, quales olim Imperatores Romani Ro-
mam, & eandem hodie Summi Romani Ponti-
fices, Ac Hodie Imperatores Viennam, Spi-
ram, & alias Germaniæ Vrbes, alijque Princi-
pes Magnas solent ciuitates deligere. Sic Tur-
carum Imperatores Constātinopolim, tum ob
decorem, tum etiam ob familiæ, & Magistratuū
commoditatem. Istaque Palatia in his consue-
tis Ciuitatibus de Regalibus sunt, ad priuatos
minimè pertinentia. Quemadmodum enim
Sacratas, dicatasque Deo Domos, Ecclesias, &
2 loca, humano Principi inhabitare nefas, †atq;
impium est, omnibusque Deo rebus semel di-
catis. l. Sancimus. 1. C. de Sacrosf. Eccl. §. sacræ.
Inst. de Rer. diuis. Vnde etiam Prætor edictum
proponebat, Ne quid in loco sacro fieret, de
quo optimè scribit Ioachim Hopper de Vera
Iuris Prudentia lib. 6. tit. 7. eodem modo Prin-
ceps, qui Vice Dei in terris administrando fun
gitur, & Palatia, domosque inhabitans, autho
ritatem loco tribuit, priuatis inconuenit eadē
possidere.

Idcirco vbi sunt Principis Palatia, vel Præto
ria, Iudices Imperiales, vel Regij, priuatorum
3 † domos habitare nequeunt, sed in illis cogan
tur incolatum facere, vt illorum reparationi,
dum necessitas ingruerit, valeant prouidere.
vt in l. Nulli Iudicum. C. de offic. Rector. Pro-
4 uin. & alteri priuato in eis habitare†non licet.
l. Vnica. C. de Palatijs, & Domib. dominic. libr.
11. Quin immo eadem Imperialia, & Regia Pa-
latia, priuatorum domibus cohærere non de-
bent, ne Principum secreta sciantur, & in eis
illi tantum cohabitant, quos earundem Maie-
5 statum † vsibus est facta deputatio. l. Quicunq;
C. de operib. public. Et ex alio etiam, ne qua ex
cohærentia, vel vicinitate domorum possit Im
peratori, vel Regi, aliqua proditio fieri. Nec
6 eadem † Principum Palatia à priuatis prescri-
bi possunt. l. Præscriptio. C. de operib. pub. l.
fin. C. de Sacrosf. Eccles. l. fin. C. de Fund. & fal-
sib. rei dominic. lib. 11.

Prætoria etiam, Principumque Palatia pro
reddendo Iure deputata, & in quibus Iudices,
7 † Magistratusque resident, non possunt alteri
quàm, ei vsui destinati. l. Prætoria. C. de operib.
8 pub. Hinc in Regno habemus in Ciuitate† Nea
polis Palatium Magnæ Curiæ Vicariæ, quod est
nobilissimum, in Insulam formatum, nulli ædi
ficio, nec publico, nec priuato coherens, sed pu
blicis vijs circundatum, in quo resident Regiū
Consilium, Tribunal Regiæ Cameræ Summa-
riæ, Tribunal eiusdem Magnæ Curiæ, causarū
criminalium, & Ciuilium, & Tribunal Magnæ
9 Curiæ Siclæ. Adsunt etiam† Neapoli alia Pala-
tia Regia duo, Vnum extra Vrbis mænia obsi-
tum Pomerijs, & Aquis irriguum, vulgo appel-
latum (Poggio Regale,) & est in Orientali Vr-
bis parte. Alterum vero, in quo resident Regis
Generales locumtenentes in altera Vrbis par-
te Meridionali, Vltra Arces Regias, quę omnia
sunt in Insulam deducta.

Et licet Palatia, ac Domus promiscuè quan-
doque appellentur; Verè tamen loquendo, Im
10 peratorum, Regum, † Principumque Palatia
appellatur, aliorumque Magnatum. c. Conue-
niot. 23. q. 8. vt nouissimè declarat etiam Ioan.
Hoinotomus. in §. Sacræ. sub nu. 4. Inst. de Rer.
diuision. Sic dicitur lib. 4. Reg. capit. 15. Quòd
Azarias Rex Iuda percussus Lepra à Domino
habitauit in domo libera seorsum, & Ioathan
filius eius, gubernabat Palatium, & iudicabat
Populum terræ. Et Salomon ędificauit Domum
nomini Domini, & Palatium sibi; & idcircò di-
xit, Hyrā Rex Tyri: Benedictus Dominus Deus
Israel, qui fecit Cœlum, & Terram, qui dedit
Dauid Regi filium sapientem, & eruditum, &
sensatum, atque prudentem, vt ædificaret Do-
11 mino domum,† & Palatium sibi, patet libr. 2.
Paralip cap. 2. de quo Salomonis Palatio, habe
tur lib. 3. Reg. cap. 7. & 10. & per Ioseph. Anti
quitat. Iudaicar. lib. 8. c. 5. Quo in Palatio post
12 modum, capta Hierosolyma, & † Christiani Re
ges Palatium habuerunt, vt est author Guliel.
Tyrius de Bello Sacro lib. 12. c. 7. Et pluries in
scriptura sacra de Palatio Regio fit mentio.
Esther. cap. 1. & 2. cum pluribus alijs seq. Eo-
dem modo Esaiæ. cap. 39. Erunt Eunuchi in Pa
latio Regis Babylonis. & Daniel. cap. 1. & 4. &
alibi pluries in scriptura sacra habitationes
Regum Palatia appellantur. Vnde Plato lib. de
legib. 6. postquàm dixisset de ædificatione Tē-
plorum circa Forum facienda; Iuxta hæc Ma-
gistratuum (inquit) Iudicumque Palatia, in qui
bus quasi sacratissimis, iustam, & accipient, &
ferent sentētiam, partim quidem tamquàm de
Rebus sacris iudicaturi, partim verò tamquā
iudicantium Deorum, ibi sint Delubra, ibi etiā
iudiciaria Domicilia, in quibus de homicidijs,
cęterisq; capitalibus iniurijs, iudicatur. Quem
sequutus Aristot. lib. Politic. 7. cap. 12. inquit,
Templa dijs immortalibus dicata, & Principa-
les

13 les † Magistratuum Domos, locum oportunũ, & eundem habere debent. Pari modo in Ciuitate Hierosolymæ, ad occidentem Templi partem, erat à Macchabęis in præ excelso loco ędificatum Palatium, ex quo Vrbem, & quæ in ea fiebant contemplari volentibus pulcherrimus patebat prospectus; quod postea Agrippa Rex insigni amplitudine in Regiam sibi construxit, vt est author Ioseph. Antiquit. Iudaicar. lib. 20.
14 cap. 7. Et Helena † Adiabenorum Regina, Palatium sibi magnum erexit Hierosolymis in Monte Acra, de quo scribit Ioseph. Antiquit. Iudai. lib. 20. cap. 2. & de Bello iudaico. lib. 6. c. 6. & 7. & lib. 7. cap. 13. & plura Christianus Adrichomius in Theatro Terræ sanctæ in Præscriptione Hierosolymorum. nu. 73. & de Palatinis, & eorum Domibus agit Plin. lib. 36. cap. 5.

Matth. de Afflict. in dicto c. 1. in verbo Palatia. Quæ sint Regal. nimiam facit exaggerationem contra quosdam Nobiles Neapolitanos,
15 qui vltra illorum posse facerent † palatia sibi ipsis magna. Verum si hodie viueret altius intonaret; quia non Neapoli solum, sed vbique locorum in Regno, etiam à Priuatis hominibus construi conspicimus sumptuosa ædificia, vt absque dubio Imperatorum, ac Regum, habitatione, dignissima videantur. Ijs dicere possumus, quæ dicit de eo, qui gloriabatur, maximas ædes habere, quem inducit Francisc. Petrarch. de Remedijs vtriusque Fortunæ. libr. 1. Dialogo. 34. illique respondit: Vbi Fures Latitent, Tu Vageris, serui luxurientur, Vulgus hęreat, liguriant Parasiti, multiplicis tedij capax locus, & plura alia lib. 2. Dialogo 62. Nam hu-
16 mana superbia, eò † prolapsa est, vt iterum illa tempora esse abitrer, quibus homines Genes. cap. 11. dixerunt; Venite faciamus nobis Ciuitatem, & Turrim, cuius culmen pertingat ad cęlum, & celebremus nomen nostrum, antequàm diuidamur in vniuersas terras. Quia ab infimę plębis hominibus, Domos, & Palatia construi videmus, illaque ædificia, quasi hę fabricarum structuræ nomen illis parituræ sint immortale; cum similes ædificiorum moles, re vera aliud non præ se ferant, quàm cuiusdam excellentis architecti industriam, & (vt cum Petrarcha loquar) diligentiam: Dominus autem domus, qꝫ expensas erogauerit inanes, nudumque nomẽ aucupetur, nil aliud habeat, quarum in extremo, vltimoq; iudicij die, exactas rationes redditurus erit; qua in materia non nullos conspexi, eo vanitatis studio inductos, vt in ædificando tantum profusè effundant, vt dum moriuntur, domum solam, vacuam, & expeditam successoribus relinquant: quam ij postmodum, vt sibi ipsis alimenta præparent, vendere, vt plurimum coguntur. Alios verò ædificare conspicuas domos, quas demum, non habentes ęqualem illis suppellectilem scopis tenent mundatas, aut non habentes quid negotij grauis ibi aliquid tractare, lanificij, vel aliquid huius sordidi artificij opus gerere ibidem cogũtur. Mille sunt in hac specie furoris, & insaniæ modi, qbus superba vexatur humana fragilitas, quos omitto. Vtinam cogitarent, primos illos antiquiores Patres, primam illã vsq; ad Diluuium vniuersale ætatem, sine ædificijs trãsegisse, sed per tentoria, antraq; habitationes egisse, & tamen longioris temporis, fortiorisq; complexionis vitam produxisse. Modò verò ætate infirmiori, quærimus magnas domorum altitudines, ac illustrium supellectilium illecebris opprimimur, quibus etiam humillimorum, ac infimæ artis hominũ congeries hodie abundant; nec cogitamus hac in vita nos Ciuitatem permanentem minimè habere, sed futuram inquirere: Hoc dicere optimè voluit Ludouicus Areostus Ferrariensis poeta celebris, dum in sua domo, quasi non alta quæsiuisset ædificia, supra portam hos posuit versiculos.

Parua, sed apta mihi, sed nulli obnoxia, sed non
Sordida, parta meo, sed tamen ære, domus.

Sic etiam Io. Pagliarẽsis supremus Iurisc. Senensis, nunq̃ domum, aut emere, aut ædificare voluit, sed cõductã semper inhabitauit. Quàm
18 etiam celeberrimè Carolus Philippi † II. Catholici Regis olim filius, in ipso Adolescentiæ flore, per Madridi oppidum, animi causa iter faciens, dum Aulici cuiusdam Magnum palatiũ conspexisset, & quasi Regiæ persimile ęmulumq;, cuius nam esset quærẽs, Domini nomen audiens, quàm Christianè respondit: Magna nimis cauea, tam paruulæ Aui.

Sed non modo supremorum Principum, sed aliorum etiam, qñq;, palatia appellari, dixerũt
19 † Doctores præsertim Bald. Socin. Iacobin. de S. Georg. in l. Pleri ;. ff. de in ius voc. latissimè Remigius de Gonny de immunitat. eccles. Ampliation. 21. Sic etiam Episcoporum habitatio-
20 nes palatia appellantur: † vt voluerunt Io. de Imol. & Cardinal. in Clem. 1. de immunit. eccl. Angel. de Clauas. in summa. §. Immunitas. nu. 2. Syluester in verbo. Immunitas 3. nu. 1. Gulielm. de Monte Laudun. in Clem. 1. de Pęnit. & remiss. Oldr. in cons. 55. in fi. Alberic. de Rosat. in l. 2. C. de his, q ad eccles. cõfug. Gulielm. Mayner. in l. Nemo. nu. 33. ff. de regul. iur.

Hæc principum palatia, illa gaudent immunitate, quòd delinquens ab eis non extrahitur, nisi de speciali eorundem Regũ, ac Principum
21 † mandato, vel nisi proditionis insimuletur, vt voluit Montaluus in glos. pen. in fin. in l. 7. Fori. titul. 5. lib. 1.

Si committitur insuper Maleficium in Palatio Principis, vel potestatis, libellus accusatorius poterit nõ continere cõfines palatij, quasi per Antonomasiam, & excellentiam satis sit
22 † demonstratus. Bartol. in l. Demonstratio falsa. nu. 17. ff. de condit. & demonstrat. & in l. 2. ff. de liber. & posthum. Bal. & Imol. in l. Si quis in

fundi

fundi. vocabulo. ff. de leg. 1. Angel. & Imol. in l. Cum pater. ff. de leg. 2. Ludouic. Roman. in l. Si certi conditio. ff. ſi cert. pet. Aliam ego reddo cauſam, & nouam, quia cum (ut ſupra tradidimus) Principum, Magiſtratuumque Palatia, nemini cohærere debeant, ſed in Inſula cōſtitui, idcirco ſuſtinetur libellus ſine cōfinibus, quia cōfines nō habet pter viā, qua circundatum eſt.

Non omitto, quòd Franciſc. Hotoman. in Cōment. Feudor. in d. c. 1. Quæ ſint Regal. dicit illum tex. debere corrigi, & quòd dicat Placia, vel Placita, non palatia; quæ uerba ſignificant forum nundinarium, à Verbo Germano Platz, quod Plateam ſignificat. Quoad forum Nundinarium, quòd hoc diceret ego non probo, de quo dico latiſſimè omnium infra capit. 36. ſed quoad Plateam probari poteſt; nam Plateæ viæ ſunt, & loca ampliora, ac latiora in vrbibus, vbi Vrbis homines conueniunt, de quibus dicere voluit Ælius Lampridius in Aeliogabalo. Plateas in Palatio ſtrauit. Quod ius Plateæ tetigit
23 † Ant. Capic. in Inueſtitura Feudali. in verbo Feudorum Clauſulæ. §. Plateis, & Iuribus Platearum. licet ipſe non declaret. Quoad Plateas iam conſtitutę ſunt in vijs publicis, de quibus egimus latè ſupra. cap. 7.

De Palatijs ſcripſi aliqua. in conſ. 2. per to-
24 tum. Centur. 1. vbi egi, an Ciuitas † teneatur dare Epiſcopo palatium, dum nouiter ex oppido, ſeu Caſtro ad Ciuitatem erigitur?

ARGVMENTVM CAP. XXIV.

Piſcationum materia agitatur, & quando illa ſit de Regalibus, & quando prohiberi poſſit, remiſſiuè? An Imperator in loco hic allegato ſcripſerit de Piſcationum materia, an Picariarum?

COMPENDIVM.

1 *Piſcationum materiam alibi tractauit author.*
Piſcationes ſunt de Regalibus.
2 *Piſcari cuilibet licitum in Mari, ac Fluminibus publicis.*
3 *Reditus Piſcationum ſunt de Regalibus.*
4 *Rex Catholicus, quos reditus ex Piſcibus habet in Ciuitate Neapolis.*
5 *Piſcium vectigal inſtitutum à Myride Aegyptiorum Rege in lacu ingenti effoſſo arte mirabili, & vxori conceſſum. num. 6.*
7 *Piſcari quando non liceat remiſſiuè.*
8 *Piſcari aliquem in loco publico ſolum, quando licitū?*
Antonij Orificij Iuriſconſulti Præſidis Conſilij Regij Laus.
9 *Piſcatio, cur Clericis permiſſa, venatio minimè.*
10 *Vxores Cyanippi, & Aemilij Sybaritis à Canibus Lacerata.*
11 *Iulius Cæſar Cæſarius I. C. poeta celebris hominem occidit, auem credens.*
12 *Vliares Belliſarij Eques Ioannem eodem modo occidit.*
13 *Anacharſis venando à fratre occiſus.*
14 *Ludouicus Caroli Balbi filius Aprum premens, intorto aliundè telo transfixus.*
15 *Intellectus c. 1. in verb. Piſcationum. Quæ ſint Regalia. caſtigando, dicendum eſſe picariarum.*
Gulielmi Fornerij I.C. Laudes.

CAP. XXIV.



DE Piſcationibus, & illarum ſegete, materiaque Latius, quàm alius
1 quiſpiam explicui † de Magiſtratuum Edictis. lib. 3. cap.... vbi lectores reijcio. Eſſe verò de Regalibus cenſuit Imperator. in d. c. 1. in verb. Piſcationum. Quæ ſint Regal.

Quoad Piſcationem ſtatuatur Regula firma.
2 Licitum eſſe cuilibet piſcari, & in Mari, † & in Fluminibus publicis. §. Flumina. Inſt. de Rer. diuiſ l. 2. l. 3. ff. eo. tit. Sed aduertendum quòd Fridericus Imperator in illo textu, non loquitur
3 de Piſcationibus, ſed tantum † de illarum reditibus, quos fortè ex Piſcationibus haberet: & habetur in l. Inter publica. ff. de verb. ſignificat. ſecundum communem currentem lecturā, vt legit etiam ibi Io. Brechęus. De Piſcationum verò reditibus ibi loqui Imperatorem voluerunt ibidem Andr. de Iſer. Aluarot. Præpoſit. Afflict. Hotoman. & alij Doct. Ponit exemplum Afflict. in Ciuitate Neapolis, in qua Rex habet
4 ſextam partem Redituum † ex Piſcationibus prouenientium, vel eorum prętium. prout etiā ſcribit Iacobin. de S. Georgio in Inueſtit. Feudal. §. Et cum piſcationibus, & in §. Fluminibus. nu. 11. 12. & poſt ipſum Anton. Capic. in Inueſtit. feud. §. Feudorum Clauſulæ. in verbo Piſcherijs. Exemplum antiquius, & cęlebre eſt, Vectigalis piſcium inſtituti à Myride Aegy-
5 ptiorum † Rege, in Lacu propè Nilum, ingenti magnitudine effoſſo, in quo erant duæ Pyramides altitudine ſtadij; ſuper his ſtatuas quoq; duas lapideas, vnā ſibi, Vxori alteram in Throno ſedentes collocauit, in lacus medio, qui profundus erat, & magnus valdè, vt qui ambitu eſſet ſtadiorum trium mille, & ſexcentorum, in quo viginti duorum piſcium genera eſſent. Piſcium Vectigal vxori conceſſum, ad vnguentorum, & reliqui corporis cultui vſum, ac neceſsitatem accommodatum, idque pendit ſingulis diebus Argenti Talentum. de quo Diodorus Siculus lib. 2. Talentum verò Agyptium
6 † viginti librarum fuiſſe ſcribit Budeus de aſſe. lib. 3.

Ad Regulam Piſcationum, quòd cuique lici-
7 ta ſit, Quinque affert limitationes † Iacobin. in loco ſupra allegato, quas ad verbū, vna tātum addita, refert Ant. Capic. vbi ſup. Quarum illa mihi memorabilis videtur, qua alius piſca-

8 ri prohibetur in loco † Fluminis, in quo diù
quis piscatus sit, & alios piscari ꝓhibuit. arg.
l.Si quisquã. ff.de diuers. & Tempor.præscrip.
qui text.in magno Aduocatorum conflictu, in
secundo studiorum meorum legalium anno,
magnũ mihi honorem præbuit, dum ex impro-
uiso illũ produxi coram Antonio Orificio Re-
gio tunc Consiliario, & postmodum eiusdem
Consilij Præsidente, Iurisconsulto Excellentis-
simo, quẽ suppleui vice Io. Marci Aquilini, &
Antonij Dauid Aduocatorum qui punctum
fouebant ex alijs: & Orificius legem illam,
quam sciebat, ab illis desideraret: quod & sup-
pleui etiam authoritate Philippi Decij. in con-
sil. 197. & 271. de hoc plenè loquentis. Quod
comprobans Orificius, qua erat humanitate, ca
pere fecit Iserniam, & Iacobinum de S.Geor-
gio, quos, vti tunc Tyro, non videram, qui ean-
dem opinionem confirmabant. Quo circa sem-
per dum vixit me coluit, cuius anima Paradi-
si gaudijs fruatur. Quo in casu contra alium
prohibentem dari interdictum, vti possidentis
voluit Ioachim. Mynsinger. in §. Et quidem. in
verb. communia. Inst. de rer. diuis.

Quærit Matth. de Afflict. in d.c. 1. in verbo Pi-
9 scationum. cur Clericis † venatio prohibeatur,
Piscatio permittatur? vt in c. Esau. 86. Distinct.
redditq; ibi plures rationes quas non refero.
Plures nouissimè etiam reddidit Raynaldus
Corses Indagation. iur. lib. 3. c. 14. Vltra illos,
Ego aliam reddo non proijciendam, nempe
ob imminentiora pericula in venatione, quàm
in Piscatione, occasione instrumentorum, oc-
casione proximiorum, & occasione propriæ
personæ. Instrumentorum, quia in venatione
sunt necessarij, vel Canes, vel Arma; in pisca-
tione tantũ Rete. Canes egent alimentis, quæ
potius danda sunt filijs hominum, quam cani-
bus, qui morsibus etiam offendere possunt. Ar-
ma, & ijs offendere possent seipsos, & proxi-
mos intuitu venationis: Nam sagittæ, & sclopi
ictus emissi, offendere alium, quàm feram pos-
sunt, & canes alium discerpere, vt vxor Cya-
10 nippi Thessali, & vxor † Aemilij Sybaritis Itali,
ex Regno Neapolitano, quas à Canibus, eas
feras credentibus, discerptas fuisse commemo
rat Plutarchus in Paralell. cap. 42. & 43. Sic in
Patria Nicolaus Calsonus Sagittæ ictu occidi-
tur à consocio, dum ille Aprum crederet inter
Vepres delitescẽtem. Eodem pacto Iulius Cę-
11 sar † Cęsarius Nucerinus Doctor, Poeta elegãs,
cũ venationi quadam die cum socijs dedisset
operam, de fero, albescente quodammodo cę-
lo, ex socijs vnus cuidam arbori innixus, no-
ctuinam auem, quasi cum socijs colludẽs dum
imitatur, auem Doctor credens, sclopũ in eum
direxit, caput illius solum videns, & tandẽ mi-
serè occidit. Ob Crimen in Magna curia carce-
ratus, Iudices factum intuiti, illum dimiserũt.
Simile antea acciderat: Nam & Vliares Belli-
12 sarij † Ducis eques, Ioannem ducentem exer-
citum in Gilimerem telo confixit, auem confi-
gere credens. cuius casum recitat Procopius
de bello Vuandalico lib. 4. & hinc clericus ir-
regularis fieri posset. Personæ etiam suæ occa-
sione: quia dum quis piscatur, vti valet Instru-
mento ad mortem minimè apto de sui natura,
puta Rete, vel alio, sicut Augustus, qui Hamo
piscabatur, & alij alijs instrumentis. Secus ve-
rò in venatione, in qua multa supersunt peri-
cula, q̃bus venator exponitur. Vnde Anachar-
sis Philosophus, venationis studio assuetus, à
13 fratre sagitta percussus † Interijt. vt refert Dio-
genes Laertius in eius vita. Simili modo Lu-
douicus Caroli Balbi Imperatoris, & Galliæ
14 Regis † filius, Aprum Venabulo præmẽs, in tor
to aliunde telo, transfigitur. vt Paulus Æmilius
in Carolo Balbo docuit. vel vt alij voluerunt,
fuit Carolo manus eius frater, vt testatur Ca-
rolus Sigonius de Regno Italiæ. lib. 5.

Quò verò ad Piscarium vectigal, de quo in d.
15 l. Inter publica. ff. de verb. signific. † Gulielmus
Fornerius omni scius Iuriscõsultus ibidẽ cen-
suit, restituendum esse ibi textum secundum
Pandectas Florentinas, vt dicat (Picariarum)
& sic loquatur de Pice Fossili, quam dicit esse
veram lectionem, de quo ego dicam latius in-
fra cap. 28.

ARGVMENT. CAP. XXV.

Salinæ, salisq; vectigal, quando prima vi-
ce institutum? Quando ad Principẽ
spectent, quis illarum vsus in Regno
Neapolitano, quis apud Hispanos, Gal
los, Britannos, aliosq; Principes? Quæ
celebres salinæ? alia multa ad istã ma-
teriam pertinentia declarantur. Salsæ
res; quo tempore, quauè mensæ parte
apud Antiquos ponerentur?

COMPENDIVM.

1 *Ancus Martius Rex propè Ostiam primus salinas institutit, & salis congiarium populo dedit.*
Vectigal salis M. Liuius Censor, qui inde Salinator dictus est, primus inuenit.
2 *Congiarium salis munus Imperatorium est.*
3 *Lysimachus Rex apud Thraces salis vectigal primus exegit.*
4 *Sales Metallici, sunt Sal Gemma, Sal Harmoniacus, Sal Alcali, Salis Spuma, seu Halinitrum.*
5 *Sale, & sole corporibus nihil vtilius.*
6 *Salis montes inueniri, & vasa sculptilia inde fieri notum est.*
7 *Salina publica, ac Principis quæ sint?*

8 Sa-

8 *Salinas etiam homines priuati habere possunt, & tunc non sunt Principis. nu. 9.*
10 *Intellectus. c. 1. in verb. Salinarum. Quæ sint regal.*
11 *In salinis consuetudo attenditur, & circa vectigalia eiusdem salis. nu. 12.*
13 *Sal vendi non potest impunè sine Principis, vel suorum officialium ad id deputatorum permissu.*
14 *Intellectus Const. Regni. Magistros Fundicarios.*
15 *Mercatores portantes sal in Regno, tenentur vendere illud Regia Curia, si voluerint: si noluerint, vendunt ad eorum libitum, solutis Regia Curia directis.*
16 *Intellectus Ritus Regia Camera 65. cum quinq; seq. sub tit. de iur. salis.*
17 *Sal quis cogitur vendere inuitus, vt supra proximè, & num. 19.*
18 *Laborans in venis metalli inueniendis pro qualibet vncia metalli, dat octo scrupulos Fisco.*
19 *Opinio Capicij improbata.*
20 *Salis impositio in Regno, fuit facta per Fridericum Imperatorem, non per Alphonsum Regem, vt aliqui asserunt. nu. 21.*
22 *Philippus Pulcher in Gallia vectigal salis prius instituit. nu. 23.*
24 *Ioannis Bodini dictum improbatur.*
25 *Gulielmus de Nassau Aurangia Princeps Belgiæ tranquillitatis turbator.*
26 *Argentinenses quàm optimè cognouerunt Gulielmi de Nassau perfidiam.*
27 *Ius salinarum, & ius Tiragij salis exigitur in Gallia, maximè in Delphinatu per flumen Isara, & per Druentiam. & Rhodanum.*
28 *Salinas Luneburgenses Ioannes Brunsuicensis inuenit.*
29 *Poloni abundant sale, ità vt in partibus occidentalibus illud pro mercatura mittant.*
30 *Septentrionales, quo modo salem conficiant.*
31 *Hispania vberes habet salinas.*
32 *Hungaria salinas habet, & salis vectigal.*
33 *Regni Neapolitani salinæ sunt vberrimæ.*
34 *Sicilia suas habet salinas.*
35 *In Iudæa est mare salis appellatum, in quo fuere Ciuitates Sodoma, & Gomorrha.*
36 *Vallis salinarum, in qua Dauid percussit Idumæorum octodecim millia.*
Ioab ibi percussit duodecim millia.
Amasias ibidem strauit viginti millia.
37 *Prope mare, siue lacum in Tribu Iuda sunt salinæ, & Ciuitas salis appellata.*
38 *Princeps concedens Feuda cum salinis, si non adsunt salinæ publicæ, an intelligantur concessa vectigalia pro salinis priuatorum.*
39 *Clausula generales in concessione, an operentur, vt intelligatur facta concessio salinarum.*
40 *Priuatus si sit solitus vendere liberè sal, an Princeps imponat super eo nouum vectigal? nu. 42 42.*
41 *Princeps supremus noua vectigalia instituit.*
43 *Intellectus. c. Regni. Item quòd Iustitiarij, & Iudices. Intellectus Prag. Caroli V. Incip. Audiuimus etiam. sub tit. de Baronibus. & eor. off.*
44 *Si Princeps concesserit omnia iura vectigalia, & similia, solum reseruauit quòd recipiant sal ab ipso, an si mercatores transeant cum sale, vectigal sit ipsius inuestientis, an inuestiti?*
45 *Pro flumine ad salem faciendum commodo, magna prælia gesta inter Hermunduros, & Cattos.*
46 *Sal, aut generatur, aut fit, quomodo generetur, & quo modo fiat?*
47 *Sal Tarentinum quale?*
48 *Sal Aethiopum, Nigritarum, Numidarum, & Barbarorum.*
49 *Aragonij, Vascones, & Burgundi salem habent, vt fructum naturalem.*
50 *Antiqui primas Mensas à salsis rebus inchoabant.*
51 *Sal pro anima datum animali ne putesceret inquit Chrysippus.*
52 *Salis operatio in corpore humano.*
53 *Panes sale conditi leuiores.*
54 *Sal dentium stuporem tollit.*
55 *Salsedo nimia Melancholicum humorem generat.*
56 *Salsa cibaria quid mali operentur?*
57 *Apud Græcos sal in primis mensis apponi solitum, vti amicitiæ, & boni ominis Symbolum.*

CAP. XXV.



Ncus Martius primus Romæ Salinas propè Ostiam instituit, & Salis
1 congiarium populo † dedit: vt est author Liuius lib. 1. Salarium autem vectigal apud eosdem M. Liuius Censor, primus constituit, cui exinde Salinatoris nomen datum extitit, vt dicit idem Liuius lib. 29. Ob quod errauit Petr. Crinitus de Honesta disciplina. lib. 3. c. 5. dum dicit, primũ Salis vectigal ab Anco Martio impositum: cum, vt diximus, Ancum Martium instituisse Salinas, & populo donasse appareat. Congiarium enim munus Imperatorium, ac Principis
2 † erat, quod populo dabatur: vt est Author Seneca de beneficio lib. 4. cap. 28. vectigal autem salinum constitutum postmodum. De ijs Romanorum Salinis scribit Liuius lib. 7. Gulielm.
3 Budæus de Asse lib. 4. Apud Thraces vero † primus, q̃ salis vectigal instituit fuit Lysimachus Rex. vt scribit Athæneus Dipnosophistorum. lib. 3. cap. 1. Et ab eo postea remissum ex causa ibidem assignata, quam fictam, & simulatam crediderim.

Sed derelinquentes omnia salis genera, commemoremus Metallicos sales, vt est, Sal gemma,
4 † sal Harmoniacum, sal Alcali, salis Spuma, seu Halinitrũ. de quibus postmodum dicemus. & de ijs agit Dioscorides lib. 5. c. 58. Amatus Lusitanus in Dioscoridem. lib. 8. Enarrat. 153. & lib. 5. Enarrat. 90. & 91. Albert. Magnus de Miner. Tract. 2. cap. 2. lib. 5.

Sed loquamur de sale, quo in cibis vtimur, de quo rectè Plin. lib. 31. cap. 9. inquit: Nihil
5 esse † corporibus, sale, & sole vtilius. vbi plura

ad salis laudē protulit, præsertim Plato in Symposio, dicit ipsius laudē à poetis celebratam, ob admirandam & præcisam illius vtilitatem. Quam magnopere extollit Plinius pluries, in eodem lib. 31. c. 7. cuius etiā laudes scribit Lucius Marineus Sicul. de rebus Hispaniæ. lib. 1. c. 10. & plura nouissimè Marcus Anton. Marsilius Archiepiscopus Salernitan' in Hydragiologia. sect. 2. c. 4. per totum. alia nonnulla tradidit Io. Mesue in lib. de Medicinis Simplicibus purgātibus. lib. 2. Sect. 2. c. 16. & antea Galenus de simplicium Medicament. facultatibus lib. 9. c. 30. & lib. 11. cap. 50. Ante ipsos Aristoteles in lib. de sensu, & sensat. c. 4. & 5. & de rebus auditu admirabilibus, & alibi sæpe. & Auerroes lib. 5. Colliget cap. 43. & montes salis inueniri,
6 & vasa † sculptilia fieri ex eo, dicit Aristot. vbi supra & D. Tho. de Aqui. de sens. & sensat. lect. 10. c. 11. prout nūc ego dū Calabrię Regię visitationi vaco, vasa plura ex sale cōfecta habeo.

Salinæ illæ Principis sunt, q̄ vel in loco eiusdem Principis, vel in loco publico sitæ sunt: & tunc illarum vectigal publicum appellabitur:
7 vt † dicit Caius in l. 1. in princ. ff. quod cuiusq. vniuers. nom. & habetur in l. Inter publica. §. 1. ff. de verb. signif. & scribit Alex. in l. Diuortio. §. Si vir. num. 4. post Lud. Rom. ff. solut. matr. & tunc ipse solus, eiusque ministri habent salis vendendi ius, & authoritatem, & exigendi publicum vectigal.
8 Salinas etiam priuati homines † habere possūt, patet ex Vlpiano in l. Forma. §. Salinę quoque. ff. de censib. Idem Vlpianus. in l. Magis puto. §. Sed & si Salinas. ff. de reb. eor. & habetur in l. Generali. §. Vxori. & §. Idem quæsiuit. ff de vsu, & vsufr. legat. l. Sed & ij. in princ. ff. de publiс. & vectigal. Et isto casu, quando in priua-
9 torum fundis essent † Salinæ, non essent Principis, sed priuatorum: vt voluerunt Lud. Rom. & Alexand. in d. §. Si vir. vbi dicunt non obstare
10 tex. in d. c. 1. in verb. Salinarū. † Quæ sint Regal. Quia ille text. loquitur de Salinis inuentis in fundo publico, non autem in priuato. Verumtamen est, omnes Principes sibi vsurpasse, vt ipsi soli vēdant sal, aut per suos præpositos vendi faciant subditis, cum sit maximum, vtilissimum, & continuum vectigal, nunquam deficiens: cum vita humana, sale necessario egeat.
11 Et in ijs vectigalibus Salis seruandā † esse consuetudinem seruari solitam, censuerunt, antè omnes Andr. de Iser. & post ipsum, Bald. Aluarot. Martin. Laudens. Præposit. Afflict. & alij in dicto verb. Salinarum. ità etiam voluit Florian. de Sancto Petr. in l. Aequissimum. §. Inde quæsitū. ff. de vsufruct. & quemadm. quis. vtat.
12 Expressim etenim † in Salinis consuetudo attenditur. & seruatur. vt habetur in c. Super quibusdam. §. Præterea. vbi in specie agitur de Salinis de verb. significat. hoc idem voluit Alex. in consil. 86. Visa inquisitione. in princ. vol. 4. Raphael Comens. in cons. 162. p̄ totū. Deci. in cons. 292. in princip. Roland. à Vall. in cons. 42. nu. 24. vol. 3. Thob. Nonius in cons. 83. num. 11. & p̄ totū. Anton. Capic. in inuest. Feudal. §. Feudorū clausulę. in verb. Salinis. post Iacobin. de S. Georg. in inuestit. in verb. & cum Argentifodinis. Aug. Berous in cons. 51. vol. 1. Io. Cephal. in cōs. 539. vol. 4. Marian. Socin. Nep. in cōs. 80. nu. 40. vol. 3. Francisc. Marc. in decis. Delphin. 128. & 385. vol. 1. in decis. 38. & 39. volum. 2. Io. Brechæus. & post ipsum Guliel. Forner. in d. l. Inter publica. vbi ante ipsos Barthol. Cæpoll. ff. de verb. signific. Renat. Choppin. de Doman. Franciæ. lib. 1. tit. 16. nu. 12. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuers. lib. 3. c. 16. in princ. parte prima. & Io. Bodin. de Repub. lib. 6. cap. 10.

Vnde in hoc Napolitano Regno, salis vectigal est de Regalibus, ac Principi spectantibus: Rex enim noster populis omnibus, annuū sal tribuit, & priuatorum sal, nec vēdi impunè potest, absque quorundam Regiorum officialium
13 † permissione. Et institutum hoc fuisse à Friderico Imperatore in hoc Regno dicit Matth. de Afflict. in d. verb. Salinarum. in princ. & ca-
14 uetur expresse per Cōstit. Regni. † Magistros Fundicarios. factam ab eodem Friderico. vbi per Andr. de Isern. Lallum de Tuscia, & Afflict. in qua Constitutione habetur etiam, mercatorem portātem salē cum Nauibus à locis extra
15 Regnum, & applicantē in Regno, † teneri vendere illum Regiæ Curiæ, si voluerit: sin autē noluerit, vendere poterit cui placuerit, solutis eidem Regiæ Curiæ iuribus, seruata forma rituum Regiæ Cameræ summariæ sub tit. de iure
16 † salis. Ritu 65. cū quinq; sequentibus. Dum tñ fiat dicta vēditio (vt ibi dicitur) in grossum, nō ad minutū. Et hic vnus est de casibus, quibus
17 † cogitur quis inuitus vendere bona sua per d. Constit. cuius dispositio defendi potest. arg. l. 1. C. de metallar. lib. 11. vbi laborans ad venas metallorū inueniēdas, pro qualibet vncia me-
18 talli, debet Fisco, octo scrupulos, † & residuum vēdat cōpetenti p̄tio Regio Fisco. Vbi Luc. de Pen. dicit facere pro Regia Curia in opere Salinarum, cogit enim oēs facientes sal in salinis
19 proprijs, ipsū sal Fisco † vendere. Sed subiungit, Bonum esse q̄ iustitia prætij melius seruaretur. Hoc idem refert, & sequitur Capic. in dicta Inuestit. Feudal. in verb. Salinis. in fin. Ex quibus perperam dixit idem Capicius in verb. Collectis. vers. In Regno autem Siciliæ. Quòd
20 impositio salis dicitur in Regno † facta per Regem Alphonsum: cum pateat factam fuisse per Fridericum Imperatorē longo antea tempore. Nisi dicamus iura salis dandi, atq; vēdendi inuenta à Friderico Imperatore: Impositionē verò solutionis annuæ, quæ sit per populos Regni, factam fuisse ab eodem Alphonso, qui
21 † conuenit cū Regnicolis, de p̄bendo cuilibet Foculari annuum modium salis, pro quo acci-

perec

peret collectam, & solutionem annuorum Carlenorum quinque ab eisdem Regnicolis, mediantibus Regijs litteris expeditis in Anno Domini 1451. Quas retulit Regius Consiliarius meritissimus Carolus Tapia, de Constitut. Princip. in Rubr. c. 4. nu. 54. vbi dicit, pro mēsuratoribus eiusdem salis per Curiā Regiā exigi alios granos duos pro foculari, ac modio salis.

Alij etiam Principes à populis eisdem subditis salis vectigal exigunt, & sal illis præbent, vt
22 in † Gallia in anno 1286. à Philippo Pulchro prius institutum istud vectigal memoriæ proditum est, tēporariè tamen, ob bellorum tumultus, & Turbines, & ista impositio in Gallia appellatur (la gabelle.) A Philippo Valesio postmodum in anno 1328. & in anno 1342. ordina-
23 riè institutā fuisse† refert Robert. Guaghinus in Histor. Gallic. lib. 8. & Iacobus Meyerus Histor. Flandricæ. lib. 12. Cōfirmatū postmodum hoc vectigal in anno 1364. à Carolo Sapiente, vt refert in eodē Carolo Paulus Aemilius Histor. Gallicæ lib. 9. Quod testātur etiam Io. Bodin. & Petr. Gregorius in locis relatis. Tam & si Bodinus in de Repub. lib. 6. cap. 2. lamentetur, vectigal illud, repertum fuisse ex causa necessitatis, imminentium bellorum tempore, & postmodum bellis iam pacatis, abijsse in ordinarium vectigal, & quòd in salinis Pictonum, modius salis Parisiensi mensura, olim duobus aureis vendi solitus, nūc viginti aureis vendatur. Vnde dicit, Principes cauere oportere à nouis vectigaliū indictionibus, (quod ego intelligo verū, necessitate nō suggerente, & Principe de suo sufficienter habente) & hinc, suis dictis fauendo rebellantibus, dicit ortam seditionem Belgarum Philippo Austrio Regi Catholico rebellantium, qꝺ Ferdinandus Dux Al-
24 banus, Regis locumtenens† decimā venalium rerum imperasset. Quæ decima, (si legantur veri Belgarū rerū scriptores) nunq̄ nec imposita, nec exacta fuit. Et rebellantiū occasio lōgè antea, q̄ illarum cura Albano Duci demādata esset, orta fuerat, & post modum eo ministrante confirmata: At fęderibus inhitis, ac firmatis, quo tēpore Io. Austrius Regis Germanus eosdē populos regebat, legatis Imperialibus mediantibus, alijsq; omnibus benignitatis, & clementiæ modis, in illis fanciendis à Rege concessis, nunq̄ inobedientiæ, ac animi pertinacis malum, propositiq; illorū obstaculum, reliquerunt, à Diabolo quasi occupati, vt satisfacerēt
25 iniustis Gulielmi† de Nassau Aurangiæ Principis desiderijs: quietem, trāquillitatem, bona, propriumque sanguinem perturbantes. Quam enim vtilitatem ex intestinis ibidem bellis gestis, captare vnq̄ Belgici populi valuere? Vt enim Principis perfidiæ obtēperarēt, qui Deo primū, ecclesiæ Catholicæ Romanæ, eiusq; traditionibus, hostis factus peruersorū hominum, Martini Lutheri, Io. Caluini, atq; aliorū Christianæ fidei hostiū, dogmata amplecterentur? Deo O. Max. demū Regi suo naturali, ac tēporali Dño, cuius potestas à Deo est, rebellis, proditorq; effectus populus obedientiā denegando? Et sic suo pessimo, & nequissimo facinoris exēplo, nō subditis solū, vilis, abiectæq; plebis, sed viris nobilissimis, & armorū, & literarum clarissimis, vt idē facerent, ꝑsuadendo. Hæ sūt rebellantiū causæ, non quas virulētas, suo more, Bodinus effudit, nec vectigaliū nouorū indictiones, q̄ bellorū, turbinumq; populariū tꝑe, iustissimè imponūtur à Regib⁹, Principibusq;. Quæ enim iustior, q̄ vnq̄ pietati Christianæ accōmodatior, melior, q̄ à descis cētibus populis tributa exigere, ꝓsertim, aberrantibus ab ecclesia, & Christiana religione, quam suus author Christus proprij sanguinis effusione, & cruore
26 stabiliuit? Optimè Argentinenses† eiusdē Gulielmi acta cognouerunt Germani, apud quos cognita sua ꝑfidia, ibidē existēs, paruulo nauigio, noctu fugere coact⁹ extitit, & Mogūtiā se recipere, cū oēm & Germanię, & Belgiæ turbationē in ipsū solū, malorū ēt culpas traderent: qui nisi clāculari fuga sibi cōsuluisset, fortè ab ijs suæ perfidiæ, nō sine maximo, & apud Deū, & orbem terrarum decore, pęnas sustinuisset.

Sed redeamus ad rē vñ digressi sumus. Apud Gallos salinarū vectigal exigitur, & in Delphinatu similiter, nō modo ius salinarū, sed ius ti-
27 ragij salis, † tā terra, q̄ etiam per flumen Isaræ propè Gratianopolim. vt scribit Frācisc. Marc. in decis. Delphin. 128. & in decis. 375. parte 1. & sic per Druentiam, & Rhodanum, vt testatur idem Frācisc. Marc. in decis. Delphin. 38. vol. 2.

Laudauit Ioannem, Brunsuicensis Ducis fratrem Albert. Crantius in Saxonia. lib. 8. cap. 27. Quòd nonam, atq; vberiorem Salis venam in
28 Salinis Luneburgensibus† reperisset: quam sub eiusdem Principis iuribus esse constat.

Habent, & Poloni abundantē salis commoditatem, ità vt in partibus occidentalibus illud
29 pro Mercatura† mittant. vt dicit Germanographus lib. 4. Nā Salinas habēt magnas in Agro Craccouiensi, quarū vigesima à Præmislao Rege, Decima vero à Vēceslao Bohemo, Craccouiensi Episcopo fuit ꝑpetuo iure donata. teste Martino Cromero Hist. Polonic. lib. 11. & ideo hēt Zuppas, quas vocāt, & salinas, ac illarū vectigalia. Habēt etiā alias salinas in faucib. Carpathi Mōtis. ꝓpè Hungariā, quarū meminit idē Cromer. lib. 28. Ita, vt quādoq; militibus stipendium ex Salinis constitutum fuerit, constat ex eodem Cromero. lib. 24. & apud Bochnam. & Veliscā Salinæ sunt, ità vt montes ibi existant salis, quos ibidē proprijs oculis conspexisse, in anno 1528. scribit Olaus Magnus de rebus Septentrionalib. lib. 13. cap. 43. Velisce autem Salinæ, milliario vno cū dimidio Bochna, milliario quinto ab vrbe Craccouiēsi, distant, & illarum opera pellucida ad Chrystalli similitudinem,

nem,pluribus refert idē Cromerus. lib. 9. Quo
autem modo, ſeptentrionales ſalem conficiāt,
30 † ſcribit idem Olaus in dicto cap. 43. & 44.
Quo in loco ſcribit, apud Suenones, ſeu Suecos,
& Gothos ad euitandas expenſas potius
exoticum emiſſe à Nauibus Hiſpanis,Gallicis,
Britannicis, & Luſitanicis, quàm ſalem proprium
conficere.

Hiſpania, multas, atq; vberrimas habet ſalinas,
nō modo factitium ſalem,ſed effosſititium
31 facientes,†ex quibus Regi prouentus plurimi
obueniunt: teſtatur Iulius Solinus in Polyhiſtore.
cap.25. præſertim apud Saguntinos puteos,
& Caneas;& apud Ripagorcium, montes
ſalis exiſtūt ad lapidicinarum ſimilitudinem,
in Valle Antiqueræ,in Valle Atencæ, apud oppidum
ſalinarum,& aliud oppidum,nuncupatum
(Salinas de oro)ſic,& apud Nouanos,Nauarros
populos, vt teſtis eſt Lucius Marineus
de rebus Hiſpanicis. lib.1.cap.10.

Hungariæ Reges maximum vectigal habēt ex
32 ſalinis ꝓpè fontes Tibiſci, & in loco†Sighet,
vt eſt author Vuolphgangus Lazius in Reipublicæ
Roman.Commentar.lib.3.

Et non ſolum in Regno Neapolitano Rex noſter
habet ſalinas in terra Baroli, Māfredoniæ,
33 †Calabriæ,& alibi vberrimas vltra omnes Reges:
Sed etiam in Inſula Siciliæ habet frugaliſſimas
34 ſalinas,tum ſalis foſſitij,tum†effectitij
apud Ennenſes, Nicoſienſes, Cameratenſes,
Platanenſes, ac etiam Drepani, Camerinæ, &
Maccari, & propè Pachynum,ac Pelorum promontoria,
ac centum ripas. Eſt autem coloris
lucidi,Albi,Rubei,& alibi nigri.vt ſcribit Tho.
Facellus Rerum Sicularum lib. 1. cap. 4. & 5.
& lib.4. cap.1. Deccade prima. Apud territorium
Gelonum eiuſdem Inſulæ,eſt ſal eius naturæ,
& fulgoris,quòd in eo tamquàm in ſpeculo
imagines repreſentantur. vt dicit Plin. lib.
31. cap.7. Facellus lib.5. cap.3. lib.10. cap. 2.
Decade prima.

In Iudæa etiam, eſt mare mortuum, ſiue ſalſum,
aut ſalis,in quo fuerunt Ciuitates†Sodo-
35 ma,& Gomorra,ac aliæ Ciuitates,vbi vltra omnes
maris aquas, qua illa ſalſedinem habet,ac
propè linguam maris, ſiue lacus,eſt vallis,ſali-
36 narum appellata,in qua†Dauid percuſſit Idumæorū
octodecim millia, Ioab duodecim millia,
&Amaſias viginti millia:patet Numer.cap.
34.Ezechiel. c.47.Zacchar.c.14. lib.2.Reg.c.8.
lib.4. Reg.cap. 14. Dauid Pſalm.58. Pſalm.59.
lib.1. Paralipom.cap.18.lib.2. Paralipom.c.25.
lib.1.Macchab.c.11.Propè eundem lacum,ſiue
mare in Tribu Iuda sūt ſalinæ,& propè ſalinas
37 eſt Ciuitas ſalis,vt de ſalinis meminit†Ezech.
cap.47.lib.Macchab.1.cap.10.& 11.& de Ciuitate
ſalis habetur Ioſue.cap.15.

Habemus itaq; ſalinas poſſe eſſe, & publicas,
priuatas,modo,quo dictum fuit:Siue autem
regalibus illæ ſint, ſiuè priuatorum,tamen
vectigal ipſarum Principi ſpectat.Hinc veroſimiliter
poſſet dubitari,an Reges,aut alij Principes,
Feuda concedentes cum ſalinis, ſi ipſi
de publico eas non habent, intelligatur conceſſum
vectigal ſalinarum, apud priuatos exiſtentium?
In quo dubio, reſponderi poteſt,ob
expreſſionem illarum, intelligi conceſſas ſali-
38 nas publicas, & Principum, aut† vectigal pro
ſalinis priuatorum,attenta tamen conſuetudine.
vt dicunt Andr. de Iſernia Bald. Aluarot.
Laudēſ.Prępoſit.Afflict.& alij.in d.c.1.in verb.
Salinarum. Quæ ſint regal. Iacobin.de S.Georgio
in dicto verb. Cum Argentifodinis. Capicius
in d.verb.Salinis. Berous in dicto cōſ. 51.
nu.26.27. vol.2.Si verò conceſſio,vel inueſtitura
eſſet generalis cū iuriſdictionibus, iuribus,
prouentibus, & alijs verbis, & clauſulis generalibus,
ſimiliter nō ambigitur,intelligi etiam
factam conceſſionem ſalinarum, & eius vecti-
39 galis,vt ex multis concludit † Paul. de Caſtr.
in conſ.63. vol.1. Raphael Comenſ.in d.conſil.
162.& poſt ipſos Marian.Soci.iunior.in d.conſ.
80.per totū.& nu.40.vol.3.& Io.Ceph.in conſ.
539.vol.4.Nonius in conſil.83. ſupra allegato.
40 Quid ſi priuatus ſalinas haberet, &†ſal vendere
ſolitus eſſet,liberè abſq; alicuius gabellę,
vel alicuius vectigalis ſolutione, & Princeps,
vel Dn̄s imponeret ſuper eo nouum vectigal,
aut gabellam,an de ipſo ſale poſt modum fieri
poſſet venditio,& ſolui deberet gabella? Cum
ſit ſeruanda in ijs conſuetudo, vt iam pluries
dictum extitit,ex Iſernia,Aluaroto,Laudenſe,
Præpoſito,& alijs: Videtur in hac facti ſpecie,
ſimiliter dicendum, ſtante ſolutione, minimè
hactenus facta, eandem ſolutionem vectigalis,
vel gabellæ, minimè fieri debere. vt cenſuit
Petr.de Anchar. in conſil.264. in fin.Roland.à
Valle in cōſ.42.nu.24. vol.3.& in ſpecie voluit
Thob.Nonius in d.conſil.83.num.11. In ſalinis
etiam, quòd eſſent de regalibus,præſupponit
tn̄ pſcriptionem immemorabilem,& cuius initij
hominū memoria non extaret.Sed breuiter
ego diſtinguerē, ꝙ aut imponitur vectigal nouum
per Principem ſupremum habentem iura
Maieſtatis, & ſupremi Imperij,& tunc vectigal
41 † ſoluendum foret,cum ipſe poſſit nouas Gabellas
inſtituere.l.Vectigalia.ff. de publican.&
vectigal.lib. l. Non ſolent.C. noua vectigal.Inſt.
non poſſ. Barthol.Socin. in conſ.7.nu.2. vol.3.
Iaſ.in l.Placet. num.22.C.de ſacroſ.eccleſijs.&
hoc intelligendum eſt, ſecundum ea, quæ nos
diximus ſupra capite 11. & 20. Aut impoſitio
ſit per alium inferiorem Dn̄um, & Baronem,&
tunc vectigalis,ſeu gabellæ ſolutio fieri nō de-
42 beret.†vt deducit Lancellot.Conrad.in Templo
iudic. lib.1. c.1. de Imperator.§. 4.in verb.
Collectas. Et in hoc Regno Neapolitano expeditum
eſt fieri non poſſe per cap. Regni. Item
quòd Iuſtitiarij,& Iudices. & Pragmat. Caroli
43 †Quinti Imperatoris.incip.Audiuimus etiam.
ſub

sub titul. de Baronibus, & eor. offic.

Sed quid si Princeps supremus, concesserit omnia Iura, Tallias, vectigalia, Telonea, reditus, & alios prouentus omnes ad ipsum spectantes, reseruato, quòd teneatur inuestitus, & sui vassalli recipere sal ab ipso concedente. An si transeant mercatores exteri cũ sale, vel cum Nauigijs per locum ipsius inuestiti, solutio di-
44 cti salis per transientis, sit, aut † esse debeat ipsius inuestiti? Hanc quæstionem inter alios explicauit Alexand. in d. cons. 86. vol. 4. vbi scripsit quæstionem inter commune Ciuitatis Boniæ, & conductores: & cõclusit, eosdem conductores Gabellarum, & Datiorum fore absoluendos ab inquisitione, quòd à transeuntibus, & portantibus salem, gabellam exegissent. Sic etiam in facti cõtingentia tractatur inter Pontificios, & Dños de Malatestis, vt per Comens. in d. cõs. 162. Similis quæstio ventilata olim inter Rempublicam Florentinam, & Communitatem Ciuitatis Volaterræ, quæ habuerunt ius salinarum ab ipsa Republica Florẽtina, & post modum concesserat nouos puteos faciẽdi sal alteri. de quo per Deci. in d. cõs. 292. & in proprijs terminis inter Camerã Apostolicam concedentem, & Ducem Ferrariȩ Feudatarium, an posset Dux exigere gabellam salis ab exteris portãtibus, & transeuntibus cum sale cum nauigijs per flumen Padi: pro Duce respõdit Io. Cephal. in d cons. 539. vol. 4. Ijs concinunt scripta, pro Serenis. Regina Hungariæ, contra Serenis. Regem Romanorum, super quo scripsit Marian. Socin. iunior in d. cõs. 80. vol. 3. & Latius Roland. à Valle in d. consil. 42. vol. 3.

Inter potissimas vitæ huius commoditates, salis abundantia præstat, & ideo cũ Dei Optimi Maximi gratia, ac singulari Catholici Regis nostri beneficio omnia eius Regna, Dominiaque maxima libertate viuendi fruãtur, Deo gratiæ semper habendæ, & pro eiusdem Regis salute depræcandum. Nam scimus inter Hermundu-
45 ros, Cattosq; magno † certatum fuisse prælio, super flumine vtriq; contermino obtinendo, quod pro sale gignendo erat accommodum: sicuti scribit Cornel. Tacit. lib. Annal. 13. in fin. his verbis dicens: Indè indulgentia numinum illo in amne, illisq; siluis, salem prouenire, non vt alias apud gentes eluuie maris, arescente vnda, sed semper ardẽtem arborum struem fusa, contrarijs inter se elementis, igne, atq; aqs cõcretum. Inde est, quod dicit Plin. lib. 31. c. 7.
46 quòd sal, aut fiat, † aut generetur, quia generatur in Montibus sub terram etiam effossis glebarum cuniculis. Fit autẽ diuersimodè, vel ex aqua maris, aut fluminũ, vel puteorũ, vt ex pluribus (vt supra) authoribus tradidimus. De sale
47 † Tarentino loquitur Plin. vbi supra: & Ianus Iuuenis de Tarentinorum Historia lib. 4. c. 1.
48 De Aethiopibus vero, Nigritis, † Numidis, & Barbaris, sic dicit Leo Afer Histor. Afric. 9. Africa (inquit) potiori ex parte aliud sal nõ habet, præter id, quod ex specuum salinis, velut Marmor, aut Gessum, Cãdidi, Rubei, & Cinericij coloris effoditur. Barbaria sale abundat, Numidia mediocriter, Nigritarum autem Regio, præcipuè Aethiopia interior, vbi dimidio Aureo libra venditur, sale caret. Harum autem regionũ populi, sal supra mẽsam imponere non consueuerunt, sed frustulum salis manu continentes, in singulas panis buccellas, ne multũ assumãt, lingunt. In aliquot Barbariæ lacubus, & paludibus æstiuo tempore, sal congelatur, planum, & candidum, veluti in locis Fessanæ Ciuitati, vicinis. Hæc Leo: Hinc apud Arago-
49 nios, Vascones, & Burgũdos, salẽ † esse naturalem fructũ, vt qui ibidẽ ex montibus gignatur, scribit Io. Philippus in Respons. 28. num. 29.

Apud antiquos autem in primis mensis à re-
50 bus salsis inchoandum erat. vt † scribit Cornelius Celsus lib. 1. cap. 2. Cibus (inquit) à salsamentis, oleribus, similibusq; rebus, melius incipit. quẽ refert Marsilius Cagnatus Veronensis. in Disputation. de ordine in cibis seruãdo. Hinc Medicorum versiculi decantantur.

Sal primò poni debuit, primoq; reponi,
Non benè mensa tibi ponitur absq; sale.

Cibos enim sal cõdit, id est, sapidiores efficit, Hinc alij versiculi vulgati.

Nam sapit esca male, quæ datur absq; sale.

Et idcirco animali, ne putesceret, salem pro
51 anima datum esse dicebat † Chrysippus, vt testatur Cicero de natur. Deor. lib. 2. & è nostris refert Io. Copus de Fructib. lib. 1. titul. 1. cap. 4. Insuper sal vim habet vehementer siccam, & astringentem, atq; idcirco quicquid in corporibus humidũ est, id omne depascit, reliquum
52 astrictione leniter † contrahit: vt voluit Galen. de simplic. Medicam. Facultat. lib. 2. c. 50. dicẽs: Nam sal quicquid in corporibus humidũ est, id quodammodo absumit, & quod reliquum est substantiæ solidæ astrictione contrahit, ac proinde etiã conditura sua, carnes seruat. Hȩc Galenus. Hinc panes sale cõditi læuiores sunt,
53 q̃ panes † non Taliti: quia sal exsiccare potest, ex quo incorrupta seruantur, quæ confecta sale reponimus: absumitur enim à sale, desiccaturq; humor, qui ex calore putrescit, & in pane humor à sale consumitur. vt inquit Aristoteles section. 21. Problemat. 5. Hinc sal dentium
54 stuporem tollit, quia † macerat, & liquefacit humorem, & sic acorem etiã extrudit. Idem Aristotel. Problem. 38. sect. 1. Abstinendum verò esse à nimia salsedine, ob humorem, quem ge-
55 nerat, † Melãcholicum: Docet Galenus. in lib. de Atra bile. c. 4. Multam namq; in cibarijs salsedinem improbat Auicen. 3. Fen. 13. quia omnia salsa, acuta, vaporosa, sunt, os stomachi lædentia, prauumq; alimẽtum exhibentia. Vnde Kazis lib. 3. ad Almansorem. cap. 17. de sale di-
56 cit: Cibaria valde salsa sanguinem adurũt; † visum

sum debilitant,coitum minuunt, pruritum,scabiem, serpigines, impetigines, ac morpheam pariunt, atque vrinæ meatus excoriant. Adurunt sanguinem,& debilitant visum, ob nimiā siccitatem, quæ oculis est contraria, quorum natura aquea est. Teste Aristotel.in lib.de Sensu,& sensat.cap.2. Semen diminuunt, quia humiditates corporis omnes, præsertim semen exsiccant. Scabiem, denique & pruritum generant,quia humores patiūtur acutum,& mordicatiuum, qui horum omnium causa existit. Sanguinem adurunt,& prurituosa omniū generant excrementa,& hepatis caliditatem augēt. Apud Græcos verò, vsu fuisse in primis mensis apponi ad ostendendum Amicitiæ Vinculum,
57 Symbolūq;,† & ominis boni causa. inqt Alex. ab Alexand.Dier.Genial.lib.5.cap.21. Io. Pierius Valerian. Hieroglyphic.lib.31. Quare ve-
58 rò sal in oleo non liquefiat, † scribit Aristot. Meteor. lib.4. c.1. Moderatus Columella Rei Rusticæ.lib.12.cap.50.Marsilius Cagnatus Variarum obseruation.lib.1.cap.10.

Hoc modico sale sint contenta Salinarum prata,qui sapidiora illa volet, Salis sui aliquid addat,quia nos ijs remisisse,qui materiā exornarunt satis habemus,cum noua etiam nonnulla illis applicauerimus.

ARGVMENT. CAP. XXVI.

In læsæ Maiestatis Diuinæ crimine cui bona applicentur, Ecclesiastico,an seculari Principi? Quid si Clericus sit hęreticus? Si Laicus an debeatur supremo Principi,vel medio iuridico, siue Baroni, si eius subditus sit in culpa? Quid in committente crimen læsæ Maiestatis humanæ, quando bona publicentur? pluraque ad Materiam concernentia,adducta sunt.

COMPENDIVM.

1 *Longè maius est, Maiestatem* Diuinam, *quàm humanam offendere.*
2 *Quot modis hæresis committatur, & requisita, vt quis dicatur hæreticus remissiuè.*
3 *Bona hæreticorum confiscantur, nihilo filijs relicto.*
4 *Bonorum appellatione,quid contineatur?*
5 *Clerici hæretici bona, cui applicentur?*
6 *Laici hæretici bona cui applicentur? & quid hodie obseruetur. num. 7.*
8 *Bona laici hæretici in Statu Mediolani,cui applicētur.*
9 *In Hispania,bona laici Hæretici cui applicentur.*
10 *Bona Hæretici à die criminis patrati confiscata intelliguntur.*
11 *Hæreticis suorum bonorum administratio à die criminis interdicitur.*
12 *Edictum fit, vt bona hæretici reuelentur, & fit omnium annotatio, & descriptio.*
13 *Crimen hæresis quoad bonorum confiscationem morte non extinguitur.*
14 *Declaratio quem esse hæreticum fieri potest etiam post quadraginta annos.*
15 *Bona hæretici,cui debentur Domino supremo,an medio iuridico, siue Baroni? num. 16. 17. 18.*
19 *Bona hæretici feudalia, vel emphyteotica, an confiscentur, Domino directo? num. 20.*
21 *Hæreticus siue clericus, siue laicus ad fidem rediens, an bona recuperent?*
22 *Verba. Ipso iure. habent vim latæ sententiæ.*
23 *Verbum. Misericordia. quid significet?*
24 *Propinquis prius dandum est.*
25 *Ius in bonis, quæritur per sententiam.*
26 Ferdinandus *Rex Neapoli, filias Rossani Principis sui rebellis magna cōstituta dote, nuptui tradidit.*
27 *Regis Maiestas appellatur.*
28 *Pœnæ Maiestatis læsæ locum habent in Rege Neapolitano.*
29 *Quot modis humana Maiestas lædatur,remissiuè.*
30 *Potestati, qui resistit, Dei ordinationi resistit.*
31 *Bona committentis crimen læsæ Maiestatis humanæ confiscantur.*
32 *Lucilla commodi Imperatoris soror cum alijs coniuratis,Maiestatis damnata.*
Theodosius Magnus Arcadio filio Constantinopoli, Rufinum,& Honorio Romæ, Stiliconem, Tutores reliquit.
33 *Rufinus,& Stilico,ingrati,Maiestatis læsæ pœnas subierunt.*
34 Ferdinandus *Aragonius ab Henrico fratre Castellæ Rege, Ioanni puero Tutor relictus, cum posset Regnum ipse quærere, magnanimo exemplo, Puero conseruauit.*
35 *Tennes,quia Sydonios Cines suos prodidisset, interfectus ab Artaxerse Persarum Rege.*
36 *C. Chæream,& Lupum,quòd C. Caligulam Imperatorem occidissent,Claudius Cæsar morti tradidit.*
37 *Imperatorem à suis interfici inuisum Romanis.*
38 *Proditor inuisus est Legi, Deo, Naturæ, ac Nominibus,quos simul violat.*
Aulici in domibus Principum zizanias non susurrent, vel praua in alios moliantur.
39 *Caroli Principis Hispaniarum Philippi Secundi mors, ob seminatores aulicos prauos.*

CAP. XXVI.

ET si criminis Maiestatis læsę seges plenissimè exculta sit à Doctoribus,qui criminalia iudicia scripserunt,& nouissimus horum Hieronymus Gigas, qui illam exactissimè explicauit, ità vt superuacaneum,& inutile, quodammodo videatur,alia scribere,quin ab ipso,& alijs farinę nostræ Iureconsultis,nō fuerit expletum. Non tamen idcirco desinam,quin pauca subijciam, seruato Imperatoris Friderici ordine,in dicto c.1.in Verb.Bona committentium crimen læsę Maie-

Maiestatis. Quae sint Regal. ad eiusdem textus elucidationem.

Proditione Maiestas laeditur, aperta, vel occulta, Aut Diuina, aut Humana. Diuina igitur, (vt semper à Diuinis inchoemus) Maiestas lęditur ab Haereticis, & fidei Christianae hostibus, & longè maius est Diuinam, quàm huma-
1 nam † Maiestatem offendere. vt notatur in c. Vrgentis. de Haeret. & voluit idem Fridericus. in Auct. Gazarof. C. de Haeret. & in Const. Regni. In consurilem. Salicet. in l. 2. C. Ad leg. Iul. Maiest. Ioan. de Imol. & Cardin. Zabarell. in Clem. Vnica. §. Sane. q. 22. de Vsur. Ang. in tract. Malef. in verb. Che hai rradito la patria tua. Io. de Turrecrem. in Summa. de Eccles. lib. 4. par. 2. cap. 12. Zanchinus. Vgolin. de Haeretic. cap. 2. Ludouic. Carrer. de Haeretic. nu. 6. & seq. Paul. Grilland. de Haeret. q. 2. Gundissaluus Villadiego. de Haeret. q. 1. Conrad. Brun. de Haeret. libr. 1. cap. 2. Bernard. Comens. in Lucern. Inquisitor. §. Haeresis. Arnald. Albertin. de Agnoscend. assertion. Catholic. vel Haeretic. q. 1. q. 2. Et alibi pluries, Eymericus in Director. Inquisir. par. 2. q. 2. 31. & 32. vbi latissimè alios allegat Francisc. Pegna, apud quos habetur, quot modis cō
2 mittatur Haeresis, & requisita, † vt quis dicatur, Verè, propriè, vel impropriè haereticus.

Committentium itaque scelus criminis Maiestatis in Deum bona, scilicet Haereticorum confiscantur, & si Catholicos filios habeant; cū
3 in alijs criminibus, etiam † in quibus bona cōfiscantur, secus quandoque sit, tamen in hoc crimine nulla filiorum ratio habetur d. c. Vergentis. & c. Cum secundum. de Haeret. in 6. dicta Auct. Gazarof. in fin. habetur in l. fin. C. de Bon. proscript. l. Manicheos. C. de Haeret. Gloss. in Summa. 23. q. 7. Bartol. in l. Si debitor. ff. de his quę in fraud. credit. Felyn. in c. Cum nobis. de Pręscripr. Bernard. Diaz. in Pract. Crim. Can. c. 108. Gundissaluus. de Hęret. q. 15. Iacob. Siman. in Enchirid. Violatae Religion. ritul. 56. & Instit. Catholic. tit. 9. Francisc Squillacen. de Fid. Cathol. cap. 30. Bernard. Comen. in Lucern. Inquisit. §. Bona. Alphons. de Castr. de Iusta Hęretic. punit. lib. 2. cap. 5. & 6. Grilland. de Haeretic. q. 3. Albert. Brun. in consil. 31. Iul. Clar. in §. Haeresis. nu. 11. 12. Zanchin. de Hęret. cap. 25. Iacob. Menoch. in cons. 99. nu. 163. 165. vol. 1. Bonorum vero appellatione isto casu, intelligun-
4 tur, Immobilia, mobilia, † mouentia, Iura, & actiones, & quicquid bonorum continebitur. arg. l. Bonorum. l. Mouentium. ff. de verb. signif. & in d. c. Cum secundum.

Bona vero Haeretici, cui applicentur? distinctione opus est, aut loquimur de Clerico, aut de Laico. Clerici bona, aut patrimonialia,
5 aut Ecclesiae, & similiter Monachorum, quę fortè post professionem, siue probationem quaesiuisset, quę impediente professione, sibi acquirere non poterat, & ista bona Ecclesiae, Clericorum, & Monachorum, quaesita post professionem sunt Ecclesiae. c. Cum olim. et 2. de Praebēd. c. Vnico. 18. q. 1. Clericorum autem bona propria, vel patrimonialia, & Monachorum quaesita ante professionem, applicantur Fisco Officij Inquisitionis. text. in Cle. 2. in princip. vbi Gloss. in verb. Ecclesiarū. de Haeret. Dominic. de S. Gemin. in c. Accusatus. §. Sacerdotes. in princip. nu. 3. de Haeret. in 6. Cardinal. Zabarell. in d. Clem. 2. §. Inquisitoribus. q. 3. & 4. Ant. Scappius de Iur. non scripto. lib. 5. cap. 133. nu. 2. Ego dixi ad Bellugam in Specul. Princ. Rub. 11. §. Viso. in verb. Ad principem. in fin. sequitur Petr. Cenedo in Collectan. Iur. Canon. par. 2. Collect. 55. nu. 6.

Bona vero laici haeretici, Dominis Tempo-
6 ralibus, & secularibus Principibus applicabuntur. † vt in d. c. Vergentis. habetur in capit. excommunicamus §. Damnari. de Haeret. in 6. vbi DD. & in d. cap. cum secundum, & in dicta l. Manicheos. prout etiam in Hispania Fisco Regis nostri applicari, scribit Didac. Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 9. nume. 12.

Hodie autem, quantum ad bona Haeretici laici, aliter seruatur, quia illa tripliciter diui-
7 duntur, † quarum vna pars datur Episcopo, seu Inquisitori. Secunda, Ecclesiae Romanae, siue eius Fisco. Tertia vero Fisco temporali ordinario illius loci, vbi erit Haereticus, vt in specie scribit Felyn. in c. Irrefragabili. §. Cęterum. sub nu. 1. de offic. ordin. dum ait: Et quando fui Romae, tempore Sixti, vidi in libraria Papę. in lib. de Inquisiror. Haeresis, multas extrauagantes, in quibus derogatur dispositioni dicti c. Cum secundum. taxādo, quòd bona condēnati de Haeresi applicentur Sedi Apostolicae, ordinario, & Inquisitori. refert Iul. Clar. in d. §. Haeresis. nu. 12. Syluest. de Prierio in Summa. §. Haeresis. 2. nu. 12. Ant. Florent in Summa parte 3. tit. 18. cap. 2. §. 7. Aegid. Boss. in tit. de Haeret. sub nu. 33. qui allegat Petr. de Anchar. in cons. 15. vbi nihil de ista triplici diuisione. Illa tamen constitutis apparet facta per Innocentiū 4. in anno 1252. Incip. Ad extirpanda. sub data Perusij, idibus Maij, quam hodie videmus insertam post opus Eymerici. fol. 8. adest alia cōstitutio confirmatoria iam dictae, facta per Clementem 4. Ad extirpanda. facta in anno. 1265. sub data Perusij. 3. Nonas Nouembris. est ibidem. fol. 57. Bernard. Comens. in Lucerna Inquisitor. §. Bona. num. 5. 6. & ita mitiganda esse mihi videtur, & intelligenda, quae scribit Roland. à Vall. in cons. 8. vol. 3. & Francisc. Bursat. in cons. 43. vol. 1. prout nouissimè declarat Frācisc. Pegna ad Eymeric. in Director. Inquisir. par. 3. q. 109 & ita etiam intelliguntur, quae dicit Camill. Campeg. ad Zanchin. cap. 26. & dicit Iul. Clar. in dicto §. Haeresis. n. 12. dicens ob-
8 seruari in senatu Mediolani † per Fiscum Regium Capi omnia bona, & poni ad proclama, & ven-

vendirione illorum facta, vnicuique sua portio assignatur: In Hispania verò omnia bona ap-
9 plicari Fisco Regio, tam Laicorum, † quam clericorum etiam beneficia Ecclesiastica. voluit Didac. Couarruuias variar. resolut. lib. 2. cap. 9. nu. 12. & refert Clar. in d. §. Hæresis. nu. 12.

Dictaque Hæreticorum bona à die patrati
10 criminis ipso iure confiscata intelliguntur † l. 4. C. de Hæret. & notatur in d. c. Vergẽtis. & in d. c. Cum secundum. Lucerna Inquisitor. §. Bona hæreticorum. in princ. Simanc. in Pract. Hæreseos. tit. 6. nu. 4. Idcircò hæreticis à die commissi criminis omnium suorum bonorum ad-
11 ministratio † interdicitur. d. c. Cum secundum. Clar. in dicto §. Hęresis. nu. 12. Et interim nec vendere, nec alienare poterunt, quinimmo Inquisitores, & Fiscus, etiam sine prętio à possessorum manibus eadem bona vendicabunt, vt reddendo huius conclusionis rationem voluit Bernard. Comens. in d. Lucerna inquisit. in d. §. Bona. nu. 4. Et fit eorundem bonorum annotatio, atque descriptio, & fit edictum ad alia bo-
12 na † reuelanda, atque indicanda. l. Si quis intra. C. de Bonis proscriptor. Zanchin. de Hæretic. cap. 15. in fin. Exigitur tamen declaratoria Iudicis Inquisitoris, vel Ecclesiastici sentẽtia, & post sententiam Princeps secularis se intromittit in bonis prædictis, voluit Gloss. in d. Clement. 2. in verb. Ecclesiæ de Hęret. Io. de Anan. & Panor. in d. c. Vergentis. Zanchin. in d. cap. 15. Cardinal. Paris. in cons. 2. nu. 178. Vol. 4. nouissimè Martin. Nauarr. in consil. 12. nu. 4. tit. de Hæret. par. 2. & ante eos Alberic. de Rosat. in d. l. Manicheos. Cardin. Zabarell. in consil. 128. Corn. in cons. 79. litera d. vol. 3. & in cons. 222. literę d. vol. 4. quæ sententia etiam post mortẽ Hæretici proferri potest, cum quoad bonorum capturam, confiscationem, & publicationem,
13 crimen hoc † morte non extinguatur. vt notatur in c. Accusatus. §. In eo verò. de Hæretic. in 6. Gloss. in c. A nobis. in verb. Mortuos. de sent. excomm. Gloss. in summa. 24. q. 2. Abb. Panor. in d. cap. Vergentis. Gemin. in d. § In eo verò. vbi
14 gloss. dicit hanc declarationem fieri posse † ẽt post quadraginta annos à die mortis eorundẽ Hæreticorum. Sequitur Bernard. Comens. in d. § Bona. nu. 1. 3. in Lucerna Inquisitorum.

Solet autem quæri, an bonorum eadem publicatio, debeatur supremo Principi, puta Summo Pontifici, Imperatori, Regi, Ducibus, vel Principibus, qui fruuntur iure Maiestatis, an vero Dominis inferioribus, Baronibus, vel subfeudatarijs? In qua, communi calculo, omnes re-
15 sponderunt, deberi † Domino inferiori mediato, non autem supremo Principi, sed ipsi tantum, qui Dominus reperitur loci, in quo erit Hæreticus, & in quo sita sunt bona, vt notatur in d. c. Vergentis. & c. Cum secundum. voluit Bernard. in Lucerna Inquisit. §. Bona. nu. 7. Doctor. in d. c. Cum secundum. Aymo Crauett. in consil. 128. nu. 6. vers. Secundo. post Matth. de Afflict. in Decis. Neapol. 282. num. 12. 16. Guid. Pap. in decis. Gratianop. 76. faciunt notata per Alexand. in consil. 16. in fin. in consil. 31. col. 2. vol. 1. Bartholom. Socin. in consil. 13. col. fin. in princip. vol. 2. Qui videntur tenere, hæc omnia pocedere in bonis immobilibus, secus verò in Mobilibus, quòd illa pertineant ad iudicem
16 confiscantem † vt est de mente Alexand. in consil. 111. vol. 4. & post illum, ac Socinum, quẽ allegat voluit Catellian. Corta in Memorab. confiscatio bonorum. Aegid. Boss. in tit. de Hæretic. nume. 62. Iacob. Simancas in Praxi Hæreseos. tit. 56. nu. 8. Quamuis Gemin. in d. c. Cum secundum. §. Confiscationes. dicat aliter disputando tenuisse Riccard. Malumbre, & Io. Calderinum, ex quorum dictis videtur rem deduci in dubitationem, ac etiam per allegata à Frãcisc. Aretin. in cons. 10. Tamen communis opinio, videtur sequenda, de qua supra diximus. & etiam ex allegatis per Philipp. Franc. in d. §. Confiscationes. col. 1. Ego autem quoad bona in diuersis territorijs sita in casu confiscationis bonorum pro Hæresi, dicerem duas portiones, quæ debentur inquisitori pro Hæresi, siue Iudici Ecclesiastico, & Ecclesię Romanę, atque
17 eius Fisco deberi, vbicunque fuerint. † Quo verò ad portionem seculari Domino spectantem, deberi illi Iudici, in cuius Dominio Hæreticus erat, & cuius opere, atque auxilio Iudices sacrarum Inquisitionum, adiuti fuissent: postpositis notatis in d. c. Vergentis. attentis solummodo relatis Constitutionibus Innocentij 4. & Clementis. 4. & his, quæ dicunt Gemin. & Philipp. Francisc. in d. §. Confiscationes. Videtur enim eosdem Summos Pontifices, illa ex causa, portionem secularibus Principibus reseruasse, ob fauorem, & auxilium officialibus S. Inquisitionis actu præstandum. Verum si bona sint fortè in alieno territorio alterius temporalis Domini, qui hos labores, atque one-
18 ra † minimè subierit, nec subeat, causam non video, cur illi debeantur: vt per quàm optimè considerauit Francisc. Pegna ad Eymericum in Directorio Inquisitor. par. 3. q. 109. Comment. 158. col. 11. vers. Itaque omissa dispositione. & Vers. Hinc consequenter. & Vers. Cum autem.

Siue autem Clericus, siue laicus fuerit de Hæresi condemnatus, & bona eius habeant Dominum directum, Emphyteosis, vel Feudi ratio-
19 ne, illa tamen † in confiscationem non veniunt, sed ad proprium Dominum redibunt. c. Imperialem. § Illud quoque. de Prohib. Feud. alien. p Frider. c. Fœlicis. §. Si qua verò. de Pęn. in 6. & habetur in §. Sancimus. Auct. de Alien. & Emphyteosi. latissimè Oldrad. in cons. 17. per totũ. Bart. in l. si finita. §. Si de vectigalibus. nu. 5. 6. ff. de Damn. Infect. Philipp. Franc. in d. §. Confiscationes. pulchrè more suo Alexand. in cons. 23. vol. 1. & in consil. 9. vol. 2. Barthol. de Casça.

in

in Consuetud. Burgund. Rub. 1. §. 5. in verb. S'il n'ha grace du prince. nume. 8 1. & Rub. 2. §. 1. in verb. Et appertient la confiscation. numer. 2. & §. 3. in princip. num. 1. Capell. Tholos. in decis. 150. vbi Aufrer. Paul. de Castr. in cons. 34. n. Nicol. Boer. in consuetud. Bituricens. Rub. Des costumes cócernans les iuges, & leur Iuridition. §. 1. col. 2. Guido Papæ in decis. Gratianop. 438. in fin. Licet in Emphyteosi contrarium teneatur
20 rit † Cardinal. Zabarell. in Clem. 2. in verb. Inquisitoribus. q. 7. de Hæret. quem sequitur Bernard. Diaz. in Pract. Crim. Canonic. cap. 106. nu. 17. Non tamen recedendum arbitror, à præfata communi Doctorum opinione.

In dubium ducitur, Si hæreticus ad fidem reuertatur, ad pristinum an reducatur? Quàm plurimi tenuerunt, clericum recuperare, & Ec-
21 clesiastica beneficia, & bona: † similiterque laicum, & bona recuperare, & pęnas euitare, si ad Ecclesiæ gremium redieerint, pęnitentiam subituri: quos refert, & sequitur Cardinal. Paris. in consil. 1. per totum. & in cons. 2. num. 177. cum pluribus seq. vol. 4. quem refert. Iul. Clar. in d. §. Hæresis. num. 7. in fin. Petrus Rebuffi de Pacific. Possessor. num. 235. Eymeric. in Director. Inquisit. parte 3. q. 109. 110. Zanchin. Vgolin. de Hæretic. cap. 25. sub nu. 3. Paul. Grilland. de Hęret. q. 6. Sed alij, tenuerunt contrarium, vt in specie contra Zanchinum tenuit Iacob. Simancas in Cathol. Instit. capit. 14. & in Praxi Hæreseos. tit. 57. nu. 3. 4. vbi in specie asseruit, deceptos Parisium, & Rebuffum. Idem sentit Andræas Alciat. in c. Perniciosam. nu. 74. de offic. ordin. Francisc. Pegna ad Eymericum in d. q. 109. Quorum opinionem, ego veriorem censerem quoad bona, maximè si prolata esset sententia; quia tunc nulla apud me esset dubitatio, quin vllo pacto bona recuperet ad secularem Principem deuoluta. Tam & si idem censeam ante sententiam, cum bona ipso iure intelligantur confiscata, vt apparet in dicto. cap. Cum secundum, quæ est lex nouissima, & facta post c. Vergentis. in quo videntur, hi, qui contrarium asseuerarunt, se fundare. Ibi enim Summus Pontifex, omissa parenthesi ait, Bona hęreticorum ipso iure de fratrum nostrorum consilio, decernimus confiscata. quæ verba, ipso
22 Iure, habent vim latæ † sententiæ, & promulgatæ, ità vt nec aliud iudicis ministerium requiratur, ex notatis ad satietatem per Andr. Tiraquell. de Reuocand. donat. in verb. Reuertatur. nu. 21. cum infinitis propè modum seq. post Neuizan. in consil. 6. & Octauian. Cacheran. in decis. Pedemontan. 1. nu. 6. & ex multis comprobat Roland. à Vall. in cons. 62. nu. 20. cum pluribus seq. vol. 2. & alijs adductis per Hippolyt. Bonacoss. in 99. Crimin. §. Ipso iure. vnde contrariorum sententia cum innitatur text. dicti c. Vergentis. sequitur dispositionem illam tunc temporis veram fuisse, vsque ad tempus, quo fuit facta dispositio dicti c. Cum secundum. Maximè quia Innocent. 3. in d. c. Vergentis. dicat esse in posse secularium Principum, an misereri eos voluerint. Quo casu illorũ bonorum restitutionem, remittit Principum eorundem Mi
23 sericordiæ. Quæ verba, † & si important boni viri Arbitrium, iuxta ea, quæ nos tradidimus de compromiss. §. 2. Gloss. 6. nu. 45. Attamen ea verba, Misericordiæ, possunt iustitiam denotare iuxta illud Iacob, quod habetur Genes. cap. 47. Facies mihi misericordiam, & veritatem, & Iosue. cap. 2. Faciemus in te misericordiam. & veritatem. & lib. 2. Regum. cap. 2. Et nunc retribuet nobis Dominus Misericordiam, & veritatem. & Dauid Psalm. 68. Quoniam benigna est misericordia tua. & Psal. 118. Fac cũ seruo tuo, secundum misericordiam tuam. Sic Salomon Prouerb. cap. 14. Misericordia, & veritas præparant bona. Et si passim in scriptura sacra, Misericordia pro Iustitia, sicuti est aperta sententia eiusdem Salomonis Prouerbiorum. cap. 21. Facere Misericordiam, & Iudicium, magis placet Domino, quàm victimæ. At palam est, quòd dum quis facit iudicium, iustitiam exhibet, vt vnicuique intuenti patet. Eodem modo intelligitur Illud Oseæ. cap. 4. Non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Sic illud lib. 1. Machab. cap. 2. Dauid in sua Misericordia consecutus est sedem Regni in secula. Vnde in casu isto dicere possumus illud Augustin. in Apologet. lib. 1. Nec (inquit) omisso iudicio, sis ẽt pauperi in mala causa misericors, cui si parcis, cultello percutis cor, & tanto nequiorem addis, quãto iustum sibi fauere videt. Et pulchrè ad hunc propositum concinunt verba Chrysostomi super Matth. Si autem (inquit) contempta iustitia, misericordia obseruetur, ipsa misericordia non est misericordia, sed fatuitas. Maximè cum simus in misericordia corporali, quæ in distribuendo, ordinata esse debet; pri-
24 mò enim dandum † est propinquis, alijs postmodum. c. Est probãda. c. in singulas. in fin. 86. distinct. Et in casu necessitatis, iustis potius tũc dandum est, quàm peccantibus. c. Fratrem nostrum. § In ipsa ead. distinct. 86. Nam, vt Cicero lib. Rethoric. 2 inquit: Eorũ misereri oportet, qui propter Fortunam, non propter crimẽ in miserijs sunt. Nullo modo itaque eos, qui Hæretici sunt, & si iterum redeant, ad bonorũ restitutionem, ex præcepto Iustitiæ admittendos fore censerem. Satis enim cũ peruersis uiris clementer agi videtur, si cæteræ illis pęnæ condonentur, ac remittantur: vt rectè admonuit Pegna in d. q. 109. Quam opinionẽ eò enixius probarem, si post sententiam, Hæretici bonorum restitutionem prætenderent, cum illo casu, quæsitum sit Principi Laico per sententiã
25 ius in † bonis. vt per Bald. in l. fin. C. de Fruct. & lit. expens. Petr. Foll. in Fragment. post Pract. Crim. nu. 140. Ad quod rectè concinit tex. in l.

Inter

Inter claras. fuit in l.Liquet.§.Nos. C.de Sum-
ma Trinit.& fid.Catholic.in qua Ioannes Sum-
mus Pontifex, Imperatorem rogat pro Hære-
tico,si redeat ad Ecclesiæ vnitatem. Quod &
perpendit Alciat.in d.c.Perniciosam. num.74.
Non negauerim tamen Principes Christianos,
ac seculares,si quando corde sincero,& fide nõ
ficta,Hæretici ad eorum errorum confessionẽ
processerint, & Ecclesiæ mandatis satisfece-
rint, ad eiusque gremium pia mente cum la-
chrymarum effusione,& delictorum aperta cõ
fessione deuenerint,piè, ac misericorditer a-
cturos, vt saltim pro bonorum publicatorum
quantitate victus tantum, ac sustentationis
gratia,reliquum vitæ tempus, possint perage-
re,ex benignitate, & clementia tamen,rectè fa
26 cturos, imitantes Ferdinandum † Neapolita-
num Regem. Is enim filias Principis Rossani,
qui in ipsum Maiestatis crimen admiserat, ex
illius bonis publicatis, largissima, ditissimaq;
dote tributa, nuptui tradidit. vt testatur Hie-
ronym.Gigas de Crimin.læsæ Maiest.lib.3. tit.
de Pęnis.q.15.nume.2.quem refert,& sequitur
Francisc.Pegna ad Eymeric.in director. par.2.
cap.10.in fin. Hæc omnia Ecclesiæ Iudicio sub
mitto,& de publicatione bonorũ pro læsa Ma-
iestate Diuina, satis.

Humana verò Maiestas offendi dicitur,si Po
pulus Romanus,Respublica,Princeps, & Magi
stratus offenduntur.l.1.ff.Ad leg.Iul.Maiest.Re
27 gis etiam † appellatur Maiestas.l.1.C.Vt Nem.
priuat.& Dicam infra cap.60. præsertim Regũ
Neapolitanorum, seu Siciliæ ratio Maiestatis
habenda, vt in eis pęnæ maiestatis læsæ locum
28 habeant. † Andr.de Iser. in c.1. in verb. Bona
committentium crimen læsæ Maiestatis.sub nu
me.9.vers. Voluerunt autem dicere.

Quot autem, quibusque modis,humanæ Ma
29 iestatis crimen committatur, patet † in toto
tit. Horum. & Codic. Ad leg.Iul. Maiest. quos
voluit enumerare Matth.de Afflict. in d.verb.
Bona committentium.nu.36. recensuitque mo
dos quadraginta quinque,vt ibidem videri po
terunt:nam superfluum est illos ex integro re-
censere,quos longius posuit Hieronym.Gigas
in tract.de Crimin.lęsæ Maiestat.per totum,ad
quos lectores reijcimus,& ad illos, qui post ip
sum scripsere,quos refert Iulius Clar.in §.Lęsę
Maiestatis. & sexaginta vnum Casus enumera-
uit Lancellot.Conrad.de Offic. Prætor.in cau-
sis Criminalib.lib.1.cap.9. §.3. tit.de læsæ Ma-
iestat.Reis.& Bossius in tit. de Crimin. Maiest.
Cyrillus Fulgeon.in Summula Crimin.parte 2.
tit.de publ.Iud.§.3.nu.1. cum pluribus sequen
tibus. latissimè etiam Cassęn. in consuet.Burg.
Rub. Des Confiscationſ. per totum.Ioan. San-
xon.in consuetud.Turo.tit.26.artic.3.gloss.fin.

Crimen istud Maximum est, pessimique exẽ-
pli,cum directò sit contra Principes, Domina
tus, & Potestates, ita vt iure meritò acertimè
puniatur,cum is,qui potestati resistit,Dei ordi
30 nationi resistat, iuxta † dictum Apostoli ad
Roman.cap.13. Idcirco optimè sancitum est,
grauissimis pęnis affligi,hoc pessimo crimine
31 notatos,pęna publicationis † bonorum:vt hic
dicit Imperator.in d.verb. Bona comittẽtium.
& concordat l.Quisquis. C.Ad leg.Iul. Maiest.
& alijs pęnis, quæ ab ijsdem Doctoribus an-
notantur,& nos quoque tetigimus de Magistra
tuum edictis.lib.2. cap.8. Eo enim crudelis est
in Principem imaginatio, ac in illius mortem,
& perditionem cogitatio, vt in suos etiã Prin-
cipes quandoque sęuire cogantur,vt pęnarum
mætu, ab huiusmodi flagitijs cæteri terreãtur.
Hinc Lucilla Commodi Imperatoris soror,na-
32 tu maior, cum nollet † Crispinæ Imperatoris
vxori cædere,nec vellet ei Imperatorios hono
res exhiberi,idque ægro færens animo,cũ Qua
drato Quintiano, alijsque Senatoribus de Im-
peratore occidendo in Senatu Cõsilia inhiuit,
coniuratione detecta, ac proditione indicata,
& comprehenso in facinore Quadrato, Lucil-
la, alijque rei damnati sunt. teste Herodiano.
lib. 1. Dum Imperatores Arcadius, & Hono-
rius condiderunt dictam l.Quisquis. iustissimã
causam habuerunt. Nam Theodosius Magnus
illorum pater ex Placilla moriens,adhuc imma
tura ætate eosdem filios conspiciens, & inepta
ad regendam Imperij molem, consilio, & tu-
telæ illis addidit, Arcadio Constantinopoli
Rufinum, Honorio Romæ Stiliconem, & sic in
fatis cõcedens vltimo loco cauit.Hi verò abie-
33 ctis morum,† pietatis,& gratitudinis officijs,
Rufinus Alaricum Gothorum Regem, vt suo
capiti Oriẽtalis Imperij coronam imponeret;
Stilico vero,vt Eucherium filium,Romanorum
Imperio proponeret, Suenones,Vuandalosq;,
secretis insidijs,sollicitarunt; detectis verò in
sidijs, Stilico Rauennæ à militibus, vel vt alij,
Romæ occisus est:caput verò Rufini ante por-
tas Constantinopolis stetit affixum, cuius rei
meminerunt Sozomenus lib.8.cap.1.lib 9.cap.
4. Paulus Orosius lib.7. cap. 27. & 28. Eutro-
pius Rer.Roman. libr. 13. Ij omnes, vano am-
bitionis fastu tumidi,vt vnus sibi,filio alter Im
peratoriam purpuram induerent, cum nihilo,
nisi veste ab Imperatore differrent,mortem ne
fariam inhire voluerunt, illis proditionem pa-
rantes, quibus parens optimus filiorum vitas,
Imperijque tutelam reliquerat. Non sic Ferdi-
34 nandus Rex Aragonius,† qui ab Henrico fra-
tre Castellę Rege,impuberi filio relictus tutor,
eo modo Regnum gubernauit, vt cum in Ma-
gno Castellæ conuentu,actum fuisset,vt eidem
Ferdinando Regnum deferretur,isque dissimu
lans illud accepturum,stata die,accinctus Ma-
gna Clamide Regia, cum omnium iterum suf-
fragia postulasset, ijque Regnum ei deferrent,
is repentè Nepotem paruulum è Clamyde ar-
ripiens,collo sustinens, inquit En Castelonen-
ses,

ses, Regem vestrũ: Ioannes est Rex. Et ità puero nomen erat. Sicq; alij fuerũt subsequuti, vt discerẽt homines plus pietatem, officiumq; in suos esse, quàm Regnum. Vt inquit Laurentius Valla. de Histor. Ferdinand. lib. 1. Baptista Fulgosius lib. 6. Lucius Marineus rer. Hispanicarum. lib. 11. c. 40. Scitum est enim vulgatum illud: Proditionem per sæpe amari, proditorem minimè. Hinc cum Sidonios Ciues suos Tenes
35 prodidisset ab Artaxerse Persarum Rege † interfectus est, vt narrat Diodor. Siculus Bibliotheces lib. 16. Sic Alexander Macedo Bessum, ꝙ Darium Persarum Regem, Dñm suum, & inimicum Alexãdri proditoriè occidisset, similiter de medio sustulit. vt tradiderunt Diodor. Sicul. lib. 17. & in Alexãdro. ac Iustinus lib. 12. Plutarch. in Alexãdro. Quintus Curtius Historiar. lib. 6. Arrianus Nicomedensis lib. 4. & nos latè diximus de Magistratuum edictis. lib. 2. c. 8. Ità Claudius Imperator occidi fecit Caiũ Chæream eius Tribunũ, & Lupum, qui Caium
36 Caligulam † occiderant, actũq; ipsius laudasset. vt refert Iosephus Antiquit. Iudaic. lib. 19. c. 3. Vnde emersit illa pulchra responsio Q. Cępionis Cõsulis, ei, qui caput Viriati latronum Ducis, qui tm̃ Romanis terrorem incusserat, ac illud ei exhiberet, præmium occisionis petẽs; Nunquam (inquit) Romanis placuisse, Impera-
37 torem à suis militibus † interfici. Quia, vt rectè inquit Gorgias in Palamede: Proditor inuisus est legi, naturæ, Dijs, Hominibusq; quos simul
38 omnes violat. † Hinc discãt homines Dñorum fidei ad mortem vsq; seruirè, quia proditionis pœnę in ipsos imminent: & si quando a seueris Principum correptionibus euadunt, sibi ipsis quandoq; scelerum pœnas infligunt, vt Iudas Iscariotes fecit. Discant prętereà Aulici, qui in Regum domibus reperiuntur, vt non fictas, ac simulatas illis proditiones susurrent, nec zizanias, ac seditionum discordias seminent, quę in maximum, & inęstimabile Regnorum, ac subditorum damnum proueniũt: Quia iudicem expectabunt tremendum in extremo iudicij die, quo saltem pœnas non effugient. Qđ malo nostro detrimẽto metimur, ob Caro-
39 li Hispaniarũ Principis, Philippi † Maximi, Catholici Regis nostri, filij mortẽ, ac virtutes eius nobis arreptas, ob quorũdã Principũ Aulicorũ in illũ rancorẽ, ac odio habentium insimulationes, quibus virescentẽ Caroli V. Aui virtutem, in Carolum iuniorem Nepotem, in ipso Adolescentiæ flore, contriuerunt: cũ is, (vt maximi erat animi) dolore, animiq; tristitia affectus, in corporis dissenteriam incidisset, morti proximus, sacrosanctis, Regum more Christianorum, sacramentis receptis, Domini nostri Iesu Christi Crucifixi, in manu imaginem tenẽs, enixè rogauit, vt suis parceret peccatis, nec Regi eius parenti vitio verteret, sed illis etiã parceret, qui inter ipsum Regem patrem, ac ipsum, falsas discordias seminassent. Et licet is mortuus fuerit, superest tamẽ nobis Philippus III. Hispaniarum Princeps, in quo omnis subditorum spes fixa est, patris, aui, aliorumque maiorum vestigia sequuturus.

ARGVM. CAP. XXVII.

Thesauri quãdo ad Principem spectent? tradita est omnis Thesaurorum materia, ac plenè enucleata per decem, & octo regulas, quibus succinctè expleta est omnis ambiguitas.

COMPENDIVM.

1 *Thesaurus vocabatur carcer Messeniorum.*
2 *Ex carcere veniunt pœna, mulcta, & Thesauri.*
3 *Thesaurus quid est?*
4 *Thesaurus cui applicetur?*
5 *Thesaurum inueniens in suo, casu, vel industria, suum facit, & an hoc sit de iure digestorum tantũ. nu. 6.*
7 *Thesaurus inuentus artibus, ac illusionibus magicis, etiam in suo, cedit Fisco.*
8 *Qui Magicis artibus ditari quærunt; in hoc mundo sunt pauperiores, in alio cruciabuntur in Inferno.*
9 *Thesauros inuenire credentes magicis artibus, semper decipiuntur.*
Tiberius Cæsar Trasullum Magum semper habuit.
10 *Magicorum hominum genus potentibus inuidum, sperantibus fallax.*
11 *Vates, coniectores, & haruspices cum videbat, nil ineptius se videre dicebat Diogenes.*
12 *Elcasin hominum genus apud Fessam Mauritaniæ vrbem, qui inuenire thesauros profitentur.*
13 *Magiæ authorem Mosem quomodo intelligatur.*
Petri Criniti error.
14 *Plinij locus declaratur.*
15 *Magia, dicitur perspectiua scientia, & declaratur ex Philone Iudæo.*
16 *Magia, quomodo adulterata, & deprauata.*
17 *Thesaurum inueniens in fundo alieno, priuato, aut publico Cæsaris, Ciuitatis, vel Fisci quid lucretur. nu. 18. 20. 21. 22.*
19 *Intellectus l. Hispan. 45. tit. 28. Partita 3. legũ Hisp.*
23 *Thesaurum inueniens in loco sacro, religioso, in monumẽtis, vel in locis publicis, quid lucretur? nu. 24. 25. 26. 27. 28.*
29 *P. Pleminius Romanorũ legatus catbenis ab eis vinctus, ꝙ Thesauros à Tẽplo Proserpinæ apud Locros Regni Neapolitani rapuerat, tam diù detentus in carcere, donec, thesauro restituto, vitam egit. nu. 30.*
31 *Thesauri inuenti in re vendita portio ad emptorem spectat. nu. 34. 37. 39. 40.*
32 *Thesaurus dicitur donum fortunæ.*
33 *Thesaurus dicitur donum Dei.*
35 *Aurea mensa Delphica inuenta in iactu retis, post longam controuersiam à Solone Apollini Delphico addicta. nu. 36.*
37 *Apollonij Thianei iudicium coram Phraorte Indorum*

rum Rege in Thesauro inuento in re vendita, inter emptorem, & venditorem.

38 *In re dubia partiri rem per medium est anicularum sententia.*

41 *Thesaurum in Nemore inuentum deberi Episcopo, vt qui in pauperes diuidat. nu. 42.*

43 *Thesaurus inuentus in fundo emphiteoticario, an partiatur inter dominum directum, & vtilem. nu. 44.*

45 *Thesaurum, vel pecuniam, bellorum; aliauè causa, vel casu, in muro, aliouè reponens, sibi deberi, non emptori loci. nu. 46. 47. 48.*

49 *Thesaurus inuentus in fundo debetur vsufructuario, non domino proprietatis.*

50 *Thesaurus in fundo hypothecato repertus, non debetur habenti hypothecam.*

51 *Thesaurus inuentus in fundo Feudali, debetur inuestito, non domino directo.*

52 *Thesaurus inuētus in re dotali, durante matrimonio, marito; soluto verò vxori debetur. nu. 53.*

54 *Thesaurus inuentus in fundo legitimo tempore praescripto, praescribenti debetur.*

55 *Thesaurus est capientis prius, non autem videntis anterius.*

56 *Thesaurus, vel pecunia inuenta in re locata, locatoris, non conductoris erit.*

57 *Thesaurus inuentus in agro per colonum, seu operarium mercenarium, cui debetur, domino, an ipsi colono? nu. 58.*

59 *Thesaurus inuentus per seruum meum, in quo Titius habet vsūfructū, in fundo meo, mei proprietarij erit.*

60 *Thesaurus inuentus opera canis, debetur illius Domino.*

61 *Asini cuiusdam narratio pulchra apud Leonem Africanum.*

62 *Thesaurus inuentus in re, quam quis possidet iure maioratus, possessori non debetur.*

63 *Thesaurus cui debeatur in Regno Neapolitano?*

64 *Intellectus Const. Regni. Dohana.*

65 *Intellectus c. Regni. Incip. Praedicti magistri procuratores. Caroli I.*

66 *Intellectus. c. Regni. Quia non decet. Caroli II.*

67 *Statua reperta in Regno Neapoli tempore Ducis Roberti Guiscardi, ac eius Historia.*

68 *Thesauros subfodere terrae visceribus irrationabile est.*

69 *Thesauros occultantes, sibi ipsis fraudem faciunt, & alijs pecunias relinquunt.*

70 *Thesauros occultantium pessimus finis.*

71 *Scientia abscondita, & Thesaurus inuitus, inutiles. num. 83.*

72 *Thesauros suos alijs ostendere quandoq; malum.*

73 *Apud Graecos Thesauri dicebantur, & Donaria, & Vota, quae Dijs faciebant.*

74 *Myronis Sycioniorum Tyranni Thesaurus qualis.*

75 *Carthaginensium Thesaurus quis?*

76 *Thesaurus Epydamniorum.*

77 *Thesauri Sybaritarum, Cyreneorum, Selinūtiorum, Metapuntinorū, Megarensiū, & Gelonū remissiuè.*

78 *Graeci bella gesturi, Thesaurum in Insula Delo reposuerunt.*

79 *Athenienses verò reposuerunt Delphis.*

80 *Macedones in oppido Quinda, iuxta Tarsum.*

81 *Hebraei Thesauros quandoq; in Templis, quandoque in sepulchris celabant.*

82 *Romani Thesauros tenebant in Aerario.*

84 *Nicephorus Imperator, ab officialibus diuitibus ex pauperibus factis, bona postulabat figurans Thesauros aliquos occultos reperisse.*

85 *Tamburlani Christianum iudicium super Thesauri inuentione.*

86 *In sequentibus author describit alia quae sunt de Regalibus Principum.*

CAP. XXVII.

MEssenij carcerem habebāt, aura, ventisq; minimè obnoxium, & ob id tetrum illum
1 iudicabant, cui nomen erat, Thesaurus, † vt est author Alex. ab Alex. Dier. Genial. lib. 3, c. 5. Si de hoc carcere Fridericus Imperator in d. c. 1. in verb. Et dimidiū Thesauri. Quae sint Regal. intelligere voluisset, nō se tātopere Principes, immò Magistratus affligerent pro illius acquisitione. Sed, vt agamus aliquando iocos. Principum sint carceres omnes, vt sunt, ipsi potestatem habeant, & carcerādi, & à carceribus educendi. Nec mirum, si apud eosdem Messenios, Carcer Thesaurus appellaretur, quia in eo est
2 officina fertilior omnis Thesauri. Inde † veniūt poenae, mulctę, pęnarum compendia, compositiones, trāsactiones, & ex carcerum Thesauris, reperiuntur, Thesaurorum inuentores, ibi tormenta patiuntur, bona sua Principibus pēdūt: vt vulgare dictū verificetur; Carcerem prouentus facere. Satis risimus, ad seria reuertamur.

Paulus in l. Nunquàm ff. de acquir. rer. dom. dicit: Thesaurum esse depositionem quandam
3 † pecuniae, cuius non extat memoria, vt iam Dominum nō habeat: Haec dicta sunt pro descriptione rei, de qua agimus.

4 Cui applicetur Thesaurus, res admodum † ambigua est, ex intellectu quorundā iurium, quae videntur insimul pugnare. Ideo, vt materiam extricatius absoluam (nisi eam, vt alij, intricauero) per quasdā breues Regulas, cū suis declarationibus, negotio, vt potero, finē imponam.

Prima regula sit: Thesaurum, quē quis in suo
5 inuenit, casu, vel industria, suum † facit. vt post Adrianum Principem censuit Leo Imperator. in l. 1. C. de Thesaur. lib. 10. ac etiam Iustinianus in §. Thesauros. Instit. de rer. diuis. glos. in c. Si quid inuenisti 14. q. 5. Anton. Gomez in l. Taurin. 45. n. 51. Io. Bapt. Villalobos. opin. commun. §. Thesaurus. num. 111. Sed idem Gomez vbi supra dicit isto casu Thesaurum esse totum Domini. arg. eorum, quae scribit Paul in l. Nunquàm nuda. §. Thesaurus. ff. de acquir. rer. dom. ibi: Sic enim fit eius, qui inuenerit, quòd non alterius sit. Sed istud erat † de iure digestorū, secus de iure nouissimo per legem Friderici. in d. cap. 1. Quae sint Regal.

De-

Declara tamen hanc Regulam, quòd vbi quis inueniſſet Theſaurum Magicis artibus, atque illuſionibus, tūc enim non ſibi,ſed Fiſco quæ-
7 ritur,& ſi† in ſuo quis reperiret. d.l.1.C.de Theſaur.lib.10.l.1. C.de malefic. & mathemat.

Nec immeritò,quia hi Deum derelinquentes, bonorum omnium largitorem,credunt Demonum,illorumque illuſionibus ditari, de quibus nouiſſimè Io. Laurentius Anania de Natura Demonum lib.4. Quocirca (inquit) res non ſuſpitione caret, ꝙ oẽs Theſauri, aut humo, aut aqua,tẽporũ iniuria obruti, Antichriſto à Demonibus cuſtodiantur. Ex ijs aũt incidunt in maiorẽ miſeriam: experientia enim docet,eos
8 eſſe viliores, & in hoc† mundo pauperiores,& in alio ęternis inferni pęnis cruciabuntur.cap. Nec mirũ.26.q.4.c. Firmiſſime.de hæretic. Derelinquunt enim vias Dñi noſtri Ieſu Chriſti,& falſis demonũ pręſtigijs illaqueãtur.Vnde non immeritò,eos,q̃ his maleficis, ſuperſtitioſis,ac Magicis artibus Theſauros inuenire credunt,
9 minimè vnq̃ illos inuenire, ſed ſemper† decipi,voluit Paul.Grilland. de ſortileg. q.3. nu.9. Anton. Gomez. in l.45. Tauri.n.51.Io.Baptiſta Villalob.opin.com.§. Theſaurus.nu.111.quam opinionem ſequutus videtur, ſed vtinam pio, ac ſincero corde, vt ipſe profitetur Io. Bodin. de Magorum Demonomania.lib.3.cap.3.plura exempla quæ ſuo tempore acciderunt, inducens.Hoc enim maleficorum hominum Genus,ſemper prohibitum,ſemper odioſum fuit: Sic ex Męcenatis conſilio, Auguſtus illos vrbe eiecit,& poſtmodum Tiberius.Sed neſcio qua arte, niſi eorundem Demonum impoſtura, & artibus,& prohibeantur,& quandoque horum hominum commercia tacitè, & conniuentibus oculis,admittantur: & ideo ipſe Tiberius Comitem ſemper habuit Traſullum Magum: & idcirco optimè dicit Cornelius Tacitus An-
10 nalium lib.17. Hoc† hominum genus potentibus infidum,ſperantibus fallax, in Ciuitate noſtra,& vetabitur ſemper,& retinebitur.Confirmat Dio.Nicæus lib.49.Alexandrini,vt Suidas eſt author, melius fecerunt,dum videbant directo prohibitionem illorum fieri non poſſe, meliori conſilio annuum tributum ſtatuerunt exigendũm ab Aſtrologis huiuſmodi,atque ab illis,qui illos cõſulebant.Benè Diogenes, cum
11 vates,coniectores,& Auruſpices† videbat,nil inęptius ſe videre dicebat: Sicuti nil homine ſolertius,dum prouinciarum Præſides,Philoſophos,Medicos, & Oratores aſpiceret. Illorum enim artibus, quas profitentur,nihil fallacius, nihilq; futilius,inuenitur: vt ex pluribus comprobaui in conſ.28. nu.16. vſq; ad finẽ. Cent.1. & nouiſſimè Ioachimus Hopperus Friſius Philippi Regis Catholici in inferiori Germania Conſiliarius ſatis eleganter:de vera iuris prudentia.lib.6.Titul.28. Vnde quoſdam Theſaurorum inuentores, (quos Elcaſin nominãt) qui afferant, eſſe Theſauros arte magorum recon-
12 ditos,& eadem arte reperiri,deridet apud† vrbem Feſſæ Leo Afer Hiſtoriar. lib. 13. Huius Magiæ authorẽ Moſem ſcribit Plin. lib.30.c.1.
13 vti illum refert Petrus Crinitus† de honeſt.diſciplin.lib.9.cap. 5. Sed cenſura dignus Crinitus,cum Plinius hoc non aſſerat,ſed dicit,(eſt, & alia Magiæ factio à Moſe & cęt.) Vnde quæ
14 à Moyſe facta extiterunt, cum inſpexerit† Plinius diuerſo ab alijs modo operata fuiſſe, tñ abeſt, vt inter illos Magos eum non habuerit, cũ Dei Omnipotentis miraculo ſupra naturali vſus fuerit. Et idcirco Magia Moſis vera ſcientia dicitur, non iſta,q̃ adulterata,magiæ nomẽ retinet,quarũ melius eſt,vt ad vinũ referamus, q̃ prudentiſſimè ſcribit Philo Iudæus in lib. de ſpecialibus legibus Decalogi,dũ ait:Verã q̃dẽ
15 illã Magiã,hoc eſt perſpectiuam† ſcientiã,per quam naturæ opera cernuntur clarius,vt honeſtã,expetendamq; non plebeij ſolũ ſectãtur,ſed etiã Reges, Regũ maximi,p̃ſertim Perſici,tam curioſi harũ artiũ,vt regnare nõ liceat,niſi cum magis verſato familiariter. Ex hac adulterata, deprauataq; deſcendũt, quas maximè proprio
16 vocabulo malas† artes dicimus,circulatorum, ariolorũq: ſtudia,& mulierũ,mancipiorũq; nequiſsimorum expiationes, luſtrationesq; profitẽtium, mutationesq; amoris in odium,aut è diuerſo in amorem odij, per quaſdam potiones amatorias, & incantamenta idonea,atque his dolis inuncant ſimpliciſsimum quemq;, donec in calamitates ingẽtes pertrahant, vt nonnunquàm magnæ familiæ cõcidant.Hæc Philo.

Secũda regula principalis eſt:ꝙ inueniẽs Theſaurum in fundo alieno, priuato, vel publico, Cęſaris,Ciuitatis,vel Fiſci,dimidiam illius par-
17 tẽ cõſequitur,† alterã habebit,Fiſcus,Ciuitas, Cæſar, vel p̃ſona priuata, in quo,caſu tñ alio q̃ fortuito,ſit facta inuẽtio:vt poſt eundẽ Adrianũ Cæſarẽ,voluit Iuſtinian. in d.§. Theſauros. & in d.l.1. C.de Theſaur.lib.10.quẽadmodum diximus ſupra de inueniente in fundo ꝓprio.

Primò declara, hãc regulam procedere, ꝙ in totum quis lucrabitur Theſaurum, non data opera inuentũ in locis publicis, qui in nullius bonis ſunt, vt in plateis, foris, vijs publicis,& ſimilibus,nec eo caſu alteri danda portio erit;
18 ſolummodo enim inuentori† cædit.vt voluerunt Cyn.& Bald. in l.Item lapilli.ff.de rer.diuiſ.arg.l.3.ff. de iur.Fiſc.& dictæ l.1.vbi Lucas de Pen. C.de Theſaur. lib.10. Quod,& diſpo-
19 nitur Hiſpanis legibus.l.45.Titul.28.† partita. 3. refert, & ſequitur Anton. Gomez in dicta l. Taurin.45. num.51.

Declara ſecundò,ꝙ ſi q̃s de induſtria,dataq; opera,& nõ fortuitò caſu, ignorãtibus, vel inuitis Dñis,in alienis locis,ſeu terris, Theſaurũ
20 inuenerit,ille† Dño loci debetur, nulla inuẽtori parte aſsignata.vt in d.l.1.C.de Theſaur.lib. 10.& à cõtrario ſẽſu ꝓbatur in d.§.Theſauros.

Declara tertiò, quòd si quis Thesaurum inue-
niat, in loco, ex quo fisco pars debeatur, & Fi-
sci partem suppresserit, totum perdit, & in pœ-
21 nam de suo† tantundem erogabit. l. Non intel-
ligitur. §. Fin. vbi glos ff de iur. Fisc.

Declara quartò, quòd si quis in alieno fundo
pecuniam inuenerit, & illam inde extraxerit,
& loci Dñs partem petat, quasi Thesaurum in-
uenisset, inuentor vero asserat Thesaurum non
esse, isto casu, agenti fundi Dño, incumbet pro-
22 bare Thesaurum fuisse, & interim inuẽtor† pe-
cuniæ possessor erit. §. Commodum. Inst. de in-
terdict. & probatio fiet seruata forma, & modo
tradito in l. Si arbiter. ff. de Probat. sicuti è con
uerso reus poterit per suas exceptiones pro-
bare, fuisse pecuniã depositam, aut alio modo,
& ꝙ de eadem pecunia est memoria, iuxta no-
tata in l. Ab ea parte. ff. de probat.

Tertia principalis regula sit: ꝙ inueniẽs The-
saurum in loco sacro, vel religioso, in monu-
mentis, vel in locis publicis, erit pro dimidia
23 Fisci, pro alia† dimidia inuentoris. l. 3. §. Si in
locis ff. de iur. Fisc. Angel. de Clauas. in summa.
Thesaurus. vers. Si verò inuenta. nu. 1. Io. Petr.
Ferrar. in pract. forma libell. Actionis Realis. §.
Iure Dominij. nu. 16. Martin. Nauarr. in summa.
cap. 17. num. 175. Sed contrarium est commu-
nius ꝙ medietas sit inuentoris, alia medietas
debeatur, rei sacræ. Ecclesiæ, vel religiosæ, vel
24 loco † publico, in quo reperiatur. voluerunt
Clauas. Nauar. & Papiens. vbi supra. & Bartol.
de Cassaneo in consuetud. Burgund. Rub. 1 §.
1. num. 20. & seq. Anton. Gomez. in dicta l. 45.
Tauri. num 52.

Declara primò, procedere hãc regulam, dum
tamen casu fortuito, & non data opera, vel ma
25 gicis artibus† Thesaurus fuisset inuentus: iux-
ta text. in dicto c. 1. in verb. Et dimidium The-
sauri. Quæ sint reg. & diximus supra.

Declara secundò, istam regulam, procedere
de iure Digestorum, secus vero de iure nouis-
26 simo Iustiniani, quo† totum inuentor Thesau-
rum lucrabitur. vt in dicto §. Thesauros.

Declara tertiò, eandem regulam, hodie ex iu
re obseruato, posteriori loco facto, Callistrati
27 opinionẽ† in d. l. 3 §. fi. fuisse demũ approbatã
à Friderico Imperatore. in d. c. 1. Quæ sint re-
gal. vt si nõ data opera inuẽtio facta fuerit, par
tiatur pro medietate Fisco, ꝑ altera inuẽtori.

Quartò declara ipsam regulam, videri mihi
iniustos Imperatores dum eas leges condide-
runt. postq̃ ecclesiæ, loco sacro, aut religioso, in
quo inuenirentur, nihil tribuunt, quibus debe-
28 ret recta, ac iusta saltim† medietas, ac portio
assignari, vt Christianè, ac rectè censuerunt.
Angel. de Aret. in dicto §. Thesauros. vbi hoc
etiã tenuit Eguinarius Baro. & voluit Angel.
de Clauas. in summa. §. Inuẽtum. 4 & Sylucster
Prierius in summa. §. Eodem. quos refert, & se-
quitur Didac. Couar. in relect. c. Peccatum. de
regul. iur. in 6. parte 3. §. 2. nu. 3. vers. Sed apud
nos. Quam tribus argumentis comprobat Ia-
cob. Aluarot. in c. 1. col. fin. Quæ sint regal.

Nec id piaculum videatur, ne à Romanis tũc
Gentilibus vincamur, qui P. Plemminium eo-
rum legarum, quòd Thesauros à Templo Pro-
serpinæ apud Locros Regni Neapolitani, spo-
29 liauerat, catenis vinctum† carcerarunt, & tam
diù tenuerũt, quoad in carcere mortu' fuerit,
& Thesauri Templo restituti, petentibus Lo-
crẽsiũ legatis; quorũ natu maior, inter alia hęc
verba habuit, quæ referã, pro ut sic illa posuit
Titus Liuius lib. 29. Fanum (inquit legatus) est
apud nos Proserpinæ, de cuius sanctitate Tem
pli, credo aliquam famã ad vos peruenisse, Pyr
30 rhi bello, qui cũ† Sicilia rediens, Locros classe
prætervueheretur inter alia fęda, quæ propter
fidem nostram erga vos, in Ciuitatem nostram
facinora edidit, Thesauros quoq; Proserpinæ,
intactos ad eam diem, spoliauit, atq; ità pecu-
nia in naues imposita, ipse terra est profectus.
Quid ergo euenit P. C. Classis postero die, fœ-
dissima tẽpestate, lacerata, oẽsq; naues, q́ sacrã
pecuniã habebant in littora nostra eiectæ sunt,
qua tãta clade, edoctus tandẽ Deos esse, super-
bissimus Rex, pecuniã oẽm inqsitam, in Thesau
ros Proserpinæ referri iussit, nec rñ illi vnq̃ po
stea prosperè quicquã euenit, pulsusq; Italia,
ignobili, atq; inhonesta morte, temerè nocte
ingressus Argos, occubuit. Hæc legatus apud
Liuiũ. Hoc idẽ fecerũt, & secũdò contra alios,
qui idẽ Templũ Thesauris spoliauerant. Idem
Liuius lib. 31. Et huius opinionis fuit prius,
quam postmodum malè reuocauit, Frideric.
Scotus in consil. 15. in fin. lib. 6. Tomo 1.

Quarta regula est: ꝙ inuento Thesauro in re
vendita, portio contingens Dño fundi, spectat
ad emptorem, non autem ad venditorem; quia
31 translatum† est in ipsum, omnium iurium fun-
di Dominium: eò maximè quòd cum Thesau-
32 rus dicatur Fortunæ donum. †vt in l. Si is qui.
ff. de acquir. rer. dom. (licet nos cum Impera-
33 tore dicamus † esse donum Dei, vt in l. 1. C. de
Thesaur. lib. 10) Io de Arnon. Problem. 29. Pe-
trus Gerardus in singul. 95. Et ideo censuerũt
venditorem agere non posse remedio rescisso-
rio, vigore. l. 2. C. de rescind. vend. cõtra empto
34 rem, qui Thesaurũ in re vendita, ac empta† in-
uenerit, vt contra Ludouic. Rom. qui cõtrariũ
dixerat. concluserunt Francisc. Aret. & Claud.
Aqueus. in l. Si qs cũ aliter. ff. de verb. obligat.
Barthol. Socin. in conf. 48. vol. 4. & alij quos re-
tulit Hierony. Cagnol. in rep. in d. l. 2. nu. 171.
quem nouissimè sequitur Hieronym. Gabriel.
in consil. 168. num. 26. vol. 1.

Non verebor cõcinere Historiam, quã refert
Diogenes Laertius in Thalete Milesio, & post
35 †eum Valerius lib. 4. cap. 1. Cum Lebedei ia-
ctum retis emisissent, Aurea mensa Delphica à
Rete extracta est, vnde concertatio maxima
facta

facta fuit, inter Piscatores vendentes, & emptores, qui Apollinem consuluerunt, cuius esse deberet, à quo Græcis verbis responsum extitit, per versus ità latinè sonantes.

Phæbum de Tripode rogas Milesia pubes
Huic Tripodem addito, cuius sapientia prima est.

Tunc illi Taleti mensam dederunt, ille Bianti, Bias Pittaco, & sic deinceps vnus sapientum alteri ex septem, & vltimo loco, res ad Solo-
36 nem venit, qui ad † eūdem Apollinem mensam transtulit. Quod credo vnumquemq; fecisse ad euitandum Auaritiæ vitium, & Prudentiæ, ac Sapientiæ arrogantiam. Et Solon nouissimus coniectura ductus est, ꝙ de Tripode differentia erat, cuius vsus in Tēplo Apollinis tm̄ erat, cui dari voluit. Huic persimilem quæstionem, non tñ illius decisionē, retulit Suetonius Tranquill⁹ in lib. de Rethoribus Illustribus. Hos tñ sequutus est Apollonius Thyanens, qui casum Phraorti Indorum Regi terminauit, illius, qui agrum vendiderat, in quo Thesaurus erat, ne-
37 mini † cognitus, nec multò post, terra dehiscēs capsam protulit, q̄ aurū patefecit, ortæ vtrinq; contētiones fuere inter emptorē, ac vēditorē, Thesaurū qlibet ad se spectare dicens. Cōsultus Apollonius, de vita amborū inquirit, & emptori vti bono viro illū addicit, cui Deorum immortalium dono datum asserebat; & venditori eorundē volūtate denegatum, dicens patri inter ipsos decernere noluisse, vt quæ Ani-
38 cularum † sententia dici posset, vt est author Philostratus de vita Apollonij. lib. 2. c. 15.

Declara primò, non procedere in pecuniæ reconditæ inuentore, quæ & ipsa † non emptori, sed vēditori cædit l. Si vir vxori. ff. solut. matr. Iacob. Concenatius quæstion. iuris. lib. 4. c. 9. nu. 5. Ioan. Ferrarius Mōran. in d. §. Thesauros. propè finem. Inst. de rer. diuis.

Declara secundò, eandem Regulam non procedere, quoties vēditor in venditione, sibi reseruasset Thesaurum, qui fortè aliquādo in re
40 vendita † reperiretur: tunc enim vēditoris erit l. 1. §. Si conuenit. ff. deposit. Andr. de Isern. & Aluaro. in d. c. 1. Quæ sint regal.

Quinta regula est: Thesaurum in nemore inuentum, Episcopo exhibendum, vt is inter
41 † Christi pauperes distribuat. Hostiens. in c. Cū tu. de vsur. Bartol. & Alex. in l. Rem quæ nobis. ff. de acquir. possess. & in l. Interdum. §. Quod ex naufragio. vbi Ioan. de Imol. ff. eo. tit. Bald. in l. 1. ff. de rer. diuis.

Declara istam regulam, si Dominus proclama-
42 te facto, non reperiatur, † vt Hostiens. Bartol. Bald. Imol. & Alex. in dictis locis annotarunt; sed quis faceret hoc proclama?

Sexta regula principalis est, ꝙ directus Dn̄s inueniens Thesaurum in fundo Emphyteoticario per æquales portiones cum vtili Domi-
43 no † partiatur. l. 1. ff. Si ager. vectigal. vel emphiteot. Aluarus Vaez de iure emphyteotic. q. 15. nu. 1. Author reprobatus in cōsuetud. Pariens. §. 37. Glos. 10. nu. 48. & qui nouissimè illos retulit Ludouic. de Molina de Hispan. Primogen. lib. 1. c. 23. nu. 7. par. 1. Iacob. Concenatius quæstionū iuris. lib. 4. c. 9. nu. 3. Et Petr. Gregor. Sintagmat. iuris vniuers. lib. 3. c. 11. nu. 3. parte 1.

Declara, illam procedere, quando directus Dn̄s inuenisset: si verò vel ipse Dn̄s vtilis, vel
44 Emphyteoticarius inuenisset Thesaurum, † totum ipsi vtili Domino, vel Emphyteoticario quæritur per supradicta. Sic etiā si tertius inuenisset in eodem fundo, & pro portione agāt directus, & vtilis, præfertur eo casu vtilis Dominus. habetur in l. In causæ. in fin. Vbi Bart. ff. de procurat. Angel. de Aret. in d. §. Thesauros. vers. Quæro quid si.

Septima regula est: quòd si quis recondidit pecuniam, aliamuè rem in muro, Bellorū timo-
45 re, † alioue casu. & causa, vendit q; locū, in quo reposita est, pecunia eadem emptoris non erit, sed eius, qui illam reposuit, vel suorum successorum. arg. d. l. A tutore. vbi hoc voluit Bart. ff. de rei vend. quem sequitur Aretin. in d §. Thesauros. circa finē. vbi dicit ità illo anno consuluisse. Petr. Gerard. de Petra sancta in sing. 95.

Declara, hanc regulā procedere vbi ex errore hanc venditionē fecisset, alias si sciēs ibi pecuniam esse, vendiderit, nihilq; exceperit, tunc videbitur, & pecunia, & omnia ibidē existētia
46 in emptorē † transtulisse. l. Cāpanus ff. de oper. libert. l. 1. ff. de cōdit. indeb. Aluarot. & Præpositus in d. c. 1. Quæ sint regal. vbi Aluarot. dicit idem esse in vendente tunicam, in qua erat pecunia, quam ignorabat, quia pecunia erit sua:
47 secus verò si illam sciuisset, quia † fieret emptoris. l. 1. ff. de his quæ in testam. delent.

Declara secundò, secus esse in inueniēte The-
48 saurum, quia fit emptoris, iuxta † ea quæ tradidimus supra hoc eodem capite Regul. 4.

Octaua regula est: ꝙ vsufructuario debetur Thesaurus. si ipse illū inuenerit in loco, in quo vsumfructum habet, & non domino proprietatis: & si tertius reperit, nihil debetur proprie-
46 tario, sed vsufructuario, & † inuentori. argum. dictæ. l. 1. ff. si ager vectigal. iuxta terminos tamen dictæ l. Si is qui. §. Quòd si seruus. ff. de acquiren. rer. dom. Angel. in dicto. §. Thesauros. Aluarot. in dicto. cap. 1. Quæ sint Regal. & Iacob. Concenatius quæstion. iuris. lib. 4. cap. 9. num. 3. & num. 20.

Nona regula est: ꝙ si inuenit quis Thesaurum in fundo sibi hypothecato, non dicitur inuenisse in proprio fundo, nec cum eo, tamq̄ cum
50 Dn̄o † tractabitur. vt in d. l. Si is qui. § fin. ff. de acquir. rer. dom. l. Seruos suos. § Eos vero. ff. de leg. 3. glos. in d. l. 1. C. de Thesaur. lib. 10. Angel. in dicto. §. Thesauros. Aluarot. in dicto cap. 1. col. fin. vers. Sed quid in creditore.

Decima regula est in Feudatario, siue vassallo: qa non Dn̄o directo, sed ipsi Feudatario Thesaurum

faurum inuentum in re feudali notorium est,
51 quemadmodũ† supradiximus de Emphyteota, & voluit Gloss. Angel, & alij. in d. §. Thesauros. Andr. de Isern. Aluarot. & Præposit. in d. c. 1. Quæ sint Regal. Gulielm. Benedict. in Rep. c. Raynutius. in verb. Cætera bona. nu. 34. de Testam. Impius author in consuetud. Parisiens. §. 37. gl. 10. nu. 48. Renatus Choppin. de Doman. Franciæ. lib. 2. titul. 5. nu. 17. Cũ pluribus seqq. Ludouic. de Molina vbi supra. num. 7.

Vndecima regula est, quòd inuentio Thesauri
52 in re dotali spectat ad maritum, durante† matrimonio, quo ad portionem soli: & si ipse inuenerit, altera portio, suo etiam iure, vti inuẽtori sibi debebitur: soluto verò matrimonio, illa portio, quam vti fundi, ac soli Dominus cęperat, vxori debebitur. vt concludunt Bart. Alex. & cæteri. in d. l. Diuortio § Si vir. & §. Si fundũ. post Accurs. ibidem. ff. solut. matr. Glo. in d. l. 1. C. de Thesaur. lib. 10. Molina vbi supra. num. 6. Angel. in d. §. Thesauros. col. pen. versi. quid si maritus. Renatus Choppinus vbi supra. nu. 20. Ioan. Coras. Miscellan. lib. 5. cap. 14. nu. 7.

Declara supradictam regulam procedere, quãdo fundus, vel locus datus esset in dotem inæstimatus, vt tũc demum ità partiatur Thesaurus, secus verò si fundus esset datus æstimatus, quia ęstimatio cum faciat emptionem, sequitur marito vti emptori pro solo portionem Thesauri deberi, si ab alio fuerit repertus, & totus si ab
53 ipso † marito. censuit Petr. Gregor. Sintagmat. iuris vniuers. lib. 3. c. 11. nu. 4. p. 1. Et ita quoq; respondi Antonio de Andrea à Carbonaria, qui sub foculati, in quo fiebat ignis, dum in domum vxoriam, quã inæstimatã habuerat, quandã pecuniarũ quantitatẽ ab vxoris prædecessoribus reconditam, inuenisset, vxori deberi.

Duodecima regula est, quòd inueniens Thesaurum in fundo legitimè, ac debito modo pręscripto,
54 est† ipsius præscribentis. iuxta tradita ab Angel. de Aret. in d. §. Thesauros. col. penul. versicul. quid si quis præscripsit.

Decima tertia regula est, quòd si vnus videt Thesaurum, alter vero capit, capientis est, non
55 autem† videntis. vt habetur. in l. 3. §. Neratius. vbi Alex. & alij. ff. de acquit. poss. (quicquid ibi voluerit Accurs. in verb. Motus, qui expressè contra illum textum loquitur) & sic voluerunt Aluarot. & Præposit. in d. c. 1. Quæ sint regal. arg. l. Si barsatorã. C. de fideiuss. & quod voluit Cyn. & alij in l. Lapilli. ff. de acquit. rer. dom. hanc eãdem opinionem sequitur Ioan. Ferrar. Montanus in d. §. Thesauros. in fin.

Decima quarta Regula erit, quòd pecunia inuen
56 ta in re locata est locatoris, non autem† conductoris. vt scribit Vincẽt. Carrocius de locat. & cõduct. parte 2. tit. de Thesauris. vbi allegat Bartol. in d. l. A tutore. Angel. in d. §. Thesauros. Petr. Gerard. in d. Singul. 95. Io. de Arnon. problemat. 29. qui nihil de quęstione inter conductorem, & locatorem loquuntur, sed de emptore, & venditore, sed tamen per ea, quæ diximus poterit ista quæstio decidi.

Decima quinta Regula erit, in colono, seu operario mercenario; quia si fodiendo, vel la-
57 borando† in agro, in quo est conductus ad laborandum, dimidium sibi, & dimidium Dño territorij partietur. arg. d. l. Si is qui. §. Quod si creditor. ff. de acquir. rer. dom. voluit Accurs. in d. §. Thesauros. in verb. suo. sequitur ibidem Angel. col. pen. versicul. In eadem glossa ibi, quid si mercenarius, quamq; in contrarium ipsum alleget Petr. Gregor. vbi supra. num. 4.

Declara non procedere hanc regulam, si da-
58 ta opera, Dominus eundem operarium † ad inueniẽdum, conduxisset, quia tunc Dño nihil debetur. l. Qui proprio. §. Procurator. vt in cæteris. ff. de procurat. Angel. Aretin. in loco proximè allegato. Iacob. Concenat. quæst. iuris. lib. 4. cap. 9. nu. 36. Frideric. Scotus in consil. 15. in fin. lib. 6. Tomo primo.

Decima sexta regula erit, quòd si meus ser-
59 uus, in quo Titius vsumfructum habet, in meo †territorio Thesaurum inuenerit, non vsufructuarij Titij, Thesaurus erit, cum seruus acquisierit Domino, sed mei ipsius, serui proprietarij. arg. d. l. Si is. §. Quod si. ff. de acqui. rer. dom. Iacob. Concenatius vbi supra. nu. 16. 32.

Decima septima regula erit, quòd si Canis ad id edoctus, reperierit Thesaurum, Thesaurus erit
60 Dñi ipsius † canis. vt docuit Florian. de S. Petro. in l. Statuæ. ff. de vsufruct. Quod credo idcirco esse, vt quemadmodum Canis feram in venãdo capiens, illam Domino quærit, eodem modo faciat in Thesauro. Quod arbitrarer procedere, qdiù Dñs Canis pñs esset. arg. §. Feræ. instit. de rer. diuis. Sed quoad istam Thesaurorum inuentionem, credo esse merum somnium, posse medio Canum reperiri, quia ex alia calliditate, & astutia isti circuitores, & mendicantes validi, illos edocent, quibusdam verborum signis, vt denarios illos cognoscant. Nisi fortè Diabolus esset sub Canis forma, qui hæc sciret, sicuti sub Canis specie illũ tenuisse Henricum Corneliũ Agrippam, scribit Paulus Iouius in Elogijs, in illius vita. Sed magna res est, horum hominum Histrionum industria, qui Camelos, Asinos, Canes, & animalia similia edocent, & saltare, & alia facere, quæ nisi viderẽtur, vix credibilia essent. Recitabo fabellam huiusmodi concinnam, quam proprijs oculis conspexisse veridicus testis est Leo Afer Histor. lib. 8. Vbi dicit in quodam suburbio Alcairi,
61 ab ea Ciuitate vno milliari† distãte Bebelloch dicto, vidisse Histrionem, suo ipsius Histrionis Asino dicentem, Sulthanum magni operis ędificium meditari, & proinde omnibus Alcairi Asinis opus esse. Tum Asinũ repentè in solum prolapsum, cæpisse in aera pedes attollere, ventrẽ turgefacere, & oculos quasi exanimis claudere.

dere; Et interim Histrio casum mortui quasi
Asini conquæritur, & à circumstantibus petit,
vt pro emeodo alio ipsum adiuuēt, coacta per
circuitum pecunia. Tum demū Histrio: Ne cre-
datis (inquit) mortuum meum Asinum, sed si-
mulauit istud pro Domino paupere, & illum
licet multis cæderet flagellis, nunq̃ loco se di-
mouit. Hinc denuo Histrio: scitote, inquit, Sul-
thanum crastina luce velle Triumphum exhi-
bere, feminasq; omnes venustas & nobiles in-
uitauit ad spectaculum, vt super pulcherrimos
Asinos inequitent, & Auenam, & præstantem
Nili aquam potandam exhibeant. Quibus ver-
bis vix absolutis, Asinus in pedes erectus, læti-
tia exultans prosilit, & dum ei vetulam, vt ve-
lit asportare, proponit; ille caput, & aures com
plicat, & incipit altero pede claudicare: at au-
dito quòd velit portare iuuenculam, & ex cir-
cuitu illam eligat, ille lætitia plenus, honestio-
rem, & pulchriorem eligit, & capite illam tan-
git, Nunc ad alia.

Decima octaua, & vltima regula sit, Thesau-
rum inuentum in re, quam quis possidet Maio-
ratus iure, vt sunt in Hispania, non deberi ali-
62 quo modo† possessori, ex multis cócludit Lud.
de Molina de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 23.
per totum. parte 1.
63 Regni autem huius Neapolitani iuribus† ali-
ter cauetur. Nam primo per Const. Regni. Do-
hanæ, factam à Rege Gulielmo, Thesauros in-
64 distinctè Fisco deberi† censuit. Secundò fuit
facta dispositio per Fridericum Imperatorem
in d. c. 1. Quæ sint regal. Tertia dispositio facta
per Regem Carolum Primū. in c. Regni. incip.
65 Prædicti† Magistri procuratores. vbi nihil cir-
ca acquisitionem innouauit, sed tm̄ statuit, q
deferentes Thesaurum, non audiantur, nisi præ
stito iuramento, quòd delationem malitiosè
non fecerint, sed quòd capiāt informationem,
nec personas capiāt, absq; speciali Regis man
dato, nisi constet de inuento Thasauro, vel ap-
pareat ex verosimilibus coniecturis; & nō pro-
cedant ad torturam sine speciali mandato; &
quòd statim processum transmittant. Quarta
66 fuit lex Regis Caroli† Secundi in c. Regni in-
cip. Quia non decet. qua statuit, Thesaurum in-
uentum in proprio solo, esse inuentoris: & in
alijs videtur se conformare cum dispositione.
l. 1. C. de Thesaur. lib. 10. vt per Andr. de Isern.
& Matth. de Afflict. in d. c. 1. Quæ sint Regalia.
idem Afflict. in dicta Const. Dohanæ, & in de-
cis. Neapol. 321. nu. 7. Anton. Capic. in dicta In-
uestit. Feudal. in §. Feudorum clausulæ. in verb.
Cum inuentionibus, & Thesauris, & referunt
etiam Renat. Choppin. de Doman. Franciæ. lib.
2. titul. 5. in fin. & Petr. Gregorius Syntagmat.
lib. 1. cap. 11. num. 6. parte 2. licet referant so-
lam constitutionem, non autem capitula, cum
fortè illa alia iura non viderint.

Sed & Ducis Roberti Guiscardi tempore in
Regno Neapolis, reperta est statua, habens in
67 capite scripturam dicentem.† Calendis Maijs
Oriente Sole Aureum caput habebo. Cuius scri
pturæ sensus à quodam Sarraceno Mago inter-
pretatus est, vt primo die Maij in ortu solis, in
loco, in quo Statuæ caput Vmbrā faciebat, fuit
effosio facta, ibiq; magnus auri cumulus, atque
Thesaurus inuētus, quem sibi, vt Dominus, Ro-
bertus quæsiuit. Pandolphus Collenucius Hi-
stor. Neap lib. 3. Quamq̃ ista Sarraceni interpre-
tio, non tam arte malefica, q̃ intellectus subtili
tate potius facta fuit, cum etiam anilis mulier-
culæ iudicium hoc idem penetrare potuisset.

Thesauros subfodere in terræ visceribus abs-
que necessaria causa, non hominis, sed irratio-
68 nalis bestiæ mihi facinus † videtur, vt benè ce-
cinisse videatur Horatium lib. 1. Serm. Satyr. 1.
dum inquit:

Quid iuuat immensum te argenti pondus, & auri
Furtim defossa timidum deponere terra.

Et qui illos occultant, contra seipsos, aliosque
fraudem faciunt, & pecunias alijs relinquunt,
69 † qui eas dissipant: vndè rectè inquit Plautus
in Aulularia.

Heu me miserum, miserum perij,
Malè perditus, pessimè ornatus eo.
Tantum gemiti, & mala molestia,
Hic dies mihi obtulit famem, & pauperiem.
Perditissimus ego sum omnium in terra.
Nam quid mihi vita opus est, qui tantum auri
Perdidi, qd̄ custodiui sedulo? egomet me fraudaui,
Animumq; meum, geniumq; meum, nunc ea alij
Lætificantur meo malo, & damno. Pati nequeo.

Sic etiam ex Epigrammate Græco Diogenis
Laertij, transtulit in Epigrammatis Ausonius,
qui occultantium Thesauros, pessimum finem
70 indicat, dum† ait:

Qui laqueum collo nectebat, reperit aurum,
Thesauriq; loco, deposuit laqueum.
At qui condiderat, postquàm non reperit aurum,
Aptauit collo, quem reperit laqueum.

Quod è nostris in Thesaurizantium iniquita-
tem, & rapinas, vt id præmium reportent, retu-
lit Ioannes Ferrarius Mōtanus in dicto §. The-
sauros. in princip.

Idcirco apud Thobiam. cap. 12. dicitur: Melio
rem esse orationem cum ieiunio, & eleemosi-
na, magis quàm Thesauros auri recondere. di-
cuntur enim Thesauri impietatis à Salomone
Prouerb. cap. 10. & iterum idem Salomon Pro-
uerb. cap. 21. Qui congregat Thesauros lingua
mendacij, vanus, & excors est, & impingetur
ad laqueos mortis: rapinæ impiorum detrahēt
eos, qui noluerunt facere iudicium. & Eccle-
siastic. cap. 20. dicitur: Sapientia absconsa, &
71 Thesaurus† inuisus, quæ vtilitas in vtrisq;? Vn-
de ibidem cap. 31. dicit, Beatum, qui non spera
uit in pecuniæ Thesauris. & cap. 41. dicit simi-
liter. Et Ideo cum ostendisset Ezechias Rex
legatis Babilonis, fuerunt per eundem Regem
rapti.

72 rapti.† Esaię.cap.39.& habetur.4.Reg.cap.20.
propterea Hieremias cap.17.dicit:Omnes The
sauros Tuos in direptionem dabo.& cap.20.&
cunctos Thesauros Regum Iuda,dabo in manu
inimicorum eorum. Sic dicitur de Antiocho
Rege, qui accepit Thesauros Iuda lib.1. Ma-
chab.cap.1.& Accepit Argentum,& Aurum,&
vasa concupiscibilia, & accepit Thesauros oc-
cultos,quos inuenit, & sublatis omnibus abijt
in terram suam. Et Christus Matthei cap.6. in-
quit: Nolite Thesaurizare vobis Thesauros in
terra,vbi erugo,& tinea demolitur, & vbi fu-
res effodiunt,& furantur.

Apud Græcos vsus erat vocari Thesauros,
Donaria,seu vota,quę Dijs aliquibus consecra
bantur, ij autem Thesauri erant quandoque
73 Imagines Deorum,† vel hominum, erant Hi-
storiæ memorabiles,& similia,ex Auro,Argen-
to,Aere, marmore,aut ebore,vel lignis cedri-
nis à sculptoribus,aut illustribus scriptoribus,
aut pictoribus manufacti, & ibi apponentium
signa insculpta erant. sic Pausanias lib.6. in
Eliacis describit Thesauros à diuersis Popu-
lis apud Altin positos, vt scribit de Thesauro
74 Sycioniorum,quem posuit Myron † Sycionio-
rum Tyrannus,parta victoria Curuli, Olympia-
de.33. & sunt duo Talami Ærei, valoris quin-
gentorum Talentorum.Sic etiam Scuta,Galeę,
Ocreæ,Enses,& alia etiam à Myonibus dedica
ta. Eodem modo ponit Thesaurum positum à
75 Carthaginensibus,qui posuerunt Iouem ingē-
tis magnitudinis,& linteas Loricas tres. The-
76 saurum etiam cōmemorat † Epydamniorum,
in quo est Atlas, cęlum sustinens. Et Historia
Herculis apud Hesperidū hortos. Thesaurum
77 † etiam Sybaritarum, describit,Cyreneorum,
Selinuntiorum,Metapontinorum,Megarensiū,
& Geloum.

Quo vero ad Aureos, Argenteos, aliarumq;
rerum Thesauros.Respublicæ,& Reges habue
runt locos, Aerario, atque conseruationi pecu
niarum,ac Thesaurorum deputatos,quibus nō
modo ad ostentationem,sed etiam bellorum,
aliarumque calamitatum tempore vterentur:
sicut Græci dum communi consilio conspira-
78 bant,† in Delo insula pecunias reposuerunt,
bella gerere volentes. Athenienses omni tem-
79 pore,intactos Thesauros Delphis† reuuerunt.
80 Macedones in oppido Quinda, iuxta † Tar-
sum. Siracusani in Labdalo castello muniro.
Assirij Susis. Cambises in Palestina apud Ga-
zam,quam Aerarium Persæ uocant. Deiorates
in peio Phrygiæ. Lysimachus apud Pergamum.
Iugurtha in Thala & Capsa Numidarum. He-
bræi in Thrace, & Tauro Hiericuntis. Tigra-
nes in Bambensa, & Olena. Apud Petram Ar-
menij.Babilonij Reges in Zeugma.vt describit
Alexand.ab Alex.Dierum Geniali.lib.2.cap.2.
Ijdem Hæbrei, quandoque in Templis, quan-
81 doque in Sepulchris † etiam Thesauros condi
derunt. Vnde Hircanus Pontifex, & Rex He-
bræorum è Sepulchro Dauidis ingentes pecu-
nias expressit, ad tria millia talenta ascenden-
tes: vt est author Iosephus Antiquit. Iudaicar.
lib.15.capit.16.Ioan.Zonaras Annalium lib.11
Christianus Adrichomius in Theatro Terræ
Sanctæ in Descriptione Hierusalem.sub nu.22.
82 Romanorum verò Thesauros in Aerarijs† con-
ditus fuit. Sed tria illorum fuisse constat, Vnū
in Aede Saturni,in quo Ciuium Tributa,Socio
rum vectigalia,& Prædæ Imperatorum,quo or
dinarij sumptus sustinebantur. Alterū, in quo
pecunia ea solum collata,que pro Gallico bel-
lo seruabatur.vt scribit Appianus Alexandrin.
bellorum Ciuilium. libr.2. Tertium verò erat
Sanctius Aerarium,in quo Vicesimarium Aurū
conseruabatur, quod pro vltimis tantum Rei-
publicæ casibus deseruiebat, vt docet Liuius.
lib.27. & nouissimè Carol. Sigonius de Anti-
quo Iure Ciuium Romanorum.libr.2. capit.16.
Quamquam,vt plurimum vnum Aerarij locum
in Saturni Aede habuerint Romani, tamen di-
uisos locos, quia ærarium pro bello Gallico;
fuit temporale:& Aerarium Sanctius similiter,
cum deseruiret, pro nouissimis Reipublicæ ca-
sibus,periculis, & calamitatibus, quæ seruata
fuerunt eodem in loco in Saturni ædibus, diui
sis tantum Stationibus,cum de vno tātum,col-
lectiuè ærario meminerint omnes Historici.
Alexander Sardus de Moribus Gentium. libr.
2.c.6. Francisc.Pollet. in Histor. Fori Rom.lib.
1.cap.3.Ioan.Corasius Miscellan.libr.3.cap.11.
in fin:sic circumfertur à Turcarum Imperatore
pro Magnis necessitatibus teneri Sanctius æra
rium.Dauid autem Thesaurorum suorum æra-
rium habuit, in quo erant Auri Talenta cētum
millia,Argenti vero mille Talentorum millia.
vt habetur lib.1.Paralipom. capit.22. à quo di-
scant Reges alij.

Quàm pessimè, (vt iterum idem recantem)
Thesauros humi suffodere, aut aquarum cursi-
83 bus obruere,quorū custodes Demones † Tel-
chines,nominatos asseruit pro Antichristi tem
pore,vt eis ad alliciēdos mortales, vtatur Io.
Laurentius Ananias de Natura Demonum.lib.
4. Sic,& Principes,cui nam Thesauri cęderent,
diuersi diuersa censuerunt,pro Auaritia,luxu-
que aliqui:pro Magnanimitate,liberalitateque
alij statuerunt,vt optimè aduertit Iacobus Cu
iacius Obseruation.lib.10.cap.17.Omnium pes
84 simè Nicephorus † Imperator Constantino-
politanus qui à Pretoribus,qui diuites ex pau
peribus facti conspicerentur, tamquam secre-
tum aliquem Thesaurum inuenissent bona po-
stulari per suam Constitutionem iussit: quam
retulit latinam faciens Enymundus Bonefi-
dius Iuris Orientalis. lib.1.Sed boni Principis
memorabile,inuentionis Thesauri, exemplum
recitabo. Atticus Herodis Attici pater ingen
tem Thesaurum inuenit,cuius Rei ad Impera-
torem

torem Neruam in hunc modum scripsit. Thesaurum domi meæ Imperator, comperi. Quid eo fieri Iubes? Humanè Imperator respondit: Vtere ijs, quæ inuenisti. Atticus rursus scripsit: At Thesauri magnitudine superor. Nerua respondit: Abutere inuẽto, quod tuum est. Philostratus de Viris Sophistis. Io. Zonaras Annalium. parte 2. Aliud pro quadam coronide exẽplum referam. Agricola inter arandum Thesaurum reperit, quem ad se non pertinere iudicans, Tamberlanem Imperatorem adijt, & Thesaurum ei notificauit. Satrapes ipsi Principi spectare suadebant: at Tamberlanus, Rusti-
85 ci † esse, iudicauit. è nostris refert Renarus Choppinus de Doman. Franciæ. libr. 2. tit. 5. nu. 23. Quamquam non Principi, sed Dijs deberi, censuerit Plato de legib. lib. 11. in princip.

Quantum verò attinet ad Thesaurorum exactionem, quę fit à Rege Nostro, Ætate mea Thesauri in Regno Neapolitano nulli inuẽti sunt, quorum ego meminerim. Nam Gemmæ, Aurũ, Argentum, aliaque supellectilis pretiosa in terræ visceribus non effodiuntur, sed in cõtinuis, non modo Principum vsibus, atque delicijs, sed infimorum quorundam, ac vilissimorum hominum domesticis seruitijs, ac domibus, Auri, Argenti, Iocaliumque manipulares vsus esse videmus, vt nulla sit à modo, non in vestium, non Auri, non Gemmarum, ac prætiosarum rerum vsu inter Nobiles, ignobilesque discretio. (qua de re alibi dico.) & Hac Thesauri Scriptura ornata sit Friderici Imperatoris constitutio in d. c. 1. Quæ sint Regal. cui iam finis datus est. Nũc
86 † ad alia Principum Iura, ab eo non edocta, (Deo iuuante) pergamus.

ARGVMENT. CAP. XXVIII.

Fodinarum Auri, Argenti, Æris, Ferri, calybis, aliorumque Metallorum, & Aluminis, Picis, Cotis, Eborum, aliarumque rerum, materia enucleatur, & quãdo de Regalibus illa sint.

COMPENDIVM.

1 *Intellectus. c. 1. in verb. Argentaria. Quæ sint Regal.*
2 *Auri nobilior substantia.*
3 Fodina, *Auri, Argenti, aliorumque Metallorum sunt de Regalibus. nu. 15. 16. 17. 21.*
4 *Intellectus. l. 1. C. de Metallar. lib. 11.*
5 Comes *Metallorum.*
6 *Principi, quid debetur pro auro, et alijs Metallis. n. 9. Intellectus. l. Per annos. C. de Metallar. lib. 11.*
7 *Intellectus. l. Ob Metallicum. C. eo tit.*
8 *Pro saxis, & Marmoribus est danda decima fisco. num. 19. 28.*
9 *Pro solutione Auri pro singulis debentur Fisco Principis quotannis septem scrupuli. nu. 18.*
10 *Balluca quid significat.*
11 *Scrupulus quid? qui solet appellari scriptula.*
12 *Vncia continet viginti quatuor scrupulos.*
13 *Libra conficitur ex duodecim vncijs.*
14 *Libra vocatur, As, & Pondo.*
20 *Iacobi Aluaroti opinio improbata.*
22 *Fodinarum concessione, quid veniat? nu. 23. 34. 38.*
23 *Metallorum species quot sunt? Aurum, Argentũ, Electrum, Aes, Stamnum, Plumbum, & ferrum sunt Metallica. nume. 34.*
24 *Sal, Sulphur, Alumen, Marmor, &* Creta *an sint Metallica? num. 25. 26.*
27 *Lapidicina, quæ?*
29 *Lapis Parius qui?*
30 *Lapis Ligusticus?*
31 *Lapis Ophites quis? Lapis Laconicus. Lapis Porphyreticus, Leucostictos dicitur. Chij primi Lapides versicolores dedere.*
32 *Basaltes Lapides qui? Lapides Onychites.*
33 *Lapidis Caristij mirabilis natura.*
35 *Ferrariam habere, priuatis non licet.*
36 *Ferrum terreum est.*
37 *Calybs. siue Azarium est Ferrum densum.*
38 *Pix an veniat* Fodinarum *appellatione.*
39 *Adamas in Nouis Insulis reperitur effossilis. Adamantes excedentes Pondus triginta Mangelorum in Insulis nouis, sunt Regis Catholici. Mangelus pondus est quinque granorum frumenti.*
40 *Lapis Behazaar est mineralis, &* Fodinalis.
41 *Ebur effossitium reperiri an possit, varia sententia. nume. 42.*
43 *Arte fieri posse, Aurum, & Argentum vanissimè multi scripsere.*
44 *In concessione, vel inuestitura* Feudali, *an veniant Fodinæ?*
45 *Alienum fundum, an quis ingrediatur, pro Metallorum, vel saxorum inuentione? nu. 46. 47. 48. 49.*
50 Fodina *Auri, Argenti, & aliorũ metallorum in Regno Neapolitano. sunt Regis.*
51 *Intellectus. c. Regni. Quia non decet. Caroli Secundi. Alumen, an sit de Fodinis.*
52 *Iacobus Sanazarius Neapolitanus Poeta Illustris.*
53 *Intellectus* Const. *Regni. Inter multas. nu. 54.*
55 *Principes faciles non sint ad credendas cito Auri, vel Argenti* Fodinas.
56 *Neroni probro datur, quòd Cęselio Basso Pano Fodinas magnas promittenti, nimis crediderit.*
57 *In effodiendis metallis labores, & pericula.*
58 *In Fodinarũ Cauernis, multi occisi sunt, & suffocati.*
59 *Demones in Fodinis, an versentur?*
60 *Feudum à Principe constituitur Auri, Argenti, & aliorum metallorum, Lapidis, Calcis, Arenę, Picis, Cretæ, ac aliorum.*
61 *Rex Catholicus in Nouis Insulis, præsertim in Insula Sancti* Dominici, *plures habet* Fodinas.

CAP. XXVIII.

SI asserere velimus Imperatorem Fridericum in d. c. 1. Quæ sint Regal. (quod hactenus supra

pra

pra per nonnulla capita, iusto commẽtario exposuimus) in verb. Argentariȩ, quòd ex illo verbo, Fodinas Auri, Argenti, aliorumque Metallorum,† de Regalibus esse voluerit, iam in nihilo hodie nobis opus sunt Rubricæ, ac leges situatæ sub tit. C. de Metallar. & Metall. lib. 11. cũ illæ leges, vt infra hoc eodem capite dicemus, etiam amodò in hac facti specie sint seruandæ: quod latius prosequuti fuimus supra cap. 22. vbi egimus de Argentarijs, quo loco opinionẽ veriorem Iacobi Aluaroti prosequuti fuimus, & aliorum, quòd Imperator in d. verb. Argentariæ, non de Fodinis, sed de officio Argentarij loquatur: & nunc idem dicimus, quicquid alij ibidem dixerint, præsertim Matth. de Afflict. qui in decis. Neapol. 321. dicit, hũc intellectum esse vanum, & contra literam. Sed nos in eadẽ priori sententia perseueramus, alias enim (vt & hoc addam) si dum nominauit Argentarias, de Fodinis, Auri, Argenti, & alijs Metallis dixisset, quod est Nobilius, & prætiosius, nõ protulisset solum de Argento, cuius appellatione Aurum non contineretur; quin potius de Auro, & sic metallo nobiliori, vt id caperet, quod alia metalla præcedit; cum huius respectu, alia deteriora appellentur ab Ouidio Metamorphos. lib. 1.

Subijtq; Argentea proles
Auro deterior, fuluo prætiosior ære.

Inde sæpe constat in scriptura sacra, Aurum purissimum appellari, ob illius nobiliorem † substantiam; vt apparet Exodi, capit. 25. & 37. & 3. Regum. cap. 6. & 7. Vndè nunc ultra numerata à Friderico, alia pferamus: & cum in prȩcedenti capitulo de Thesauris dixerimus, nũc de Metallorũ Fodinis, ex qbus Thesauri fiũt, dicam᷑.

Auri, Argẽti, aliorumq; Metallorum Fodinas Digestorũ iure non esse Principum, nec de Regalibus† docuit Papinianus in l. Diuortio. §. Si vir. in verb. Sed si cretæ fodinæ. ff. solut. matrimonio. l. Item si fundi. ff. de vsufruct. & quemadmod. quis vtat. Vnde fodinarum collegium approbauit Iurisconsultus. in l. 1. ff. Quod cuiusque vniuers. nom.

Vnde Fodinas, Auri, Argenti, cunctorumque aliorum metallorum, iuris Regalis nõ esse contendi potest, quòd illæ totæ Principum sint; licet minimè negem Principi suam portionem deberi; & huc spectant notata† in l. 1. C. de metallar. lib. 11. Quæ constituit metallarium, scilicet eum, qui vult metallorum exercitio se ingerere, teneri pro ingressu ad id officium, siue Collegium, in balluca exsoluere prima vice octonos scrupulos, & residuum si vendere voluerint, Fisco vendant. Quæ constitutio dirigitur ad Cresconium Comitem metallorũ. Quò verò ad solutionem, ordinariã per quemlibet †annuatim faciendam, diuersimodè constitutum fuit, tum in solutione pro auro, tum etiam pro alijs metallis marmoribus, & saxis. Pro auro enim stabilitum, ordinatumq; fuit singulis annis per quẽlibet metallarium inferri septem

6 †Auri scrupulos. vt in l. Perannos. C. eod. tit. Pro alijs verò metallis, extra aurum, Principi, & eius Fisco stabilita est solutio vnciarũ quatuordecim pro singulis. vt in l. Ob metallicũ.

7 C. eod. tit. †Quam legem, (omissis aliorum ambagibus, & diuinationibus,) sic intelligi debere profitebor, nec facinus aliquod committere arbitror; vt illa procedat, vt pro Canone Metallico constat inferri libris, scilicet Fisci, vncias quatuordecim Ballucæ, idest in Pilleolis (vt proximè dicam) pro singulis, scilicet hominibus, (vt ego conijcio) non autem libris, vt aliqui asserunt, vt cõcordet cum d. l. Per annos. ibi, (singulos) & ibi (& hominem) & d. l. Per annos. fuit facta per Valentinianum iuniorem, Arcadium, & Honorium, Archadio II. & Ruphino Coss. & d. l. Ob metallicum. fuerit facta per Valentinianum seniorem, & Valentem, longo antea interuallo, Fl. Lupicino, & Iouino Coss. Pro saxis vero, & marmoribus est statu-

8 ta decima †soluenda Fisco, & alia decima Domino soli. vt in l. Cuncti. C. eo. tit. & in hoc consistit ius Regale, Fisco competens in metallis. Quia (vt Epilogum faciam) pro aggregatione, siue allectione ad officiũ, fit solutio octo scrupulorum, prima, & vnica vice: Pro auri solutione debentur Fisco quotannis per singulos, se-

9 ptẽ †scrupuli. De alijs metallis vnciæ quatuordecim, pro libra secundum quosdam, vt diximus. Pro lapidibus, & marmoribus decima Fisco, & altera parti. Ex quibus constat minùs rectè (si mea me opinio non fallit) hactenus à doctoribus declaratas fuisse leges in dicto titulo de Metallarijs. Nostra vero interpretatio congrua est, & rationi admodum cõsentanea; cum aurum, vt dictum est, prætiosius sit, idcirco in solutione minorem canonem exigit, nẽpe septem scrupulorum. Pro alijs vero vncias quatuordecim pro singulis hominibus, seruata tamen consuetudine libris Fisci deberi. Et pro saxis, & marmoribus, vigesimam solui, scilicet decimam Fisco, alteram vero decimam Domino. Sed declaranda sunt verba obscuriora in eisdem legibus cõtenta, quid sit Balluca? quid scrupulus? quid vncia? quid libra?

10 Ballucã Accurs. †in d. l. 1. C. de Metall. lib. 11. in verb. Octonos. exponit duobus modis: vno idest vtilitate publica, altero pro vase lucente, quasi lucem baiulans. Cui videtur quodammodo accedere Andr. Alciat. in Rub. C. eo. tit. dũ dicit: Balucam esse vas, in quo fundebatur aurum. Sed veritati potius accedit opinio Plinij in lib. 33. cap. 4. Qui dicit, Palacras Hispani, alij Palacranas, ijdem, quod minutum est Balucem vocant. adeo quòd istæ Balucæ sunt minuta auri fragmenta, secundum Plinij interpretationem, quæ ad tex. illum satis consonant. & ipsi Plinio potius credendum, à quo credo Valentinianum,

tinianum,& Valentem Imperatores, illarum legum cōditores, desumpsisse verbum istud Ballucę; cum fuerint post Plinium, qui fuit Titi,& Vespasiani temporibus, per annos circiter trecentos ante eosdem Imperatores, à cuius Plinij verbis absonum esset discedere. Quem nouissimè reperi sequutum fuisse Antonium Nebrissensem in lexico. in verb. Balluca. & ideo Imperatores dicere voluerunt in Pileolis minutis, nondum fusis, ac liquefactis. Quod,& placuit Gulielm. Budęo omnium literatum speculo in lib. de Asse.4. hanc Ballucem Itali, præsertim Florentini (Ballore) appellant, & apud nos, Balluccie, vocantur. Non autem intelligas de Ballote herba, quę dicitur Marrhubium nigrum, de qua Dioscorides, & ibi Mattheolus.lib.3. capit.100.

Quò verò ad scrupulum apud Volusium Mætianum in libro de Ponderib. vocatur alio no-
11 mine,† scriptula,& scripuli, Nota illius antiqua erat.... Obolum alio modo vocari scribit Demetrius Alabaldus. in lib. de Minutijs. Sed duos obolos scruplum facere, retulit Budæus de Asse.lib.1.& omnes concludunt, viginti quatuor scrupulos, Vnciam facere. Quod,& Beda fatetur in lib.de computo.cap.de Ratione vnciarū. Budeus de Asse.lib.2.& lib. 3. nota tamē hodie cōmunis fit hoc modo: . . . &c.& secūdum Petrum Diaconum fit hoc modo. ℞ .
12 Vncia autem, Viginti quatuor † scrupulos retinet, cuius nota antiqua hæc erat — quarū
13 duodecim, libram conficiunt,† vt Volusius Mætianus scribit. & postmodum alia nota infrascripta significabat, secūdū Petrū Diaconū....
14 Libra vero,& As nuncupatur † etiam apud nostros, & Pondo: vt est author Varro de lingua latin.lib.1. Budęus de Asse.lib.1.& lib.3. cōficitur libra ex duodecim Vncijs. de hac plenè Budæus, qui ponit ponderum differentiam inter Iurisconsultos, & Medicos, & diuersarum gentium, sic etiam sub quodam breuiario fecit Per.Greg.Syntaxeon Artis Mirabilis.li.15.c.13.

Inoleuit tamen, communis Doctorum conclusio, has Auri, Argenti, ac aliorum Metallorum Fodinas, esse de Regalibus, ac Principi su-
15 premo † spectantibus.arg.l.Inter publica.ff.de verb.signific.& Toto tit.C.de Metallar.lib.11. & in d. c. 1. Quæ sint Regal.Petr. de Gregorio Sicul. de concess.Feud. par.8.q.10.nu.2.& pro ijs, qui indistinctè tenent hanc conclusionem, faciam infrascriptas declarationes.

Declara primò, supradictam opinionem, procedere in Metallis, in solo publico repertis, vt illa tantummodo ad Principem pertineant,&
16 sint † de Regalibus. Florian. de Sancto Petro in l.Æquissimum.§.Quæsitum.ff.de Vsufruct.Iacobin.de Sanct.Georg.in Inuestitur. Feudal.in verb.cum Argentifodinis.num.2. post Martin. Laudens.in d.c.1.Quæ sint Regal. Quod intelligendum est, data inuentori portione, vt diximus supra cap.præcedenti de Thesauris.

Declara secundò procedere supradictā opinionem quoad solutionem dictorum octo scrupulorum soluendorum in Ingressu officij,& ag-
17 gregatione ad † Collegium Metallariorū: iuxta dictam l.1.C.de Metallar.lib.11. ac & quoad solutionem septem scrupulorum à singulis hominibus annuā faciendam ab Aurilegulis: iuxta.l.Per annos.C.eod.tit. Ac vncias quatuordecim soluendum per quemliber: iuxta dictam.l.
18 Ob metallicum. C.eod.tit.quod intelligi debet, vt diximus, pro singulis metallarijs in annos,& nō pro singulis libris, quia hæc ineptiæ notoria est, non oportere intelligi, vt ipsi dicunt, pro singulis libris solui vncias quatuordecim; quia esset solutio vltra libram pro libra, cum libra sit vnciarum duodecim, vnde soluere vncias quatuordecim, pro vncijs duodecim, esset ridicula interpretatio,& pueritis. Ac
19 Decimam Fisco,& aliam † soli Domino pro Lapidicinis,& Marmoribus in locis priuatorum l.Cuncti. C.eod.tit.

Nec obstabit opinio Iacobi Aluaroti,& Præ-
20 positi in d. c. 1. Quæ sint Regal. † asserentium easdem leges, in eodem titulo esse correctas per illum tex.in d.verb.Argentariæ. Nam contrarium, quòd immo correctæ non fuerint, dixerunt ibidem Andr.de Isern. & Matth.de Afflict.in d.verb. Argēntariæ ex authoritate Gloss. in d.l.Inter publica. vbi hoc voluit Andr. Alciatus.& Afflict.in decis.supra allegat.321.refert, & sequitur Marc. Anton. Peregrin. de Iure Fisci.lib.4.tit.2.nu.11. Secundo quia, vt dixi supra hoc eodem capite,& in d.c.22.supra, Fridericus Imperator in dicto c.1.in verbo Argentariæ; quæ sint Regal. non loquitur aliquo pacto de Fodinis.

Declara tertiò, non procedere supradictam opinionem in Metallis, quæ reperiuntur in fundis, ac locis priuatis, quia in ijs attendi-
21 tur consuetudo, † iuxta tradita post Isern. & Aluarotum per Anton.Capici. in d.Inuestitur. Feudal.§.Feudorum clausulæ.in verb. Cum fodinis. & in omni Metallo reperto in prædijs priuatorum, quòd non detur, nisi portio sua Fisco, etiam de Auro loquitur.l.1.C.de Metallar. lib.11.ibi, (Competentia ex largitionibus nostris prætia suscipiant,) si enim Fisci essent, ad quid opus esset prætio? Alij, vt lubet, respondeant.

Quæ autem in concessione Fodinarum Me-
22 tallicarum † intelligantur, longa res est,& ex Isidoro lib.16. Ethimologiar.dicit Luc.de Penna.in rub.C.de Metallar.lib.11. Septem esse Me-
23 tallorum species, Aurum,† Argentum, Electrū, æs, Stannum, Plumbum,& Ferrum. Gulielmus Fornerius verò in d.l.Inter publica. § Publica. vltra aliqua ex supradictis, addidit, Salem, Sul-
24 phurem,† Alumen, Marmor,& Cretam: ad quæ facit tex. in l.In venditionibus. ff. de contrah. empt.

empt.ibi,Vel Argento simile venit,& Lapidici
na.vt in l.3.§.fin.ff.de Reb.eorum. faciunt nota
ta per Nicol.Boer.in decis.Burdegal.18.in de-
cis.19.in decis.51.nu.2.Ioan.de Imol.in consil.
87.& Sigismund.Loffredus in consil.28. refert
Cesar. Vrsill. ad Afflict. in dicta decis.321. Ia-
cob.Spiegell.in Lexico.in verb.Metallum. Qui
25 etiam de Alumine inquit,Metalli† nomine ve
nire per dictam.l.3.in fin.ff.de Reb. eorum. in
text.ibi στυπτηρία, idest Stypteria,Scilicet Alu-
men, vt exponit Spiegell. in verbo Stypteria.
Quod nec negauit Afflict. in d. decis.321. Qui
dixit, esse Alumen inter Metalla, non autem,
26 quòd sit † de Principi reseruatis,si fuerit in lo
co priuati: verum tamen S.C.decreuit contra-
rium in illa decisione, vt refert Anton. Capic.
in dicto § cum Fodinis. in verb.Alumen.& se-
quitur etiā Restaur.Castald.de Imperat.q.110.
vers.Vigesimo ottauo.idem Afflict.in dicto ver
bo Argentariæ.nume.11.

Lapidicinam verò appellant,vbi lapides ve-
rè cędantur,nō autem illa in qua cędi possent,
27 † & sic requirit actum,non potentiam. Bartol.
in l.In lege.ff.de contrah.empt.Et intelligitur,
illam dici publicam Lapidicinam, & Principi
spectare Ius Decimæ,quando ex consuetudine
28 † fuerit hactenus ità obseruatum. l.Venditor.
§.Si constat.ff.commun.præd.vbi hoc etiam vo
luit Florian. de Sanct. Petr. & voluit Renatus
Choppin. in consuetudin. Andegauens.lib.1.
tit.1.in princip.nu.7.par.1.Quod intelligerem
de Coribus ad acuēdū ferrum. iuxta.l.Cotem.
ff.de Publican.& Vectigalib. Vel de Marmori-
bus quibusdam prætiosis, vt voluit Peregrin.
vbi supra.nu.13.Vel alijs lapidibus magni præ
tij, & valoris, quorum proprietas ad Principē
spectat,& pertinet. Quid enim si lapides ma-
29 ximi sumptus fuerint,vt est lapis † Parius Cā-
didus,qui reperitur in Insula Paron,vna ex Cy
cladibus,de qua Virgilius lib.1. Æneidos.

Olearon, Niueamque Paron.

Et in Cyri Idem Virgilius,inquit.

Marmoreumque Paron.

De eadem etiam Plin. lib.4.cap.12.& lib.36.
30 c.5. Apud nos sunt marmora † Ligustica,siue
Carrariensia, olim Lapidicinæ Lunenses. Sunt
31 & Lapidicinæ † Ophires, à Maculis distinctis
ad modum Serpentum,vnde nomen accepere.
Laconici lapides virides, cunctis hilariores.
Lapidicinę Porphyriticę,quarum Lapides can
didis interiectis maculis,siue punctis, ipsæ ru-
bētis lapis Leucostictos dicitur. Chij aurē pri
32 mi marmora versicoloria dedere.Basaltes La-
pides,sunt ferrei coloris,& duritiæ.Onychites
ex Arabiæ montibus,è quibus Vasa potoria fe-
cit P.Lentulus Spinter. Sunt Alabastrites, Nu-
midici, variaque illorum genera, & Lapidici-
næ,de quibus Plinius disserit diuersis in locis.
33 Lapis etiam Carystius non † omittendus, ex
quo dicunt,non solum fieri columnas,sed ne-
xiles,& textiles illos esse,& vestes ex eis fieri;
quæ vbi sordescunt in flammam proiectæ, non
secus emundantur,quàm si maculas elueris, vt
est author Strabo lib. 10. quem sequitur Petr.
Crinitus de Honesta Disciplin.lib.3.cap.11.de
Lapidiciuis Thebaicis, & Pentelicis, alijsque
pluribus,post Theophrastum in lib. de Lapidi-
bus,scripsit idem Plin.lib.36.c.22.Pausanias in
Laconicis. Albertus Magnus in libris Minera-
lium, qui dicit de Lapidibus scripsisse ante eū,
Hermetem, Euatem Arabum Regem, Diosco-
ridem,Aaronem,& Iosephum,vt commemorat
Ioan. Baptista Bernardus in Seminario totius
Philosophiæ. Tomo 2.titu. de lapidib. alijque
non parum multi.

Ferrum vero,& ipsum venire in Fodinarum
34 concessione palam est,& diximus† supra ex Isi
doro, & Luca de Penna.& voluit Anton.Capi-
cius. in Inuest.§. Feudorum Clausulæ. in verb.
35 Dohanis. Idcirco priuatis Ferratiam † habe-
re, illicitum est. Iacob. Cuiacius. in Nouella.
85. in princip. motus authoritate. l.fin. §. Ma-
gnus Antoninus.ff.de Publican.& Vectigal.qui
tamen text. id minimè probat. Ferrum autem
36 † terreum est,vt Aristoteles dicit lib.4. Mete-
orol.cap.1.Vnde Cicero lib.2.de Natura Deo-
rum, Ferrū ex Terræ cauernis elicimus.de hoc
Plin.lib.34.cap.14.& 15.Sebastian. Foxius de
Natur. Philosop.lib.3.cap.6. Vannocius Beren
guci.Pyrothecniæ. lib.1.cap.6.

37 De Calybe, siue Azario, † quod est ferrum
densius dicimus idem,quod de ferro diximus.
& voluit Andr.de Isern.& Matth. de Afflict. in
const.Regni.Magisttos fundicatios.Anton.Ca
pic.in dicta Inuest.vbi supra.voluit Albert.Ma-
gnus Mineral.lib.4.tract.2.cap.8.

38 Quoad Picem,† similiter includi in Fodinis
censuit Capic.vbi supra.& facit text. in d.l.In-
ter verba.secundum litteram Florētinam, quia
loco (Piscariarum) dicit (Picariarum)

Adamas etiam reperitur effossilis in Fodi-
39 nis,ac rupibus in Nouis†Insulis,pcipuè in pro
uincia Benager, ex quibus Magnum Regi No-
stro Lucrum pendet, quia omnes Adamantes
excedētes pondus triginta Mangelorum sunt
Regis,& contrafacientibus,bona omnia,& per
sonæ,loco penæ,Fisco cędunt. Mangelus vero
pondus est quinque granorum frumenti.testa-
tur Garzias Hortus Aromatum Simplicium oc
cidentalium. lib.1. cap.48. & per plura capita
loquitur ibi de alijs gemmis.

Lapis quoque Behazaar, & ipse Mineralis,
40 & fodinalis,† de quo,& eius virtutibus, scri-
psit Serapio.in Histor. Medicinal.c.36. Razis,
tum in continente,tum ad Almanzorem. Ame-
zebetrisus in lib.virtute plāt.lapid. & Animal.
Abdalauarch Maurus,qui dicit hoc lapide cu-
ratum Maramamolinū Regem, eique qui lapi-
dem illi dederat, donasse Palatium Regale in
Ciuitate Cordubæ. Auenzoar in Theisir. Auer-
roes

roes in Colliget. Rabbi Moyses in lib. de Venenis. Tract. 1. c. 3. Petr. Andr. Mattheolus in Dioscoridem lib. 4. in Napello, & lib. 5. c. 37. Vbi etiam Andr. Lacuna, Segobiensis. Valesius Tridentin. in pract. lib. 7. Santes Arduinus Pisaurensis. in lib. de Venenis. Hierony. Mōtius Gallus Chirurgiæ lib. 3. Amatus Lusitanus ad Dioscorid. lib. 2. Anton. Musa Brauola ad Antidotarium Mesuæ. in proęm. Nicol. Florenti. Serm. 4. tract. 4. c. 3. Petrus de Apono Conciliator. de Venenis. c. 81. Idem Amatus Lusitan. centur. 3. Curat. 74. & 83. nouissimè Ambros. Paræus de Anatome human. corpor. lib. 20. c. 36. Tamen in Indijs Orientalibus gigni in ventre ouis, vel Hirci censuit Io. Hugonius in nauigatione Indiarum cap. 87. vbi plura de ipso effudit, & de vero eius nomine, & appellatione.

41 Eodem modo, & de ebore † effossitio dicere possumus. de quo Plin. lib. 36. cap. 18. post Theophrastum, quod & refert, ac sequitur nouissimè Marsilius Cagnatus variarum obseruationum lib. 3. c. 17. & illud reperiri dicit Andr. Lacuna.
42 ad Dioscoridem, lib. 2. c. 50. Hoc tamen † reprobat Garzias Hortus in Historia simplicium Aromatum lib. 1. cap. 14.

Vltra verò effosionē metallorū, posse, aurum, atq; argentum arte fieri multis rationibus persuadere conati sunt, Albertus Magnus in libris
43 Mineralium, † Georgius Agricola de re metallica, Vānocius Berengutius in libris Pyrothecniæ, Sebastianus Foxius de naturali Philosoph. & alij, quos annotaui supra cap. 12.

In generali autem concessione, & inuestitura per Principem alicui facta, an veniant omnes.
44 † metallorū fodinæ? Quòd veniant scribit Paul. de Castr. in cons. 63. & post alios, quos inducit, voluit Marian. Socin. Nepos in cons. 80. per totū. vol. 3. Qđ ego procedere dicerē seruata forma notatorū in toto tit. C. de metallar. lib. 11. Et specialiter non concederē, quo ad fodinas auri, & argenti pręsertim si cōcessionis tēpore non essent, sed ex interuallo longo postmodū, emergerent, vel detegerentur. In alijs autē metallis, per ea quæ diximus, illud ius vectigalis quod ipsi Principi spectabat, fore concessum.

Illud pterea in controuersiam deducitur, an
45 possit, quis ingredi fundum alienum † pro metallorum, lapidum, saxorumq; inuentione qua in re Paul. de Castr. in l. Diuortio. §. Si vir. ff. solut. matrim. censuit posse id fieri ob publicam vtilitatē, argum. l. Cuncti. l. Quosdā. C. de metallar. lib. 11. & fuit ante eū opinio Accursij in d. l. Quosdā. dum concludit contra Pyleum. & Castrens. sequitur Barthol. Veron. de seruit. rusticor. præd. c. de montib. col. 1. vers. Quæro an sit licitum, & vers. Sed quid si sunt Venę. Ludouic. Roman. in singul. 611. Regula est.

Declara hoc pcedere licitū esse ingressum, dū
46 tamen Dño damnū nō fiat, puta φ fundus † fieret inutilis, vel supra effosionem, quam intēdit prosequi, sit sita Dominus. arg. dictæ l. Venditor §. Constat. ff. commun. præd. voluit Accurs. in d. l. Quosdam. & Castrens. & Cepolla vbi supra.

Declara secundò, licitum esse ingredi, & effo-
47 dere, dummodo sint lapides prætiosi, ac † marmora, nō autem si sint lapides, quibus communiter vtimur. vt voluerunt Paul. de Castro. & Barthol. Veron. in locis allegatis.

Declara tertiò illā opinionē procedere, dummodo alias ille tertius fecisset p prius expensas aliquas pro effodiendo, quia tunc licebit, ratione earūdem expensarum erogatarum; secus verò si nouiter quis ingredi vellet, & effosionem faceret, quia non liceret; ex quo expensatum ratio non militaret, & consequēter hoc
48 melius, & † commodius liceret proprio fundi Dño exequi, q̄ extraneo. arg. l. Qui luminibus. ff. de seruitut. vrban. præd. l. Altius. C. de seruit. & voluit Barthol. Veronens. in loco allegato. Ioan. de Imol. in cons. 87. & in cons. 124.

Declara quartò, tunc ingressū licitū fore metallarijs, ac lapidū incisorib', aliisq; extraneis,
49 † qn̄ essent metallarij, ex publico constituti, vel haberent inuestiturā, ac priuilegiū à Principe. Bart. & Ioan. de Platea in d. l. Cuncti, & voluit Aegid. Boss. in tit. de metallar. & Argenti fod. nu. 1. 2. M. Anton. Peregrin. de iure Fisci lib. 4. tit. 2. num. 14. Plures alij casus enumerantur, quando quis possit vicini fundum ingredi, & quando non liceat, quorum aliqui videri possunt apud Bossium in loco allegato.

Regni Neapolitani iuribus, quoad Fodinas
50 † cautū est, Regis illas esse, quoad fodinas auri, argēti, & aliorum metallorum, & ab antiquo Regē in eodē iure sibi cōpetenti conseruatum semp extitisse, nec eas in iuribus Thesauri annumerari: vt per Regē Carolum II. fuit prouisum. in c. Regni. Quia † nō decet. vbi Doctores.
51 Matth. de Afflict. in decis. 321. nu. 3. & in dicto c. 1. in verb. Argentariæ, dicit: φ vertente lite Aluminis, quod nascebatur in fundo Dominorum Iacobi Sanazarij, & fratris, (Hic Iacobus
52 † Sannazarius fuit ille Poeta Illustris, Italo, & Latino idiomate clarus, qui libros de Partu Virginis, aliosq; orbi notissimos euulgauit) quidam Neapolitani Doctores, ptēdentes ius aluminis ad Regē ptinere in hoc Regno Nea-
53 politano, allegabant Const. Regni. Inter † multas. §. Prædicta autem. In qua Const. sunt infrascripta verba, videlicet: Demania etiam, & morticia, & excadentias, Graneterias, Piscarias, herbas, alumina, & generaliter omnia & cæt. vbi idem Afflict. nu. 12. in fi. inquit: dicit textum dicere aliminis, quasi φ herbæ alimoniam præstent: Et ideo dicit Aduocatos, qui allegabant dictā Constitutionem pro Fisco, fuisse derisos. Ego censeo cum illis Aduocatis cōtra Afflict. & φ derisio fieri non debuit. Primò, quia vidi plures libros, antiquos, & nouissimos constitutionū huius Regni, in quibus omnibus non

reperi aliqua verba, nisi supradicta. Secundò, quia si littera diceret eo modo, quo Afflict. illam corrigere voluit, insulsa esset, & Imperatorio sermone indigna loquutio: Nam si herbæ Aliminis essent de Regalibus, & ad Principem spectantibus, omnes ferè herbæ de regalibus essent, qa, quasi oẽs pro alimẽtis vel hoĩum, vel aĩalium irrationabiliũ deputatæ, Principis essent: nec haberemus lactucas, & alias herbas pro primis mensis, ac pro condiẽdis cibis deputatas, non olera pro comedẽdo, vnde dicere possemus illud Hierem. Trenor. c. 5. Aquam nostrã pecunia bibimus, ligna nostra ꝑtio comparauimus. Tertiò si Imperator Fridericus dixis-
54 set (Herbas Aliminis) esse † de Regalibus, & Principi spectantibus, sequeretur stolidè dictũ fuisse, herbas aliminis esse de regalibus, quod est ab Imperatoria Maiestate satis alienũ. Vnde dicas verũ esse, Imperatorem asseruisse herbas Principis esse, scilicet illas deputatas pascuis, & ꝑsertim deputatis pro ouiarijs, vt in Regia Dohana Menæ pecudũ Apuliæ; de cuius iuribus, & antiquitate ad Curiam Regiã spectantibus loquitur Marinus Freccia de subfeud. Baron. lib. 2. Authorit. 46. num. 12. & seq. Carolus Tapia meritissimus Regius Cõsiliarius de Constit. Princip. c. 4. nu. 97. Et sic sequũtur postmodum verba (Alumina) nec dicunt aliminis nec Aluminis, vt ipse loquitur.

In ijs auri, atq; argenti fodinis, aduertendi sunt Principes, ne se nimium prõptos, faciles,
55 & † credulos statim exhibeãt, nisi veritate percepta, ne forta vltra vanas expensas, ac sumptuum erogationes, vana etiam spe delusi re-
56 periantur: vt probro datur Neroni, qui † Cæselio Basso Pœno statim fidem habuit, cuius demum relatione, & iudicio frustratus remansit; vt scribit Cornel. Tacitus Annal. lib. 16. Idem etiam in Thesaurorum inuentione obseruandum esse dijudico, vt Principes se non ita faciles communicent.

In effodiendis verò Metallis, magnus labor existit, magna pericula imminent, & idcirco perditis quibusdam hominibus, leges ad metalla fodienda pœnas inflixerunt. Fossoribus
57 enim continuus exercitij † labor, continuata pericula, & quo interius terram suffodiunt, eò periculosius incedunt, cadunt Montium ripæ, ac Terrarum glebæ, quibus multi suffocantur, & nemine sepeliente, sibi ipsis sepulturam inueniũt. Alia multa à scriptoribus pericula, quę metallici homines subeunt, nempè ictuum fulminum, quibus percutiuntur sæpe hoĩes, montesq;, quo in loco dicunt esse metallorum fodinas Olaus Magnus de rebus Septentrional. lib. 6. c. 11. Sic etiam pericula Dęmonum, qui hisce in caueis latent, quos dicunt laborare, & alia multa in Fodinis operari, & multos eorum
58 medio necatos in eisdem † cauernis inclusos. vt post Germanogr. latè scribit idem Olaus lib. 6. cap. 10. & nouissimè Io. Laurentius Anania de natura Dæmonũ lib. 4. De his etiam Rodulphus Agrigola in lib. de Animantibus subterran. inquit: Subterraneorum Animantium haberi possunt dæmones, qui in quibusdam fodinis versantur, quorum duplex est genus: Vnum
59 † truculentum, & aspectu terribile, quod plerunq; metallicis infestum, inimicumq; est: Alterum mite, quod sub dubio amplectitur. Stephan. Theupolus, Academic. cõtẽpl. lib. 6. c. 10.

Idcirco, in summa, Feudum constitui potest à Principe in Fodinis, auri, argenti, ferri, plum-
60 bi, & † cæterorum metallorum, lapidis, calcis, arenæ, picis, cretæ, & sulphuris. l. Item si. l. Si cuius §. Inde. ff. de vsufruct. Francisc. Hotoman. in disputat. Feudistica. cap. 16.

Habet autem argenti fodinas plures Rex Catholicus, & præcipuè in Insulis nouis, in Insu-
61 la † præsertim Sancti Dominici, vt refert Nicolaus Monardes Hispalẽsis Simplicium Aromat. lib. 1. cap. 16.

ARGVM. CAP. XXIX.

Ducum, aliarumq; dignitatum creatio ad Principem spectare, remissiuè conclusum est.

COMPENDIVM.

1 *Creare Duces, Marchiones, Comites, & aliam dignitatem, ad Pontificem Max. Imperatores, Reges, & supremos Principes spectat.*
2 *Intellectus c. 1. in verbo. Magistratuum creatio. Quæ sint Reg.*
3 *Fabius de Anna creatus à Rege Consiliarius ob eius virtutes.*

CAP. XXIX.

Ad Pontificem Maximum, Imperatorem, ac Reges, supremosq; ac sui iuris Principes spectare, Ducum, Marchionum, Comitum, alia-
1 rum dignitatum gradus † creationem titulisq; honorificis insignire, notorium est. vt notant Doct. in d. c. 1. in verb. Creandorũ magistratuũ. Quæ sint. Regal. Quamq̃ in illo textu, de hoc
2 loqui non arbitrer, sed tm̃ † de creatione Magistratuum pro expediẽda iustitia, vt dixi supra. c. 21. Verum tñ hoc Doctores notarunt in c. 1. Quis dicatur Dux, & Marchio. & quibus alijs competat, aliaq; nonnulla ad materiam istam pertinentia. scribit Luc. de Pen. in l. Contra publicã. vers. septimo. C. de re milit. lib. 12. Aegid. Boss. in tit. de Regal num. 11. Marin. Freccia de sub feud. Baron. tit. de Duce. Anton. Sola in Decret. Sabaudiæ in proœm. in verb. Dux. Gloss. 2. nu. 3. 4. Nouissimè Seraphinus Oliuarius Rotæ Romanæ Auditor facundissimus in decis. 133. nu. 2. vol. 1. & latius ego, Deo auspice, dicã in Commẽtarijs de Feudis dignitatum. Restaur. Castald. de Imperator. q. 110. vers. Decimo. nouissimè

tissimè dum ista transcribuntur Fabius de Anna in conf. 66. nu.8. vol. 1. quod antea dixerat
8 in consil. 44. nu. 15. vol. eo. Nunc dum † ista dantur prælo iure meritò creatus Regius Consiliarius in Senatu Neapolitano à Catholico Philippo III. Rege nostro nunc etiam Regna administrare initiante.

ARGVM. CAP. XXX.

Tabellionum, & notariorum creatio de Regalibus est: Quæ incumbant notario creando? Quid in Regno Neapolitano? Spurij, an tabelliones fiant? An tabelliones ab vno Principe facti, publicarum scripturarum in iurisdictione alterius Principis faciundi potestatem habeant? In specie à Summo Pontifice creati? Aliaq; nonnulla ad materiam spectantia plenè hic traduntur.

COMPENDIVM.

1 Tabellionum, ac notariorum creatio de Regalibus est, & ad Principem spectat.
2 Papa, ac Imperator Tabelliones creant.
3 Reges creant Tabelliones.
4 Rex Siciliæ creat solus in suo Regno Tabelliones.
5 Respublica Venetorum, Genuensium, Lucensium, Ragusinorum, Tabelliones faciunt.
6 Duces Mediolani, Sabaudiæ, Florentiæ, Ferrariæ, Mantuæ, & Vrbini, Tabelliones creant.
7 Archiepiscopi, Episcopi, Comites Palatini, creati à Papa, Imperatore, ac Principibus alijs, Tabelliones faciunt.
8 Potestatem habentes creandi notarios, ac tabelliones, ipsos creant.
9 Fridericus Imperator pœnam excauationis linguæ imposuit, ijs, qui præter ipsum, & habentes ab eo potestatem, tabelliones crearent.
10 Creandus tabellio per se, non per alium coram superiore debet se præsentare.
11 Creandus notarius debet examinari, & de quibus?
12 Tabelliones aliqui, vix scribere sciunt.
13 In Regno Neapolitano per Curiam Regiam fit examinatio notarij creandi.
Intellectus Const. Regni. In locis Demanij. num. 18. 27. 35.
14 Contractus illicitos facientes pœnas incurrunt.
15 Examinatio tabellionis creandi fieri debet ab ipsis examinatoribus, præuio ipsorum iuramẽto. & quid iuramentum continere debet. nu. 16.
17 In notario creando exigitur priuilegium Principis creantis.
18 In Regno Neapolitano tabelliones creantur à Rege.
19 Creandi notarij nõ debent esse Villani, Angarij, Perangarij, ac viles.
Intellectus Const. Regni. incip. Constitutione præsenti
20 Angarij, & Perangarij, qui sint.
21 Villani, qui fiant nu. 27.
22 Vrbana villa quæ sit?
23 Prætorium quid appellauerit Vlpianus.
24 Rustica Villa, quæ?
25 Fructuaria villa quæ?
26 Villa à vehendo appellatur.
28 Viles, qui dicantur?
29 Nuncij viles sunt.
30 Bastardi, & illegitimi, sunt viles.
31 Porcorum custodes viles sunt.
32 Artifices omnes viles artes exercentes, viles sunt.
33 Lenones, ipsorumq; filij, viles dicuntur.
34 Tabelliones creandi in Regno an debeant esse vassalli prælatorum?
36 Barones in Regno Neapolitano Notarios creare nequeunt. nu. 37.
38 Prothonotarius in Regno, vel eius Viceprothonotarius, creat tabelliones.
39 Prælati Barones creant tabelliones pro rebus spiritualibus.
40 Si Princeps concessit Feudum cum omnibus regalibus, an veniat tabellionum creatio nu. 41.
42 Spurij, & incestuosi an tabelliones creari valeant? nu. 44. 48. 49. 50.
43 Intellectus Const. Regni. Præsenti.
44 Tabellionatus vile ministerium.
45 Tabelliones seruiunt Reipublicæ.
46 Tabellionatus, ac notariatus artem exercens decurio, decurionatu priuatur.
47 Nobilis creatus notarius, tenetur ad collectas, & tallias ignobilium.
48 Notarius Principis, dignitatem habet.
49 Spurius non potest esse notarius ad banchum iudicis.
50 Spurius legitimatus per Principem fieri potest tabellio.
51 Spurius non fit tabellio, vbi est legitimus contradictor.
52 Spurius semel admissus ad notariorum ordinem, non potest impediri illum exercere.
53 Papa, & Imperator, an possint notarios, & tabelliones creare, vnus in iurisdictione alterius. nu. 54. 55.
54 Tabelliones, & dignitates an in toto orbe creare possint, Pontifex & Imperator.
56 Summus Pontifex quoad spiritualia vbiq; locorum creare potest tabelliones.
57 Pontifex, & Imperator creant Comites Palatinos, & equites vbiq; locorum.
58 Notarij Apostolici in Regno Neapolitano, an conficiant instrumenta, & testamenta, & illa probent?
59 Matthæi de Afflict. Ioan. de Amic. & Vincent. Maxilla cautela frigida.
60 Testator si declaret suam intentionem coram testibus, qui redigantur in scriptis, an probent?
61 Notarij à Pontifice creati, si à Regijs magistratibus examinarentur, approbantur eorum acta.
62 Instrumentum factum à notario in vno Regno, quomodo fidem faciet in alio?

63 Tabellio, & Notarius, an habeat potestatem scripturam recipere à scheda alterius notarij.

64 Tabellionibus, potestatem leuãdi scripturam de scheda alterius notarij dare, est de Regalibus, & ad Principem spectantibus.

65 Scriptura notarij, à qua recipere debet reassumptionem alter notarius, debet continere, quòd sit originalis, scripta ab ipso, cõtinens annum, indictionem, mensem, diem, locum, testes, & rogitum.

66 An si in prothocollo, siue scheda tabellionis reperiatur scriptura, sed non manu notarij, sed alicuius sui scriptoris, vel amanuensis, vel super aliqua minuta facta à Doctoribus, posit alter notarius reassumptionem facere? nu. 67. 68.

69 Intellectus Const. Baiulos, & omnes Iudices.

70 Intellectus Prag. Regis Ferdinandi. incip. Constitutionem Diui Friderici.

Intellectus Prag. eiusdem Ferdinandi. incip. Eandem Constitutionem.

71 Partes cogi possunt ad recipiendum instrumentum grossatum.

72 A scheda Tabellionis, siue Notarij viuẽtis, an alius reassumat, si ille sit absens.

73 In reassumendo instrumento Notarij viuentis requiritur Iudicis authoritas.

74 Notarius punitur pęna falsi, si reassumit instrumentum non interuenientibus requisitis.

75 Tabellionẽ & notariũ esse, quo modo probatur n. 76.

76 Notarium, ac Tabellionem esse sufficit probari, quòd publicè exercitium gesserit, stipulando, & rogitus faciendo.

77 In instrumento antiquo, sufficit probari, quòd ille pro notario, & Tabellione se gerebat.

78 In instrumento antiquo, sufficit probatio per famam.

79 Notarius in Regno Neapolitano non ostendens priuilegium punitur de falso.

Intellectus Pragmatica Ducis Ossunæ. incip. Essendo peruenuto.

CAP. XXX.

TAbellionum, ac notariorũ creatio, est de
1 Regalibus, sed & ad Principẽ† spectat. Id-
circo illos creat Põtifex Maximus, Imperator,
Reges, Duces, ac Principes, Respublicæ, quiq;
Imperij iura habent. De Papa, & Imperatore, ꝙ
2 tabelliones, & notarios faciant. †habetur in c.
1. & 2. Cum P. Tabellio. de fid. instrument. Ho-
stiens. & Innoc. in d. c. Cum P. Tabellio. Hostiẽs.
in summa tit. de fid. instrum. §. Quibus. Specul.
de instrum. edition. § Restat. vers. Sed quis po-
test. Oldrad. latè in cõs. 75. qui allegat. l. Actua-
rios. C. de numer. & actuar. lib. 12. & §. Si vero.
ibi. Tabellio qui auctoritatẽ habet à nobis. in
auct. de tabell. Lucas de Pen. in l. Contra publi-
cam. vers. Decimo. C. de re milit. lib. 12. Nicol.
Boer. in decis. Burdegal. 50. num. 16. Lancellot.
Conrad. in templo omn. Iud. lib. 1. c. 1. de Impe
rat. §. 4. in verb. Comites Palatinos nu. 3. Petr.
Vnzola artis notar. q: 2. Anton. Sola in Decret.
3 Sabaud. q. 2. De Regibus, ꝙ † & ipsi notarios,
creant probatur in c. Per venerabilẽ. §. De filijs
ergo. ibi, ꝙ per seipsum. Qui fil. sint legitim. vo-
luit Io. Iacob. de Canib. in tract. de offic. Tabell.
§. Quis possit. col. 1. vers. Item secundò possunt
notarios. Et pˀsertim de Rege nostro Siciliæ, ꝙ
4 ipse solus† in Regno creat Tabelliones. voluit
Andr. de Isern. in c. 1. §. Callidis. nu. 11. cũ duo-
bus seqq. de prohib. feud. alien. per Frideric. &
in c. 1. in verb. Potestas creandorũ magistratuũ.
nu. 24. Quæ sint Regal. Matth. de Affl. in c. Impe
rialem. notab. 13. nu. 16. de prohib. feud. alien.
5 per Frideric. Idẽ dicendũ est† de Serenissimis
Rebuspublicis, Venetorum, Genuensium, Lu-
censium, Ragusinorum, & alijs, ac de Serenissi-
6 mis Ducibus Mediolani, †Sabaudiæ, Florentię,
Ferrariæ, Mãtuæ, & Vrbini, & similibus, q habẽt
iura Imperij, & supremorũ Principum. per ea, q̃
dixi in cons. 1. nu. 151. & seq. Cent. 1. Sic etiam
7 dicendũ est† de Archiepiscopis, Episcopis, Co
mitibus Palatinis, creatis à Papa, Imperatore,
ac Principibus alijs eãdem potestatem haben-
tibus. l. Generali. C. de tabul. lib. 10. Hostiens. in
summa. tit. de fid. instrum. §. Quibus. Bartol. in
l. 1. nu. 2. ff. de offic. proconsul. & in l. Nõ aliter.
ff. de adoption. Iacob. Aluarot. in d. c. 1. num. 6.
Quæ sint regal. Benedict. Capta in cõs. 2. nu. 12.
Io. Iacob. de Canib. in d. §. Quis posit. col. 2.
vers. Item tertiò. Et Generaliter idẽ dicendum
8 est de omnibus authoritatem, † & potestatem
similem habentibus. Io. Pyrrhus Angleber. in
consuetud. Aurelian. tit. de execution. instrum.
c. 18. Hinc pˀterq̃ ab ipso creari Notarios pro-
hibuit Imperator Fridericus, vel ab eo potesta
tẽ habente, prout ipse maximã hanc authorita
tẽ dederat Gaspari de Atiate, & pˀstabatur co-
trã Comite Thadæo de Languſco iuramentum,
9 contrafacienti† excauationis linguæ pęnã im-
posuit. vt recitat Bernardi. Corius Histor. lib. 1.

Quę autẽ ei, qui creandus Tabellio est incum
bant? Plura ponit Specul. in tit. de instr. edit. §.
Restat. nu. 37. Primò vero reqritur, ꝙ per se, nõ
10 autẽ per aliũ† debet se pˀsentare corã eo, à quo
est Tabellio creandus, hic enim actus explica-
ri nequit, nisi per ipsum, ob alia necessaria quæ
ei incumbunt; cum eligatur industria personæ,
q̃ per aliũ explicari nõ potest. l. 1. §. Ne autem.
C. de caduc. toll. c. fin. de offic. delegat. & pro-
pter alia plura, q̃ facere debet, vt dicã. Secũdò
11 exigitur examinatio † facienda vel ab eo, qui
illũ constituet notariũ, vel per examinatorẽ ad
id deputatũ, aut ab eo electũ. Qui examinabi-
tur de Grãmatica, de congrua latinitate, recta
scribẽdi ortographia, de peritia, & cognitione
cõtractuũ, vltimarũ voluntatũ, & actuũ iudicia
liũ; si sciat formulas contractuũ, & vires clausu
larũ, notulas descriptas apud eos, q de illa ar-
te scripserunt, puta Rolãdini Passagerij Bono-
niẽsis, & aliorũ. Qua examinatione facta, exami
nator de idoneitate illius, q Tabellio faciẽdus
est, relationẽ faciat. arg. c. 1. de scrutin. sicuti fit

in

in Doctorãdo de quo latè Bernardi Scodob. in rep. Auct. Habita. c. 20. incip. Vel Magistro suo. n. 23. C. ne fil. ꝓ patr. Iacob. Benius de priuileg. Iurisc. par. 2. Priuilegio. 31. sub nu. 6. Vbi inqt examinatores esse debere peritos eiusdẽ facul tatis. Sed quoad ista meo tempore, nullum vidi nõ probatum in hoc exercitio, sed veh examinatorum animabus, si approbant quoscunq; indistinctè, sicuti ego nonnullos vidi tabellio-
12 nes † creatos, qui vix scribere sciunt, & aliquos vidi, qui notarij effecti, instrumenta scripserũt, q̃ à peritissimis legi nequiuerũt, & fuit mandatũ à Regio Cõsilio, ꝙ ipsi de lõginquo accederent Neapoli ad instrumẽta legenda, tñ illis lectis, debebant exercitio illos priuare. Quorum examinatio ex huius Regni iuribus, per eandẽ Regiam Curiã facienda est. vt in Const. In locis
13 † Demanij. in fin. per quam videtur etiam decidi quæstio tractata à Doctoribus iuris communis, an notarij debeant scire leges. de qua Accurs. in l. Generali. C. de tabular. lib. 12. qui tenuit, qđ scire debeãt leges, ac iura. quem sequitur Specul. in tit. de fid. instrum §. Restat. n. 43.
14 rationẽ assignant, ne cõtractus † illicitos conficientes, in pęnas incurrãt, & puniãtur. l. Iubemus. §. His tabellionibus. C. de sacrosf. eccles. l. 1. C. vt nem. ad suũ patrocin. lib. 11. l. 4. C. de Eunuch. q̃ opinio etiã in hoc Regno seruãda est, vt in d. Cõst. In locis Demanij. in fi. ibi: Et etiã iuris scripti. Qđ tñ intelligitur, vt non cogantur exqsitè, sed grosso quodã modo iura scire, vt voluit Bart. in d. l. Generali. vbi dicit, nõ exigi scientiã Iurisc. aut Doct. Hæc tñ approbatio
15 fieri deberet ab examinatoribus præuio † ipsorũ iuramẽto: licet Bal. velit in l. Cõparationes C. de fid. instrum. sufficere, ꝙ à principio iusiurandum præstitissent, de officij diligentia exequenda. Tertiò, tabellio iuramentũ præstat, de obseruanda fidelitate ei, cui iurat, & à quo no
16 tarius creatur; & ꝙ si sciuerit dãnũ, qđ sibi † tractaretur fieri, per nunciũ, per literas, vel per se reuelabit; ꝙ quę audiet, q̃ videbit, & de quibus fuerit requisitus, sine commixtione falsitatis instrumenta conficiet, ac officium suũ fideliter exercebit; ꝙ sibi iniuncta secreta retinebit; ꝙ cõtractus vsurarios, & prohibitos nõ conficiet; ꝙ de instrumẽtis oibus, de qbus rogabitur, originale in Protocollis retinebit, nihil addet, vel minuet diuersũ ab eo, qđ gestũ, vel actũ fuerit; ꝙ amore, odio, timore, & cupiditate remotis, suum exercitium legaliter exequetur. iuxta ea, q̃ habẽtur in tit. Qualiter vassall. iurare deb. fidelit. in feudis. & habetur in c. de forma. 32. q. vltima. & voluit Specul. in loco allegato. Bartol. in l. Iubemus. C. de sacrosf. eccles. Quartò ex igitur expeditio potestatis exercendę artis no
17 tariæ, seu diploma, & priuilegium † Principis illum creãtis. Specul. vbi supra nu. 37. post Hostiens. Et ista sua potestas est, vt credatur pelli mortuæ ab ipso conficiendæ.

In hoc Regno Neapolitano, alia requruntur in creatione notarij. Primò debet creari à Rege,
18 † vt in Const. Regni. In locis Demanij. Iser. Afflict. & alij in locis allegatis Prosp. Carauit. in
19 Ritu 188. nu. 9. Secundò non debent † esse Villani, Angarij, vel Perangarij, neq; viles. vt dicit Frideric. in Const. Regni. Constitutione pſenti.
20 † Qui sunt Angarij, & perãgarij satis supra docuimus. c. 18. Villani aũt sunt, q in villa habitãt,
21 inde Villani nuncupati, † non aũt in Ciuitate, pro quo sufficit afferre vnũ, q sufficit ꝓ oĩbus, Guliel. Budęũ, q in l. 2. ff. de origin. iur. Villani (inquit) dicũtur, ꝙ villę (vnde villici dicti) ascripti, & colonariæ cõditioni addicti, aut ipsi sint, aut eorũ maiores fuerint, quarũ rerum vestigia non obscura, multis in locis extãt, quod tñ nomen loquentiũ inscitia in contumeliam iã vertit; villanum enim, & vilem vernacula simplicitas confundit: Hæc Budæus. Villam vero tripartitam dixit Columell. rei Rusticæ. lib. 1. c. 6. sci
22 licet, vrbanã, rusticam, & fructuariã. † Vrbana pars elegantior erat, pro ipsius Dñi habitatio-
23 ne, quã Prætorij nomine † nũcupauit Vlpianus
24 in l. Plenũ. ff. de vsu, & habit. Rustica † villæ pars vilissima, quam coloni villici, vineatores, arboratores habitabant, & rustico tm̃ instrumento erat accõmodata: & hanc dicit maiorẽ esse debere, q̃ vrbana. Varro de re rustic. lib. 1. c. 13. de qua latè Renatus Choppin. de priuil. rusticor.
25 lib. 2. c. 3. n. 4. Fructuaria † vero tertia pars villę erat, vbi fructus conseruantur, & inde euehuntur. M. Cato rei rusticæ. c. 8. & Varro in d. c. 13.
26 Palladius. lib. 1. titu. 8. 18. & 19. Inde villa † dicitur à vehendo, ꝙ ex illa vehantur, & euehantur fructus, dum recolliguntur, & dũ feruntur. vt Columella in loco allegato inquit, qđ & voluit Francisc. Cõnan. Cõment. iuris ciuil. lib. 4.
27 c. 10. nu. 5. Vnde de ijs villanis videtur † loqui voluisse Fridericum in d. Cõst. In locis Demanij. Viles verò personæ, q̃ ab eodem Friderico ibidem prohibentur ad notariatus officiũ per
28 uenire sũt † homicidiarij Bald. in auct. Si dicatur. col. fi. vers. Tertio casu. C. de testib. Sũt etiã
29 Nũcij † Bal. in l. Si vt proponis. q. 2. C. de exeq. rei iudic. Sunt † Bastardi, & illegitimi, vt voluit Alex. in cons. 49. vol. 4. arg. l. Humilem. C. de in-
31 cest. nupt. Sunt custodientes † porcos, vendentes sal, & oleũ. Accurs. & Bart. in l. Ne qs. C. de dignit. lib. 12. Sũt oẽs artifices, viles artes faciẽtes. Bart. in l. Ex libero. ff. de quęst. Sunt, & leno
33 nes, & lenonũ † filij, malisq; moribus imbuti, vt in d. l. Humilem. vbi Bal. C. de incest. nupt. & de alijs similib⁹. dixi ad Bellug. in Specu. Princip. rub. 11. §. Vidẽdũ in verb. Ioculatores. & in verb. Buffones. q̃ dicta nostra retulit, & sequr Petrus Cenedo. in Collectan. iuris Canonici 37. n. 20.
34 p. 1. Tertiò nõ debẽt esse † subditi aliquorũ Prę latorũ, aut aliquorũ Baronũ, sed immediatè ipsi Regi tantũmodo, & sic de Ciuitatibus, & locis, q sunt de Domanio ipsius Regis. vt in dicta

35 Const. in locis Demanij.† Hoc tamē meo tempore obseruari non video, cum vassalli, & subditi Prelatorum, ac Baronum indistinctè per Curiam Regiam Tabelliones creentur. Vnde
36 opinio illorū, qui sentierūt, Tabelliones† creari posse per Barones in eorū locis, vt post Oldrad. in d. cons. 75. voluerunt plures relati per Boer. in decis. Burdeg. 50. n. 16. & in decis. 242. nu. 2. Io. Iacob. de Canib. de Tabellion. §. Quos possit. q. 5. Didac. Couar. Pract. quæst. c. 19. vers. Authoritas autē. Bernardin. Pand. de exequut. Instrument. par. 1. declarat. 3. nu. 26. Nullo mo-
37 do † obseruatur in isto Regno, in quo apparet Barones, aliosq; terrarū, ac Ciuitatū Dños, præter Regē, eiusq; Regiā Curiam posse Tabelliones creare. vt dicit Andr. de Iser. in d. Const. In locis Demanij. vbi Afflict. num. 4. cum duobus seq. Paris de Puteo de Syndicat. tit. de excess. Baron. nu. 13. Carauit. in ritu 188. nu. 9. Fitque
38 talis creatio per † Prothonotariū Regni, eiusque vice Prothonotarium, quod officium administratur per Præsidentem consilij. vt scribit Marin. Freccia de subfeud. Baron. lib. 1. tit. de officio Logothetæ. nu. 8. 9. & per totum. & post eos dixi ad Bellug. in Specul. Princip. rub. 6. in verb. Prothonotarius.

Declara primò non procedere in prælatis Dominis, quia possent eosdem notarios, & tabel-
39 liones creare† pro rebus eorū spiritualibus. vt dicit idē Afflict. in d. Const. In locis demanij. nu. 6. Cumq; constitutio loquatur generaliter, nō cōpræhēdit personas ecclesiasticas, & prælatos sub cōstitutione Principis secularis. arg. notatorū per Anton. de Butr. in c. Cum nuper. ext. de Decim. Io. de Imol. in c. Vt animarum. de Constit. in 6. sed hoc cogitādū est seriosius.

Declara secundò, non procedere, si Princeps concessisset, feudū cū omnibus regalibus, quia tunc inuestiti, tabelliones creare possent, quia
40 per Priuilegiū† posset ista concessio fieri. vt voluit Innocent. in c. fi. de fide instrumen. Afflict. vbi supra. nu. 6. Cōtrariū tn̄ tenuit Luc. de Pen. in l. 1. C. de priuileg. scholar. lib. 12. dicens: nō modo in generali Regaliū concessione, non venire Monetarū cōcessionē, & tabellionū creationē, sed nec etiā si expssè concederentur, cū
41 in priuatū nō cadant, sed vti Regū† ossibus cohęrētia, non posse ab illis separari. seqtur etiā Paris de Puteo, vbi supra sub nu. 13. in fi. sed vide, q̄ dixi supra hoc eodē c. n. 6. cū plurib. seqq.

Spurij vero, atq; incestuosi, an, vt supra tetigimus, ad tabellionatus exercitiū accedere valeāt? Hanc quæstionē diuersimodè inuenimus
42 ab vtraq; parte† defensam. Etenim Alex. in cōsil. 80. vol. 2. cēsuit nullo pacto spurios admittēdos fore ad tabellionatus exercitiū. l. Generaliter. §. Spurios. ff. de decurion. & authoritate Bart. in l. Eadē. vbi hoc ipsum tenuit. ff. Ad leg. Iul. repetūd. seqtur Hippolyt. de Marsil. in singul. 273. circa finem. Carolus Ruin. in cons. 35. nu. 14. vol. 4. dicētes: Hos spurios esse infames, & repelli ab omni dignitate. vt voluit Azo in summa. C. ex quib. caus. infam. irrog. col. pen. & notariatum esse dignitatē. l. 1. C. de Mand. princip. arg. l. 2. C. de dignit. lib. 10. Contrariam verò partem, ꝙ immò spurij, notariatus, ac tabellionatus officiū, seu exercitiū obtinere valeāt, & ad illud admitti debeant, tenuerunt, Gaspar Calderin. in cons. 2. sub tit. de fide instrum. Angel. in cons. 284. Felin. in c. 1. de fid. instrument. Matth. de Afflict. in Cōst. Regni. Instrumentorum robur. nu. 21. Et in Regno etiā prima opinio ꝓbatur, ꝙ spurij esse nequeunt notarij, vt
43 decreuit† Rex Rogerius in d. Const. Præsenti.

Sed mihi placuit, & ad huc arridet prima opinio, si loquamur de iure communi, ex quo tabellionatus nō est dignitas, sed vile officiū, ac
44 † ministeriū, ità vt serui publici appellentur. l. Non aliter. ff. de adoptio. l. Impuberē. C. eo. tit. non ꝙ serui verè sint, sed seruorū instar, publicè seruire cogantur. vt dicit Oldrad. in cōs. 75.
45 Seruiunt enim† Reipublicæ. l. 2. C. de tabul. lib. 10. Hinc decurio exercens artem notariatus,
46 Decurionatum† perdit. notatur in d. l. 2. Voluit Salicet. in l. Si quis decurio. ff. de fals. l. Vniuersos. C. de decurion. voluit Guido Papæ. in decis. Gratianop. 90. vbi inquit, nobilē creatū
47 notariū, teneri† ad tallias, & collectas ignobiliū: qđ seqtur Aymo Crauet. in cons. 163. nu. 1. Lancellot. Conrad. de decur. nu. 7. & seq. Vnde cum notariatus non sit, nisi vile ministerium, dicendum est ab eo, spurios non arceri.

Declara primò hanc quæstionem, ꝙ esse notarium Principis spurium non posse, notoriū est, cum notarius Principis dignitatem habeat, &
48 ab ipsa spurij arceantur: † sic procedit tex. in d. l. 1. C. de mandat. Princip. Martin. Laudens. in tract. de officialib. Deminorum. §. 119. & in tract. de dignitat. §. 62. Andr. Tiraquell. de nobilitat. cap. 30. num. 8.

Declara secūdò, spuriū nō posse assumi pro no
49 tario ad bancū, ac tribunal Iudicis:† vt voluit Bartol. in d. l. Eadem. Alexan. in dicto cōsil. 80. col. 1. vol. 2. sed hoc minimè seruatur.

Declara tertiò, secus esse, si fortè spurius esset legitimatus à Principe, vel alio potestatem habēte; tunc enim ad Tabellionatū admitteretur.
50 † voluit Angel. in dicto consil. 284. in fin.

Declara quartò, tunc spurium non admitti, quando habet legitimum competitorem, secus vero si legitimus contradictor, non existat:
51 † voluit Lancellot. Conrad. vbi supra. num. 9. & Cardinal. Paleottus. de Notis, & spurijs. cap. 56. sub num. 4.

Declara quintò secus esse, si à principio esset admissus, & in notariorum ordinem allectus,
52 quia illud exequi, atq;† exercere poterit. arg. eorum quæ scribit Ioan. Lecerier. de primogenitur. lib. 1. quæst. 15. Lancellot. Conrad. in loco supra allegato. num. 10.

Ta-

Tabelliones creati à Pontifice Maximo,vel ab Imperatore, puta ille in terris Imperij, hic
53 vero † in Terris Pontificis, An possint exequi & valeant dictum officiũ?Er Communiter nonnulli tenuerunt Summum Pontificem,& Imperatorem,posse in toto orbe terrarum Tabelliones creare,cum dicant posse in toto orbe, om-
54 nibusque locis Doctores, & † Milites ordinare:vt sentiunt omnes Antiqui Doctores Canonistæ Laurent.Vincent.Tancred.Bernard.Innocent.& Hostiens.in c. Per venerabilem. Qui fil. sint legit. & tenuit Io.Iacob.de Canib.in tract. de Tabell.§.Quis possit.col.1.Rota in Nouis decis. 291. Instrumenta. Iacob. Philipp. Porti. in cons.163.nu.17. nouissimè dum hæc transcribũtur Ioannes Petr.Surdus in cons.257. nume. 11. vol.2. Contrarium vero quòd non possint Tabelliones creare , nisi in locis subditis eorum
55 Iurisdictioni,tam † Pontifex Maximus, quam Imperator.tenuerunt Andr.de Isern.Matth.de Afflict.& alij in Const.Regni.Instrumentorum robur. cum separatæ sint Iurisdictiones. Vnde ipsi inferunt,non posse Notarium,&Tabellionem Apostolicum,in Regno conficere negotia secularia;& si conficiat, nullam illa probationem facere,& quòd ità suo tempore fuerit determinatum refert ibidem Barthol. de Capua, & tempore Regis Ferdinandi primi similiter retulit Afflict. Sed quoad spiritualia posse sum
56 mum † Pontificem vbique locorum hoc facere , quibus concinunt quæ scribit Petr.Rebuff. in Const. Galliæ de liter.obligator.tit.2. Gloss. 1.nu.37.par.1.Sequitur Prosper Carauit.in Ritu.166. nu.8. Nec obest quòd Summus Ponti-
57 fex,& Imperator possunt † creare Comites Palatinos , & Equites facere , nam longè diuersa ratio est , Quia dum creantur Comites, Equites, Doctores, conferunt eis dignitates, quæ sunt in actu meræ voluntatis Pontificum,& Imperatorum,de quibus iuuante Domino,dicam latius, de feudis dignitatũ : ad quæ iungenda sunt dicta Lancelott.Conrad.in Templo iudic. lib.1.§.4.c.1.de Imper.in verb. Dignitatem cõfert.In Tabellionibus verò tractat de Re præiudiciali, dando fidem scriptutis ab eis conficiendis,quæ authoritas dari non potest, à non proprio Principe .

In testamentis vero confectis ab istis notarijs,& Tabellionibus Apostolicis,& Imperiali
58 bus, asserr † Cautelam Matth. de Afflict. in d. Constit. Instrumentorum.nu.12.Ioan.de Amicis in cons.116.sequitur Vincent.Maxilla in cõsuetud. Bari. tit.Si ex testament.agatur. §.cum quid.num.1.Quòd septem testes,qui interfuerunt simili testamento deponant firmiter de voluntate testatoris, & solemnitate, & sic fidẽ
59 facient. Quæ cautela nimis frigida mihi † videtur, quia probatio in casu præmisso non nascitur ex scriptura notarij confirmata, sed ex actu iudiciali,Prætoriæ receptionis testiũ,examinatorum, ac receptorum iudicis authoritate,& iudicij calore,quod de iure est in quacũque scriptura priuata:quinimmo etiam si ex nõ
60 scripto , testator suam † declarasset intentionem, testium examinatio idem operaretur. vt post Bartol.in auct.Si quis. C.de Testa.Bald.in cons.53.vol.3.& Iason.in cons.67.vol.3. voluit Ioan.Dilect.Durant.de Arte testand.tit.2.Cautel.7. Si tamen illa Cautela tenenda foret , vera esset, quando testes reciperentur à Regijs officialibus,iterumque examinarentur,sic etiã tutior esset:sic etiam esset, si notarij à Pontifice,vel ab eo potestatem habente,creati,iterũ à Regijs Magistratibus examinarẽtur super ido
61 neitate,& confirmarentur;quia† tunc ipsorum instrumenta erunt valida , illaque ab ipsis fieri poterunt.vt post Ægyd.Bellam.Boer.& Gabr. quos allegat,voluit Ant.Sola in Decret.Sabaudiæ.tit.de Tabell.Decreto.Inter artes gloss.2. nu.1.Sed tamen hoc est figmẽtum,quia isto casu ex confirmatione Regia dicerentur creati à Rege,potius quàm notarij Pontificij.

Quando autem Instrumentum confectum à Notario in vno Regno , fidem faciat in alio ?
62 † Expeditum est, tunc plenam fidem facere, quando iudex , vel superior loci, in quo sit instrumentum, faceret approbatorias literas, ꝙ qui instrumentum scripserit,publicus sit notarius , & authoritate Regia creatus . vt voluit Matth.de Affli.in decis.Neapol. 251. quem refert,& sequitur Nicol.Boer.in decis.Burdegal. 154. Et ijsdem literis testimonialibus Iudicũ, & superiorum credi,obseruatum esse , testatur Ioan.Petr.Ferrar. in pract. in form.opponendi contra Instrumenta.§. Nõ fuit quos post alios, quos allegat,sequitur Anton.Sola in Const.Saband.tit.de opposit.contra form.extrinsec.instrumenti.in Decreto.Quãdo in iudicio.Gloss. 2.num.14. Cui adderem etiam,exigi quòd illa scriptura sit facta solemniter,saltim attenta regione,in qua facta fuerit, & fides ciuitatis, ex qua est Tabellio, vel confectum fuisset Instrumentum, vt dicit Carauita.in Ritu.188.nu.1.8. dicuntur vulgò istæ literæ legalitatis.

An vero,qui creatus est Tabellio, potestatẽ habeat,à Scheda alterius Notarij, & Tabellio-
63 nis † scripturam recipere, & num talis receptio fidem faciat ? Authoritas Tabellionum in conficiendis scripturis, intelligitur quoad scripturas,& Instrumenta, de quibus ipsi rogabuntur,non autem de alienis. Vnde in Priuilegijs Tabellionum potestatem inserere solent, leuandi , ac reassumendi scripturas à Schedis, seu Protocollis aliorum notariorum , & istud etiam est de Regalibus, & Principi spectanti-
64 bus. † vt notatur in d. c. cum P. Tabellio. vbi Abb.Panormit.& ità vtimur in Regno Neapolis: Debet tamen scriptura illius notarij,continere,quòd sit Originalis,scripta ab ipso,continens Annum,Indictionem,Mensem, Diem,Locum,

cum,

65 cum, Testes, rogitum, † & habeat potestatem (vt dixi) illa sumendi vt post Cyn. Bald. Salicet. Alexand. Castrens. Felinum, Decium, Ruin. Curtium, Crauett. Nattam, Neuizzan. Rolãdum, & alios censuit Anton. Sola. in Decreto Sabaud. Et si super. Gloss. 2. sub nu. 7. & per totum, & ante ipsum plura enumerant Matth. de Afflict. vbi Vrsill. in decis. Napol. 6. & amplissimè Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 36. Bernard. Pardus de Exequut. Instrum. par. 1. declarat. 8. per totum, & vltra eos, & ante ipsos, licet nouissimè editus Paris de Put. de Reassumption. Instrumentor.

Quid dicendum erit, si in prothocollo, siue scheda Notarij appareat originale, non tamen manu eiusdem notarij scriptum, sed alterius, puta quia tenet scribas amanuenses, vt faciunt Tabelliones Neapolitani, qui scripserint originale de ordine, vel mandante, aut dictante Notario, vel super minuta, quæ fieri solet, & reuideri à Doctoribus, ac alijs illius artis peritis, super quo Notarius rogatus fuerit, & hæc scriptura reperiatur inter scripturas illius Notarij, An per aliũ notariũ habentẽ potestatẽ reassumendi scripturas à Scheda aliena, possit hãc
66 † Reassumere? Posset dici, quòd talis scriptura nullo modo possit reassumi, quia à principio nulla fuerit, cum non possit Notarius ab initio rogatus alteri committere, vt scriberet. vt in §. Nos autem de Tabell. in Auct. cuius authoritate ità voluit Bald. in cons. 307. colum. 2. vol. 5. Alexand. in consil. 166. col. 2. volu. 2. & in cons. 198. nu. 1. vol. 7. & alios adducens Aymo Crauetta in cons. 72. nu. 3. vol. 1. Ex quibus dicendum videtur, reassumptionẽ fieri nõ posse.

Contrariam vero sententiam tenuit Cardinal. Paris. in cons. 28. nu. 30. 32. volu. 2. vbi dicit,
67 posse † dari minutam notario manu aliena factam, vt super ea stipulationem faciat. Et ideo istæ opiniones conciliari poterunt, & tunc demum originale scriptũ manu vnius possit per alterum Notarium reassumi, & in publicam formam redigi, quando apparent coniecturæ aliquæ fuisse ab illo notario stipulatum, rogitus tempore, puta ex descriptione Iudicis, aut testium facta manu eiusdem notarij, vel super viuerent testes Instrumentarij, qui hoc testificentur, aut appareat subscriptio eiusdem Notarij, qua fatetur factum, quia ex ijs apparebit de veritate, & reassumptio fieri posset, & in publicam formam reduci: vt videtur de mente eiusdem Cardinal. in d. consil. 28. & voluit Angel. in cons. 400. Alexand. in cons. 48. volu. 1. in cons. 50. vol. 3. Deci. in cons. 447. nu. 10. Carol. Ruin. in cons. 131. vol. 5. Thom. Grammat. in Decis. Neap. 106. nu. 29. 30. Iacob. Menoch. in cons. 42. vol. 1. cui se subscribit Ioan. Cephal. in consil. 409. nu. 38. & per totum. volu. 3. & in consil. 520. num. 24. vol. 4. Aym. Crauett. in d. conf. 72. nu. 3. in fi. Carauita in Ritu. 34. nu. 4. Alias enim sine subscriptione notarij mortui, si reperiatur
68 in filza † vel Prothocollo, manu aliena scriptũ, non censeo reassumi posse, quia daretur materia faciendi falsitates, & conficiendi falsa instrumenta, & ità in specie loquuntur Grãmat. Menoch. & Cephal. in locis allegatis. Quæ locum sibi vendicant, dum agimus de mortui Notarij scriptura in eius scripturis reperta in publicam formam trahenda. Hinc ad euitandas falsitates in Regno Neapolitano, prouisum extitit, vt nullum notarij spatium relinquant albæ paginæ in Prothocollo, sed instrumenta, vt fuerunt rogata, sic vnum post aliud describant. per Pragmaticam nouissimã. Et antea cautius prouisum fuerat per Fridericum Imperatorem
69 † in Const. Baiulos, & omnes Iudices. Quòd notarij à die Rogitus infra hebdomadam consignarent instrumenta partibus. Quam in specie confirmauit Ferdinandus Rex Catholicus
70 † in Prag. Incip. Constitutionem Diui Friderici, & per aliam prag. Incip. Eandem Constitutionem. Quæ fuit diligentissima prouisio ad excludendas cogitationes falsitatum, quæ per transcursum temporis fieri solebant, & reassumptis Instrumentis, partes cogebantur illa accipere, & salarium petere. ad quod facit, quod scribit Io. Sanxon in consuetud. Turon. tit. Des Droictę de Castellaniæ. artic. 1. in verb. S'aulx à contract. circa finem. vbi dicit, posse cogi par-
71 tes à notario ad recipiendum † eorum Instrumentum grossatum.

Quando vero ageremus de reassumendo Instrumento notarij absentis, tunc secus dicendũ erit, nempè, quòd non sit faciẽda reassumptio;
72 nam à prothocollo viuentis † notarij, nemo reassumit Instrumentum, vt in contextu dictæ Authenticæ de Tabellionib. l. 1. ff. de offic. consul. Alexand. in cons. 120. vol. 1. Tum etiam quia
73 in eo reassumendo † requiritur Iudicis authoritas. Afflict. in d. decis. 6. nu. 4. Maxilla in consuetud. Bari. § contingit. de fide instrument.

Et dum notarius reassumit in publicam formam instrumentum, non interuenientibus re-
74 quisitis, de quibus diximus, punitur † pęna falsi: vt voluit Bart. in Auth. de Tabellionib. §. Illius autem. & Ludouic. Bolognin. in consil. 30. quos refert, & sequitur Vrsill. ad Afflict. in decis. 6. num. 7. nouissimè Ioan. Baptista Baiard. in Pract. Crim. §. Falsum. nu. 149.

75 Esse vero Tabellionem, ac notarium, † quibus modis probetur? ad quæstionis resolutionem plura dixerunt Doctores nostri, è quorum dictis, hoc resoluerem distinguendo. Quòd aut tractatur de validitate, vel inualiditate Instrumenti inter partes aliquas, quarum altera dicit illum, qui confecit instrumentum non fuisse notarium: & tunc quia quis notarius nõ nascitur & creatio notariatus est facti; probãda erit, & hoc casu sufficit probari quòd ille fuerit in quasi possessione notariatus, publicè exercitium

76 tium notarij faciendo,† stipulationes, atq; rogitus Instrumentorum conficiendo, iijque rogitus demonstrentur. vt voluit Speculat. in tit. de Fide Instrum. §. postremo. vers. Quid ergo si tabellio. Innocēt. in c. Dilectus. de fid. Instrum. Bartol. in l. Barbarius. ff. de offic. præt. Bald. in l. Comparationes. C. de fid. Instrum. Matth. de Afflict. in decis. Neap. 251. nu. 5. Maximè quando tractaretur de Instrumento antiquo, tunc enim
77 sufficit probatio putatiua, quòd talis † gesserit se pro notario publicè, & sufficiet. vt scripsit Deci. in cons. 16. nu. 3. Hippolyt. de Marsil. in l. Si quis ne quęstio. colu. pen. ff. de Quæstion. Philipp. Corn. in cons. 142. litera. A. vol. 3. Latè Andr. Alciat. de Præsumpt. Regul. 3. Præsumpt. 13. per totum vbi Ioan. Nicol. Arelatanus in Apostill. & cum tractamus de Instrumēto antiquo,
78 sufficit probatio per famam, illum fuisse † notarium. voluit Francisc. Aretin. in consil. 37. sequendo ordinem. col. 1. post Anton. de Butrio. in c. 1. de fid. Instrum. & voluit Deci. in d. cons. 36. Aut tractatur de eodem puniendo de falso, vel quòd sibi Notarij Authoritatem assumpserit, & tūc probāda erit qualitas Notariatus per matriculam, in qua fuerit descriptus, vt notarius, vel per Priuilegium, aut diploma authoritatis notariæ sibi concessæ per Principem, vel superiorem. vt voluit Ias. in d. l. Barbarius. num. 48. & ità procedunt scripta per Aymon. Crauett. in cons. 72. nu. 1. & in Regno per Pragmaticam, nouissimam factam per Ducem Ossunæ. in anno. 1585. incip. Essendo peruenuto.
79 † quæ est nume. 5. dispositum est, quòd Notarius non ostendens Priuilegium Regio sigillo munitum punitur de falso.

ARGVMENT. CAP. XXXI.

Ferendarum legum potestas Principum opus est. Longa Serie traditur, à Principio, ad tempora vsque nostra, quo modo ferendarum legum potestas, ipsarumq; authoritas, deducta sit.

COMPENDIVM.

1 *DEVS Optimus Max. Adamo primam legem sanciuit.*
2 *Lex, à Deo Adamo data, fuit tamquam lex matrix, & primordialis.*
3 *Romulus leges fecit, quas Curiatas appellauit, & quare?*
4 *Romani sub statu Monarchico, habuere Regum, & Imperatorum constitutiones, insertas Codici, libris Institutionum, & Authenticorum, siue Nouellarum.*
5 *Sub statu Aristocratico, habuere Senatus consulta.*
6 *Sub Democratico, Pretorum edicta.*
7 *Sub Demarchico, Plebiscita.*
8 *Sub Olygarchico, non nullas leges particulari nomine insignitas, quæ referuntur.*
9 *Exactis Regibus Romanis, Populus sibi legis condendæ potestatem assumpsit.*
10 *A Populo potestas omnis translata est in Principem. num. 15.*
11 *Legis Regiæ declaratio, magnas difficultates pluribus tribuit. num. 12.*
12 *Franc. Hottomanni, quoad legem Regiam Iudicium.*
13 *Authoris de ipsa Regia lege sententia.*
14 *Rectum quodcunque est, Regia lex dicitur.*
16 *Lex est, quodcunque Imperator cauit, ac voluit.*
17 *Legum condendarum potestas ad Principem spectat.*
18 *Reges omnes in Regnis suis suprema vtūtur potestatē.*
19 *Reges leges faciunt in suis Regnis. nu. 20. 37.*
21 *Nouus Rex, noua lex.*
22 *Rex in Regno plenitudinem habet potestatis.*
23 *Rex Neapoli, & Siciliæ habet legis condendæ authoritatem.*
24 *Rex Hispaniæ potestatem habet legis condendæ.*
25 *Principis authoritas subditos obligat.*
26 *Respublica, puta Venetorum, & aliæ, leges facere possunt.*
27 *Dux Sabaudus legem condit.*
28 *Dux Mediolani legem facit.*
29 *Dux Ferrariæ legem statuit.*
30 *Dux Vrbini legem fert.*
31 *Marchio Montisferrati similiter.*
32 *Omnes, iure Principis supremi fungentes, leges decernunt.*
33 *Leges condere non sufficit, nisi adsit Principis authoritas, qui obseruari illas faciat.*
34 *Leges nos ordinant ad Commune bonum.*
35 *Lex habet vim cogentem.*
Princeps habet virtutem coactiuam.
36 *Regis officium est Iubere.*
37 *Principis est authoritatem legibus præbere.*
38 *Princeps, licet solutus sit legibus, tamen secundum leges viuere debet.*
39 *Rex plurimum roboris legi addit, quando factis ipsam approbat.*
40 *Balij, Tutoresque Principum, leges faciunt.*
41 *Anna tutrix comitis Sabaudiæ leges condidit.*
42 *Tutrix Ducis Mediolani similiter.*

CAP. XXXI.

Legem condere, & Imperij esse, vt demonstrare possem, apud me, vel scripturæ sacræ authoritas sufficeret, qua Principis, ac Maiestatis opus esse, contenderem. Deus enim optimus Maximus, suprem⁹ Mūdi Dominus, Principum Princeps, (qui tantæ authoritatis, & potentiæ Dominus est, vt cum sibi videtur, Suscitet à terra inopem, & de stercore erigat pauperem; vt collocet eum cum Principibus, cū Principibus Populi sui; vt dicit Dauid Psal. 112.) cū Adamum primum Parentem nostrum creasset, Paradisumque illi voluptatis assignasset, ibique illū, vt operaretur, & custodiret eum, posuisset,
1 primam † tamen illi normam, legemque sanciuit, dicens: Ex omni ligno Paradisi comede, de ligno

ligno autē ſcientiæ boni, ac mali, ne comedas. In quocunq; enim die comederis ex eo, morte morieris. vt dicitur Geneſ. cap. 2 & iſta lex fuit
2 tamq̄ matrix, & primordialis omnium † præceptorum Dei: vt dicit, ac probat Tertullianus aduerſus Iudęos. in princip. Sic poſt modum, Moyſi, quibus populū Dei regeret, alias leges tradidit. Exodi c. 20. cum pluribus ſeq. ſic paſſim in Leuitico, ſic in Deuteronomio. Sic etiā eidem Moyſi Deus inquit: Exodi. c. 24. Aſcende ad me in Montem, & eſtò ibi, daboque tibi Tabulas lapideas, & legem, ac mandata, quæ ſcripſi, vt doceas eos. Ad Reges autem ſpectare legem condere docuit Salomon. Prouerb. c. 8. dum ait: Per me Reges regnant, & legū conditores iuſta decernunt.

Senatus, Populusque Romanus, vt dicam, au thores fuerunt, poſt Græcos, vt aliæ orbis partes leges haberent, ac facerent, & ipſe regeretur, vt ſub breui verborum compendio comme morabo; inſimulque dicam quomodo ex inde ad Principes ferendarum legum poteſtas fuerit delata. Romulus itaque Rex, cum Populum
3 in triginta Curias diuiſiſſet, leges † quaſdam ipſe tulit, quas Curiatas appellauit, & ſic deinceps, Reges alij ſuccedenres, alias & ipſi leges ediderunt, & fecerunt, vt è noſtris Iure conſul tis Pandectarum ſcriptoribus Pomponius retulit. in l. 2. ff. de origin. Iur. Hinc dixit Ouidius lib. 15. Metamorph.

Populis æquata duobus
Romule iura dabas.

Eſtque cognitiſsimum, quemadmodum ipſe Romulus, alijque ſequentes Reges leges tulerunt; patetq; latius apud Liuium, Dionyſium, Oroſium, Eutropium, aliosque Romanarum re rum ſcriptores. Nam oſtendam, Populum, Imperiumque Romanæ Reipublicæ, habuiſſe quidem diuerſos adminiſtrandæ Reipublicæ modos, vt Monarchicum, Ariſtocraticum, Democraticum, Demarchicum, & Olygarchicū; principium tamen, ac finem Monarchiæ, dilexiſſe; & ob id leges habuit ex omnium præfatorum Genere. Sub ſtatu enim Monarchico habuit
4 † Regum, & Imperatorum placita, & conſtitutiones, quæ ſunt in libris Elementorum, ſiue In ſtitutionum, Codicis, Nouellarum, & Authenti
5 corum. Sub † Ariſtocratico, autem omnia Senatus conſulta, quę paſsim, cuiuſmodi Macedo nianum, Velleianum, Tertullianum, Voluſianū, Orphicianum, Trebellianum, Rubrianum, Æmi lianum, ac plura in Pandectis, & Codice, conſcripta, & commemorata videmus. Sub Demo
6 cratico † verò, habuit multorum Prętorum edi
7 cta. Sub Demarchico, † habuit omnia Plæbis
8 ſcita. Sub Olygarchico † autem, plures leges habuit peculiari nomine inſignitas, vt Aurelia, Iulia, Cinthia, Sempronia, aliaq; plures, quas tractauerunt. Zaſ. in Catalogo legum. Hotoman. Riuallius, Antonius Auguſtinus, & alij, & ego quandoque dicam, ſi Deus dabit. Quorum Regendi ſtatū multa ſubtiliter odorauit, atq; enarrauit Ioachim. Hopper. de Vera Iuris pru dentia lib. 5. tit. 5. & diximus ſupra cap. 3.

Cum itaq; ob Adulterij, & Violentiæ in Lucretiam crimen, Romani Reges exegiſſent, legis condendæ poteſtatem totam ſibi Populus
9 aſſumpſit, † quam à Romulo ferè conceſſam ha buerat. Et huc pertinet illa lex, quæ in duodecim Tabulis ſcripta erat. Populus Magiſtra tus creanto, leges ſciſcunto, bella decernunto. Cuius meminit Pardulphus Prateius in Iuris prudentia Veteri, ſub legibus Romuli. l. 5. & an te eum Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 2. de qua etiam Pompon. Lętus de Magiſtratib. Roman. cap. de Poteſtate Senatus, & Plębis, dicens: Populus Magiſtratum creabat, leges ſanciebat, de bello decernebat. Sic etiam Aymarus Riuallius de Hiſtor. Iuris ciuilis lib. 2. inquit: Plębi, ſiue Populo à Romulo conceſſa à Principio eſſe, hæc fuerunt; Magiſtratus omnes creare, leges ſciſcere, vel condere, deque Bello, paceuè decernere. Idem fatetur, Honophrius Panulnius in Reipubl. Romanæ commentar. lib. 2.

A populo demum poteſtas omnis translata
10 † eſt in Principē. l. 1. C. de veteri iure enucleād. l. fin. C. de legib. & conſt. & l. 1. poſt princip. C. de offic. præf. prætor. Africę. Iſtamq; trāslationem factam eſſe in Principem, lata lege Regia de ipſius Principis Imperio hæ leges dixerūt. Cuius Regię legis magna orta eſt inter ſcriptores altercatio. Quaſi quòd cum iam Reges eſſent Vrbe exacti, dici amplius non poſſet Regiam legem latam fuiſſe, quorum nomen iam
11 aboleuerāt Romani. Vnde ſuper eius legis † interprętatione, non modica difficultas emerſit: qua in re non modò laborauit Accurſius, alijq; antiquiores, ſed nouiſſimis temporibus Iuriſconſulti eminentiſsimi, atq; Romanarum antiquitatum, & Hiſtoriarum peritiſsimi Vldaricus Zaſius, Hieronymus Cagnolus, Marius Salomonius, Carolus Sigonius, Franciſcus Hotomannus, Antonius Auguſtinus, Franciſcus Polletus, & alij, qui inter ſe nimium pugnarūt, ſuper iſta ambiguitate, quam ego (ni fallor) tan ta difficultate indignam dijudico.

Franciſcus Hottomānus. in §. Quod Principi placuit. Inſt. de iure natural. gent. & ciuili. dicit: ipſum primum omnium, hāc legem Regiā, à tam multis Doctiſsimis, & diligentiſsimis vi ris quæſitam, ex Liuio, & Romanis antiquita-
12 tibus in lucem † eruiſſe: retulitq; ſua dicta, ad eā, quæ antea ſcripſerat, in Indice legum Romanarum. Quo in loco multa dixit, quorum nouiſsimè congeriem ad verbum ſequitur Anton. Auguſtinus Archiepiſcopus Tarraconen. de legib. in lege Regia. dicit autem: Legē Regiam latam fuiſſe ineunte Regnum Romulo, qua populus omnem ei poteſtatem in ſe conceſsit. Quaſi dicere velit, populum, omnem ei,

idest Principi, potestatem in se, idest populum, concessisse. Nititur authoritate Liuij lib. 34. Qui dicente L. Valerio ait, ex vtro tandem genere ea lex esse videtur, quam abrogamus? An vetus Regia lex, simul cum ipsa Vrbe nata? Quasi ex hac authoritate Liuij tueri, velit, eam legem à populo ad fauorem Romuli ab exordio nascentis vrbis latam, & Regiem dictam. Sed hoc dictum verum est, cõclusio autem ambiguitatem nõ resoluit. Sed in ridiculos quosdam complexus scriptores abierunt: ex quorũ omnium dictis, quę in suo cuiusq; genere vera esse existimo, sed ità digerenda sunt, vt ad legum pręfatarum intellectum, & Iurisconsultorũ, ac Imperatorũ dicta enucleanda proficiant.

Mea itaq; fert opinio, verum esse, ꝙ populus Romanus in Romulum Regem propensus, om-
13 nem † legis condendæ potestatem transtulerit: tueri namq; illam absq; legibus minimè potuisset, illisq; ad vnum contradicentibus, nequaquã per leges aliquas populum fuisset coacturus, nisi & ipsi sub Rege, & illius legibus viuere constituissent. Vnde data est Romulo potestas condendæ legis à populo, qui leges aliquas fecit, quarum catalogum facit Ayma. Riuallius Historiæ iuris ciuilis lib. 1. & Pardulphus Pratæius in iuris prudentia veteri, aliiq; nonnulli. Sic alij Romanorũ Reges subsequuti sunt, aliasq; leges complures fecerunt, eadem authoritate olim prædecessori Romulo tributa. Tempore autem Romuli, quia diuiserat in triginta curias, siue partes Vrbem, Ideo traditas leges, Curiatas appellauit, cum Decuriones ipsarum Curiatarum legum medio, & præscripto, causas deciderent. Romulum imitati Reges alij, leges alias, vt diximus, ediderunt, quas leges Regias, à Regibus conditas in vnũ congessit Sextus Papirius Iuris Consultus, & idcirco ab eius labore sumpto, Ius Papirianũ appellatum extitit: de quo Pomponius in d.l. 2. in princip. ff. de orig. Iur. Ijs Regibus post modum, Vrbe exactis, Populus in libertatem vocatus, iterum in suam potestatem redactus est, & in eum iterum condendæ legis potestas redijt, quam per Consules, Prætores, Prudentes, & Plæbem diuersimodè, dũ potitus est totius ferè orbis imperio, exercuit. Post modum Augusti Cæsaris temporibus, cum Senatui, Populoq; Romano placuit (sic disponente Deo) orbis Imperium in vnum transferre, ex lege Regia, quam prius, scilicet habebat, quando per Reges gubernabatur, redactam in libris Papirianis, eidem populo placuit transferri, non in Regem, (quia nomen Regium, ob scęlus in Lucretiam, oderant) sed in vnum Principem omnem potestatem, qui eodem Imperio vteretur Monarchico, quo Reges prius vtebantur per legem Regiam, per authoritatẽ Romulo à Populo tributam: Vt is Princeps esset in illis terminis in quibus erat Romuli tempore ipse idẽ Romulus, illisq; legibus gubernaretur, quibus ille per legem Regiam gubernarat: Scilicet nõ ijs legibus, quibus vsa erat Respublica, dum tenuit Imperium. Inde est quòd Populus Romanus, ac Senatus alijq; Magistratus non habuerunt hactenus legis condendæ potestatem, sed Augustus, alijque nonnulli Imperatores, permiserunt Romanis, Consules, Prætores, Cẽsores, aliosque Magistratus honoris causa, & decoris, quo populi gratitudinem non eluderent, & quo volente ad Principatum peruenerant. Hæc mea opinio est, quam ex Liuio, Dionysio Halicarnasseo, Eutropio, alisque Romanarum rerum scriptoribus, collegi. Qui alterius opinionis sentẽtiam tueri voluerit, videat Zasi. & Cagnol. in d.l. 2 ff. de Origin. Iur. Franscisc. Hottoman. in Catalogo Legum in l. Regia. Iacob. Spiegell. in lexico. in §. Lex Regia. Marium Salomonium, & eundem Hottoman. in d. § Quod Principi. Ant. August. de legib. in Regia. Carol. Sigon. de Antiquo Iure Ciuiũ Roman. lib. 1. cap. 5. Francisc. Pollet. in Histor. Fori Romani. lib. 3. cap. 11. Meam tamen sententiam fouent mirum in modum, quę post Dionem Nicęum, & Cornelium Tacitum, scribit Ludouic. Charondas. in appendice legum Antiquar. à Zasio tractatarum in c. de lege Regia.

An vero aliud agens dicere instituès, quæ dicit Plato lib. 7. in Minoë cum legis Regiæ mentionem fecerit, dum ait: Quodcunque rectum
14 est, Regia lex existit; non rectum † verò nequaquam lex Regia: Nil aliud fortè innuens, quam Regiam legem dici, quæ rectum cõstituat, quasi à Regendo Regiam dici.

Hinc Prudentissimi Iurisconf. antiquissima illa Populi Romani acta inspicientes, Imperatorum successorum temporibus, dixerunt, le-
15 gis condendæ potestatem esse in vnum † Principem translatam. ita Vlpianus in l. 1. ff. de Constit. Princip. inquit: Quod Principi placuit, legis habet vigórem; vtpotè cum lege Regia, quæ de Imperio eius lata est, Populus Romanus, ei, & in eum omne suum Imperium, & potestatem statuit, & contulit. Quodcunque igitur Imperator per Epistolam, & subscriptionẽ
16 statuit, † vel cognoscens decreuit, vel de plano interloquutus est, vel edicto præcepit, legẽ esse constat. vt dicunt subsequuti postmodum Compilatores in §. Quod Principi. Inst. de Iur. natur. gent. & ciuil. Vnde idem Iustinianus in l. fin. C. de legib. dixit In præsenti tempore, leges condere, soli Imperatori cõcessum est. ibi, Constitutione optimi Principis, in l. Et ideo. ff. de legib. & const. Princip. Remanet itaque firma conclusio, ad Principem spectare, conden-
17 darum † legum potestatem.

Non Imperatoris Romani soli, sed reges omnes legum condendarum potestatẽ habent, ex authoritatibus Sacrarum scripturarum, iam supra allegatis. Hi maximè Reges, qui sui Iuris

ris sunt,& superiorem nō recognoscunt,prout
est Rex noster, vt dicam infra c.47. & 48. Om-
18 nesque alij Reges , in Regnis suis † suprema
vtuntur potestate. Bart.in l. 1.in princ.ff.Quod
quisque Iuris.Bald.in l. 1. ff.de origin. Iuris. &
in Rub. Digestorum.col.4.vbi dicit;hoc esse ve
rum,quamquam Rex ab alio Regnum suum re-
cognoscat in Feudum . Quod nec antea nega-
uit Andr. de Isern.in c.1.in fin.de Inuestitur. de
Re alien.facta.nouissimè Ludouicus Carbonus
de legib.lib.2.cap.9.lib.3. cap.6.Et idcirco Re-
19 ges † posse leges facere inquit Io. Thracensis
Curopalata, & Magnus Drungarius Viglæ ad
constitutionem Alexij Comneni Imperatoris
Constantinopolitani,dum dicit ; Regibus autē
permissa est legis ferendæ potestas : Opus sanè
Regium ad cōmunem Reipublicæ vtilitatem.
vt refert Enimundus Bonefidius Iuris orien-
talis. lib.1.in Constitutionibus Alexij Comnē.
tit. de sponsalib.Constat igitur Regem quemli
20 bet † posse legem condere in Regno suo , vt
probatur etiam in l. Humanum.& in d.l.fin.C.
de legib.voluit Bald. in d. l. ff. de Const. prin-
21 cip.Et idcirco dicitur:Nouus Rex, noua † lex:
vt dicit Cyn.in Proœm.Digest.col.5.& in l. De-
cernimus. C. de Sacros.Eccles. Lucas de Penn.
in l.Contra publicam.vers.Primo. C.de Re mi-
litar. lib. 12. Et Rex in Regno suo est Impera-
tor,& illi æquiparatur.Bald. in l.Exemplo.col.
2.C.de Probat. Albert. Brun.in cons.45.nu.14.
22 Et ideo dicitur habere in Regno † plenitudi-
nem potestatis, vt voluit Petr.Philipp.Corn.in
cons.299.nu.7.vol.1. Et specialiter Regem hu-
23 ius Regni Neapolitani, & Siculi, habere † po-
testatem legis condendæ voluit Matth. de Af-
fli.in Prælud.Constit.Regni.q.1.num.1.& idcir
co.idem Affl.ibidem.q.2.censuit:Regem huius
Regni posse facere legem generalem , contra
legem positiuam Romanorum . Similiter, &
24 tanquam Regem † Hispaniæ. voluit Petrus
Belluga in Specul. Princip. Rub. 11. §. His igi-
tur per totum. Alfonsus Montalius in Proœm.
legum Fori Noui. in verb. Lejes,& in verb. Dō
Alfonso. Hinc de Rege Galliæ inquit Francis.
Connanus. Comment.Iuris Ciuil. lib. 1.cap. 8.
sub nu.2. Nos,qui Regibus paremus,non com-
25 munis sponsio,† sed Principis authoritas alle-
gat legibus,sequitur Carolus Degrassal.Regal.
Frāciæ.lib. 1. Iure. 7. Hoc idem facere possunt
Respublicæ,quæ à Principū iugo collæ subtrha
26 xerunt, vt sunt † Serenissimæ Respublicæ , Ve-
netorum, & aliæ.vt post Bald.censuit Afflict.in
d.q.2.num.2.De Serenissimus Ducibus, De Sa-
27 baudo † Octauian. Cacher. in decis. Pedem.
155. nu. 1. Et idcirco possunt leges condere.
Andr. de Iser.& Afflict.in rubr.Quæ sint regal.
28 nu.17.De Duce Mediolani † Castrens.in consil.
34.vol.2.Raphael Fulgos. in cōs.8.Curt.senior.
29 in cons.66.col. 1.De Duce † Ferrariæ.Alexan. in
consil.29.vol.5.Carol.Ruin. in cons. 13.nu.6. &
in consil.200. nu.2. vol.2.Rimin.senior in con-
sil.213.vol.1.Cardinal.Paris. in consil. 1.nu.25.
30 vol.1. De Duce † Vrbini latè Io.Iacob. de Leo-
nard. inter consil.Albert.Brun.consil. 117. per
totum. Iacob.Menoch. in consil.92. vol. 1. De
31 Marchione Montisferrati. † Barthol. Socin. in
consil. 153. vol.2. Et de ijs omnibus , ac simili-
bus,Ducibus, Marchionibus, & Comitibus,iu-
32 re Principis fungentibus,leges † condere per-
missum est. Albert. Brun. in consil 41.num.21.
Aym. Crauett.in consil. 135.nu.2.Carol. Ruin.
in consil. 134. nu.9.vol.5.Lancellot.Conrad.in
Templo omn.iudic.lib.1. c. 1. de Imperat.§.4.
in verb.Legem condere generalem.sub num.6.
Anto.Sola in Decret.Sabaudiæ.in proœm.Glos.
1. per totum.Glos.3.nu.16.Antonin. Thesaur.
in proœm.decis.Pedemontan.num.14.ante eos
Luc. de Pen.in d.l. Contra publicam. vers.1.C.
de re militar.lib. 12. Io Petr.Surd. in cons.152.
nu.20.& in consil. 210.num.25.vol.2.

Optimè itaq; Plato lib. 16. in Dialog. de Re-
gno inquit : Patet autem quodammodo legum
lationem,ad dignitatem Regiā pertinere,sed
esse optimum,non leges quidem valere,sed ho
minem prudentem , Regiumq;. Vnde Platonis
opinio illa est,leges condere,ad Reges specta-
re,sed Regium hominem,ac prudentem esse de
bere. Eò autem respicit Platonis dictum,vt le-
gem condere non sufficiat ; nisi adsit Princeps
33 meritò † Regens, qui illas obseruari præcipiat.
Et huc pertinēt, q̄ scripsit Aristoteles Ethicor.
lib.10.c.9.dum ait. : Patris quidem præceptio ,
vires non habet , neq; necessitatem, neq; vllius
omnino vnius viri, nisi sit Rex, aut aliqs talis.
Lex autem vim habet cogentem . Quæ Aristo-
teles ab eodem Platone mutuatus est , in loco
iam relato:Cum etenim eorum,q̄ iam diximus,
vellet rationem reddere , hæc Plato subiunxit:
Quoniam lex nequit, quod optimum omnium
est,& iustissimum sincerè cōprehendendo,sem-
per ita,vt operæ prætium est, præcipere, quan-
do hominum, actionumq; dissimilitudo , insta-
bilisq; rerum humanarum conditio,facit vt ars
nulla simplex quicquā, & in vniuersum de om-
nibus, perq; omne tempus valens, constituere
possit. Legem verò cernimus ad hoc ipsum ni-
ti,quasi hominem quendam pertinacem,& im-
peritum, qui nihil,quā quod ipse constituisset,
fieri permittat. Sed nec rogari etiā,si quid no-
ui præter illius ordinem, potius , meliusq; ali-
cui videatur. Ita enim vt dicebas. Lex animas
cogit . Hæc Plato . Hoc idem optimè sequitur
Aegid.de Regim.Principum. lib.3.cap.3.& 27.
parte 2. Duobus modis (inquit) probatur nō
esse cuiuslibet hominis , leges condere . Vno
34 quia leges nos ordināt ad commune † bonum:
& cuius est ordinare,ac dirigere ad aliquod bo
num, eiusdem est condere leges,& regulas ten
dentes in bonum illud . Cum igitur Principis
sit curare commune bonū,& ad illud subiectos
di-

dirigere: planè relinquitur, ad eundem pertinere, vt leges condat. Altero vero modo id ipsum probatur, quia leges habēt vim cogētem:
35 †cogete verò non potest, nisi Princeps, vel alter, qui summam habeat potestatem, ergo ab eo dumtaxat, leges fieri possunt. Hæc pulchrè Ægidius. His concinit, quæ dicit Philo de vita
36 Mosis lib. 2. Regis (ait) officiū est, iubere, †quæ oportet fieri, & vetare à qbus abstinere decet. Cæterum iussio faciēdorum, & interdictorum, cauendorū, propriè ad legem pettinet, atq; ità consequitur, vt Rex animata lex sit, lex verò sit Rex iustissimus. Constat vero ex ijs, vtrunq; necessarium esse, & legem, & Regem, qui eam tueatur, & secundum illam, subditos viuere cogat; Hinc illud Menandri:

Validam quid lex est, si Regentem habeat.

Principis itaq; opus est, leges condere, & ab
37 alijs latas ipse cōfirmare, & authoritatē†suam præbere illis, vt sustineantur. l. Notmam. C. de offic. pfect. ptor. orient. Cuius est enim cōdere legem, eius est derogare, abrogare, obrogare, subrogare, interpretari, & antiquate. l. Princeps. ff. de legib. l. 1. ff. de constit. Princip. l. Saluius. ff. de legat. pstand. l. 4. l. 3. l. Leges sacratissimæ. l. fin. C. de legib. late Petr. Greg. Sintagmat. iuris vniuers. lib. 47. c. 10. num. 8. par. vltim: Oportet autem multa Principem rimari, leges facientem, q annotauit Isidorus. in c. Erit autem lex. 4. distinct. q per plura capita latius ego prosequutus sum de Magistratuum edictis. lib. 2.

Illud autē imprimis, Principi legem facienti animaduertendum fore arbitror, vt eam ipse legem sanciat, vt illi ipse lator legis obtēperet, qualem Tullum Hostiliū Romanorum Regem fuisse commemorat Cornel. Tacit. Annal. lib. 3.
38 Licet enim Princeps solutus sit legibus, † secundum leges tamē viuere debet. l. Digna vox. C. de legib. Namq; Rex plurimū roboris addit
39 legi suę, qū factis ipsis eam approbat, ne†dum verbis, & iussu. vt in Comment. de Iustit. & iure inquit Stephan. Forcatulus. c. 8. in fin. Vndè rectè Ausonius in Pittaci sententijs.

Pare tu legi, quisquis legem sanxeris.

& Iacobus Sanazarius ad Fridericum Aragonenum Regem, inquit:

Publica nimirum res tunc sibi constat, & æquum
Imperium, cum Rex, quod iubet, ipse facit.

Istudq; ius legis condendæ, non ad Principes solum ipsos spectat, sed cum casus dabit, vt ipsis in ætate impubere pupillis existētibus, Ba-
40 lij, tutoresq; ipsorum † facere leges possint. Dicitur enim tutela, vis, potestasq; in capite li bero. §. 1. Inst. de tutel. cū tribuat potestatis ple nitudinē. l. Cū vna. §. Tutor. ff. de appell. sequtur, & ipsos hac progatiua frui. Sic de Anna tutri-
41 ce Comitis tunc Sabaudiæ † respondit Bald in consil. 294. & in consil. 376. vol. 5. Et de Turrice
42 † Ducis Mediolani, habetur apud Raphaelem Comensem in consil. 101.

ARGVM. CAP. XXXII.

Bella indicere, fœdera, paces sancire de Regalibus esse. Quando bella ortum habuerint? Quæ forma belli indicendi? Qui delectus militum? Quod iusiurandum? Quomodo fieret exercitus eductio? Stipendia? Arma? Exercitationes? Missiones à militia? Vacationes? Commeatus? Donaria? Iustum vt sit bellum, quæ exigantur? Bellum in Turcas, Hæreticos, an permissum sit? Opiniones Manicheorum, Oecolampadij, Erasmi Rhoterodami, Cornelij Agrippæ, Lutheri, qui in Turcas bellari non licere censuerant, quadraginta fundamentis, euersæ sunt. Christiano Principi contra alium Christianum Principem in bello, infidelium auxilio vti non licere, concluditur. An clerici bellum gerant?

COMPENDIVM.

1 *DEVS Bellum primum Michaeli Angelorum Principi in Luciferum decreuit.*
2 *Intellectus l. Ex hoc iure ff. de iust. & iur.*
3 *Papa bellum indicit.*
4 *Princeps secularis bellum indicit.*
5 *Priuatus bellum indicens in crimen Maiestatis læsæ incidit.*
6 *Reges Hispaniæ possunt bellum indicere.*
7 *Principe mortuo, bellum ab eo indictum cessat.*
8 *Armorum studio, & belli gloria clarissimi ætate nostra Rodulphus II. Imperator, Albertus, Hernestus, & Maximilianus Austriꝫ Archiduces fratres. num. 9.*
10 *Alexander Farnesius bellorum exercitio clarus.*
11 *Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ militia clarissimus.*
12 *Henricus Borbonius inter huius ætatis Principes, Dux bellorum expertissimus.*
13 *Ferdinandus Loffredus Triuici Marchio militum Regni Tribunus in Belgio, & Gallia, quàm fortiter, & strenuè se gessit.*
14 *Populus Romanus, Romuli lege, bella decernebat.*
15 *Belli indicendi apud Romanos formula ab Anco Martio in vsum ducta. nu. 16.*
16 *Pater Patratus Fecialium Princeps.*
17 *Hasta apud Carthaginenses belli signum.*
18 *Marti, vti bellorum authori, Aries tribuitur.*
19 *Romani, si bellum indicendum erat Amico Regi, per legatos prius Amicitia renunciabant.*

S 20 In

105 Ca-

105 *Caroli IX. Regis Galliæ magna uis animi, & Christiana intentio in hæreticos profligandos.*

106 *Diffidatio bellum præcedere debet, alias diceretur proditorium. sed vide nu. 107.*

108 *In bello gerendo in hæreticos, & infideles, nulla diffidatio exigitur.*

109 *Monitio, an diffidatio in bello indicendo requiratur?*

110 *Monitio in bello quid significet?*

111 *Diffidatus quis dicatur iure belli, vt possit molestari?*

112 *Contra diffidatum, an intelligatur data authoritas illum offendendi?*

113 *Bellum nullo modo suscipiendum esse, hæresis fuit.*

114 *Bellum geri posse per Christianos Principes in Turcas, Mauros, ac Hæreticos notorium est, & contraria opinio hæretica est.*

115 *Manes, & sequaces sui, reprahenderunt Moysem, quod bella gessisset: & sic nouissimè Io. Oeco lampadius, Erasmus Rothero damus, & Henricus Cornelius Agrippa. nu. 116. contra hos author ad longum prosequitur. nu. 117 cum pluribus seq.*

118 *Michael Archangelus præliatus cum Lucifero, quem vicit.*

119 *Abraham pugnauit cõtra Regem Chodorlahomor, & socios Reges.*

120 *Simeon, & Leui, alijq; filij Iacob cæperunt Ciuitatem Sichem, & depopulati sunt eam.*

121 *Iosue in ore gladij pugnauit, & fugauit Amalech, & populum eius.*

122 *Moyses ob aurei vituli adorationem præcepit filijs Leui, vt occiderent fratres, propinquos, & amicos.*

123 *Idem Moyses pugnauit in Chananæos, & Amorrhæos, & possederunt terras eorum.*

124 *Moyses, & Phinees filius Eleazari sacerdotis bellum gesserunt contra Madianitas.*

125 *Deus Israelitis dedit bellorum leges.*

126 *Iosue filius Nun bellum gessit in vrbem Iericho, vrbem Hai, & Gabaonitas, iubente Domino.*

127 *Contra Iosue iratus est Dominus, quòd contra Chananæos, Pherezæos, & Iebusæos non pugnauerit, ita vt ad vnum illos non deleuerit.*

128 *Debora vxor Lapidoth cum Barach deleuerunt Iabin Regem Chanaan.*

129 *Ex mandato Domini Gedeon cæsa vidit centum viginti millia hominum bellatorum.*

130 *Iephte Principum Galaath Dux pugnauit fortiter contra filios Ammon, quos vicit; & contra filios Ephraim. nu. 131.*

132 *Bella Samsonis Dominus permisit.*

133 *Israelitæ, bellarunt ob adulterium cum filijs Beniamin.*

134 *Gabaa Ciuitas patria Saul, vbi sepultus à Dauide.*

135 *Amalecitæ cæperunt vrbem Siceleg, & captiuas, duxerunt Abigail, & Achinoam vxores Dauid.*

136 *Dauid pugnauit contra Philisthijm, destruxit filios Ammon, & Regias vrbes Ammonitarum. num. 137.*

138 *Philadelphia, quare sic dicta?*

139 *Dauid bellans contra Absalon filium.*

140 *Achab Domino mãdante pugnauit cõtra Ben-adad Regem Syriæ, & plaga magna affecit illos prima & secunda vice. nu. 141.*

142 *Filij Ruben, Gad, & dimidia tribus Manassæ, bellum gesserunt cum Agarenis, & obtenta magna victoria, & insignis præda, quæ refertur.*

143 *Iudith pro Ciuitate Bethulia Holofernum occidit.*

144 *Iesu Naue, & Dauid laudantur in scriptura sacra.*

145 *In bello Mori non ità dedecorosum est.*

146 *Esaias lætatur, quòd Dominus in bellis expugnabit Assur.*

147 *Comminatio bellica à Deo facta Sedechiæ Regi per os Hieremiæ.*

148 *Hieremias ad bellum armari prouocat. nu. 149.*

150 *Ioeles Propheta facit idem.*

151 *Mathatias moriens accendit filios ad bellandum contra exercitum Regis Antiochi.*

152 *Iudas Machabæus, & fratres bella gesserunt plurima.*

153 *Quantum sibi Iesus Christus in centurione milite complacuit.*

154 *Christus Dominus prædixit bella fieri oportere.*

155 *Io. Baptista probauit militiam.*

156 *Concussiones, quæ sint?*

157 *Christus Petro non dixit, quòd proijceret gladium, sed quòd poneret in locum suum.*

158 *Christus Dominus probauit decertationem.*

159 *Quatuor militum Centuriones Christo placuerunt. num. 160.*

161 *Deus vocauit se pluries, Dominum exercituum.*

162 *Liber bellorum Domini deperditus, nu. 163.*

164 *Liber iustorum deperditus, & non reperitur.*

165 *Liber de verbis dierum, non reperitur.*

166 *Liber Nathan prophetæ, & liber Abiæ Salonitis, non inueniuntur.*

167 *Liber Salomonis, de natura lignorum, herbarum, iumentorum, volucrum, reptilium, & piscium, non inuenitur.*

168 *Liber verborum Domini deperditus.*

169 *Militare, in se delictum non est.*

170 *Bella gessit Moyses diuina sequutus Imperia.*

171 *Belli probatio per Augustinum quare?*

172 *Bella geri posse dixerunt Nicolaus Papa, Gregorius Magnus, Leo Quartus, & alij.*

173 *Bellum geri pro tuitione patriæ à barbaris, vel domi defendere infirmos, plena iustitia est.*

174 *Qui Pontifices, aduersus Turcas, aliosq; infideles, bellum esse gerendum decreuerunt.*

175 *Bella exerceentur, vel pro iustitia conseruanda, vel acquirenda à seruante iniustitiam.*

177 *Principes Christiani, qui in Turcas bella gesserunt.*

179 *Bellum, an gerendum sit, si Turcæ pacem quærerent?*

180 *Phillippus II. Rex Catholicus subditis in inferiori Germania obedientiam offerentibus, vt illos viuere sineret eorum placito, numquam, ne læderetur fidei candor, aures præbuit.*

Caroli IX. Regis Galliæ tempore, hæreticorum ruina cuitari potuit.

181 *Christiano Principi bellum gerere volenti in alium Christianum Principem, an liceat infidelium auxilio vti? nu. 181. 183. 184. 185. vsq; ad nu. 221.*

186 *Iudas Machabaeus vsus est auxilio Romanorum. nu. 209.*

187 *Tyrus vrbs Phaenicia apud Syros, patria Vlpiani, contraxit Foedus cum Romanis. nu. 210.*

188 *Iosue fecit Foedus cum Gabaonitis. num. 110. 211. 212. 213.*

189 *David coniunxit se cum Achi Rege Geth. nu. 214.*

190 *Deus cum Abraham, & successoribus, exclusis alijs gentibus, foedus iniuit. nu. 215.*

191 *Inimici an esse debeamus inimicorum amici nostri? nu. 198.*

192 *David percussit foedus in Hebron. nu. 215.*

193 *Filij Israel confoederationem fecerunt cum Iephte contra Ammonitas. nu. 216. 217.*

194 *David contraxit confoederationem cum Amasal contra Saulem. nu. 217.*

195 *Ionathas filius Saul, & David percusserunt foedus. nu. 217.*

196 *David fecit confoederationem cum Abner de domo Saulis, pro gerendo bello contra eundem.*

199 *Legis implementũ in Dei dilectione cõsistit. n. 200.*

201 *Ineunda nõ est amicitia cum hominibus Deos alios adorantibus.*

202 *Impijs auxilium non praebendum, nec amicitia iungenda his, qui oderunt Dominum.*

203 *Bos in scriptura Iudaicum populum, Asinus autem populum Gentilem significat.*

204 *Cum infidelibus iugum ducere non licet.*

205 *Non recipienti Euangelicam doctrinam, nec aue dicendum.*

206 *Paulus Apostolus ne se iungeret cum infidelibus, dissensionem posuit inter Saducaeos, & Pharisaeos.*

207 *Haereticus omnis, post primam, ac secundam monitionem, vitandus est.*

208 *Cum ijs, qui oderunt Deum nõ licet fadera iungere.*

209 *Antiochus Rex Syriae, erat gentilis.*

210 *Phanices erant gentiles.*

211 *Nathinaei qui?*

216 *In Ciuitate Hebron sepulti, Adam, Abraham, Isaac, & Iacob.*

218 *Ioannes Rex Pannoniae, malè Turcarũ auxilio vsus.*

219 *Franciscus I. Galliae Rex vsus Turcarum auxilio Aeno barbo Duce contra Nicienses, & pessimus rerum exitus inde.*

220 *Elizabetha Angliae Regina auxilia petijt ab Amurathe Turcarum Principe, vt Rodulphum II. Imperatorem, & Philippum II. Regem Catholicum oppugnaret.*

221 *Clerici, an proprijs manibus bellum gerãt? nu. 222. 223. 224.*

225 *Clericus in bello iusto potest genericè alios ad pugnam hortari, dicens viriliter pugnate, aut simili modo.*

226 *Intellectus. c. Quod in dubijs. de pęnitent.*

227 *Beatus Ioãnes de Capistrano in bello cõtra Turcas.*

228 *Clerici in bello iniusto, & si adsint sine armis, aut praefecti, vel Tribuni officia assumpserint, irregularet efficiuntur.*

229 *Barones in Regno Neapolitano debent seruire Regi in bello, quanto tempore, & quot equit, & an si bellum sit extra Regnum 230.*

CAP. XXXII.

SVmmus Coelorum, Terrarumq́ue Dominus DEVS, supremus omnium Princeps, Michaeli Angelorũ Principi in Luciferum, eiusq;
1 sequaces bellũ† decreuit: eumq; militiae illius Principem fecit. Is enim Lucifer, cum se aequalem DEO facere voluisset, & in suũ Dominum, & Creatorem supremae Maiestatis crimen, scelusq; admisisset, aliosq; ad id faciundum impulisset, factum est bellum magnum, quod commemorat Diuus Ioannes Apocalypsi. cap. 12. Et factum (inquit) est praelium magnum in Coelo, MICHAEL, & Angeli eius praeliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli eius, & non valuerunt, neq; locus inuentus est eorum amplius in coelo. Et proiectus est Draco ille Magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanas, qui seducit vniuersum orbem: & proiectus est in terrã, & Angeli eius cum illo missi sunt. de quo antea Esaias c. 14. dicebat. Quomodo cęcidisti de coelo Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo, in cęlum conscendam, super astra DEI exaltabo solium meum, & sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem Nubium, & similis ero altissimo, veruntamen ad Infernum detraheris in profundũ laci. de eodem habetur Ezechiel. c. 28. Narrabo eius excellentiam, & casum inquit: Tu signaculũ similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore, in delitijs Paradisi Dei fuisti. Omnis lapis pretiosus operimentum tuũ, Sardius, Topatius, Iaspis, Chrysolitus, & Onix, & Berillus, Saphirus, & Carbunculus, & Smaragdus. Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die, qua cõditus es, praeparata sunt. Tu Cherub extentus, & protegens, & posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in vijs tuis à die conditionis tuae, donec inuenta est iniqtas in te. In multitudine negotiationis tuae, repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti, & eieci te de monte Dei, & perdidi te, ò Cherub protegens de medio lapidũ ignitorũ, & eleuatũ est cor tuum in decore tuo: perdidisti sapientiã tuã in decore tuo, in terrã proieci te. Haec Ezechiel. Quĩ verò Angeli spiritus sunt, corporalis cõcertatio cũ sanguinis effusione, non erat; nec armis pugnabant ferreis, manuq; factis, quibus offendi incorporei spiritus nequeunt: Sed in illo intellectuali certamine, arma erant, ignitus Gladius verbi DEI, quo inter inuisibiles spiritus bellum geritur, & iam Lucifer à diuina gratia dereli-

derelictus, immersus peccatis, inermis euaserat, vnde à Cęlorũ sedibus est eiectus: Hinc dicit CHRISTVS Luc. c. 10. Videbam Sathaná sicut fulgur, cadenté de cęlo. His sacræ scri-
1 pturæ verbis, redditur vana† Iurisc. opinio in l. Ex hoc iure. ff. de Iust. & iur. Qui dicũt Bella esse de iure gentium. Quamq̃ illi nullam habebãt diuinæ huius legis cognitionem. Belli causa itaq; Diabolus, indictio belli retorta in illũ, permittente Deo, pugnantibus Angelis.

Inde apparet, Principis opus esse bellum indicere, vt de Principe Ecclesiastico, Sũmo Pontifice, de se ipso loquitur Leo IV. in c. Igitur. 23.
3 q. 8 † Pro quo (inquit) congregari nostrum præcipimus populum, maritimumq; ad littus descendere decreuimus, & egressi sumus Roma. & ibidem in c. Omni. & in c. Hortatu. & iterum habetur. in c. Iustum. & in c. Dominus. in fin. 23. q. 2. Simile dicitur in Principe seculari, vt vel
4 eo mandante, vel indicente, bellum † moueri debeat. l. Vnica. C. Vt arm. vsus. lib. 10. 162. Nulli prorsus nobis inscijs, atq; inconsultis, quorumlibet armorum mouẽdorum copia tribuatur. Ità etiam inquit Augustinus. in c. Quid culparus. §. Ordo 23. q. 1. Ordo autem ille naturali mortalium paci accõmodatus hoc poscit, vt suscipiendi belli authoritas, atq; consilium penes Principes sit. Idcirco, q iniussu Principis, bellũ gesserit, delectumuè habuerit, Maiestatis
5 crimen† incurrit. vt inquit Martianus in l. 3. §. Eadẽ lege. ff. Ad leg. Iul. Maiest. l. Neminem. C. de re milit. lib. 12. Innoc. in c. Olim. il 1. col. 1. de restit. spoliat. Andr. de Isern. in c. 1. in princ. nu. 7. & 12. Hic finitur lex. & in c. 1. in verb. Condemnatorum. nu. 20. Quæ sint Regal. & in c. 1. nu. 3. Quib. mod feud. amitt. Matth. de Afflict. in c. 1. §. Bona contrahentium nu. 18. Quæ sint Regal. Iacobin. de S. Georg. in inuest. Feudal. in verb. Et promiserunt. num. 9. Martin. Laudens. in tract. de bello. §. Vltimo. Hieronym. Gigas de Crimin. lęsæ Maiestatis. lib. 1. tit. 1. q. 31. & 33. Francisc. Marc. in decis. Delphina. 114. nu. 4. vol. 1. Restaur. Castald. de Imperat. q. 110. §. 111. Petr. Gregor. Sintagmat. iuris vniuers. lib. 48. cap. 16. num. 9. parte vltima. Andreas Gail de pace publica. lib. 1. cap. 4. num. 4. 6. Sebastian. Medices in summa Decreti 23. q. 2. & 3 Artic. 1. Bartholom. Fum. in Summa Armill. §. Bellum. num. 1. Io. de Anan. Cardin. & Felin. in c. 1. de Homicid. Tabiena in §. Irregularitas 3. nu. 20. Thom. de Aquin. 2. 2. q. 40. & post eum Siluester in Summa. §. Bellum il 1. q. 1. Simon Maiol. de irregularit. lib. 5. c. 49. nu. 7. Riminal. senior in consil. 81. num. 7. vol. 1. & Dominic. Soto de Iustit. & iur. lib. 5. quæst. 3. Articul. 5. Alphonsus de Castro aduersus hæreses. lib. 3. §. Bellum. Hæresi. 2. Lucas de Pen. in l. Contra publicam. versicul. 3. C. de re militar. lib. 12. Et Reges, qui sui iuris sunt, & superiorem non recognoscunt, bellum indicunt, vt de nostris Re-
6 gibus Hispaniæ † censuit Didac. Couarr. in relect. c. Peccatum. parte 2. §. 9. nu. 2. 9. Adeoque Principum ossibus est voluntaria indicẽdi belli potestas allegata, vt Principe mortuo, bellũ
7 ab eo indictum, cesset. † arg. l. 4. ff. locat. cuius authoritate irã voluit Bal. in rep. l. 1. nu. 19. in fi. C. de sacrosf. eccles. subiungens ob eam causam, testamẽtum Borgarotij de Marciano Comitis, factũ tempore belli, & dum esset Obses apud Pisanos, captus, & testatus, mortuo Hẽrico Imperatore, qui bellum indixerat, ex quo bellum, & obsidatus cessabant, idcirco testamentum illius ibidẽ mortui, ità tueri potuisse. arg. l. Qui à latronibus. ff. de testam. quẽ sequitur Claud. Auquẽ. in l. Ex hoc iure. nu. 28. ff. de Iustit & iur. quos refert, & sequitur Hippolyt. Rimin. ad Riminald. seniorem in d. consil. 81. vol. 1.

Sed ne incassum operatio mea vilescat, aliqua de belli exercitijs, ac de militia scribere propono, cum neminem huc vsq; viderim, qui materiam hãc aperuerit. Scribam idcirco aliqua, quæ fortè non ingrata videbuntur ijs, qui à longe hæc mea scripta videbunt: quia si domi, nostrisq; tantum placere studerem, aut commentarijs leges nostras confarcirem, fasciculisque chartarũ pragmaticos, aliosq; in iudicijs agentes, quasi emptitium nomen aucupando exsatiarem: Aut silentio potius vitam meam trãsigerem. Sed ne videar Principes viros, qui militiæ studia sequuntur, pſertim eos, qui ætate nostra, non Fabios, Marcellos, Cæsarẽ, Alexandrũ, aliosq; antiquos armorum studio peritissimos, ęquarunt, sed longo interuallo superarunt, par ut tacere, quales sũt, Rodulphus II. Imperator,
8 †semper Augustus, qui cum Turcarum Tyrãno congressus tot Victorias reportauit: Albertus,
9 †Hernestus, & Maximilianus Archiduces fratres, qui in tantis bellorũ conflictibus vigoris inuicti specimen dederunt: Sic Alexander Far-
10 nesius Parmæ, †& Placentiæ Dux, qui toties in inferiori Germania, & in Gallia victricia sem per arma circumtulit, Philippi Regis Catholi-
11 ci vices sustinens: Carolus † etiam Emanuel Dux Sabaudiæ, qui suas animi, & corporis dotes admirabiles tori orbi parefecit, dum cum Rege Hẽrico Borbonio, pluries cõgressus, vtrinque semper acerrimè pugnatum est. Nec enim
12 negauerim Henricum Borbonium† inter ætatis nostræ Principes viros, expertissimum Ducem, Vigilantissimum militem, ac liberalissimũ militiæ Imperatorẽ se gessisse. Vtinã sicuti modò audiuimus transmisisse suos legatos ad summũ Pontificẽ, vt ad Christianissimũ Galliæ Regnũ promoueatur, quod faxit Deus pro Quiete nõ solũ Gallię, sed totius Christiani orbis. Sic et
13 Ferdinandus Loffredus Triuici † Marchio, qui modò in Belgio, & in Gallia militũ Regni Neapolitani Tribun⁹ fortiter, & acerrimè animi sui cõsilia, & corporis vires intrepidas in dies ostẽdit. Horũ principũ Altissimo iudicio, hęc subij-

clo,quæ ex scripturæ sacræ, Romanorum, aliarumq; gentium Historijs, & Arcanis excerpsi, quę breuiter,& succinctè,quantum poteto,quo ad antiquorum militiam,velut in Campo,ac in Theatro, patefaciam.

Quia,vt pluries dixi,à populo,potestas translata est in Principem, videndum erat: Quis apud Romanos indicandi belli, authoritatem haberet? Quæuè forma, & modus indicendi bellum,erat?Super his,repetēda sunt,quæ præcedenti capite diximus, & illa quodammodo reuoluendo,dicendum est, authoritatem indicendi belli apud populū fuisse: idq; probatur
14 †quasi pactionali Romuli lege,dū inqt: Populus magistratus creanto, leges sciscunto, bella decernūto. quam retulit Pardulphus Prateius in iuris prudentia veteri in lege Romuli 5. & Dionys.Halicarnas. lib.2.& Pompon.Lętus in libello de Magistrat.Roma. c.de Potestate Senatus,& Plebis hoc dicit:Populus Magistratus creabat, leges sanciebat, & de bello decernebat.Aymar Riual.Histor.iuris ciuilis. lib.1.ait: Plæbi, siue populo à Romulo concessa à Principio esse,hęc fuerūt:Magistratus omnes create, leges sciscere, vel condere, deq; bello,paceuè decernere. Idem dixit Panuinius in Reipubl.Roman. Commentarijs.lib.2.

Formula verò hæc obseruabatur in bello indicendo,ex Aequicolis originem ducens,ab An-
15 co†Martio in vsum posita. Accedebat Romanorum legatus ad fines eorum, vnde res repetebantur,Capite velato,lanæ autem filum, erat velamē,& hæc verba proferebat. Audi Iupiter, Audite fines(nominabat autē quarū gentiū diceret) Audiat fas. Ego sum publicus Nuncius populi Romani,iustè, pieq; legatus venio, vet bisq; meis fides sit.Si ego(ait)iniustè, impieq; illos hoīes,illasq; res dedier,populo Romano, mihiq; exposco,tum patriæ cōpotem me nunq̄ sinas esse.Hæc cū fines supra scandit, hæc quicunq; ei primus vir obuius fuerit, hæc portam ingrediens, hæc forū ingressus, paucis verbis, carminis,concipiendiq; Iusiurā di mutatis per agit.Si non dedūtur,q̄ exposcit,diebus tribus, & triginta (tot enim solemnes sunt) peractis, bellū ità indicit.Audi Iupiter,& tu Iuno,Quitine,Dijq; oēs Cęlestes,vosq; terrestres,vosq; Inferni audite.Ego vos restor(Populumq; illū, quicūq; est,nominat) iniustū esse,neq; ius persoluere:Sed de istis rebus in patria maiores natu cōsulemus,quo pacto ius nostrum adipiscamur. Cum his Nuncijs Romā ad consulendum redit.Confestim Rex,Dictator, Consul, siue qs alius,Senatū habuerit,ex his fermè patres con sulit verbis.Quarū rerum,litium,causarum,con dixit pater Patratus populi Romani,patri Patrato Priscorum Latinorū, hominibus Priscis Latinis, quas res nec dederunt,nec soluerunt, nec fecerūt,quas res dari,fieri, solui oportuit. Demū ei,quem primū sententiam rogabat.Dic (inquit)qd cēses?Tum ille,puro, pioq; duello, q̄ reddas censeo, itaq; consentio, consciscoq;. Inde alij ordine rogabantur. Qūq; pars maior eorū,qui aderant, in eandem sententiam ibat. Huius formulæ meminit Liuius lib.1.Fenestella de Sacerdotijs Romanorum. c. 10. Rogatio autem suffragiorū fiebat Centuriatis Comitijs. vt docet Liuius. lib. 31. vbi agit de Bello in Philippum,ac Macedoniam transmittendo, rogante P.Sulpitio Consule.Neminem autem Historiarum lectioni,vel modicè versatum,ignorare arbitror,Centuriatas Comitias,Tributas, & Curiatas, quarum multa docuit Nicolaus Grucchius Rothomagensis in libris quos con scripsit de Comitijs Romanorum.

Elapsis demum tribus, & triginta diebus, & non redditis rebus,quę reperebantur:vnus ex Fęcialium Sacerdotum Collegio,quorum Prin
16 ceps,pater†Patratus erat,& Hastam ferratam, aut sanguineam pręustam(illis solemnibus ver bis,quæ refert Liuius) in fines eorum proijciebat,tribus puberibus præsentibus,vel arietem, ex quibus bellum iustè indictum intelligebatur.Hasta aūt apud Carthaginēses belli signum
17 †erat: Vnde Romanis Hastā miserūt,qua professi sunt, velle cū illis bella committere.Aries verò,& idē signū erat.Simulacq; enim illis Cornua creuerunt, non in suæ speciei tm̄ animalia insiliunt, sed alia aīalia lacessūnt, sed & hoīes etiā appetunt,quasi ad bellū prouocātes. Hinc
18 Marti Aries tribuitur, vti bellorū † authori:vt Pierius in Hieroglyphicis. lib.10.tradidit. Vel Arietem immittebant, quasi declararēt eorum agros cōpascuos fore.vt dicit Alex. Sardus de Morib.Gentiū.lib.3.c.1. Et illa Liuij verba huc pertinere arbitror,dum ait: Fęcialem, qui legatus in fines accedit, asportare fasciā laneā, vti belli indicium, cum lana non nisi ab arietibus habeatur. Hæc autem obseruatio,apud populum Romanum fuit, cum hæ gentes, quibus cum bellum ineundum erat,finitimæ essent. At si in longinquis indicendum erat, proijciebatur Hasta vltra columnam, quæ erat pro Templo Bellonæ,per Consulem,vt restatur Alexander Sardus in loco allegato. & ante ipsum Alexander ab Alexandro Dier.Genial. lib.1. c.14. Quod Bellonæ Templū,sicut & Martis, Romani intra vrbem non admiserunt,sed quarto miliario extra portam Capenā,quasi potius quietis,& pacis,quàm bellorum omina esse voluerunt.vt idem Alex.Dier. Genial.lib. 1. c.4.animaduertit. Sed quando Bellum indicendum
19 erat alicui Regi, Romanorum antea†Amico, socioque, per legatos prius Amicitiæ tenunciabant. Sic legatos miserunt Gn. Seruilium, Ap. Claudium, & T. Annium Luscum ad Persen Macedoniæ Regem,antequam cum eo bellum confererent.

Delectum vero militum,cū Romani faciebāt,
20 nil satius putauerūt,quàm vt primus†miles,in boni

boni ominis Signum, bono,& optimo nomine
fieret: & hoc dixit Cic. de Diuinat. lib. 2. In de-
lectu Conſules obſeruant, vt primus miles, fiat
bono nomine. Senes verò, ac Sacerdotea nomi-
21 na non dabant: Eos autẽ qui Arma ferre † poſ-
ſent, conſcribebant. vt tradidit Dionyſ. Hali-
carnaſſ. lib. 10. Delectus milirum autem à Roma
nis non habebatur ferijs larinis, nec Saturnali-
bus. de quibus Feſtus Pompeius. & Macrob. lib.
1. Saturnal. cap, 16. ante eos Cicero de Natur.
Deor. lib. 1. Apud Arhenienſes, militum dele-
22 ctus fiebat prima † die Menſis. Alex. Sard. de
Morib. gentium. lib. 3. cap. 2.

Sacramentum, ac Iusiurandum milites dele-
cti præſtabant; Florente Republica in nomen
23 † Senatus, Populiq; Romani; & poſt modum in
Imperatorum Nomen, & ſic ſuo tempore ſer-
uatum fuiſſe Calendis Ianuarij, refert Plutar-
chus in Galba. & Dio libr. 57. Sacramenti verò
formulã poſuit Aulus Gell. Noct. Attic. lib. 16.
24 cap. 4 his verbis. In Magiſtratu † C. Lęlij. C. F.
Coſſ. l. Cornelij P. F. Conſulis. In exercitu, de-
cemq; millia paſſuum propè, Furtum nõ facies
dolo malo, ſolus, neq; cũ plutibus, pluris Num-
mi argentei, in dies ſingulos. Extra haſtã. Haſti
le, ligna, pabulum, Vrrem, Follem, Faculam, ſi
quid ibi inueneris, ſuſtuleriſuè, quod tuum nõ
erit, quod pluris nummi Argentei erit, vti tu
ad C. Lęlium. C. F. conſulem. L. ve Cornelium. P.
F. Coſs. ſiue ad quem eorũ, alter iuſserit, profe-
ras, aut profitebere in Triduo, Domino ſuo, cu
ius id cenſebis eſse, reddes, vti quod rectè fa-
ctum eſse, nores. & ſic eum ſequitur Carolus Si
gonius de Antiquo iure Ciuium Romanor. lib.
1. cap. 15. Ego autem pace ipſorum, nec Sacra-
25 mentum, nec Iusiurandum eſse dijudico † id
quod relatum eſt, ſed potius verba illa eſse, le-
ges, prohibitiones militares fuiſse, quæ in exer
citu, & caſtris obſeruari deberent: ſed Iusiu-
26 randum fuiſse, vnico verbo, † (Vt adeſsent)
quod interpręratur, vt Exercitui, Caſtris, Con-
ſulibus, & exercitus Imperatoribus adeſsent,
nec inde diſcederẽt. Quib' ad ſtipulatur Liuius
lib. 10. Ex eo enim Liuij loco, patet aliud fuiſ-
ſe Militum Iusiurandum, aliud verò Sacramen
tum. Quia Sacramentum iureiurando interce-
dente illud erat, quod refert idem Liuius in lo
co citato, ex Vetuſta Samnitium Religione de-
27 promptum. † Sacrificio (inquit) perfecto, per
uiatorem Imperator acciri iubebat, nobiliſſi-
mum quemque genere, factisq; ſinguli introdu
cebantur. Erat cum alius apparatus Sacri, qui
perfundere religione animum poſset, tum in
loco circa, omni contecto, aræ in medio, victi-
mæque circà cæſæ, & circumſtanres Centurio-
nea ſtrictis gladijs. Admouebatur altaribus mi
les, magis, vt victima, quàm vt ſacri particeps,
adigebaturque Iureiurando, quæ viſa, au ditaq;
in eo loco eſsent, non enunciaturum. dein iu-
rare cogebatur diro quodam carmine in exe-
crationem capitis, familiæque, & Stirpis com-
poſito, niſi iſset in prælium, quò Imperatores
duxiſsent: & ſi aut ipſe ex acie fugiſset, aut ſi
quem fugientem vidiſset, non ex templo occi-
diſset. Hæc Liuius. Ex quibus apparet hoc Iuſ-
iurandi inſigne, Sacramentum appellatum fuiſ-
ſe, quia fieret circum Sacerdotes, Sacrificia, &
victimas, atque aras, & qui ità execrando iura-
re renuebat, ibi occidebatur (vt Liuius air) Cau
ſas illas fore intueor, cum, vt alij ſponte exẽ-
plo, præſtarent, tũ etiam, quia dum quis renne-
bat Sacramentum illud præſtare, aot delibera-
tæ proditionis, aut deſertionis militiæ, redar-
gui tacitè videbatur; vel illum militiæ inæptũ,
ſegnem, & mortis timidum conſpiciebanr. Iuſ-
iurandum verò ſimplex alio modo erat, diffe-
rens à iam dicto Sacramento, quod, & idem et
Liuius libr. 22. aſſeruit, dum ait: Milites tunc,
(quòd nunquam antea factum erar) Iureiuran
28 do † à Tribunis Militum adacti, Iuſſu Conſu-
lum conuenturos, neque iniuſſu abituros. Et
ideo iſtud iusiurandũ à ſuperioribus quæſitum
eſſe ſcribit Alex. ab Alex. Dierum Genial. lib. 1.
cap. 20. Eranr verò exceptiones, quibus ſi non
aderant, vel abeſſent excuſabantur; niſi harum
cauſa ſubeſſet; Funus familiare, Feriæ Vinde-
miales, Calendæque, quæ non eius rei cauſa in
eum diem collatæ ſint, quo is eo die minus eſ-
ſet; Morbus ſonticus, Auſpiciumuè, quod ſine
piaculo pręterire non liceat; Sacrificium ue an-
niuerſarium, quòd rectè fieri non poſſet, niſi ip
ſius eo die ſit ius, hoſtiſuè ſtatus, con dictusuè
dies cum hoſte, ſi cui eorum, harumce, quæ cau
ſa erit, cum ſe poſtridie, quàm per eas cauſas li
cebit, eo die venturum, adituri mque cum qui
eum pagum, Vicum, oppidumuè delegerit. qua
rum exceptionũ meminit Aul. Gell Noct. Attic.
lib. 16. cap. 4. At notorium eſt. quò ad iusiuran
dum, militibus Iunioribus tãtum dari ſolitum:
29 † Liuius teſtis eſt locupleꝉtiſſimus pluribus in
locis, quos etiam retulit Carol. Sigon. in loco
ſupra allegato. Quia, ut ego coniicio, militia
durabat ad annos vſque viginti: ſufficiebat au-
tem in principio Militiæ Iuramentum præſtitũ
fuiſſe. & hoc ſuaderi poteſt ex illo Cornel. Ta-
cit. lib. Annal. 16 Eodem (inquit) anno, delectus
per Galliam Narbonenſem, Africamq;, & Aſiã
habiti ſunt, ſupplendis Illyrici Legionibus: Ex
quibus ætate, aut valetudine feſſi, Sacramento
ſoluebantur. Concinunt ijs iam ſupra relatis,
quæ eiuſdem Reipub. Romanæ tempore ſcribit
Vegetius de Re militari. lib. 2. Milites (inquit)
iurare ſolent, & ideo militiæ Sacramenta dicũ-
30 tur. Iurant autem ſe omnia † ſtrenuè facturos,
quæ præceperit Imperator, nunquàm deſertu-
ros Militiam pro Republ. Romana. Sic & nouiſ
ſimè Imperatorum tempore, & præſertim de
Militibus Iuliani Imperatoris refert Ammia-
nus Marcellinus lib. 21. Iuſſique Vniuerſi (in-
31 quit) in eius nomẽ † iurare ſolemniter, gladijs
ceruі-

ceruicibus suis admotis, sub execrationibus
diris, verbis iurauere conceptis, omnes pro
eo casus, quoad vitam profuderint, si id ne-
cessitas exegerit, perlaturos.

Educebatur exercitus per Consulem, factis
32 prius † Sacris, sub quo, & alij Duces erant, Pre-
tores etiam, Proconsules, legati, Tribuni mili-
tares, alijq; ministri. de his Liuius. lib. 42. Exer-
33 citus † Imperator, Clamyde Purpurea Paluda-
tus, licet quandoque Sextus Pompeius Ceru-
lea vsus fuerit. Ducis effigies à prima Cohor-
34 te in vexillis portabatur: † Ex Ærario à Quæ-
storibus signa consuli dabantur, Aquila, Lupi,
Minotauri, Equi, Apri: Licet C. Marius in secũ-
do Consulatu, solam Aquilam, Conto lõgo pre-
fixam, retinuerit. de his Liuius lib. 3. & 4. Cur
autem militare signum Aquila esset, hanc dicit
causam Lactant. Firmian. de Falsa Relig. lib. 1. c.
11. Cæsar (inquit) in Arato refert, Aglaosthe-
nem dicere, Iouem cum ex Insula Naxo aduer
sus Titanas proficisceretur; & sacrificium face
ret in littore, Aquilam ei in auspiciũ aduolas-
se, quam victor, bono omine acceptam, tutelæ
suæ subiugarit. Historia etiam ante illi conse-
disse Aquilam in capite, atq; illi Regnum por
tendisse testatur. Hæc Firmianus. Vnde pro in-
signibus Vexillorum inquit Lucanus:

Vt notę fulsere Aquilæ.

& Claudianus ait:

Stant bellatrices Aquilæ, sæuique Dracones.

35 Vnde ex parte Locrorum † cum staret Aquila,
portendit illis Victoriam, cùm milites quinde-
cim millia, ducenta, & Viginti millia Croto-
niensium profligarint: Cuius meminit Pierius
Hieroglyphic. lib. 19. vbi alia multa. Persarum
36 etiã Reges pro Insigni auream Aquilã † aspor
37 tabant, Cymbri † Taurum, Franci Orientales
Leonem, Gepidæ Nauim, Burgundiones Serpẽ
tem Spiris Sinuosum, atque Elurum. vt scribit
Gulielm. Paradinus de Antiq. Statu Burgund.
cap. 11. Dabantur autem eis signa ista militaria,
qui altæ, proceræque staturæ esset, vt ostenta-
38 tiora essent, eaque mouere † minimè poterãt,
absque eius Imperatoris Exercitus iussu, vt vo
luit Liuius lib. 22.

Stipendium ducentos circiter per annos à
39 Romanis, † minimè datum militibus, vt testa-
tur Liuius libr. 4. propè finem. Quo loci dicit,
Anxure Volscorũ Vrbe capta, Senatum decre-
uisse, vt Stipendium miles de publico accipe-
40 ret. Dabantur etiam Equiti † ipsi, Equi publi-
ci duo, vt altero desudante, in alterum desiliret
(vt hodie vsu esse videmus in Militibus Regijs
Cataphractis, siue grauis armaturæ) & frumen
tum dabatur Militibus, & vestis, vt Polybius
ait. Pediti militi in singulos dies pro Salario
deni asses dabantur. vt scribit Liu. libr. 6. Suet.
in Augusto cap... Cornel. Tacit. lib. 1. Hoc de-
clarare conatur Gul. Budeus de Asse. lib. 5.

41 Arma Militum Romanorum, † Galea, sica la-
tere dextro, sinistro gladius, Hasta, Securis, Ser-
ra, Falx, Cathena, Scuta Coriacea oblonga, fer-
rea Lamina superimposita, lorica pro cingen-
do pectore, caligæ præacutis clauis, & crebris
conspicuæ. Tyronibus dabatur Parma Alba,
quæ erat breue scutum rotundum, de quo Liu.
lib. 8. inquit: Quem cuspide, Parmaque annixũ
Manlius terrę affixit. De ea Virgilius lib Ænei-
dos. 11. inquit:

Parmaque inglorius alba.

Et Statius lib. 11. Thebaidos.

Et Fulua Metallo
Parma micet.

Et Syllius Italicus lib. 5. ait:

Nec cruda tardarunt tegmina Parmæ.

Et iterum lib. 14. ait:

Cuius cælata gerebat
Taurum Parma trucem.

Et Propertius lib. 14.

Picta, nec inducto fulgebat Parma Pyropo.

Ac Iouinianus Pontanus:

Parmerium bellica Parma iuuat.

42 Tyronibs autem idcirco † dabatur Alba, vt in
ea post, actionum suarum titulos depingerent:
vt aliqua tradidit Liuius lib. 3. Vocabatur hoc
43 paruum † scutum Ancyle, Teste Nonio Marcel
lo. Et nullum habebat angulum, sed vndique
erat recisum, de quo Ouidius lib. 5. Fastorum.

Ecce Ancyle vocant, quòd ab omni parte recisum est.
Quaque oculis spectes, Angulus omnis abest.

His etiam dabantur hasta pura sine ferro. Alio-
rum fortè populorum Arma enarraui de Magi-
stratuum Edictis lib. 3. cap...

Pugnaturi Milites Romani, Exercitationi
prius, iubente exercitus Imperatore, incumbe-
44 bant, Edendo aliquoties † Gladiatorium mu-
nus, Venationes ferarum quandoque, ac simili-
bus, vt sic Sanguine effuso, Pugnæ quadam ima
gine, Nemesis se, idest Fortunæ vis quędam ex-
pleret, vel vt insuescerent milites, sanguinem,
vulnera, atq; cędes inspectare. vt retulit Ælius
Spartianus in Pupieno, & in Albino. Quod, &
fecisse Commodum Imperatorem refert Iulius
Capitolinus in eius vita. & Herodianus in eius
45 Histor. lib. 1. Et qui bellis erant vacaturi, † ac
militiam, & eius disciplinam comparaturi, pu-
gnam exercebant contra defixum palum, quam
describit ad literam Vegetius de Re Militari.
lib. 1. cap. 11. quem sequitur, ac refert Hierony-
mus Mercurialis de Arte Gymnastica. libr. 3. c.
4. Palus autem erat defixus in terram, sex pe-
dibus eminens, cõtra quem, vt contra aduersa-
riũ, diuersimodè se agebat, nunc quasi insiliẽs,
nunc verò quasi insultatus. Sic nostri Equites
46 Neapolitani ponunt ligneam † Hominis sta-
tuam, affabrè factam, & penicello coloribus a-
dumbratam, quam Baiulum, italo Idiomate di-
ctam (Il Facchino) & appellatam. Toto itaque
pernicium Equorum cursu Equitantes in illius
personam, hastas, Lanceasque rumpunt latius
ho-

horum ludorum memini de Magistratuum Edictis. lib. 3. cap. ... Signum verò futuræ pugnæ
47 erat † Purpurea vestis super Tabernaculum Imperatoris posita, Vexillũ, Sonus Tubę, aliaq; de quibus Alexander Sardus de Moribus Gentium lib. 3. cap. 6. vbi docuit quo modo agmina in hostes dirigerent. De signis concentus Tubarum, & Cornuum apud Romanos notum est, & si quando legiones silentio educendæ fo
48 rent, Tesserã fuisse accepimus. De Tessera † Liuius lib. 7. Cęteris omnibus tesserã dari iubet, de eadem meminit Virgilius lib. 7. Aeneidos.

Classica iamque sonant, Et bello Tessera signum.

49 Tamen Buccina † in Prætorijs Castris semel, in Consularibus verò, bis dabatur signum, qua tuba Pedites, Equites verò Lituo ad pugnam vocari sępe notatum est. Erat autem Lituus, (non ille Romuli Baculus, quo Augures vtebãtur de quo Cicer. lib. 1. de Diuin. & Aulus Gellius. Noctium Attic. lib. 5. cap. 8.) Festus Pom-
50 peius dicit. Lituus est Buccinæ Genus † incuruum, gracilem edens vocem, quo in bello vtebãtur, cuius meminit Virgilius. lib. 6. Æneidos.

Et lituo pugnas insignis obibat, & Hasta.

Et Lucanus lib. 1.

Stridor Lituum, Clangorque Tubarum.

De his signis Tubarum, & aliorum instrumentorum, loquitur idem Virgilius libr. 7. Aeneidos, dum ait,

Signaque ferre iuuat, sonitusque audire Tubarum.

Eratque mos militaris, vt quoties mouenda erant signa, castrauè, & ad reliqua Belli munia,
51 soli † cornicines signum darent: Excubias verò, somnique, & Vigiliarum tempora, Buccina designarent. Si autem legiones ducendæ in hostes, & acie decernendum foret, aut receptui canendum, & cornua, & Tubæ eodem concentu canerent. Si Conciones aduocarent, aut Silentium indicerent, per Tibicinem indicebatur. Quando verò in bellorum acie manus conferebant, ipsa signa Militaria in media locabantur acie, vt pro signis Antesignani, post signa alia pugnaret Acies. vt horum mentionem fecit Alexand. ab Alexandr. Dierum Genial. lib. 4. capitulo 2.

Missionis à Militia, Triplex ponitur causa
52 † à Iurisconsulto Martiano in l. Milites agrũ. §. Missionum. ff. de Re milit. Honesta, Causaria, & Ignominiosa. Missio ex Honesta causa, quæ datur, militiæ tempore adimpleto. Causaria, duæ datur militi, ob animi, vel corporis impedimenta, quibus quis, militiæ minus idoneus est. Ignominiosa verò, ób delictum, & ista concernit pęnas militares, de quibus alibi dicam.

Honesta missio, plura sub se capita continet, nempè Vacationem ob ætatem, vt minimè ap-
53 tam † militiæ, puta ob nimiam adolescentiam, vel ob senium, quibus dabatur Stipendiũ emeritum, vt veteranis, & qui iam militiæ tempore perfuncti sunt. de quo Liuius lib. 7. Alijs emerita stipendia dicendo; Alios graues iam ætate, aut viribus parum validos. Et Idem Liuius. lib. 22. inducit Sp. Ligustinum, veteranum militem dicentem. Viginti duo stipendia annua in exercitu emerita habeo, & maior annis sum quinquaginta, quòd si mihi nec stipendia omnia emerita essent, nec dum ætas vacationem daret, tamen cum quatuor milites pro me vno dare possem, ęquum erat me dimitti. de his Lucanus. libro primo.

Quæ sedes erit emeritis? quæ rura dabuntur?
Quæ Miles veteranus aret, quæ mœnia fessis?

Et Ouidius lib. 4. de Tristibus inquit.

Miles, vt emeritis non est satis vtilis armis.

Militare autem permissum erat ab anno ætatis cuiusque Decimo septimo; Vacatio dabatur
54 ei, qui maior † erat annis quinquaginta, vt docet Liuius lib. 42. Tempus autem, quo debe-
55 bant in bellis deseruire erant † anni viginti, vt habetur in l. Viginti. C. de Re militar. lib. 12. & in l. Veteranis. C. de His, qui non implet. stipend. lib. 10. quod si videatur, non omnes Historiarum scriptores perscrutari potuerunt. Isti verò, qui habebant Honestam militiæ vacationem, fungebantur Priuilegijs veteranorum;
56 Si autem militassent in Vexillatione, aut † Legione, habebant omnem Vacationem à Ciuilibus muneribus, & honoribus, de quibus in l. 1. 2. 3. 4. & 5. ff. de Priuileg. Veteran. in l. Veteranis. C. Quand. prouoc. non est necess. l. 1. 2. C. de Excus. Veteran. de his agit Sueton. Tranq. in Galba. cap. 20. Vegetius de Re militar. libr. 2. c. 1. & Liuius lib. 8. Cæsar Belli Gallici lib. 2. Vacare etiam militia ex causa honesta dicebantur, qui ante lapsum, & cursum illorum Viginti an-
57 norum, ex Principis † priuilegio dimittebantur. vt in l. 2. §. Ignominiæ. ff. de His, qui notant. Infam. Exemplum nobile est apud Liuium. lib. 29. Erectis (inquit) expectatione Patribus subiecerunt, Colonias Latinas duodecim, quę Q. Fabio, & Q. Fuluio Coss. abnuissent milites dare, eas annum iam fermè Sextum, Vacationem militiæ, quasi honoris, & beneficij causa habere, cum interim boni, obedientesque socij, pro fide, atq; obsequio Imperij Romani continuis omnium annorum delectibus exhausti essent. Quandoque etiã ex Decreto Senatus: ad quod facit illud Ciceronis. Pub. (inquit) Vatienus Agro à Senatu, & vacatione donatus. Alia mis-
58 sio etiam finito bello fiebat, habito † ab Imperatore, Duce, vel Tribuno suo, honestæ dimissionis diplomate. vt scribit Vuolphgangus Lazius in Reipublicæ Roman. Commentar. lib. 4. cap. 7 & habemus apud nostros in l. Laudabile. ibi (Sacras solitas Epistolas,) vbi Accurs. C. de Aduoc. diuers. iudic. Vocantur hæ literæ testimoniales apud Veget. de Re milit. lib. 2. cap. 3. Contubernalibus (inquit) completis stipendijs, per testimoniales ex more dimissis. Atque
59 hi codicilli, & missionis † scripturæ, testibus pro-

probantur.l.Si solemnibus. C.de Fid. Instrum.
Missio etiam dabatur, si ad certum tempus fuis
60 sent milites † assumpti, finito tempore, illa fie
bat. Accurs. in l.2.§. Ignominiæ. in verb. Emeri
tis. ff. de Infamib.

Causaria, siue necessaria Militiæ missio fie
bat, ob senium, animi, vel corporis vitium, vel
61 ob valetudinem, † quibus ex causis militia di
mittebatur. l.2. C.de His, qui non implet. sti
pend. De hac causaria missione est illud Sue
ton. Tranquilli in Vespasiano. cap.1. Nonnulli
(inquit) cum ad huc ordines duceret, Sacramẽ
to solutum per causam valetudinis tradunt.
Sic etiam Cornelius Tacitus lib. Annali.13. in
quit: Igitur Corbulo, dimissis quibus Senecta,
aut valitudo aduersa erat, supplementum peti
uit. & idem Tacitus lib.16. Eodem (inquit) an
no per Galliam Narbonensem, Africamque, &
Asiam, delectus habiti sunt, supplendis Illyrici
legioni bus, ex quibus ætate, aut valetudine fes
si, Sacramento soluebantur.

Ignominiosa autem missio, fiebat ob vitiũ,
ac delictum: & ideo Princeps, qui illum dimit
tit declarare debet, cur miles mittatur, & in
62 specie illum ignominiæ causa † dimittere. vt
dicit Vlpianus in d.l.2.§. Ignominiæ. ff. de his,
qui notant. infam. Hanc Missionis nobilem for
mulam habemus apud Hirtium. de bello Afri
can. lib.1 C. Auiene (inquit) quòd in Italia, mi
lites Populi Romani contra Rempublicam in
63 stigasti, rapinasque per municipia † fecisti,
quòdque mihi, Reique publicæ inutilis fuisti,
& pro militibus tuam familiam, iumentaque in
Naues imposuisti, tuaque opera, militibusque,
tempore necessario Respub. caret; ob eas res,
ignominiæ causa, ab exercitu meo te remoueo,
hodieque ex Africa abesse, & quantum potes
proficisci iubeo. Quibus verbis, is, qui mittitur
infamia notatur. l.3. C.de Re milit. lib.12. Igno
miniosa etiam militiæ missio dicebatur, & si
expressum nõ esset in missione, ignominiæ cau
sa dimissum, patet ex alijs exemplis eiusdem
Hirtij de bello Africano. lib.5. Itemq; (inquit)
64 te † A. Fontei, quòd Tribunus militum seditio
sus, malusque ciuis fuisti, te ab exercitu dimit
to. Altero autem exemplo ibidem. T. Alliene.
M. Tyro. C. Clusiane, cum ordines in meo exer
citu beneficio, nõ virtute consecuti, ità vos ges
65 setitis, vt neque bello fortes, neque pace † bo
ni, aut vtiles fueritis, & magis in seditione, cõ
citandisque militibus aduersariorum nostro
rum, Imperatoris, quàm pudoris, modestiæq;,
fueritis studiosiores, indignos vos esse arbi
tror, qui in meo exercitu ordines ducatis, mis
sosque facio, & quantum potestis abesse ex A
frica Iubeo. Quæ duo exempla, & si non con
tineant verba, quæ declararent militia missos
ignominiosè, tamen idem continere haud ali
quem dubitaturum arbitror.

Inter huius etiam ignominiosæ missionis
causas, atque effectus ponunt nonnulli exau
66 thorationem: Est autem † exauthorare insi
gnia militaria detrahere. Vlpianus in dicto §.
Ignominiosè. Exauthoratus enim militia re
67 motus dicitur † & è Castris eiectus. vt dicit
Artianus Iurisconsultus, (quem dicit esse scri
68 ptorem illum rerũ Gestarum † Alexandri Ma
cedonis Aymarus Riuallius in Histor. Iuris ci
uilis. lib.5. vel Arrius Menander vt dicit, licet
nemine authore Sebastian. Medices de legi
bus, & statut. par.1.q.4.) in l. Qui de libertate.
ff. de liberal. caus. & in l. Qui cum vno. §. Exau
thoratus. ff. de Re militar. Et qui exauthoratus
erat, ignominiosè missus à militia dicebatur:
69 afficiebatur enim infamia, † vt dicit Vlpianus.
in d.§ Ignominiosè. quamquam dictum non
fuisset, eum ignominiæ causa exauthotasse, vt
ibidem habetur. Exauthorationis formulam
dicunt, quam fecit Alexander Seuerus Impe
rator, qui cum apud Antiochiam milites non
nullos lauacris muliebribus, ac delitijs vacare
comperisset, in vinculis coniecit, Quod cum
in exercitu auditũ esset, mota seditio est, egrè
ferentes, qđ socij essent in vincula cõiecti. Vn
dè Imperator Tribunal ascendit, vinctis omni
bus circum astantibus, & ad milites concionẽ
habuit, quam refert Ælius Lampridius in Ale
xãdro Seuero; & in ea illorũ mores, & vitia im
probat, cũ & de sumẽdo supplicio minaretur,
& tumultus maior fieret, his verbis subiunxit
70 Imperator: Qui in concione estis, † vocem in
bello contra hostem, non contra Imperatorem
vestrum, necessariam emittite. Certè Campi
ductores vestri, hanc vos docuerunt, contra
Sarmatas, & Germanos, ac Persas emittere, nõ
cõtra eum, qui acceptam à Prouincialibus An
nonam, qui vestem, qui stipendia vobis attri
buit. Continete igitur vocem truculentam, &
campo, ac bellis necessariam, ne vos hodie om
nes, vno ore, atque vna voce Quirites dimittã:
& incertum an Quirites; Non enim digni estis,
qui vel Romanæ Plæbis sitis, si ius Romanum
non agnoscitis. Et cum vehementius freme
rent, ac ferro quoque minatentur. Deponite,
inquit, dextras contra hostes erigendas, si for
tes estis; me enim ista nõ terrent. Si enim vnum
hominem occideritis, non nobis deerit Respu
blica, non Senatus, non Populus Romanus, qui
de vobis vindicet. Et cum illi exclamarent, ac
fremerent, ille: Quirites (inquit) discedite, at
que arma deponite. Mirando exemplo, depo
sitis armis, depositis etiam sagulis militaribus,
omnes non ad castra, sed ad diuersoria varia
recesserunt; Tuncque primum intellectum est,
quantum eius seueritas posset. Hæc Lampri
dius. Et quamquam in dicta l. Qui cum vno. §.
71 † Ex authoratus. dicatur exauthoratum eo no
mine infamem non esse. Responderi potest: id
circo ibi infamem non fieri, quia ille exautho
ratus dederat se militiæ ob vitandam litem.

Quod

Qđ & placuit Accursio. in d. §.Ignominiæ. in Verb.Efficit. Plura tradidissem Historiarũ exẽpla, verum quia reperi exactè tractata per Gulielmum Bud.in Annotat.prioribus ad Pandectas.in d.l.2.ff.de infamib.per Petrum Fabrum Semestrium.lib.1.c.17. & Ianum Langlæũ Ocij
72 Semestris.lib.13. ca.1. Qui † sunt tria lumina, omnium Historiarum, atq; antiquitatũ splendore micantia, idcirco subsisto.

73 Commeatus verò, quæ facultas † abeũdi ab exercitu erat,iustis ex causis concedebatur:gerẽdi alicuius negocij priuati gratia,aut domus visendæ causa, dabaturq; temporalis, habita negocij,ac itineris,& temporis ratione:ꝙ si ad cõmeatus diem non is venisset,tamquã emansor habebatur, (qui diù vagatus ad Castra re-
74 uertebatur) cuius commeatus† facultas codicillis fiebat,vt horũ omnium meminerunt Modestinus . in l.Desertũ.§.Emansor. & §.Si quis ad diem.& in l.Qui commeatu.ff.de re militar. Hinc de discendentibus absque codicillis dicit Liuius lib. 23. Magna pars fine cõmeatibus dilabebatur. Excusabatur autem, qui ad diem cõmeatui statutũ, non reuertebatur aliquibus
75 ex causis,quas † narrauerũt, Modestinus in d. §.Si quis ad diẽ.& Paulus in d. l.Qui cõmeatu.

Donaria dabat Dux Militibus victoria relata,ac præmia:primum illis,qui in pugna victo-
76 res fuissent,quos † hasta pura donabat. Romanis ciuibus Torques argenteos, Armillas verò, & Coronas ex auro, primus omnium donauit A. Posthumius Dictator apud lacũ Re-
77 gillum, castris latinorum† expugnatis:vt scribit Plin.lib.33.c.2.Torques verò Aureos, & talenta dabantur Externis, & Auxiliaribus militibus, qui acriter pugnassent : vt dicit Plin. in dicto loco. Dabant etiã ipsi Romanis coronas ciuicas, murales,obsidionales, donatia, ponebantur statuæ, Imagines : sepeliebantur pecunia publica ad sonum Tibiæ, sequentibus Tribunis, Senatoribus,& Magistratibus:laudabantur publica oratione in foro . de quibus idem Plin.lib.6.c.28.lib.22.c.5.dabant etiam Victoribus ouationes, dabant,& Triumphos. de his Aulus Gellius.Noctium atticarum lib.5.cap.5. Flauius Blond.de Roma Triumph. lib.6.& lib. 10.Raph.Volaterran.Philologiæ. libr.26. Plin. lib. 16. capit.4. Liuius. libr. 3.10. 30.& 37.& alibi pluries.Latè Alexand.ab Alexandro Dierum Genial.lib.6.c.6.Alexander Sardus de Morib.gent. lib.3.cap.10.& 11.

78 Pęnæ verò militares multæ † fuerunt, quarũ ego latè memini de Magistratuum edictis. lib. 2.c.8. quibus me refero, ne eandem telam retexere videar, quod opus spero propediẽ editurum. Scripsit autem Italo idiomate libellum
79 de Militaribus pœnis elegans† Iurisconsultus Petrus Albizinus Romanus,apud Sãnites Prouinciales Regij Fisci Patronus,quẽ pro sua humanitate pluribus diebus me videre permisit.

80 Pacem verò, Fęderaq; Romani † faciebant, medio fęcialium Sacerdotũ, in quibus feriendis Patris Patrati opera, & Authoritas exigebantur.Pacis autẽ,Fęderumq; formulam vides apud Liuium. lib. 1. & 38. vbi adest formula
81 facta cũ Rege Antiocho: ac etiã formula †Pacis facta cum Ætolis: de his etiã Sueton.Tranquill.in Claudio.ca.26. Fenestella de Sacerdotijs Romanorum.ca.9.& 10. & nouissimè plusquã alius Alex.ab Alex.Dier.Gen.lib.4.c.23.& lib.5.c.3.Qui omnem huius rei vsum,atque Historiam descripserunt.Fieri verò nequaquã poterant absque Dictatoris, Consulis, Prætoris, aut populi iussu, vt idem Alexandet vbi supra est author.

Pacis itaq; studia, & si belli studij contraria sint, vnum tñ alterum consequitur: cũ, vt Aristoteles ait, bellum conficiatur, vt in pace de-
82 gatur:†quod comprobaui ex multis,in primis Adolescentiæ annis de compromiss. §.1. gloss. 1. per totũ.Pacis verò commoda, belli incommoditatibus præferri debere, nemò non sanus dixerit, vt ibidem pluribus disserui. Nunc tamen prouectior factus,auctarium faciam. Artaxerses enim exemplum nobis prębuit,quantum esse debeat propensum Principũ studium, vt sibi ipsis,subditisque Regnis pacem conseruent, dum Esther capit. 13. inquit. Vt absque vllo terrore vitam silentio transigentes,optata
83 cũctis mortalibus pace fruerentur.† Hinc Dauid Psal.33. dicebat: Inquire pacem, & persequere eam. Vnde Salomon Prouerb.cap.17.inquit. Qui pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium. Et Esai. c.9.Christum honorabili titulo adornans inquit: Paruulus enim natus est nobis,& filius datus est nobis,& factus est Principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis,Consiliarius, Deus, Fortis,pater futuri sæculi, Princeps pacis, multiplicabitur eius Imperium, & pacis non erit finis. Inde præceptũ dedit Paulus ad Hebræos c. 12. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. & Petrus Epistola.1.cap.3.dicit:Inquirat pacem, & sequatur eam. Infinitæ propemodum in scriptura sacra authoritates, quibus ad pacẽ prouocamur:quam etiam Ethnici Reges venerati sunt,vnde Numa Pompilius Romæ, Pacis Tem-
84 plum erexit,cui semper†studuit,æquè, ac bello:vt Liuius scribit lib. 1. meminitq; Clemens Alexandrinus Stromatum lib.5. Quia vt Augustinus in lib. de verbis Domini c. 158. ait:Pax
85 est serenitas mentis,† tranquillitas animi,simplicitas cordis,vinculum amoris,& cõsortium charitatis. Et Isidorus de summo bono. lib.3. Optandum esse (inquit) vt boni pacem habeãt ad inuicem. Dunstanus Archiepiscopus Cantuariensis,diuino monitus spiritu, dum Egdarus susciperet Anglici Regni diadema, quàmdiù ille viueret,pacem Anglię futurã prędixit.

Et

Et pro notissimo exemplo Historici illum afferunt, quòd nihil Regni finibus passus sit, quòd à pacis quiete, alienum foret. vt Marulus tradidit lib. 3. sic alium laudat ob hoc Virgilius lib. 8. Æneidos quòd.

Aureaq; (vt perhibent) illo sub Rege fuere
Sacula, sic placida populos in pace regebat.

Quem imitatus est Mapheus Vegius dum ait:

Et iam compositos fęlici in pace regebat
Dardanidas

Optimè itaq; de pace cecinit Euripedes in Cresphonte, dum inquit:

O pax opulenta, & beatos inter pulcherrima diuos
Desiderium me tui habet, ò quàm tarda moraris,
Atqui metuo, ne prius laboriosa vincar senecta,
Quàm iucundum tui tempus inspexero,
Cãtusq; pulchri colores, cõuiuiaq; coronis gaudētia.
Huc ades ò veneranda, hanc ad vrbem,
Aedibus inimicam expelle seditionem.

Et Aristophanes in Georgicis ait:

O pax praediues, & iugum bonum,
Vtinam mihi immuni à bello contingeret
Fadere incuruato, lotoq; haurire vinum,
Panem optimum, & raphanum ferenti.

Et Ouidius lib. 1. Fastorum:

Sub iugo bos veniat, sub terras semen aratas,
Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres.

Vnde Philemon in Pyrrho inquit pulcherrimè:

Inquirunt, (vt audio) Philosophi
Et multum in hoc assumunt temporis,
Quid nam sit bonum, nec dum vllus inueuit, quid sit,
Hæc etiam intricant magis quàm quid bonum sit.
At rusticus ego, Terramq; fodiens nunc bona
Pacis inueni ò Iuppiter charissime
Amabilis illius, & benignissima diua.
Nuptias, festa, cognatos, liberos, amicos,
Diuitias, sanitatem, annonam, vinum, voluptatem,
Pax confert, quòd si hæc omnia defecerint
Perijt omnis communiter viuentium vita.

Sic etiam pulchrè eandem pacem collaudat Tibullus lib. 1. Elegia 10. dum ait:

Interea pax arua colat, pax candida primum
Duxit araturos sub iuga curua boues.
Pax aluit vites, & succos condidit vua
Funderet, vt nato testa paterna merum.
Pace bidens, vomerq; vigent, ac tristia duri
Militis in tenebris occupat arma situs.

Et Silius Italicus lib. 11. Belli Punici:

Pax optima rerum
Quas homini nouisse datum est: pax vna Triumphis
Innumeris potior, pax custodire salutem
Et ciues æquare potens.

Laudauit, & ipsam hoc Encomio Ouidius lib. 1. Fastorum dicens:

Frondibus Actiacis comptos redimita capillos
Pax ades, & toto mitis in orbe maues.
Dum desint hostes, desit quoq; causa Triumphi
Tu ducibus bello, gloria maior eris.

Hinc idem Ouidius lib. 3. de Arte Amãdi, inquit:

Candida pax homines, trux decet ira feras.

Vndè iterum Aristophanes inquit:

O stulte, stulte, hæc omnia paci insunt,
Vt ruri aliquis in prædio habitet
Immunis à Forensibus negotijs,
Proprium possidens iugum bouum,
Balantes vt audiat oues,
Capraq; vocem ad mulctram emulgenda,
Obsonijs autem vtatur condris, & turdis
Neq; expectet in foro venales pisciculos
Triduanos, magni pracij, contrectatos
Piscium venditaris iniquissima manu.

Vnde Isocrates in oration. 13. inquit: Propter eos, qui pacem amplectendã esse, hortati sunt, nunq̃ quicquam damni accepimus; At propter eos, qui procliues sunt ad Bellum, in plerasq;, easq; non paruas calamitates, incidimus. Xenophon Historiarum lib. 1. recitat Bella ab Atheniensibus gesta cum Lacedemonijs per annos quatuor causa Beotiorum. Expetebant pacẽ Beoti, Lacedemonij non recusabant; fuit tandem in controuersia deductum, an & Athenienses pacem cum ijsdem Lacedemonijs facere deberent, reluctantibus Argiuis, quã de re Andocides in Orat. de pace, quæ est intee Orationes Aristidis. Tomo 4. persuasit Atheniensibus, pacem fore ineundã, pluribus illam argumentis fulciendo, & hoc dicere voluit Cicero, dum illum Ennij versiculum retulit.

Cędant Arma Togæ.

Summè itaq; pax custodienda est nobis, cum reconciliati simus Deo per Iesum Christum, cui nos pee carnem suam reconciliauit, ac pacem tribuit: vt inquit Hieronym. in prima Pauli ad Epheseos. c. 1. & idcirco maximum esse Dei donum, superans omnem sensum, & custodiens corda, intellectusq; sanctorum, & esse serenitatem quandam, atq; tranquillitatẽ animæ quiescentis, & vniuersam tempestatem, & turbinem perturbationum fugantẽ, dicit idem Hieronymus ibidem cap. vlt. Rectè itaq; Herodotus Historiarum lib. 1. inquit: Nec enim quispiam ità amens est, vt bellum, q̃ pacem, præoptet. Sed lamentis admodum cruciatur Salustius in Iugurthino, alijq; non pauci Historiarum scriptores, ꝙ pace Romanorum Respublica, eiusq; Imperium fuerit euersum. Ego autem non pacem internitionis causam fuisse di-
86 iudico, sed ocium, quod† Respublicas omnes, omnia deniq; petuertit, & cum ocio luxus, luxuriaq;. Hæc sunt illa vitiorum omnium examina, quibus concitati populi, in dissensiones, ac ciuilia bella trahuntur, seq; inuicem confligant, & ad nihilum reducunt; Hinc illud Catulli ad Lesbiam.

Ocium Reges prius, & Beatas
Perdidit vrbes.

Pax verò nunq̃ praua operatur, non enim pacem dare veram sine Amore est sui ipsius, & proximi. Qui demum alios amat, nõ odit: quos verò odio non prosequimur, nec bellis prosequimur,

quimur, aut pugna lacessimus. Dum pace fruimur, negocijs vacamus, terrã colimus, fructus vberes colligimus, nec tempus inaniter consumimus: dies bellis nõ teruntur, sumptibus bona minimè diripiuntur, non annonas, non fruges, non commeatus, non apparatus bellicos, nec stipendia aliqua militibus pendimus. Ex ijs stateram æquilibrio facere possumus, ac inspicere, quàm maximè pax bello præstet, quam extremum iudicij diem antecedere debere, notissimum est. Quàm optimè Cineas ille apud Plutarchum in Pyrrho, hæc omnia animaduertit. Libeat mihi illius verba referre. Cineas vir magni ingenij, Demosthenis auditor, qui maximè vires dicendi illius assequi videbatur. Pyrrhum ad Italiam inclinatum cernẽs, nactus aliqñ illum ociosum in huiusmodi sermonem adduxit. Egregij quidẽ Bello Romani esse di-
87 cuntur, † multisq; bellicosis gentibus imperare, ꝙ si eos superare nobis Dij dederint, quid tunc agemus Pyrrhe? Ad hæc Pyrrhus: De re haud quaq; obscura rogas: nulla supererit illic Ciuitas, vel Barbara, vel Græca, quæ deuictis Romanis, nos queat sustinere: verũ illico totã tenebimus Italiã, cuius magnitudinẽ, virtutẽ, opes, si qdem aliũ, te certè non est par ignorare. Vbi paulisper subticuit Cyneas. Occupata (inquit) Italia Rex quid agemus? Pyrrhus, qui nondum mẽtem eius perspiceret, Vicina (infit) Sicilia est, manus porrigit insula diues, & populosa, & captu facilis. Nã ab Agathoclis excessu seditionibus illic omnia, licentiaq; Ciuitatum, & præcipitantia tenentur concionatorum. Probabilia narras, inquit Cineas. Sed qd? num Sicilia occupata, finis erit belli? Tñ, inqt, Deus victoriam nobis, & successum tribuat, his ingentium argumentorum vtemur præludijs. Quis enim Africa tẽperet, & Carthagine? His autem victis nullus nobis resistet hostis. Ità est, inquit Cineas, & victis omnibus, ac rerum potiti, quid tum? Ridens Pyrrhus; in alto ocio, inquit, viuemus bone vir, compotabimus quotidie. & mutuis nos sermonibus oblectabimur. Huc Cineas cum Pyrrhum sermone duxisset, & nunc quid obstat, inquit, quominus compotemus, atq; ocium inter nos traducamus, cũ iam teneamus hæc, & citra negocium ad manum sint. Quæ per sanguinem, per multos sudores, per discrimina petituri sumus, multasq; calamitates allaturi alijs, & accepturi. De his nunc satis. Nunc transeamus ad alia.

Quæ autẽ exiguntur, vt bellũ iustũ appellari possit, ac ritè inferri dicatur? Plures causæ illæ sũt, quas enumerabimus distinctè ne terminos confundamus, & iustæ illæ sint, puta, prima pro sua propria defensione. Secũda, ꝓ defensione rerũ suarũ. Tertia, pro recuperãdis rebus ablatis. Quarta, pro defensione patriæ. Quinta, cõtra subditos rebelles, & cõtumaces. Sexta, contra Turcas, infideles, & fidei Christianę hostes.

Prima, pro sui ipsius defensione, & propulsan-
88 da iniuria. Vim vi repellere licet. † l. Vt vim. ff. de Iustit. & iur. q̃ pugnandi, bellandi, ac defen-
89 dendi facultas, etiam brutis à natura † tributa est l. 1. §. Vim vi. ff. de vi, ac vi armat. l. 1. §. Cum arietes. ff. si quadrup. pauper. fecisse dicat. c. 1. in prin. Hic finitur lex. in Feud. Vaconius à Vacuna declaration. Iuris ciuil. lib. 1. declarat. 21. nu. 7. Secunda, & Tertia, probantur, quia res no-
90 stræ, bona, & patrimonium, sunt † hominũ vita, ac substantia. l. In pecudũ. in fi. ff. de vsur. l. Aduocati. vbi Accurs. in verb. vitam. Vbi Bal. etiã. C. de Aduoc. diuers. iudicior. & probatur in l. 3. §. Cum igitur. ff. de vi, & vi armat. Vnde pro illorum defensione, vel ablatorum restitutio-
91 ne, † bellum moueri iustè dicitur. c. Ius naturale 1. distin. c. Iustum. ibi, Rebus repetendis 23. q. 2. c. Olim il 1. de restit. spoliat. l. 1. 2. C. quãd. lice. vnicuiq; sin. iud. se vindic. voluit Io. Blanchi. in sũma Feudor. tit. quib. mod. Feud. amitt. §. Et debet dñm. quẽ refert, & sequtur Iacobin. de sanct. Georg. in inuestitur. Feudal. §. Et promiserũt. nu. 10. Angel. de Clauas. § Bellũm. sub
92 nu. 4. vers. Tertiò res. Quarta causa, pro † defensione patriæ, vel Ciuitatis, vel iniuriæ ab ea propulsandæ. probatur in c. Dominus noster. 23. q. 2. Diuus Thom. de Aquino in 2. 2. q. 40. Barthol. Fumeus in summa Armilla. §. Bellum. Hinc Cassiodorus lib. variar. 1. c. 20. Vnicuique sua patria charior est, dũ supra omnia saluum fore quæritur, vbi ab ipsis cunabulis commoratur. Feris datum est, Agros, siluasq; quærere, hominibus autem fores patrias super cuncta diligere. Aues ipsæ per aera vagãtes, proprios nidos amant: Erratiles feræ cubilia dumosa festinant: Voluptuosi pisces, cauernas suas perquirunt: cunctaq; animalia ibi se norunt, refugere, vbi longissima cupiunt ætate consistare. Hæc Cassiodorus. Vnde Cicero Philippica 12. Omnibus bonis expedit saluam esse Rempublicã. Propterea Ouidius lib. 1. de Ponto, inqt:

Nescio, qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non finit esse sui.

Et Silius Italicus lib. 12. Belli punici ait:

Sed enim non fœmina cessit,
Mente æquare viros, & laudis poscere partem:
Omnis præsese portans, capitisq;, manusq;
Antiquum decus, ac direpta monilia collo
Certatim matrona ruit, belloq; ministrant.

Ob patriæ amorem, quæ gesta sint, alibi meminni. Et S. Tho. 2. 2. q. 80. art. 1. dicit, patriæ, & parentum nomine, consanguineos omnes, affines, amicos, ciues, contineri. Quinta belli causa est, ad compescendos subditos cõtumaces, & rebelles, & hos similes, contra quos belli
93 † causa iusta est. l. 1. ff. Si qs iusdicẽt. nõ obtẽp. l. Qui restituere. ff. de rei vẽdic. l. Nõ est in singulis. ff. de reg. iuris c. Si nulla 23. q. 8. Angelic. in dicto. § Bellum. num. 4. versic. 2. & Armilla in d. § Bellum. nu. 2. Iacob. in d. §. Et promiserunt.

sub nu.9. Quod non est de contumacibus Iudicialibus semper dicendū, quia de ijs differo de contumacis vindicta. c... Sed de veris contumacibus, & rebellibus cōmittētibus proditionē, Feloniā, aut rebellionē; quiq; dño suo obedire, & colla submittere renuunt, & in eos proditionis, & maiestatis scelus cōmittunt: de quibus supra dixi. c.26. Iustā hanc belli causam ha
94 bebat Carolus V. Austriacus Cæsar, dum† Gandenses in eum rebellarūt, quos potuisset bello opprimere, & tñ clementia in illos vsus, qua il
95 lorū perfidiā vicit. Eodē modo† Philippus filius Rex Catholicus in nonnullos Hollandiæ, Zelandiæ, ac Phrisiæ Principes viros qui omissis cunctis, diuini, atq; humani iuris legibus, in suū Dñm insiluerunt, obedientiæ obsequium illi denegantes, statum eius occupātes, contra quos perēni vsus est, vteturq; bello, donec Principatus suus debito veneretur obsequio, & donec errore agnito ad cor redibunt, & eius clementiam experiri non dedignabuntur. Et ab ijs subsequitur Sexta, & vltima causa, quæ est cōtra Christianæ fidei hostes, Turcas, Mauros, Saracenos, Hæreticos, ac similes, contra quos
96 licita est belli gerendi† occasio. l. Hostes. vbi Bart. ff. de capt. & postlim. reuers. Innocēt. in d. c. Olim il 1. de restit. spoliat. Iacob. vbi sup. n.9. Ludouic. Carrer. de Hæretic. n.155. cū pluribus seq. Alphons. de Castro de iusta hæret. punit. c. 14. Andr. Gail. de pace publica. lib.1. c.4. nu.40. & seq. Anton. Gāma. in decis. Lusitan. 335. nu. 1. & statim inferius dicam. Et ista pro nunc sufficiāt quoad legitimationē causarū, superest dicere, q̄ reqrātur, vt bellū possit iustū appellari.

Primò diximus, causā esse debere iustā belli
97 indicēdi, qbus iūgēda† sunt, q̄ scribit Lācellot. Conrad. in Tēplo omn. Iudic. lib.1. §.3. in verb. Bella. Petrus Nauarra de restitut. ablatorum. lib.2. c.3. num.258. parte 1. & remissiuè plures alios allegans Petrus Cenedo in Collectan. iuris Canonici 50. num. 1. parte 1.

Secundò requiritur, q adsit Authoritas Principis bellum indicentis, vt in principio huius
98 †capitis diximus. & habetur in d. c. Culpatur, 23. q.1. cap. Iustum 23. q.2. l. Vnica. C. Vt armor. vsus. Innocent. in d. c. Olim. & hoc intelligen
99 dum est de Papa, †Imperatore, ac Regibus, & alijs Principibus superiorem non recognoscen
100 tibus, vt de Rege nostro Hispaniæ† dicit Angelic. in summa. §. Bellū. nu.2. Armilla in §. Bellum. nu.1. Didac. Couar. in d. c. Peccatum. in relect. par.2. §.9. num.2. 9. Dominic. de Soto de Iustit. & iur. lib.5. q.3. Articul.5. Sebastian. Medices in summa Decreti 23. quæst. 2. Francisc. Gratianus in Compendio iuris Canonici. parte 7. distinct. 3. §. De iusto bello.

Tertiò requiritur intentio, seu animus, vt op
101 timo id fiat proposito, scilicet ad malum† vitandum, & bonum promouendum. c. Militare. 23. q.1. & dicunt supra annotati Doctores: Hęc
102 intentio Caroli† Cæsaris fuit, aliorūq; Principum Germaniæ, dum contra Hæreticos mili
103 tarunt. Hæc Philippi Regis Catholici† dum contra aliquos fidei hostes ætatis nostræ perpetuis laborauit, laboratq; erumnis, vt Ecclesiam Dei tueatur incolumem. Hæc Rodulphi
104 †Secūdi Imperatoris intentio, aduersus Turcas, Tartarosque, contra quos modo acerrimè pugnat, & nōnullas reportauit victorias. Deus Opt. Max. illū defendat, & protegat, vt valeat Romanū dilatare Imperium. Hæc olim Caroli IX Galliæ Regis in primo ętatis flore Catholi
105 ca intētio fuit, q† post sublatū à tutela iugū, adiutus à Ghisijs, alijsq; Principibus, visis Hugonistarū, aliorūq; Hæreticorū q malo Galliæ fato, admissi fuerāt, progressibus, dū vixit, ad sexaginta circiter millia illorum deleuit. Vtinam illi longioris æui vita superstes fuisset, qa aliā meliorem aleam sortita essent Galliæ Regna, nec tot bellis essent lacera, & profligata.

Quartò requiritur, vt p̄cedat antea monitio,
106 siue diffidatio, alias diceretur bellū† inferri proditoriè. arg. c.1. de Homicid. in 6. Bal. in l. Si manumissori. C. de obseq. patr. præstan. idem Bald. in l.2. nu.71. C. de seruit. & aqua. Martin. Laudens. de Bello. §.37. & §.39. Lancellot. Conrad. in Tēplo iudic. lib.1. c.1. §.3. in verb. Bellū. nu.5. ante eos Angel. in cons.14. col.1. Hinc ijs concinunt dicta per Cic. lib. offic. 1. Bella (inqt) non nisi iustis de causis suscipiantur, nec interātur, nisi rebus repetitis, nisi solēniter denunciata, ne sæuiatur supra modū in victos. Et huc pertinent, q̄ Romani facere consueuerant per patrē Patratum, & Fœciales, anteq̄ bella inferrentur, quæ supra hoc eodem capite diximus. Sed hoc requisitum non est vndequaq; verum,
107 neq; omni ex parte,† atq; indifferenter, sed tñ in casu, quo tractaretur de inferendo bello per aliquem Christianum Principē in alterum Dñm Christianū: Secus vero si ageret Christianus Princeps cū Turca, Infidelibus, Hæreticis, vel alijs Christianæ fidei hostibus, vt statim dicam: quia inter Christianos Principes, hanc monitionem, ac diffidationem requiri necessariū duco. Hostiēs. & Io. Andr. in d. c.1. de Homicid. in 6. & post Dominic. voluit ibidem Philipp. Franc. col.2. notab.10. 12. Bal. in auct. Itē nulla. nu.2. notab.5. C. de episc. & cler Iacob. de sāct. Georg. in inuest. Feud. in d. §. & promiserunt. nu.9. Si vero Christianus Princeps cū infideli,
108 vel hæretico bellum gerere† vellet, vtiq; talem monitionem existimo minime exigi, sed cū eo, tractandum esset, tamquàm contra hostem, iuxta illud Virgilij lib.2. Æneidos.

Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?

Animaduertendum tamen esse dijudico, ad
109 modū differre monitionem† à diffidatione, quia si supra notatum vsum populi Romani, inspiciamus, vtiq; monitio illa quædam amicabilis præcedebat, vt fieret, vel restitueretur, quod

quod petebatur, & postmodum elapsis tribus, & triginta diebus, nisi petita,facta fuissent,indicebatur bellum cum illa solemnitate, quam supra retulimus. Monitionem verò hoc loco capi pro exhortatione quadam, vt quid fiat, aut non fiat, aut restituatur,& est modus qui-
110 dam†humanitatis.& humilitatis.arg.c.Ignorantia.38.distinct. Qua præuia monitione non exequuta, tunc demum subsequitur diffidatio, quia diffidatur, ac diffidatus, & Bannitus de-
111 claratur ille talis, † itâ vt possit tamq̃ hostis impunè offendi:vt optimè declarauit Florian. de sancto Petro.in l.Si is,qui binas,in fin. ff. de vsufr. & idcirco diffidando, dicitur tribui li-
112 centia,ad diffidatum †offendendum. vt dicit Angel. in dicto cons. 14. & Bald. in l.3. C. ad leg. Falcid. vbi hoc voluit idem Angel. post Bald.eius Germanum.idem Bald.in dicta auct. Item nulla.nu.2. & optimè declarat Dominic. de sanct.Gemin. in dicto c.1.§ Fin. num.11.de Homicid. in 6. Et vno diffidato, omnes eius complices censentur diffidati. Bald. in d. l. 2. nu.70. C. de seruitut.& aqua.

Ex iam dictis duæ Hæreses confunduntur,
113 quarum† prima, nullum omnino bellum suscipiendum esse, asseruit. Altera verò, qua
114 per†Christianos Principes in Turcas,aliosq; infideles, bellum geri non posse, nec debeti, tradidit.

Primæ huius Hęresis,authot fuit Manes,quẽ sequuti sunt omnes sui sequaces Manichei,
115 †Ij teprehenderunt Moysem, ꝙ bella gesserit,vt testatur Augustin. Contra Faustũ lib. 22.
116 c. 74.Sequuti sũt illã postmodũ†Io.Oecolãpadius,Erasmus Rotherodamus,& horũ imitator nouissimè Hericus Cornel. Agrippa in lib. de vanitat. sciẽtiar. vt refert Alphõsus de Castro aduersus hæreses lib.3.tit.de bello.Hæresi 2. refert etiã Paulus Grysaldus Decis. Cathol. § Bellum.nu.1.& nouissimè Petrus Cenedo in Collectaneo iuris Canonici.59.nu.1.p.1.Asseruit autẽ Agrippa Christũ improbasse Bellum, dũ post impugnationem artis militaris, dixit, atq; laudaui: Diuinus ille Plato, ipseq; Augustinus, & Bernardus Catholici in Ecclesia Doctores, hanc alicubi probauerunt,& Pontificia decreta illã non improbant: Licet Christus, & Apostoli longè aliter sentiant:Tandem vel repugnant Christo nõ infimũ in ecclesia gradum obtinuit.Hæc Agrippa. Ex quibus docet apertè Christũ Bella prohibuisse. Quã hæresim,& si præsentaneis authoritatibus, atq; argumentis
117 †ijdem Doct. Theologi, oppresserint;nouissimus tñ ego illã fulciã, non solum rationibus ab eis inductis, sed nouis etiam. Ex sua namq; traditione crediderunt hæretici totũ Christianũ orbem, eiusq; Principes inuoluere, vt qnq; potuissẽt ex hac opinione quiescere, & ex desidia improuisò opprimi. Ex horum namq; seqla Martinus Lutherus alterã, quã supra dixi, sibi cõfinxit,nẽpè nõ licere cõtra Turcas bella facere:vnde iactis fundamentis iudiscussione primæ hæresis, & altera ipso iure erit resoluta.

Primũ itaq; fundamẽtũ se offert ad opprimẽdã tã peruicacẽ traditionẽ, qđ supra in principio huius capitis allegauimus; qđ nemo illorum induxit;illud ex Io. Apocalypsis c.10. vbi
118 Micheal, † & Angeli eius præliauerunt cum Lucifero, vt ibi diximus, qua de re scripsit Magister sententiar.lib. 2.Distin.3.4.& 5.

Secundò, Deus dat præmia ijs,qui iuridicè certant;quia probat illorũ actũ:alias illos pręmijs dignos nõ faceret: sed qui bellum gesserunt legitimè fuerunt à Deo ꝑmio affecti, probando illorum bella, ergo legitimè bellantes, non solum placent Deo, sed præmio digni sũt. Maior probatur 2.Timoth. ca.2. Coronabitur, qui legitimè certauerit. Minor ꝓbatur Genes. cap.14.& 15. vbi ponitur Historia Abrahami,
119 †qui pugnauit contra Regem Chodotlahomor, & Reges socios, contra quos expediuit vernaculos trecentos decem, & octo, quibus insequutus est eos, recuperauitq; Loth fratrẽ suum,aliosq; captiuos, omnemq; illorum substantiam secum duxit, illosq; profligando,victoriam reportauit: ideo Rex Sodomæ ei gratulatum occurrit: Melchisedech Rex Salem illum excepit,& benedixit:& ob reportatam victoriam Deus promisit illi mercedẽ magnam. Quam Dei promissionem, ac benedictionem si bellũ illi displicuisset, ac Deo gratũ nõ fuisset,minimè habuisset, nec præmia inde subsequuta essent, ergo sequitur conclusio.

Tertiò, Simeon, & Leui atq; alij filij Iacob
120 armati introierũt Ciuitatem†Sichem,& depopulati sunt eam,& occiderunt Hemor,& filium eius Sichem, ob stuprum Dinæ illorum sorori illatũ:Oues,& Armenta,Asinos,vastantes, q̃ in Domibus, & in agris erant, paruulos,& vxores illorũ captiuos duxerunt. patet Genes. c.34. Iosephus antiquir. Iudaicar.lib.1 cap. 18. & Ciuitas erat in Tribu Ephraim, vt illam describit ibidem Christianus Adrichomius in Theatro terræ sanctæ.nu.91.

Quartò,etiã facit,quia Moyses ꝑcepit Iosue, vt viros eligeret,& pugnaret contra Amalech, & populum eius: In ore gladij igitur Iosue pu
121 gnauit,fugauit† Amalech, & populum eius. Vnde Dñus dixit ad Moysẽ,scribe hoc ob monimẽtũ in libro,& trade auribus Iosue,delebo enim memoriam Amalech sub cœlo. vt patet Exodi c.17.Deuter.cap.25.& scribit Iosephus antiquit. Iudaic. lib.3. cap. 2. Vnde si bella ex iustis causis (vt diximus) permissa non essent, Moyses, & Aaron Deo gratissimi non permisissent, ac si Deo gratum non fuisset bellum, cum Amalecitis gestum, vtiq; non dixisset, vt illius in libro Historiam scriberet, & memoriam faceret sempiternam.

Quintò ob aurei vituli adorationẽ, præcepit

T 2 Moyses

Moyses filijs Leui, vt occiderent fratres, ami-
121 cos, & propinquos,& die illa trigintaꝑ tria
millia circiter hominum occiderunt: vt habe-
tur Exodi. cap 32.

Sextò, similiter Moyses,alijq; Israelitæ,quia
Rex Chananęorũ,& Sehō Rex Amorrheorum,
123 noluerunt † ipsis concedere transitum viæ,
nec prætio oblato aquam, pugnauerũt, & per-
cusserunt eos in ore gladij,& possederunt ter-
ras illorum: dixitq; Deus ad illum:Ne timeas
eum, quia in manu tua tradidi illum, & om-
nem populum,ac terram eius,ostendens quàm
grata illi fuerit bellandi occasio. vt scriptum
est Numeri c.21. Iudic. c. 11. sequitur Ioseph.
Antiquitat.Iudaicar.lib.4.cap.4. & 5.

Septimò,notum est etiam,iubente Domino,
Moysen, & Phinees filium Eleazari sacerdotis
124 † processisse ad bellum contra Madianitas,
vicisse,mares occidisse, mulieres cępisse, ma-
gnamq; ex illis prædam tetulisse. habetur Nu-
meri cap.25. in fin.& cap.31.

Octauò,nulli dubium, Deum Optimum Ma-
ximum, Hebręis, siue Israelitis dedisse,ac tra-
125 disse† Bellorum leges, quomodo,quouè or-
dine procedendum esset cum hostibus ad bel-
lum:vt patet Deuteron.cap.20. de quibus agit
etiam Iosephus antiquit. Iudaicar. lib.3. c.11.
In vanum autem leges pro bellis exercendis
traditæ fuissent, si illos à bellorum exercitio
vellet abstineri? quod quàm fuerit dictu,audi-
tuq; absurdum,sileo.

Nonò,eodem etiam pacto,mandante Domi-
126 no, Iosue filius Nun, bella gessit, † debella-
uitq; vrbem Iericho, & aduersus vrbem Hai,&
eius Reges,Gabaon, aliasque Ciuitates,& Re
ges trans Iordanem: de quibus habetur in li-
bro Iosue vsque ad cap. 10. quorum bellorum
meminit idem Ioseph.antiquitat. Iudaic.lib.5.
cap.1. Quæ omnia bella, Dominus Deus mi-
nimè aspernatus est.

Decimò, Iudas filius Iacob, iubente Domi-
no, & ipse belligerauit post Iosue contra Cha-
nanæos,& Pherezæos,& Iebuscos, vt patet Iu-
127 dicum.c.1.contra†quos iratus est Dominus,
quòd ad vnum omnes minimè deleuerint, &
Aras illorum non subuerterint. vt habetur Iu-
dicum.cap.2.

128 Vndecimò, Debora Prophetissa † vxor La-
pidoth cum Barac, deleuerunt exercitum Ia-
bin Regis Chanaam, & medio Iahel vxoris
Haber Cinæi,occiderunt Sisarā Regis Ducem,
& exercitū Principē, vt scribitur Iudicum.c.4.

Duodecimò, quid clarius inspicere velint
129 aduersarij,quàm si considerabunt † Gedeo-
nis Historiam, qui ex mandato Domini cum
Trecentis viris, ad pugnam prodiens, vidit ex
Madianitis cęsa centum viginti millia homi-
num bellatorum, & educentium gladium: vt
habetur Iudic. cap.8.

130 Decimo tertiò, & Iephte factus† Dux Prin-
cipum Galaad, pugnauit fortiter contra filios
Ammon,quos deuicit, tradiditq; illos Domi-
nus in manus suas: vt traditum est. Iudic.c.11.
& scribit Iosephus antiquit. Iudaicar.lib.5.c.9.
Idemq; Iephte contra filios Ephraim pugna-
131 uit fortiter cæsis † ex eis quadraginta duo-
bus millibus hominum. Iudic.cap.12.

Decimo quartò, probauit Dominus Bella
132 Samsonis, qui cùm Asini Maxilla†occidit in
pugna mille viros. Iudic.cap.15.

Decimo quintò. filij Israel,ob adulterij scæ-
lus patratum, inierunt prælium cum filijs Ben-
133 iamin,† & occiderunt viros bellatores vigin
ti quinq; millia, & centum: vt patet Iudicum
c.20. vbi apparet, illos destruxisse Ciuitatem
Gabaa, in qua natus erat Saul, primus Rex Is-
134 rael,ibiq; sepultus à Dauide, †quam postea
reędificauit Asa Rex Iuda.vt habetur lib.3.Re-
gum cap.15. & lib.2. Paralipom.cap.16.

Decimo sextò, cum Amalecitæ cœpissent
vrbem Siceleg, & captiuas duxissent Abigail,
135 & Achinoam, † vxores Dauid,totumq; po-
pulum, & cunctam substantiam, nonne perre-
xit idem Dauid, & persequutus est eos, quos
omnes Dominus tradidit in manu sua, pugnās
à vespera ad vesperam, recuperatis vxoribus,
& omni populo, & omni substantia, annuente
Domino Deo nostro. Habetur lib. 1. Regum.
cap.30.Ioseph.antiquit.iudaicar.lib.6. cap.15.
Idem etiam Dauid, Domino opem præstante,
136 bellauit cōtra† Philistijm,ipsosq; vicit:scri-
ptura est lib.2. Reg. c.5. Sic etiam misit Ioab,
& exercitum suum, & vastauerunt filios Am-
mon,& Rabba vrbem Regiam cępit,destruxit-
137 que omnes vrbes † filiorum Ammon, & Re-
gum Ammonitarum.habetur 2.Reg.cap.11.12.
& 13.Quam postmodum cœpit Ptolomeus Phi
ladelphus Ægypti Rex, & ex suo nomine Phi-
138 ladelphiam nuncupauit,†& nomen restituit,
quousque peruenit ad manus Christianorum,
quam dum tenuerūt Metropolis erat, & sub se
duodecim Episcopos habebat.vt dicit Guliel-
mus Episcopus Tyri de bello sacro lib.14.c.12.
139 Gessit,& bellum contra Absalon†filiū suum
2.Regum cap.16.17.& 18.

Decimo septimò,ex mādato Domini pugna
140 uit Achab Rex Israel contra Benadad † Re-
gem Syriæ, prima vice, primoq; anno & plaga
magna percussit Syriam. Secūdo anno percus-
141 sit ex Syris † centum millia pedites. patet
lib 3.Reg.cap.20.

Decimo octauò,& filij Ruben,Gad, & dimi-
diæ tribus Manassæ pugnam fecerunt contra
Agarenos,& Deum inuocauerunt dum prælia-
rētur, & obtinuerunt victoriam appellatumq;
142 est bellum Domini; & ex Agarenis † capti
sunt homines centum millia, & Cameli quin-
quaginta millia, & oues ducentæ quinquagin-
ta millia, & Asini duo millia: vt scriptum est.
Paralipomen.lib.1.cap.5.

Decimo

Decimo nonò,nonne,& Manus Domini fuit
cum Iudith , vt iret, quaſi armiger, ad bellan-
dum pro Ciuitate Betuliæ , & omni Iudæa , &
quem timuerant Holofernem, exercitus Aſſy-
143 riorum Regis Principē, †& ne bellarent ſu
ſceperant, ipſa ſola illum contriuit,illiusq; ca-
put amputauit: cui fuerunt à Pontefice Maxi-
mo gratiæ redditæ, benedictiones tributæ,& à
populo acclamationes factæ?vt patet Iudith à
cap. 14. vſq; ad finem totius libri.
Vigeſimò,niſi bellandi peritia Deo fuiſſet ac-
cepta, non tantopere Ieſus Naue collaudare-
144 tur, †ac Dauid: vt de primo habetur Eccle-
ſiaſtici.c.46. de ſecundo Eccleſiaſt.cap.47.
Vigeſimo primò,in vallem viſionis facit ex-
probationem Eſaias & opprobrio tradidit, ꝙ
homines ſui non eſſent mortui in bello, neque
interfecti gladio:quaſi quòd in bello mori non
145 †ità dedecoroſū ſit,vt voluit idē Eſaias c.22.
Vigeſimo ſecūdò, ſic gloriatur idem Eſaias:
A voce (inquit) Domini pauebit Aſſur virga
percuſſus,& erit trāſitus virgæ fundatus,quem
requieſcere faciet Dominus ſuper eum in Tim
146 panis, & Cytharis, & in bellis† pcipuis ex-
pugnabit eos. vt habetur Eſaiæ cap. 30.
Vigeſimo tertiò, ſi bella fieri non deberent,
vtique non comminatio facta eſſet Sedechiæ
147 † Regi per Hieremiam cap. 21. Et debella-
bo(inquit)ego vos in manu extenta, & in bra-
chio forti, & in furore , & in indignatione,&
in ira grandi.
Vigeſimo quartò, quàm optimè idem Hie-
148 remias canit, & armat ad bellum † dicens,
præparate ſcutum, & clypeum, & procedite
ad bellum in galeis:Polite lanceas,induite vos
loricis. vt habetur.Hierem.cap.46.
Vigeſimo quintò, idem propheta ſimiliter
149 ad bellum incitat, dum ait : Super† terram
Dominatorum aſcende, & ſuper habitatores
eius viſita , diſſipa, & interfice , quæ poſt eos
ſunt , ait Dominus , & fac iuxta omnia , quæ
præcepi tibi , vox belli in terra, & contritio
magna. Hierem. cap.50.
Vigeſimo ſextò,alius propheta ait:Quia Do
minus loquutus eſt, clamate hoc in gentibus,
ſanctificate bellum, ſuſcitate robuſtos, acce-
150 dant, † aſcendant omnes viri bellatores :
concidite aratra veſtra in gladios, & ligones
veſtros in lanceas. Habetur Ioelis cap. 3.
Vigeſimo ſeptimò, Matathias moriens,non
151 deſtitit pro lege Dei accendere filios † ad
bellandum cōtra exercitum, ac milites Regis
Antiochi.vt habetur 1. Machabęorum cap.2.
& ſic poſtmodum,Deo volente,à Iuda Macha-
152 bęo, & eius fratribus † tot bella geſta ſunt,
& tot victoriæ reportatæ de quibus pleni ſunt
Machabæorum libri.
Vigeſimo octauò, centurio apud Mattheum
cap.8. cum à Ieſu Chriſto gratiam quæreret,
vt puer ſuus ſanaretur,dixit: nam,& ego homo
ſum ſub poteſtate conſtitutus , habens ſub me
milites, & dico huic vade, & vadit, & alio ve-
ni , & venit. Vnde Chriſtus non modo non ei
imperauit, vt militiam non ageret, ſed excla-
153 mauit: Amen dico † vobis , non inueni tan-
tam fidem in Iſrael. Si enim militando erraſ-
ſet,& prauum opus feciſſe diceretur, vtiq; vel
ei gratiā nō feciſſet, aut faciēs, vt à militia ab-
ſtineret, ꝓhibuiſſet; prout alijs facere ſolebat.
Vigeſimo nonò, facit etiam dictum Chriſti,
qui dum loqueretur de venturo mundi fine, ac
iudicij die,inquit: Audituri enim eſtis prælia,
& opiniones præliorum. Videte ne turbemini,
154 oportet enim hæc fieri,† ſed non dum eſt fi-
nis. vt patet Matthæi. cap. 24. Lucæ. cap. 21.
Vnde dicit bella fieri oportere. De his latiſſi-
mè Ioſephus à Cotta de Temporibus nouiſſi-
mis lib.1. cap.14. lib.2.cap.8.9.
Trigeſimò, facit illud Diui Io. Baptiſtæ, de
quo in Euangelio dicitur:Interrogabant eum,
& milites dicentes, quid faciemus, & nos? &
ait illis. Neminem cōcutiatis,neq; calumniam
155 faciatis,& contenti eſtote† ſtipendijs veſtris.
vt dicitur Lucæ cap. 3. Nec tamen illis prohi-
buit,vt minimè militarent,immò probauit mi-
litiam, dum dixit, quòd in illo militiæ exerci-
tio neminem concuterent, & nulli calumniam
facerent,ſed contenti eſſent eorum ſtipendijs:
nec prohibuit arma, & quòd militiam exerce-
rent: concuſsionem prohibuit, quæ nil aliud
156 eſt,niſi officij†intuitu per minas,aut oppreſ-
ſionem pecunias petere. l.1. l.2. ff. de concuſſ.
Glo.in c.Paratus.in fine 23.q.1.Ioſephi Angleſ.
flor.Theolog.par.2.q.de reſtit.ex bell.concl.1.
Trigeſimo primò, cum Petrus tempore Do-
minicæ Paſsionis,gladium emiſit,ſtrinxitq;,ac
157 ſerui Principis ſacerdotum auriculam† am-
putauit, Chriſtus inquit: Conuerte gladium
tuum in locum ſuum: vt ſcriptum eſt Matthei
cap.26.quod verbum, tuum, Dominium deno-
tat, vt & Petrus Dominus ſit gladij tēporalis;
dum dicit in locum ſuum,denotat, quòd con-
ſeruetur in manu Pontificis,vt Pōtificis,& ſan-
ctæ Eccleſiæ; & vt alibi plenius dixi: vnde ſi
gladij operatio neceſſaria non eſſet, ad quid
oporteret illum conſeruari?
Trigeſimo ſecundò,ex verbis Chriſti coram
Pilato dictis apparet milites pro Rege decer-
tare poſſe: dum Ioan.c.18.inquit: Si Regnum
meum eſſet de hoc mundo,miniſtri mei vtique
158 decertarent† pro me,ne traderer Iudæis.
Trigeſimo tertiò,admodum ſibi complacuit
159 Dominus noſter Ieſus Chriſtus†in centurio-
nibus militum, quorum quatuor in ſcripturis
160 cōmemorantur,nimium† cōmendati.Primus
de quo dictū eſt ſupra hoc eodem capite,verſ.
28. Secundus, qui tempore Paſsionis Domini
Noſtri Ieſu Chriſti, dixit: Verè filius Dei erat
iſte. Lucæ cap. 23. Tertius eſt Cornelius Cen-
turio, qui Petro Amicus fuit, de quo dicit Lu-

cas Act.cap. 10. Vir autem quidam erat in Cæ-
sarea, nomine Cornelius Centurio, cohortis
q̃ dicitur Italica, Religiosus, ac timens Deum
cum omni domo sua. Quartus verò Centurio,
qui Paulum bene tractauit: de quo scribitur
Act.cap. 27. si improbata itaq; illorum Centu-
rionum militaris exercitatio erat, non illos
tantis laudibus, ac virtutibus in sacra pagina
videremus?

Trigesimo quartò, si bellica ars prohibita es-
set à Deo tamq̃ pessima, non vtiq; tot vicibus,
peculiari se nomine Deus Optimus, Domini
161 exercituum † decorasset 1. Regum cap. 4.&
17.lib. 2.Regum c.5.6.& 7.lib. 3. Regum.c. 18.
& 22.lib.4. Regum c.3. & 19.lib. 1. Paralipom.
cap.11.& 19.lib.2.Paralip.c.18.Isaiæ cap.5.19.
21.37.& 47.Amos.c.4.& alibi pluries.

Trigesimo quintò, Adeo verum est, nõ fuisse
prohibita à Deo bella, quòd fuerit factus liber
162 peculiaris, cui titulus erat, liber Bellorũ † Do
mini. de quo fit mentio Num.cap.21. quem li-
163 brum non reperiri, † sed deperditum fuisse
164 asserunt, quemadmodum, & † librum iusto-
rum, de quo meminit Iosue cap. 10. & librum
165 de verbis † dierum, de quo habetur lib. 2.
Paralipom.c.9. Sic & librum Nathan Prophe-
166 tæ, † Ahiæ Silõitis, & aliorum. Eodem modo
libros Salomonis de Natura lignorum, Herba-
167 rum, iumentorum, volucrum, † reptilium, &
Piscium, ac Carmina eiusdem Salomonis. de
quibus scriptum est lib.3.Regum cap.4. Sic di-
cit Glossa Rabani ordinaria in dicto c. 10. Io-
sue vbi ait: Hunc librum nusquam repetiri as-
168 seuerant, sicuti librum verborum † Domini,
cuius in libro Numerorũ mentio fit Num. 21.
Hæc Rabanus. Vnde si bella adeo reprobata
extitissent, ad quid in ijsdem libris commemo
rata erat Bella Domini?

Trigesimo sextò, Augustinus de verbis Do-
mini, secundum Mattheum, Sermon. 19. Non
169 enim(inquit)militare † delictum est, sed pro-
pter prædam militare peccatũ est. Nec Rem-
publicam gerere criminosum est, sed ideo ge-
rere Rempublicam, vt rem familiarem potius
augeas, videtur esse dãnabile. Propterea enim
prouidentia quadam, militantibus sunt stipen
dia constituta, ne dum sumptus quæritur, præ-
da grassetur. & idem Augustin. lib. 22. Contra
Faustum. cap.74. Nec bella (inquit) per Mosen
gesta, miretur, aut horreat, quia, & in illis Di-
170 uina † sequutus Imperia, nõ sæuiens, sed obe-
diens fuit: Nec Deus cum iubebat illa, sæuie-
bat, sed digna dignis tribuebat, dignosque re-
tribuebat. Quid enim culpatur in bello, an q̃a
moriuntur quandoq; morituri, vt dominentur
in pace victuri? Hoc reprehendere, timido-
rum est, non religiosorum. Nocendi cupiditas,
vlciscendi crudelitas, implacatus, atque impla
cabilis animus, feritas rebellandi, libido do-
minandi, & similia, hæc sunt, quæ in bellis iu-
re culpantur, quæ plerunq; ita culpantur, vt
etiam iure puniantur. Et sic plura sequuntur
in illo capite. Vnde idem Augustin. de Ciuit.
Dei lib.4. c.15. inquit. Proinde belligerare, &
171 pro domitis gentibus, dilatare Regnũ, † ma-
lis videtur fœlicitas, bonis necessitas: Sed q̃a
peius esset, vt iniuriosi Iustioribus dominaren-
tur, ideo non incongruè dicitur etiam ista fœ-
licitas. Et ad Marcellinum Epistola 5. ait: Nam
si Christiana disciplina, omnia bella culparet,
hoc potius militibus consilium salutis peten-
tibus in Euangelio diceretur, vt abijcerent ar-
ma, seq; militiæ subtraherent. Dictum est au-
tem eis: Neminem concusseritis; nulli calum-
niam feceritis; sufficiat vobis stipendium ve-
strum. Quibus proprium stipendium sufficere
debere, præcepit, militare vtiq; non prohibuit.
Hæc Augustinus. Sic etiam alij Pontifices de-
172 creuerunt, Nicolaus † Papa, Gregorius Ma-
gnus, Leo Quartus, & alij. in c. Si nullam. c. Vt
pridem. c. Vos c. Omni timore. c. Igitur 23.q.8.
Sic D. Ambrosius. Fortitudo (inquit) quæ bello
173 tuetur patriã † à Barbaris, vel domi defendit
infirmos, plena iustitia est. ĩ c. Fortitudo 23.q.3

Trigesimo septimò, sanctissimi, summiq; Ro-
mani Pontifices Turcis, Infidelibusq; bellum
174 inferendum † decreuerunt, Vrbanus Secun-
dus, Pasqualis Secundus, Gelasius, Calistus Se-
cũdus, Eugenius Tertius, Lucius Tertius, Gre-
gorius Octauus, Clemens Tertius, Cœlestinus
Tertius, Innocentius Tertius, Honorius Ter-
tius, Gregorius Nonus, Innocentius Quartus,
Alexãder Quartus, Gregorius Decimus, Ioan-
nes Vigesimus secundus, Martinus Quartus,
Innocentius Sextus, Vrbanus Quintus, alijque
complures, vt Baptista Platina, alijq; Põtificia-
rum Historiarum scriptores tradiderunt. Sic
etiam Pius Secũdus, qui in ipso actu persona-
liter apud Anconam, anteq̃ classi se immittere
vellet, spiritum reddidit. Et nostro æuo Pius
Quintus idem decreuit, & dum hæc transcri-
buntur Clemens Octauus similiter Bellum fo-
uit Imperatoris contra Turcam, auxiliares illi
copias mittendo. Et tamen ipsi Summi Roma-
ni Pontifices sunt, qui Petri Cathedram san-
ctissimè gubernarunt, ac Spiritu sancto ducti
eadẽ bella decreuerunt. Quid igitur Lutherus,
alijq; verba effundunt, contrarium asserentes?

Trigesimo octauò, attenditur in bellis geren-
dis, præsertim in Turcas, Infideles, & fidei Chri
stianæ inimicos, maxima Christianæ Reipubli-
175 cæ vtilitas. † Exercẽtur enim bella pro iusti-
tia, vel conseruanda, vel acquirenda ab aduer-
sario obseruante iniustitiam ex causis iam su-
pra narratis: quia, vt Propheta ait: Psalm.84.
Iustitia, & pax osculatæ sunt. Vnde pro iusti-
tiæ exequutione, bellum in Turcas inferri ne-
cesse est, vel ipso prouocante aduersario, vt vis
176 vi † repellatur, l. Vt vim. ff. de iust. & iur. vel
nullo prouocante, Christianis impellentibus,

non

non modo pro recuperandis Prouincijs, Imperijsq; deperditis, sed etiam pro nouis quærendis: vt verificari possit illud Dauid Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum. & illud Apostolis dictum à Christo, Marci cap. 16. Ite in vniuersum mundum, & prædicate Euangelium omni creaturæ: & tamen in vtroque capite, quanta sit Christianæ Reipublicæ vtilitas, nemo non videt.

Trigesimo nonò, Bonifacius Corsicæ Comes, Hugo Rex Italiæ, Ramyrus Rex Galletiæ,
177 † Otho Primus Imperator, Henricus Secundus Imperator, Carolus Magnus, & Ludouicus Reges Galliæ, Robertus Horthmannus, Rogerius Rex Siciliæ, Boemundus, Gothifredus Bullonius, Balduini plures, Dominicus Michaelius Dux Venetorum, Ferdinãdus Rex Hispaniæ, Ioannes Huniades, Matthias, & Ladislaus Rex Hungariæ, Carolus Quintus Imperator, Philippus Rex Catholicus, Respublica Venetorum, Genuensium, Lucensium, alijq; non parũ multi, Christiani Principes, qui diuersis temporibus, Sarracenos, Arabes, Turcas, Mauros, Hæreticos, & Fidei Christianæ hostes deuicerunt, & pessundederunt. In vanum igitur laborauerunt? absit, vt dici possit tam insulsa, & grauis vesania, quam nullus, nisi eadem hæresi maculatus, vnquàm dixerit.

Quadragesimo, & vltimò, hanc opinionem, Bella fieri posse, & iusta esse dum fiunt per Prin
178 cipes † Christianos, contra Turcas, Mauros Sarracenos, Hæreticos, & Christianæ fidei aduersantes, tenuerunt grauissimi Sancti, & Ecclesiæ Doctores, Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, & Gregorius, ac Isidorus in locis supra allegatis. Oldrad. in cons. 72. Bart. in l. 1. C. de Pagan. Armilla. in summa. §. Bellum. Andr. Gail. de Pac. public. lib. 1. c. 4. nu. 40. Io. Brunell. in Rep. c. 1. de Homicid. par. 4. nu. 10. & 12. Sebastian. Medic. in Concor. decreti. 2. q. 1. art. 1. & 2. Ioannes Cardinalis Roffens. in Lutherum. art. 33. & 34. Ioan. Paulus Lancellot. in libell. de Comparat. Vtriusque Iur. colu. 3. Iacobin. de Sancto Georg. in Inuest. feud. §. Et promiserunt. sub nu. 9. Aluar. Pelag. de Planctu Eccle. lib. 1. cap. 37. Didac. Couar. in Relect. c. Peccatum. par. 2. §. 9. & §. 10. Alfons. de Castro Aduers. hæres. lib. 3. tit. de Bello. Hæresi. 1. & 2. Paulus Grysaldus decision. Catholicar. §. Bellum. nu. 1. & 2. Tiber. Decian. de Re Criminaria lib. 5. capit. 42. nu. 3. & 4. Ioseph. Angles Flores Theologal. quæst. in tit. de Restit. ex bello. conclus. 4. par. 2. Lelius Zanchus de milite Secular. & Milite Sacro. lib. 1. cap. 13. num. 8. & cap. 49. per totum. nouissimè Ludouic. Carbonus de legib. lib. 18 cap. 7. Antonius Gamma in decis. Lusitan. 335. num. 1.

Quando verò Turcæ pacem quærerent, pacique assentirent, Bellum inferri non posse, cẽ
179 suit † Concilium Vuormatiense, cap. 47. vt refert Ioan. Sotteall. in summa Pontificalium. §. Bellum. Sed ego considerarem, quando pax proponeretur ad Christianæ Reipublicæ beneficium, alias dubitarem. Quid enim si Hæretici cum Catholicis Pacem vellent, ipsi tamen vellent in eorum erroribus perseuerare? peruersi enim isti, si bellis non vexarentur, vtique in sua pertinacia starent. Quod remitto eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Iudicio, eiusque Summi
180 Pontificis. Quàm rectè Philippus Rex † Catholicus, qui oblatam pacem, dum sineret illos viuere in eorum credulitate pluries oblatam à suis subditis in inferiori Germania, nunque acceptauit. Vtinam sic actum esset in Gallia, dum Carolus Nonus Rex in minoribus agebat, quia non tot ruinæ, ac procellæ Regnum illud obruissent.

An autem liceat Christiano Principi ad profligandos in bello hostes, Infidelium auxilio
181 † vti? Ego facerem quæstionem hanc Trimẽbrem. Quia si loquimur de pecunia auxiliari,
182 quæ daretur ab Infideli Principe, † alicui Christiano Principi fideli pro belli subsidio, tunc sine dubio censerem hoc non esse de genere prohibitorum: Quia si Turcarum Imperator, vellet donare suum Imperium Ecclesiæ Romanæ, crederem Summum Pontificem, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & Prælatos, minimè recusaturos. Aut loquimur de subsidio fortè dando fideli ab infideli ad profli-
183 gandum † Principem infidelem, & tunc censerem idem esse, & licitè fieri: iuxta illud Hierem. cap. 51. Ecce ego iudicabo causam tuam, & vlciscar vltionem tuam: Et Esaias. cap. 1. Heu cõsolabor super hostibus, & vindicabor de inimicis meis. Aut sumus, cum Princeps Christianus, vult vti Turcarum, vel infidelium au-
184 xilio cõtra † alium Christianum Principem: & in hoc dubio resoluendo magna est Doctorum perplexitas. Abbas Panormit. in c. Quod super. nu. 15. de Voto, & voti redempt. dicit cõ-
185 clusiuè in bello iusto licere † infidelium vti auxilio: & sic dicit tenere Oldrad. in cons. 67. in quo nihil de hoc. Sed Oldrad. tractauit istã quæstionem in cons. 71. Incip. Nunquid. & latius hanc opinionem probat Ioan. Brunell. in d. c. 1. de Homicid. par. 4. conclus. 11. nu. 28. qui refert aliqua argumenta inducta per Oldrad. in loco supra allegato, & aliqua sua, quæ sunt infrascripta. Primò, quia Iudas Machabæus
186 vsus est fędere, auxilio, ac societate † Romanorum, cõtra Antiochum Ægypti, ac Syriç Regem infidelem. patet lib. 1. Machab. capit. 8. Se-
187 cũdò mouetur, quòd Tyrus † Phęniciæ apud Syros Patria Vlpiani, contraxit fędus cum Romanis. Idem Vlpian. in l. 1. ff. de censib. Tertiò quòd Iosue contraxit confęderationem cum
188 Gabaonitis, vt † habetur Iosue cap. 9. Quar-
189 tò, quia Dauid se coniunxit cum † Achi Rege Geth, vt pugnaret contra Saul Regem: vt patet

patet lib.1.Regnm.cap.27.& 29. Quintò,quia
Deus cum Abraham fœdus iniuit, & cum ip-
190 so,& eius successoribus, exclusis † alijs gen-
tibus.vt habetur. Genesi c.17.Sextò,quia Deus
191 † dixit Exodi.c.23.Inimicus ero inimicis tuis,
& affligentes te, affligam. Septimò,quia Da-
192 uid cũ senioribus percussit fędus† in Hebron.
vt patet lib.2.Regum.c.5.& lib.1.Paralip.c.11.
Octauò, quia filij Israel confœderationem fe-
193 cerunt cum Iephte † contra Ammonitas, vt
dicitur Iudicum. c.11. Nonò, quia Dauid con-
194 traxit confœderationem cũ† Amasai,& alijs
confęderatis contra Saul. vt scriptum est.lib.1.
Paralip. cap.12. Decimò, quia Ionathas filius
195 †Saul,& Dauid Fędus percusserunt:& tamen
Dauid cum Saul Ionathæ Patre inimici erant.
patet 1. Reg.ca.18. Vndecimò,& vltimò, quia
196 fecit† idem Dauid confęderationem,cũ Ab-
ner de Domo Saulis Principe, vt contra eundẽ
Saul bellum gereret.vt patet lib.2. Reg.cap.3.

Ego autẽ id perpeti minimè possum, vt hãc
conclusionem admittam, quæ omni Christianę
Reipublicæ est perniciosa:quandoquidem cen
seo,nullo pacto licere Christiano Principi, In-
197 fidelium, & Turcarum† auxilio vti in bellan-
do cõtra alium Christianum Principem, etiam
In bello iusto, idq; modica argumentorum se-
rie,illa tamen sufficienti.

Primò, capiendo illud idem argumentum,
quod aduersarij pro sua ipsorum opinione ad-
198 duxerunt † Exodi c.23.Inimicus(inquit)ero
inimicis tuis, & affligam affligentes te. Vnde
cum infideles sint Christianorum inimici, & il-
los quoquomodo affligere coguntur, vt notũ
est;consequens est,vt ipsos tamquam inimicos
tractare cogamur,& tãquam amicis illis vti ad
profligandos Christianos Principes nõ licere.

Secundò, si licitum esset Christiano Princi-
pi, contra alium Christianum Principem bel-
lum gerere, & infidelium societate vti, seque-
retur præcepta dilectionis Dei, & proximi in
illum non esse,de quibus Deuteron. c.6.Lucæ.
c.10. Deum non diligit,qui mandata eius non
custodit,qui dixit,vt in primo argumento, ip-
sum esse inimicum inimicorum,& afflictionem
affligentium;& tamen adimpletio legis consi-
199 stit † in dilectione Dei,vt ibidem dicitur, &
comminatur Ex.cap.15.Si audieris vocem Do
mini Dei tui,& quod rectum est coram eo fece
ris, & obedieris mandatis eius,custodiensque
omnia præcepta illius, cunctum langorem,quẽ
posui in Ægypto,non inducam super te. Et ali-
bi Leuitici.capit.19.& 20.Custodite præcepta
mea. & Deuteron. c.26. Custodias omnia præ-
cepta illius.& Prouerbior.c.4. Custodi præce-
pta mea.& Io.c.15.Si præcepta mea seruaueri-
tis. Insuper non seruaretur dilectio proximi,
quia medio infidelium illum obtunderet,& sic
magis diligeret Infideles, quàm proximos; &
200 dilectio † proximi, est adimpletio legis. vt
dicit Paulus ad Roman.c.13. vnde ab eo Prin-
cipe abesset dilectio Dei,& proximi. Esset ita-
que operatio contra Christi præceptum in
Euangelio.

Tertiò apertius Dominus præcepit Exodi.
cap.24.Caue, inquit, ne vnq̃ cum habitatori-
201 bus† terræ illius amicitias iungas, quæ sunt
tibi in ruinam,sed & aras eorum destrue,con-
fringe statuas, lucosq; succide: Noli adorare
Deum alienum, ne ineas pactum cum homini-
bus illarum Regionum.

Quartò, exprobrat Iehu Iosaphat, ad eum
dicens lib.2. Paralipom.cap.19. Impio præbes
202 auxilium, & his, † qui oderunt Dominum,
amicitia iungeris?

Quintò facit illud Deuteron.c. 22.vbi dici-
tur. Non arabis in boue simul,& Asino.Bouem
203 † autem nulli dubium Iudaicum populum
significare.Asinum autem populum Gentilem;
Illud enim, vti animal mundum, legis iugum
portauit: Asinus verò gentiũ populus est,pec-
catorum pondere grauatus, quibus Dominus
dixit.Matth.cap.11. Venite ad me omnes, qui
laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos,
iugum enim meum suaue est,& onus meum lę-
ue:& ità declarat Hieronym. in Esaiam. cap.1.
Vndè facta prohibitio populo Christiano est,
vt cum Iudæo non iudaizet.

Sextò facit illud Esaiæ cap.52.Exite,inquit,
de medio eius, mundamini, qui fertis vasa
Domini. Cuius authoritate Paulus Apostolus
2.Corint.c.6.inquit:Nolite iugum ducere cum
204 infidelibus. † quæ enim participatio iustitiæ
cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad te-
nebras?quæ autem cõuentio Christi ad Belial?
aut quæ pars fideli, cum infideli?

Septimò, clarissimè facit illud Ioãnis Epist.
2.Si quis, ait, venit ad vos, & hanc doctrinam
non affert, nolite recipere eum in domum,nec
205 Aue, † ei dixeritis. Qui enim dicit illi,Aue,
communicat operibus eius malignis.

Octauò, exemplum nobis præbet Aposto-
lus,qui non modo, non iniuit fœdus cum infi-
delibus, sed vt effugeret, posuit dissensionem
206 inter Saduceos, &† Pharisæos, & à Præside
milites pro custodia petijt: vt habetur apud
Luc. Actuum. cap.23. Nec obest quòd Paulus
habuit pro custodia milites à Lysia Tribuno,
quia hoc factum fuit Dei voluntate, vt Paulus
seruaretur incolumis pro Ecclesiæ Christianæ
fundatione: & adsunt aliæ responsiones tradi-
tæ ab Oldrad.in dicto consil. 71. in fin.quæ vi-
deri possunt.

Nonò hæc opinio, præsertim contra Hære-
ticos,vt illorum auxilio vtendum non sit,facit
illud Pauli ad Titum.cap.3.vbi ait:Hæreticum
207 omnem † post primam, & secundam moni-
tionem fore vitandum.

Decimò hanc quæstionem pulchrè decidit
Cyprianus in sermone de stella, & Magis di-
cens:

cens: Non est tutus ad Herodem regressus, nec
208 expedit † cum his, qui oderunt Deum fœdera
iungere, nec de religione cum malignantibus
inire consilia, quorum familiaritas infantiam
Christi studiosè prosequitur. Vnde ad idem
Hieronym. in Matth. c. 2. Idcirco magos reuer-
sos, ait, in Regiones suas, quia infidelitati non
erant immiscendi Iudæorum.

Modò non obstant in contrarium adducta.
Primum nō obstat, quia & si Machabæi Roma-
norum auxilio vsi sunt, tamen illud licitè fe-
cerunt, quia bellum illis erat cum Antiocho
209 Rege Syriæ, & Aegypti, qui erat, & ipse † gen
tilis, & idcirco societas, & Fœdus illis permit-
tebatur, vt diximus in secundo argumento vl-
timę opinionis. Secundum, non obstat, per tex.
in d. l. 1. ff. de cēsib. quia non facit ad casum, de
quo agitur: quid enim ad rem, quòd Phœnices
210 † gentiles inierant fœdus cum Romanis si-
militer gentilibus? Insuper quod dicit Vlpia-
nus fuit post Christi Domini aduentum, quo
tempore nec Romani Imperatores, nec Phœ-
nices Christi fidem susceperant. Tertium non
obstat, quia Iosue cōtraxit fœdus cum Gabao-
nitis, qui sponte se obtulerunt Iosue seruire,
tamquàm serui; seruis autem vtimur sine sala-
rio, ac stipēdio, vti Barbaris, seu mauis anima-
libus brutis. Vnde non est dare societatem in-
ter Dominum, & seruos, sed potius superiori-
tatem, & subiectionem: Vnde fuerunt consti-
tuti aquarij, lignarijq; in Templo, & perpetuo
211 ibidem mancipati seruitio, & † dicti Nathi-
nęi, idest dati, vel donati Templo ad seruien-
dum. Permisit etiam Dominus ad cōfusionem
Amorrheorum, permittendo minus malum, vt
euitaret maius. Præterea quoad Gabaonitas,
illi fraude, & tacita veritate obtinuerunt fœ-
dus, & societatem cum Iosue: figurarunt au-
212 tem illos † de longinquo venire, & esse de
longinquis regionibus, nec fuit à Iosue, & Is-
raelitico populo detecta fraus, nisi facto iura-
mento de eis non occidendis; vnde ista fraus
contra legem non fuit aliter operata scienter
à Iosue. Insuper, & si Ciuitas Gabaon esset He-
213 ueorum, † tamen statim fuit data tribubus Is-
raelitarum; illamq; obtinuerunt Leuitæ; quàm-
quàm Gabaon esset de Tribu Beniamin: vt pa-
tet Iosue. cap. 21. lib. 1. Paralipom. c. 9. & 16. de
his agit etiam Carolus Sigonius de Republ.
Hebræo. lib. 6. cap. 7. Quartum non obstat, quia
Dauid non fecit fœdus cum Achi Rege Geth,
vt bellum gereret, sed ad illum deflexerat fu-
giens à facie Saul eum persequētis, vt euitaret
mortem, cum ex Dei voluntate, & prouidentia
saluatus esset, quasi constituendus esset in Re-
gē Israel: nec aliquo modo militauit, bellumuè
gessit pro Achi, cum fuissent à Philistæis recu-
sati tamq̃ suspecti. vt patet in dicto 1. lib. Reg.
c. 29. Pugnauit autem Dauid contra Amaleci-
tas, quia acceperant Ciuitatem Siceleg, & du-
214 xerāt captiuas eius vxores, idq; bellum † fœ-
liciter gestum est, Deo Domino ita mandante.
vt habetur lib. 1. Reg. c. 30. Quintum non ob-
stat, quia promissio à Deo Abrahæ facta, & se-
mini eius, non fuit ad exercenda bella, sed pro
215 Christo venturo, ac nascituro, & † Ecclesia
fundanda. Sextum non obstat, quin immo fa-
cit pro opinione nostra, vt diximus in primo
argumento. Septimum non obstat, quia si ex-
aduerso consideratum fuisset illud fundamen-
tum, non fuisset allegatus ille contextus pro
eorum opinione, tamq̃ ipsis cōtrarius: Ex quo
tribus Israel percusserunt fœdus cum Dauid,
& conuenerunt ad eum in Hebron, vbi vnxe-
runt ipsum in Regem: vnde non fuit initum
fœdus cum extraneis, sed cum suis, qui conue
nerunt in eam Ciuitatem ad vngendum eum
in Regem: & licet Ciuitas fuisset Philisthino-
rum, tamen per prius in ea dicebantur sepul-
216 ti quatuor Patriarchæ, Adam, Abrahā, † Isaac,
& Iacob, (licet quoad Adam, dicāt aliqui, fuis-
se Caluariæ sepultum) quæ Ciuitas similiter
fuit Leuitarum, anteq̃ Dauid esset, eratq; vna
ex Ciuitatibus refugij: vt habetur Genesi c. 35.
& lib. 1. Paralipom. cap. 3. Octauum non obstat,
quia Iephte dum fecit Fœdus cum Israelitis,
217 fecit illud cum suis, non † alienigenis: Iephte
enim Israelitarum Iudex fuit. vt habetur Iu-di-
cum cap. 12. Et natus, ac sepultus fuerat in Ci-
uitate Galaad, quæ Ciuitas fuerat tradita lon-
go antea tempore, dimidiæ tribui Gad, & di-
midiæ tribui Manasse; quam prius è manibus
Amorrheorum cœperat Galaad filius Machir,
qui fuerat filius Manassę. de hoc habetur Num.
c. 32. Deuteron. c. 3. Iosue cap. 13. & alibi etiam
lib 1. Paralipomenon c. 2. & voluit D. Hieron.
de locis Hebræis. in verb. Galaad. Nonum non
obstat, quia Amsai, & cæteri erant Israelitæ, vn
de contraxit societatem cum suis, & non cum
extraneis. Decimum similiter ex eadem causâ
non obstabit, quia & si Dauid contraxit socie-
tatem, & amicitiam cum Ionatha filio Saul, tñ
erant eiusdem gētis. Vndecimum, & vltimum,
habet eādem resolutionē, vt præcedens. Post-
quam absolui hanc quęstionem reperi illā agi-
tasse Octauian. Cacher. in dispur. post decision.
qui nonnulla dixit, quæ ego nō tetigi, & è con-
uerso. Hāc opinionem alios referens nouissi-
mè dum hæc transcribūtur tenuit Fab. de An-
na in consil. 7. nu. 12. vol. 1. nunc meritissimus
Regius Consiliarius, nuper vita functus. Con-
clusio itaq; remanet, nō licere Christiano Prin-
cipi contra Christianum Principem, vti Infide-
lium hominū auxilio. Id tamen totum Catho-
licæ Ecclesiæ Romanæ Iudicio remitto.

Hinc impietatis, & dedecoris vitio vertunt
Ioan. Pannoniæ Regi, qui vt Austriacorum in-
tentionem bello eluderet, Turcarū auxiliares
218 copias habuit, † à quibus eo inductus exti-
tit, vt fœdè eorundem Turcarum Principi ser-
uitia

uitia, ac obsequia pstare coactus fuerit. Eodē modo Franciscus Primus Galliæ Rex, vt Nyciā
219 †Ciuitatem opprimeret Turcarum societatem contraxit, Aenobarbo militiæ Principe vtens, à quo tādem Nycienses in maximā stragem suorum deducti sunt, & in nouissimos humanarum calamitatum cruciatus inciderunt: vt sunt authores Ioannes Zilius in Chronico Regum Galliæ, & nouissimè Arnoldus Ferro. Rerum Gallicar. lib. 9. in Francisco primo. Sic
220 Elizabetha Angliæ Regina†cum suis confœderatis eiusdem farinæ, quæsiuit cum Amurathæ Turcarum Principe, vt suos impelleret ad Hungariæ, & Boemiæ Regna infestanda aduersus Rodulphum Imperatorem, & Brutios, Metapontinos, Tarentinosq; & alia Regni Neapolitani loca, & Philippum Regem Catholicum cunctaret; vt ijs distracti Principes Christianitatis supremi, & ipsa respiraret. Vtinā, & ipsa ad cor redeat, & ecclesiæ vnitatē foueat.

Nunquid autem clerici, alijq; sacris ordinibus insigniti, possint proprijs manibus, ac per-
221 sonis†iustum bellum gerere? Breuiter dicendum est, etiam si iustum bellum fuerit, similibus personis bellare minimè licere, nec enim possunt, etiam iusto in bello, manu sua, mutilare, vel occidere, quin irregularitatem incurrāt. c. Petitio. vbi Ioan. Andr. Calderin. Cardin. Felin. & alij. extra. de Homicid. c. Clericis. 23. q. 8. Quinimmo, & si ipsi eorum manibus non mutilent, vulnerent, vel occidant, sed hortentur oc-
222 cidentes, dicendo, date, † vulnerate, occidite, fiunt irregulares. Specul. in tit. de dispēsat. §. Iuxta. vers. Clericus ergo. Siluester de Prierio in summa. §. Bellum. il 3. q. 2. Diuus Thom. in secunda 2. q. 40. & 64. artic. 4. cū multis alijs ad satietatem relatis à Petro Cenedo in Collectan. iuris Canonici 59. num. 2. parte 1. plura dum hi commentarij typis dati sunt, de ea re scribit nouissimè Flaminius de Rubeis. in consil. 15. num. 12. cum seq. vol. 1.

Primò declara, secus esse, mandante Ponti-
223 fice, quia absq; irregularitatis periculo, †dare potest clerico pugnandi licentiam in bello iusto, cum irregularitas sit de iure positiuo. c. Is qui. de sentent. excomm. in 6. & ità voluit Calderin. in dicto cap. Petitio. & Armilla. in §. Bellum. num. 40.

Secūdò declara, secus esse, si quis solummodo regat in bellò iusto, puta, quia gubernat clericus nauem pro resistendo hostibus, aut pro ipsis arcendis, aut fatigandis; quia tunc si nul-
224 la alia intentio subsit, †licitū est, & irregularitatem clericus non incurrit. Specul. in dicto. §. Iuxta. vers. clericus ergo. in fin. post Glos. in c. Quod in dubijs. de pen.

Tertiò declara, posse clericū, ac religiosum in bello iusto, ad pugnam hortari, dicens, viri-
225 liter pugnate, vel similia verba. †c. Hortatu. c. Igitur. c. Vt pridem 23. q. 8. & c. Maximianus 23. q. 3. & cap. Hadrianus 63. distinct. Siluester Prierius in d. §. Bellum. 3. q. 2. Martin. Nauar. in cōs. 1. nu. 16. vers. quinto. Quòd licet. tit. de his, quæ vi. Simon. Maiolus de irregular. lib. 5. c. 49. nu. 1. 2. & Aluarus Pelagius de planctu eccles. lib. 1. c. 48. col. 18. vers. Item clericus arma. Nec
226 † obest text. in d. c. Quod in dubijs. ibi (incitant) quia, vt ibidem dicunt Glos. & Innocent. ac alij, intelligunt, de incitantibus in bello iniusto: Sic præsentialiter sub Ioan. Hunniade
227 B. Ioannes de Capistrano † exercitum exhortabat Turcarum Tyranno obsidente Bellogradum, quam Albam Grçcam vocant, quo die ex Turcis quadraginta circiter millia occisi sūt, maximaq; victoria reportata: de quo Beati Ioan. de Capistrano actu, & vita latè Aeneas Syluius in Historia Boemica. Io. Tritthemius de scriptoribus ecclesiasticis. Latè eius vitæ scriptores Nicolaus Fara, Hieronymus Vtinensis, & Christophorus Varisiēsis, & insuper Flauius Blondus de Italia illustrata. Region. 12. Albert. Crantius in Saxonia. lib. 11. cap. 35. & in Metropol. lib. 11. c. 39. Vuolphgangus Drechselus in Chronico de reb. Turcicis. in anno 1456. sub Alphonso Cardinali de Carauagial Hispano pro Papa militante fuisse scribit Nicolaus Dolionus Histor. lib 4. latè etiam Franciscus Gonzaga in Historia Seraphica Frācisc.

Supradicta omnia procedere intelliguntur in bello iusto, quia in bello iniusto, quocunq; modo Clerici, ac Religiosi adsint, irregularitatem incurrunt, etiam si adsint sine armis, vel
228 Præfecti, aut tribuni militū officiū, quis † assumpserit: vt notatur in d. c. Quod in dubijs. & in c. Sentētiā. Ne cleric. vel monachi. c. Si quis post. distinct. 51. Panor. & Felin. in d. c Petitio. Specul. in d. §. Infra. vers. Sed nunquid clerici. Syluester. in d. §. Homicidium. & Maiolus in dicto cap. 49. sub num. 5.

In hoc Regno Neapolitano Barones tenentur Regi seruire in bello, cū illis equis, tribus
229 mensibus, si ex† Feudo habeat annuas viginti vncias: vt latius dixi supra c. 18. nu. 53. vsq; ad nu. 63. inclusiuè. cuius loco diximus ibidē successisse annuam solutionem Adohæ, de his habetur in c. Regni. Item statuimus ꝙ Comites, Barones, & alij. Sed est aduertēdū, quòd istud
230 † seruitium præstatur à Baronibus, quando bellum est in Regno Neapolitano, vt cōcludit Andr. de Iser. in c. 1. §. Sed nec est alia iustior. nu. 34. Quæ sit prima causa benefic. amittend. & dixi etiam. cap. 20. num. 53.

ARGVM. CAP. XXXIII.

Regalis iuris est, immunitates, ac priuilegia concedere. Sexdecim regulis materia est ad plenum enucleata.

COM-

COMPENDIUM.

1 *Immunitatis concessio denotat Priuilegium.*
2 *Principis proprium est à collectis, & muneribus immunitatem concedere. num. 3. 4.*
5 *Priuilegio aliquid concedi, contra ius est.*
6 *Priuilegium dicitur lex priuata.*
7 *Legem condere, ad Principem spectat.*
8 *Priuilegium, secundum ius commune, priuilegium non appellatur, nisi concedatur inhabili.*
9 *Priuilegia immunitatum tendunt contra Fiscum, & sunt damnosa.*
10 *Vtilitas publica priuatæ præfertur.*
11 *Quod portatur à pluribus, melius portatur, quàm à paucioribus.*
12 *Princeps concedens alicui Collectarum Immunitatem, an compenset quantitatem, immunitatis in sua partione? num. 13.*
14 *Immunitas concessa, non extenditur ad munera ordinaria à iure stabilita.*
15 *Priuilegium immunitatis, non extenditur ad munera patrimonialia.*
16 *Priuilegium immunitatis vni concessum pro aliqua re, pro eadem si soluit, concessionarius non obstringeretur ad soluendum, si concedens prius non soluisset.*
17 *Priuilegium censetur immunitates concessisse, quæ ad concedentem spectabant.*
18 *Priuilegium strictè interpretatur, si ad alicuius importunitatem concessum fuisset, secus si motu proprio. num. 19.*
20 *Priuilegium si est amplissimum extenditur ad omnia immunitatum capita.*
21 *Immunitatis Priuilegium extenditur etiam quoad bona postmodum quæsita.*
22 *Quæsita postmodum, non includuntur Priuilegio immunitatis concesso, si per verba simplicia; secus si per verba generalia amplissima.*
23 *Immunitatis priuilegium concessum personæ, extenditur ad bona præsentia, & futura.*
24 *Priuilegium immunitatis habet locum etiam in bonis postea quæsitis per subrogationem bonorum priorum, quibus concessa erat immunitas.*
25 *Bona subrogata gaudent priuilegio bonorum eorum loco subrogatorum. num. 26.*
27 *Priuilegium immunitatis concessum à Principe iura Imperij habente, tunc id ad quod tenebatur immunis, respiciet cæteros de vniuersitate.*
28 *Priuilegio immunitatis non obstante, tenetur tempore belli priuilegiatus soluere.*
29 *Priuilegium immunitatis concessum alicui, an extendatur ad eius colonos? num. 30. & 31.*
32 *Priuilegium immunitatis, non afficit vniuersitatem, nisi adsit clausula, non obstante.*
33 *Vniuersitas cognoscens superiorem, an concedat immunitatem. num. 34. 35.*
36 *Vniuersitates in Regno Neapolitano nec directè, nec indirectè possunt alijs donare.*
37 *Intellectus Prag. Incip. Perche. §. 18. sub titulo de Administrat. vniuers.*
Intellectus Prag. Ducis Ossunæ. Incip. Ancor che.
38 *Immunis, & priuilegiatus, non solum gaudet immunitate, sed debet esse particeps omnium vtilitatum, & redituum communium.*
39 *Priuilegium immunitatis, non extenditur ad solutionem Laudemij.*
40 *Priuilegia immunitatum conceduntur ob sexuum, & corporum debilitatem, numerum liberorum, paupertatem, conditionem, ordinem, dignitatem, religionem, absentiam Republicæ causa, & alia, quæ declarantur.*
41 *Immunitatum priuilegia probanda sunt.*
42 *M. Antonius Philosophus edixit, vt prætendentes immunitatem per documenta ostenderent.*

CAP. XXXIII.

1 IMmunitatis cõcessio † denotat Priuilegium,
vt voluit Bartol. in l. Nec infames. nu. 1. C. de
decur. lib. 10. A collectis enim, & muneribus,
nemo immunitatem concedit, nisi Princeps,
2 cuius† proprium est. vt in l. Sunt munera. ff. de
vacat. muner. & habetur in l. 1. C. de his, qui à
princ. vac. & habetur in toto tit. C. de immun.
nem. conced. Bart. in l. 2. nu. 1. ff. de iur. immun.
& in d. l. Nemo. in princip. Luc. de Penn. in l.
Contra publicam. vers. 13. & 14. C. de re milit.
lib. 12. Io. Cephal. in consil. 58. vol. 1. & nouissimè
Surd. in consil. 278. nu. 7. vol. 2. Vndè optimè
Io. de Platea. in d. l. vnica. C. de his qui à
princip. lib. 10. censuit: Idcirco, concessionem
3 priuilegij immunitatis, † esse principibus reseruatam,
nec alijs passim Iudicibus, aut superioribus
Magistratibus tributam, quia plures
essent, qui priuilegia immunitatis acquirerẽt,
illaq; facilè precibus, prece, pretio, aut ambitione
assequerentur: & idcirco ferè nullus esset,
qui munera solueret: & sic esset malè Regi,
& Reipublicæ consultum. Aliam reddidit rationẽ
Io. Mauritius in rep. l. Vnicæ, C. quo loc.
mul. mun. sub. col. mihi 291, vers. Cui, & alia annecti
poterit. Idcirco scilicet, Principi facultatem
hanc reseruatam fuisse, in supremæ potestatis,
ac superioritatis effigiem, eo quòd ad
4 solum Principem † spectet illam concedere. qđ
& voluit Cardinal. Paris. in cons. 69 in princip.
vol. 1. Petrus Belluga in Specul. Princip. rub. 46.
in princ. n. 7. vbi dixi in verb. Vacuatis. Ioseph.
Ludouic. in decis. Perusin. 3. num. 4. Io. Bodin.
de Repub. lib. 1. cap. fin. nouissimè Carol. Tapia
Regius nunc Consiliarius de Const. Princip.
in rub. cap. 4. nu. 30.
Nec mirum, quia cum priuata quædam lex sit
5 Priuilegium, & sit contra Ius cõmune † aliquid
concedi per priuilegium: vt in cap. Abbate. de
verb. significat. l. Ius ciuile. ff. de iust. & iur. l. 1.
C. de Thesaur. lib. 10. Bartol. in l. Nulla. ff. de le-
6 gi. Et idcirco dicitur † lex priuata. Bald. in l. Eã
quam. col. 10. vers. Interrogatus fui. C. de fideicom.
& in l. Quæ ex relationib. C. de leg. Alex.
in

in l.Beneficium.ff.de Constit.Princip.sequitur,
7 quòd cum ad Principem spectet † legem condere,vt latè dixi supra.cap.31.ad eundem etiã spectat immunitatum priuilegia concedere, quæ dicuntur priuatorum leges,& ideo Priuilegium secundum Ius commune priuilegium
8 † non appellabitur, nisi concedatur Inhabili. Innocent.in c.1.de Rescript. Nam ea appellat leges Priuatorum . Isidor. lib.Ethimolog 9. c. 18.& habetur in c.Priuilegia.4. distinct. Gloss. in c.1.in verb.Noscatur.de const.in 6.

Immunitatum tamen Priuilegia,non ità facili via à Principibns conceduntur, nec ità passim à Magistratibus probantur; tendunt enim
9 contra Fiscum,& ei sunt † damnosa. l.fin. C. Si contra ius,vel vtilit.pub.l.1.C. de Præcib. Imper.offeren. Maximè etiam cum alijs damnum inferant, quibus iniunguntur illa munera, atque onera persoluenda,in quibus immunes fierent priuilegiati; adeo,vt commodum priuatũ præferreretur vtilitati publicæ,contra ordina-
10 riam † iuris Regulam. l.Actione. ff. Pro soc. l. Vnica.§.pen.C.de Caduc. toll.quia prius portabatur à pluribus, quod postmodum portabi
11 tur † à paucioribus.l.Omniũ.C.de omni agro. desert. Et ideo dicuntur immunitates contra publicam vtilitatem. per Gloss. in l. Si ita scriptum.ff.de leg.2.Petr. de Anchar. in cons.269. Io.Cephal.in cons.553.nu.15. vol.4. Propterea ad dilucidationem materiæ huius, faciam aliquas conclusiones,ex quibus illa fiet clarior.

Prima declaratio est facienda:Quod immunitatis Priuilegium,concessum à Principe potestatem habente, intelligitur, vt portionem illius, cui immunitas conceditur, imputet Princeps sibi in suam partem; ità quòd tanto
12 † minus exigat ab illa Ciuitate, vel communitate, quanta est immunitas concessa. arg. l. Actores. vbi hoc voluit Luc.de Pen. C. de exact. Tribut.lib.10. ante ipsum specul. in tit. de Censib.§.Nunc dicendum.vers.Quid si vniuersitas. vbi dicit,quòd si qui eximuntur ab annua solutione superiori debita per aliquam vniuersitatem, eo casu portiones exemptorũ, & priuilegiatorum, nõ tenebuntur soluere alij eiusdem vniuersitatis. Ità etiã Io.Andr.& Hostiens. in c.2.de Immunit. Eccles. Gulielm. de Cun.Rayner.de Forlin.& Alberic. de Rosat.in l.Si vnus.§.Si Pactus. vbi & Angel. ff. de Pact. Henric.Bohic.post Gloss.in c.Pastoralis. in fin. de Priuileg.Petr.de Anchar.in cons.260. col.2. vbi inquit; Quòd si vniuersitas alicuius terræ debet annuas centum libras superiori, & ille à dicta solutione aliquem eximit, dicta portio
13 exempti † ex computatur concedenti.Ità etiã Alex. in cons.136.col.4.vers.Imò fortius.volu. 2. Vbi dicit: A tali portione exempti vniuersitatem exgrauandam.Anton.Capic.in Inuestit. Feudali.§.Feudorum Clausulę.in verbo Collectis.col.15.vers. Priuilegiatus à Principe. fol. mihi 123. sequitur hanc eandem opinionem; Ias.in l.Auus neptis. nu.9. ff.de Pact. Nicolaus Festas. in tract.de Æstimo. par.4. cap.2.nu.71. vers. Contrarium videtur.& num.82.vers. At si immunis. Io.Cephal.in cons.58.num.49.vol.1.

Secunda declaratio sit:Quod immunitas alicui simpliciter concessa,non extenditur ad mu
14 nera † ordinaria à Iure stabilita. l. In honoribus.§.Qui muneris.ff de vacat. & excusat.muner. Bart.& alij in l.1.C. de Vacat.pub.mun.lib. 10.latè Io.de Amic.in cons.18.nu.6.cum pluribus seq. quẽ sequitur Nicol.Festas. de Aestim. par.4.cap.7 nu.46.Alex.in cons.30. nu.14.vol. 5.Octauian.Cacheran in decis.Pedem. 95.nu. 50. nouissimè dum hæc prælo dantur. Io. Petr. Bimius in cons.12.nu.56.vol.1.

Tertia declaratio sit:Quod Priuilegium immunitatis non procedit, quoad munera patrimonialia: his enim oneribus, quæ patrimonio
15 indicuntur,† nulla priuilegia præstant vacationem.l.His oneribus.in princ. ff.de Vacat.mun. l.Qui immunitatem.C.de Munerib.Patrim.lib. 10.Alex.in d.cõs.30.vol.5.Luc. de Pen.in Rub. C.de excus.muner.nu.2. libr.10.Steph. Aufrer. in Decis.Tholos.348.in fin.Gerard. Mazzoll.in consil.70.num.13.vol.1.

Quarta declaratio sit: Quod habentes bona Principis sibi concessa, gaudebunt eadem im-
16 munitate,qua † antea gaudebant,vt consuluit Riminald.Senior.in cons.202.nume.4.vol.2.& post ipsum in concessione facta quorundã Territoriorũ Comiti Friderico Masseo per Serenissimum Ducem Mantuæ: quòd gauderet cõcessionarius eadem prærogatiua scripsit Barthol. Bertazzol.in cons.ciuil.42.nu.6.vol.1.

Quinta declaratio erit : Quod immunitatem concedens, censetur facere immunem illorum tantum onerum, de quibus eidem concedenti solutio , vel portio aliqua spectabat; Secus erit in alijs fortè oneribus , ex quibus
17 † deberentur solutiones alijs personis, quàm concedenti. vt post Gregor. Lopez.in l.11. tit. 18.in verb.Lo el deue hauer. partita 3. Voluit Carol.Tapia. de Constit. Princip. in Rub. c.4. num.35.& vltra eos Capell.Tholos.in d. decis. 348. vbi etiam Stephan. Aufrer. in Apostill.

Sexta conclusio, ac Regula sit : Immunitatis Priuilegium,tunc demum esse obseruandũ, quando proprio eiusdem Principis,ac potestatem habentis, Motu, concessum foret ; secus verò,si ad alicuius petentis importunam instã-
18 tiam esset obtentum; tunc enim , aut † nullum est , aut strictè interpretandum. l.fin. C. Si contra ius,vel vtilit.pub.l.Siquis fine. C.de Vectigal.& commiss l.Vacuatis. C.de Decur.libr. 10.Ioan Andr.in c.Peruenit.de Immun.Eccles. Steph.Aufrer.Ad Capell.Tholos. in decis.348. Quando autem proprio Principis motu con-
19 cederetur,tunc Immunitas † seruanda foret, & fiet latissima interpretatio. Io.Andr.vbi supra.

pra.& ibidem Abb.Panor.num.16.Tho.Grammat.in deciſ. Neap 59. num.55. Marc. Anton. Natta in conſil.340. num.6. vol. 1.& nouiſſimè Io.Petr.Surd.in conſil.140.nu.59.& 60.vol.2.

Septima concluſio, ac regula ſit: Quod vbi priuilegiũ immunitatis eſt conceſſum ampliſſimè, ab omnibus, & quibuſcunq; muneribus, & impoſitionibus, ordinarijs, & extraordinarijs, realibus, & perſonalibus, impoſitis, & imponendis, tunc priuilegiatus conſequitur plena-
20 riã immunitatem.† Bart.in l.2. ff.de iur. immu. Steph.Aufrer.ad Capel.Tholoſ.in d.deciſ.348. in fin.Io. Ceph.in conſil.150. nu.9.vol.1. Mazzoll. in conſil. 70. num. 15. vol. 1. dico latè in conſil.1.centur.2.

Octaua declaratio eſt: Quod immunitatis priuilegium extẽditur, etiam quoad bona poſt
21 modum† quæſita.cap.Quia circa. de priuileg. Bart.in conſ.59.Commune Spoleti.nu.4.Alex. in conſil.178. col.3.verſ.Ego pro hoc adduco. vol.2.I.C.Eruditiſſimus Fabius de Anna.Regi' nunc motu proprio creatus à Rege Catholico Conſiliarius in ſingul.698. poſt opera Ioan. Vincentij Annij ſui Genitoris. Bertazzol. in conſil.ciuil.27.nu.30.vol.2.Natta in conſil.66. num.13.& in conſil.160.nu.23. vol.1.Franciſc. Burſat.in conſil.16.num.77. vol.1.Aug.Berous in conſil.173. num.27.vol.1. Iacob.Menoch.in cõſ. 106.nu.269.vol.2. Carol.Ruin.in conſ.217. nu.17.vol.1.Surdus in conſil.262.num.5.vol.2. Cardinal.Patiſ.in conſil.68.num.7. 10.vol.1.& plures alios allegans Octauian. Cacher. in deciſ.Pedem.136.num.1.Idem Fabius Anna dum hæc tranſcribuntur. in conſil.61.nu.15.vol.1.

Mollienda tamen eſt ſupradicta Regula, ac
22 declaratio, quòd tunc procedat, quando† per verba ſatis generalia priuilegiũ eſſet conceſſum: Secus ſi ſimpliciter: qa tunc bona poſtmodũ quæſita non cõpræhendunt, vt poſt alios dicit Ægid.Boſs.in tit.de Principe. nu. 154.

23 Secundò mollienda eſt, vt procedat, † quando eſſet conceſſa immunitas perſonæ, vt eo caſu compræhendat bona præſentia, & futura: vt poſt Alexan.in conſil.193.Incip.Ex præmiſſo. col.2. vol.2. & Cardinal.Pariſ.in conſil.68. vol. 1. voluit illos referens Iacob. Menoch. in conſil.70.num.2.vol.1.

Nona declaratio, ac regula erit: Quod priuilegium immunitatis procederet etiam in bonis ſubrogatis in locum bonorum, quæ fortè
24 habuerant immunitatem† antea. vt per Bal.in conſil.112.nu.4.vol.1.vbi inquit: Regulariter, priuilegium immunitatis conceſſum, non extendi ad bona poſtea q̃ſita: niſi illa bona ſuccederent in locum illorũ priorũ bonorum priuilegiatorum, quia per illam ſubrogationem cenſentur eſſe loco priorum, cum eadẽ prærogatiua, † & immunitate, & cauſa.arg.l.Si rẽ, & pretiũ.ff.de petit.hæred. l. Venditor hæreditatis. ff.de hæred.vel act.vend.l.Cum tabernam.ff.de pignor. cũ ſimilib.allegatis per Alex. in dicto conſil.193.vol.2.& Matth. de Afflict. in c. 1.in verb. Portus.nu.18. Quæ ſint Regal. vbi dicit:
26 Quod immunitas † non extenditur ad bona poſtea quęſita, niſi ex prioribus bonis radicem trahant. & nouiſſimè Syluest. Aldobrandin. in conſil.63. num.19. vol.1.

Decima declaratio, ac Regula erit: Quod vbi immunitas eſt conceſſa per Principem ſupremum, & habentem iura Principis, ac Imperij, tũc omne onus pro quo ille priuilegiatus gaudet immunitate, reſpiciet alios de Communi-
27 tate, Ciuitate, † ac alios illius populi: vt voluerunt Io.Andr. & Panor.in d. c. Peruenit.Felin. in c.Accedentes.num. 7. de præſumpt. Steph. Aufrer. in Capell. Tholoſ. in d. deciſ. 348.ſub concluſ.4. Hierony.Cagnol.in l.2.nu.216.C.de pact.int. empt. & vend. & alios referens Barthol. Bertazz. in conſil.ciuil.27.num.33.vol.1. Menoch in conſil. 70. nu.9.vol.1.

Vndecima declaratio erit: Priuilegij immunitatem belli caſum nõ reſpicere: quia illa non obſtãte, priuilegiatus tenebitur ſubire bellica
28 onera. † Alex. in l.Si ex toto. vbi ff. de leg. 1. Paul.de Caſtr.in l.Ad inſtructionẽ.in fi.C.de ſacroſ.eccleſ.Bald.in conſ.106.vol.5. Io.Frãciſc. Ripa.in tract.de Peſte.tit.de remed.pręſeruat. num.16. Io. Baptiſta Plotus.in conſil.96.vol.1. Alex.Raud.de Analog.lib.1.c.22. nu.30. Franciſc.Burſat.in cõſ.16.nu.71.& 72.vol.1.M.Ant. Natta in conſ.63.& 65.vol.1.Octauian.Cacher. in deciſ.Pedem.38.nu.10.& in deciſ.91.per totum.Franciſc.Marc.in deciſ.Delphi.458.vol.1. Io.Cephal.in conſ.451.nu.294.vol. 4. habet tamen hæc opinio multas limitationes, ac ſub declarationes de quibus per Nattam vbi ſupra. & Io. Cephal.in conſ.58. vol.1.& Io.Petr. Surd. in conſil.146. ſub nu.20. vol.1. & ego latiſſimè in conſil.1. centur.2.

Duodecima declaratio, ſiue regula eſt: Quod eadẽ immunitas non trãſit ad colonos partiarios, & conductores: Sed hoc non obſtante con
29 ductor tenebitũ ad onera; † vt dicit Io.de Amic. in cõſ.18. per totũ.quẽ refert, & ſeq̃tur Nicol. Feſtaſ.de Æſtimo.par.4.c.7.num.49. hoc idem tenuit Io. Cephal. in conſ.553. nu.32.vol.4.faciunt notata per Duen.regul.100.Ampliation. 2.Vincent. Carroc. de locat.& conduct. par.2. tit.de colon.priuilegiat.& in tit.de iur. immunitatis.Petr.Anton.Anguſſola in conſ.21.nu.5. lib.7.Quod aute eos tenuerant Frideric.de Senis. in conſ.111. col.4. verſ. Item quæritur an Ruſtici. Bald.in conſ.31. vol.1. Auguſtin Bero. in conſ.173.nu.67.vol.1.

Sed contrarium tenuerunt idem Feſtaſ. p.4. cap.2. num. 50. Cum pluribus ſeq. Octauian. Cacheran.in deciſ.Pedem.83. per totum.quos refert.& ſequitur Franciſc.Burſat.in conſil.16. ſub num.78.vol.1.Gerard Mazzol.in conſil.70. num.24.vol.1.

Sed dicendum est breuibus : Quod si loqui-
mur, an priuilegiatus possit transferre ius suæ
immunitatis in colonum : & tunc dicẽdum est
30 non posse:† & hoc modo procedit dictum Io.
de Amic. in d.consil. 18. & Festasij in d. par.4.
cap.7.num.49. maximè quando immunitas est
concessa personæ:quia tunc nõ egreditur per-
sonam ipsius priuilegiati. Aut immunitas est
31 realis,concernens†ipsas res,& fructus,& tunc
procedit secunda opinio, quòd coloni partia-
rij erunt immunes ob illam portionem rerum,
& fructuum. vt voluerunt Nicol. Boer. In decis.
Burdegal. 213. num.18. in fin. Anton.Capic.in
Decis.12.Carauit. in ritu.66.num.26.cum alijs
allegatis per Vincent. Carrocium. de locat. &
cond. parte 2. tit.de collect. num. 8. & par. 3.
tit. de decim.

Decima tertia declaratio erit : Priuilegium
immunitatis nõ afficere vniuersitatem, & com
munitatem, nisi in eo sit clausula non obstan-
32 tibus.† d.l. Vacuatis.& l. Nec damnosa. C.de
præcib.Imperat. offerend. vt voluit Aufret.ad
Capell.Tholos.in d.decis.348. Ante eum Alex.
in consil.101.vol.1.

Decima quarta declaratio sit: Posse Vniuer-
sitatem,seu Ciuitatem,ac Cõmunitatem,etiam
si recognosceret superiorem, cõcedere immu-
nitatem ex causa,& ob seruitiorum remunera-
33 tionem: probanturq; seruitia eius†vniuersita-
tis assertione.Ità Alex. in d. consil. 101. vol.1.
in consil. 30. in tertio dubio.vol.5.Ias.in cons.
101.vol.4. Carol.Ruin. in consil.175.col.3.&
in consil.217.vol.1.quos refert,& sequitur Ro-
land.à Valle in consil.5. num.8.cum seq.vol.1.
& Guidus Pancirol.in consil.157.& 158.vol.1.
Declara tamen posse hoc fieri per vniuersita-
tem,vt possit concedere immunitatem ad tem-
34 pus, etiam sine † superioris permissu, vt post
Bartol.in l.2.ff. de iur. immun. & in d.l.Vacua-
tis. in fin. voluit Elbertus Leoninus in consil.
87.num. 6. Declara secundò,posse vniuersita-
tem totalem,& perpetuam immunitatem con-
35 cedere, accedente tamen assensu†Principis.vt
in d.l.Vacuatis. & in l.1. C. de his qui à Prin-
cip.Idem Elbertus in dicto consil. 87. num. 7.
36 Declara tertiò secus in Regno †Neapolitano:
quia directè,vel indirectè prohibentur vniuer
sitates donare,vel relaxare. vt in prag.5.Incip.
37 Perche.† § 18. de administrat. vniuers. & alia
pragmatica emanata tẽpore Ducis Ossunæ in-
cip.Ancorche.facta in anno 1584.prohibentur
Vniuersitates facere Cõgregationẽ pro facien
da aliqua donatione,etiã locis pijs,sine licen-
tia Regia.Et fuit factũ ad obuiãdũ latrocinijs,
q̃ fiũt, per administratores Vniuersitatũ,q po-
nebant quantitates magnas dedisse ecclesijs.

Decima quinta declaratio,& regula sit:Quòd
immunitatis Priuilegio munitus, non solũ gau
debit ea immunitate, sed gaudebit omnibus
38 vtilitatibus,† & reditibus communibus. arg.l.
Municeps. ff.ad municip. Alex.in cõs.32.vol.5.
Marc. Anton.Natta In consil.44.num. 4. vol.1.
quos refert,& sequitur Surd.in cons.58.nu.10.
& seq.vol.1.

Decima sexta declaratio,& regula sit:Quòd
priuilegium immunitatis nõ extenditur quo-
39 ad solutionem Laudemij quod debetur, †im-
munitatis priuilegio non obstante. vt voluit
Marian.Socin.Nepos.in consil.70.nu.29.vol.3.
& Iacob.Menoch.in consil.297. vol. 3.

His sum breuissimè contentus quoad mate-
riam priuilegij immunitatis : Qui plura desi-
deraret, videat apud supra relatos Doctores
multa ab eis scripta, & nouissimè quem vidi
dum hæc exemplarẽtur, per Rolandum Caua-
gnolium in Obseruat.ad Montisferrati Decre-
tum.52.per totum. Conceditur autem immu-
nitas ob ætatem, sexum,corporis debilitatem,
40 numerum † filiorum, paupertatem, conditio-
nem,ordinem,dignitatem,religionem, absen-
tiam Reipublicæ causa, remunerationem ser-
uitiorum præstitorum. Ludouic.Carbon.de le-
gib.lib.9. cap.7.

Immunitatum autem priuilegia non præsu-
muntur, sed tamquam in facto, & contra ius
41 † emanata probanda sunt. Vnde M.Antonius
Philosophus, publicos Tabellarios constituit,
vt si quisquam liberalem †causam prætẽderet,
eiusdem libertatis, & immunitatis priuilegia,
ac documenta per publicas attestationes, Ro-
mam ferret. vt post Iulium Capitolinum in
M.Antonio Philosopho, scribit Alex. ab Alex.
Dier.Genial.lib.4.cap.10.

ARGVM. CAP. XXXIV.

Scholas, in quibus publicè legatur, siue Studia, & Vniuersitates, Collegiauè instituere ad Principem pertinet.

COMPENDIVM.

1 *Collegia, Congregationes, Scholæ, Academiæ inconsulto Principe fieri nequeunt.*

2 *Congregationes, & Academiæ idcirco requirunt Principis authoritatem, ne sub intuitu boni, malum coeatur.*

3 *Numa Pompilius Sodalitia Romæ primus instituit: Tarquinius superbus illorum conciones prohibuit.*

4 *Concilia Achaicarum nationum, ne in perniciem Romanorum coirent, Memmius Consul aboleuit.*

5 *Ius visitandi Collegia à Concilio Tridentino Prælatis commissum.*

6 *Collegia, Academiæ, & Studia ex legitima præscriptione immemorabili introducta regulatur, vt alia ex Principum concessione. nu.9.*

6 *Immemorabilis præscriptio vim tituli habet. nu 9.*
Collegia artificum approbatorum non veniunt sub prohibitione Collegiorum.

8 *Studia, Academiæ, & Collegia Studiorũ causa, non veniunt*

veniunt sub prohibitione collegiorum, & monopoliorum.

9 *Studia, & Collegia, atq; Academiæ præscriptione quæsita, non extenduntur ad actum magisterij, & Doctorandi.*

10 *In Ciuitate Salernitana ex præscriptione immemorabili, promouentur ad gradum Doctorādi in Philosophia, medicina, & artibus.*

11 *Ius erigendi Studia, & Academias solius Principis est nu. 15. 16.*

12 *Principis authoritas in concedendis Academijs, & Studijs sufficit quoquomodo apparere.*

13 *Principes exhibent reuerentiam Studijs, & Vniuersitatibus.*

14 *In erigendis Studijs Theologicis Summi Pontificis authoritas requiritur.*

15 *Studium Dolæ in Burgundia, & Studium Louanij in Brabātia Martini V. Pontificis authoritate erectū.*

16 *An in Studijs erigendis requiratur, tum Pontificis, tum etiam Principis laici licentia?*

CAP. XXXIV.

Erigi, ac fieri minimè possunt Conuentus, Congregationes, Collegia, Scholæ, in quibus legatur, aut Vniuersitates, & Studia publi-
1 ca, non concedentibus, aut †mādantibus, Summo Pōtifice, Imperatore, Rege, aut alio supremo Principe iura Imperij habente. vt habetur. in proœm. Digest. §. Hæc autē tria. vbi Bartol. nu. 2. Bal. Alberic. & cæteri, præsertim. Hierony. Cagnol. nu. 233. & 147. & habet in auct. Habita. C. fil. pro patr. & notatur in c. 2. vbi Gemin. & alij Doct. de priuileg. in 6. & in Clem. 2. de Magistr. Glos. in Clem. dudum §. Ab olim. in verb. generalibus. de Sepultur. vbi Petr. de Anchar. in princ. nu. 9. & Cardin. & alij Latè M. Anton. Nat. in cōs. 657. nu. 1. vol. 4. & nouissimè Io. Gaspar Hortigas meritissimus in Regno Aragonū Regius Cōsiliarius in Respōso pro Gymnasio Cæsaraugustano. p. 1. nu. 16. & antea Io. de Vanquel. in d. c. 2. conclus. 1. de priuileg. in 6. & in d. Clem. Dudum. conclus. 3. vbi latè.

Causa vero, ob quam hi Conuentus, atq; Congregationes fieri prohibentur inconsulto Principe, eoq; non concedente, est; quia in illorum Cōuētibus, sub recti, ac bonorū operū specie, in Reipublicæ detrimentum nonnulla patrari possent, & sub prætextu boni huiusmodi, illicitū
2 †Collegiū coeatur. vt inqt Martianus Iurisc. in l. 1. ff. de colleg. illic. Vndè sub Nicoclis Cypriorum Regis persona Isocrates. Orat. 3. Neq; Sodaliria, inquit, neq; cōuentus præter meum cōsilium facite. Tales namq; cōuentus, in alijs rebus publicis exhuberant, in Monarchijs au-
3 tem noxij sunt. Vnde cum † Numa Rex Sodalitia Romæ, primus instituisset, Tarquinius superbus nihil melius putauit, q̄ dum illas sustulit, & illorū cōciones prohibuit: vt docet Dionysius Halicarn. lib. 6. Hinc oīa Concilia Phoocensium, Beotorum, aliarumq; Acharnanicarū
4 nationum, ne in†Romanorū perniciem coirēt, aboleuit Mēmi' Cōsul: vt docet Liuius lib. 35.

Rectè itaq; patres in Concil. Trid. Sess. 22. cap. 8. de reformatione statuerunt: Episcopos, etiam, tamq̄ Sedis Apostolicę delegatos, habere ius visitādi Hospitalia, Collegia quæcunq;,
5 ac Confraternitates†laicorum, etiam, quas Scolas, siue quocunq; alio nomine nuncupatas; Sic etiam eorūdem Studiorum, ac Vniuersitatum reformatio, in statu Romano Pontifici immediatè subdito, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, alijsq; committitur ab eodem Concil. Trident. sess. 25. c. 2. incip. Cogit. cuius Rei meminit Michael Timotheus de institut. visitādi. lib. 1. c. 36. Tract. 4. & in praxi visit. lib. 2. cap. 6. Paul. de Fusco, de visitatione Ecclesiæ. lib. 7. c. 19. nu. 2. Io. Frācisc. Pauin. in Baculo Pastoral. par. 2. q. 7. Petr. Suberti de vinea Christi. parte 2. cap. 9. Port. lib. 5. conclus. 6. ego dixi in consil. 81. centur. 1.

Quæ declarātur procedere, non solū quoad Studia generalia, & Vniuersitates, in q̄bus sciētiarum studia legātur ex priuilegio Principū, sed etiā si cui Ciuitati, vel vrbi hæc iura spectēt
6 ex antiquissima, & immemorabili † temporum præscriptione: vt post Iacob. de Aren. voluerūt Bart. in d. §. Hæc autem tria. nu. 2. vbi Bald. post Cyn. & Rayner. de Forliuio. Petr. de Anchar. in dicta Cle. Dudum. nu. 9. vbi Ioan. de Vanquel. conclus. 3. Iacob. Philipp. Portius in consil. 87.
7 nu. 9. quia præscriptio immemorabilis, vim†habet tituli, ac priuilegij. l. Hoc iure. §. Ductus aquæ. ff. de aqu. quotid. & æstiual. vt in simili latè probaui in consil. 32. nu. 52. 58. cum pluribus seq. centur. 1.

Sub prohibitione itaq; Congregationum, Collegiorū, & Monopoliorū, (de quibus abūdè dico de Magistrat. edict. lib. 3. c.... & in cōs.... per totum. centur. 1.) non veniunt Collegia artificū, ac aliorū, de quibus Doctores supra narrati scripserūt. Neq; etiā Scholæ, & Vniuersita-
8 tes, †studiorū causa congregatæ, atq; erectę, ob cōmune Reipublicæ bonū: cū sint ista Collegia à iure approbata. vt per Bart. in l. fi. nu. 7. ff. de colleg. illicit. Bal. Ludouic. Bologni. & Scodob. in auct. Habita. C. ne fil. p patr. Petr. de Iesuandier de priuileg. Doct. q. 81. par. 4. Horat. Lucius de priuileg. scholar. priuileg. 50. Iacob. Benius de priuileg. iurisc. parte 1. Priuileg. 10. Idē Hortigas in dicto patrocinio. par. 2. nu. 43. & Restaur. Castald. de Imperat. q. 110. casu 180.

Supradictā vero præscriptionē sufficere, quoad tribuendā facultatē legendi in aliqua Ciui-
9 tate, non tñ procedere dicūt, quoad actū† Magisterij, siue Doctorandi. vt dicit Bal. in d. §. Hæc autē tria. vbi eū sequitur Cagnol. nu. 143. cuius contrariū etiam video obseruari in Regno apud Ciuitatem Salerni, quæ non solum ex antiquissima, & immemorabili præscriptione tenet publicum studium scientiarum, sed

etiam quotidie, illud Collegium promouet ad
10 gradum Doctoratus, Artium Medicinæ, † ac Philosophiæ. Cætera vero pertinentia ad studia, vniuersitates, & Academias, & quibus in Ciuitatibus studia erigenda sunt, latissimè dico infra cap. 40. vbi videndum est.

Ius itaq; erigendi studia publica, vniuersitates, Collegia, & Academias, Baronibus, ac alijs inferioris notæ hominibus iura Principũ
11 nõ habentibus, non competit: sed soli † supremo Principi illud spectat: vt supra diximus, & post alios voluit Fracisc. Marc. in decis. Delph. 349. nu. 1. & 2. vol. 1. Renatus Choppin. de Doman. Franciæ. lib. 3. tit. 27. sub nu. 1. 25. Io. Vincent. Annius in allegat. 130. nu. 8. vol. 2. De qua Principum volũtate sufficit quoquo modo ap-
12 parere: † puta, quia aliquid donaret alicui Collegio, aut Academiæ, vel scriberet ad eandem Congregationem, illam vocando Academiam, Collegium, aut Sodalitium, ex simili enim nominatione, censetur suam authoritatem, & licentiam concessisse. arg. eorum quæ notantur in proœm. Decretalium. Quod Gregorius Nonus, Summus Pontifex, direxit Doctoribus, & scholaribus studij Bononiensis. Et sic Bonifacius VIII. in Proœmio Sexti, vt post Innocent. in c. Cum ab Ecclesiarum. de offic. ordin. voluit Panor. in d. Proœm. Decretal. nu. 4. Felin. nu. 24. Solent enim Principes ijs Academijs, Generalibusq; studijs, & vniuersitatibus, in quibus publica vertitur vtilitas, pro literarum, & studio-
13 rum euectione, reuerentiam † exhibere. vt in l. Quicquid C. de Aduoc. diuers. iud. cum ex ijs, omnium Togatorum ordo sumatur.

Summi Pontificis licentiam in erigendo Col
14 legio exquisitam esse dijudico, præsertim † vbi de studijs Theologicis esset tractãdum, aut saltem Episcopi. arg. cap. De quibusdam. 37. distinct. sic in erigendo Dolæ Gymnasio in Burgundia, & Louanij in Brabãtia, Martini Quinti
15 † Summi Pontificis diploma intercessit. Sed in
16 simili, & Sũmi † Põtificis, & laici Principis licentiam requiri, scribit Io. Faber in l. 1. nu. 7. cum pluribus seq. C. de sum. Trinit. & fid. Cathol. & in l. Tanta. num. 6. C. de veter. iur. enucleand.

ARGVM. CAP. XXXV.

Legitimare, & natalibus restituere de Regalibus est. An vnius Principis subditus, alterius Principis subditum legitimet? Legitimandi potestas concedi alteri, an possit? Septem conclusionibus hæc materia expletur.

COMPENDIVM.

1 *Legitimatio est ad Alchimiæ symbolum.*
2 *Spurios natalibus restituere ad Principem spectat.*
3 *Natalium defectum Princeps tollit. nu. 7.*
4 *Imperator, & Reges Natalibus restituunt.*
5 *Legitimatio solius Principis donum est.*
6 *Spurius omnis infamis, ac vilis conditionis.*
8 *Spurios legitimare de Regalibus est.*
9 *Seraphinus Oliuarius Rota Auditor meritissimus.*
10 *Potestas legitimandi à Papa, Imperatore, Rege, & Principibus delegari potest.*
11 *Naturales legitimandi potestatem habens, non comprehendit spurios.*
12 *Princeps vnus, an legitimet subditum alterius Principis?*
13 *Summus Pontifex in Statu Ecclesiastico legitimat quoad spiritualitatem, & temporalitatem.*
14 *Legitimatio facta per Papam, quo ad honores, & sacros ordines valet, etiam in terris Imperij.*
15 *Legitimatio Imperatorum non est habilis ad sacros ordines.*
16 *Legitimatio facta per Papam in terris Imperij, an valeat quoad successiones, & officia temporalia?*
17 *Imperator non potest legitimare filium sacerdotis, nec quoad temporalia.*
18 *Imperator, an vbiq; gentium legitimet quoad temporalia, & honores?*
19 *Princeps secularis non legitimat, vt quis succedat in Emphyteosi ecclesiastica. quid in priuata? nu. 20.*
21 *Legitimari quis potest, vt succedat in emphyteosi ecclesiastica à particulari potestatem habente, & in legitimatione ità dicatur.*
22 *Legitimatus ad succedendum succedit in bonis sitis in statu Principis legitimantis, non in alijs.*

CAP. XXXV.

Legitimationem ad Alchimiæ Symbolum
1 esse, dixit ille, qui iura omnia † calluit Bal. in c. 1. col. 9. de Cõstit. quia, cum Alchimia optimi auri, atq; puri argenti similitudinem referat, illa tamen haud sit vera auri, vel argenti substantia: Sic ille, qui spurius, aut illegitimus est, velari legitimatione per omnia credit, quod sibi verè natura non permisit. Cum tamen qui nascitur, natum non esse facere nequeat, nec parentum suorum ipse culpam habeat, commiserendnm est nato, ne desperationis campum ingressus ad peiora labatur, & ob id optimè Principes faciunt, dum illos naturæ, pristinæq; ingenuitati, natalibusq; restituunt.
2 Ad Principem † vero spectare, hos spurios, nepharios, vel incestuosos legitimare, clarissimũ est. habetur in §. Illud. auct. quib. mod. natural. effic. sui. in §. Si qs vero. auct. qb. mod. natural. effic. legit. In quibus patet hanc nataliũ restitu
3 tionẽ, † & illorum defectũ, Imperatorẽ tollere posse. Simile habetur. in auct. Præterea. in auct. Itẽ fine. in auct. Si qs liberos. C. de natural. lib. Sic & Põtifex Maximus. habetur in c. Per Venerabilẽ. Qui fil. sint legitim. vbi patet idem pro-
4 cedere † in Regibus Imperatorẽ non recogno-
scen-

scentibus,vt est Rex Catholicus in Regnis Hi-
spaniæ,Siciliæ, seu Neapolis, & alijs; sic etiam
in alijs Principibus similibus. Quod, & tenuir
Rota in Nouis, in Decisio.200. Incip.Inferior.
5 Vnde legitimationem donum† esse solius Prin
cipis,inquit Bal.in l.1.sub nu.2. C.de iur.aure.
Anul.vbi dicit: quòd Princeps de non esse,du
cit ad esse. Et cum omnis Spurius sit infamis,
6 vilisq; † conditionis l. fin. C.de naturalib.lib.
Azo in summa titu. de infam. Solus Princeps
7 †restituit.Idem Bald. in l. Nam ita diuus.ff.de
adopt.Paul.de Castr.in consil.215.Ias. in l Gal
lus §. Et quid si tantum. num. 105. ff. de lib.&
posthum.Deci.in consil. 150.sub num. 6. vers.
Quarto nō obstat.Cardin.Parif. in cons 1. n.51.
in cons.7.nu.41.vol.2.Ad Principem verò per-
8 tinere per rescriptum suum† legitimare, ac id
de regalibus esse,& Principi reseruatis,conclu
dit Luc. de Penn.in l. Contra publicani.versic.
21.& 23.C.de re milit. lib.12. Restaur. Castal.
de Imperat. q. 10. vers. Decimo quarto. post
Abb.Panor.Cardinal.Alex.& alios in d. c.Per
venerabilem.Portius in consil. 105.nu.14.An-
ton. Gomez in l.Tauri. 10. nu.64. versicul Se-
cundò principaliter.Lācellot.Conrad.in Tem
plo Iudic.lib.1.c.1.§.4 in verb.Legitimos om-
nino.nu.1.Renatus Choppin.de Doman.Frāc.
lib.1.tit.11. num.12.Petr.Gregor.Sintagmat.iu-
ris vniuers. lib.6.cap.7. num 33.in fin parte 1.
9 Seraphinus Oliuarius† meritissimus Rotæ Ro-
manæ auditor.in Decis. Nouissimis 133. nu. 21.
lib.1.Io.Petr.Surd.in cons.110. nu.42.vol.2.

Animaduertendum autem censeo hoc in lo
co,me non agere de alijs modis, quibus legiti
matio fieri valeat spuriorum,sed tantummodo
de legitimatione, quæ fit per Principis rescri-
ptum, quam esse de Regalibus censui,omitten
do alia remedia,quibus Spurij restituantur,de
quibus diffusè agunt in eorum tractatibus de
legitimatione.Martin. Laudens. Anton.Rosell.
& Ludouic.Sardus.quia facerem tractatum de
legitimatione, quod lōgè est à mea intētione.
Potestas vero legitimādi per rescriptum po-
test à Papa, Imperatore, ac Regibus, & simili-
bus delegari, & concedi Comitibus Palatinis,
10 †alijsq; personis, qui eorum potestatem alijs
sub delegare nequeunt. In omnibus autem at-
tenduntur verba tributæ eis potestatis,nec ex-
tenduntur vltra contenta in eorum priuile-
gijs,vt voluit Deci.in consil.288.num. 6.Ias.in
dicto §. Et quid si tantum. num.97.106.141.vn-
de, qui habet potestatem legitimandi natura-
11 les, non potest legitimare † Spurios.vt voluit
Anton.Rosell.de legitim.lib.2.tit.de caus.ma-
ter.legit.num 57.& Ludouic. Sardus de natu-
ralibus.liber.parte 2.titul.de legitimat.per re-
script.nu.35. 36. vbi de alijs casibus similibus,
& multa ponit Augustin.Berous in consil.176.
& 177.vol.2.

Princeps vnus, an subditum alterius Princi-
pis legitimare valeat? Ista quæstio est intrica-
12 ra,quam† extricare intendo per infrascriptas
breues conclusiones in hac materia.

Prima sit conclusio: Pontificem Maximum,
in terris Ecclesiæ posse legitimare, quoad spi-
13 ritualitatem, † & temporalitatem, vt notatur
in d. c. Per venerabilem. voluit Rota in d.de-
cis.200. Inferior.In nouis.

Secunda cōclusio:Legitimatio facta per Pa-
pam,etiam in terris Imperij,valet quoad hono
14 res,& ordines† factos. vt voluit Gul.Benedict.
in Rep.c.Raynutius.in verb.Et vxorem nomi-
ne Adælasiam, num.197. cum pluribus seq. de
testam. Quinimmo si quis legitimaretur ab
Imperatore, non esset habilis ad ordines sa-
15 cros, in quibus plura† requiruntur.vt latè per
Simon.Maiol.de irregular.lib.1.cap.8. per to-
tum.& cap. 9. notat Gloss. in c. Lege Impera-
torum 10. distinct. in c. Si officia secularia 59.
dist.latè Petr.Gregor.Sintag.iuris vniuers. lib.
45.cap.7.num.11.

Tertia conclusio: Legitimatio facta per Pa-
pam in terris Imperij, quo ad successiones,&
temporalia officia, ac secularia tenenda, non
16 tenet: solum tamen† quoad terras temporalis
iurisdictionis ipsius.Gloss. in c. Lege Impera-
rorum 10. distinct.in c.Si officia.Gloss.& Ioan.
de Lignano.in d c.Per venerabilem.Alexan.in
consil.57.col.fi.vers.Facit quod. vol.1.Curtius
iun.in consil.136.num.7. Guido.Pap.in singul.
130. Io Baptist. Villalob. in commun. opin.§.
Legitimatus.nu.76.Roland.à Valle in cōsil.88.
nu.25.vol.1.Bald.in Margatita in verb.Legiti-
mare.n 2.Gul Benedi.in c. Raynutius.in verb.
Vxorē nomine Adelasiā.in prelud.4.nu.197.de
testam.& nouissimè alios allegās Cōstātin. Ca-
priolus.de success.ab intest. lib.1.n.223.& seq.

Quarta conclusio: Imperator non legitima-
17 bit filiū sacerdotis, nec quoad tēporalia:† vo-
luit Signorol. Homod. in consil. 127. & ità de
terminatum fuisse meminit Renatus Choppin.
de Doman.Fran.lib.1.tit.11.nu.12.

Quinta conclusio:Imperatorem quoad suc-
cessionem, & dignitates seculares posse vbiq;
gentium legitimare, differuerunt distinguen-
18 do,† Anton. de Rosell. de legitimar. lib.2.in
princip. Lud.Sardus de naturalib.lib.in d.Ru-
bric.de legitim.per rescript. per totum.Nicol.
de Vbald.de success.ab intest. parte 1.nu.106.
& seq. Petr. Gregor. Sintagmat. iuris vniuers.
lib.45.cap.7.in fin. Lancellot. Conrad. vbi su-
pra sub num. 4. Restaur. Castald. de Imper. q.
110. versic. 14.

Sexta conclusio: Non potest quis per Princi-
pem secularem legitimari, vt succedat in Em-
19 phyteosi† Ecclesiastica. Bald.in l.Generaliter.
§ Cum autem. C.de instit.& substit.Alexan.in
consil.60.colum.1.vol.2.Carol. Ruin.in consil.
158.nu.5.vol.5.Secus verò in emphyteosi pri-
uati, quia legitimatus admittitur,etiam super

20 † Rescriptum Principis Ecclesiastici, vel Temporalis legitimaretur. vt post Bal. in d. §. Cum autem. & Ioan. Anton. Rub. Alexan. in l. Gallus. §. Quidam rectè. sub nu. 160. ff. de lib. & posth. voluit Iulius Clar. de emphyteosi. q. 31. in princip. Anton. Gabriel. de com. opin. tit. de legitim. conclus. 1. num. 29.

Septima conclusio: Legitimari quis potest, ab habente in specie potestatem legitimandi quoad succedendum in emphyteosi ecclesia-
21 stica, si in legitimatione † ita fuerit dictũ. Deci. in d. §. Cum autem. nu. 23. Hierony. Gratus in consil. 79. num. 14. vol. 1. Ludouic. Gozadin. in consil. 25. nu. 12. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 123. nu. 6. Hierony. Gigas de pensionib. eccles. q. 16. nu. 6. Card. Paleot. de Noth. & spur. c. 31. Ascan. Clement. de patria potestat. c. 5. nu. 57.

Octaua conclusio: Quòd legitimatus ad succedendum, non succedit, nisi in bonis sitis in
22 territorio subdito Principi legitimãti, † secus in bonis sitis alibi in territorio illi nõ subdito. c. Per venerabilem. supra allegato. Bald. in l. Cunctos populos. nu. 75. C. de summa trinit. & fid. Cath. Rolandus Cauagnolius in Decreto Montisferr. 73. §. 1. q. 9. nu. 17.

ARGVM. CAP. XXXVI.

Nundinæ, & Mercatus sunt de Regalibus. Quæ apud Romanos Nundinæ dicebantur? Quiuè illas concedebant? ad quid illarum adinuentio facta fuerit? Festis diebus, an fieri valeant? an in Ecclesijs? an in præiudicium vicinarum cõcedi aliæ possint? Mercatus, & Nundinarum differentiæ quæ sint? multa traduntur ad hanc materiam ex antiquorum vsibus.

COMPENDIVM.

1 *Fora nonnulla apud Romanos, quæ declarantur.*
2 *Macellum Romæ quid?*
3 *Nundinæ statutæ fuere dum conueniebant homines ex agris in vrbem.*
4 *Nono die veniebant ad Mercatum, quia octo diebus vacabant rei rusticæ. nu. 7.*
5 *Nundinæ appellatæ à nono die, quo fiebãt. nu. 6. & 7.*
8 *Trinundinum, spatium viginti septem dierum, quibus lex proposita pendebat. nu. 9.*
10 *Nundinarum concedendarum ius apud Senatũ Romanum prius erat.*
11 *Nundinæ postmodum ad Principem spectant, qui illas concedit. nu. 26.*
12 *Nundinæ Germanica lingua appellantur Platz.*
13 *Nundinæ solemnes quæ? nu. 19.*
Nundinarum ius præscriptione immemorabili quæritur.
14 *Præscriptio immemorabilis vim habet tituli, & regalis concessionis.*
15 *Decisio Regij Consilij Neapolitani.*
16 *Nundinæ per priuilegium à Principe concessæ, vel præscriptione quæsitæ, an possunt per Principem cassari? nu. 17. 18.*
18 *Priuilegium Nundinarum concessum per Principem titulo oneroso, non potest per ipsum cassari.*
19 *Mercatus quid? an differant à Nundinis. nu. 20.*
20 *Disposita in nundinis habent locum in mercatis.*
21 *Intellectus l. Vnica. C. de nundin.*
22 *Lex disponens duo nomina debet illa pariformiter terminare.*
23 *Magistratuum creatio spectat ad Principem.*
24 *Commercia sunt de iure gentium.*
25 *Emptiones, & venditiones sunt de iure gentium.*
26 *Mercatus, qui fieri solent qualibet hebdomada, Salerni, & Alibi, ac Perusij, quomodo appellentur, an fiant sine Principis permissu?*
27 *Nundinarum Priuilegium amittitur, si spatio annorum decem illo vsus non fuerit. sed vide nu. 28.*
28 *Si impeditus quis spatio decem annorum priuilegio vsus non fuerit nundinarum, illud non amittitur.*
29 *Nundinarum priuilegium ecclesiæ concessum, non amittitur si spatio annorum decem eo vsus non fuerit.*
30 *Si pro nundinis concessis soluitur quid annuum, non cadit non vtens priuilegio.*
31 *Nundinæ non admittuntur, si alius habet eodem tempore nundinas in loco per decem millaria vicino. Sed vide nu. 32. 33. 34.*
32 *Concessio nundinarum facta censetur, vt nemini sit præiudicialis.*
34 *Carmagnolia sub Marchionatu Sebusiano, siue Saluciarum. Carignanum sub Ducatu Sabaudiæ.*
35 *In nundinis adest immunitas vectigalium, & gabellarum. nu. 36.*
37 *In nundinis pro antea gestis, pro debito antea contracto, pro represalijs cogi non possunt.*
38 *Pro cõtractibus factis in nundinis ibi sortitur forum.*
39 *Accedentes ad nundinas, tuti esse debent in accessu, mora, & recessu. nu. 40.*
41 *Rex Carolus Primus vetuit arrestari in stratis, & in Mercatis bona venalia.*
42 *Intellectus. c. Regni. Item nullus.*
43 *In causis nundinarum proceditur summariè. nu. 44.*
44 *Causæ indecisæ remanentes in curijs nundinarijs, remanent tractandæ in curia loci, & seruatur ordo illius Curiæ, & non nundinarum.*
45 *A Curia nũdinarum ad quem appelletur, ad Regem, Baronem, vel alium Magistratum.*
46 *Mercatori vnius Regni, non licet facere nundinas in Regnis alienis. nu. 47.*
48 *Apud Numidas forum nundinarium vacca, nomine.*
49 *In Regno Marocchi in Regione Nea in oppido Hadecchi, adest forum nundinarium.*
50 *Fora nundinaria in Hucbaila, Regum Fessæ, & in Mecnasa. nu. 51.*
52 *In Ciuitate Fessæ est Mercatum in suburbijs, in Agla, in Beniachamet, in Guardan. nu. 53.*

In

54 In Regno Telensino, sunt nundinæ in Elmobascar, in Geseiri, in Bona, siue Hyppona.

In Regno Constantina, & Tuneti in Lotbophago.

Apud Numidas in Teusar.

55 Apud Christianos plures nundinæ, quæ recensentur.

56 Diebus festis Deo, Beatæ Mariæ, Sanctis dicatis, an nundinæ fiant.

57 Sabbata celebrabantur de vespera ad vesperas.

58 Festum Azimorum Pascha, siue Phase, durabat septem diebus.

59 Festum Hebdomadum, siue Penthecostes, & quid fiebat.

60 Festum Tubarum, quod celebrabatur prima die mensis Tisri, idest Septembris.

61 Festum expiationum, quale erat.

62 Festum tabernaculorum quod?

Festa plura Hebræorum.

63 Neomeniarum.

64 Enceniorum.

65 Purificationis templi.

66 Ignis.

Iudith.

Ieiunij ob memoriam Nabuchdonosor.

Victoria obtenta à Iuda Machabæo.

Ieiunij Hester.

Sortium maius, & minus.

Enceniorum templi Zorobabelis.

Ieiunij ob mortem Godoliæ.

Planctus filiæ Iephthæ.

67 Festa, quæ fiebant septimo quoq; anno?

68 Festum sabbatarium quinquagesimo quoq; anno.

69 Peccatum non interuenire inter vendentes, & ementes, difficile est.

70 Festis diebus, mercatus, & nundinas fieri prohibitum est.

71 Nundinæ in ecclesijs celebrandæ non sunt. nu. 79.

72 IESVS CHRISTVS prophetarum omnium Princeps, & Dominus.

73 In ecclesia acclamationes fieri nequeunt.

74 Ecclesiæ negocij immunes esse debent.

75 Nundinarum negociationes, & Fori tumultus ab ecclesia arcendi sunt.

76 Iudas Machabæus, & fratres videntes Templum prophanari, sciderunt sibi vestimenta.

77 Lycurgus in Misteriorum festo, prohibuit, ne mulieres curru veherentur.

78 Neapolitana Matrona in Festiuitatibus cũ Carrucis.

CAP. XXXVI.

NVndinæ, Mercatus, Fora, & Emporia, quasi
idem nomen sortita sunt: pro Rusticorum
præsertim (vt dicam) commoditate nun-
1 dinarum inuentio facta fuit. Hinc † apud Ro-
manos erant fora nonnulla, forum Boarium, in
quo Boues, & animalia vendebantur: Piscato-
rium, in quo Pisces: Suarium, in quo Sues: Oli-
torium, in quo Olera, & herbæ vendi solebant.
Sic, & forum cupidinis, quæ fora postmodum
2 in vnum deducta, appellata sunt, Macellum, † vt
est testis M. Varro de ling. Latina. lib. 4. de qui-
bus etiam Alexander ab Alexan. Dier. Genial.
lib. 2. cap. 12.

Romæ, statutæ erant nundinæ, quia homines
3 conueniebant ex agris in vrbem † vt dicit Plu-
tarchus Problem. 41. Et nono quoq; die nun-
dinæ fiebant. Vnde Festus Pompeius. Nundi-
nas (inquit) feriarum diem esse voluerunt anti-
qui, vt rustici conuenirent, mercandi, venden-
diq; causa: eumq; nefastum; ne si liceret cum
populo agi, interpellarentur nũdinatores. Va-
cabãt autem diebus octo in agris Rusticæ rei,
4 & nono in Ciuitatem † ad Mercatum accede-
bant, tantæ Romanis Agriculturæ cura erat: In
nũdinis postmodum eo die proprijs negocijs,
& mercibus prouisuri conueniebant: vt inquit
Macrobius Saturnaliorum. lib. 2. c. 16. Francisc.
Siluius in Oration. Cic. pro L. Flacco. Idcirco
5 autem nundinæ appellatæ fuere † à Nono die,
quo fiebant: vt inquit Dionys. Halicarn. lib. 2.
Plutarch. in Coriolano. Vnde idẽ Dionys. lib. 7.
6 Nũdinæ (inquit) nono quoq; die † celebraban-
tur, vt nunc etiam, quo plebs agrestis in vrbem
ad mercatum conueniebat, finiendisq; litibus
& ad suffragia ferenda de negocijs publicis,
quorum ius erat penes populum, aut de qui-
bus Senatus retulisset ad eũ. Reliquis septem
diebus ruri degebant, quod magna pars ope-
raretur ob paupertatem suis manibus. Et ante
eos M. Varro rei rusticæ. lib. 2. cap. 1. Itaq; an-
num (inquit) diuiserũt, vt nonis modo diebus,
7 vrbanas res † vsurparent, reliquis septem, vt ru
ra colerent. & post Moderatum Columellam.
Francisc. Patritius de instit. Reipublicæ lib. 1.
tit. 7. qui dicit idcirco dictas nundinas, quasi
nouendinas. Vnde legitur in legibus 12. Tabu-
larum, de debitore confitente debitum, & ter-
tijs nundinis fit commemoratio. de quibus per
Aulum Gell. Noctium Acticar. lib. 20. cap. 1. per
Riuallium, Zasium, Prateium, & Hotomanum.
in Cõmentar. ll. 12. Tabul. Conueniebant etiam
8 in nundinis alia † ex causa, quia Trinundino,
idest tribus nundinis, quæ viginti septem die-
rum spacio terminantur, lex promulgata erat,
9 † promulgariq; solita, tantoq; tempore, & in-
teruallo, lex erat proposita, & proscripta, ita
vt illam legem expendere posset populus, qua
alligari oporteret. Et cum stetisset primo, atq;
altero nundino, pendens in Tabulis, si nemo
contradiceret, lex firma remanebat, & in æra-
rium inferebatur. vt nouissimè censuit Fräcisc.
Polletus in Historia Fori Romani, lib. 4. c. 8. de
quo etiam per Nicol. Grucchium in epithome
de Comitijs Roman. lib. 1. c. 4. de horum veri-
tate dico de Magistrat. edictis. lib. 2. cap. . .

Ius nundinarum, concedere apud Senatum
10 prius fuit, † vt est apud Pliniũ iuniorem Epist.
lib. 5. c. 4. & 14. Ad Valerianum, vbi narrat cau-
sam, & sententiam ex causa ortam. Apud quem
assentationis, seu modestiæ causa, siue apud
Con-

Cõsules, Claudium Imperatorem, publicis legibus se subijcientem, Ius Nundinarum in sua prædia petijsse, author est Suetonius in Claudio cap... Post modum ius Principis hoc con
11 cedere † & ad ipsum pertinuisse illas permittere, & à Principe supplicari solitas, constat ex Modestino in l.1.ff.de Nundin.& habetur in l.vnica.C.eo.tit.vbi hoc voluit Bald.hoc idem firmauit Petrus Rebuff.in Const. Galliæ.Tomo 2.tit.de Magistr.Artific.art.4.Glos.2.nu.1.Francisc Hotoman.in titu.Quæ sint Regal.in Verb. Palatia. vbi dicit in lingua Germanica Nundi-
12 nas † appellari, Platz. Anton. Capic. in Inuestitur. Feud.§.Feudorũ Clausulæ.in verb.Mercatis.Marc.Anton. Natta in cons.511.per totũ & in cons.512.nume.4.5.vol.3.Ioan.Sanxon in Consuetud. Turonens.tit.5. art.1. in verb.Foires,& Marchez.Renatus Choppin. de Doman. Franciæ.lib.1.titu.12.nu.8. & seq. Idem Choppin.in consuetud.Andegauens.lib.1.tit.4. cap. 43.nu.7.Petr.Gregor.Sintagmat.Iuris vniuers. lib.25.cap.3.num.3.& 4. Ioan. Bodinus de Repub.lib.1.cap.10.in fin.Francisc.Marc.in decis. Delphin.53.nu.3.& 4.vol.1.& in decis.415.per totum.vol.2.& iterum in decis.513. vol.2. quæ decisio est duplicata cum iam dicta decis. 53. vol.1.Quæ omnia intelligi debent, in Nundi-
13 nis,vt † dicunt, solemnibus, vt inquit Bald. in d.l.1.C.de Nundin.Quæ autem sint istæ solemnes,diceremus ex eo esse, quòd in ijs concedendis interueniant Principum Priuilegia, in quibus concedantur Iurisdictio, & immunitates, quæ immunitatum, & Iurisdictionis concessio, concernit vtiq; caput Regalium concessionũ.

Ampliatur supradicta conclusio, idem esse in concessione tacita,puta ex præscriptione immemorabili,per quam appareat, aliquem Dominum, aut aliquam ciuitatem, atque communitatem præscripsisse Ius Nundinarum:quia talis præscriptio vim sibi vendicabit Priuilegij,
14 atque particularis, & Regalis concessionis † c. Super quibusdam §.Præterea. de verbor.signific.l.Hoc iure.§.Ductꝰ aquæ.ff.de Aqua quotid. & æstiu. & sic me Patrocinante in Anno. 1580. decreuit cõsilium Neapolitanum ad fauorem Ciuitatis Bisatij,vt Syndicus,qui pro tempore
15 erit † in eadem Ciuitatem, administret quorannis in perpetuum,Iurisdictionem Nundinarum Sancti Vrbani à die 19. Mensis Maij,per totum diem vigesimum septimum eiusdem Mensis,cum cognitione causarum Ciuilium, Criminalium,& Mixtarum,mero,mixtoque Imperio, prout nunc administrat. & facta fuit sententia referente. Admodum Illustr. D. Francisco Alderisio Regio consiliario, & causæ cõmissario.

Tempera tamen præfatam conclusionem,& ampliationem procedere permittente Principe,alias ipso reuocãte,tam priuilegium,quàm
16 præscriptio † non operabuntur: vt ex multis pro Marchione Montisferrati contra vniuersitatem Pontisturiæ subtilissimè scripsit Marc. Ant.Natta in d.cons.511.& cons.512. per totũ. vol 3.vbi consuluit eandem vniuersitatem,quæ se fundabat in Priuilegio,& præscriptione immemorabili habere ius Nundinarum,posse eodem Iure priuari à Principe,Priuilegio,& præ
17 scriptione † non obstante. Et quamquam Io. Ceph.in cons.342.vol.3.contrarium consuluisset, scribens pro eadem vniuersitate Pontisturiæ contra vniuersitatem Tridini, tamen pro Tridinensibus fuit Iudicatum.

Sublimitanda est præfata temperatio, vt nõ procedat, si Priuilegium Iuris Nundinarum concessum esset à Principe per viam cõtractus vel titulo oneroso aliquo,habito pro illius cõ
18 cessione;quia tunc reuocatio † fieri nõ posset. Bal.in l.Qui se patris.col.8. vers. Hoc scias.C. vnde liber.Natta in d.cõs.512. nn.15.22.vol.3. & ego alias latius dixi in consil. 1. centur.2.

Tempera secundò,primã conclusionem procedere in solemnibus,vt dictum est, nundinis,
19 † secus vero in Mercatis; puta vt fiant bis in hebdomada.vt post Nicol.de Martarell.voluit Bald.in d.l.1.num.1. vbi ponit exemplum,fieri hoc bis in hebdomada in Ciuitate Paduæ,& in Ciuitate Petusij quolibet Sabbato, vt ego etiã ibi vidi; & in Regno Neapolis sunt nonnulli Mercatus similes in pluribus locis. Quod & tenuit ibidẽ Paul.de Castro & Francisc.Marc. in d.Decis.53. vol. 1. quod probat etiam Ant. Capic. in d. §. Mercatis. Eandem sententiam postq̃ hæc scripserã nouissimè sequitur Antoninus Tesaur.in decis Pedem.264.nu.4.vol.1.

Sed ego sentirem cõtrarium, cum sciam nullam assignari differentiam inter Mercatus, & nũdinas: videtur enim vnum,idemq;, licet sub diuerso nomine, & vulgo Italorum nomine, Mercati appellantur,suntq; idem, & nundinæ, sicq; eiusdem vocabuli allusio se habet à communi vsu, vnde disposita in nundinis locum ha
20 bet † in mercatis.arg.l.2 §. Appellata.ff.si cert. petat.Signorol. Homod.in consil.60. col.2. in fin.Alex.& Ias.in l.1. ff.de acquir.poss. Corn.in consil.199. litera b. la 2. vol.1. & plura nouissimè inducit Ioan. à Roberteria Topicorum. lib.1.cap.4.& antè ipsum Ioan.Neuizan.in Sylua nuptial.§ Non est nubendũ nu.198.& Io.de Arnono in Topica. cap. 2. Secundò ad idem dico,quòd Imperatores in d.l.Vnica.C.de nun
21 din. vnica determinatione idem dixerunt † de nundinis,& de mercatis, nec ponunt diuersitatem: vnde cum vnica lex determinet, ac re
22 spiciat duo nomina, idem significãtia,† debet ea pariter determinare.l.Commodissimè.ff.de liber.& posthum.cum concord. Et cum tam in vno,quàm in altero, in rubro, & nigro sit facta determinatio, seruari debet in vtroque. Tertiò, quia absurdum videtur, cum non sit causa differentiæ, vt requiratur Principis concessio in vno,plusq̃ in alio, cum in omnibus mercatis,

tis,& nundinis lites accidant, actusq; iurisdictionales administrentur, per officiales mercatus,& nundinarios: qui iurisdictionis actus, nō administrentur nisi per Magistratus, quorum
23 creatio originariè pendet† à Principe. vt in d. c. 1. Quæ sint regal. & dixi supra. c. 21. Quartò, & vltimò, & si dicant, commercia fieri in mer-
24 catis, quæ sunt† de iure gentium. l. Ex hoc iure. Cum similib. ff. de iust. & iur. & quòd idcirco Principis opus, & concessio minimè requiratur. Responderi ijs potest, ad hunc propositum hæc minimè facere; quia & si emptiones,
25 & venditiones† ibidem enumeratæ sint de iure gentium, & hæc absque Principis alicuius permissione, ab hominibus fieri queant. Non tamen verificatur istud assumptum, quia idem dici posset de bello, quod ibidem asseruit Iurisconsultus esse de iure gentium, & ideo sine alicuius Principis iussione à quocunq; priuato fieri posset: Sed re vera bella fieri nequeunt sine Principis iussu, vt latè deduximus supra. cap. 32. Ideo nec alia ibidem nominata. Quinimmò arguendo eodem argumēto, si per eos asseritur, commercia esse de iure gentium, non tamen sola illa commercia, quæ fiunt in mercatis, vt ipsi dicunt, erunt de iure gentium, sed omnia commercia; & si fierent in illis nūdinis, quas ipsi dicunt, solemnibus, & sic resultaret, quòd nec in illis haberet locum cōcessio Principis; quod cum absurdum sit, minimè credendum est: nomen enim commercij, non modo conuenit Mercatis, sed etiam nundinis, vnde eadem dispositio sibi locū vēdicabit in vtroq; l. Si idem. cum similib. C. de codicill. vbi verò esset quædam coadunatio hominum, vt solent in solēnibus festiuitatibus, in quibus accedunt pauperes, rustici, & mulieres apportantes, olera, fructus, gallinas, anseres, columbas, & alias aues, aliaq; comestibilia, vt vidi in Ciuitate Salerni quolibet die festo, & quolibet primo die Dominico cuiuslibet mensis ante ecclesiam Sancti Petri: & Mōtifusculo, quolibet die Sab-
26 bati: & Perusij, † ac alijs locis similibus: censerem in his casibus, non exigi Principis concessionem, & ijs in locis dicerem, procedere opinionem Baldi, & aliorum sequacium. Et in Regno Neapolitano, Mercatus appellari possunt illæ congregationes, quæ fiunt in quibusdam lo cis, quas vulgus appellat Dohanas, in quibus in Hebdomada tribus diebus interpellatis, fiūt commercia frumentaria, & ibidem à Rusticis, & mulierib⁹ apportātur aues, gallinę, fructus, & olera, vt videmus Salerni, Beneuenti, Auellini, Atripaldæ, & alijs in locis, & tamen fieri nequeunt absque Principis concessione, vt vsus longeuus obseruat.

Tempera: Tertiò, tūc demum iuris nundinarum concessionem exerceri posse, si modo decem annorum spatio, tantoq; interuallo non steterit, is qui nundinarū concessionem habuit,
27 quo priuilegio† vsus non fuerit. l. 1. ff. de nund. Glos. in d. l. Vnica. C. eo. tit. Archidiacon. in c. 1. in fin. 25. q. 2. Abb. Panor. in consil. 18. num. 4. in consil. 61. num. 8. vol. 2. Petr. Bellug. in Specul. Princip. Rub. 47. §. Sciendum. sub nu. 5. Anton. Capic. in decis. Neapol. 134. num. 2. Alexan. in consil. 33. col. 2. vol. 5. qui cōsuluit pro quibusdam de Zobolis Regiēsibus, pro quibus in eodem casu consuluit Riminald. senior in consil. 307. nu. 9. in consil. 388. nu. 9. vol. 2. & ad materiam Hieron. Gabriel. in consil. 162. nu. 1. vol. 1. & in consil. 151. nu. 10. vol. 2. Francisc. Marc. in dicta decis. 53. nu. 4. vol. 1. Petr. Gregor. in dicto cap. 3. num. 10.

Limitatur hoc tribus modis. Primò, si non steterit per eum, qui habet priuilegium, quin ipso vtereretur, sed ex alia causa. quid enim si peste, bello, ac similibus impedimentis necessarijs, seu ineuitabilibus steterit, quo minus illud exerceret? Vtique his casibus illud non
28 †amittitur. arg. l. Et Attilicinus. ff. de seruitut. vrban. pd. Glos. Anton. de Butr. & Abb. Panor. in c. Abbate sancti Syluani de verb. signific.

Secundò limita nō procedere, vbi priuilegiū faciendi nundinas esset alicui ecclesiæ concessum; tunc enim requiruntur anni quadraginta,
29 vt† concessione, & priuilegio cadat. c. de quarta. c. Illud. de præscript. cum concor. Io. Andr. & Felin. in c. Cum accessissent. de Const.

Tertiò limita, nō procedere, si concedens, qd annuum, loco census, & tributi sibi exigeret, vel reseruasset: tunc enim nundinarum conces-
30 sionarius priuilegio† sibi tributo nunq̄ cadet, vel amittet, vt dicit originaliter Alberic. de Rosat. in l. De quibus col. 57. ff. de legib. sequitur Felin. in dicto c. Illud. de præscript. quas limitationes cum alijs, quæ non faciunt ad materiam refert Io. Francisc. Balb. de præscript. 4. parte 5. partis princip. q. 4.

Dum verò cōceduntur, hæc nundinarum, ac Mercatorum priuilegia, illa non admittuntur, si adsint alij mercatus, vel nūdinæ eodem tempore in locis conuicinis spatio decem millia-
31 riorum antea concessa: † quia præfertur is, qui prior priuilegium habuerit. arg. l. Qui prior. ff. de iud. & nouissimè voluit Antoninus Tessaur. in Decision. Pedemon. 264. in fin. vol. 1.

Sed mihi non sic indistinctè ista conclusio est recipienda, nisi quando Princeps, alias nundinas, & mercatus esse in locis propinquis nesciuisset, quia tunc censerem veram esse præfatam opinionem, & videtur facta concessio,
32 vt nemini† sit prǽiudicialis, ac citra tertij præiudicium. l. 2. §. Merito. ff. Ne quid in loc. publ. c. Ex multiplici. & c. Suggestum. de Decim. cum simil. Quando vero Principi non sit obreptum, sed fuerit ei facta assertio de vicino habente idem ius nundinarum, & nihilominus concederet aliud priuilegium, posset illi primo præiudicare, postq̄ posset regulariter, vt dixi, priuilegium

uilegium expresſè reuocare: vt ſupra Retuli
33 ex † Natta in conſ.511.& conſ.512.vol.3. Vnde optimè decreuit Senatus Pedemontanus, dum dixit: Licere Carmagnolienſibus habere Nundinas, non obſtantibus Nundinis, quas ea dem die habebant Carignanenſes: de quibus idem Teſſaurus in d. deciſ.264. in fin. Maximè
34 cũ eſſent Carmagnolia ſub Marchionatu † Sebuſiano, ſiue Saluciarum, & Carignanum ſub Ducatu Sabaudiæ, & ſic ſub diuerſis Dominijs, ſed modo ſub Dominio eiuſdem Domini Sereniſsimi Ducis Sabaudi.

Et vt facilius, ac ſecurius Mercatores in Nũdinis concurrerent, pro communi Populorum vtilitate, Imperatores conſtituerunt immunitatem euntibus, moram trahentibus, & recedẽtibus à Nundinis, & ab illis aliquod Ius Pedagij, Gabellæ, Vectigalis, etiam ratione territo-
35 rij, vel loci, in quo moram † traherent, minimè exigatur. text. Gloſſ. Doct. præſertim Bald. in l. Vnica. C. de Nundin. Sequitur Franciſc. Marc. in Deciſ. Delphin. allegata. 415. in fi. vol. 2. Ant. Capic. in dicta Inueſtitura. feud. §. Feudorum clauſulæ. in verb. Mercatis. verſ. Ciuitates. Sed in hoc Regno malè ſeruatur, quia in
36 † pleriſq; Nundinis, ſunt tot exactiones, vt à multis locis ſint nundinæ derelictæ, quia non modo non ſeruantur immunitates, ſed, neſcio quo iure, nouæ ſolutiones ſint adinuentæ, conniuentibus ſuperioribus.

Inſuper de antea geſtis, vel debito antea cõtracto, nec capi poſſunt pro repreſalijs, nec ibi
37 dem † conueniri, aut moleſtari poſſunt. notatur in Auct. Vt nõ fiant pignorat. Bart. & Bald. in d. l. vnica. C. de Nundin. Io. Sanxon in Conſuetud. Turonenſ. tit.5. art.1. in verb. Fores, & Marchez. Sed pro contractibus ibidem factis,
38 benè conueniuntur, ac ſortiuntur ibidem † forum. l. Hæres. §. Proinde. ff. de iudic. Accurſius in d. l. vnica. in verb. conueniant. & dixi latè ad Bellugam in Specul. Princip. Rub.11. §. Viſum eſt. in verb. in contractibus. verſ. octauo limita.

Sic etiam debent eſſe tuti in loco, & ſecuri
39 in acceſſu, mora, & receſſu. † vt dicit Bald. in d. l. vnica. Io. Calderin. & Petr. de Anchar. in c. 1. de iureiur. in 6. l. Vti. iur. ff. de Sepulch. violat. Io. Sanxon. vbi ſupra. Quæ ſecuritas, ſtatim conceſſis à Principe Nundinis, dicitur & ipſa
40 conceſſa, cum per Principem † concedatur. vt per Io. de Firmo in Tract. de Gabell. 2. p.8. partis princip. nu.19. ſequitur Benuenutus Stracc cha de Mercatur. par.1. ſub nume.92. & in hoc Regno Neapolitano Rex Carolus Primus, ve-
41 tuit arreſtari in ſtratis, & in † mercatis bona
42 venalia. vt in cap. Regni. † Item nullus.

In cauſis inſuper Nundinarijs proceditur Summariè, ſimpliciter, & de plano, non ordinariè, ſed veritate ſola inſpecta per ſimplicẽ co-
43 gnitionem: † vt latè congerit Straccha de Mercatur. par. vlt. c.1. per totum. Robert. Marant. in Specul. Aur. par.4. diſt.9. num.49. Ioſephus Cumia in Ritibus Siciliæ. c.38. in fi. in Rub. nu.401. Dec. in conſ.7. num.3. Io. Cœphal. in conſ.492. nume.28. volum.4. Sed ſi in Nundinis fuerint aliquæ cauſæ agitatæ, & remanent ſic indeciſæ, & interim labitur tempus Nundinarum, & & cauſæ transferuntur ad tribunal Iudicis ordinarij illius loci; Hoc caſu non ſeruabitur ordo iudiciarius, ac ſummarius fori nundinarij,
44 ſed illius † fori. arg. l. Cunctos populos. C. de ſumma trinit. & fide Cathol. voluit expreſsè Bald. in l. Receptilia. nu.7. C. de Conſtit. pecun. Et ad materiam ego ſcripſi in conſil.86. cent.1. vbi tractata eſt materia: An à ſententia nundi-
45 narum, † appelletur ad officiales Regis, vel ad officiales Principis Domini loci, vbi vis nundinarum conceſſum eſſet alicui Ciuitati?

In hac tamen materia notari conuenit, non licere mercatori, vnius Regni facere nundinas
46 † in Regnis alienis: vt Theodoſius, & Honorius ſtatuerunt in l. Mercatores. in princ. C. de commer. & mercat. Tiberius Decian. nouiſſimè in tractat. Criminal. lib.7. c.17. nu.20. Et licet videamus quotidie ſeruari contrariũ. Sed non abſq; cauſa, ne ſub mercaturæ colore fiant explorationes, & reuelationes ſecretorũ Regni, quę quandoq; iuuant, & quandoq; nocent. Nihilominus ſub Mercaturæ occaſione alienorũ
47 Regnorum, & bona, & merces habemus † quibus vtimur: nullo enim modo hominum vita commodè haberi poſſet: ijs enim publicæ vtilitati ſuccurritur, nundinisq; optimè Reipublicæ, & hominum commoditati ſubuenitur: in ijs enim exteræ gẽtes, nationesque accedunt, & à diuerſis Regionibus, diuerſę mercium ſpecies circumferuntur. Hinc Salluſtius in Iugurthino: Erat (inquit) haud longè ab eo itinere, quo Metellius pergebat, oppidum Numida-
48 rum, nomine † Vacca, Forum rerum venialium totius Regni, maximè celebratum, vbi, & incolere, & mercari conſueuerant, Italici generis multi mortales. Sic de nundinis in oppido Ha-
49 decchi in † Regione Nea, Regũ Marocchi, refert Leo Afer. lib.2. Suntq; apud illos (inquit) ſingulis quoque annis Nundinæ, ad quas vicinæ nationes conuenire ſolent: magnam apud hos inuenies, Armentorum, Lanæ, Butiri, Olei, Ferri, & Stanni copiam, durantq; illis nũdinæ dies quindecim. Idem Leo refert lib.3. in Nu-
50 chaila oppido † Regũ Feſſæ, eſſe nundinas An-
51 nales. Et in Mecnaſa, † Singulis (inquit) Lunæ diebus, forum hic frequentiſſimum extra vrbis Męnia reperias, ad quod Arabes vicini cõfluere ſolẽt. Hic Boues, Caſtores, aliaque id genus animalia emuntur: neq; Butiri, neq; Lanæ hic deſiderabis affluentiam, quæ omnia paruò admodum emuntur. Idem Leo, paulò poſt, miro artificio factum forum mercatorum in Ciuita-
52 te † Feſſæ deſcribit, & mercatum etiam in ſuburbijs, quo nec in Africa, nec in Aſia, nec in Italia,

Italia, vidisse frequentiorem, aut habentem maiorem rerum, & mercium copiam, asseruit. Eo-
53 dem modo † in Agla, in Beuiachmet, in Guardan: Et lib. 4. idem Leo, scribit de Nundinis
54 Regni Telensini, in Elmohascar, † in Gefeiri, in Bona, siue Hyppona. & lib. 5. de Nundinis Regum Tuneti, In Lotophago, & in Montibus Cōstantinæ. Et apud Numidas, in Teusar. Sunt pręterea diuersarum Nationum Nobilissima Fora, & Emporia, receptaculaque Mercium, vt est
55 Malea, † Ormutium, Constantinopolis, Alexandria, Neapolis, Messana, Genua, Antuerpia, Amsterdā, Dantz, Francfordia, Nuremberga, Lugdunum, Fulgineum, Recanetum, siue Riciniū, Lancianum, Foggia, Salernum, Luceria, & aliæ multæ Ciuitates, in quibus est concursus omnium commerciorum.

Diebus autem Deo Omnipotenti, Beatæ Virgini, atque Sanctis dicatis, Nundinas facien-
56 das non esse, † etiam Iure Diuino prohibitum est, vt patet Leuitici. cap. 19. Sabbata mea custodite. Hebræi enim dum Festa celebrabant, præsertim Sabbata, non solum ab omni opere abstinebāt, sed nec ignē accendebāt. Inchoabat autem Festum à Vespere ad sequentes Vesperas, vt dixi in Apologia Catholica aduersus sententiam Pilati, repertam in Ciuitate Aquilę; & habetur Deuteron. capit. 23. à Vespere ad
57 vesperā celebrabitis Sabbata vestra. † de quo Sabbati die, dicitur Exodi. cap. 20. Memento, vt diem Sabbati Sanctifices. paulò enim post. Sex enim diebus fecit Cęlum, & Terram, & omnia, quæ in eis sunt, & requieuit in die septimo. Idcirco benedixit Dominus diei Sabbati, & sanctificauit eum. Et Exodi. cap. 35. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem Sabbati. & Leuitici. capit. 23. Sex diebus facietis opus, dies septimus, quia Sabbati requies est, vocabitur Sanctus; nullum opus facietis in eo. Et vltra dies Sabbati, alios dies fe-
58 stos habebant Hebræi. Festum † Azimorum, seu Paschæ, siue Phase, quod durabat septē diebus, à decimaquarta die mensis Nisan, idest Martij, per totum diem vigesimumprimum eiusdem, qui celebrior erat, & nullum opus fiebat in illo. de quo habetur Exodi. capit. 12. Leuitici. cap. 23. Deuteronom. cap. 16. Sex (inquit) diebus comedetis Azima, & in die septima, quia collecta est Domini Dei tui, non facies opus. & Latius dixi in eadem Apologia. Secūdum Festum erat Hebdomadum, siue Pen-
59 tecostes, † quia Decima sexta die primi mensis, prima vice ponebant falcem in Messem, ac Manipulum Spicarum Primitiarum Domino offerebant: & ab illo die septem Hebdomadæ sequebantur, quibus messis explebatur, in quadraginta nouem diebus, quibus factis Penteco sten celebrabant, vt scriptum est Leuitici cap. 23. Numeri. cap. 18. Deuteronom. capit. 16. & scribit Iosephus Antiquit. Iudaic. libr. 3. cap... & latius ego tradidi in eadem Apologia. Ter-
60 tium erat Festum † Tubarum, quod celebrabant prima die Mensis Tisri, idest Septembris, in memoriam diei, quo Tubis clangentibus, Deus dedit Moysi legem in Monte Sinai. de hoc fit mentio Leuitici. cap. 23. Quartum erat
61 Festum expiationum, † quod celebrabant die decima eiusdem Mensis Septembris, quo die etiam ieiunium faciebant in peccatorum expiationem, & sacrificia, & Holocausta offerebant Domino; de quo habetur Leuitici. capit. 16. & iterum cap. 53. Hieremiæ cap. 26. per Ioseph. de Bello Iudaic. lib. 6. c... Quintum verò
62 Festum erat Tabernaculorum, † (quod Græci Scenophegia appellant) siue collectarum, quia erat festum collectionis omnium fructuum: vt habetur. Leuitici. capit. 23. & Numer. capit. 29. Deuteronom. cap. 16. & prius Exodi. cap. 23. & 34. in quibus locis habetur, quòd fiebat septē diebus à die decimo quinto Mensis Septēbris, & dies octauus erat requies. de hoc etiam habetur Hieremiæ. cap. 8.

Alia etiam complura festa habebant, scilicet
63 Neomeniarum † quæ fiebant primo die, cuiuslibet Mensis. Vt amplissimè scripsit ex sacris scripturæ Arcanis nouissimè Paulus Minerua de Neomenijs Salomonis lib. 1. & libr. 2. Alex. ab Alexand. Genial. dier. libro tertio capit. 18.
64 Festum Enceniorum Templi Salomonis † sub die 23. Septembris. Festum Purificationis Tem-
65 pli per Iudam † Machabęum. Festum ignis Cę-
66 lestis † suscitati. Festum Iudith. Festum Ieiunij, ob memoriam obsidionis Nabuchdonosor. Festum Victoriæ obtentæ à Iuda Machabęo cōtra Nicanorem. Festum Ieiunij Hesther. Festa Sortium Maius, & Minus. Festum Enceniorum Templi Zorobabelis. Festum Ieiunij ob mortem Godoliæ. Festum planctus filiæ Iephtæ Iu-
67 dicis Israel. Erant etiam Festa, † quæ fiebant septimo quoque anno, de quo Exodi. cap. 23. Leuitici cap. 35. Deuteronomij cap. 15. Erat ēt
68 Festum Sabbatarium † anno quinquagesimo quoque, qui dicebatur annus Iubilæi: de quo habetur Leuitici. c. 25. Vnde cum difficile sit,
69 inter vendentes, & ementes † peccatum non interuenire: vt in c. Qualitas. de pęnit. distinct. 5. Idcirco Mercatus, & Nūdinas diebus Festis, fieri prohibitum est, reiecta omni consuetudi-
70 ne † in contrarium, velut impia. vt in c. 1. vbi Hostiens. & Panor. de Fer. & decreuit etiam Carolus Magnus in l. 1. tit. de Fer. in Longobard. & scribit Petr. Gregor. Sintagmat. Iuris vniuers. lib. 25. cap. 3. nu. 8. afferens illud Esdræ. lib. 2. cap. 13. dum obiurgauit filios Iuda, quòd in die Sabbati emerent pisces, & Venalia à Tirijs. & clausit portas Hierusalem die Sabbati: & apposuit custodes, ne ingrederetur aliquod onus in ciuitate: & fecit manere negotiatores, & vendentes vniuersa venalia foris Hierusalē.
71 Nec etiā in Ecclesijs celebrandæ sunt † Nūdinæ,

dinę, quia, vt dicitur Esaię.capitu.56. Domus mea, domus orationis vocabitur, cunctis populis. & Ieremiæ cap. 7. Nunquid ergo spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatũ est nomen meum in oculis vestris. Ego sum, ego vidi, dicit Dominus. Quorum Prophetarũ dicta assumens, Sanctorum, & Prophetarũ om-
72 nium Princeps, ac Dominus † IESVS CHRISTVS. Matthęi cap.21. Eiecit vendentes, & ementes de templo, & mensas numulariorum, & cathredas vendentium columbas, euertit dicens: scriptum est, Domus mea, Domus Orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum. & idem habetur Marci. cap. 11. Quorum authoritate Petrus Suberti de Cultu Vineæ Domini. Parte 2.cap.9. inquit: Ad Ecclesias debet esse deuotus ingressus, quieta cõuersatio, Deo grata, & aspicientibus placida.
73 Non debent in eis fieri † acclamationes, seditiones, impetus, confabulationes: nec in eis, & in cœmeterijs, debent teneri Trapezitæ, fora, Nundinæ, mercata, negociationes, secularium iudiciorum placita, ac consistoria. vt in c. Decet. de Immunitat. Eccles. in 6. Nec mirum, quia Ecclesias ab ijs negotiationibus immunes es-
74 se † debere, docuit etiam Origenes in c. Et hęc diximus. 16.q.7. ibi: hoc ergo facto, omnia Christus eiecit in ministerio spiritualium actuum suorum: & tunc quod fecit visibiliter egit, eijciens vendentes, & ementes de templo, & mensas nũmulariorum euertens, Cathredas vendẽtium Columbas dissipauit ad correctionem populi, vt non pro mundanis, festiuitates in nomine Dei celebrent, nec emptionibus, & venditionibus vacent in loco non cõpetenti, in quo non debent emere, nec vendere, sed orationibus tantum vacare, & congregari, quasi in domo Orationis. Hæc Origenes. & habetur in c. eijciens. 88. distinct. quod in specie prosequitur Ioan. Francisc. Pauinus de visitation. par. 1. q.7. versic. Et quoniam Domum Domini. vbi in
75 specie asseruit negociationes † Nundinarum, & Fori tumultus esse ab Ecclesia arcendos. Paulus Fuscus de visitat. lib.1.cap.28.nu.4.& 5.
76 Habemus exemplum Iudæ † Machabęi, & fratrum, qui videntes Templi prophanationem, sciderunt sibi vestimenta sua, & planxerunt planctu magno, imponentes cinerem super caput suum: cęcideruntque super faciem, & exclamauerunt in Cęlum. vt scriptum est lib.1. Machab. cap.4. quod retulerunt etiam Paul. Fusc. vbi supra. & Michael Timoth. in Praxi visitandi lib.2.cap.58. Sed vbique quotidie, non sine maximo Christiani Gregis dedecore, contrarium fieri videmus: quamquam Prælati acerrimi honoris, & Diuini cultus zelatores, minimè id permittant. Et nimirum, ne ab Ethnicis vin-
77 camur. Nam scimus Lycurgum† Atheniẽsibus legem posuisse, ne mulieres in Mysteriorum festo, curru veherentur. In quam cum prima omnium lycurgi vxor deliquisset, mariti lege dãnata extitit. vt docet Ælianus de varia Histo-
78 ria. lib. 13. In quem errorem Neapolitanæ† Matronæ quotidiæ incidunt, cum in Ecclesijs, & eorum solemnitatibus, & festis tantam habeãt Carrucarum copiam, quòd ob illarum multitudinem plerasque vidi contentiones obortas, & crimina patrari, cui facinori adhibenda foret honesta prouisio. Vnde concludendum est cum Basilio Magno in lib. Regularum fusius disputatarum. cap.40. dum ait: Verum enim
79 verò, neque † Nundinationes illæ, quæ ad sepulcra Sanctorum Martyrum, celebrari solitæ sunt, conuenire nobis putandæ sunt: neq; enim vllam aliam ob causam, adesse Christiani in dierum nominibus Martyrum Festorum celebritatibus debent, quàm orandi causa, & vt Sãctorum constantiæ admoniti, in qua illi, ne pietatem amitterent, ad necem vsque fortiter perseuerarunt, ipsi quoque ad similis fortitudinis æmulationem incitentur. Hæc Basilius: vbi plura. Sed hactenus pro diuiti Nũdinarum dote, hæc dicta breuiter sufficiant.

ARGVMENT. CAP. XXXVII.

Arces, Castra, Fortellitiaque ædificare, Iuris esse Regalis. Barones, an noua ædificent? an diruta reparent? Plura in materiæ dilucidatione ex Historijs tradita sunt, præsertim ad intellectũ constitutionis Regni Neapolitani.

COMPENDIVM.

1 *Priuatus Arcem constituere nequit.*
2 *Arcem ad æmulationem facere, prohibitũ est. nu. 14.*
3 *Aedificare cuilibet, regulariter licitum est.*
Aedificia Iuris gentium sunt.
4 *Arx pro Castrametatione ad æmulationem fieri non potest.*
5 *Arces, & Castra noua facere, vetera ædificia incastellare, illicitum absque Principis permissu.*
6 *Bella sunt Iuris gentium.*
7 *Arces, Castra, Turres, Fortellitia absque Principis licentia fieri nequeunt, cum sint de Regalibus. sed vide. nu. 8.9.*
10 *In Reędificanda Ecclesia non diruta, non exigitur Episcopi licentia.*
11 *Aedificium funditus destructum, si reædificatur, dicitur nouum opus.*
12 *Fortellitium destructum funditus ob alicuius rebellionem, si rebellis, vel filij reconciliati fuerint, non reædificabunt absque Principis venia.*
13 *Aedificiorum reparatio, si ædificia nunquam fuissent habitata fieri, non potest: si autem habitata fuerint, reparatio permittitur.*
15 *Aedificium dirutum ordine, vel mandato superioris, non potest reparari.*

16 Ciui-

16 *Ciuitas destructa ordine superioris omnia priuilegia amittit, secus si ordine alicuius tyranni, quia priuilegia manent.*

17 *Census ob Castrum debitũ, an Castro diruto debeatur?*

18 *Intellectus Const. Regni. Castra munitiones. nu 20.*

Intellectus Const. in locis Domanij. nu. 20.

19 *Arces, & Castra in Regno Neapolitano, tam in terris Domanij, quàm Baronum, nec noua facere, nec collapsa reparare permittitur, sine Regis licentia.*

21 *Aedificari in solo alieno, non permittitur.*

22 *Baronibus cur non permittitur, Castra, & arces ædificare.*

23 *Dominus directus forma non mutata potest arcem reparare.*

24 *Rex potest Castrum Baronis fortificare.*

25 *Ius superioritatis semper intelligitur Domino reseruatum.*

26 *Rex in terra Baronis, temoore belli, potest custodiam ponere.*

27 *Priuati apud Anglos, & Moschouitas arces non habẽt, & in omni statu Monarchico prohiberi debet.*

28 *Christiani Principes, ac Turcæ qui habent Statum Monarchicum arces suas habent.*

Emanuel Rex Portugalliæ in nouis Insulis Arces plurimas erigi curauit.

29 *Francisci Almeidæ medio Arces ædificatæ ad Quiloam, ad Mombazam. ad Goam, Calecutum, Ceilanum, Ciaulum, Caimum, Malacam, Moldenas, Pacemum, Socoteram, Ternatem, & alia loca. num. 30.*

31 *Reges Chinarum nullis vtuntur Arcibus.*

32 *In Rebus publicis Arces sunt pessimæ, & quare? num. 33*

34 *Arx Tyranni sedes dicitur.*

35 *Thebanis quantum Arx nocuerit.*

36 *Locrẽses ii cauti, à Dionysio capti, illi seruire coacti.*

37 *Tarentini, ob Arcem, quid passi?*

38 *T. Flaminius, Acrocorinthum, Demetriadem, & Calcydem Arces, solo æquauit.*

39 *Syracusani Acradinam Arcem deleuerunt.*

Tymoleon Corinthius alias Syracusanorum arces sustulit.

40 *Franciscus Maria Ruuereus senior Vrbini Dux, Francisci Secundi, nunc dominaatis Auus, omnes sui Dominij Arces diruit, & Venetias confugit, arbitratus mortuo Alexandro Sexto illum persequẽte iterum Dominia recuperaturum, vt post modum subsequutum fuit.*

41 *Florentini, Carolo Octauo Galliæ Regi Arces dederunt sub bona fide, non sine maximo ipsorum malo.*

42 *Arx in Ciuitate Tyri inexpugnabilis.*

43 *Arx Sion, quam occupauit Dauid.*

44 *Arx Sion, vocata est Arx Regia, domus Dauid, sedes, solium, & Thronus Dauid.*

CAP. XXXVII.

Arces, Castella, & Fortelitia ædificare, ac
de nouo erigere ad Principem spectat, il
larum erectio supremam Principis potestatem
1 respicit: Priuatus enim arcem† si construeret,
aut rebellandi seu Domini superioritate habere animum ostenderet, vel eiusdem Domini
æmulatione quadã id facere, quod permissum
2 †non est. l. Opus. l. Si legatum. in fin. l. De operibus. ff. de operib. public. l. Nemo. C. eo. tit. l. In
nomine Dñi §. Interea verò. C. de offic. præfect.
pt. Afric. l. 2. C. de fund. Limitroph. lib. 11. Hinc
Bart. in l. Sodales. nu. 5. ff. de colleg. Illic. dicit
nõ licere Ciuitati alicui, sine superioris pmissu, facere ædificiorum collectionem, maximè
qñ esset ad alterius Ciuitatis æmulationẽ. quẽ
sequitur Paul. de Castr. in l. Ex hoc iure. nu. 25.
vers. sequitur aliud verbum. in tex. ædificia. ff.
de iustit. & iur. vbi etiam Ias. nu. 6. cũ pluribus
seq. vbi ponunt Regulam incontratium cuili-
3 bet licere ædificare, cũ ædificia sint† iuris gentium. arg. d. l. Ex hoc iure. & idcirco omnibus
sunt permissa. Et tamen ipsi declararunt, hoc
procedere dum tamen non fiant ad æmulatio-
4 nẽ alterius per supradicta, vel pro† castrametatione. Quibus concinunt scripta per Martin.
Laud. in tract. de Castellanis. & Castris. §. 9. Cũ
multis adductis p Nicol. Boer. in Decis. Burdegalens. 320 p totũ. post Innoc. in c. Pisanis. col.
fi. de restit. spoliat. Vbi dicit, nõ licere noua Ca
5 stra facere, nec vetera † ædificia posse de nouo
absq; superioris permissu incastellare. sequitur Abb. Panor. in c. Cũ ecclesia. nu. 11. de elect.

Sed, vt ego alias dixi, hoc eodẽ libro supra
c. 32 Non idcirco arces, Castella, aut fortelitia
ædificare licere, mihi videtur, quod ædificia sint
iurisgentium; quia vt supra etiam scripsi c. 36.
6 quod licet bella† sint iurisgentium, non ideo tñ illa priuati indicere possunt absq; Principis licentia, & permissu. Vnde eodem pacto, quoad castellorum, seu arciũ constructionem, quando sui natura ità construerentur, vt in bellorum occasionibus vti illis quis posset, faciẽdo ibidem coadunationem armorum, & congregationes armatorum hominum ibi fieri possent, vel ad Castellũ aduersus alienos impetus defendẽdum, vel alijs posset dari, ac præstari materia exteris Principibus ibidem se recipiẽdi, aliaq; ibidẽ possent moliri, ex quibus status Dñi posset periclitari, aut seditio aliqua oriri, nunquam censerẽ, nec permitterẽ fieri, absq; superioris, ac dominantis mandato. l. Per prouincias. vbi Glo. & Bal. C. de ædific. priuat. & ante Baldum Andreas de Iser. in Const. Regni. Castra. Munitiones. in fin. Vnde vt loquamur prius de iuris cõmunis dispositione, ex illa dicendũ videtur, & postmodum dicam quatuor verba ex dispositione iurium huius Regni Neapolitani.

Communi itaq; iuris dispositione, noua Ca-
stra, atq; ædificia, turres, & fortalitia absq; Prin
7 cipis† authoritate, & permissione, non licere,
supra firmatum est. Hoc dictum tamen plures
recipit declarationes.

Prima declaratio sit: vt tunc demum, verum sit noua Castra, & Turres erigere non licere

priuatis, vel antiqua atq; vetera reficere;quando eadem antiqua ædificia, turres, & fortelitia,sunt pœnitus,ac funditus diruta: secus verò si ædificia, vel muri erecti essent subsistentes, qui ruinam fortè minarentur, vel adhuc
8 †pristina reperiretur materia; quia tunc refectio,& reparatio permissa est.argum. l. 1.§.Aedificare.vbi hoc voluit Angel.ff de Mortuo infer.l.3.§.Reficere.ff.de itin.actuque priuat.& authoritate eorundem iurium voluit Petr. de Ancharan.in cap.Consuluit.de Iudæ.facit tex. in l.Si ità legatum sit. §. Fin. ff.de leg.1. Vbi si
9 domus legata ità particulatim † reficiatur, vt nihil ex pristina materia supersit, manet legatum, secus si domus sit destructa,& alia ædificetur, quia legatum non debetur. Hinc Hostiensis post Goffred.de Trano.in summa titul. de ecclef. ædif. in fin. dicit idcirco in reædi-
10 ficanda† Ecclesia non diruta, non requiri licentiam Episcopi: secus verò in Ecclesia diruta: quia in illa requiritur licentia Episcopi, quasi sit noua. Sic etiam Synagoga si funditus corruat, ædificari nequit. Panormit. in dicto cap.Consuluit. de Iudæis.Ad hanc sententiam concinit tex.in l. Inter stipulantem. §.Sacram. ff.de verb.obligat.vbi probatur, quòd quando
11 † ædificium est funditus destructum, si reædificatur,dicitur nouum opus. Vnde Doctor.in l.1.§.Si quis ædificium.ff. de oper.noui nũciat. dicunt, quòd si vetus ædificium est funditus destructum, & reficitur, tunc potest ei nouum opus nunciari, quia dicitur de nouo facere: si verò non esset funditus destructum, erit secus. argum.notatorum per Paul.de Castr. in l. Fin. princip.ff.de vsucap.Iaf.in l.Quominus colum. penul.ff. de Fluminibus latè Vdalrich. Zaf. in dicto § Sacram.Feli.in cap. Cum accessissent. num.56.de Constir.plenè Marquard.de Susan. de Iudæis.parte prima cap.3.num.8. cum pluribus seq. & num.11. ex Bald.in l.Si vt proponis.la 2.C.de nupt.dicit: quòd si extat Constitutio Ecclesiæ, quòd nullum fiat fortelitium sine consensu Papę.& aliquod fortelitium fuit
12 † funditus destructum ob alicuius rebellionem, quòd rebellis reconciliatus, vel eius filij,non poterunt inconsulto Papa reficere. arg. Gloss.in c. de Monachis 18.quæst. 1. dicentis: quòd si Monasterium est ex toto destructum, non possunt Monachi illud reficere sine consensu Papę,sicuti nec à principio illud potuissent facere: Secus si non ex toto esset destructum,quia possent reparare.

Secundò declarandum est: tunc demum reparationem ædificiorum licitam esse, quando dicta ædificia per prius fuissent habitata; secus
13 †si illa nunquàm habitata fuissent: tunc enim habitatio minimè permitteretur. Innoc. in dicto.cap.Pisanis. Abb.Panor.in d. cap.Cum ecclesia.num.11.de elect.& in dicto cap. Pisanis.

Tertiò declarandum est: reparationem, vel nouorum operum ędificationem illicitam esse, & minimè permissam,quãdo,vt dictum est fie-
14 ret†ad æmulationem. Innoc. Anton. de Butr. & Panor.in d. cap. Pisanis.Lud.Roman.in rep. l.Si verò. §. De vero. Fallent.44. ff.solut.matr. Felin.in dicto c.Cum accessissent. num. 59. vbi dicunt secus esse si concurrentibus alijs iam dictis,non fieret ad æmulationem, sed ad conseruationem,vel augumentum patrimonij,honoris, ac iurium suorum.

Quartò declarandum videtur: quòd si Castrum,aut Fortelitium hostium impetu, vel incursionibus vastatum esset,tunc reparatio permittatur;secus verò,si dirutum,vel deuastatum foret ordine,vel mandato superioris;quia tũc
15 reædificatio, vel reparatio esset † prohibita. arg.Glos.in c.Priuilegium. de regul.iur.in 6.& in c. Et hoc diximus.in verb.Destructa.16.q.7. glos. in c.Statutum. de elect.in 6.Panor.in c.2. col.2.vers. Nota quòd destructa. de oper. noui nunt. vbi inquit, quòd si ciuitas destruitur or-
16 dine † superioris, omnia Ciuitatis Priuilegia sublata sunt; secus si ex facto alicuius Tyranni, vel ab hostibus destrueretur,quia tunc omnia priuilegia remanebunt. Innocent.& alij in dicto cap.2.de oper.nou.nunt. præsertim Anton. de Butr. & Petr. de Ancharan. & ante eos ibidem Henric. Bohic. versic. super eo. Gulielm. de Monte Laudun. in dicto cap. Priuilegium.de regul.iur.in 6. Alexan.& Iaf.in l.Gregè.ff.de leg.1.Felin.in cap.Cum dilecta.col.fin. de rescript. Bald. in consil.321. vol.4.& multa ad propositum idem Felin. in dicto cap. Cum accessissent. Alexand. in consil.43. volum. 1.
17 Lud.Roman.in cons.417.vbi tractat:An sit†debetur census ob Castrum, debeatur Castro diruto. de quo etiam Hippolyt.de Marsil.de Fideiuss. num.212. Cum pluribus seq.plura longius scribit Remigius de Gonny de Immunitat Eccles. in verb. Ecclesia destructa. per totum. ante eos Luc.de Penna in l.fi.C.de exact. tribut.lib.10.& in l.1.& 2.C.de quibus muner. nem.lic. se excus.lib.eo. latè Matth. de Afflict. in Const.Regni.Castra,munitiones.per totum. Io.Anton.Nigerin c.Regni.Grauamina.nu.73. 74.& in c.Regni.Itẽ statuimus.Iacob. Mandel. in consil.16. Iacobin. de Sãcto Georg.in inuestitur.Feudal. in verb.De Castro Rubei Mõtis. per totum. Anton.Capic.in inuestit.Feudal.§. Feudorum clausulæ.in verb. Fortelitijs.

In hoc Regno, habemus duas Constitutio-
18 nes,primam allegatam. Castra†Munitiones,& Turres.Alterã incip.In locis Demanij.Per primam Rex Gulielmus,mandat Castra, munitiones, & Turres erectas ab obitu Diui Gulielmi sui consobrini, quæ per curiam ab eo in Castro Capuanę,Ciuitatis Neapolis,sine sua licentia dirui non poterant,mandat quòd illa lege reuocata,omnia diruantur, vsque ad Natiuitatem Domini proximam,tunc sequentem.Mandat

dat insuper nec alicui licere munitiones dirutas reficere sine Principis licentia. Per secundam mandat, non fieri in locis Domanij ædificia noua, vel pro defensione, vel pro munimine, dicens satis sufficere subditis munitiones Regias ad tuendos Regni fideles. de qua Constit. Pett. de Gregorio Sicul. de concess. Feud. parte 2. q. 2. num. 11.

Ex quibus iuribus ego dico omnimodo, tam in terris Baronum, quàm in terris Domanij, scilicet immediatè Regi subditis, nõ licere cuiq̃, nec noua facere castra, Turres, vel munitiones;
19 nec vetera collapsa, vel diruta reficere† absq; Regis licẽtia: vt videtur etiã de mente Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 392. num. 14. 15. Super quo casu in Consilio agitato, consuluerat Sigismund. Loffred. in consil. 21. per totum. Et idcirco, salua pace, arbitror minus benè dixisse Andr. de Isern. & Afflict. in dicta Const. Castra. quòd prohibitio sit tantummodo facta in locis Domanij, secus verò in alijs. & sic censuerunt posse in solo suo, Dominos, Castra, &
20 Turres erigere. Quia † si pro fortelitio, censeo perperam illos intellexisse sensum, & verba constitutionum præfatarum; cum eo casu in terris Baronum etiam militaret ratio turbationis status, & scandalorum, quæ indè possent oriri. Baronibus tamen hoc solum permissum esse censerem, facere palatia in eorum oppidis ratione commodioris habitationis, non autem fortelitij; alias prima illa Constitutio ad nihilum deseruiret. Secunda enim nullam habet dubitationem, ex quo loca Demanij, cum sint tantummodo Regis, ædificatio inibi omni priuato illicita est, quoad munimen, quia ædificaretur in solo alieno, quod de
21 iure non† permittitur. Faciunt notata per Bal. in l. 1. col. 2. ff. Quod cuiusq; vniuers. nom. vbi inquit: quòd Castrum, seu fortelitium non potest construi, nisi authoritate Principis, quando illud Castrum, seu Fortelitium fit ad Guerram, vel æmulationem, vnde attenditur finis. idem Bald. in l. Ex hoc iure. num. 13. ff. de Iu-
22 stit. & iur. Et hinc est, quòd si Baronibus† liceret, Castra, & ædificia absque Principis permissu pro Fortelitio erigere, sequeretur non posse Regem, vel Principem superiorem, tempore necessitatis, & belli, custodire Castrum: cuius contrarium paret ex notatis per Bald. in capit. 1. §. Quid ergo. de inuestitur. de re alien. fact. Faciunt notata per Alberic. de Rosat. in l. fin. ff. de vsu, & habitat. vbi ex illo textu asseruit, posse Dominum directum Castri,
24 † eius forma non mutata, reficere, & fortificare, sed Rex est Dominus directus in Regno, vt scribit Marin. Freccia de subfeud. Baron. lib. 2. Authoritat. 4. numero 9. 10. Ergo potest
24 Castrum Baronis ipse fortificare. † Quod, & voluit Afflict. in dicto §. Quid ergo. num. 25. vbi dicit, esse idcirco, quia semper intelligitur
25 Domino reseruatum † ius superioritatis. Hanc eandem sententiam tenet Cepolla de seruit. vrban. præd. cap. de Solo, seu Area. in fin. Albert. Brun. in consil. 87. num. 18. cum alijs nouissimè allegatis à Ioanne Petro Surd. in consil. 210. num. 31. volum. 2. Vnde alias fuit decisum posse Regem in terra Baronis custodiam
26 † ponere tempore belli. vt per Anton. Capic. in decis. Neapol. 27. num. 6. post Iacobin. in dicta inuestitur. in verb. De Castro Rubei Montis. numero 13. & alios, quos nouissimè refert Ioan. Vincent. Annius in alleg. 94. num. 9. vbi dicit ità fuisse decisum in Consilio Collaterali in Castro Ducis Andriæ, & in alleg. 130. nu. 14. Et sic obseruauit Curia Regia tempore belli moti in Regno à Paulo Papa Quarto, dum custodiuit Castrum Ciuitatis Ariani, Ciuitatis Venusiæ, Sanctæ Agathæ in Apulia, & alijs in locis Regni.

Vnde in statu Monarchico, priuatas arces habere, non solum apud Anglos, & Moschouitas, sed totius Africæ, atque Orientis Re-
27 gna, per eorum Reges † prohibitum esse, scribit Ioan. Bodin. de Repub. lib. 5. cap 5. Reges autem, ac Principes Monarchas illas habere,
28 vtilissimum est, ac ad modũ necessarium: † vnde non solum apud Christianos Principes omnes, sed etiam apud Turcas, aliosq; Barbaros, sunt frequenti vsu inductæ. Optimè igitur Emanuel Rex Portugalliæ in insulis nouis, ar-
29 ces † iugiter erigi curauit, & tutè fundari. Sic Francisci Almeidæ, viri strenuissimi medio ad
30 Quildam Arx ædificata est, † ad Mombazam, ad Goam, Calecutum, Ceilanum, Ciaulum, Cainum, Malacam, Maldinas, Pacenum, Socoteram, Ternatem, & in locis pluribus; tum per alios Reges successores, tum per nostros, aliorum Illustrium virorum medio, fundatæ sunt. quorum meminit Ioan. Petr. Mapheus Historiar. Indicarum. lib. 3. & 4. & pluribus alijs.
31 Quamquam Chinarum Reges, nullis † vtantur arcibus, sed omnis ipsorum vis bellica, in Vrbium Portis, in Militum multitudine, tum terrestri, tum Nautico apparatu consistat. vt scribit Ioannes Gonzalez Mendoza Rerum Chinarum lib. 1. per totum.

In Ciuitatibus verò, quæ Reipublicæ munere funguntur, arces admodum periculosæ sunt, & ideo pessimæ: quia Ciues imbelles fa-
32 ciunt, & ad ignauiam † prouocant, hostes ad obsidionem, populos ad defectionem, Principes ad Tyrannidem. Ideo Aristoteles in Politicis asseruit, inutiles, atq; periculosas esse in
33 optimè constituta † Republica arces, & illas præbere Tyrannidis opportunitatẽ. Er propter ea Asconius Pedianus asserit: arcem Tyranni
34 † sedem esse; Ciuiles enim discordias, & simultates fouent. Sic laborantibus inter se factione Thebanis, vna pars, vt alteri resisteret, cum
35 apud eosdem Thebanos † Phæbidas Lacede-

moniæ classis Præfectus, Hospitalitatis iure diuertisset, ei persuasit, vt Cadmeam Arcem occuparet, quod cum fecisset, Thebani apud Lacedemonios conquesti sunt, quòd Hospitalitatis iura violata essent. Responderunt, id non publico, sed priuato Consilio actum fuisse, & vt rei testimonium facerent, eundem Phæbidam, pecunia mulctatum, ab exercitu amouerunt. Et sic passim libertate priuati steterunt, donec Pelopidas vir strenuus, illam recupera-
36 uit. Hanc eandem Fortunæ aleã, experti† Locrenses, qui incauti, seniori Dionysio coacti seruire, cum ij minus diligenter, & priuatorum domos, & arcem ostendissent: quam, vti malè custoditam, cum occupasset, Adulteria, stupra, raptus, libidines, furta, prædationes, & homicidia, sunt per pessi. Eodem modo Tarentini,
37 †ob arcem, Dirapati coacti, cum ad Annibalem defecissent, & arcem teneret, M. Liuius Salinator, & illi pẽsto affuisset Q. Fabius Maxim. Arcem, atq; Vrbem, maximo cum ciuium detrimento, recuperauit. Quorum meminit Plutarch. in Apophtegmatis. Cicero, & alij, ac Ianus iuuenis de Tarentinorum fortuna. lib. 6. c. 10. 11. 12. Vnde optimè. T. Flaminius Acro-
38 corinthum, †Demetriadem, & Calcydem, Arces à Philippo iuniore Macedoniẹ Rege, erectas, quas Græciæ compedes appellabat, solo æquauit, ne defectiones molirentur. Sic Acra-
39 dinam arcem, veteres † Syracusani deleuerũt: de qua latè Thomas Facellus Rer. Sicul. Decade. 2. lib. 5. cap. 1. alias etiam arces, tamquam Tyrannorum sedes in eadem vrbe Syracusia, deleuit Timoleõ Corinthius, vt testatur idem Facell. lib. 3. Decad. 2. cap. 3. Optimè igitur
40 Franciscus Maria Ruuereus † senior, Vrbini Dux, Serenissimi Francisci Mariæ iunioris dominantis Auus, omnes ditionis suæ arces diruit, & Venetias confugit, arbitratus mortuo Alexandro Sexto Pontifice illum persequente, iterum Dominia recuperaturum: cum Cæsar Borgia filius, Arces non haberet, quibus se continere posset, vt iam postmodum subse-
41 quutum fuit. Florẽtini† pariter à Petro Mediceo, quodammodo coacti, Carolo Octauo Galliẹ Regi, sub bona fide, Arces, Sarzanensem, Pisanam, & alias, cum concessissent, pœnitentia ducti, illum vti per duellem Ciuitate eiecerũt. Francisc. Guicciardin. Histor. lib. 1. Petrus Bembus Historiæ Venetæ. lib. 2.

Plurium præterea Arcium fit mentio in scriptura sacra, vt de arce munitissima in Ciuita-
42 te Tyri, † quæ erat inexpugnabilibus propugnaculis, & turribus munitissima, de cuius pulchritudine loquitur Ezechiel c. 26. & 27. Plin. lib. 5. c. 19. Quintus Curtius Historiar. Alexan. lib. 4. Gulielmus Episcopus Tyri de bello sacro lib. 12. cap. 6. & lib. 13. c. 5. Ioan. Heroldus in continuatione eiusdem Histor. lib. 2. cap. 2.
43 & 6. Sic etiam erat Arx Sion, quam†occupauit Dauid Rex, de qua habetur lib. 2. Regum c. 5. in qua postmodum habitauit idem Dauid, ea expugnata. lib. 2. Regum cap. 5. 7. & 11. & omnes alij Reges ibidem habitauerunt. lib. 3. Regum. cap. 1. & lib. 1. Paralip. cap. 11. & 17. & vo-
44 cata est Arx†Regia, domus Dauid, & quandoque sedes, solium, & Thronus Dauid, item Aula, & domus Regis. de qua Ioseph. de Bell. Iudaico lib. 6. cap. 6. In hac arce, nouissimè stetit Antiochus Syriæ Rex, Tyrannorum crudelissimus. de qua lib. 1. Machab. cap. 1. & alibi pluries. & lib. 2. Machab. c. 13. & 14. Cum pluribus seq. Quam postmodũ expugnauit Simon Machabæus. vt testatur Ioseph. Antiquit. Iudaic. lib. 13. cap. 9.

ARGVM. CAP. XXXVIII.

Exilio missos, relegatos, bannitos, deportatos condemnatosq; restituere, vel gratia dignos facere, indulgere securitatem, saluum conductum concedere, ad Principem spectat. Quando id liceat, quibusuè ex causis? duodecim declarationibus absoluimus.

COMPENDIVM.

1 *Supremi Principis ius est, condemnatis indulgere, bannitis fidem, securitatem, ac saluum conductum concedere, deportatos, exulesq; restituere.*

2 *Commeatum, remeatumq; exuli, nemo, nisi Imperator, dare, & concedere valet.*

3 *Solius Principis est, gratiam facere, delictis indulgere, famæ restituere.*

4 *Pontifex Maximus tamquam Princeps supremus in suo Dominio restituit bannitos, & exules ad famam. nu. 23.*

5 *Cardinalium Collegium, sede vacante, restituit exules, & bannitos.*

6 *Episcopi an bannitos, & exules restituant?*

7 *Inquisitores prauitatis hæreticæ, an similiter bannitos, & exules restituant?*

8 *Imperator tamquam supremus Princeps in suo statu, aliíq; Principes, & Respublicæ habentes iura Imperij, restituunt deportatos, & exules, & indulgent damnatis.*

9 *Principes Regalia non habentes, nec indulgent damnatis, nec bannitos restituunt.*

10 *Comites, & Barones, an indulgeant condemnatis, ac restituant bannitos?*

11 *Indulgentia intelligitur de præteritis delictis, non de futuris.*

12 *Delinquendi occasio danda non est.*

13 *Indulgentia non extenditur ad pœnam parti debitam, sed de pœna sibi spectante. nu. 39.*

14 *Prin-*

CAP. XXXVIII.

SVpremi Principis est indulgere cõdẽnatis, saluum conductũ, securitatemq; concedere bannitis,

1 nitis, exulibus, ac deportatis, eosq; famæ† restituere. Vnde Vlpia. in l. 1. in fin. ff. de quæst. inquit: Sed Præses Prouinciæ, eum, quem damnauit, restituere non potest, cum nec pecuniariam sententiam suam reuocare possit. Quid igitur? Principi eum scribere oportet, si quando ei, eius, qui nocens videbatur, postea ratio innocentiæ constiterit. l. Si interueniente. ff. ad Senatusconsult. Turpil. l. 1. §. Sequitur. ff. de postul. idem dixit Marcellus in l. Relegati. ff. de pen. ibi. Nemo potest commeatum, remeatum-
2 uè† dare exuli, nisi Imperator ex aliqua causa. l. Diui fratres. in princ. ff. de pæn. l. Acta. §. Fin. ff. de re iudic. l. 1. & per totum. C. de sent. pass. l. Rescripta. C. de precib. Imper. offer. Bart. in l. Gallus. §. Et quid si tantū. ff. de liber. & posthu. Idem Bartol. in d. l. Relegati. Angel. de Aret. in §. 1. col. pen. in princ. Inst. quib. mod. ius pat. pot. sol. Lucas de Pen. in l. Contra publicam. C. de re milit. lib. 12. Nell. in trac. Bannitor. prima par. 2. Tempor. q. 15. Vitalis Cambanis in tract. clausul. in Clausul. Nil nouar. secur. pend. Salyc. in l. Cum indulgentia. col. pen. vers. Ego distinguo. C. de sent. pass. Rubeus Alexandrin. in consil. 50. num. 12. Aegid. Boss. in tit. de remed. ex sola Clem. princip. num. 51. Iul. Clarus in pract. crim. q. 59. nu. 2. Bald. in c. At si clerici. de iudic. Martin. Lauden. de Princip. §. 426. Roland. à Valle in consil. 4. nu. 57. vol. 3. Vnde so-
3 lius est † Principis, gratiam facere, delictis indulgere, & famę restituere. Bartol. in l. Non omnes. §. Qui transfugit. ff. de re milit. Iacobin. de Sancto Georg. in inuestit. Feud. §. Princeps: vers. Quarta specialitas. Octauian. Cacheran. in decis. Pedem. 101. num. 1.

Et in primis facere hoc potest Summus Romanus Pontifex, qui quod facit Imperator in Imperio, facit in Statu, & Dominio suo: resti-
4 tuit Bannitos, & Exules† ad famam, ac statum, cū sit Princeps supremus. arg. notatorum per Innocent. in c. Cum te. de re iudicat. Bald. in l. 1. §. Eum qui. nu. 2. ff. de postuland. & in consil. 40. nu. 1. vol. 4. Crauet. in consil. 9. num. 5. ante eos Specul. in tit. de Accusat. §. 2. Bartol. in l. Infamem. num. 13. ff. de public. iud. Lancellot. Conrad. in templ. omn. iudic. lib. 1. cap. 1. tit. de Imperator. §. 4. in verb. Dānatos. nu. 1. & lib. 2. c. 1. tit. de Pōtifice Maxim. §. 2. in verb. Pontificis præstantia. sub nu. 2. vers. Item damnatos.

Cardinalium Collegium, idem facere posse
5 Sede Pontificia vacante notatur in c. Constantinus 98. Distinct. voluit hoc Petr. de Anchar. in d. c. Cum te. nu. 8. Sequitur Panor. ibi nu. 12. Feln. nu. 10. Angel. in consil. 316. nu. 6. Angel. de Clauas. in summa. § Imperia. nu. 13. Martin. Laudens. de Cardinal. lib. 2. § 32. & 33. Cardin. Albanus. in l. 1. §. De qua re. nu. 1. ff. de postul. & hæc est communis opinio, licet contrariū tenuerit Io. de Lignan. vt dicit idē Laudēs. & tenuit Andr. Barbat. in Cle. Ne Romani. de elect.

6 An autem, & Episcopi, hoc idem facere† valeant? latè hāc controuersiā disputarunt Henrich. Boich. Panor. Anchar. Deci. Feln. & alij in d. c. Cum te. Io. de Turre Cremat. in c. Si quis præsbyter. 7. q. 1. Io. de Firmo. de Episcopo. lib. 4. parte 4. nu. 15. Similiter dicendum est in In-
7 quisitore Hæreticæ prauitatis, † q; data potestate ab Apostolica Sede, possit. Alberic. de Rosat. in rub. C. de sentent. pass. & hæc de Ecclesiasticis personis dicta sint.

Imperator, autem potest hoc facere, vt dictū est in principio huius capitis. Possūt, & Reges, Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Respublicæ, quæ habent iura Regalia, & aliquem non recognoscentes, & qui iure supremi Principis funguntur: exiliatos enim, & deportatos reuocant, & gratias ijs faciunt, crimina abolēt,
8 delinquentibus† remittunt, ipsisq; indulgent, per ea, quæ supra diximus, & quæ ad longum scribit Octauian. Cacher. in d. decis. Pedemon. 101. per totum. Si autem supremorum Principum iura, & Regalium concessionem non ha-
9 berent, vtiq; hæc facere† minimè possent: vt dicit ibi Octauian. Cacher. & huc conferunt dicta per Bartol. in l. 1. §. De qua re. ff. de postul. & in d. l. Infamem. in fin. ff. de pub. iud. & in l. fin. nu. 12. C. de sent. pass. Alex. in consil. 114. in princip. vol. 2. Andr. Barbat. in d. Clem. Ne Romani. nu. 8. Bonifac. de Vitalinis in pract. crim. in tit. de relaxat. carcerat. q. 6. Syluester Aldobrādin. in §. Masculi. nu. 18. Inst. de curator. Ideo refert Aegid. Boss. in dicto tit. de remed. ex sola Clem. princ. nu. 51. Tempore, quo Galli Mediolani dominabantur, ipsum vidisse quendā Feudatarij subditum, suspensum. cum gratia collo annexa: quod post Octauian. in d. Decis. 101. nu. 4. refert nouissimè Anton. Sola in Const. Sabaudiæ in decreto indulgentiam. Glos. Vnica. sub nu. 7. tit. de indulg. vbi disputarunt, an Co-
10 mites, † a'ijq; Barones hoc facere possint. Hoc tamē totum ex verbis inuestiturarum, ac priuilegiorum pendet. Plures tamen supranarrata conclusio recipit declarationes, ne materia tamen obumbretur, illas breuiter enarrabo.

Primò declara: Has gratias, siue indulgentias, de præteritis tātum delictis intelligi, non
11 † autem extendi ad futura, ne detur materia delinquendi: quia remitteretur futurus dolus quod fieri nequit. l. Si vnus. § Illud nulla. ff. de pact. Barthol. Socin. in consil. 282. col 4. vol. 2. & post. Bald. & Castrens. Iason. in l. Rescripta. n. 8. C. de precib. Imper. offerend. In promptu enim
12 † esset delinquendi occasio, & materia delicti se offerret, quod concedi nequit. l. Conuenire. ff. de pact. dotalib. Salicet. in l. 2. C. de General. abolition. Angel. in cōsil. 62. in secundo dubio. Alberic. in q. 56. in vlt. par. Statut. Hieron. Grat. in consil. 137. vol. 1. & in consil. 144. vol. 2.

Secundò declara: Hoc procedere, quoad pœnā concedenti Principi debitam, nō autem ad

13 ad pœnā† quæ parti debetur: Cui nequit Princeps, aut alius concedens indulgentias, præiudicium tribuere. Doctor. in l. 2. C. de in ius voc. Andr. de Iser. in c. 1. in verb. Bona committentium crimen læsæ Maiestatis. nu. 74. vbi Matth. de Afflict. nu. 53. idem Afflict. in verb. Pęnarū. nu. 13. Concludunt, quæ scripsit Carolus Ruin. in consil. 60. vol. 5. Cardinal. Parisius in cons. 1. vol. 4. Idcirco non consueuerūt Principes, abs-
14 que partis cōcordia, & remissione, pœnas† remittere, aut gratias facere. vt dicit Boss. in d. tit. de remed. ex sol. Princip. Clem. nu. 24. antè eum Petr. de Anchar. in cons. 161. col. 2. Panor. in consil. 6. sub nu. 4. vol. 2. Thom. Gram. in voto vlt. in fin. Bartholom. Bertazzol. in consil. crim. 104. nu. 4. vol. 1. & Paris de Puteo de Syndicat. in verb. Pœna. cap. An si tempore. num. 2. & in verb. Compositio. nu. 6.

Sed pro bono pacis, posse Principem etiam
15 ius parti competens, remittere: † voluit Deci. in cons. 520. nu. 5. Ferdinand. Vasq. cōtrouers. Illustr. c. 4. num. 11. quos refert, & sequitur Iul. Clar. in pract. q. 59. nu. 3. Latè Io. Baptista Plot. in consil. 78. nu. 32. Io. Anton. de Nigris. in cap. Regni. Misericordiam. nu. 8. Non tamen subsequuta pace inter partes, indulgentia, vel gra-
16 tia† Principis, iuribus partis nocebit. Cacher. in Decis. Pedem. 138. nu. 11. Alex. in consil. 136. vol. 2. Nellus in tract. Bannit. in 1. parte 3. Temporis q. 9. Ludouic. Gomez. in regul. de non tollend. iur. quæsit. q. 18. in fin. Anton. Sola in decret. Sabaud. sub tit. de indulgent. & remiss. in decreto. Abusus. Glos. 2. num 13. Et licet Princeps nō possit pœnam parti debitam remitte-
17 re, potest tamen† parti silentium imponere. & audientiā denegare. vt per Doctor. in l. Gallus. §. Et quid si tantum. ff. de liber. & posthum. & denegare, ac ꝓhiberi facere. vt latè post Curt. iun. in consil. 310. num. 72. vol. 3. voluit Claud. Bertazz. ad Barth. Bertazzol. in consil. crimin. 163. vol. 1. quem refert, & sequitur nouissimè dum hæc Typis dantur Io. Baptista Baiard. in pract. crimin. q. 59. num. 6. & 7.

Tertiò declara: Quòd, & si facta sit gratia, vel indulgentia à Principe per quam sit remissa pœna, non tamen illa extenditur ad pœnam infamiæ, honoris, & dignitatis; nec enim illam
18 † maculam tollit. l. fin. C. de general. abolit. l. 1. & l. Generalis. C. de sent. pass. Niger in d. c. Misericordiam. nu. 9. Roland. à Vall. in consil. 45. nu. 3. vol. 4. Quod intelligitur, quando simpliciter facta esset: Secùs si in Indulgentia princi
19 pis adessent † verba ampla, & generalia. vt voluit Cardin. Paris. in cons. 1. nu. 26. vol. 4. & statim dicam.

Quartò declara: Per inferiores à Principe, & per Barones regulariter fieri non posse, vt indulgentiam faciant, & gratias, vt dictum fuit in principio; quia si hoc non habent ex Priuile
20 gio, † minimè possunt. Bart. in l. Ambitiosa. nu. 8. ff. de Decret. ab ordin. faciend. Bart. Socin. in cons. 83. num. 3. vol. 4. Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iud. quæst. lib. 1. q. 92. nu. 2. vbi dicit; Quod, & si in generali concessione, non veniūt
21 Principi reseruata, veniunt tamen† ex speciali concessione, vt concludunt omnes. in l. 1. ff. de offic. eius. Steph. Aufrer. ad Capell. Tholos. in decis. 229. Quamquam posse facere gratiam Barones ante sententiam, & hoc ius præscripsisse, dum hæc typis dantur, censuit Regens Lanarius in cōs. 5. nu. 15. ibi. An post sententiā.

Quintò, vbi pro delicto est statuta pęna pecuniaria, tunc declarandū est: Barones, aliosq;
22 Castrorum Dominos posse † gratias facere. vt concludit Carol. Ruin. in cons. 2. num. 5. vol. 4. Aym. Crauett. in cons. 438. nu. 9. Anton. Sola illos referens in Decret. Sabaud. in Decreto. Gratiam. Gloss. Vnica. nume. 6. titu. de Indulg. remiss. & Grat.

Sextò declara: Restitutionem siue Indulgentiam, & Gratiam delicti, fieri posse à Principibus, in eorum tamen Iurisdictionibus; puta à Papa in Statu Ecclesiastico Romanæ Ecclesiæ,
23 non † autem in alienis Iurisdictionibus. Innoc. in d. c. Cū te. vbi Panor. & Felyn. post Hēric. Boich. Bald. & Anch. extra de re Iudic. Bartol. in l. 1. §. De qua re. vbi Alberic. ff. de Postulan. idem Bartol. in d. l. Infamem. nu. 3. ff. de Public. Iud. Io. de Turrecremat. in c. Euphemium. 2. q. 3. Nè resultet controuersia Iurisdictionum & inde scandala oriantur. Et supradicta locum habent in Papa, & alijs Principibus, quo ad restitutionem, aut indulgentiam rerum temporalium; secus verò si Papa gratiam faceret, Indulgentiam, vel dispensationem concederet,
24 respectu † dignitatum Ecclesiasticarum concedendarum; quia tunc ei permittitur. Innoc. in d. c. Cum te. Bartol. in d. § De qua re. Luc. de Pen. in l. fin. C. de His, qui spont. mun. sub lib. 10. Angel. de Clauas. in Summa. §. Infamia. nume. 13. In quibuscunque enim Mundi parti-
25 bus, summus Romanus † Pōtifex, obtinet Principatum. c. 1. de Statu Regul. in 6. latè Io. de Capistran. de Potestat. Pap. par. 3. Secundæ Partis. in princip. & idcirco in concernentibus spiri-
26 tualia dispensat in toto orbe Christiano. † vt latè congerit Lancellot. Conrad. in templ. Iudic. lib. 2. §. 4. de potestat. Pontific. per plura Capita. Eadem ratione dicendum est, quoad alios Principes Laicos, ad obtinendas Temporales dignitates, per supradicta. Et generalis abolitio criminum extenditur etiam ad subditos Baronum cum sit gratia largè interpretanda, & est de reseruatis Principi, licet contrarium tenuerit nouissimè D. Regens Lanarius in consil. 52. per totum. vt alibi fusius dicam.

Septimò declara: Quòd, & si fuerit facta gratia, vel Indulgentia, ac restitutio ad pristinum statum, non tamen extenditur ad bona, aut pecunias, confiscata, ac publicata, etiam si Princeps

27 ceps vtatur, † verbo, Indulgemus. vt voluit Gloss.in §. Pari ratione. Instit. Quib. mod. Ius patr.potest.soluit.Bart.in d.§.Et quid si tantũ. vbi Ias.nu.78.& Marian.Iunior.nu.108. Augustin.Berous in cons.76.nu.104.& 107.volum.1. Sed secus erit, si Princeps dixerit, Gratiam facimus, vel restituimus, quia censetur ei etiam
28 bonorum † gratia facta, & Fiscus tenebitur ad illorum restitutionem. l.1.l.fin. vbi Bartol. nu. 11.C.de sent.pass.Alex.in l. Si marito. in princ. nu.4.ff.solut.matr.Iul.Clar.in pract.q.59. nu.6.
29 Simili modo, si Princeps diceret, † indulgemus, & reddimus bona. Andr.de Iser.in cap.1. nu.2.de Vassall.decrep. ętat. Recuperabuntur
30 verò isto casu bona penes† Fiscum existentia, & non alienata. d.l.1. vbi Bart. & d.l.fin. C.de sent.pass.Cardinal.Parisius in cons.69. nu.196. vol.3.& in d.cons.1.nu.21.vol.4. Io. Crotus in cons.127.nu.13.Latè Roland.à Valle in consil: 45.nu.4.& 19. in fin. vol.4. Bona etiam Feuda-
31 lia † recuperabuntur, in quibus si adest feudũ Antiquum, non idcirco appellabitur Feudum nouum, quãmquam Princeps dixisset; Et qua-
32 tenus opus est de nouo † concedimus. Andr. de Iser.in d.c.1.nu.3.vers.Idem si non restituitur in integrũ.de Vassall.decrepit. ætat.Matth. de Afflict.in c.1.notab.6.nu.27.Hic finitur lex. Princeps enim restituens in integrum, vtique illum reponit, ac reducit in eo statu pristino,
33 in quo † ante delictum erat. arg.l.Quod si minor.§.Restitutio. vbi Bart. nu.1.& Alberic.nu. 6 ff.de Minorib Thom.Grammat.in decis.Neapol.91.nu.11.Octauian. Cacheran. in decis.Pedem.9.nu.5.cum concordant. adductis per Io. Bott.in cons.110.nume.17.Achill.Pedrocch.in cons.16.nu.11.vol.1.Fab.Turrett. in cons.99. num.19.vol.1.Non enim mutat primam Feudi naturam; vt nouissimè dicit D.Regens de Ponte in consil.69.nu.10.vol.1. vbi dicit fuisse de-
34 cisum quòd Indulgentia concessa † à Rege Andreæ de Ebulo iã per ptius Bannito, & foriu dicato ob delicta, & inciderat in pęnam Con-
35 stit.Regni.† Pęnam eorum qua habebatur pro mortuo; & idcirco bona Feudalia peruenerãt ad Dominam Aureliam de Ebulo filiam: & tamen Andræas restitutus, litem intentauerat cõtra filiam petendo Feuda, vti nouiter à Rege inuestitus. cuius contrarium fuit decisum. Et
36 quando Princeps diceret: Reddimus † bona, & quatenus opus est de nouo concedimus, & constat de Principis intentione, quòd voluerit nouam concessionem facere, tunc iudicabitur, vt feudum nouum; & tunc dicit exponi verba illa. Reddimus, & de nouo, &c. quod il-
37 la † dictio (&) exponatur, idest. And.de Iser. in d.c.1.nu.4.de Vassall.decrepit ętat.quod cũ aliqua distinctione tetigit Io.Thom.de Marin. de Generib.& qualitat.Feud.lib.1.titu.3. nu.8. Sigismund.Loffred.in cons.41.per totum.eandem materiam inuolutè tractauit Io.Ant.Canetius Siculus in Extrauag. Volentes. Regni Siciliæ.in c.Incip. Sed occurrit. fol. mihi. 118. sed melius, ac dilucidius explicuit Io. Vincen. de Anna in Rep.d.c.1.nu.172. vsque ad finem. de Vassall.decrepit.ætat. Qui omnes plenè tractant, quando recuperentur bona alienata per
38 † Fiscum, penes alios existentia. & vltra eos scripsit etiam Io.Anton. Niger in d. c. Regni. Misericordiam.num.10. Et de pœna, aut parte pœnę, quæ applicanda foret parti, ad saturita-
39 tem † Barth.Bertazzol. in d.cons. Crimin.163. vol.1.vbi Claud.eius filius. An autem per gra-
40 tiam, vel Indulgentiam, † veniant restituenda bona? Quid si illa fuerint Feudalia? quid si publicata ipso Iure? Quid si in alium trãslata per contractũ? Inuestituram, aliõue modo? aliasq; plures hanc materiam concernentes, tractauit plenè Sfortia Oddus de restit.in integr. q.98. & 99.ac eleganter etiam Carolus Tapia, de cõstitut.princip.in rub.cap.3. & idem Bertazzol. in consil.crim.267.vol.2.

Octauò declara: Indulgentiam, siue gratiam generalem non extendi ad inquisitos, & delin
41 quentes † existentes in carceribus. Bart. in l. 2.ff. de Custod. Reor. Quod dictum procedit in indultu supersessorio, quia non proceditur durante supersessionis tempore. Alias autem in generali indulgentia delictorum, etiam car-
42 cerati † comprehenduntur. Idem Bartol.in l. Domitianus.ff.Ad Senat. Consult.Turpil. & in l.Si is, qui pro emptore.colu.17. ff. de Vsucap. Bald.in c.2.col.2.de Transact. & etiam ad carceratos extendi, & ita Mediolani obseruari asseruit Iul.Clar.in d.q.59.nu.15.

Nonò declara: Indulgentiam, siue gratiam Principis, esse producendam coram Magistratibus, ad quos spectat causarum cognitio, seu ad illos, qui delicti processum, & causam tra-
43 ctarunt; vel vbi reus † delictum commiserit. Auth. Qua in Prouincia. C. Vbi de crimin. agi oport. vel vbi Princeps mandauerit, aut cui. l.1.l.2.C.Vbi caus.Fiscal. Luc.de Penn.in l.contra.col.1.C.de re milit. lib.12. cum eius sit de-
44 mere, cuius est Iurisdictionem † mandare. Resoluitur enim ordinarij Iurisdictio, Principe mandante, vel delegante. l. Indicium soluitur. ff.de Iudic.& dum Princeps ciuiles causas alijs delegat, etiam si subditi sint Baronum, ad quos spectaret cognitio eorundem Vassallorum, his iudicibus iniuriam non facit.Bald. in l.1. ff. de rer.diuis.Curt.Iun.in cons.2. cum hic sit causa supremus ad Principis authoritatem spectans. Ideoq; Indulgentia, & gratia Magistratibus exhibetur, vt videatur an præces porrectæ,
45 † veritate nitantur: vt in Senatu Flandrico obseruari scribit Iodoc. Damhouder. in Enchiridio Crimin.cap.147.nu.13.simili modo in Senatu Mediolani. Iul.Clar.in d.q.59.num.11.Et in Senatu Sabaudiæ, refert Anton. Sola in Decret.Sabaudiæ.tit.de Indulgen. remiss. & grat. in De-

in Decreto. Abuſus. Gloſſ. 1. nu. 3. cum pluribus
46 ſeq. vbi dicit requiri, quòd † cōceſsiones gratiarum interinentur. Eſt autem interinatio, cognitio ipſius cauſæ, an præces in † ſupplicatio
47 ne porrectæ veræ ſint. vt voluit Caſſẹn. in conſil. 39. in fin. & Crauett. in conſ. 592. Sed & hoc vidi obſeruari in Magna Curia Vicariæ, & alijs
48 Tribunalibus Regijs, quia † gratia, & indulgentia Generalis publicè prius emanata, non aliter producitur, ſed ſubſequitur decretum, quòd talis gaudeat gratia, vel indulgētia. Sed quando alicui fit gratia, aut indulgentia particularis, illa producenda eſt. Quando autem gratia, vel indulgentia facta eſt ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, illius præſen-
49 tatio, non † eſt neceſſaria. Bald. in l. Nam ita Diuus. q. 1. ff. de Adopt. Alexand. in conſ. 2. col. 5. volu. 1. Anton. Rambaudi ad Guidon. Pap. in deciſ. 420. Anton. Sola, qui hæc refert vbi ſupra. nu. 5. Non exigitur præſentatio, niſi in caſu quo non adeſt pax, vel remiſsio partis, aut
50 eius concordia; tunc enim † requiritur, cum illius intereſſe controuertatur. Gloſſ. & Doct. in l. Venia. C. de in ius Voc. Thom. Gram. in cōſil. Crim. 35. num. 15. Paris de Puteo, de Syndicat. in verbo Compoſitio. nu. 22. Propter illius enim vocationem, & citationem neceſſariam. arg. l. De unoquoque. ff. de re Iudicat. Arbitror,
51 vt ſupra, præſentationem † fore neceſſariam. & ità procedit, quod dicit Franc. Marc. in deciſ. Delphin. 504. vol. 1. Nec exigi interinationem, ac præſentationem gratię, quando agitur
52 de pœna extraordinaria impoſita per † Principem, vt dicit Clar. in d. q. 59. nu. 11. Hoc tamē ego non admitterem: Quid enim ſi Princeps pro aliquo facinore Triremium pęnam impoſuerit, vel pecuniariam, Magiſtratus eo caſu pęnas imponerent, Quæſtores, ſiue exactores pęnam pecuniariam pro delicto exigerent: nam quid ſciret Quæſtor, ærarius, vel exactor, quòd delinquenti Princeps gratiam feciſſet, niſi reſcriptum, vel codicillos, eius rei fidem facientes, exhiberet? Vnde melius erit indulgentiā illam iudicialiter producere, quàm circuitum inutilem facere.

Vnus tamen mihi ſcrupulus remanet, quo quæſtio quodammodo dubia redditur, quòd gratiarum, & indulgentiarum reſcripta præſentari, ac exhiberi non debeant, cum de eſſe gra
53 tiæ non ſit ſcriptura, & ſine ſcriptura † fieri valeat. Bald. in Auct. Si qua per calumniam. in fin. C. de Epiſcop. & Cleric. Boſſ. vbi ſupra. nu. 54. Vnde dicunt illam, teſtibus probari poſſe.
54 † arg. notatorum in c. Inſtitutionis. 25. q. 2. & per Bald. in l. Humanum. C. de legib. Ant. Gomez. in l. Tauri. 41. nume. 2. Et hinc non expirat per mortem concedentis. c. Si cui nullo. cap. Si gratioſè. de Præbend. in 6.

Sed contrarium frequentius tenetur, quòd in gratia ſupremi Principis, de ſubſtantia ſit
55 † Scriptura. l. Sacri affatus. C. de Diuerſ. Reſcript. Rota in Nouis in Deciſ. 27. in princip. Archid. in Proœm. Sexti. Abb. Panor. in c. Cum olim. de Priuileg. Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. 253. nu. 3. & in deciſ. 274. ſub nu. 5. & in deciſ. 319. ſub nu. 10. Vincent. Maxilla in Conſuetud. Bari. §. Viuæ Vocis. in fin. tit. de Teſtib. Et quàmquam hæc opinio habeat multos contradictores, tamen dicendum eſt, ad probationem gratiæ exigi ſcripturam; ſcilicet, quòd fue
56 rit gratia expedita, & deperdita † ità loquitur. Afflict. in d. deciſ. 274. nu. 5. & ante ipſum Bald. in l. Humanum. Io. de Selua in tract. de Benefic. par. 1. q. 2. col. 11. verſ. Quintum beneficiū & par. 3. q. 22. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphina. 1023. nu. 8. vol. 1. M. Ant. Natta in conſ. 402. nu. 31. & in conſ. 420. nu. 11. & per totum vol. 2. Raynald. Corſus ad conſil. Oldrad. 324. & latè, ac eleganter Lud. de Molin. de Hiſpanor. Primogen. cap. 7. nu. 55. cum pluribus ſeq. & cap. 8. nu. 8. lib. 2. par. 1. latius quàm alius quiſpiam Cornel. Benicaſius. de Conſtitutionib. q. 9. per totum. & nos alibi diximus de Magiſtratuum edictis lib. 2. cap. 10. nu. 27. vbi relationem habeamus. Ex quibus ſatius eſt gratiæ præſentationem Iudicibus fieri debere, & ita cenſeo.

Decimò declara: Eandem indulgentiam, ſiue gratiam, illiuſque codicillos, perſonaliter à Reis præſentari debere ab ipſo principali, non
57 † à procuratote. c. Veniens. de Accuſ. l. Accuſatore. §. Ad crimen. ff. de Pub. Iud. Io. Papon. Arreſto 3. tit. 17. lib. 24. plures allegans Nicol. Boerius in deciſ. Burdegal. 65. nu. 10. Anton. Sola in Conſtitution. Sabaud. in Decret. Indulgētiam. Gloſſ. Vnica. nu. 14. & 15. tit. de Indulg. remiſſ. & grat. Petr. Rebuff. ad Conſtit. Galliæ. tit. de Contumac. & def. art. 4. gl. Vnica. nu. 7. & 8. allegat Aufrer. idē tenentem in Arreſto parlamenti. 222. Quinimmò nō ſolum requiri pręſentationem faciendam gratiæ per Principalem, ſed ipſum in carceribus conſtituendum, & demum diſcuti ſuper viribus gratiæ, & indulgentiæ per iura ab ipſo inducta, nouiſſimè, ac optimè concludit Hieronym. de Laurentijs in deciſ. Auenionenſ. 47. per totum. Magnam tamen ego conſiderationem, & vim facerem, quoad cauſarum, & factorum qualitates: quia ſi ageretur de cauſa, in qua non tractaretur, niſi de pęna pecuniaria; aut de pęna non excedēte relegationem; vel in qua ſui natura non habet locum tortura; vt tunc demum, cum iura in illis, & in omnibus cauſis, in quibus procurator admittitur, in omnibus illis admitterem præſentationem reſcripti, vel gratiæ, non modo per principalem, ſed per procuratorem. In alijs verò caſibus, dicerem principalem debe-
58 re ſcripturam gratiæ producere, † iuxta diſtinctiones Doctorum, & præcipuè poſt alios per Io. Ant. Rub. Alexandrin. in tract. de poteſtat. procurat. in cauſ. Criminal. ſiue in Rep. dicti.

cti.§.Ad crimen. per totum. Et idcirco omnes Doctores allegati,qui hanc opinionem tenuerunt,sunt Galli,& mouentur Constitutione Ludouici.12. facta in anno 1499. Art.116. de qua Rebuff. vbi supra.

Quò verò ad constituendum principalē in carceribus,similiter,non ità indistinctè admitterem, sed solum vbi tractatur de citanda parte: & ità loquitur Hierony.de Laurent.in d.decis.Auenion.47.quā nouissimèretulit Antonin. Tessaurus in decis. Pedem.21. in fin. Et etiam, quando tractaretur de Ambiguitate Gratiæ,an sit valida; puta quòd fuisset ad partis instantiam, & posset esse subreptitia; vel haberet locum pęna personalis,criminalis, ne fieret elusoria.iuxta tradita per Doctor. in d. §. Ad crimen. Secus verò in gratijs, siue indulgentijs,
59 quę fierent † Motu proprio Principis, vt statim dicam, in quibus partis falsa suggestio, aut obreptio esse nequit,& præsertim in Indulgentia, quæ fieret per Principem, motu proprio illam facientem,quæ tamquam lex à Principe emanata,nulla egeret, vel partis præsentatione; cum sit lex facta à Rege, cuius sui officiales,ac Magistratus supremi, notitiam habere præsumuntur,& debent;ideoq; illam, vt supra dixi,præsentari, aut produci non oportere,per principalem,nec per alios,videtur mihi satis rationabile. Nam ipsa Generalis gratia, vel indulgentia promulgata, non eget exhibi-
60 tione,vel præsentatione,quia † lex semper loquitur. l.Arrianus.C.de Hæret.cum concor. Et quamquam Banniti,seu delinquentes, præsertim,qui sunt contumaces,quibus de iure solet denegari Audientia, nec audiuntur per Procu
61 ratorem,& deberent personaliter † comparere ad petendum indulgētiam,& gratiam. Nellus in tract. Bannitorum.in 2.par.2.Temporis. q.14. & habemus in Regno Magnæ Curiæ Vicariæ Ritum 220.vbi hoc voluit Carauit.& ante eum Petr.Foller.in Praxi Crim. §. Foriudicētur.nu.35.& idem Carauita in Ritu. 269. nu.4. Tamen vidi practicam in Regno, in qua banniti,qui alios bannitos occiderunt,& intendunt gaudere indultu eis promisso per diplomata, & proclamata Regia,cōparere solent per procuratores,& alios coniunctos, & petunt decerni illos debere gaudere indultis, absque personali eorum comparitione, vel constitutione in carceribus: & ità passim obseruat Magna Curia Vicariæ, non obstantibus allegatis, quòd
62 etiam quilibet † admittatur ad petendū,quòd gaudeat indulgentia.vt per eundem Carauitā in Pragmatica 1.de Exulibus.nu.168.

Vndecimò declara: Quòd tempore quo indulgentiæ,& gratiæ prætatæ producuntur audiatur, & citetur Fiscus causarum Criminaliū
63 pro † suo interesse: vt dicit Andr.de Iser.in c. 1.nu.1.in princip.de Capitul.Conrad. refert,& sequitur D.Præsidēs de Frāchis in decis.Neap. 116.in fin.concinunt notata per Bald. in l. Rescripta.C.de Præcib. imper. Offeren. & in Regno cauetur Regia Pragmatica edita tempo-
64 re Don Petri de Toledo † in anno 1532. quæ est 4.sub tit.de offic.Iustit.seu Magnæ Cur. Vicar.Incip Item che.& altera facta 1557. tempore Don Francisci Pacequi.nu.8. Incip. Voglia-
65 mo. † sub eo. tit. Et non audito Regio fisco, ipsoque minimè præsente, in dubiè Indulgen-
66 tia,& decretum inde subsequutum † essent nulla.l.Non intelligitur.§.Diuus.l. Si Fiscus alicui ff.de Iur. Fisc. l.fin. C.de Aduocat. Fisc.l.2. C. Si aduers.Fisc.l.fin.C.de Bon.Vacan. libr.10. l. Omnes. C.de Delator.lib.10.

Duodecimò declara: Quòd si fortè gratia, vel Indulgentia fuisset exhibita,& præsentata, at Iudici videatur qualitates in supplicatione insertas veras non esse; vel aliquid videat,quò minus indulgentiam locum non habere inspiciat; interim ex hoc,ipse manum non apponit, sed videtur deuolui ad superiorem, siue Prin-
67 cipem;quo casu manus † inferioris Iudicis ligatæ sunt.c Cum inferior.de Maiorit.& obed. c.Vt nostrum. de Appell l.Minor autem Magistratus.in princ.ff.de Minorib Innoc.in c. Inter dilectos. de excess.prælat Lud.Roman.in consil.12.nu.2.& in cons.335.nu 6.Petr.de Anch.in cons.57. Aymo Crauetta in cons. 137.num.8. & idcirco arbitror eundem Iudicem,Principi rescribere oportere.

Decimo tertiò declara: Securitatē,seu saluū conductum, indulgentiam, seu gratiam tunc
68 demum procedere,si omnium delictorū † qualitates exprimantur; vt post alios quos allegat. voluit Bart.Bertazz.in cons.crim.104.num.2.3. vol.3.& ante ipsum Iacob. Menoch de Arbitr. Iud.quæst.lib.2.Centur.3.casu 201.

Causæ vero Abolitionum, Gratiarum, & indulgentiarum,tā in generalibus gratijs, quàm specialibus,Iustæ illæ esse debent, ac rationabiles,quę ipso iure in Principe præsumi solent,
69 vt iusta † causa moueri præsumatur. l.Relegati. in fin.ff.de Pęnis. amplè Florian. de S. Petr. in l.Si irruptioni.§.Ad officiū. col. 2.ff.Fin.Regund.latè Ludouic.Roma. in cons.436. nu.19. & latius Andr. Alciat. in Tract. Præsumption. Regul.3.Præsumpt.8.nu.1. cum pluribus sequ. vbi optimè Io.Nicol.Arelatan. in apostill. Ta-
70 men dici solet rationabilem † in principe causam,aliam non esse,nisi voluntatem; cui concinit illud Iunij Iuuenalis satira.6. dum ait:

Hoc volo, sic iubeo. sufficit pro ratione voluntas.

Solent gratiæ, Abolitiones,& Indulgentiæ cōcedi delinquentibus, & facinorosis hominibus,in die Paschalis Resurrectionis Dominicę Iesu Christi Domini Nostri;quemadmodum in Veteri scriptura faciebant in festo Phasè,idest transitus Israelitarum à seruitute Pharaonis, ac Ægyptiorum;in cuius memoriam apud He-
71 bræos, † vnus è carceribus liberabatur male-

fa-

factor: vt patet Matth.cap.27.& Io.Cap.18.vbi
Iudæi Barabbam potius,quàm Christum Domi
num liberarunt. Quem solemnem,& misericor
dia dignum vsum subsequuti sunt Christiani
Principes , Valentinianus, Valens, Gratia
nus,& Theodosius. vt habetur in l. Ob diem. l.
Paschę.l.Paschalis.l.Religio.l.Nemo deinceps.
C.Theod.de Indulg.crimin.Hinc vsu venit cõ
munis Curiarum Stylus,vt in diebus,ac tempo
ribus Natalibus,& Paschalibus Domini Nostri
Iesu Christi, carcerati soleanr sub fideiussori-
72 bus † relaxari. vt in l. Nemo deinceps . C. de
Episc.aud.quæ eadem est, quæ fuit supra alle-
gata ex Codice Theodosiano . Simile voluit
Francisc.Marc.in decis.Delph.409.vol.1. Intel
liguntur autem Paschatis dies, per septem an-
73 te † & totidem post diē Paschæ.l.2. C.de Fer.
Fieri etiam solent similes indulgentiæ, & gra-
74 tiæ ob publicam lætitiam , puta † inita pace,
ac fęderibus inter Principes:vt fuit olim factū
in anno Domini. 1544. dum fuit facta pax in-
ter inuictissimum Imperatorem Carolum V. &
Christianissimum Franciscum I.Galliarum Re-
gem. & iterum in Anno 1559. Inter Catholicū
Regem Philippum Austrium , & Christianissi-
mum Henricum Galliæ Regem: quarum memi
nerunt Arnoldus Ferronus Historiæ Gallicæ
lib.9.& Io.Tilius in Chronico Francorum Re-
gum. Io.Thomas Freigius in supplemento ad
Tilium. & Mambrinus Rosseus Fabrianen. Hi-
stor.libr.5.
Dum Principes etiam prima vice Regnum,
aut ciuitatem ingrediuntur, Abolitiones fieri
75 consueuere.† Nicol. Boer. in decis. Burdeg.
317.nu.21.Vt fecit Philippus Rex noster Catho
76 licus, dum Regnorum inaugurationem, † ac
possessionem cœpit.in anno 1554. Aut ob par
ticularem suæ domus dignitatem,vel honorē,
77 † generalis,ac specialis criminum abolitio fie
ri solet,& gratiarum concessio. Luc.de Penna
in l Contra publicā.C.de re militar.lib.12. Ro-
land.à Vall.in cons.4.nume.58.vol.3. Similiter
78 † in effusa lætitia ob filiorum natiuitatem . vt
fecit Cõstantinus.in l.1.C.Theodos.de Indulg.
crimin.lib.9. Præclarum huius facinoris exem-
79 plum referam,quo Myris † Aegypti Rex,alios
Principes ad idem faciundum prouocaret.Na-
to enim ei filio Sesosi, qui post eum Rex fuit,
omnes , qui eodem die nati sunt in vnum con-
gregari fecit,ac nutriri suis sumptibus,educa-
ri,eodemque exercitio, ac disciplinis erudiri:
existimans hoc pacto simul educatos, atq; in-
structos,tum Amiciores inuicem , tum audeu-
tiores,meliores in bello futuros,vt ad longum
refert Diodor.Siculus Antiquit. lib.2.Cui con-
cinit,quod dicit Chrisostom.in Matth.capit.3.
Homil.3.Solent,ait,Reges nato sibi filio indul
80 gentiam in † Regno suo donare. Et hoc voca-
tur Euangelium,quod datur ob Iucundum Nū
cium,& canuntur Epinicia,quæ sunt Laudatio
nes ob partam Victoriam, vel ob filium Prin-
81 cipi † natum:de quo Sueton.in Nerone.capit.
43.& è nostris Gulielm.Budæus in Annotat.Po
sterioribus in l.Falsus. ff. de Furt. Sic Rex noster
Philippus tempore Victoriæ obtentæ contra
82 Turcas , & ob filium † tunc ei natum fecit ge-
neralem indulgentiam,in anno 1572. & hic est
dies insignis,ob quem Abolitio à Principibus
83 emanat: † de quo Paulus in l. Abolitio. ff. ad
Turpil.vbi hoc notat Accurs.Sic, & ob partam
84 Victoriam † scribit Martianus in l.Vel ob rem.
vbi Accurs. ff.eo.tit.
Excipi verò solent ab his Abolitionibus, &
Indulgentijs,Criminis læsæ Maiestatis Diuinę,
85 & humanæ † Rei , Venefici, Malefici, Moneta-
rum violatores , Falsarij , Homicidæ , Incestus
Rei, Sepulchrorum violatores, Sacrilegi,Adul
teri,Stupratores,Vitij nefandi rei, delinquen-
tes intuitu habendæ indulgentiæ,idem delictū
reiterantes,& Curiæ officialibus resistētes:qui
casus maiori ex parte sunt inclusi ijs Iuribus ,
quæ ex Theodosiano Codice retulimus,& pro-
miscuè habetur in l.Minimè. ff. de Religios. &
sumpt. Fun.in § Neq; in Auth.de Mandat.Prin-
cip.l.Quisquis.l.5.§.denique.C. Ad leg.Iul.Ma
iest.l.3.C.de Episcop.aud.c.fin.de Immunit.Ec
clesi.Andr.Barbat.in Rep. c.Testimonium. col.
9.de Testib. & in c. Super literis. de Rescript.
Gulielm.Bened.in c.Raynutius.in Verb. Mor-
tuo itaque testatore.num.112. de Testam.& in
Q.An liceat occidere peccatorem.par.3. num.
31. Bart.ante eos.in l.Lucius. ff.Ad Turp. & in
l.De Pupillo.§.in Prouinciali. ff. de oper. noui
nunci. Ang. in tract. Malefic.in verb. Nec non
ad quærelam. Zanchin. in tract. de Hæretic. c.
38 vbi Camillus Campeg.in Apostillis.faciunt
notata per Remig.de Gonny in Tract. de Im-
munitat. Eccles. Fall. 13. 15. 18. Hippolyt. de
Marsil.in Rub.de Fals.nu.12.Iacob.Menoch.de
Arbitrar.Iud.quæst.lib.2.casu.36. Paris de Pu-
teo de Syndicat.in ver.Carcer.in cap.Licet di-
catur. num.2.
Reges nostri in omnibus ferè Abolitionibus
reseruarunt casus vtriusque Maiestatis læsæ ,
86 † Monetarum, resistentium Magistratibus Re
gijs, Nefandorum Criminosorum, & Falsi , ac
semper habita partium concordia , saltem in-
tra tot menses,& interim à loco partium offen
sarum abstineant: quæ omnia sunt Christianis-
simo, & Catholico Principe digna . Dum hæc
prælo dantur, vidi multa quæ ad hanc materiā
87 eleganter scripsit † Io. Baptista Baiardus in
Pract.Crim.q.59.per totum,quem amo ob vitæ
etiam,morumque elegantiam , cum multis me
obsequijs coluerit, dum ciuitatem Aquilæ per
transirem.

ARGVM. CAP. XXXIX.

Appellationis,ac prouocationis ius à sen-
tentijs,

tentijs, ad Principem spectat,& est de Regalibus. Plura ad prouocandi, & appellandi materiam necessaria, ex Antiquitatum scriptoribus tradita sunt, & è tenebris eruta.

COMPENDIVM.

1 *Priuatorum hominum vim, & iniuriam propulsare iuris naturalis est.*
2 *Qui parcit virga, odit filium.*
3 *Adolescentis Erithrei Historia.*
4 *Magistratus sunt parentum loco cum subditis.*
5 *Magistratibus vim inferentibus, prouocatione resistitur.*
Oppressi, vt releuentur appellant. nu. 9.
6 *Appellatio, iudicantium iniquitatem, vel Imperitiam corrigit.*
7 *Appellationis remedium, non ad iniquitatis defensionem, sed ad innocentia præsidium institutum. num. 8.*
9 *Appellatio, & prouocatio inuenta sunt, vt oppresi releuentur, & iudicanti materia delinquendi amputetur.*
10 *Negocia melius coram pluribus, quàm coram vno examinantur.*
11 *Defensionibus via precludi non debet, cum sint iuris naturalis.*
12 *Appellatio est iuris naturalis.*
13 *Causas appellatione remota cōmittit solus Princeps.*
14 *Appellatio quoad principia est iuris naturalis, quoad formam est iuris ciuilis.*
15 *Statutum auferens appellationem non valet.*
16 *Appellatio in biduo in causa propria prius fiebat: Tridui verò in causa aliena.*
17 *Appellationis faciendæ, hodie est decem dierum spatium.*
18 *A Saule oppresi, habebant recursus ad Dauid.*
19 *Angeli Boni à Luciferi grauamine ad Deum appellarunt.*
20 *Deus cognitor grauaminis inter Adamum, & Diabolum opprimentem.*
21 *Sanguis Abel clamauit appellans ad Dominum pro grauamine à Cain habito.*
22 *Clamor filiorum Israel, eripuit eos de manu Pharaonis.*
23 *Moyses constitutis Iudicibus, reseruauit sibi difficilia cognoscere.*
24 *Paulus Apostolus coram Iudeis à Festo appellauit ad Cæsarem.*
25 *Apud Romanos appellatio prima per Horatium, qui Victoriam contra Albanos obtinuerat, qui prouocauit ad Populum.*
26 *P. Valerius Poplicola dictus, quòd esset in Populum propensus.*
27 *P. Valerius Poplicola legem de prouocatione tulit.*
28 *L. Valerius Poplicola Potitus, & M. Horatius Barbatus lege cauerunt, vt nullus magistratus sine prouocatione fieret.*
29 *Eandem legem confirmauit M. Valerius Coruus, & Q. Apuleius Pansa.*
30 *Decem viri creati sine prouocatione.*
31 *A Dictatore prouocatio non dabatur. Sed vide contrarium. nu. 32. 33.*
33 *L. Papirij Dictatoris magnanimum Iudicium, cum Q. Fabio Magistro Equitum, qui inconsulto Papirio Imperatore, fœliciter tamē pugnauerat. nu. 34.*
35 *A Prætore quandoque appellabatur ad consulem.*
36 *Appellatio, ac prouocatio non concedebatur longius, quàm mille passus ab vrbe.*
37 *Sacrum Concilium Neapolitanum statuere facit appellationis Iudicem in loco, aut saltem in Prouincia per duodecim milliaria.*
38 *Prouinciales appellabant ad Romanos, quamuis longo interualli spatio.*
39 *Causæ appellationum, Concessa simpliciter castri Iurisdictione, concessæ non intelliguntur. nu. 40.*
41 *Concesso mero, ac mixto Imperio, & omnimoda Iurisdictione, non veniunt causæ secundæ.*
42 *Specialiter, nisi fuerint concessæ appellationes, concessæ non intelliguntur.*
43 *Intellectus Const. Iustitiarij.*

CAP. XXXIX.

PRiuatorum hominum iniurias, & vim propulsare, cuique naturali Iure permissum
1 † est. l. Vt vim. ff. de Iust. & Iur. Filio autē cōtra patrem illum verberantem, id negatur. l. 3. l. 4. l. fin. C. de Patr. potest. l. Vnica. C. de Emendat. propinq. Nam, & Salomon Prouerb. cap. 13. in-
2 quit; Qui parcit virgæ, odit † filium suum. Seuera enim patri de Iure Diuino in filios castigatio permittebatur. Vnde Deuteron. c. 21. dicitur: Si genuerit homo filium contumacem, & proteruum, qui non audierit patris, ac matris Imperium, & coercitus obedire contēpserit, apprehendent eum, & ducent ad Seniores ciuitatis illius, & ad portam Iudicij, dicentq; ad eos: Filius noster iste proteruus, & contumax est, monita nostra audire contemnit, com messationibus vacat, & luxuriæ, atque conuiuijs. Lapidibus eum obruet Populus Ciuitatis, & morietur, vt auferatis malum de medio vestri, & vniuersus Israel audiens pertimescat. Ad qđ facit, qđ retulit Ælianus in Varia Histor.
3 lib... quòd Adolescens† Erithreus, cū stetisset sub Zenonis Philosophi disciplina, Erithream reuersus, quid nam Sapientiæ didicisset sub tāto Preceptore, interroganti Patri, dixit: In dies demonstraturum. Postmodū paucis diebus interpositis, indignante Patre, ac eum verberibus afficiente, quietus, & tolerans filius dixit; Hoc didicisse, facile sustinere parentis sui irā, & non ægrè ferre, nec indignari. Quemadmodum igitur patri, ità nec Magistratui obsisten-
4 dū est: Sunt enim † Magistratus cū Subditis Parentū loco, cū debeant cū ipsis se paternè gerere, tamq̃ Patres filijs. §. Eos autem. in Auct. vt

Iudic.

Indic. sine quoq. suffrag. & in §. Festinabis. in Auct.de Mand.Princip. ibi:Paternam eis exhibens prouidentiã. Accurs.in §. Interim.in verb. Iudex in Auct. de defensor. Ciuit. Hinc Imperator, dicit ipsum reputare, subditos, vt filios,& Nepotes.in l.Si qs filiũ.C.de inofficios.testam. Hinc etiã dat consilium Ecclesiasticus cap. 4. In iudicando(inquit) esto pupillis misericors, vt pater : & pro viro Matri illorum ; & eris tu, velut filius Altissimi obediens, & miserebitur tui,magis quàm mater.

Magistratibus itaq;,vim,aut iniuriam inferentibus,vel aliqd grauaminis tribuentibus,nõ itã facilè resisti potest, aut debet; sed prouocatio
5 †contra illorũ vim,sæuitiam, proteruiã,crudelitatem,imperitiam,atq; iniustitiam adinuenta est;quæ oppressis quodãmodo subuenit. Nam, vt Cicero de legibus lib. 3. inquit : sed quæro, quid hac re sit turpius,quàm sine prouocatione Senator. Vnde Zepherinus Pontifex. Ad Romanam (inquit) Ecclesiam, ab omnibus,maximè tamen ab oppressis,est appellãdum,& con-
5 currendum , † quasi ad matrem, vt eius vberibus nutriãtur, authoritate defendantur, à suis oppressionibus releuentur , quia non potest, nec debet mater obliuisci filium suum . vt in c. Ad Romanum. el 2.2.q.6.Vnde Vlpianus : Appellandi vsus,quàm sit vetus, quàmq; necessarius,nemo est,qui nesciat, quippè cum iniqui-
6 tatem iudicantium, vel imperitiam† corrigat. l. 1.ff.de appel.& relat.Io.Paul.Lãcellot.Instit. Canonic. lib.3. Titul. de appell. in princip. de illius tamen vetustate inferius dicam . Hinc Summus Pontifex in c. Cum speciali.§. Porro. de appell. dicit : Appellationem, illiusq; remedium , non ad defensionem iniquitatis,sed
7 ad præsidium † innocentiæ,institutum de quo etiã Andr.Gail.pract.obseruat. lib. 1.obseruat. 128.nu.5.Io Ferrar.Montan. de appellat.lib.1. cap.1. vers.Modo nequis. Vnde benè Aurelius Cassiodor. lib.variar.9. Epistol. 18. Appellari (inquit) à subiecto Iudicibus ordinarijs in vna causa,secũdò non patimur , ne quod ad reme-
8 dium † repertum est innocentis, Asylum quodammodo videatur esse criminosis. Inuenta autem extitit appellatio , atq; prouocatio,(vt pro nunc vtrunq; confundam)vt oppressus releuetur,& iudici iudicãti, materia delinquẽdi
9 amputetur. † vt ex.l. 1. C. de appell. dicit Menoch.de Arbitr.Iudic.q.lib.1. q.70.nu.3. Quia negotiũ diligentius , ac rectius examinabitur
10 coram pluribus,q̃ † corã vno.vt in l.Addictos. C.de appell.vbi Accurs.in verb. Diligẽtius.vbi allegauit l. Addictos.C.de Episcop.aud.quam dicit esse similẽ de verbo ad verbum,licet non ita sit. Ne insuper via præcluderetur defensio-
11 nibus,quæ sunt iuris†naturalis.l.Scientiam.§. Qui cũ aliter.ff.ad leg.Aquiliam. Clem. Pastoralis.de re iudic. l. Defensionis facultas. C.de iur.Fisci.lib.10. Innocent.in c. Cũ inter.de exceptipn.quibus iuribus habentur;Ea,q̃ sũt iuris naturalis,per Principẽ tolli non posse: sed appellatio habens qdã primordia ad defendẽdũ,
12 est iuris naturalis. vt†voluit Andr. de Isern.in cap. 1.in verb.Bona committentiũ crimen læsæ Maiestatis.nu. 17. & 18. Quæ sint Regal.voluit Alex.in cons. 112.in princ.vol.5. Io.Vincẽt.de Anna in Rep.c. 1.n.205.de vass.decrepit. ætat. Et ideo,secundum eos, Princeps, cum nõ posset tollere defensiones,non posset causam delegare,appellatione remota.Et tñ id potest supremus Princeps , non autem alius inferior à
13 † Principe.l. 1.§. Interdum.ff. quib.appell.non lic.de cuius clausulæ vigore latè Vitalis Cambanis in tract.clausularum. sub tit.de Claus.appell.remot. & Celsus Hugo in tract.clausul.de clausulis rescriptor. in verb.Clausula appellatione remota. & plenius Conrad. in Templo omni. Iud.lib.1. cap.1. §.4.in verb. Ius positiuum tollit.vers. Tertiò quæro.nu.5.vberius tamen Robert.Lancellot.de attentat.appellatio. pend. parte 2. cap. 12.limitat.8. princip.& per totum , qui alios referunt,quod præsentis speculationis minimè est .

Sed appellatio iuxta veras cõclusiones, quoad inuentionem, est iuris naturalis,quoad for-
14 mã†verò est iuris Ciuilis. Sẽtit. Alciat.in prac. Ciuil.par.3.titul.de appellat.quia,vt ipse dicit ius manu Regia reddebatur, nec erant inuentæ actiones, & illarum formulæ, ac solemnitates iudiciorum, & appellationum. argum. l. 2. ff.de orig. iur.voluit. Conrad. vbi supra. & in verb. Sententiam appellabilem. num. 6. Hinc Bartol.in l. Omnes, populi. nu.14. ff. de iust.& iure.dicit: non valere statutum auferens appel
15 lationem: Quia† defensionem auferret. Andr. Gail. Pract. obseruatio. lib. 1. obseruat. 135. num.13.& iuris esse naturalis,illam asseruit Iodoc. Damhoud.in pract.ciuil.cap.219.Hierem. Treutler. disputat. Select. lib. 2. disputat. 33. Thesi.prima.

Appellatio antea digestorum iure , Bidui à
16 die prolatæ sententiæ erat in causa † propria: Tridui verò in causa aliena. l. 1. §.Biduum.& §. In propria. ff. quand. appell. sit. l. eos. §. Si autem.C.de appell. Amanell.in singul.67. Barthol. Brunatius in Agone tit. de prouocationibus , & appell.num.1.Iacob.Cuiacius in Nouell. 23. per quam dicitur hodie dari decem
17 † dierum spatium:vt in Auct.Hodie.C.de appellat. & ex corpore vnde sumpta est, in §. 1. Auct. de appellat. & intra quæ tempor. & habetur in cap.Anteriorum 2.quæst. 6. & in l.fin. C.Vt lit. pend. voluit Dyn. de præscriptionibus. titul. 17. Petrus Iacob. de Aureliac. in pract. ritul. de action. de Constitut. pecun. §. Appellatio in scriptis . vers. Item dicitur coram vobis. & versic. Item rectè dicitur à decem diebus . sub num.13. & 14. Hierony.Treutler. vbi supra Thesi. prima , & Thesi. 2. &

dum hæc exemplo darentur vidi diligenter tractantem Io. Ferrar. Montanum in tract. de appellat.lib.2.cap.4.

Antiquissimam verò appellandi consuetudinem à grauaminibus ad alios potentes superiores fuisse, neminem ambigere arbitror. Inducit ad hoc, vnicum exemplum Andr.de Iser. in d.§. Præterea si inter duos. nu.30.vbi dicit;
18 quòd ab omnibus oppressis à Saule,† habebatur recursus ad Dauid, vt patet lib.1. Regum. cap.22. Non tamen illud exemplum congruere videtur; ex quo ille recursus ad Dauid, non erat vti ad superiorem; cum ad huc Saul Rex viueret,& in Throno sederet. Requirenda igitur erunt priora tempora,ac posteriora, videndum igitur est de iure Diuino, & post modum de vsu Romanorum.

Tu autem, hæc omnia altius personabis, dicẽs: Quòd cum Lucifer esset ab altissimo Deo creatus, in suprema,non solum gradus,sed omnis pulchritudinis prærogatiua: isq; superbia tumidus, nõ ad Deum Creatorem,sed ad suam ipsius gloriam omnia referẽs,voluit in Monarchia,æqualem se Deo Creatori reddere, & Angelicam naturam in sui voluntatem ad apostatandum protrahere:Vnde Angeli boni,cõuersi ad Deũ,ei adhæsere charitate: Mali verò auersi,odio, atq; inuidia à Deo diuisi. Angeli itaq; boni perstiterunt Deũ intuiti, ipso reuelante, eiusq; gratia cooperante,ipsorũ beatitudinem præscientes (vt Magister sentent.inquit,lib.2. dist.4.& 5.)vnde à Luciferi grauamine,ad Deũ
19 appellantes,alium†Monarchię Dñm,qui noua grauamina, & oppressiones, quę sequacibus, bonorum Angelicæ cohorti afferre intẽdebat, non ferentes, in diuinam sapientiam speculantes,fortes facti sunt, & in prælio Magno,cuius meminimus supra. c. 32. apud Deũ supremum iudicem, inimicorum suorum, & litigantium victoriam, sententiamq; reportarunt: & hæc prima appellatio,sic finem habuit.

Post modum in controuersia eiusdem Diaboli,cum primis parentibus, ab eo oppressis coram Deo iudicij agitatio facta extitit, qua,
20 per appellationis,& defensionis remediũ,†ab opprimente humanæ naturę inimico,eodemq; impulsore grauante, cognita, ius vnicuiq; pro admissi facinoris tributum fuit. Adamo, ꝙ sui dies essent ærumnarũ pleni, & in sui vultus sudore,pane suo vesceretur. Euæ,ꝙ in dolore pareret,& sub potestate viri esset.Diabolo,ꝙ maledictus esset præ omnibus animalibus, & bestijs agri;ꝙ super ventrẽ graderetur,puluerem comedendo omnibus diebus vitæ suæ; ꝙ esset inimicitia inter ipsum, & mulierem, & semen vtriusq; & ipsa cõtereret caput eius. vt patet Genes.c.3.Eodẽ pacto,oppresso,atq;occiso Abel à fratre suo Cain,vt dicitur Genes. c.4. vox san guinis ipsius clamauit ad Dñm, qui existẽs
21 Iudex,cognita causa grauaminis†illati,sententiam protulit, ꝙ maledictus esset Cain super terram, quæ aperuerat os suum, & susceperat sanguinem fratris sui de manu sua: quæ etiam operata,non daret fructus suos,& ꝙ profugus esset super terram. Sic etiam Deus,Moysem iudicem cõstituit inter Israelitas, & Pharaonem, illos opprimẽtem,dum Exodi c.3.inquit: Cla-
22 mor ergo filiorum † Israel venit ad me,vidiq; afflictionem eorũ, qua ab Ægyptijs opprimuntur: sed veni,& mittam te ad Pharaonẽ, vt educas populum meum, filios Israel, de Ægypto. Hinc idem Moyses, constitutis Iudicibus, qui causas populi iudicarent, reseruauit tamen sibi in superioritatis signum,vt maiora,& grauiora illi referrerentur. vt patet Exodi c. 18. & Deuteron. cap.1. inquit idem Moses: Quòd si difficile aliquid vobis visum fuerit, referte
23 †ad me, & ego audiam. Omittam complura alia depromere ex veteri sacra scriptura, ne diutius in narrandis alijs, lectorem occupem. Benè etiam nouissimè Paulus Apostolus, qui Hierosolymis accusatus à Iudæis coram Festo,
24 appellauit† ad Cæsarem prius,tũ denuò pſentibus Agrippa Rege,& Berenice vxore,ad quẽ fuit dimissus,vt apud Lucã Actuũ.c. 25. & 26.

Apud Romanos,priusq̃ hanc legum molem, qua premimur,haberemus: quoad prouocationes,atq; appellationes, vsus idẽ erat.Primam apud eosdem appellationem, vt cõspexi,Tulli
25 †Hostilij,tẽpore fuisse, quo Horatius,victoriã de tribus fratribus tergeminis Curiatijs Albanis, fęliciter reportauit,Romæ imperiũ contra Albanos quæsiuit: & dum quasi ouãs Romam ingrederetur,Horatiã sororẽ,ꝙ illa lachrymaretur vnum ex tergeminis,sibi in sponsum deputatũ,occidisse: Hic de fratricidio statim ad Tullũ Regẽ raptus: Is, inquit, Duumuiros,qui Horatio perduellionem iudicent,secũdum leges facio. Lex duri Carminis hæc erat Duũuiri perduellionẽ iudicẽt:si à Duumuiris prouocarit, prouocatione certato: si vincent, caput obnubito,infęlici arbori,reste suspendito,verberato,vel intra Pomerium,vel extra Pomeriũ. Duumuiri causa cognita, cõdemnarunt.Horatius prouocauit populum.Ille virtutis admiratione,potiusq̃ iustitia causæ motus,patris etiã lachrymis, singulariq; beneficio, quo patriam deuouerat,in ꝓuocationis causa absoluit. Author Liuius lib. 1.& istã primã apud Romanos
26 prouocationẽ reperio. P.Valerius demũ† Poplicola, qui ex quo in populũ propensus esset, Poplicolæ nomẽ retulit, Cõsul creatus exactis Regibus,in locũ L.Tarquinij Collatini,Lucre-
27 tiæ viri,qui se cõsulatu abdicauerat,legem†de prouocatione protulit, cuius meminit Liuius lib.2.illaq; erat,vt à Consulibus, alijsq; Magistratibus ad populum fieret prouocatio.Cuius,vt Dionys. Halicarnas. lib. 5. verba retulit. Plutarch.in Valerio Publicola. Val. Max.lib.4. c.1.Hotom.Paulus Manutius,& Anto Augustinus

nus in Valeria poſt Vdalrich. Zaſi. in Catalogo
Legũ Antiquar. meminerũt. Fuit autẽ facta an-
no vrbis. 245. ſecundum Liuium, quem ſequi-
tur Carolus Sigonius, & Honofrius Panuinius
in Faſtis eorundem Romanorum. Eiuſdem fa-
miliæ ſucceſſores, eandem legem prouocatio-
nis confirmarunt, prout in anno Vrbis 304.
L. Valerius P. F. P. Nepos Poplicola potitus,
dum Conſulatum geſſit cum M. Horatio. M.F.
28 M. N. Barbato, eam protulit: Ne † vllum quis
Magiſtratum ſine prouocatione crearet. Qui
creaſſet, eum, iuſq́;, faſq́; eſſet occidi: neuè cæ-
des capitalis noxæ haberetur. Quam referunt
Liui. lib. 3. Dionyſ. lib. 10. quam dicit Liui. à
M. Duillio Tribuno plæbis, rogatam, & etiam à
M. Horatio; & idcirco à pletiſq; ea lex, & Ho-
ratia, & quãq; Duillia appellatur. Tertia vice
M. Valerius M. F. M. N. appellatus Coruus V.
29 Conſul cum Q. Apuleio Panſa, eandem † legem
cõfirmauit, & validiori forma ſanciuit. author
Liui. lib. 10. Anno Vrbis 453. Solis decem viris
30 poteſtas data eſt † ſine prouocatione. vt docet
31 idem Liui. lib. 3. Sic etiam à Dictatore † prouo-
catio non dabatur, quod factum fuit, dum crea
tus extitit M. Valerius Voleſi F. Voluſus, qui
in Dictatura fuit Maximus appellatus: vt ſcri-
bit Liui. lib. 2. Licet primus antea creatus Di-
ctator fuiſſet T. Lartius Flauus à Q. Cloelio Si-
culo Collega Conſule, quem aliqui T. Largium
appellant, Anno Nono ab exactis Regibus. Ab
eo autem ad populum, nec ad alium prouoca-
ri potuiſſe. vltra Liuium, alij etiam dixere: vt
Dionyſ. lib. 5. Macrob. lib. 1. Saturnal. Feſt. Pom-
peius lib. 13. Feneſtell. de Magiſtrat. lib. 1. c. 8.
Sigon. & Panuin. in Faſtis. Io. Zonar. Annal. lib.
2. Plenius autẽ, & perfectius quàm alius quiſ-
piam Alex. ab Alex. Dier. Genial. lib. 4. cap. 23.
Alexand. Sardus de Moribus Gentium. lib. 2.
cap. 14. Sed tamen aliquando, etiam à Dictato-
32 re prouocatio fuit ad populum, † & ad Plębis
Tribunos: vt memorabile habemus exemplum
apud Liui. lib. 8. Dum Q. Fabius Maximus Ru-
33 tilianus Magiſter Equitum † pugnaſſet fœlici-
ter aduerſus Samnites abſente L. Papirio Di-
ctatore, magnãq́;, ac memorabilem victoriam
reportaſſet: adueniens Dictator, Claſsico ad
concionem vocauit, factoq́; ſilentio, præco, Q.
Fabium Magiſtrum Equitum citauit. Is ad Tri-
bunal acceſsit, ibiq́; à Dictatore poſt ſolemnes
interrogationes, ac reſponſiones, quòd contra
Imperium Dictatoris, ipſo Inconſulto, manus
cum hoſte conſeruiſſet, morti damnauit: ortaq́;
in Exercitum penè ſeditione, qui Q. Fabio fa-
uebat, quo cum ipſi Victoriam reportauerant,
& ſe interpoſuit, vt L. Papirius Dictator à ſen-
tẽtia diſcederet, ſicq́; etiam interceſſerunt Le-
gati apud eum exiſtentes: qui aliud obtinere
nequiuerunt, niſi, vt in ſequentem diem, ſen-
tentiæ exequutio differretur. Iuſſuſq́; Magi-
ſter Equitum, vt poſtero die adeſſet. Dubitans
autem Dictatoris Iram exarſuram magis, clam
è Caſtris ſe ſubducens, Romam profugit:
quem proſequutus Dictator, & ibidem illum
morti damnatum conclamauit, & præhendi eũ
iuſsit. Pro Dictatoris Imperio conſeruando,
Senatus illum rogauit, vt pœnam obliteraret:
Populus itidem ob præclarum Victoriæ faci-
nus actum, ob merita Fabij patris, qui ter Con-
ſul, & iterum Dictator fuerat: nec ab opinio-
ne ſua diſcedere voluit. Vnde Fabius Pater,
verba protulit appellationis, & prouocatio-
nis. Quandoquidem (inquit) apud te, nec au-
thoritas Senatus; nec ætas mea, cui orbitatem
paras; nec virtus, nobilitasque Magiſtri Equi-
tum, à te ipſo nominati, valet; nec præces,
quæ ſæpe Hoſtem mitigauere, quæ Deorum
Iras placant; Tribunos plæbis appello, & pro-
uoco ad populum. Quæ ampliori ſtilo ſcri-
bit Liui. dicto lib. 8. Sed tamen ſi rectè exem-
plum conſideretur, prouocatio, iure ordina-
rio admiſſa non fuit; Cum Populus, Senatus,
Tribuni, & Plæbs omnis obteſtationes, & præ-
ces pro illo obtulerint Dictatori, vt veniam
erroris Adoleſcenti concederet. M Fabius Pa-
ter, Fabius Filius contentione obliti ad Ge-
nua procumbentes, depræcari iram Dictatoris
non ceſſauerint. Tum Dictator, Silentio fa-
34 cto. Benè habet (inquit) Quirites: vicit † di-
ſciplina Militaris, vicit Imperij Maieſtas, quæ
in diſcrimine fuerunt; an vlla poſt hanc diem
eſſent. Non Noxæ eximitur Q. Fabius, qui
cõtra edictum Imperatoris, pugnauit: ſed No-
xæ damnatus, donatur populo Romano, do-
natur Tribuniciæ poteſtati, præcarium, non iu-
ſtum auxilium ferenti. Viue Q. Fabi, Fęliciori
hoc conſenſu Ciuitatis ad tuendum te, quàm
qua paulò ante exultabas. victoria. Viue id fa-
cinus auſus, cuius tibi, ne parẽs, quidem, ſi eo-
dem loco fuiſſet, quo fuit L. Papirius, veniam
dediſſet. Mecum, vt voles, reuerteris in gra-
tiam. Populo Romano, cui vitam debes, nihil
maius præſtiteris, quàm ſi hæc tibi dies, ſatis
documenti dederit, vt Bello, ac Pace, pati legi-
tima Imperia poſsis. Ex quibus à Liuio relatis
Q. Fabius dimiſſus liber fuit, non quòd prouo-
catione obtinuerit, quàm quòd ab eodem Di-
ctatore, tam diù rogato, pœna condonata eſt.
Et ſic prouocatio à Dictatore minimè permiſ-
ſa erat, vt nonnulli profeſsi ſunt: Plin. Cæcil.
de Vir. Illuſtrib. cap. 31. & 32. Eutrop. Rerum
Roman. lib. 2. cap. 2. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 2.
Iul. Frontin. Stratagemat. lib. 4. cap. 1.

Aduertendum tamen cenſeo, non ſemper
appellationes, ac prouocationes ad populum
Romanum, factas fuiſſe, ſed à Prætore quãdo-
35 que † ad Cõſulem. Extat percelebre exemplum
apud Valer. lib. 7. c. 7. Genutius enim quidam
liber homo, genitalia ſibi ſponte ſua ampu-
tauerat: cum eſſet ſacerdos Magnæ Matris, id-
eſt Cybeles, à Neuiano Sardinij liberto inſti-

tutus hæres, bonorum possessionem secundum tabulas à Gn. Oreste Vrbano Prætore obtinuit. A Surdinio eiectus, eodem Prætore mandante in bona Neuiani restituitur. Surdinius Æmilium Lepidum Mamercum Consulem appellauit. Is decreuit, Genutiū videri, ius, actionemq; restitutionis in iure postulandæ, non habuisse; nec obtinere potuisse, aut debuisse; itaq; iure appellatum. Quod è nostris retulerūt Petrus Ærodius Decret. lib. 3. titul. 8. cap. 1. & Ianus Langleus Ocij semestris. lib. 7. cap. 5.

Sed & illud Antiquitatis Romanæ, quoad prouocationes, annotatione dignum censui: Concessas illas non fuisse ab vrbe longius mil-
36 le† passus: vt scribit Liui. lib. 3. Omnes (inquit) id iussuros, quòd Consules vellent; neq; enim prouocationem esse lōgius ab vrbe mille passuum: & Tribunos, si eo veniant in alia turba Quiritium, subiectos fore Consulari Imperio. quod & retulit Gulielm. Budæus in l. Si in aliquam. ff. de offic. procons. & legat. Io. Brechæus in l. Mille passus. in fin. ff. de verb. signific. His aptari potest vsus introductus, ac seruari soli-
37 tus † in Regio Concilio Neapolitano, in quo pluries diffinitum extitit, iuridicos Dominos, habentes ex Priuilegio cognitionem secundarum causarum, siue appellationum, vt ponant appellationum Iudices in Ciuitate, aut saltem in prouincia, pro subditorum commoditate: ne cogantur contra Iudices grauantes, appellationis remedio vti, maximo ipsorum, & bonorum, & personarum detrimento: ne cogantur plus erogare in itineribus faciendis, quàm ex substantia litis agitandæ essent sumpturi. contra tex. in l. Mediterraneæ. C. de Annon. & tribut. lib. 10. voluit Lud. Roman. in consil. 50. num. 3.

Proximè dicta intelligo processisse dum prouocabatur, & appellatio introducebatur à Magistratibus in vrbe administrantibus. Prouinciales enim, & si longissimo distabant itinere,
38 ad Romanos † appellabant. Nam P. Antonius cum Prætor Prouincialis extitisset in Macedonia, accusatus coram Marco Lucullo Prætore, ad Tribunos prouocauit, vt est testis Plutarch. in Cæsare. Sic Paulus Apostolus à Festo Hierosolymis existente, Cæsarem Romæ appellauit, vt supra diximus.

His ex antiquitatum arcanis præhabitis, & prægustatis, dicēdum est: has appellationum, ac prouocationum causas ad Principes spectare supremos: nec intelligi concessas in simplici concessione Castri cum iurisdictione facta:
39 sed Principibus † reseruatas. arg. d. cap. 1. in verb. Potestas creandorum magistratuum. Quæ sint Regal. & voluit Oldrad. in consil. 161. nu. 6. 7. Vnde facta per Principem concessione Castri, cum iurisdictione: non idcirco pertinebit
40 inuestito, Ius cognoscendi causas† appellationum. vt dicit Angel. in l. 1. §. Qui mandatam. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. Quem refert, & sequitur Martin. Laudens. in tract. de Castellanis. §. 22. Iacobin. de Sancto Georg. in Inuestitur. Feudal. §. Cum mero, mixtoq; imperio. sub nu. 9. vbi ait: Quòd cognitio ipsarum causarum appellationum, non venit in generali concessione, meri, ac mixti Imperij, & omni-
41 modæ† iurisdictionis. Idem Iacobin. in d. inuestit. in verb. Et dicti vassalli. nu. 36. 37. Curtius iunior in tract. Feudor. parte 7. versic. 12. Anton. Capic. in inuestitur. Feudal. §. Feudorum accessoria. vers. Appellationum causæ. Marin. Freccia. de subfeud. Baron. lib. 2. authorit. 13. num. 6. & Authorit. 24. Quod declarant præfati procedere, nisi specialiter fuerint con
42 cessæ appellationes, & illarum† cognitio, de quo latè dixerat author improbatus in consuetud. Parisiens. tit. 1. glos. 5. in verb. Le Fief.

Et in hoc Regno Neapolitano est expeditum: Inuestitum de feudo cum iurisdictione, non censeri inuestitutum, quoad secundas causas, vel appellationes. Regula est enim in Regno, à Baronibus appellari ad Iustitiariū Regium, si non habet Baro inuestitus, causas ap-
43 pellationum. vt in Const. Iustitiarij. † & dicit Io. Thomas Minadous in Rep. Constit. In aliquibus in verb. Comitum. nu. 9.

ARGVM. CAP. XL.

Catholicus Rex habet plures Academias, Studia, ac Vniuersitates, quàm alius quispiam Princeps, omnesq; enumerantur. Sic etiam aliæ totius orbis. Et Studia antiquissima Regni Neapolitani.

COMPENDIVM.

1 *Principi studiorum cura esse debet.*
2 *Disciplinarum cura debet esse publica.*
3 *Alexander Macedo, & Scipio Africanus ex Academijs prodierunt.*
4 *Theagenes Philosophus Cynicus quotidie in Traiani Gymnasio disputabat.*
5 *In Gymnasijs Romæ disputabant, Philosophi, Rhetores, reliquiq; studiosi.*
6 *Rex curare debet, vt in suo Regno litterarum studia floreant.*
7 *Philippus Rex Catholicus curauit vt in suis Regnis studia florerent.*
8 *Studium Vrbis Romæ antiquissimum.*
9 *Romani, Eloquentia, & vi armorum totum sibi terrarum orbem subiugarunt.*
10 *Mæcenatis dictum ad Augustum, vt studia litterarum, atque Armorum foueret.*
11 *Senatusconsultum Romanorum verum ne an fuerit,* vt

116 *Messanæ studium erectum à Philippo Rege Catholico.*
117 *Ioannes Bolognettus I. C. præceptor primus Messanensis studij lector.*
118 *Iacobi Galli I. C. Neapolitani præceptoris laudes.*
119 *Catinense studium, & clarissimi viri in eo florentes.*
120 *Palentiæ studium in Hispania ab anno 1209.*
121 *Salamanticensis Academia, & illius magnificentia. nu. 122.*
Don Petri de vera ab Aragonia I. C. Hispani, Consiliarij Neapolitani laudes.
123 *Collegia Salmantina, & à quibus instituta. nu. 124.*
125 *Pincianum studium.*
126 *Pincia, dicta vulgo (Valladolid) in Ciuitatem erecta à Clemente VIII. Summo Pontifice.*
127 *Complutensis schola, quando, & à quo erecta, & quot ibi Cathredæ. nu. 128. 129.*
130 *Saguntbina Academia.*
131 *Oxomensis schola.*
132 *Hispalense studium.*
133 *Granatense gymnasium.*
134 *Illipula, & Illiberis quæ? nu. 135.*
136 *Offunæ schola.*
137 *Coymbricensis Academiæ magnanimitas.*
138 *Cæsaraugustanum Gymnasium. nu. 139. 140.*
141 *Iurisconsulti caleberrimi Cæsaraugustani.*
142 *Cæsaraugusta, & salduba, an idem sint?*
143 *Ilerdense gymnasium.*
144 *Oscensis Academia, à quo instituta, & illius viri, & de ea Ciuitate. nu. 145. 146.*
147 *Valentiæ studium.*
148 *Oriolanum studiũ, eiusq; laudes Ciuitatis. nu. 149.*
150 *Barchinonense, Tarraconense, & Perpenianense studia, ac Gerundense.*
151 *Dolæ studium in Burgundia, & illius Iurisconsulti. nu. 152.*
153 *Duacense studium in Belgio.*
154 *Louanij studium, eiusq; magnanimitas.*
155 *Dauentriæ schola.*
156 *Mediolanense gymnasium.*
157 *Papiensis schola. nu. 158.*
159 *Maiorcæ studium.*
160 *Gaditanum Gymnasium. nu. 161.*
162 *Studia omnia Philippo Regi quot?*
163 *Metapontus, Heraclea, Croton, & Tarentum antiquissima studia. nu. 164.*
165 *Pythagoras in Regno Neapolitano floruit, & illius schola. nu. 166. 167.*
168 *Pythagoras primus, sapientes, Philosophos appellauit. nu. 177.*
169 *Scientiæ quo pacto ad nos peruenere. nu. 170. 171. 172. 173.*
173 *Moses cœpit litteris se exercere.*
174 *Litterarũ inuẽtores apud Græcos, & Italos. nu. 175.*
175 *Pharecides Syrus apud Græcos scholam instituit.*
176 *Draco, & Solon Atheniensibus leges dedere.*
Chilon Lacedemonijs.
Bias Prieneis.
Pytthacus Mytileneis.
Cleobolus Lyndijs.
Periander Corinthijs.
Tales Milesijs.
177 *Pythagoras sapientiam Philosophiam primus appellauit.*
178 *Philosophia Ionica, & Italica.*
179 *Pythagoras Numam Pompilium edocuit.*
180 *Numa duodecim libros scripsit, in quibus sacra, & Pontificalia erant, & in suo monumento recondi voluit.*
181 *Druidæ à Pythagora edocti. nu. 182. 183.*
184 *Druidarum vita superstitionibus, & Magijs dedita.*
185 *Druidas Tiberius Cæsar sustulit. nu. 186.*
187 *Druidarum nulla extat scientia, aut scientiæ vestigium.*
188 *Synagoga non semper ecclesiam significat.*
189 *Synagoga vbi Doctores leges interpretabantur, & docebant.*
190 *Philosophorum Hebræorum sectæ, Esseni, Pharisæi, Sadducæi.*
191 *Sectæ apud Iudæos, Basmotheorum, Hemorobaptistarum, Hebioneorum.*
192 *Synagoga Libertinorum, & Cyrenensium.*
193 *Scholæ apud Hebræos.*
194 *Scribarum officium quod erat?*
195 *Philippus Rex Catholicus Mexici in Regno Mexicano studium instituit.*
196 *Academiæ aliarum gentium.*
197 *Hæretici falsò dixerũt litterarum studia esse vana.*
198 *Ioannes Vuicleph studia, & Academias falsò damnauit.*
Muamedes scientiarum, ac legis disputationes rescidit, ne detegeretur suæ legis prauitas.
199 *Assertiones Vniclephi in Concilio Constantiensi, vti hæreticæ damnatæ.*
200 *Academiarum, ac Studiorum, & Vniuersitatum erectio iuris Regalis est, & ad Principem spectãt.*

CAP. XL.

Regiarum virtutum nulla sublimior, altior, nulla honestior, nullaq; ad Regẽdam, subditorũ, hominumq; societatem, aptior, vel firmior, quæuè Magnanimum Principem, omniq; capite præstantem, efficiat, quàm vt studiorum
1 †cura assidua illi sit, Gymnasiorum, ac Vniuersitatum, & Collegiorum (vt vocant) quibus vndiq; adolescentes hæreant, ibidemq; scientiarum arcana addiscant: vnde illorum ingenia, virtutũ flores germinent, ac fructus edant, quibus ornatũ genus humanũ, præsentis humanæ vitæ cursum sic recto tramite dirigat, vt ad futuri seculi, futuræq; vitæ metã, gloriamq; felicissimè postmodũ perueniat. Proinde Aristoteles lib. Politicor. 8. cap. 1. & duobus seqq. Do-
2 cuit disciplinarum curam † publicam esse debere, non priuatam: quia ad particularium curam, quàmq̃ respicere videatur, Ciuitatem tamen respicit: vnusquisq; enim, Ciuitatis particula est: Inde vniuscuiusq; doctrina Ciuitatem respicit. Vnde apud Græcos, erudiendorũ adolescẽtum Ludos Philosophi aperiebant, & ex illorum

illorum Academia, veluti ex Rerũ publicarum
ſeminario,& Reges optimi,& Duces celeberri
mi ꝓdibãt. Sic Alexãder Macedo,ſic & Scipio
3 apud Romanos,ex Academijs † ſapientũ pro-
dierũt: vt refert Laurẽtius Grimalius de opti
mo ſenatore.lib.1.Hinc Gymnaſia prodierũt,q̃
& ſi exercitationibus Inſtruebantur, locum tñ
habebant, in quo ſcientiarum ſtudia enuclea-
bantur. Sic Romæ in Traiani Gymnaſio,quoti-
4 die diſputaſſe † Theagenem quendam Philo-
ſophum Cynicum, retulit Galenus lib.13. Me-
thodus Medendi;vti illum refert Hieronymus
Mercurialis de Arte Gymnaſtica.lib.1.capit.7.
dicens: Primum itaque genus in Gymnaſijs cõ
5 uerſantium erant † Philoſophi,Rhetores,reli-
quique,qui ſtudijs delectabantur,ibi legebant,
colloquebantur,inter ſeque diſputabant.Aegy
dius de Regim.Princip.par.2.lib.3. c. 8. Cura-
re(inquit) Rex debet,vt in Regno ſuo vigeant
6 ſtudia † litterarum; vt ibi ſint multi ſapientes,
& induſtrij,ne ſubditi ſui ſint ignorantiæ tene-
bris inuoluti. Vnde alibi ad Bellugam in ſpe-
culo Principum. Rub.6. in Verb.Merita. Prin-
cipes aliquos commemoraui,qui euectioni ſtu
diorum optimè vacarunt: Quos nouiſſimè, &
alios commemorat Io. Gaſpar Hortigas in Pa-
trocinio pro Gymnaſio Cæſarauguſtano. par.
1.nu.2.cum plurib.ſequ.Huius virtutis actionẽ
Philippus Rex Catholicus expleuit,inque ſuis
7 † Regnis,& Statibus clariſſima Studia,ac Gym
naſia,fouit,& iugiter fouet, quorum omnium
infra hoc eodem capite commemorabimus il-
la,quæ ad noſtram notitiam peruenerunt.

Habet itaque S.Rom.Eccleſia,eiuſque Sum-
mus Pontifex,ſua Gymnaſia, Studiaque cele-
berrima: Et Romanum imprimis, cuius memi-
7 nit † Vlpianus in l.Si longius. §.fin.ff.de Iudic.
& Theodoſius Imperator in l.vnica.C.de Sind.
libera lib.Vrb. Rom. & Conſtantinop. libr.11.
Qua autem celebritate illud antea fuerit, hoc
ſolum ſufficiet Argumentum, quòd Romani,
Eloquentia,conſilioq;, & vi Armorũ totum ſi-
9 bi † Orbem terrarum ſubegerint,ita vt nõ mul
to Sermone opus ſit ad concluſionem iſtam fir-
mandam. Hoc paſſim,amiſſa orbis Monarchia,
Imperatores fouerunt. Hinc Moecenas Augu-
ſtum Cæſarem colloquitur apud Dionem Caſ-
ſium lib.2.Hoc (inquit) te ſummopere hortor,
inſtituas,Vt Patricij,Equeſtriſque ordinis ho-
mines, dum adhuc pueritiam agunt, ludos li-
10 terarios frequentent: † Adoleſcentes autem
facti,Equos,& Arma tractare diſcant,ad vtrun-
que Doctoribus publicis,certo ſtipendio con-
ductis. Ità enim ſtatim à puero diſcentes,atq;
exercentes,omnia ea,quæ adultis ſunt vſurpã-
da, ad omnia negotia aptiores habebis. Opti-
mi enim,& Egregij Principis eſt,nõ modo ipſe
vt omnia ex officio agat, verum, vt qua ratio-
ne, etiam reliqui omnes, quàm optimi fiant,
proſpicere. Quamquam ijdem Romani anno
vrbis.593. C. Fannio Strabone, & M. Valerio
Meſſalla coſſ.per M. Pomponium Prætorem Se
11 natum † conſuluerunt de Rhetoribus,& Philo-
ſophis. De ea re ita cenſuerunt. Vt M.Pompo-
nius Prætor animaduerteret,curaretque (vt ei
è Repub.fideque ſua uideretur) vti Romæ, ne
eſſent. poſt modum anno Vrbis.662. Cenſores
ità,conſpecto illo Senatus conſulto, Edixerũt.
Gn. Domitius Aenobarbus,& L.Licinius Craſ
ſus: Renunciatum eſt nobis eſſe homines, qui
nouum genus diſciplinæ inſtituerunt, ad quos
iuuentus in ludum conueniat: eos ſibi nomen
impoſuiſſe,latinos Rhetores. Ibi homines ado
leſcentulos dies totos deſidere, Maiores no-
ſtri,qui liberos ſuos diſcere, & quos in ludos
itare vellent,inſtituerunt. Hæc noua, quæ præ-
ter conſuetudinem,ac morem Maiorum, fiunt,
neque placent, neque recta videntur. Qua pro
pter,& ijs,qui eos ludos habent, & ijs, qui eò
venire conſueuerunt, viſum eſt faciendum, vt
oſtenderemus noſtram ſententiam, nobis non
placere. Hoc edictũ retulit Tacitus de Orato-
ribus;& Aulus Gellius Noct.Acticar.libr.15.c.
11.& è Noſtris Franciſc.Polletus in Hiſtoria Fo
ri Romani lib.2.cap.5.Non tamen ex hoc edi-
cto ludos, & Gymnaſia literarum ab vrbe Ro-
ma pulſa fuiſſe comprehendo: ſed habuiſſe lu-
dos literarios idem edictum demonſtrat.Alte-
rum verò caput,de quo Senatus conſultus fue
rat, quod Philoſophos reſpiciebat, à Cenſori-
bus omiſſum fuit,ità vt permiſſi illi fuerint;pul-
12 ſis ſolum † Rhetoribus. quorum expulſionis
reddens cauſam idem Craſſus, apud Ciceron.
Orator.lib.3. inquit: Quòd nihil præter impu-
dentiam illi docuiſſent Rhetores, quam propa
gari in Ciuitate Prudente, videnteque Cenſo-
re,nefas eſt. Hoc autem ſolum Genus hominũ
vrbe eiectum eſt; non quòd Romani,Eloquen-
tiam oderint,quàm vltra omnes ſemper ample
xi ſunt; ſed quia praua illorum Doctrina Cen-
ſoribus viſa fuit. Cumque hoc Cenſorum edi-
ctum parum ante Ciceronis tempora fuiſſet, ſi
Rhetoricæ artis veram Doctrinam illi docuiſ-
ſent,edictum illud ab eo non laudaretur, & in
vanũ ille idem Cicero ſuos Rethoricorum li-
bros conſcripſiſſet. Verum doctrinæ, diſcipli-
næ impudentia id in cauſa fuit. Videmus enim
13 Cæſarem Dictatorem eloquentia † præditum,
multaque ſcripta compoſuiſſe. vt Suetonius
14 eſt Author. cap... Eodem modo, & † Augu-
ſtus,vt teſtatur idem Tranquillus.cap.84.& 85.
Eloquentiam (inquit) ſtudiaque liberalia ab
ætate prima,cupidè,& laborioſiſſimè exercuit.
Scribit etiam eundem Auguſtum proſa oratio
ne multa ſcripſiſſe, & præſertim Hortationes
ad Philoſophiam,ac etiam Poeticam.Sic etiam
15 Tiberius, † artes liberales vtriuſque generis
ſtudioſiſſimè coluit; & tam oratione ſoluta, q̃
etiam Carmina Lyrica compoſuit,vt Idem Sue
ton.in eius vita.cap.70.71.teſtatur. Germani-
cus

16 cus præterea † Cæsar, ingenium habuit in vtroque eloquentiæ, doctrinæque genere præcellens. Orauit causas, etiam triumphales, atq; inter cætera studiorum monumenta reliquit, & comędias gręcas. Idem Tranquill. in Germanico. c. 3. Claudius Imperator. Historiam
17 † in Adolescentia Hortante Tito Liuio, scribere aggressus est, post cędem Cæsaris initiũ sumens, aliaque etiam tempora prosequutus per quadraginta tria volumina; & de sua vita octo volumina. Aduersus Asinium Gallum, Asinij Pollionis filium Ciceronis defensionem composuit, maximaque cura, non solum Latina, sed Græca studia sequutus est. Sueton. in Claud. c. 42. & seq. Sergius, & ipse Galba inter alias li-
18 berales disciplinas Iuri operam † dedit. Suet. in eo. cap. 5. Eodem modo, & alij Imperatores prosequuti sunt, quorum aliqui ad sciẽtiarum culmina peruenerunt; idque facere minimè potuissent, Si literarij ludi, & Scholæ Romæ non fuissent. Hoc studium Romanum ab Innocen-
19 tio IV. potest sumere † fomentum in d. c. cum de diuersis. de Priuileg. in 6. vbi dat Priuilegium Studij generalis cuicunque loco erit Sedes Apostolica. Gymnasium istud Maximis Pri
20 uilegijs exornarunt Bonifacius † VIII. Leo X. alijque Summi Romani Pontifices, vt testatur Horatius Lucius de Priuileg. Scholar. Priuileg. 100. sub tit. De his, qui Gaudent Priuileg. Scholar. sub nu. 23. Iacob. Benius de Priuileg. Iurisconsultorum. in princ. sub nu. 10. Io. Staphileus de liter. Grat. & Instit. §. Circa tertiam. nu. 48. fol. mihi 94. Barthol. de Casseneo. in Catalogo Gloriæ Mundi. par. 10. considerat. 32. col. 6. versic. Consulerem tamen. nouissimè Io. Gaspar Hortigas in Patrocin. pro Gymnas. Cæsaraugust. par. 2. nume. 116.

Bononiense præterea Gymnasium sub eodẽ
21 Summo Romano Pontifice floret, † adeo vt Studiorum mater appellari soleat. Sed nunc minimè loquimur de Bononia Galliæ, siue de Bononia Pannoniæ, sed de Bononia Hetruriæ, cuius quondam Princeps extitit, Felsina antea dicta. vt scribit Plin. lib. 3. cap. 5. vbi Antiquissimum viguit omnium litterarum, præsertim vtriusque Iuris studium, ex Priuileg. Theodo-
22 sij † Imperatoris, vt dicit Gloss. in clem. 1. de Magistr. Sed illa priuilegia abrogata fuisse à Iustiniano Imperatore, aliqui perhibent cum vetuerit Iura interpręrari vbique, præterquàm in veteri, & Noua Roma, & in vrbe Beryto. vt in d. l. 1. C. de stud. liberal. vrb. Romæ. lib. 11. habita tamen ratione temporum, satis est illã antea Gymnasij Priuilegium habuisse. Quamquã
23 minimè credendum arbitrer, Theodosiũ † Iuris ciuilis interpretandi priuilegium Ciuitati Bononiæ concessisse vtrentur quando innuere Bartol. in d. § Hæc autem tria scimus Theodosij tempore, nulla in Christiani orbis parte Ius ciuile legi cępisse, cum à Iustiniani Temporibus, Iura in ordinem fuerint redacta. Vnde veram Bartol. opinionem sentio, Lotharium potius id Priuilegium concessisse. Potuit tamen Theodosius Theologiæ, Philosophiæ, & Oratoriæ artis, ac Medicinæ Gymnasium concedere, non autem Iuris, quod ad huc in pandectas redactum non fuerat. Quam Bartoli opinionem de Lothario corroborant dicta Caroli Sigonij de Regno Italiæ. libr. 7. Qui in Othone Magno primo. in fine inquit: Literarũ ea ætate studia
24 fermè nulla, nisi Philosophiæ, ac Theologiæ. Nam ius ciuile Romanum vsq; ad Lotharium Imperatorem, qui Henricũ est insequutus, propè Italiæ fuit incognitum, & Medicorum vsus fuit maior, quàm dignitas. Poetæ, & Oratores, si qui hoc nomine digni erãt, sibi potius, quàm populo cauebant. Hæc Sigonius. Sed ambigendum arbitror, nec Lotharium Imperatorẽ id fecisse, & Carolum Sigonium in hoc errasse; cum illa, quę in mediũ afferuntur de Lothario, quoad studiũ Bononiense, intelligi possint de
25 Lothario Iurisconsulto, qui in eodẽ † Gymnasio legit: de quo adduco, quandam formulam ab eodem Sigonio relatam de Regno Italiæ. lib. 15. quæ est eiusmodi. Nos consules ex authoritate, & consensu totius Consilij, Lothario
26 † Cremonensi promittimus, neque nos, neque successores nostros, ipsum aliquo Sacramento adacturos, quo plus Communi Bouoniæ obstringatur, neque coacturos, vt Scholam in Vrbe Bononiæ regat. Ego vero Lotharius Iuro, me nusquã, nisi Bononiæ, legum Scholas recturum, neque authorem futurum, vt Schola Bononiæ minuatur: & si quem compero ei rei studere, me primo quoque tempore indicaturum Consulibus, aut Prætori, qui pro tempore fuerint, eisque auxilio futurum. Ex quibus dicendum est, de hoc Lothario Iurisconsulto potius dicere voluisse, quàm de Imperatore. Non relinquam vero intactum, hunc Lotharium Beneuentanum ex Regno Neapolitano fuisse, vt infra dicam. cap. 80. siue ramen Beneuentanus is fuerit, siue Cremonensis alij videant, satis sit aperuisse dubium. Non debet tamen ambigi, Studium Bononiense supremæ semper authoritatis, & prærogatiuæ illud fuisse, ac etiam num
27 esse, approbatum, vt diximus † à tot Pontificibus, vt à Gregorio IX. in Proęmio Decretalium. Qui Pontifex creatus fuit in anno Domini 1227. & Vixit in Pontificatu annis quatuordecim, mensibus quinque diebus tribus. & sic per Bonifacium VIII. Qui fuit in anno circiter. 1294. & per Clementem V. in anno. 1305. iste in Proœmio Clementinarum, Ille in proemio Sexti. Gloss. in d. Proœm. Decretal. Accurs. & Doctores in Rub. C. de stud. liber. vrb. Rom. Paul. de Castr. in l. Hæres. §. Si quis. nu. 12. ff. de Iudic. Angel. in §. Item Romæ. in princip. Inst. de excus. Tutor. Io. de Imol. in d. Clem. 1. nu. 4. de Magistr. Horat. Lucius vbi supra, sub nu. 23.

Barthol. de Caffen. in d. consid. 32. Iacob. Benius. vbi supra. sub num. 10. Lapus S. Miniati in proœm. sexti. nu. 2. 4. de huius studij laudibus plura Germanograph. lib. 2. & aliqua Bernardin. Scodob. in Rep. Auct. Habita. in proœm. nu. 3. & ideo Bald. ibi nu. 6. ex his videtur perperam dixisse per mille annos ibidem studium fuisse. Adest ibidem erectum Hispanorum collegium, opera, diligentia, & liberalitate Aegidij Albornotij. S. R. E. Cardinalis, ex quo veluti ex Equo Troiano, viri, ac Iurisconsulti Hispani clarissimi prodeunt, quibus pro omnium Regiorum Tribunalium, ornamento vtitur Rex Catholicus.

Perusinum Gymnasium, & ipsum celeberri-
28 mum extitit, & nunc etiã viget, cui sufficit † ob eius excellentiam ibi Bartolum, Baldum, Angelum, Petrum, quasi initia dedisse. Huius autem studij, & vniuersitatis, meminit Bartol. in d. auct. Habita. nu. 4. 7. vbi Bald. num. 6. Philipp. Franc. in d. c. 2. nu. 6. de Priuil. in 6. Ang. in d. §. Itẽ Romæ. Horatius Lurius, & Iacobus Benius in locis supra deductis: Habuit suos semper Iureconsultos, qui miris eandem Ciuitatem Laudibus cumularunt, quales ibi meo tempore amicissimos, & patris loco habui, & cognoui,
29 Ludouicum † Sensium, malo faro post modum in Trasimeno Perusiæ lacu, cum suis quibusdã Scholaribus, dum ociaretur nauigando, aquis
30 obrutum: Raynaldum † Rodulphum, Io. Paulum Lancelottum, Bernardinũ Alfanum, quos vltimo loco ibidem vidi, & magna mihi grati animi officia exhibuerũt. Aberant tunc è Ciuitate Iulius Oradinus, paulò t͠ũc antea vita functus, & Franciscus Cantucius, qui ambo fuere in Sacra Rota Romana Auditores. Aberat, etiã Robertus Lancelottus Io. Pauli frater, & Sfortia Oddus, alijq́ue quàm plurimi Iurisconsulti
31 Excellentissimi. Sunt ibidem Duo † Collegia, Vnum Sapientiæ Veteris appellatum, alterum verò Sapiẽtiæ nouæ, in quorum quolibet quinquaginta Scholares Summo studio, vigilantia, & abundantia educantur; dum tamen ciues nõ sint, nec vicini ad triginta millia passuũ à Ciuitate. Primum istorum Collegiorum erectum fuit à Petro Capotio S. R. E. Cardinali, alterũ verò ab alio similiter Cardinali. Primi autem
32 meminit † Baptista Platina in Gregorio 4. de studio Restaur. Castald. de Imperatore. q. 110. casu. 180.

Maceratensem etiam Scholam, ac illius Ciuitatis Studium solemne, ac celeberrimum extat, Pauli III. ac Leonis X. aliorumq́; Summo-
33 rum Pontificum Priuilegijs † decoratum, cuius meminerunt Horatius Lurius, & Iacobus Benius in locis supra deductis. Et hoc similiter longo tempore Rectum est à proprijs Iureconsultis, eximiæ scientiæ viris. Noui ego ibi-
34 dem eiusdem studij professores † Antonium Angelucium, Ioannem Pelicanum, (qui tempore Sixti V. in Alma Vrbe Roma Senator extitit,) Octauianum Nigrum, Manentem costam, Alexandrum Cencium aliosq́; iam plures summos, Sapientiæ, & Sciẽtiæ viros. Ab Angelucio tamen fui pluribus diebus honorificè detẽtus, & summis gratijs cumulatus: Itaque mecum quotidiè ferè erant Quadraginta Summi Collegij Doctores, quibus cum de diuersarũ scientiarum, ac studiorum ambiguitatibus differebamus, quos spero me propediẽ reuisurũ limina Gloriosissimæ Virg. Lauretanæ Visitaturus.
35 Firmanum etiam Gymnasium † in Marchia Anconitana, erectum est à Sixto V. Summo Põtificè, plurimis, ac maximis Priuilegijs cumulatum.

Boemi suas habent Scholas Magnificas, Pra-
36 gensem † inprimis, erectam à Carolo IV. Imperatore in Anno. 1370. vt post Æneam Siluiũ in Historia Boemica. Scribit Germanographus
37 Geograph. lib. 3. & Vuratislauiẽ. em † idem meminit, licet aliqui sub Polonia illam ponant: est autem apud Schlesiam.

Germania omnis, plures habet vniuersitates, & studia, ac celebratissima Gymnasia.
38 Colonia † Agrippina habuit illud in anno. 1378. ab Vrbano Papa VI.
39 Friburgum † Brisgoiæ habet suum Gymnasium erectum à Conrado IV. in anno 1250. vel vt alij, & melius in anno. 1460. ab Alberto Austriæ Archiduce.
40 Studium Vuirtembergense † institutum à Friderico IV. Imperatore Hernesti filio, anno Domini circiter. 1453.
41 Thubingensis † Schola erecta est anno Domini 1477. ad Instantiam Comitum Eberardi de Vuirtemberga, & Mathildis matris, authoritate Sixti IV. Summi Pontificis.
42 Heydebergense † Gymnasium in anno Domini 1346. fundatum à Ruperto Comite Palatino.
43 Lipsia † etiam habet Gymnasium Florẽtissimum apud Misnenses, Turingos, & Inferiores Saxones: fuit enim institutum ex translatione tunc à Gymnasio Pragensi in anno. 1408. ab Roberto Bauaro.
44 Vienna † Austriæ celeberrimam habet Academiam studiorum, constitutam, vt aliqui asserunt, à Rodulpho IV. in anno 1363. Quod veritati non respondet, sed potius fuit factum in anno 1379. seu 1380. ab Alberto Austriaco Alberti sapientis filio.
45 Ingolstadiensis † etiam Academia, Dilingana, Marpurgensis, Helmsthadiana, aliæque quàm plures. de quibus Germanograph. lib. 3. quarum etiã meminit Hieronym. Treutlerus in Selectis Disputationibus. & Detharsus Horsthius in Axiomatibus ad Pandectas. Iacobus Benius de priuileg. Iurisconsul. in proœm. numero 10.

Poloniæ etiam Reges alias habent Academias

mias, celebratissimas. Nam Cazimirus II. Magnus appellatus, illam inchoauit in anno Domini circiter 1362. in ciuitate Cazimiræ quam
46 iniquo literarum † fato morte præuentus ad finem ducere non potuit. Postmodum ad florentissimam illam perducta est perfectionem
47 Craccouiæ tum vt studia ibidē legātur† Theologiæ, Philosophiæ, Tum vtriusque Iuris in anno 1401. ab Vladislao Iagellono Rege, magnis statutis, ex Regis functionibus stipendijs: vt meminit Martin. Cromer. Historiæ Polonicæ. lib. 12. & 16.

Gallia sua etiam habet Gymnasia, nulli secūda: Parisiense primum,† vt quod dicunt à Carolo Magno institutum, solum quo ad Theologiam, Philosophiam, Medicinam, & Artes, non autem, quoad studium vtriusque Iuris. Cuius meminit tex. in cle. 1. vbi gloss. & latè Cardinal. Zabarell. de Magistr. Qui scribunt hoc fecisse operantibus Rabano, Alchuino, Claudio, & Hestoro quibusdam; scilicet Claudio è Scotia, Rabano verò, Alchuino, ac Hestore ex Anglia è
48
49 discipulis Bedæ. & hoc fuisse in anno † Domini. 740. ex Guaghino lib. 4. Antonino Florentino Historiar. par. 2. lib. 14. cap. 4. §. 12. vel loco Hestoris, aliqui dicunt Ioannem, quos omnes Scotos fuisse dicit Germanograph. lib. 2. vbi refert etiam Baptistam Pium, & quosdam etiam versus Architrenij, & Eustathij Pruteni. Nō loquuntur autem ij de Rabano altero Monacho Fuldensi, & mihi videtur falsum, quoad an
50 nos Caroli Magni, † cum in anno. 800. fuerit Rex Galliæ, nisi sit error in notulis. hoc idem prosequitur Cassen. in dicta consider. 32. col. 1. Iacob. Benius. nu. 12. Horatius Lucius in dicto num. 23. in fin.

Pictauensis Schola, secundum obtinet locū in Gallia, vbi omnium scientiarum studia flo-
51 rent, † Pontificum, Regumque Priuilegijs decorata, vt scribit Cassæne. vbi supra. & Germanograph. lib. 2. & Benius vbi supra Pictones vulgò appellantur.

Tholosanum Gymnasium Florentissimum, ac celeberrimum illud existit, ex quo viri omnium scientiarum Grauissimi prodiere: quam
52 vniuersitatem Galliæ Famosam † dicit Io. Faber. in d. §. Item Rom. in fi. de excusat. tut. Quæ fuit à Ioanne 22. Summo Pontifice constituta, vt testatur Iacob. Philipp. Bergomas supplemēti Chronicorum lib. 7. Cassan. & Benius in locis allegatis. huius memin. idem Faber. in Rub. C.
53 de Accessorib. hoc in † auditorio publicè deinde respondit Francisc. Accursius. vt testatur Bart. in l. Vnica. C. de sent. quæ pro eo quod Inter. huius studij mentionem post Gulielmū de Cun. facit Bald. in l. omnia. nu. 3. 4. C. de Episcop. & Cleric. Renatus Choppin. de Doman. Franciæ. lib. 3. tit. 27. nu. 15. Plures ex ista Academia supremi Iurisconsulti floruere, prout ætate nostra Fabri, & Modo Petrus Gregorius, omnium scientiarum, ac disciplinarum studijs eruditi, alijque complurimi.

54 Aurelianensis Academia, † & ipsa commemoratur à Bald. in dicta l. Vnica. C. de sentent. quæ pro eo quod inter. de qua Ioan. Pyrrhus in Panegyrico Aurelianensi. & Cassęn. in d. consideratione 32. qui dicit nescire, quando hæc Academia ortum habuerit. Sed Renatus Choppinus in loco proximè allegato. nu. 16. dicit illam instituisse Clementem Quintum Summum Pontificem, & Philippum Quartum Regem. in anno 1305. & in anno. 1312. & in ea legisse Gulielmum Cuneum, & Petrum de Bella pertica ex authoritate Bartoli in d. l. Vnica.

55 Andegauense Gymnasium, & ipsum † pariter antiquissimè floruit, ab Anno Domini. 1364. à Carolo Quinto Rege institutum, confirmatū à Carolo sexto, eius filio. anno 1383. & à Carolo 7. in anno 1433. vt meminit Choppin. in loco supra allegato. nu. 12. Ex eo, quām plurimi sem per sapientissimi Viri effluxere, & ætate no-
56 stra † Ioannes Bodinus, sicut scientia multiplici edoctus, vtinam non ita procaci lingua, & odio, in Summos Romanos Pontifices, in Principes, ac fidei Christianæ mores effudisset, cu-
57 ius oppositum apparet in Petro † Aerodio, &
58 Renato † Choppino, Andibus, Qui coniunctas habuerunt, non modo scientiarum omnium, sed morum, & modestiæ, ac Christianæ, felicitatis congruas, ac debitas actiones, egregiasque animi dotes.

59 Caturcensis Schola initium † habuit à Ioanne. 22. Summo Pontifice. vt refert Gulielm. Benedict. in Rep. c. Raynutius. in Verb. Et vxorem nomine Adelasiam, in successione ab Intestato. nu. 233. de Testam. Barth. de Cassęn. vbi supra. Iacob. Benius in dicto Proæm. nu. 12. latè Claudius Fromenteus in Epistol. liminari ad Gulielmi Benedicti opera, directa ad Talabardū Benedictum, Gulielmi filium.

Cadomensis Academiæ in Normandia insti-
60 tutor fuit, Henricus Sextus Rex Angliæ, † & Galliæ, (de quo dixi supra cap. 57.) in Anno 1433. de quo Iacob. Benius in dicto Proæm. nu. 12. Renatus Choppiu. de Doman. Franciæ. lib. 3. titul. 27. num. 18.

61 Burdegalensis Scholæ † mentionem facit Iacob. Benius de Priuileg. Iurisconsult. in Proęm. numero 12.

Biturigensis Academia in Aquitania, A Re-
62 ge erecta est in anno Domini † 1473. vt scribit Choppinus in loco proximè allegato. sub nu. 17. quam commemorat Cassęn. vbi supra, & Iacob. Benius. & Theobaldus Fagotius apud Germanographum. lib. 2. & pluribus in locis Eguinarius Baro, præsertim in Epistola ad Ioānem Bertrandum. in lib. de Benefic. ad hortensium. qui in eadem floruit. sic & Andreas Alciatus, & Francisc. Duarenus, ac alij.

63 Auenionensis, & Aquensis, Academiarū† meminit

minit Iacob. Benius vbi ſupra nu. 12. & Franciſc.Marc. in Deciſ. Delph.349.vol.1.
64 Viennenſis ſcholæ in Delphinatu, † meminit idem Benius vbi ſupra. & ante ipſum Caſſæn. conſiderat.32.col.6.
65 Montis Peſſulani ſtudium,& illud † antiquiſſimum eſt, in quo legit Placentinus,& Azo, vt teſtatur idem Azo in principio ſummæ trium lib.codicis, & voluit Bald.in proœm. Decretal. colum.6. Nicol.Boer. ad Dyn. de regul. iur.in Proœm.Additione.fin.Ioan. Fabr.in §.1.Inſt.de ſocietat.Barthol. de Caſſæne. in Catalog. Gloriæ mund.parte 12. Conſiderat.61. In hoc ſtu-
66 dio† floruerunt Iacobus, & Petrus Rebuffi,& ante eos Antiquus Doctor Petrus Iacobus de Aureliaco, vt ipſe teſtatur in Proœm. ſuæ practicæ, & nouiſſimè compluribus illam exornat Academiam Ioannes Philipp. in Proœmio reſponſorum. nu.35.

Anglia ſuas habet antiquiſſimas Academias,
67 Oxonienſem†de qua loquitur Summus Pontifex in Cle.1. de Magiſtr. vbi latè Cardinal. Zabarell.& Caſſæn.in Catalogo Gloriæ Mũdi par. 10.conſideration.32.col.6. Habet etiam Cãta-
68 brigiẽſem†Iacob.Benius in loco allegato.Nec credendum eſt antiquiſſima ſtudia ibidem non fuiſſe, quando Carolus Magnus pro initiando Pariſienſi Gymnaſio,vt dictum eſt, Anglorum, & Scotorum virorum opera vſus eſt. Quarum Vniuerſitatum poſt Reginaldum Polum Cardinalem meminit Nicolaus Sanderus de Schiſmate Anglicano.lib.1. & 3. & alibi ſæpe.Ex ijs
69 olim Academijs,maximus † in Chriſtiana Republica litterarum ſplendor emicuit,ſanctiſsimaq; illarum diſciplinarũ ſeueritas, omnibus exemplo fuit, prout hodie,procurante ſic maligno Chriſtianæ fidei hoſte, Deo Optimo Maximo ſic permittente, mulierculis aperta eſſe
70 †deplorat Andreas Philopator in edictũ Elizabethæ.ſectione 3.nu.234. Sed tamẽ Scholam Cantabrigienſem, ſeu Cantuarienſem inſtituit
71 Sigisbertus † primus Anglorum Orientalium
72 Rex. Anno 630. Oxonij vero Aluredus † Rex anno 895. refert Choppin. vbi ſupra nu. 19.

Scotorum Regum Scholæ,& Academiæ:ſan-
73 cti Andreę † erecta à Iacobo Kẽnedo in Anno
74 Domini 1410. Abedornenſis† ab Elphinſtone
75 Epiſcopo:Tertia in Ciuitate†Glaſtoniẽſi, iam penè obliteratę,ac deſtitutæ,ab Epiſcopis iam diù inſtitutæ, & prædeceſſorum Regum liberalitatæ ſubſtẽtatæ, de quibus in eadẽ Clem.1. de Magiſtr. Sed hodie eiuſdem Elizabethæ malis,peſsimiſq; actibus cum aliquibus ſuæ intentionis nobilibus eiuſdem Regni Scotiæ, & ſimulata ſanguinis beneuolentia cum Maria
76 †Stuarda Regina;quã cõtra ius naturale,gentium, & ciuile,contra omne iuris, & honeſtatis debitum, iniqua morte mulctauit; non ſolum Academias, ſed totum Regnum irruptionibus impijs, nefarijs cædibus, ac iniuſtis rapinis perdidit, & ad nihilum ferè redegit. Sed vt in prouerbio eſt; Non ſemper lilia florent. Eodem pacto dici poteſt de Academia Hyber-
77 niæ in Vuallia, cuius † meminit idem Pontifex.in dicta Cle.1.de Magiſtr. de His Philopator ad Edictum Elizabethæ.ſect.2.

Venetiarum Clariſſima Reſpublica, & ipſa habet ſuum Florentiſſimum Gymnaſium, in vrbe
78 Patauio, † in quo ab immemorabili hominum memoria viguit.vt poſt Iacob.de Aren.in d.§. hęc autem tria.voluit Bart.ibi nu.3.Bald.nu.8. vbi etiam Alberic. & cæteri. Gloſſ. in d. Clem. Dudum.in Verb.Generalibus. de Sepultur.quã ibi ſequitur Cardinal. Zabarell. q.15. Abb. Panor.in c.Tuæ.ſub nu.3.Horat. Lucius de Priuileg.Scholar.tit.de His,qui gaud.priuileg.Scholar.ſub nu.23.& poſt Tiber.Decian.in conſ.14. num.41.vol.1.Ioan.Gaſpar Hortigas in Patrocin. ꝓ Gymnaſio Cęſarauguſtan.par.1. ſub nu. 15.poſt eum Iacob.Benius vbi ſupra.num.9. & ſeq. & antea Lapus Sancti Miniati in Proœm. Sexti.nu.3.& Ioann.de Vanquel.in d.Clem.Dudum. concl.3.Bernardinus Scodobius.in Auct. Habita.cap.6.nu.8.C.Ne fil.pro patr. & Bartholom.de Caſſęn.in Catalogo Gloriæ Mundi.par. 10. Conſiderat.32.col.1.Munſter.libr.2.Iacob. Philipp.Port.in conſ.87.nu.9.In hoc Gymnaſio Patauino,dum iſta imprimuntur,primam Iuris Ciuilis de ſero Cathredam regit Admodum Illuſtris vir D.Iacobus Gallus Neapolitanus pręceptor meus, ſciẽtiarum, ac omnium virtutum receptaculum.

Dux Sabaudiæ, habet ſua ſuprema Gymna-
79 ſia,ac ſtudia, Vercellarum imprimis, † in quo olim legiſſe Vbertum de Bobio, ſcribit Iacobin.de Sancto Georg.in Inueſt.Feudal.in verb. Carolus.nume.4.in fin.ac etiam Ricchard. Malumbr. vt ſcribit Hieronym.Cagnol.in d.§.Hęc autem tria.nu.244.Iacob.Benius.vbi ſupra. nu. 11.poſt Bart.in d.§.hæc autem tria.ſub num.3.
80 Taurinenſe Gymnaſium † ſimiliter eſt florentiſſimum, Allobrogorum ducum induſtria, & diligentia,vt teſtatur Germanograph.libr.2. & nouiſſimè M.Anton.Natta in conſil.657. per totum.vol.4. & vltimo loco Antoninus Teſſaurus in Præfat.nu.4. ad Deciſiones.

Montis Regalis etiam Studium, nouiſsimè
81 † erectum,& inſtitutum ſuper cuius conceſsione,& cum ſtudio Taurinenſi,competentia conſuluit Natta in dicto conſ.657.vol.4.

Magnus Dux Hetrurię,habet etiam antiquiſ-
82 ſimum Gymnaſium Pyſanum,† cuius meminit Germograph.lib.2.Iacob. Benius in d. Proœm. nu.10.in fin.floruit olim in hac Academia Bulgarus,Franciſc. Tigrini,& Andręas de Piſis.Huius ſcholæ mentionem facit Petr. de Anch. in Clem.1.nu.3.d Mag. Cotta. in Mem. Iuriſperitus. Hanc ſcholam pluribus annis rexit Alexander Raudenſis, modo Andreas Facchinus ambo Iuriſconſultorum lumina.

Senenſe

Senense etiam studium, & ipsum Nobilissi-
83 mum fuit,† cuius meminit Petr. de Ancharan. in d. Clem. Dudum. vbi dicit ipsum per tres annos legisse, publico ære à Republica tunc conductum. Et dicit Card. in dicta Clem. dudum. §. Ab olim, quòd fuerat destructum, tamen tempore Pauli de Eleazarijs fuisse reformatũ. Ha-
84 buit hæc vniuersitas† Fridericum Petrucium, Marianum Seniotem, Bartholomeum, & Marianum Iuniorem Socinos, Thomam Doctium, Lancellotum Politum, Franciscum Parritium, Marcellum Berengucium, & Ioannem Berengucium Præceptorem meum eloquentissimum, aliosque complures. Senensis Academiæ fuit etiam Ricardus de Petronibus. S. R. E. Cardinalis, cuius opera vsus fuit Bonifacius Octauus in compilatione sexti. Ioannes Paliarensis, Baldi Præceptor.

Dux Ferrariæ suas habet Academias, Ferra-
85 riensem † ante omnia, impetrato per Albertũ Quintum Ferrariæ Ducem à Bonifacio Nouo Diplomate studij Generalis scientiarum omnium: fuitque factum in anno Domini 1391. Vocato Bartholomeo de Salyceto, qui ibidem primo conductus legit. quod & refert Hurarius Lucius vbi supra. sub num. 23. dicens fuisse in anno 1316. quod tamen erroneum est. cuius meminit etiam Card. in d. Clem. Dudum. de sepult. Angel. Gambillonus de Aretio in proœm. super Inst. vbi dicit in eodem studio legisse, & conductum fuisse. Iacob. Benius. vbi supra. nu. 10. Scodobius in dicta Auth. Habita. cap. 6. sub nu. 9. & nouissimè Io. Baptista Pigna de Principibus Antestinis. lib. 5. qui erectionem studij huius ad annum præfatum. 1391. confert Fridericus Scotus in consil. 28. nu. 154. lib. 6. Rom. 1. Floruerunt in hoc Gymnasio Iurisconsulti cla-
86 rissimi,† Felynus Sandeus, Ludouicus Catus, Ioannes Ronchegallus, Ioannes Maria, Iacopinus, & Hippolytus Riminaldi, Ioannes Cęphalus, Bartholomæus Bertazzolius, Prosper Pasethus, Hippolyt. Bonacossa, Claudius Bertazzolius, alijque cumplures: sed dum hæc Prælo tradita sunt, Ferraria ad Romanam Ecclesiam redijt.

87 Rhegiense etiam † Gymnasium est sub Duce Ferrariæ, cuius studij meminit Barrol. in proœm. Digestot. §. Hæc autem tria. sub num. 3.
88 Benius in d. nu. 11. antiquus doctur † floruit Rhegij Philippus à Casolis, ac etiam Carolus Ruinus, Guidus Pancirolus, Præuidelius Gerardus Mazolus, Petrus Ioannes Anchatanus, alijq; non parum multi aliarum scientiarum præclarissimi authores, Vincentius Cartarius, & nouissimè eruditissimus Gabriel Zinanus, non solum scientia, sed morum candore Clarissimus.

Mutinæ Ciuitas, & suã habuit antiquissimam
89 Academiam, quæ est ex primis† Italiæ Gymnasijs clara: nam ibi legerunt Doctores, & Iurisconsulti antiquissimi, Pileus, Gulielmus Durandi, qui specularor dicitur, Guido de Suzaria, Nicolaus Mararellus, & alij. vt post Azonem, Specul. Ioan. Andr. Nicolaum de Neapoli, Paulum de Castro, Bartholom. Cepoll. quus allegat. voluit, ac ꝓbat optimè Bernardin. Scodob. in d. Auth. habita. c. 6. nu. 11. In suæ Patriæ tutelam. Cuius etiam meminit Bartol. in dicto §. Hæc autem tria, sub nu. 3. Bald. in l. Præcibus. C. de Impub. & alij. sub. Ioan. Baptista Caccialup. de Mod. studend. Nati sunt sub hac Acade-
90 mia Iacobus† Sadoletus Cardinalis, Bartholomeus, & Franciscus Bellenzini, Gregorius Cardinalis Cortesius, & nostra ætate Carolus Sigonius, Gabriel Fallopius, Michaelius, Vessalius, alijq; quàm plurimi in omni scientiarum genere cultissimi viri. Sed hæ Ciuitates hodie sub Dño sunt Serenissimi Dou Cæsaris Estensis, Ducis Mutinæ, & Regij, qui sponte Sedi Apostolicæ, eiusq; Summo Pontifici cæssit Vrbem Ferrariæ, studuitq; potius suæ Animæ consulere, ac Deo placere, quàm mundo: Sub cuius fœlicissimo auspicio, arbitror, tum Rhegij, tum Mutiuæ restituendas pristino Candori litterarum Academias.

Dux Parmæ suas etiã Vniuersitates, & Aca-
91 demias haber, Parmẽsem, cuius† meminit Bart. in dicto. §. Hæc autem tria, sub nu. 3. & Iacob. Benius in loco allegato. sub num. 111. Ex hac Academia fuit Vgolinus Fontana, Franciscus Lucanus, & ante ipsum Iacobus de Arena. & ex nouissimis vltra alios, Ludouicus Zuntus. Quam nuper erexisse iterum, audio Serenissimum Raynutium Farnesium Ducem, & non sine suarum magno virtutum encomio, liberaliter fouere.

92 Placentina Ciuitas, & suam renet† Academiam, ac Gymnasium quod & si fuerat intermissum, tamẽ de eius instauratione scribit Frideric. Scotus. in consil. 4. nu. 24. lib. 5. Tomo 1. in quo floruerunt Raphael Fulgosius, Petrus Antonius, & Marius Anguisola, Fridericus Scorus, Cornelius Mussus, alijq; plures.

Philippus autem Rex Catholicus, Humano nulli Principi inuidet, in Academiarum, Studiorum, ac Gymnasiorum contentione. Habet enim in suis Regnis, ac Dominijs, Scholas, quæ alijs quibusq;, cum temporis antiquitàte, regimine, diligentia, ornatu, atq; magnificẽtia, rum etiam liberalitate, atque scholarium concursu, minimè cedant, si non apprimè præstent, quarum aliquas etiam describere conabor.

Neapolitanum Gymnasium, à Friderico II.
93 Imperatore in anno 1244. erectum fuisse, † in omni sciẽtiarum genere, scribit Marinus Freccia de subfeud. Baron. lib. 1. titul. de offic. Magni Cancellarij. nu. 16. & hoc fuit in vltimo viræ Friderici anno: dicitq; non fuisse solitos in Regno admitti aliquos ad suscipiendas causas ꝓ alijs Aduocationis, & patrocinij gratia, nisi facta

facta approbatione à Doctoribus, q̃ producebantur ab eis corã Magno Regni Cancellario, & tunc demũ ille licentiã, & priuilegium expediebat: & ita vidisse quandã licentiã per Petrũ de Vinea eiusdẽ Regni Prothonotarium, factã in anno 1218. Sed ego vix cõsidero istud respicere studiũ, vel Academiã. Potest enim Ciuitas habere ius studij, & q̃ ibidem sciẽtiæ profiteantur, sed Doctorandi licentia, minimè habeatur: quam dare potest Ciuitas, Vniuersitas, Academia, vel Collegium, præcedente tñ Principis
94 concessione: cũ dignitates à Principe† concedantur. c. 1. Quæ sint Regal. Sed dictæ licentiæ patrocinandi, & aduocãdi idcirco requirebantur, quia alias absq; consensu Principis in Regno, idem Fridericus prohibuerat. per tex. in
95 Cõst †Iustitiarios Regionum certis. & Const.
96 Aduocatorũ †officium. & Const. Aduocatos. &
97 idẽ antea cautum erat de iure cõmuni in l. Nemini. l. Iubemus C. de Aduocat. diuers. Iudicior. & l. Iubemus. C. de Aduocat. diuers. Iudicum. Dicit tamen Freccia, antiquius studium scientiarum Neapoli fuisse: non tamen declarat tempora, aut procedit vlterius.

Per lõga autẽ interualla, ante Friderici tẽpora eadem Neapolitana Ciuitas Gymnasia, Aca-
98 demias, †ac sciẽtiarum omniũ suas scholas habuit, quæ semper ibi floruere: Proinde Virgi-
99 lium, † Latinorũ Poetarũ Principem Neapolitanis in scholis latinis, græcisq; litteris, operã nauasse, scripsere Donatus, alijq; eius vitæ scriptores: quod, & Seruius, & Macrobius annotarũt: & Georgicorum libros Neapoli scripsisse idem Virgilius lib. Georgic. 4. testatur dicens.

Hæc super aruorum cultu, pecorumq; canebam,
Et super arboribus, Cæsar dum magnus ad altum
Fulminat Euphratem bello, victorque volentes
Per populos dat iura, viamq; affectat Olympo.
Illo Virgilium, me tempore dulcis alebat
Parthenope, studijs florentem ignobilis oci.

Fatetur hoc ipsum de Virgilio, quòd sua Poemata ibidem composuerit ad Antimachum scribens Iouinianus Pontanus dum ait:

Hinc Musa placidis, salicum docuere sub vmbris
Sebethus liquidis, qua fluit vber aquis.
Inde specu exceptus, viridisq; in Rupe Vesæui.
Pastor agens cecinit, Tytire coge pecus.
Huc ades ò Melibœe, caper tibi saluus & hedi,
Item domum saturi, nox venit, ite greges.
Post latas segetes, quo sidere vertere terram
Conueniat, Baccho qui sit & aptus ager.
Cura bonum quæ sit, pecori quis cultus habendo
Et docuit pressis, mella liquare fauis.
Felix aruorum cultu, felicior armis,
Dum profugum Aeneam, dum canit arma virum.

Inde moriens Virgilius ipse Brundusij, vo-
100 luit & cadauer suum Neapoli †asportari & ibidẽ tumulari, relinquẽs carmen in sepulchro ab ipso cõpositũ, quod est tale iam vulgatum.

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope, cecini Pascua, rura, Duces.

101 De cuius sepultura Petrus Bembus † Cardinalis, optimè lusit, dũ in sepulchro Actij Sinceri Sanazarij, apud Mergelinã Neapoli, inquit:

Da sacro cineri flores, hic ille Maroni
Sincerus, Musa proximus, vt Tumulo.

In eadem Academia Neapolitana studia peregisse, maximam etiam vitæ partem exegisse
102 †Silium Italicum, magni nominis Poetam, notum est. Sic & Aeschinem Oratorem Maximũ. De Neapoli studijs plura referunt Statius, Horatius, & Papinianus, de quibus, & Martialis lib. 5. Ad Toranium scribens ait:

Et quas docta Neapolis creauit.

Senecam studijs vacasse Neapoli, ipse etiam sibi est testis. De huius studij laudibus plura dicit Paris d̃ Puteo de Syndicatu in proç. & post ipsum Horatius Lucius de Priuileg. Scholar. in fi. sub tit. de his, q̃ gaud. priuileg. scholar. n. 23. Successu tẽporis eandẽ Academiã priuilegijs cumulauit, ac doctorandi, & Graduandi in ea,
103 normam tradidit Ioanna Regina † in anno 1428. Vnum proferã pro omnibus, qui de Neapolitana Academia scribit Strabonẽ qui lib. 6. inquit. Plurimi è Roma Neapolim secessum fa-
104 cientes, victum Græcanico† Ritu perducunt, aut quietis, atq; ocij gratia: Præsertim, qui eruditioni dant operam, aut remissioris vitæ desiderio, maximè quos senectus affligit, vel aduersa valitudo. Pleriq; etiam Romani, eodem viuendi genere delectati, cũ tantã mortalium multitudinẽ in simili degentem instituto, ipsa in Ciuitate versari contẽplẽtur, studiosè, ac libenter vrbẽ incolunt, ibi ducẽtes ætatem. Hęc Strabo. Optimè denique Matth. de Afflict. in Cõst. Vtilitati. nu. 2. dicit: In Ciuitate Neapoli
105 fuisse studium ante Aduẽtum Dñi †Nostri Iesu Christi. Sed & d̃ ipso, & alijs Academijs Regni Neapolitani, latius dicam in fine huius capitis: Ne interim aliorũ studiorũ memoriã derelinquã. Hæc Neapolitana Ciuitas ea sẽp vir-
106 tute fuit nobilis, q̃a† sẽp Romanis fuit fidelis. vt dicit Velleius Patercul. Histor. Rom. lib. 1.

Salernitanũ etiam Gymnasiũ, & ipsũ antiqs-
107 simũ est, quoad oẽs scientias, †& si antiquius ibidẽ ante Iustiniani Augusti tẽpora, Philosophiæ, Medicinæ, aliarumq; liberaliũ scientiarũ studium viguerit. & post modũ vtriusq; iuris: licet quoad Doctoratus Infulas, non permittant officiales Regij, scholares Graduari in
108 vtroq; iure, nisi† Neapoli, sed tñ in Philosophia, Medicina, & Artibus. Hæc enim Ciuitas quondã Neapolitani Regni, caput fuit, primo-
109 rumq; huius† Regni Regum nempè Northmannorum dulcissima, & amplissima sedes. Vnde idem Fridericus Imperator, vetuit nullũ in
110 Regno sibi Medici nomẽ † assumere, nec aliquo pacto mederi, nisi primo Salerni, in cõuẽtu publico Magistrorum iudicio cõprobatus fuisset. Nemini etiam licere constituit, aut potestatem habere legendi Chirurgiam, ac Medicinam, nisi Salerni, aut Neapoli. Nec aliquẽ sibi

Z nisi

nisi exinde Magistri nomen assumere, vt in d.
111 Constit. Vrilitati. †& iterum in Cōst. In terra qualibet. vbi reddit rationem Matth. de Afflict. quare Imperator ibi proponat Ciuitatē Salerni, Ciuitati Napolis. Antiqđmū verò esse hoc Salernitanū Gymnasiū, scribit nouissimè M. Antonius Marsilius Archiepisc. Salernitan. in Hydragialogia. p. 2. c. 27. nu. 23. Quantæ Authoritatis fuerit Gymnasiū istud, ex eo patet, q Collegium Salernitanum scripsit librum illum præ-
112 clarissimū, cui titulus, †Schola Salernitana, q in Regis Angliæ gratiā factus est, & postmodū commenti dote ornatus ab Arnaldo de Villanoua, Philosopho, ac Medico: vt de eo testatur Io. Andr. in c. Consilium. de obseruat. ieiun. & ad Specul. in tit. de crimin. falsi. in rubr. in fin. Quamq̄ multa huius Arnaldi opera, fuerint vti
113 †hæretica, reprobata. vt dicit Bernar. de Lutzemburgo in Catalogo hæretic. lib. 2. Gabriel Prateolus de Vitis & sectis Hæretic. c. 69. Eymericus in director. Inquisitor. p. 2. q. 11. & 28.
114 & vtrobiq; diligēter Doct. Frācīscus †Pegna, nūc sacræ Rotę Romanę meritissimus Auditor. & nouissimè Damian. Roscius de Sectis Hæret. in Arnaldo: & ego etiā aliqua dixi cōtra eūdē in cōs. 28. n. 39. cū seqq. Cent. 1. Hoc studiū ius
115 ciuile profitendo publicè rexerūt † pluribus annis, Paulus Leonius Patauinus, Io. Bolognettus Præceptor, Io. Berēgucius Senēsis, & Albertus Bolognettus S. R. E. Card. Præceptores similiter mei: necnō insignes Iureconsl. eiusdem patriæ, Io. Nicolaus Vicarius, Nicolaus Capograssus, Carolus de Rogerijs, Io. Angelus Papius, Sebastianus Massa, Io. Iacobus Corbillesius olim p̄ceptor meus in libris institutionū, nūc iuris canonici publicus professor eruditissimus, Io. Laurentius de Rogerijs, non minus aurū, q̄ sua scientia Illustris, q paulò ante primā iuris ciuilis de sero lecturā ibidē p̄fitebat. Nunc verò eandē Neapoli regit. Quoad Philosophiæ studia, ac medicinæ, illud studiū ornarūt Augustinus Niphus Suessanus, M. Antonius Zimara S. Petrinas Hydruntinus, Io. Antonius Tessaurus de Cornero, Frācīscus Storella Alexanensis Hydruntinus, Antonellus Rogerius, Io. Nicolaus Rogerius filius, Frācīscus Alfan°, Adrianus Aurofinus, Andreas Mattheus Tesaurerius, Pyrrhus Alfanus Philosophus, & demū Iurisconsl. ac Publicus professor Salerni, & Neapoli, Hieronymus Vitalianus, & Iulius Tesaurus Io. Antonij filius, qui modo ex ordine Regio Philosophiam publicè profitetur: Quos ego ab Antonello Rogerio, & oēs subseq̄ntes præceptores Excellentiss. habui, in Dialectica, & Philosophia: quorū virtutes illorum fama, ac opera commendant. Et Metellus Grillus nunc eiusdem Collegij Prior dignissimus.

Messanæ studiū in Insula Siciliæ præclarum erectum est: ibidem omnium scientiarū Academia instituta fuit ab eodē Philippo II. Austrio
116 †Rege Catholico, in qua vice prima, publico Nobilis eiusdem Ciuitatis Messanæ stipendio,
117 legit Io. †Bolognettus Bononiēsis I.C. Famosissimus, q nullis meis eget laudibus, cū sit mūdo notissimus, quē Salerni primo studij iuris ciuilis anno præceptorē habui. In hoc Messanēsi studio idē Bolognettus eodē primo anno bis in die legit, lecturā matutinā, & vespertinā. De huius Ciuitatis laudibus, & Historia latè Thomas Facellus Histor. Sicul. Decade. 1. lib. 2. c. 1. & plurima idem præceptor Bolognettus in conf. 1. In eodē studio paulò ante primā iuris
118 ciuilis Cathedrā rexit Iacob. †Gallus Neapolitanus præceptor meus I.C. Excell. & Eloquentissimus, ac sciētiarū omniū Coriphæus elegantissimus, què Regni Neapolitani iuuentus scholastica, absentem vocat, & collachrimatur.

Catinense studiū in eadē Siciliæ insula anti-
119 quius extitit, è quo exijt ille, † qui pro omnibus sufficit Nicolaus de Tudeschis Abbas Panormitanus dictus, S. R. E. Cardin. ob cuius famosissima in ius canonicū commētaria immortalitati est donatus. De hac vrbe plura scribit Thom. Facell. in Histor. Sicul. Decade prima. lib. 3. c. 1. In ea nostro tempore floruit Iosephus Cumia, qui ex suis scriptis, sibi celebre nomen quæsiuit. Huius vero Ciuitatis antiquissimum fuisse Gymnasium, vt quod à M. Marcello Romanorum consule ordinatum fuerit, testatur idem Facellus Decade. 2. lib. 5. cap. 1.

Hispaniæ vero studia, celeberrima, & illa sūt,
120 Palentinū aūt ipsorū oīum† antiqus, qđ postmodū Salmanticæ trāslatum extitit, (vt dicam infra) fuit autē institutum à Petro Rege Aragonum. 2. in anno Dñi 1209. vt testatur Lucius Marin. in Histor. Hispanic. lib. 3. cap. 1. nouissimè Ioan. Mariana. lib. 11. cap. 22. Quamq̄ idem Mariana lib. 13. cap. 1. dicat ab Alphonso II. Raymundi, filio Petri, patre institutum fuisse.

Salmanticæ Academiæ in Hispania meminit
121 Sūmus Pontifex in Cle. 1. de Magistr. †vbi dicit Cardinal. Zabarella ipsum nescire quando fuit institutum illud studium. Idem dicit Bart. de Cassæn. in Catalogo parte. 10. Confider. 32. Tamen, fuit à dicta Academia Palentina supra narrata, translatum Salmanticę in anno circiter 1239. à Ferdinando III. eiusdem Alphonsi iam dicti Nepote, ob loci commoditatem, salubri etiā ex secessu, & ameno, labente inde Amne Torme. vt testatur idem Mariana dicto lib. 13. c. 1. Temporibus nostris est celeberrimum
122 studium, ac supremum† inter omnia Christiani orbis Gymnasia. Ibidem enim omnium linguarum Chaldeę, Hebreæ, Arabicæ, Græcæ, Latinæque exercitamenta enucleantur: vbi in quacunq; facultate Magistri, ac Doctores eximij eminent, & ibidem ex diuersis Christiani orbis partibus numerosus Scholarium concursus habetur: vt suo tēpore, eos, qui studijs litterarum operam nauabant, numeratos, & ad septem milliū numerum ascenderent, scribit Lucius Marineus Sicul. Histor. Hispanic. lib. 2. c. 3.

Quod

Quod mihi ét affirmauit Illuſt. Dñs Don Petrus de Vera ab Aragonia Iuriſconſ. Hiſpanus omnium ſcientiarũ genere eruditiſſimus, Regius in Senatu Neapolitano Cõſiliarius, & Senatorũ Decanus, & modo Præſes. Huius Gymnaſij meminit Horarius Lucius in loco ſupra allegato. nu. 23. in fin. Iacob. Benius. num. 13. Plura etiam sũt ibidem particularia Collegia à Summis Viris paſſim erecta, cenſibus, ac maximis redditibus ditata, in quibus collegiales ſcholares Collegij ſumptibus litteris vacant, quo-
123 rum vnũ † à Iacobo Annaio Archiepiſcopo Hiſpalenſi inſtitutum, ac diuitijs honeſtatum fuit. Aliud ab Alphonſo Fonſeco Archiepiſco-
124 po † Toletano, ædificatum, inſtitutum, ac dote ornatum. Sũt tamen alia plura Collegia. Ex quorum Academia in Theologia, Philoſophia, vtroq; Iure, Medicina, alijſq; facultatibus cum multiplicium linguarum cognitione, in dies, viros clariſſimos exijſſe, ac exire conſpicimus. Ego legi apud Ferdinandum Fornarium I.C. celebrem, Regentẽ, & in Regia Camera locum tenentem, Priuilegium confirmationis ſtudij Salmanticens. ab Innocentio VIII. emanatum.

Pincianum Gymnaſium, ſitum eſt in oppido, quod Hiſpanorũ ſermone (Valladolid) cognominatur. Oppidũ hoc Ciuitatibus quibuſq; nõ
125 æquandum tñ, ſed anteponendũ † eſt. Habet enim à latere flumẽ Piſuergæ, ſtudijs liberalibus, diſciplinis, artibuſq́, excultum, ſacris ædibus, collegijs, ac cœnobijs ornatiſſimũ, mercatorũ cõmercio nobile, omni humanarũ rerum copia afluens, ædificijs, foris, mænibuſq; illuſtre, & cunctis deniq; rebus, Principi, Chriſtianæq; Ciuitati neceſſarijs refertiſſimũ: quorũ meminit Lucius Marineus Hiſtor. Hiſpan. lib. 3. c. 1. Ob cuius dotes ſupremas, audio nouiſſimè à
126 Clemente † VIII. Summo Pontifice in Ciuitatem erectum, & Epiſcopi dignitate ornatum.
127 Cõplutẽſis ſchola in eadẽ † Ciuitate, q̃ Hiſpanorũ vulgari lingua, Alcalà d'Henares, dicitur, à Flumine præterlabente ſic dicta, à Franciſco
128 Ximeneo de Ciſneros † Cardinali, & Archiepiſcopo Toletano, ordinis S. Frãciſci, sũmis inſtituta, ac honeſtata diuitijs in anno 1517. Plura ſunt ibidẽ Collegia, plures Lectorũ Cathe-
129 dræ in omni † linguarũ, & ſcientiarũ genere. Grãmaticales enim Cathedræ ſex: Rethorices, Artis oratoriæ, & Hiſtoriæ quatuor: Græcanicæ tres, Hebreæ tres, Artium octo, Mathematicæ vna, Moralis Philoſophiæ vna, Medicinæ quatuor, legum, Canonumq́; ſex, Theologiæ totidem, ſua cuiq; ſunt ſtatuta ſtipẽdia. Huius Academiæ meminit Marineus Hiſtor. Hiſpan. lib. 2. cap. 3. Io. Mariana, de Rebus Hiſpan.
130 Saguntina Academia, † & ipſa eſt in Ciuitate Sagunthi, q̃ ab Annibale deleta eſt ob fidei cõſtantiã, quã Romanis ſeruarunt, & ex veteribus muris alia facta: quam idcirco, Muruieto appellari dicunt, quaſi muri veteres. Huius Ciuitatis ędificationẽ ad Zacinthos refert Strabo lib. 3. vbi ex huius vrbis vaſtatione, Romanos grauiter, & ægrè tuliſſe, & propterea ſecundi belli punici initia inde sũpta fuiſſe. Huius meminit etiã Plin. lib. 3. c. 3. de qua ſic inquit Põponius Mela lib. 2. c. 4. Vrbes cõplexus, & alias quidem, ſed notiſsimas Valentiã & Saguntum illã fide, hãc erumnis inclitam. Huius etiã meminit Epiſcopus Gerundenſis Paralipom. Hiſpaniæ. lib. 1. c. 19. Lucius Marineus Sicul. in Hiſtor. Hiſpani. lib. 12. c. 19. Cuius ſcholæ mentionem fecit Iacob. Benius. vbi ſupra. ſub nu. 12. Quàmq̃ idem Marineus lib. 2. c. 3. in fin. dicit hanc Ciuitatem non eſſe illam antiquam Saguntum, quod veriſsimum eſſe, nemo negat, cum illa fuerit (vt dictum eſt) deleta.
131 Oxomenſis etiã Ciuitas † ſuũ habet ſtudium. credo veriſsimũ mutatis q̃buſdã litteris, eſſe illam Ciuitatem, quam Vxamam appellat Plin. lib. 3. c. 3. vt dicatur Ciuitas Vxamenſis, quod & credit etiam Marineus. lib. 2. cap. 3.
132 Hiſpalenſe ſtudium celebre eſt, cũ ſit † in Ciuitate Hiſpalis, de qua Lucius Marineus lib. 19. c. 20. ſic ſcribit: Eſt enim ambitu magna, forma rotunda, viſu pulchra, tẽplis celebris, ſacerdotibus exculta, multis equitib' nobilis, ciuibus plena, domib' inſignis, plateis, & vicis hilaris, hortis, & fontibus amęna, tuta propugnaculis, mœnibus cincta, defenſa portis, & turribus, cãpis iucunda, agrorum frugibus abundans, oliuetis, & magnis oliuis, & oleo fœlix, mercatorũ cõmercijs diues, artibus adornata mechanicis, & liberalibus ſtudijs Illuſtris. Hęc Marine'. De Hiſpalenſi cõuentu, ac Ciuitate in vlteriori Hiſpania ſub Bętica ſcribit Plin. lib. 3. c. 1. vbi illã cognomine Romuleam appellat. Germanograph. lib. 2. Io. Boemus de moribus gentiũ. lib. 3. c. 24. Io. Laurentius Anania in Fabrica Mũdi in Europa. lib. 1. & dum hæc tranſcribuntur, de Hiſpali amplè tractat Io. Boterus Relationum lib. 1. in Bętica. Ante eos Epiſcopus Gerũdenſ. Paralip. Hiſpanię. lib. 1. c. 19. ità inquit. Hiſpalis dicta eſt à prioribus antiquis, poſtea vero à Iulio Cæſare Iulia Romulea appellata, vt Straboni placuit, à cuius nomine vulgata loquutio originẽ traxit, vt Siuilia appelletur, tamq̃ à Iulio Cæſare inſtaurata, & dicatur Ciuitas Iulia, referũtq; p̃fatũ Cæſarẽ eandẽ vrbẽ cõſtruxiſſe, q̃d tñ verum non eſt, cum apud Titum Liuium, Cõmẽtariaq; p̃fati C. Iulij Cæſaris, ac Luciũ, plurimoſq; ſcriptores antiquiores, fiat eius Ciuitatis mentio. Potuit tñ Iulius Cæſar inſtauraſſe labentem, auxiſſe, ac dilataſſe: obtinuit tñ moderna literarũ loquutio, vt priſtino nomine ab eis nuncupetur. Hæc Gerundenſis. Vulgo tñ Hiſpanorũ appellatur Sibilia, de qua nouiſſimè Mariana de rebus Hiſpan. lib. 1. c. 4. & lib. 13. c. 7. & 8. & ante Pomponius Mela lib. 4. cap. 4.
133 Granatæ ſtudiũ, & ipſum celeberrimum † extitit, ab huius Ciuitatis nomine Granatæ Regnum appellatum extitit, vt dixi ſupra cap. 46. Epiſcopus Gerundenſis Paralip. Hiſpan. lib. 1.

c. 19. censuit, Granatam mutasse nomen, & esse illam, quæ Claudio Ptolomæo est Illipula Magna. Verum ipse errat, quia Ptolom. lib. 2. c. 4. ponit Illipulam Magnam, quam dicit Ilpam, &
134 Illipulam quæ est minor. † & postmodum ponit Illiberim, Liberiam dictam, quam dicit esse Granatam caput Regni. Quod eodem modo, & Strabo lib. 3. in fine meminit de Ilipa. & lib. 4. circa principium dicit ex môtibus Pyreneis duo flumina progredi, scilicet Rhuscenonem,
135 & Illiberim, † ex quibus vterq; eiusdem nominis Ciuitatem habet. Hoc idem confirmatur ex Plinio. lib. 3. c. 1. vbi dicit Eliberi, quod Liberiui, Ilipula, quæ laus: & paulò inferius Ilipa cognomine Magna. & inferius. dicit Illipula minor. Ex qbus satis liquet, Illiberim, siue Eliberim prius illā fuisse: qđ, & fatetur Io. Mariana. lib. 1. c. 4. in fi. & ante ipsum Io. Laurentius Anania in Fabrica Mundi, in Europa. lib. 1.

Ossuna, & ipsa studium, & scholas suas habet,
136 hæc autē Ciuitas antiquis, † Vrso dicebatur: vt est apud Plin. lib. 3. c. 1. dicentē. Vrso, q̄ Genua vrbanorū. Quam nouissimè Io. Mariana de Rebus Hispan. lib. 13. cap. 1. Vrsao appellat, vt in eius indice in dictione Vrsao. Sed, & Lucius Marineus Rerum Hispanicar. lib. 2. cap. 2. Ossunates appellat.

Conymbricensis autem Academia in Lusita-
137 nia, erecta est à Ioāne secūdo Rege, † Alphōsi Quinti filio, quæ à summis, præclarisfimisq; viris in omni sciētiarum genere in dies excreuit: vnde omni in disciplinarum genere, liberalibus artibus, & scientijs viri eruditissimi effluxerunt: quam nouissimè amplissimis priuilegijs decorauit Philippus II. Rex Catholicus. cuius meminerunt Hieronymus Francus Conestagius in Histor. Portugall. lib. 2. & Io. Ant. Viperanus de obtenta Portugallia. in fin. Episcopus Gerundens. in Paralipom. Hispan. lib. 1. cap. 19. Huius Ciuitatis mentionem facit, Colymbrium, ipsam vocando. Similiter Lucius Marineus. lib. 2. ca. 3. Huius studij meminit Io. Laurentius Anania in Fabrica Mundi, in Europa. lib. 1. & ante eum. Germanographus lib. 2.

Cæsaraugusta vrbs, & suum habet studium ge
138 nerale scientiarum omnium, quod † quidē in artibus antiquissimum fuit, postmodum in anno D. Nostri Iesu Christi 1474. per Sixtū Quartum Pontificem Maximum cōfirmatum, & quatenus opus erat de nouo concessum, cum potestate Graduandi, seu Doctorandi, ad supplicationem Ferdinandi Regis Aragonum, vt idem
139 priuilegium asserit. † Quamq̄ in Regno Aragonum dicto anno, nullus huius nominis Rex in eo Regno esset, sed Ioannes Alphōsi Quinti filius. Sed tñ arbitror supplicationē Sedi Apostolicæ porrectam tempore Regis Ferdinandi Ioannis Primi filij. & expeditionem fuisse dilatam vsq; ad tempora Sixti. Hoc idem Priuilegium iterum ab eodē Sixto IIII. fuit renouatum, in anno Domini 1476. & demum ampliatum à Rege Ioanne II. anno 1477. Postmodum
140 in anno 1541. Inuictissimus Dñs † Carolus V. Imperator, & Rex Aragonum confirmauit omnium præfatarum scientiarum, ac iuris Canonici, & legalis, & Theologiæ studiū generale, non solum concedendo ei priuilegia studij Parisiensis, & Ilerdensis, sed quorūcumq; studiorum generaliū. & vltimo loco amplissimè extitit confirmatū per Paulum IIII. Summū Pontificem, qui cōcessit huic Ciuitati, studium generale in artibus, & naturali, ac morali Philosophia, Medicina, Theologia, iure Canonico, Ciuili, ac qbusuis licitis facultatibus, & scientijs ad instar Salmaticensis, Vallis Oleti, Ilerdēsis, ac aliorū Regnorū Hispaniæ Vniuersitatum, & studiorū generalium. De huius studij, atq; Academiæ, ac Ciuitatis, quæ caput est Regni Aragonum latissimè tradidit Lucius Marineus de Reb. Hispanic. lib. 3. c. 2. Vasseus in Chronico Hispan. c. 20. latissimè omniū Io. Gaspar Hortigas in patrocinio p̄ Gymnasio Cæsaraugust. per totū: & post ipsū, multos cumulans, Petrus Cenedo Collect. iuris canonici par. 1. Collect. 43. nu. 6. Qui Iurisconsulti eruditissimi, atque
141 † elegantissimi partes omnes expleuerunt, qbus patriæ authoritatē, & dignitatē tuerētur, tū quo ad antiqtatē, tū quo ad alias partes ad amplissimæ Ciuitatis decorē necessarias. Huius studij meminit Germanographus lib. 2. Iacob. Benius de priuileg. Iurisc. in proœmio. sub nu. 12. dicunt illā esse aliqui supradictorum, q̄ olim Salduba dicebatur, qđ ego non recipio, cū Pōponius Mella lib. 2. c. 4. antiqssimus, ac ve
142 tustissim⁹ scriptor, cōmemoret † separatim Saldubā, & Cæsaraugustam. licet Plin. lib. 3. cap. 1. & cap. 3. videatur facere pro illorum opinione, tamen non est præsentis speculationis.

Ilerdense Gymnasium in ipsa Ciuitate ere-
143 ctū est, q̄ vulgari Hispanorū † idiomate (Lerida) dicitur, de qua Ciuitate plura scribit Lucius Marineus Rer. Hispanic. lib. 10. c. 21. ante eum Strabo. lib. 3. Plin. lib. 3. c. 3. Hoc studium antiquissimum esse patet ex priuilegijs studij Cæsaraugustani, in quibus inter cætera conceduntur prærogatiuæ studij Ilerdensis, & fuisse institutū in anno Dñi 1300. à Regibus Aragoniæ scribit Io. Marian. lib. 15. ca. 3. cuius studij meminit Germanographus lib. 2. Ioā. Laurent. Anan. in Europa. lib. 1. & Io. Gaspar Hortigas in Patrocin. pro Gymnas. Cæsaraugust. p. 1. sub nu. 31. Io. Boterus Relationū vniuers. lib. 1. c. 4.

Oscensis verò Academia in eodem Regno
144 Aragoniæ, antiquissima est, vt quæ † à Sertorio in anno Vrbis circiter 660. sua initia habuit, qui ad captandas Hispanorū voluntates, ac eorum beneuolentiam disciplinas, & Gymnasia, ac ludos litterarios instituit. de quo Episcopus Gerūdensis Paralipomenon Hispaniæ. lib. 8. cap. 9. inquit: Auxitq; indignationem Hi-

spa-

145 ſpanorum immenſa Sertorij ab initio † humanitas, in crudelitatem cōuerſa. Is enim cum ab initio pueros Hiſpanorum obſides ſibi aſsignari iuſsiſſet, & in Oſcha vrbe tenuiſſet, illos liberalibus ſtudijs, alijsq; bonis artibus, erudiebat. de quo Ioannes Mariana lib. 3. cap. 13. Quæ (inquit) illa ſtudia, vt diuturna eſſent, arte prouidebat, ſapientiæ profeſſoribus ex Italia aduocatis, atq; litterario Gymnaſio Oſcæ conſtituto, ad quod filij procerum mitti curabat, cunctas nationes non magis Armis, quàm ſapientiæ ſtudijs, illuſtrari dictitās; neque fas eſſe, ea laude cædere Romanis, quos rebus cæteris exequarent. Huius etiam Scholæ meminit Lucius Marineus lib. 3. cap. 2. Ioan. Laurentius Anania. in Europa. De hac Schola plenè ſcripſiſſe audio Martinum Mōter in propugnaculo pro Oſcenſi Gymnaſio, & illum in eodem ſtudio præceptorem habuiſſe ſcribit Petrus Cenedo Collectan. iuris Canonici. Parte 1. Collectan. 24. nu. 18. ad quos ſufficit me remittere lectores. de quo etiam plura ſcribit Idem Ioan. Gaſpar in patrocinio pro Gymnaſio Cesaraugustano. Hæc Ciuitas Ileoſca dicitur Straboni lib. 3. Marineo in loco allegato, Iſca, de cuius
146 veritate alibi dicam. de Oſca † ſcripſit Plin. lib. 3. cap. 1. Sed hanc Ciuitatem non eſſe illam Oſcam Sertorij idem Hortigas vbi ſupra. p. 2. num. 100. ſed aliam Bęticam, quod diſcrimen ego reſoluere nolo.
147 Valentię vrbs habet etiā † Generale ſtudium, inquit Lucius Marineus de Reb. Hiſpan. lib. 3. cap. 4. Ioan. Laurent. Anania in Fabrica Mundi. in Europa. lib. 1. nouiſsimè Io. Mariana Hiſtorię Hiſpani. lib. 12. cap. 19. Iacob. Benius. vbi ſupra nu. 12. Ioan. Gaſpar Hortigas in Patrocin. pro Gymnaſ. Cæſarauguſt. parte 1. nu. 31. dixi ſupra aliqua de vrbe Valentia dum tractaui de illius Regno cap. 46.
148 Oriolanum etiam ſtudium non omitto, † de quo idem Ioan. Gaſpar Hortigas in loco proximè allegato. cuius Ciuitatis Oriolæ. ſcribit aliqua Marineus Siculus lib. 3. cap. 4. Dicunt hāc
149 Ciuitatem illā eſſe (Oringin) antiquam † opulentiſsimam, quam expugnauit Lucius Scipio, vt voluit Epiſcopus Gerundens. Paralipom. Hiſpaniæ. lib. 1. c. 18. & 19. de ea Ciuitate, Oringine, deque eius expugnatione ſcribit Liuius lib. 28. de Oriola optimè Anania in Fabrica Mundi. in Europa.
150 Barchinonenſe Gymnaſium † Tarraconenſe, & Perpennianenſe retulit ſub Cataloniæ Regno, ac etiam Gerundenſe. Ioan. Gaſpar Hortigas in dicto Patrocinio pro Gymnaſio Cæſar-Auguſtano. parte 1. nu. 31.

Expeditis nunc Academijs, ac ſtudij, quæ reperiuntur in Dominio Philippi Regis Catholici in Regnis Hiſpaniæ, nunc alia eiuſdem Regis, quæ alibi ſunt enumeremus.

Dolenſis Ciuitatis ſchola, in Burgundia in
151 anno Dñi 1426. à Philippo Probo Duce † erecta eſt, vt teſtatur Gilbertus Cognatus in Commentar. de ſuperiori Burgundia. Hanc Scholā cōmemorat Barth. de Caſſęn. in Catalogo Gloriæ Mundi. p. 10. conſiderat. 32. vbi dicit ipſum etiā ſtudijs operā dediſſe. & Iacob. Benius de priuileg. Iuriſconſ. in proęm. ſub nu. 12. Cuius
152 ſtudij pluries meminit Nicolaus † Bellonus p̃ſertim in Epiſtola liminari ad eius cōſilia, vbi dicit in illo ſtudio pluribus annis legiſſe publico ſtipēdio: & in Oratione habita in primo auſpicio lectionū, q̃ eſt in Calce libri vltimi ſupputationum Belloni. nonnulla in libris Ioannis Mauritij Dolani, & habere etiā priuilegium à Martino V. Summo Pontifice, teſtatur Renatus Choppin. de Doman. Franci. lib. 3. tit. 27. nu. 24.
153 Duacenſe Gymnaſium † in Belgio, cuius memoriam fecit Iacobus Benius in loco ſupra allegato. ab hoc clariſſimi, & Illuſtres in dies in omni ſcientia viri prodeunt.
154 Louanij adeſt Gymnaſium, † à Ioanne IIII. Brabātiæ Duce erectū in anno 1426. aſſentiente eodem Martino V. Sūmo Romano Pōtifice, vt teſtatur idem Renatus Choppin. de Domanio Franciæ. lib. 3. c. 27. nu. 24. & arbitror eodem tēpore, quo, & ſtudium Dolanum erectum fuiſſe, æmulatione virtutis Ducum ſuorum. Et licet ſtudium omnium ſcientiarum, excepta Theologia, ibidem floruiſſet, poſtea verò eorundem ſtudiorum, ac ſcientiarum conceſſionem factam extitiſſe, ſcribit Adrianus Barlandus in Hiſtoria Brabantiæ lib. 1. cap. 83. & Iacobus Meyerus in Hiſtoria Belgica. lib. 16.

Dauentriæ etiā floruit ſcientiarū ſchola, ſiue
155 Hollandiæ, ſiue Friſiæ illam tribuas † propè Traiectū, de qua loquitur Adrianus Barlandus in Hiſtoria Brabantica. poſt c. fin. In Traiecto.
156 Mediolanēſe Gymnaſiū cōmemorat † Bal. in cōſ. 77. vol. 5. Barthol. de Caſſęn. in Gloria Mundi. Par. 10. conſiderat. 32. Paulus Iouius in Hiſtoria. Poſtilla ad Abb. Panor. in c. Tuæ fraternitatis, in verb. Paduano. de cleric. non reſid. Iacob. Benius in loco pluries allegato. num. 11. Hierony. Cagnol. in d. §. Hæc autē tria. nu. 248.
157 Papiēſis vero ſchola litteraria, & illa † q̃dem eſt Florentiſſima, ac ſecundum aliquos in anno Dñi Noſtri Ieſu Chriſti 804. fuit à Carolo Magno erecta, vt voluit Cardinal Zabarell. in dicta Clem. 1. de Magiſtr. Robert. Guaghin. in hiſtor. Gallic. lib. 4. Antonin. Florentin. par. 2. Tit. 14. cap. 4. §. 12. Hanc tamen in anno 1370. per Ga-
158 leatium II. hortāte Frācíſco Petrarcha † maximis Priuilegijs ornatam, & præſertim ſtudio Generali ſcientiarum, ab Otthone Magno, & Carolo Quarto Imperatoribus, teſtis eſt Renatus Choppinus. de Domanio Franciæ lib. 3. tit. 27. ſub num. 23. Quàmquàm Carolus Sigonius de Regno Italiæ lib. 7. Othone Primo dicat, nulla tunc in Italia iuris ciuilis, preterq̃ Theologiæ, ac Philoſophiæ ſtudia fuiſſe. Quod ego

sic verum fateor, vt ità florentes scholas non habuissent, sed vt illa ferebat ætas, eo modo extitisse, vt essent legalium studiorum, ac sciẽtiarum homines periti, qui iura decernerent, ac desidia litigãtium resoluerent, ne sine lege, sineq; ratione causæ agitarentur. Eandem Academiam nunc florentem faciunt Ioannes Baptista Costa Papiẽsis, Polydorus Ripa Mediolanensis Iuriscõsulti celebres, quorum scripta veri fidem testantur.

159 Maiorca suum habet scientiarum† studium, vt scribit Germanographus lib. 2. Huius Ciuitatis, & insulæ, multa scripsi supra vbi egi de Regnis Catholici Regis cap.46. nu. 171.& seq. vbi me remitto.

160 Gadis, siue Calis habet etiam † suum Gymnasium, de quo scripsit Mambrinus Roseus Fabrianensis in vita Traiani Imperatoris col. 1.
161 & 2. Hanc vrbem Tirij condiderunt, † vt est author Velleius Paterculus Histor. Roman. lib. 1. Plini. lib. 5. cap. 19. Ioan. Boter. Relationum vniuersal. lib. 1. cap. 9.

Sufficit in Regis Catholici Regnis, atq; Dominijs enumerasse hæc triginta, & vnum studia
162 †scientiarum: & nonnulla alia etiam omisimus, cum hæc sufficiant, quibus valeamus concludere nullum in mundo Regem, aut Principem esse, qui ei possit in hoc singularissimo vitæ decore æquari.

Sed antequam caput hoc concludamus, non à Re alienum videbitur, nec modestiæ aduersari videmur, si iterum antiquissimas, & memorabilissimas, sciẽtiarũ Academias Regni Neapolitani commemorabimus, quibus lecturi videant, nõ debere nos alijs palmam studiorum præbere, vel alijs inferiores videri, quando in his, omnibus præ esse conspicimus. Quis enim Historiarum lectioni, vel modicè versatus, hæc non considerabit, nostramq; opinionem non confirmabit, ac frequenti calculo non tuebi-
163 tur? Metapontus enim, † Heraclea, Croton, & Tarentum, fuerunt antiqissimæ Mathematicarum, Philosophicarum, omniumq; disciplinarum, scientiarum, ac studiorum, scholæ, & Academiæ celeberrimæ, à quibus omnes ferè, ni fallor, Philosophorum sectæ prodiere. De his autẽ Ciuitatibus, plura scribit Strabo. lib. 6. Pomponius Mela. lib. 2. cap. 2. Iulius Solin. in Polyhistore. cap. 7. Plin. lib. 2. cap. 96. & lib. 3. cap. 11. Quarum tres hodie super sunt Ciuita-
164 tes nobilissimæ, &† fortissimæ Croto, & Tarentum, & Heraclea, quæ vulgari Italo nostro idiomate, Gieraci, appellatur. Pythagora enim
165 † Samius, cum iuuenis adhuc esset, sciendi studio flagrans, Ægyptum petijt, à Policrate Sami Domino, Amasidi Ægyptorum Regi commendatus à quibus illorum doctrinas edoctus est: apud Caldęos post modum illorũ linguam, siderum cursus, motusque, mundiq; originem didicit. Reuersus Cretã cũ Epimenide, alijsq; sapientibus congressus, Samum redijt, vbi Policrates illum odio prosequi ob eius sapientiam cœpit: vnde inuidiæ cædens Italiam petijt, &
166 Crotonem † vrbem coluit, ibiq; non solum viuendi leges dedit, sed Scholam nobilissimam exercuit, à qua vti perenni scientiarũ, omnium fonte, tot Clarissimi Discipuli, ac Philosophi prodiere; à quibus post modũ omnis ferè Philosophorum sciẽtia manauit. Eius enim discipuli, quò ille Academias habuerat viuens, modo Crotonę, Tarenti; Metaponti, modo Heracleæ in magna Gratia, ac Brutiorũ ora, ijdem scholas habuere. Discipulos inter cæteros ha-
167 buit, † Empedoclem, Epicharmũ, Architam, Eudoxum, Alchmeonem, Hipparũ, Philolaum, Lysiam, Zenonem, & alios, qui sectam Pythagoreorum sustinuerunt, & adeo constantem, & Illustrem eam fecerunt, vt cũ prius Philosophi, & disciplinis, ac scientijs eruditi, sapientes
168 appellarẽtur; ipse Pythagoras primus † modestiam morum, cum scientia connectens, se non sapientem, sed Philosophum idest scientiæ, ac sapientiæ amatorẽ dixerit. vt de ijs omnibus latius est videre apud Diogenem Laertium. lib. 8. quod & scribit etiam pluries, & in Epistolis, & in toto opere Plato, ac Aristoteles similiter. Herodotus in Terpsicore. lib. 5. Cic. de Orator. lib. 2. Liuius lib. 1. & lib. 40. Valerius lib. 8. c. 7. Philostratus in vita Apollonij Thianei. lib. 6. c. 6. Iustin. lib. 20. Eutrop. Rerum Romanar. lib. 1. cap. 10. Plutarchus in Numa Pompilio., Francisc. Petrarcha rerũ memorãdarum. lib. 1.. Tract. 2. cap. 13. Alexander ab Alexandro Dierum Genial. lib. 1. cap. 30. Baptista Fulgos. lib. 3. cap. 4. Ianus iuuenis de Tarentinor. Histor. lib. 3. cap. 2. & 3. Thom. Bozius de statu Italiæ. lib. 1. cap. 1. & 4. Eusebius de præparat. Euangelica. lib. 10. Polydorus Virgil. de inuentor. Rer. lib. 1. c. 16. Apuleius. lib. 2. Floridorum.

In ea Apologia, quam proximis annis, Italo idiomate scriptam, aduersus quandam Pilati sententiam in Ciuitate Aquilæ repertam, & ad Sixtum Quintum Pontificẽ Maximũ directam,
169 quo pacto ad nos vsque† scientiarum genera peruenerint latè disserui: Nunc eandem cantilenam repetens dico; Adamum primum omnium parentem, Omnipotentis DEI manu formatum, omnium scientiarũ Archarium factum fuisse, illasq; viuæ vocis energia, & oraculo,
170 posteros, successoresq; docuisse, † ità vt per traditiones seniorũ, vnius ad alterum, fuerint ad Mathusalẽ propagatæ: illarumq; memoriã, tamq̃ in solidissimo studiorum Museo, vsq; ad Noa parentem, veluti secundum peruenisse, solidasq; disciplinas, & scientjas omnes in ipso
171 conseruatas extitisse: qui, & illas † vsq; ad Abrahamum, cæterosq; successores fęlicissimè docuit. Nec enim vlla existẽte iam litterarum inuentione, aut compagine, poterant aliter, q̃ tenaci memoria contineri. Abrahamus igitur suorum

172 †suorum maiorum doctrina imbutus, cœle-
stem fabricam, mundiq; ordinem inspiciẽs,de
illius creatione.& origine,ac de DEO illorum
Creatore, & administratore, & rectore sanctè
prædicationẽ, & disciplinam apud Chaldæos
instituit. Eodem etiam modo cũ Ægyptiorum
sacerdotibus egit, vnde Aegyptij illorũ scien
tias,ex Chaldæorum traditionibus, & scholis
habuisse profitentur, q̃ inde ad Assyrios,Phœ-
nices,Tyrios,& Æthiopas peruenere. Vnde ab
Abrahamo de Vr Chaldæorum educto, omnia
scientiarum germina prodiere, vsq; etiam ad
Hebræos, & Iosephum, qui easdem apud Pha-
raonem Aegypti Regem docens,post modum
interpretabatur. Hinc declinãte in peius mun
do,nec tenaciter memoria se exercente, Moy-
ses,ita DEO mandante, scriptis,litterisq; cœ-
173 pit se exercere: sic Diuinas enucleãs† tradi-
tiones, quarum principia etiam apud Aegy-
ptios remansere,quibus in dies illorum sacer-
dotes se exercebant, Mercuriusque Trismegi-
174 stus inter cæteros viguit. Hinc etiã illas† a-
pud Græcos Cadmus,apud Italos Euander,aut
Nicostrata, vel Carmenta mater. Apud He-
bræos post Abrahami, successorumq; curricu-
la,penes Sacerdotes, ac Reges est propagata.
175 Et hinc † Pharecides Syrus apud Græcos
176 scholam instituit:Hinc Draco,† & Solon,qui
litteris etiam Aegyptijs instructus, Athenien-
ses viuendi mores, & leges edocuerunt. Chi-
lon Lacedemonijs tradidit, Bias Prienæis,Py-
tacus Mytilenæis, Cleobolus Lyndijs, Perian-
der Corinthijs, & Thales Milesijs, Ideoque ij
Græciæ sapientes appellati fuere. Ab ijs, vt
prædiximus,Pythagoras ille, siue Samius, siue
Tyrrhenus ille fuerit, ac Italus, (vt aliq̃ volũt)
in Italiam venit, à quo, cum prius sapientia
177 †appellaretur, fuit Philosophia cognomina-
178 ta, vnde illorum Philosophia Ionica,† horũ
verò Italica dicta fuit. Hæc denique Pythago-
reorum Philosophia, illorumq; disciplina Ro-
179 mam edocuit, atque Numam † Pompilium
ad Religionis cultum allectauit. Notum esto
enim eundem Numam libros duodecim scrip-
sisse,tum Græcè, tum Latinè, in quibus Pytha-
gorica sacra,& Põtificalia continerentur,eosq;
voluisse in suo monumento recondi, ne sacra,
& arcana in vulgus,ac propalam ederentur, vt
scribit Petrus Crinitus de Honesta Disciplin.
lib.9.cap.1. Verum tamen Numæ Pompilij tem
pore Pythagoras nõ fuit, sed Tarquinij super-
bi,vt docet Liuius lib.1. Cicero. de Orat. lib.2.
& Tusculan.quæst.lib.1. Eusebius in Olympiad.
64. Aul.Gell.noct.Attic.lib.17.cap.21. & aper-
tis iam Alpibus, conditaque Massilia,etiam in
181 Gallias,ad Druidas, illam cognoscẽtes† de-
ducta est. Ij cum antea nihil scriberent,aut lit-
teris traderent, sacra exinde,ciuiliaq; institu-
ta, Græcis litteris mandarunt, ac scribere cœ-
perunt. Stephanus Forcatulus I.C. de Gallorũ
Imperio.lib.1.censuit aduersum, quòd à Drui-
dibus Pythagoras multa didicerit, cum per
multos illi annos plusquam mille illũ præces-
182 serint: Siue tũ ante† illi fuerint,siue post,vel
contemporanei,parui refert, cum vtrunq; rem
non tangat. Totum id,quod asserit ex alio non
pendet quàm quòd ex Italica scientia suos sa-
pientes prodire ab negat, tantum illi nationi
amica fuit sua ipsius Philautia, vt vel hoc etiã
sibi ipsis statuant, vt illorum sapientiam par-
ticulari ipsorum dono, è cœlo ad illorũ solum
gratiã demissam credãt. Esto enim,quòd Drui-
des aliqua docuerint eũdem Pythagoram,quę
fortè in sua peregrinatione non didicerat: vel
eundem Pytaghoram eosdem alia docuerit,
quæ ipsi in vno, eodemque loco persistentes,
minimè didicissent, hoc tamen piaculum non
erit. Contrarium tamen scriptores omnes autu
mant, & præsertim Ammian. Marcelin. lib.15.
quem idẽ Forcatulus pro sua opinione aspor-
tat, verum pro eo ad nil aliud facit, nisi ꝙ in-
ter studia Galliæ,erãt plures sectæ, scilicet Bar
dorum, Eubagum, & Druidum, & quòd ijs
Druidæ erant ingenijs celsiores. Sed tamen di
183 cit,quòd Autoritas Pythagoræ decreuit,† ꝙ
sodalitijs astringerentur consortijs,& ꝙ occul
tarum, atque altarum rerum quæstionibus eri-
gerentur despectarent humana, animasque im
mortales pronũciarent. Ex quibus demonstra-
tur, quæ Pythagoras eos docuerit. Nec enim
irrepræhensibilis temporibus illis, Pythagoræ
vita, Druidorum disciplinis egebat,quando il
184 lorũ † vita omnis superstitionibus, & Magij
immersa erat, ex Quercuũ, Roborumq; folijs,
visco,alijsq; huiuscemodi inanibus, & futili-
bus humanos actus gubernãtes, homines etiã
rigidissimè, & crudelissimè immolantes, & ci-
bis etiam apponentes:quorum sacrificia dete-
statur Strabo lib. 4. Quorum etiam obscenum
185 viuendi Ritum sustulit Tiberius† Cæsar,ho-
minum horum fallaciam,& sacrificia effera,in-
tuitus. vt docet Plinius lib. 16. c.44. & lib.24.
cap.11. lib.29. cap.3. lib.30.cap.1.& in Mona
Insula inter Britanniam,& Hyberniam existen
tem,vbi tamquàm profugi se reduxerant, suis
186 ipsis sacrificijs,ignibusq; † cõsumpti,& abo-
liti sunt. vt testatur Cornelius Tacitus Annali.
lib.14. Plin. lib.4.cap.16.vbi de Mona.& Chri-
stophorus Mileus de scribenda vniuersit. Re-
rum Historia.lib. 5. & aliquid Petrus Crinitus
de Honesta Disciplin.lib.10.cap.6. Eorundem
187 † autem Druidum nulla extat scientiarum
aliquarum traditarum, vel memoria,vel Disci-
plina. De Pythagoræ doctrina scribit etiã Ioa-
chimus Vadianus in Epithome de Tribus ter-
ræ partibus. In Italia.

Apud Hebræos(vt ad iter cæptum reuertar)
ex inde initia habuerunt Scholæ, & Sinagogæ,
nec enim in Sacra pagina,Sinagoga semper Ec
188 clesiã significabit, vt fuit† Caroli Sigonij de
Repub.

Repub. Hebræor. lib.3. cap.8. Opinio. Quando Synagogam, illam ego fateor, vbi legum
189 Doctores leges docebant,† illasq; interpratabantur; Quin immò vt diuersa quandoq; sumuntur, per illud Salomonis Prouerbior. capit.5. Penè (inquit) fui in omni malo in medio Ecclesiæ, & Sinagogæ cum per prius ibidem antea dixisset.Hæc audiui vocem docentiũ me,& magistris non inclinaui aurem meã: Hoc probatur etiam Matthæi cap.4.qui de IESV CHRISTO loquens ait: Docens in Synagogis eorum. & iterum Matth. cap. 9. Et circuibat Iesus omnes Ciuitates, & Castella, docens in Synagogis eorum.& iterum cap. 13.Et veniẽs in patriam suam, & docebat eos in Synagogis eorum,ità vt mirarentur, & dicerent, vnde huic sapientia hæc,& virtutes?In eisdem itaque Synagogis docentes, Cathedras, vnde docerent, & legerent habebant: & hoc est, de quo habetur Matth. cap. 33. Amant enim primos recubitus in cęnis,& primas cathedras in Synagogis. & simili modo,Marci cap.1.dicitur, Et ingrediuntur Capharnaum,& statim Sabbatis ingressus in Synagogam,docebat eos,& stupebant super doctrina eius. Erat enim docens eos,quasi potestatem habens,& non sicut scribæ.& iterum Marci cap.6.Et facto Sabbato cępit in Synagoga docere, & multi audiẽtes admirabantur de doctrina eius.& cap.12.Cauete à scribis,qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro, & in primis Cathedris sedere in Synagogis. & Lucæ cap. 4. Et ipse docebat in Synagogis eorũ.& ibidem. Et venit Nazareth, vbi erat nutritus,& intrauit secundum consuetudinem suam in Synagogam,& surrexit legere.& Lucę c.6.Factum est,& in alio Sabbato,vt intraret in Synagogam, & doceret. & cap.11. Veh vobis Pharisæis,quia diligitis primas Cathedras in Synagogis.& cap.13.Erat autem docens in Synagoga eorum Sabbatis. & cap. 20. Attendite à scribis, qui ambulant in stolis, & amant salutationes in foro, & primas Cathredas in Synagogis. & Ioan. cap.6. Hæc dixit in Synagoga docens,in Capharnaum. Hinc idem Christus Iudæorum Pontifici,respõdens dixit, Ioan.cap. 18. Ego semper docui in Synagoga. Vnde apud Iudæos diuersæ sectæ, diuersæque illorum Synagogæ erant,eorundẽ Philosopho-
190 rum ac sapientum, † Esseni, Pharisæi, & Saducæi:de quorum Scholis,disciplinis,& varietatibus scribit Iosephus. Antiquit. Iudaicar. lib.18.c.2. & de Bello Iudaico.lib. 2. c.7.quos meminit etiam Matth. c. 22. vbi hoc etiam testatur Hieronymus. Quod & scribit Io. Zonar. Historiar.lib.1.Et vltra illos apud Iudæos erãt
191 etiam Basmothei,†Hemoro Baptistæ,& Hebronæi,quos omnes cõmemorat Clemens Romanus lib.6.Constitution. Apostolicar. cap.6. Hinc tempore Stephani Prothomartiris inquit Lucas Actor. c. 6. Surrexerunt autem quidam de Synagoga,quæ appellatur Libertinorum, &
192 †Cyrenensiuum,& Alexandrinorum, & eorum,qui erant à Cilicia,& Asia disputãtes cum Stephano. & iterum de Paulo, & Barnaba loquutus Lucas Actor.cap. 13. inquit, & ingressi sinagogam die Sabbathorum sederunt.Post lectionem autem legis, & prophetarum,miserũt Principes Synagogæ ad eos. & Idem Lucas Actorum cap.17.Venerunt Thessalonicam vbi erat Synagoga Iudæorum:secundum consuetudinem autem Paulus introiuit ad eos, & per Sabbatha tria differebat eis de scripuris. & paulò post. Disputabat igitur in Synagoga cũ Iudæis.Et dum idem Paulus esset Corinthi dicit Lucas Actorum. cap. 18. Et disputabar in Synagoga per omne Sabbatum. Ex quibus ap-
193 paret † scholas fuisse etiam apud Hebræos,
194 aliasq; gentes, & Scribarum officium†illud fuisse,vt tamquam Doctores Sabbatis, in Synagogis docerent, vt inquit Philo de vita Mosis. lib.5. Moris fuit Sabbatis operam dare Philosophiæ,Principe antecedente, & docente, quę opus facto, & dicto essent, reliquis audientibus, ex quo nunc etiam Philosophantur Sabbatis patrio more, nam Oratoria in Ciuitatibus, Scholæ sunt omnium virtutum,quibus Diuina, humanaque intelliguntur, & corriguntur. Hactenus Philo.

Quàm optimè igitur Rex Catholicus, qui etiam in orbe Nouo studia vniuersalia scientiarum suis sumptibus exerceri, pro ut est vni-
195 uersale studium in Regno† Messicano in ipsa Messici vrbe, vt post Martinum Egnatium in eius nauigatione, refert Ioannes Gonzalez de Mendozza in dicta nauigatione cap. 4.

Superuacaneũ mihi videtur describere Scholas,& studia antiquorum Romanorum, Chaldæorum, Aegyptiorum, Gymnosophistarum, Græcorum,Cõstantinopolitanorum,aliarumq;
196 Gentium,præsertim apud† Principes Christianos,apud Chinos, populosq; alios, & quibus insignibus tribuatur Doctorandi authoritas,quouè iure potestas hæc inuẽta fuit,& qua ex causa,cum cuique sint obuia, de Doctorum enim inuentione, & insignijs Latius dico de Magistratuum edictis lib.1.cap.7.

Ex ijs,illorum Hæreticorum Doctrina confunditur,qui dixerũt vana esse generaliter stu-
197 dia, & gentilitate etiam † vana adinuenta, & Ecclesiæ tantum proficere, quantum Diabolus.Cuius prauissimæ impudentię,& nequissi-
198 mi delirij, fuit † author Ioannes Vuitcleph Hæreticus. Hanc ego assertionem putaui, non solum Deo,& Ecclesiæ esse contrariam, sed ipsi eodem Diabolo: & facere tertiam quandam speciem (si dici fas est) plusquã Diabolicam, quia Diabolus intuitu studiorum, & scientiæ pellexit primos parentes ad patrandum facinus,dicẽs illis:Eritis sicut Dij scientes bonũ,& malũ:& scientiarũ sectatoribus, vt plurimum,

prauas

prauas opiniones suggerit, relinquēs stolidos, ac scientiarum ignaros in statu eorum. Hic autem hæreticus Archidiabolus propositionem fecit, qua mundus inscitia, & ignorantia inuolueretur, ne scientiarum, atq; studiorū medio, detegerentur eius, aliorumq; Hæreticorū opera praua, atq; nepharia: & fuit Muamedis disciplinæ resuscitator, qui disputationes præscidit ne eius legis sordities manifesta fieret. Huius
199 Impij Viri assertiones † meritò per Ecclesiam fuerunt damnatę in Concilio Constantiensi. Session. 8. de quo latè Gabriel Prateolus de Vitis Hæreticor. in Ioanne Vuitclepho contra quem scribit Alphōsus de Castro aduersus Hæreses. lib. 13. Damianus Roscius de Hæresibus. §. Scientia. num. 4.

Academiarum verò, ac studiorum Vniuersalium constitutio, erectio, & creatio Iuris
200 † Regij, ac Principis est, nec per priuatū hoc fieri permittitur, vt latius dixi supra cap. 34.

Plura sunt in Hispania Collegia, alijsque in Regnis Catholici Regis, quę vti longo sermone indigentia, omitto, ne plus debito librum onerem.

ARGVMENT. CAP. XLI.

Pulcherrimo Catholici nomine Rex Hispanię decoratur. Quādo primum hic honoris titulus eisdem Regibus datus? Quis dederit? Quo in loco? Quid Catholici nomen significet? Plures, qui ab euentibus diuersa agnomina sortiti sunt recensentur.

COMPENDIVM.

1 *Rex Hispaniarum dicitur Catholicus. 23.*
2 *Alexandri Macedonis virtutes, superbia, & vitijs maculata.*
3 *Iouis vitia, & lasciuia.*
4 *Iouis filij ex meretricibus.*
5 *Nomina, quæ pluribus ab euentu contingerunt.*
6 *Iactantia, & inanis gloria, vbique sibi arcem, ac sedem facit.*
7 *Domitianus Imperator Dominus, ac Deus appellari voluit.*
8 *Heliogabali Imperatoris vitia.*
9 *Iactantiam sequitur ruina.*
10 *Ferdinandus Aragonum Rex, an ipse primo loco Catholicus dictus?*
11 *Alphonsus I. Cantabriæ Ducis filius, & Pelagij Regis ex Hermisenda gener, an primus Catholicus appellatus?*
12 *Reccaredus Rex Hispaniarum, & Gothorum Primus Catholicus appellatus. nu. 13. 14. 16. 17.*
15 *Ciriola Episcopi Arriani facinus.*
18 *Gregorius Magnus de Reccaredo scribit Leandro Episcopo Hispalensi, & eidem Reccaredo.*
19 *Rex Hispaniarum non potest esse, nisi sit Catholicus.*
20 *Rex Hispaniarum dicitur Serenissimus.*
21 *Illustris.*
22 *Religiosissimus.*
23 *Catholicus.*
24 *Catholicissimus.*
25 *Mithridates Rex Ponti dicebatur Magnus.*
Pompeius Magnus.
26 *Herodes Ascalonita Magnus.*
27 *Tāburlanus Scythiæ Rex Magnus dictus Tamithan, siuè Tamor languè, vel Temir Cutlu. nu. 28. 29.*
30 *Cangio Magnus Tartarorum Imperator.*
31 *Turcarum Imperator Magnum se appellat.*
32 *Alphonsus III. Rex Hispaniæ Magnus dictus.*
33 *Casimirus II. Rex Poloniæ magnus dictus.*
34 *Matthæus Vicecomes Dux Mediolani magnus. Canis de Scala Magnus.*
35 *Alphonsus Rex Neapolitanus appellatus magnanimus.*
36 *Laurentius Medices, ob eius virtutes Magnificus dictus, & eius laudes.*
37 *Cosmus Medices à Pio Quinto Summo Pontifice, Magnus Hetruriæ Dux creatus.*
38 *Reges Galliæ appellantur excellentissimi.*
39 *Gloriosi.*
40 *Illustres.*
Magnifici.
41 *Christianissimi.*
42 *Reges Hispani dicuntur gloriosi.*
43 *Clarissimi, & Christianissimi.*
44 *Author reuocat, quæ adolescens dixerat.*
45 *Consilium mutare de bono in melius sapientis est.*
46 *Ioannem Papam fœminam non fuisse.*
47 *Ioannes VIII. Papa, & Alphonsus Rex Galleciæ contemporanei.*
48 *Catholicus dicitur fidelis.*
49 *Præcepta Catholica dicuntur vniuersalia.*
50 *Diacatholicon medicina vniuersalis.*
51 *Fides Christiana dicitur Catholica idest vniuersalis.*
52 *Religio dicitur Catholica.*
53 *Collegium monachorum, & clericorum dicitur Catholicum.*
54 *Ecclesia dicitur Catholica idest vniuersalis.*
55 *Christus est supra omnem Ecclesiam.*
56 *Prædicatores non prædicabunt, nisi mittantur.*
57 *Ecclesia non est diuisa in partes, & assimilatur tunicæ Christi inconsutili.*

CAP. XLI.

Hispanis Regibus, aptati fortasis metaphoricè possunt, quæ Dominus DEVS ad Abraham Genes. c. 12. Magnificabo, inquit, nomen tuum, erisq; benedictus. Cum eisdem Re-
1 gibus, Catholici † Agnomen inditum fuerit, & hoc agnomine in gentem magnam magnificati extiterint. Tantò autem illud magnificentius est, & Illustrius, quantò nec suo, nec prædecessorum suorum astu, vel gloria illud sibi appropriatunt.

priarunt. Alexander Macedo,adeò iactantię, arrogantiæ,atque superbiæ incubuit, vt cūctas eius virtutes, ac magnificas in bellorum exer-
2 citationibus artes,eisdem† vitijs commaculauerit. Inter illa,hoc etiam fuit,vt Magni agnomine non contentus, eo delirij peruenerit, vt fastidiens Philippum Regem Patrem,ac in patrem habere dedignatus, Iouis Ammonis filiū vocari,ac publicè appellari studuerit,quasi Iupiter ille Magnus apud ipsum DEVS haberetur, vt hunc sibi genitorem fastu aucupare cōcupiuerit; & quē sibi natura verum Patrē concesserat,abnegaret. In quantis mortalis huius vitæ latebris cęcutiēs cadit humana superbia. Regem,ac verū Patrem actis ciuilibus,bellicisque magnificum repulit, vt alium quæreret patrem,vitijs deditum, & lasciuijs immersum.
3 †De quo quàm rectè scrutatur Arnobius disputationum aduersus gentes.lib.4.Potest,inquit, vlla grauior contumelia Ioui vestro infligi, aut quicquam aliud, quod labefactet,aut destruat Deorum Principis authoritatem, quàm quòd eum crediris, voluptatibus aliquando libidinosis victum, & in fœmineos appetitus inflam mati pectoris incaluisse feruore. Et quis non
4 numeret filios, † quos ei tribuunt, Minoem, & Rhadamantum ex Europa;Pelasgum è Niobe; Arcadem ex Calisto; Argum, & Sarpedonem ex Laodamia; Herculem ex Alcmena; Taygetum,& Saonem ex Taygete; Castorem, Pollucem,Helenam, & Clytemnestrā è Leda;Zetum ex Antiope; Perseum ex Danae. Quis tot poterit enumerare? Vnde Poeta ille ait:

Fit Taurus, Cygnus, Satyrus, Aurumq; ob amorem,
Europa, Ledes, Antiopa, Danaes.

Quàm in formam non mutatus,vt suis potiretur amoribus? quas mulieres non adulterijs, stupris, ac fornicationibus nō maculauit?quas non rapuit?Quid? quòd etiam in Ganimedem, ac masculos suam libidinem expleuit? Mendacijs, crudelitate, temeritate,cunctisq; sceleribus abundauit. de quibus plenissimè Natalis Comes Mithologiæ lib. 2. De quo etiam deridendo inqt Clemens Alexādrinus in Oration, adhortatoria ad Gentes. In quantā libidinem processit ille Iupiter, qui tot noctes cum Alcmena transegit in delitijs. de quo plura scripsere Io. Boccatius in Genealogia Deorū. Lilius Gregorius Gyraldus de Dijs Gētium. Vincentius Chartarius de Deorum imaginibus.
5 Sic M. Valesius Volusus Maximi, † & Poplicolæ agnomē vsurpauit: Scipio Æmilianus Asiatici: Pub.Scipio Africani:Metellus Numidici: L. Cornelius Fœlicis: P. Seruilius Isaurici: Q. Cęcilius Cretici: alijq; non parum multi gloriosa sibi ipsis agnomina vindicarunt: in quibus non tam virtutes,quàm arrogantia,superbia,& iactantia denotantur. Eadem enim inanis gloria,& humanorum actuum insolens ia-
6 ctantia,vbiq; sibi arcem facit, † ac tenet,vt inquit Io.Chrysostomus in Epistol. Pauli ad Corinth.Homil.27.

Sic Sapor Persarum Rex etiam inter Stellas partem habere voluit, dum ad Constantinum Imperatorem scribens, se Solis, ac Lunæ fratrem appellauit: vt habet Ammian. Marcellin. Histor.lib. 17. Domitianus Imperator, Domi-
7 nus,†ac Deus appellari voluit, non contentus terrarum Imperio, cœlestes honores occupare destinans. Itidem fecit vitiorum vas, & offici-
8 na Heliogabalus,qui currui insedens,† Tygribus ducto, se Cybelem, Bacchumq; cognominauit. Omitto alios plurimos de quibus apud Valerium lib.9. cap. 5. Baptistam Fulgos.lib.9. c.5.Andream Eborensem.in titul.de Superbia. Sed quæres vbi isti à modo sint? Et quo sublati mortis genere? Nōne maiori ex parte veneno,aliauè morte violenta è viuis sublati? quia vt ait Chrisost. in Matth. Homil. 6. Iactantiam
9 †subsequitur ruina.

Non sic Reges nostri, Catholici nomē quæsierunt, sed clarorum virorum vocibus, Summorum Pōtificum elogijs, & Oecumenicorum Conciliorum acclamationibus, hoc titulo,& alijs gloriosis agnominibus honestati fuere. Et
10 nonnulli voluere, Ferdinandum † Ioannis II. Aragonum Regis filium,& alterius Ioannis II. Castellæ Regis, ex Isabella filia, generum, Hispaniarum Regē, Catholici Regis nomine insignitum,in anno Domin. 1477. vt dicit Io. Michael Brutus Histor.Florent.lib.6.& nouissimè D.Regens Maynoldus de Titulis Philippi Regis: Alij verò contra, Catholicum prima vice
11 nominatum fuisse Alphonsum † I.Petri Cātabriæ Ducis filium,& Pelagij Regis ex Ermisenda filia generum, quia Gallæciam,& quàm plura oppida à Sarracenis recuperauerit in anno D. circiter.739. vt voluit Alphōsus de Carthagena Episcopus Burgen. in Anacephaleosi de Regibus Hispanis.c.47.Michael Ritius Neapolitanus de Regibus Hispan. lib.2. Roderic.Archiepisc.Toletanus in Chronico Hispan. lib.4. cap.5.vbi hunc Alphonsum, Adelphonsum nominat. & similiter idē voluit Lucius Matineus Siculus de reb. Hispanicis.lib.7.in princip.Io. Laurētius Anania in Fabrica Mūdi. in Europa.

Ego verò,antiquiori tempore,Hispaniarum Regibus hoc nomen datum fuisse demonstro. Gloriosissimus enim Gothorū, & Suenonum,
12 qui tum Hispāniæ Rex erat,Reccaredus,†mortuo Leouigildo Rege patre, quem aliqui Leonigildum appellāt, quarto sui Regni anno,qui tūc erat Annus D. N. Iesu Christi 594. Tertium Toletanum Concilium congregauit, adhibitis Metropolitanis, Mausona Emeritensi, Euphemio Tarraconensi, Leandro Hispalensi, Migetio Narbonensi,& Panthardo Braccharensi, Archiepiscopis,ac eorum suffraganeis,qui numerum septuaginta duorum, (vel ut alij volunt) sexaginta duorum expleuerūt. Hic igitur Patri

in Regno succedens, moribus illum nô est prosequutus, nec fide. Ille enim Arrianæ sectæ acerrimum se defensorem: hic verò Catholicæ
13 fidei † assertorem statim exhibuit. Ille Regnum terrenum augere studuit: hic cœleste simul, & terrenum Principatum ità curauit, vt istũ transitorium, illum verò sempiternũm æstimaret. Quo circa iam dictam Synodum in Regali illa vrbe ex diuersis Hispaniæ, & Galliæ partibus Prælatos conuocando in vnum habuit, & congregauit. Apud quos orationem habuit piam, atq; humilissimam, in qua longa serie proposuit, non esse iam diutius immorandum, quin Arrij sectatores, illius hæreses abijcerent, &
14 Catholicissimam Ecclesiæ fidem † reciperent. Ducentos enim circiter per annos illius tam impij, atq; immanissimi hominis labes, ac secta, maximam Christiani orbis partem infecerat. Illam igitur ab orbe Christiano eliminari concupiscẽs, Diuino spiritu inflammatus, contendens, ratione, atq; exemplis Catholicam veritatem confirmauit. Quòd nunq̃ ab Arrianis infirmos aliquos curatos vidisset; & è contra à Catholicis, ęgros sanitati restitutos, mortuos suscitatos, aliaq; stupenda miracula exhibita, quorũ operationes ab alijs minimè fieri possunt, nisi à viris sanctis, & DEO gratis. Memoria etiam repetebat, antecessorum suorum tempore, patris sui præsertim, Arrianum quẽdam Episcopum: qui diù iactauerat cæcis lumen illum restituere; cęco simulanti cęcitatem tacto, perpetuæ cæcitati damnatum, & ideo Episcopum illum abijsse confusum, de quo statim di-
15 cam. Is fuit Ciriola quidam Episcopus † Arrianus, qui, vt videretur miracula facere, dedit cuidam aureos quinquaginta, vt manè sequenti, se transeuntem expectaret, & tamquam à natiuitate cæcum, se simulando, ab ipso luminis gratiã posceret. Ille quæstu auidus omnia pro voto pollicitus. Tum transeunte per publicam viam, ac plateam Episcopo postulat, vt sibi cæcitatis gratiam, reddẽdo lumina, faceret: Tum Episcopo illius oculos tãgente, cęcus verè statim magno dolore euasit: ità, vt ille clamare coactus fuerit. Veh mihi quia seductus sum ab inimico Diuinæ legis. Veh quia DEVM per pecuniam irridere volui, & quinquaginta aureos accepi, vt hoc facinus perpetrarem. Ecce (inquit illi Pseudo Episcopo Ciriolę) Aurũ tuum, redde mihi lumen meum, quod dolo tuo perdidi. Et cõuocans magna voce Episcopos Catholicos, Vindemialem, Longinũ, & Eugenium, illos rogat, vt visum sibi restituant pro vt præcedente fidei professione, & Arrianarum assertionum repulsatione, Eugenius Episcopus, vir DEI, Catholicum, sanctissimæ crucis signo super oculos facto, Diuina operante gratia, pristinæ luci restituit. vt testatur Gregorius Turonensis Historiar. lib. 2. & nouissimè Alanus Co
16 pus Anglus Dialogo. 6. c. 29. Et pinde † Reccaredus Rex quendam librum protulit scriptum, vt relegeretur sua assertio: Quo lecto, & ab Episcopis intellecto, in eo confessus est Catholicã fidem iuxta Canones quatuor Conciliorum Generalium, quæ omnia à Concilio eorũdem Prælatorum cõfirmata, & recepta: & in eadem Synodo multa fuere gesta, quæ in libris iuris Pontificijs redacta sunt, & ab vniuersali Ecclesia, Summisq; Pontificibus confirmata. Vnde ab vniuerso Concilio vnanimi voce acclamatũ est: Ad laudes DEI Optimi Maximi, ac Dñi Nostri Iesu Christi, & Spiritus sancti. Et abiecta, & eliminata est ab omni Gothorũ, ac Suenonum gente Arriana perfidia. Et conclamationes redditæ Regi à Cõcilio hac forma. Rec
17 caredo Regi RELIGIOSISSIMO, † GLORIOSISSIMO, PIISSIMO, ET VERE CATHOLICO. Cui Concilio subscripsit idem Rex, & Bada gloriosa Regina eius coniux, & omnes Metropolitæ, & Episcopi. Hoc ipsum constat per scripturas veras in summa Conciliorum vol. 3. in Tertio Concilio Toletano, quod huius rei causa actũ fuit. Testantur etiam Gregorius Turonens. Histor. lib. 9. cap. 15. Rodericus Archiepiscopus Toletanus Chronicor. lib. 2. cap. 15. Alphonsus de Cartagena Episcop. Burgens. in Anacephaleosi. cap. 25. Michael Ritius de Regibus Hispan. lib. 1. Vnde Diuus Gregorius Magnus lib. Epistol. 1. Epist. 41. Scribens Sancto
18 Leandro Episcopo † Hispalensi dicit. Explere autem loquendo nullatenus valeo gaudium meum, quòd communem filium Reccaredum Gloriosissimum Regem ad Catholicam fidem, integerrima agnoui deuotione conuersum. & idem Gregorius lib. 7. Epist. 126. Lætatur eidem Reccaredo Regi de abolitione Arrianæ impietatis. Quę omnia idem Rex operatus est, Spiritu Sancto ductus, iugiq; conuersatione, & consuetudine sanctorũ virorum, Isidori, Leandri, & Fulgentij Episcoporum, à quorum consilio ne discederet, Leouigildus Rex pater moriens præceperat: vt est author. Io. Magnus Archiepiscopus Vsalensis Historię Gothor. & Suenon. lib. 16. c. 9. & io. Lucius Marineus Siculus in Historia Hispanica. lib. 5. vbi agens de sanctis, & Martyribus Hispaniæ, scribit de sanctis Fulgentio, Leandro, & Isidoro. de quibus egi pluries in ijs cõmentarijs. Propterea cum videam in eodem Concilio sic acclamatum. Cui à DEO æternum mæritum, nisi vero ORTODOXO Reccaredo Regi? Cui præsens Gloria, & æterna, nisi vero DEI amatori Reccaredo Regi? Quæ latius habentur, in eodem Concilio, quòd celebratum quidam asseruerunt in Anno D.N. Iesu Christi 589. tẽpore Pelagij II. Summi Põtificis. Sed tamen potius sub Gregorio Magno factum fuisse constat ex supra notatis eiusdem Pontificis authoritatibus. Fuisse autem actum post annum 590. quo fuit Diuus Gregorius Pontifex creatus, vt per Sigonium,

&

& Genebrardum. Ab eo igitur tempore Hi-
ſpani Reges in fide Catholica perſeuerantes,
non tantum hoc nomen ſibi à Concilio tribu-
tũ conſeruarunt, ſed longè celebrius ſemper,
& fęlicius pijs actibus propagarunt. De quo
Reccaredo nouiſsimè lingua Italica Io. Bote-
rus de legibus ſtatus. lib.1.c.10. & de hoc etiã
certiorem feci Scipionem Mazzellam, qui di-
xit, ità ſe deducturum in vita Regis Ferdinan-
di Primi, cum moliatur ſcribere eorumdem Re
gum Neapolitanorum vitas Italo idiomate.
Hinc dum Rex Hiſpaniarum creatur, ac ad
Regni culmina aſcendit, Catholicæ fidei aſſer-
19 tor † eiſe debet. vt concluditur in Concilio
Toletano.8. c.10. Quamobrem eius dignitatis
apicem non ſortitur, nec ante conſcendit Re-
gni ſedem, quàm inter reliqua cõditionum ſa-
cramenta, pollicitus fuerit, ſe quẽquam in Re-
gno ſuo fidem Violantem Catholicam, nõ per-
miſſurum. Vt itidem cautum eſt in Concilio
Toletano.6.c.8 & docet Io. Sotteallus in Sum-
ma Põtificalium.§.Hiſpania. Hinc etiam Theo-
doricus Gothorum, Hiſpaniæ, & Italiæ Rex ap
20 pellatur Setenifsimus. † in c. Cõcilia.17. diſtin.
Et dum Innocentius III. Summus Põtifex ſcri-
bens Regi Aragoniæ in c. Quanto. de iureiur.
21 Illuſtris † titulo illum honorauit. Et alibi. Siſe-
butus Rex Hiſpaniæ, Gothnrum, & Suenonum
22 appellatur Religioſiſsimus † in Concilio Tole
tano. in e. de Iudæis.45. diſtinct. in c. Maiores.
de Baptiſ. Io. Magnus de Hiſtor. Gothor. lib.16.
23 cap.14. Et Hiſpaniarum Rex, Catholicus † ap-
pellatur, vt p Barth. de Caſſęn. in Catalog. Glo-
riæ Mundi. p.5. Conſideration. 31. & 32. Quin-
24 immò Catholiciſsimus † à Petro Belluga in
Specul. Principum. Rub.14 § Veniamus. nu.11.
Nec requiruntur plura teſtimonia ad hoc pro-
bandum, quia plurimas inſpicere licet in iure
Canonum Summorum Põtificum Conſtitutio-
nes, ac epiſtolas, quibus Catholici titulo Phi-
lippus Rex, ſuiq; prædeceſſores vocati ſemper
fuere, vt modo appellantur.
Non inuidet itaq; Rex Hiſpaniarum, ac Sici
25 lię, Catholicus, quòd Mithridates † Parthorum
Rex, Magni ſibi nomen quæſierit. vt dicit Iuſti-
nus Hiſtoriar. lib.42. Et quò i Põpeius Magnus
etiam appellaretur, vt ſunt authores Liuius
lib.9. Oroſius lib. 6.c.13. Eutropius lib.6. Non
26 Herodi Magno † Aſcalonitæ. de quo diximus
in Apologia Catholica in ſentẽtiã Pilati Aqui-
27 læ repertam. Non etiam Tãberlano, qui † Ma-
gnus etiã appellatus eſt, de quo Baptiſta Ful-
goſ. lib.2 c.2. lib.3. cap.4. lib.9. capit.5. Pandol-
phus Collenucius Hiſtoriar Neapol. lib.1. in fi.
Vuolphgangus Drechslerus de Reb. Turcicis.
ſub anno 1397. Hic, vt aliqui volunt, appella-
28 batur † Tamithan, ſiue Tamot languè. Tarta-
rorum enim lingua, Tamor erat propriũ illius
Principis nomen, Languè autem Claudum ſi-
gnificat, prout iam Claudum fuiſſe pethibet
Garzias Hortus Simplicium Aromatum. lib.2.
cap.28. Quàmquam alij aſſeruerunt illum vo-
29 catum fuiſſe † Temir Cutlu: Temir enim ideſt
Fęlix, Cutlu idem eſt, quòd Ferreus, ſiue Belli-
coſus eorum lingua. vt dicit Matthias de Mi-
choan Sarmatiæ lib.1. c.10. quem refert, & ſe-
quitur Carolus Cluſius ad Hortum in ſupra al-
30 legato. cap.28. Nec inuidet † Cangio Magno
Tartarorum Imperatori: Can enim illorum pa
tria lingua, Imperatorem deſignat; & idcirco
poſteri omnes Can Magni appellari conſuene-
rũt, vt dicit Haito Armenus de Regibus Oriẽ-
tis. & Cęlius Auguſtinius Hiſtoriæ Sarraceni-
cæ. lib.3. Nec etiam Turcarum Imperatori, qui
31 † ſe Magnum nominat, idque cęptum à Mua-
mede Secundo, quo tempore Chriſtianis Prin-
cipibus duo Imperia abſtulit, Trapezuntinum,
& Conſtantinopolitanum, & Regna duodecim
ademit, ac ducentas Vrbes cępit; vt ſunt autho
res Paulus Iouius, Cęlius Auguſtinius, & Vuol
phgangus Drechslerus. Nec etiam inuidet Al-
32 phõſo Tertio Regi, qui † ob eius facta egregia,
Magni nomen promeruit. de quo Roderic. Ar-
chiepiſc. Toletan. Hiſtoriar. lib.5. cap.15. vſque
ad c.20. excluſiuè: Alphonſus Epiſcopus Bur-
genſ. in Anacephaleoſi de Regib. Hiſpanis. ca.
56. Lucius Marineus Hiſtor. Hiſpanicar. lib.7.
33 Nec Caſimiro † Secundo Regi Polonorũ, qui
& ipſe Magnus eſt nominatus. vt per Martin.
Cromerum Hiſtor. Polonic. lib.12. Albert. Crãt.
in Vuandalia. lib.2. c.3 & lib.11. c.35. Nec etiã
34 Mattheo † Magno Vicecomiti Duci Mediolanẽ
ſium, non † Magno Cani de Scala, Non Alphon
35 ſo † Regi Neapolitano Magnanimo appella-
to; de quo poſt nonnullos, quos adduximus,
plura diximus ad Bellugam in Specul. Princi-
pum. in princ. in verb. Alphonſum. Non inui-
36 det itidem Laurentio † Mediceo, qui ob ſin-
gulares animi ſui dotes Magnifici nomen pro-
meruit, ſub quo Muſæ omnes adeò floruere, vt
& Platonis, Ariſtotelis, aliorumq; quampluriũ
Philoſophorum, aliorumq; ſcriptorum opera
latino ſermoni elegantiora, eius mandato ſuæ
domi interp̃tata, & reſtituta fuerint: ſub eo, &
ex eius domo, veluti ex Equo Troiano milita-
runt Beſſario Cardinalis, Frãciſcus Bandinus,
Antonius Allius, Argyropolus, Angelus Poli-
tianus, Chriſtophorus Landinus, Carolus, &
Chriſtophorus Marſupini, Bernardus Natus,
Thomas Bencius, Ioannes Canalcantius, Ioan-
nes Laſcaris, Marſilius Ficinus, Demetrius Cal
condilis, alijq; multi, qui ſuis ſcriptis orbem
Chriſtianum illuſtrarunt. Vtinam plures Lau-
rentij reperirentur, quia bonarum literarũ ſtu-
dia, reciperent incrementum. Ego huius ſum-
mi viri actibus ardens, dũ illius ſtatuam, è Pe-
ruſia rediens, in Eccleſia Sanctæ Mariæ de An-
gelis propè Aſſiſium, in qua habitant Fratres
Franciſcani minores, ſtrictioris obſeruantiæ,
conſpexiſſem, pluties in eum ſuſpitans Pictorẽ
ac-

accersitũ foui, qui mihi ex illa statua effigiem
efformauit, quam gratissimè in meo museo
obseruo. de quo plura Paulus Iouius in Elo-
gijs,alijq; scriptores. Nõ inuidet insuper Cos-
mo Mediceo,qui ob sua innumerabilia corpo-
ris, & animi encomia à Pio V.Pontifice Maxi-
37 mo Magni† Ducis Hetruriæ titulo honoratus
est. Non deniq; inuidet Galliæ Regibus, qui
38 Excellentissimi appellantur.†c.Excellentissi-
39 mus 11.q.3.appellantur gloriosi.c.†Hæc quip-
40 pe.3.q.6 Dicũtur Illustres.c.†Nouit.de Iudic.
Dicuntur Magnifici.in c.Nouit de offic.deleg.
Barth.de Cassẽn.in Gloria Mundi parte 5.con-
siderat. 30. & 31. & in Consuetud. Burgund.
Rub.8.§.3.in verb. Ab intestato. nu.25. Et ap-
41 lantur†Christianissimi,authoritate. extrauag.
Prodiẽs.Ioãnis xxij.de Crim.Fals. vt dicit Ca-
rol. de Grassal. Regal. Franciæ. lib. 1. Iure 3.
Cassẽn.in locis supra allegatis.Iacobus Bonau-
di in Panegyrico. Gulielm. Benedict. in rep.c.
Raynutius. in verbo. Et vxorem nomine Ade-
lasiam. Decis.2. nu.73. de Testam.Nicol.Boer.
de authorit.Magni consil.in Addit.1.num.48.
Ioan.Anton.Niger.in extrauag. Clem.7.de vi-
ta,& honest.cleric.in verb.Catholici.num.6.&
Restaurus Castaldus de Imperator. q.59.nu.7.
Ioannes Octauus Summus Pontifex in anno
853.quo fuit creatus, & vixit ad annum vsque
855. scribens Regi Hispaniarum Adelphonso,
42 vocauit eum gloriosum, † Clarissimum, &
43 † Christianissimum. vt patet ex duabus Epi-
stolis, relatis ad litteram à Roderico Archi-
episcop. lib. 5. cap. 17. Et quatenus dicerent
illum fuisse Fœminam, vt asseruit Baptista Pla-
tina,& post Antoninum Archiepiscopum Flo-
rentinum,& Franciscum Marcum, nos quoque
scripsimus de Compromiss. §. 2. gloss. 4. sub
num. 22. Tamen dicimus, quòd & si fœmina
fuisset, quæ egisset valida essent,vt dicit Fran-
cisc. Marc.in decis.Delphinal. 1305. in fin.vol.
1. & voluit nouissimè Alanus Copus. Dialog.
1.cap.8. Nec verum est illum fœminam fuisse;
& licet ego, vbi supra, contrarium affirmaue-
rim,tamen mea opinio tunc fuit relatiua ad il-
los,quos retuli:& ex nunc,more Diui Augusti-
ni,eam opinionem recanto: melius à me ipso
correctionẽ offerens,quàm ab alio illam expe-
ctare. Cum præsertim, qñ tunc scripsi in æta-
44 tis adolescentis † flore constitutus essem, ità
vt dicere possim illud Pauli Apostoli.Quando
eram paruulus loquebar, vt paruulus, nunc
autem maior factus euacuaui ea, quæ sunt par
uuli. Mutare enim consilium de bono in me-
45 lius sapientis est. Quia illi opinioni † caput
fecerunt ex Latinis,Sigibertus,ex Græcis Lao-
nicus Calcondilis. vt inquit Alanus Copus in
46 dicto cap.8.Non fuisse autem† fœminam ante
eosdem tenuit Bartholomeus Carranza, vti
eum refert Michael Bucchingerus Historiæ
Ecclesiasticæ. fol.214. & meram fabulam hanc
esse contendit Honuphrius Panuinius ad Pla-
tinam: quod & nouissimè corroborat Simon
Maiolus Episcop. Vulturariensis de irregula-
rit. lib. 1. capit.28 num. 10. cum pluribus seqq.
47 Eandem vero Epistolam fuisse factam† in an-
no 883. scripsit Lucius Marineus Histor. Hi-
spanic. lib. 7. quo in anno erat in Sede Sum-
mus Pontifex Ioannes ille Romanus creatus
post Adrianum Secundũ; sed dicere voluit an-
no 882. Ex quo Pontifex ille mortuus est 18.
Calendas Ianuarias, quæ sunt ad diem xv. De-
cembris anni 882. quia sequentibus diebus
Natalitijs Domini,fuit creatus Martinus II. vt
testatur post alios Carolus Sigonius de Re-
gno Italię.lib. 5.& nouissimè Christianus Adri-
chomius in Chronicõ anni 882.Et ab hoc Pon
tifice Ioanne Epistolam eam emanasse faten-
dum est: quia hic Alphonsus Rex regnauit ab
anno 846. quo erat annorum xiv. & durauit
alijs annis xlvj.per totum annum 892. Explo-
sa opinione illorum, qui assererent emanasse
ab illo Ioanne Maguntiaco: ea præsertim con-
sideratione, quia Vrbs Roma, Secundum An-
tonini Augusti Itinerarium, distat à Compo-
stella, & Gallecia per duo fermè millia millia-
ria.Si scribebat Pontifex vti Regi Galleciæ, &
Ioannes ille fabulosus non durasset, nisi duo-
bus annis, & mense vno, consequens erit, vix
auditam fuisse electionem,& creationem Pon-
tificis, quod fuisset audita mors in partibus tã
longinquis; cum iste Ioannes fuerit electus
Pontifex (vt asserunt) in anno 853. Et mor-
tuus anno 855. Quo tempore Alphonsus ad-
modum Adolescens bella aliqua non gesserat,
ex quibus motus fuisset Pontifex ad scriben-
dum eidem Regi. Verius igitur erit, ac veri-
tati simile, quòd cum postmodum in ætate
prouectiori, tot clarissima acta gessisset, quòd
Ioannes alius Romanus Pontifex ei scripse-
rit: Tanto plus cum illum Ioannem omnes
scriptores Ecclesiastici in Pontificum nume-
rum non aggregent, nec in Catalogo ipsorum
ponant: pro ut nouissimè nullam de illo men-
tionem facit Carolus Sigonius in dicto lib. 5.
vbi post Leonis Quarti, ponit electionem Be-
nedicti Tertij, Nicolai Primi, Adriani Secũdi,
& postmodum Ioannis Octaui.Hoc idem facit
Adrichomius.

Omnes autem titulos Honorificos reliqne-
runt Reges Hispani, solo Catholici titulo re-
tento:nomen, quorumlibet omnium,& graui-
us,& Maiestate dignum eorum. Siue enim Ca-
48 tholicus exponatur fidelis, † ac Fidei Chri-
stianæ obseruator Zelantissimus; cum,quam se-
mel CHRISTI fidem susceperint,nunquam
abhorruerint, & indefessè seruauerint: vt ca-
pitur à Gloss.in Clem. 1. § Regula. vbi Cardi-
nal.de statu Monach. & nos diximus ad Bellu-
gam in Specul. Principum. Rub. 6. in verb. Fi-
deles. pro ut Reges nostri, qui nunc in viuis

agunt, alijque illorum antecessores præstiterunt: vt latissimè dicemus in Capite seq. Declarat id verbum Fabius Quintilian. Institut. Orator. lib. 2. cap. 13. vbi dicit in Arte Orato-
49 ria ipsum semper alligare se ad præcepta † Catholica, idest vniuersalia. Græcè enim, Catholici dicuntur vniuersales, idiomate Latinorum. Hinc apud Medicos, ea Medicaminis
50 compositio extat, quæ † Diacatholicon nuncupatur, quæ confectio est absque nocumento omnes humores euacuans, & fine incommoditate ipsos vniuersaliter respiciens, de qua apud Nicolaum in Antidotario, & apud Platearium de Salerno, & apud Ioānem Iacobum Manlium.

Hinc Isidorus lib. Ethimolog. 10. exponit verbum Catholicum, idest vniuersale. Vnde Reges nostri appellantur Catholici, quia Christiani Fideles, & Fides Christiana dicitur Ca-
51 tholica, idest † vniuersalis, cuius ipsi Reges Hispani curam, & tutelam fidissimam habuerunt, & habent. probatur in c. Excommunicamus. in princ. extra. de Hæretic. in Rubricis extra. de summa Trinit. & Fid. Cathol. & in 6. in Clementinis extrauagantibus. & in l. Liquet. & tot. titulo. C. eo. Archidiacon. in c. Fundamenta. de elect. in 6. Sic & Religio dicitur
52 Catholica † l. 1. C. de summa Trinit. & fid. Catho. l. Mathematicos. l. Nemo. C. de Episcopal. Audien. & Collegium Monachorum, & Cleri-
53 corum Catholicum † nuncupatur. in l. 1. C. de sacros. Eccles. Sic etiam sancta Romana Ecclesia, Catholica, & vniuersalis appellatur, totum
54 † complectens, & comprehendens mundum. c. 1. 21. q. 4. cap. Hæc est. 24. q. 1. & in extrauag. Vnam sanctam. de Maior. & obed. in communibus. l. Si quis in hoc genus. C. de Episcop. & Cleric. l. Decernimus. C. de Episcopal. audientia. l. 1. C. de his, qui ad eccles. confug. Hæc nostra est ecclesia, quæ nulla gente, nullaque Prouincia restringitur, sed vniuersalis est, & toto terrarum orbe diffusa, & ab Apostolis prædicata ex ordinatione Christi illius capitis, qui
55 est supra † omnem ecclesiam: vt inquit Paulus ad Ephæs. cap. 1. & ipse dedit Apostolis mandarum, vt prædicarent Euangelium omni creaturæ, Matth. cap. 10. Vt euntes Baptizarent omnes gentes. Matth. cap. vltimo. Nec enim si missi nō fuissent, prædicare potuissent. Quomodo
56 enim prædicabunt, nisi † mittantur? dicit Paulus ad Romanos. cap. 10. Hinc verificatur illud Dauid Psalm. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Vnde Apostolus ad Romanos cap. 1. Gratias ago (inquit) DEO meo, pro omnibus vobis, quia fides nostra annunciatur in vniuerso mundo. Ideoq; Catholica Ecclesia, sancta dicitur, quia vniuersalis. De qua latissimè Augustinus de vera Religione cap. 7. & ad Donatistas Epistol. 166. Beda in Cantica Canticorum cap. 6. Designata per inconsutilem CHRISTI tunicam, quæ non fuit, sicut vestimenta, diuisa in
57 partes, † sed super illā totam miserunt sortem. de qua habetur Ioan. cap. 19. super quo Augustinus tract. 118. inquit: Tunica autem inconsutilis, ne aliquando dissuatur, ad vnum peruenit, quia in vnum omnes colligit. Sicut in Apostolis, cum esset etiam ipse numerus duodenarius, idest quadripartitus in ternos, & omnes essent interrogati, solus Petrus respondit: Tu es Christus filius Dei viui. Et ei dicitur: Tibi dabo claues Regni cęlorum: tamquàm ligandi, & soluēdi solus acceperit potestatem, cum, & illud vnus pro omnibus dixerit: & hoc cum omnibus, tamquam personam gerens ipsius vnitatis acceperit. Ideo vnus pro omnibus, quia vnitus est in omnibus. Vnde, & hic cum dixisset, (Desuper contexta) addidit (per totum) quod si referamus ad id, quod significat, nemo eius est expers, quæ pertinere ad totum inueniatur, à quo toto, sicut Græca indicat lingua, Catholica vocatur Ecclesia. Hæc Augustinus. de quo etiam optimè Fridericus Imperator in Cōst. Regni. Incōsutilem. vbi DD. nostri.

Cum itaq; Reges nostri Catholici nomine illustrentur, & sic quodammodo constituti ad mundi vniuersalitatem, scilicet ad seminanda sanctæ Christianæ Ecclesiæ, & fidei fundamenta, ac præcepta ad diuersa mundi climata, ac Regiones, ad extremas incognitarum Prouinciarum plagas seminandum DEI Optimi Maximi Iesu Christi Sanctum Euangelium. Reliquum erit, vt hoc Axioma multis scripturæ sacræ testimonijs probemus, vt pateat hoc, Catholicos Reges, eorumq; Familiam ad hanc Ecclesiæ Catholicæ propagationem, & defensionem diuina Gratia fuisse vocatos, & demū firmissimis istud exemplis comprobetur, quæ vt faciliori via, ac methodo breuiori adimpleantur, sequenti capite complectemur.

ARGVMENT. CAP. XLII.

Quomodo per actus exhibitos, Catholici Reges, hoc nomen promeruerint: quos pro Christi Ecclesia, fideq; actus fecerint: & qui Reges hoc impleuerint: amplè traditum est.

COMPENDIVM.

1 *Fortitudo destruitur, nisi consilio fulciatur.*
2 *Ecclesia Catholica dicitur per vniuersum orbem diffusa.*
3 *Catholon gracè, totum dicitur.*
4 *Catholicus vir quis sit declaratur.*
5 *Catholici Reges pro fide Christi quæ perpessi sint.*

6 *Author*

6 *Author in enorrandis Catholicorum Regum actibus, omissis fabulis, vt multorum mos fuit, veritatis sim plicitate vsus.*

7 *Sisebuti Hispaniarum Regis virtutes.*

8 *Nonaginta Iudæorum millia baptizari fecit. Acephalorum hæresim sustulit. nu. 9. Concilio Hispalensi Sanctus Isidorus interfuit. Acephali Haretici quid sentiebant?*

10 *Cindasuindi Regis Hispani virtutes. nu. 11. 12.*

11 *Libros Moralium Diui Gregorij originales habuit.*

12 *Taio Episcopus Cæsaraugustanus pro eisdem libris ad Pontificem nuntius.*

13 *Miraculum pro libris Moralium Gregorij.*

14 *Bamba Regis Hispani virtutes. Ducentas septuaginta Naues Arabum cum hominibus incendio consumpsit.*

15 *Pelagius Cantabriæ Dux Asturum, & Legionis Regnum à manibus Arabum vindicauit. Viginti millia Arabes interfecit.*

16 *Alphonsus Pelagij gener, Galliciam, atque alias prouincias à Sarracenis accepit.*

17 *Alphonsus Castus, septuaginta millia Arabes prostrauit.*

18 *Ei per Angelum in Ouetensi Ecclesia Crux asportata.*

19 *Carolum Magnum, Rolandum, quem Orlandum vulgus appellat,) de vicit.*

20 *Ramyri Regis Veremundi filij virtutes.*

21 *Ordonij Ramiri filij virtutes. Muzam Regem Arabum, & duodecim millia Arabes occidit. Reith Regem Canariæ, & Muzerez Regem Salmanticæ vicit.*

22 *Alphonsi III. virtutes, cognomento Magni. Portugalliæ Regnum à Sarracenis ademit. Abohalim Ducem Arabum cæpit. Thesauros pauperibus erogauit. Diui Iacobi Ecclesiam exornauit.*

23 *Ordonij Secundi Regis virtutes.*

24 *Veremundi Regis virtutes.*

25 *Ferdinandi Sancij Maioris filij virtutes. Portugalliam, & Coimbram Ciuitatem obtinuit.*

26 *Alphonsus VI. Toletum Sarracenis pulsis, cæpit.*

27 *Alphonsus Nonus Rex ducenta Sarracenorum millia occidit. Ferdinandus III. Rex, Cordubam, Hispalim, Giēnam, & Vandaluziam quæsiuit.*

28 *Alphōsus Decimus, Astronomus, Imperator electus, Murciam acquisiuit. Sanctius Quartus Tarifam cæpit.*

29 *Ferdinādus Sācij Quarti filius Gibaltarrā obtinuit.*

30 *Alphonsus Vndecimus, Reges Granatæ, & Benamarin vicit. Alcalam, & Algeziram cæpit.*

31 *Algezira quid?*

32 *Iacobus Fortunatus Rex Valentiam, & Maioricam à Mauris eripuit.*

33 *Ferdinandus V. Rex Ioannis Aragoniæ Regis filius, Iustus cognominatus.*

34 *Granatam Sarracenis eripuit, ipsosq; ex Hispania fugauit.*

35 *Nauarræ Regnum, Castellæ Regno adiecit, Pontifice consedente. Ioannes II. Allebretus Nauorræ Rex Hæreticus declaratus.*

36 *Iudæos Ferdinandus Hispania expulit.*

37 *In Africa Melillam O annum, Mersalcabir portum, Trabacam, quæ Bugia dicitur, & Tripolim suo Imperio adiecit.*

38 *Christophori Columbi Genuensis virtutes. nu. 40.*

39 *Eo Duce Ferdinandus Insulas Indiarum, Nouum orbem, & Oceanum Mare quæsiuit.*

41 *Roberti Guiscardi Northmanni Ducis virtutes.*

42 *Siciliæ Insulam Sarracenis ereptis quæsiuit. Dux Apuliæ, & Calabriæ à Pontifice factus.*

43 *Gregorium VII. Summum Pontificem in arce Hadriani ab Henrico Imperatore carceratum libertati restituit.*

44 *Archiepiscopalem Ecclesiam Salernitanam ædificauit.*

45 *Rogerius Northmānus Roberti frater victoriam contra Sarracenos in Insula Siciliæ habuit.*

46 *Diuus Georgius pro Rogerio militauit.*

47 *Melitam Insulam Sarracenis eripuit. Vrbanus II. Pontifex Rogerium creauit Apostolicæ Sedis Legatum perpetuum.*

48 *Rogerius Roberti filius primus Siciliæ Rex.*

49 *Africam, quā Elmagdia Arabes appellāt, occupauit. Regem Tuneti Tributarium fecit.*

50 *Insulam Corcyram, Eubœam, Corinthum, Thebas, Dyrrachium cæpit.*

51 *Burgos Constantinopolitanos incendit.*

52 *Ludouicum Galliæ Regem à Turcis eripuit.*

53 *Boemundi virtutes.*

54 *Boemundus ad bellum sacrum processit.*

55 *Reblata, Antiochia appellabatur.*

56 *Lanceam quā à Longino percussus D. N. Iesus Christus obtinuit, pro vexilla illam portans.*

57 *Centum millia Sarracenos occidit, quindecim millia Camelos cæpit.*

58 *Boemundus Rex Antiochiæ publicè acclamatus.*

59 *Berithum Phœniciæ vrbem cæpit.*

60 *In bello sacro nihil boni gestum fine Boemundo, & cum illo omnia benè processerunt.*

61 *Sancti Sabini reliquiæ aliqua apud Canusium.*

62 *Sanctus Sabinus à Sede Apostolica missus in Anthemium Patriarcham Constantinopolitanum.*

63 *Sancti Sabini alia reliquiæ, cum alijs sanctorum reliquijs reperta in Ciuitate Lesinensi in monte Gargano in Apulia.*

64 *Tancredus Northmannus Laodiceam ab Imperio Constantinopolitano ademit, nu 65.*

66 *Gulielmus Rex Siciliæ Mali filius, vicit Iosephum Marocci Regem, filiamq; Virginem captiuam abduxit.*

67 *Classem quadraginta Triremium in Syriam misit, cuius aduentu obsidionem soluit Saladinus, alij que virtutibus emicuit.*

68 *Maria à Pyratis secura fecit.*

69 *Alphonsus Ferdinādi primi Aragonum Regis filius, Lotophagos, Insulam, Gerbim appellatam, cæpit.*

Bopherium Regem victum cum exercitu, occidit.
70 *Hidruntinam ciuitatem à Turcis recuperauit.*
71 *Ferdinandi, & Elizabethæ virtutes.*
72 *Caroli Quinti Cæsaris virtutes.*
73 *Eiusdem sermo ad Principes electores in causa Lutheri.*
74 *Carolus Quintus Tertius Africanus appellatus.*
75 *Andræas Doria, & Ferdinandus Gonzaga Duces Maximi.*
76 *Periclis Atheniensis pulcherrimum dictum.*
77 *Orbis Carolinus à Carolo Quinto dictus.*
78 *Synodus in Ciuitate Mexicana.*
79 *Philippi Secundi Regis Catholici virtutes, non possunt laui penicillo describi.*
80 *Nicolai Sdrini Comitis pro fide constantia, & virtus*
81 *Ioannes Austrius Classis Maximæ Imperator.*
82 *Victoria contra Turcas in Echinada.*

CAP. XLII.

Dicit Esaias c.19. Rex Fortis dominabitur eorum. Nō tñ corporalis solum fortitudo dominatur, sed sapientiæ admixta, & conglutinata. Hinc Salomon Prouerbior.c.24.ait: Vir sapiens, fortis est; & vir doctus robustus, & validus. Valdè enim fortitudo destruitur, nisi† per
1 cōsiliū fulciatur; quia quò plus se posse conspicit, eò virtus sine moderamine in deterius ruit. inquit Gregor.lib.5.Moral. Cum itaq; Catholici Reges nostri, nomen rei, ac effectui consequens reddere, Maxima Dei Opt. Max. semper gratia adiuti sunt, vt pro fide Catholica, & Ecclesia Romana, maxima munera subirēt, feruenti animo, piaque audacia, ad exteras gentes, Christi nomen, fidemq; propagarent: quia iuxta illud Virgilij lib. 4. Aeneidos.

Audentes fortuna iuuat.

Idcirco mala, damnaq; quàm plurima, subire non dubitarunt, vt Ecclesiam Dei, quàm Christus suo sanguine fundauit, eiusq; fidem ad vltimos terræ fines deducerent. super illud Virgilij.lib.6.Aeneidos.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.

Aspicientes etenim, mentisq; acie intuentes, ipsos Catholici nomen referre, Ecclesiam Christi, & Catholicam, à quo hoc glorioso stemmate insigniti fuerant, ampliare studuerunt. Iuxta illud Eusebij Emisseni, qui Ecclesiam Catholicā interpretatur, idest per vniuersum orbem
2 †gratia corruscante, diffusam. Inquit enim Augustin.de Tempor.Sermo.131. Ecclesia vna est, quam maiores nostri Catholicam nominarunt, vt ex ipso nomine ostenderent, quia per totum est. Secundum totum enim Catholon græcè dicitur. de qua Cyrillus Hierosolymitan. Cathechsi.vlti. Catholica vocatur (inquit) ꝙ per oēm diffusa sit orbē habitabilē, à finibus terræ vsq; ad fines terræ. Vnde exiuit illa vox, à sācto Spiritu sāctis Apostolis inspirata, in Symbolo. Vnā sanctam Ecclesiā Catholicam. Quam omnes, vno ore interpretantur vniuersalē, per omnes mūdi partes diffusam. Sic Io.Cassianus de Instit.Cęnobior.lib.1.c.3.dū de veste Monachi loquitur, ait: Quicquid inter famulos Dei præsumitur ab vno, vel paucis, nec Catholicè per omne corpus fraternitatis tenetur, aut superfluum, aut elatum est.

Non immeritò itaq; Catholici appellantur Reges nostri, cum eis Catholicorū nomen con
4 ueniat: Verus autem vir Catholicus † dicitur, quemadmodū illum descripsit Vincentius Lirinensis.in lib. Aduersus profanas omn. hæreseon nouation. dum ait. Ille est verus germanus Catholicus, qui veritatem Dei, qui Ecclesiam, qui Christi corpus diligit; qui diuinę religioni, qui Catholicæ fidei, nihil præponit, nō hominis cuiuspiam authoritatem, nō amorem, non ingenium, non eloquentiam, non philosophiam, sed hæc cuncta despiciens, & in fide fixus, & stabilis permanens, quicquid vniuersaliter antiquitus ecclesiam Catholicam tenuisse cognouerit, id solum sibi tenendum, credendumque decernit. Et paulò inferius. In ipsa (inquit) Catholica Ecclesia magnopere curandum est, vt id teneamus, quod vbique, quod semper, quod ab omnibus creditum, hoc est enim verè, proprieque Catholicum, quod ipsa uis nominis, ratioque declarat, quæ omnia verè vniuersaliter compræhendit. Hæc Vincentius. Quàm enixè enim laborauerint, sudores
5 effuderint, Bona Regna, & sanguinem† cōtempserint Catholici Reges nostri, eius Hispaniarum, Siciliæ, Italiæ Domini, & Prædecessores vsque ad dies nostros, vt Ecclesia Romana ad Sarracenos, Mauros, Arabes, Turcos, Hæreticos, illiusque omnes hostes propagaretur, dilataretur, ac restitueretur, Bonè Deus, enumerare cuperem, sed necesse esset Historiarum Christianarum ferè omnium libros transcribere, magnaq; volumina conficere, quæ nimis in longū producerentur. Aliquorum tamen exempla non prætercam, quæ mihi scribenti, aliudq; agenti se obtulerunt, vera illa quidem, & à fabulis aliena: hęc enim, aliaq; similia, & fabulosa quædam veluti portenta speculari nolui, in enarrandis nostrorum Catholicorum Regum
6 actibus: †quorundam scriptorum morem perosus, qui suorum Principum origines, & progressus scripturi, quædam simulata præstigia, & coniectiones interposuerunt, quibus moti lectores, etiam illorum veritatem nauseati sunt, cum indignas illorum Principum simulationes, moliti sint.

Sisebutus, ante omnes, mihi se offert, Gotho-
7 rum, Suenonum, ac Hispanorum† Rex, qui fuit Anno D.N. Iesu Christi. 616. cuius insignis ea in Ecclesiam Romanam, & Christi fidem pietas patuit, quòd vi, præcibusque, Nonaginta
8 Iudæorum millia, sacro† Baptismatis lauacro insignitos, Christianæ fidei aggregauit. & Acephalorum Hæresim in Hispalensi Concilio sustulit

sustulit in quo præclarissimus eiusdem Hispa-
lensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Sanctus Isido-
rus Doctor Egregius interfuit. Alias etiã præ-
claras victorias contra Africanos, & Mauros,
& fidei Christianæ hostes, reportauit. vt te-
stantur Roderic. Archiepisc. Toletan. Histor.
Hispanicar.lib.2.cap. 17. Alphonsus de Carta-
gena Episcopus Burgensis in Anacephaleosi
Regũ Hispanor.cap.31. Lucius Marineus Rer.
Hispanic.lib.6. circa finem. Io. Magnus Archi-
episc. Vpsalensis Histor.Gothor.lib.16.cap.14.
& Concilium Hispalense 2. cap.12.13.vbi dam
9 natur eorundem Acephalorum † Hæresis, qui
duas naturas in Christo negabant, & diuinam
tantum modo ei tribuebant,& illam fuisse pas-
sam: & eius opinionis etiam narratur ibi qui-
dam Episcopus Syrus, qui repræhenditur, &
damnatur,eiusq; conuersionis Historia descri-
bitur. Hanc Hæresim damnauit Gelasius Papa,
dum scripsit contra Nestorium. Boetius in lib.
de Duabus naturis.Io.Damascenus de fide or-
todox.lib.3.per plura capita. Alphõsus de Ca-
stro contra hæreses titul. de Christo. Hæresi.4.
Aurelius Prudentius in Apotheosi. Paul.Gry-
sald.Decis.Catholicar.§. Christus.nu.16. Nice-
phorus Histor.Ecclesiast.lib... cap.14. Damia-
nus Rosc.de agnoscẽdis Heresibus.§.Christus.
nu.18.& de sectis Hæreticor.tit. de Acephalis.
Secundò se loco offert Cindasuindus Rex,
10 cuius erga Prælatos, & Ecclesiæ Pastores† Ze-
lus,& erga Ecclesiam Catholicam Amor,faciũt
ipsum perenni laude celebrandum. Prælatos
enim prouentibus,priuilegijs,ac maxima liber
tate honestauit, præcedentiarum dissensiones
composuit,septimumq; Toletanum Cõcilium,
ad eiusdem Ecclesiæ cultum, necessitatemque
procurauit. Hic etiam tanta spe bonorum ope
rum,ac fide ductus, vt eodem Concilio proban
11 te, pro habendis Moralium † libris Diui Gre-
12 gorij, Taionem Cæsaraugustanum † Episco-
pum,virum,& vitæ sanctitate,& litterarum pe-
ritia clarum, ac præstantem Romæ ad Sũmum
Pontificem destinauerit, qui rogans Summum
Pontificem, quasi res esset inuentu difficilis,in
Bibliothecę Apostolicæ Armario in dies à Pon
tifice verbis detinebatur. Videns autem Taio,
13 suo itinere,ac Regis desiderio frustrari,†ora-
tionis viã elegit, & in Basilica Principis Apo-
stolorum,conniuentibus ostiarijs pernoctauit,
lamentationes plurimas, lachrymis mixtas ef-
fundens,ibidemq; persistens, circa mediæ no-
ctis silẽtia, vidit Ecclesiam luminibus illustra-
tam, illamq; sanctorum psallẽtium voce,agmi-
nibus plenã. Territus visione Episcopus, quasi
examinis iacens,ex illis,oratione facta,duo,al
bis vestibus induti ad eum accesserũt, & quasi
tam longi itineris causam nescientes, q̃rebant:
quibus,vt par erat,respõdit.Quæsiuit post mo-
dum, quæ caterua illa, illeq; Comitatus esset,
quiq; illi duo Principes viri.At illi dixerũt,Pe
trus, & Paulus,alij vero illorũ successores, qui
in ista Basilica requiescunt:Vnusq; illorum di-
xit,& ego sum Gregorius,cuius libros q̃suisti,
& pro eis tãtopere laborasti: dixitq; locum in
armario,in quo reperiebantur,ibiq; inueniret.
Procumbens Episcopus,vt illis reuerentiã ex-
hiberet,illi euanuerunt, mirantibus Taione,&
Ostiarijs.Manè demum narrata Pontifici visio-
ne,libri in loco inuenti sunt,& à Pontifice tra-
diti,& in Hispanias ad Regem delati. vt refert
Archiepiscopus Toletan. lib.2.cap.20. Io.Ma-
14 gnus lib. 16.cap. 20. Bamba quoq; † Rex erga
Arabes Christianæ fidei hostes ita se gessit, vt
ducentas septuaginta illorum naues, cum ho-
minibus incendio consumpserit, vt sunt testes
Rodericus vbi supra.lib,3.cap.1.Alphonsus de
Cartagena in Anacephaleosi. cap. 39. Archi-
episcop.Vpsalensis. lib.16.cap.22.Sic Pelagius
15 Fauillæ Cantabriæ Ducis filius,†qui Asturum,
& Legionis Regnum quæsiuit, viginti millia
Arabes interfecit, aliosq; turbauit,& Alchmã
eorum Principem occidit. Archiepiscop. To-
letan. lib.4. cap. 1. Cum pluribus seq. Episco-
pus Burgensis in Anacephaleosi.cap.45.& Epi
scopus Gerundẽsis Paralipomenon Hispaniæ
lib.3. c. vlt. Sed centum viginti millia Mauros
occisos scribit Ferdi.Perez de Gusman.Histor.
lib.1,tit.6.c.9. Alphonsus etiam Pelagij gener,
16 dictus†Catholicus,Galleciam,aliasq; prouin-
cias à Sarracenis eripuit. Roderic.Toleta.li.4.
cap.5.Alphonsus de Cartagen. c. 47. Illorum-
que millia quinquaginta occidit. Lucius Ma-
rineus. Histor. Hispanic. lib. 7. Circa princip.
Alphonsus alter cognomento Castus, Arabum
17 † septuaginta millia prostrauit, occiso etiam
Mugay illorum Duce, Asturiam tranquillam
reddidit.Toletan. vbi supra. lib.4. cap.8.Bur-
gens. cap.53. Huic Regi Ouetensem Ecclesiam
18 reparanti, ac reædificanti, per† Angelum mi-
raculosè fuit Crux asportata, quæ inter illius
Ecclesiæ reliquias, magna cum deuotione, ac
veneratione, asseruatur. Toletan.lib. 4. cap.9.
Marineus lib. 5. in fin. & lib. 7. Hunc Regem
19 deuicisse Carolum † Magnum, & Rolandum,
(quem vulgus Orlandum appellat) aliosque
Galliæ pares. Quamquàm Paulus Aemilius in
eodem Carolo Magno,dixerit hũc Adelphon-
sum à Gallis militibus à Carolo Magno missis
adiutũ;& idcirco victoriam reportasse. Sed tñ
rem aliter se habere scripsere nonnulli: nempè
quòd cum hic Alphonsus filios non haberet,
Carolum Magnum secretò dicitur inuitasse ad
obtinẽdam Hispaniam,ratus, ac desiderio mo-
tus, vt subditorum beneficio prouideret,& in
futurum eisdem Principem illum Gloriosum
in Dominũ relinqueret: Istud autem cõsilium,
Hispaniarum Principes, Magnatesq; minimè
probasse,& inde, coactum Regem legationem
reuocare:Proinde ira percitum Carolum, &
Galliæ Principes exercitum Magnum duxisse,

& alterum itidem ab Alphonso, & Magnatibus paratum, & in Valle Hospita appellata, Præliatum, & ibi Carolum, suosq; victos fuisse, & maximam Gallis stragem illatam, indeque Caroli Vallem appellatam, quam Rõcisuallem dicunt. quod veridicè scripserunt Rodericus. Archiepiscop. Toletan. lib. 4. cap. 10. Cum duobus sequentibus. Alphõsus de Carragena. c. 53. Cælius Augustinus Curio Histor. Sarracenicæ. lib. 2. & Adelphonsum virtute sua victoriam reportasse scribit Ado Viennensis. Chronicorum Ætate 6. Ramirus, (quem Ranymirum alij
20 vocant) Veremundi † Regis filius, in Regno post Alphonsum Castum, in extremis laborantem, & id præcipientem, in Regem assumptus, Northmannorum gentem tunc Paganam, & crudelem, quæ ad Pharum Galleciæ applicuerat, repulit, succensis septuaginta illorum Nauibus. Similiter Magnum hic prælium in Campestribus apud Calagurram cũ Arabibus egit: cumq; ob Arabum multitudinem dubitaret, nocte illi Sanctus Iacobus Apostolus apparẽs, confortans eum monuit, vt sequenti die ad bellum procederet, ex quo esset victoriam reportaturus. Manè procedens, visionem dixit Episcopis, & Magnatibus. Illi Deo prius gratias agentes, ad pugnam, Beatissimi Apostoli oraculo roborati processerunt, & cõserto cum eis acerrimo bello, cæsis Arabum septuaginta millia, victoriam obtinuit: visusq; in bello vexillum baiulans Diuus Iacobus, equo insedens Albo: & pro obtentæ victoriæ voto, eius Ecclesiæ pro quolibet Bouum, vel iumentorum iugero, quandam frumenti quantitatem permisit, etiam num multis soluentibus in Hispania obseruatam. Hinc in bellis consueuerunt Hispani, Deum inuocare, & Diuum Iacobum, vt sunt rerum harum Authores Rodericus, Alphonsus, Marineus, & alij in locis allegatis.
21 Ordonius etiam† Ranyri filius, Muzam Cordubæ Regem, cũ duodecim millibus Arabum eius militum trucidauit, ac plębem numero maiorem, ac donaria eidem Muzæ missa à Carolo Galliæ Rege, vt cum Hispanis confereret, idem Rex Gloriosus, suiq; milites habuerunt, illaq; obtinuerunt. Idem Rex Ordonius alios Reges Arabes, Zeyt Regem Cantiæ, & Muzerez Regem Salmanticæ, vicit, multis cæsis, & eorum plæbe, ac vulgo, cum vxoribus vẽditioni expositis. vt ijdem Historici retulerunt. Alphõsus præterea Tertius Ordonij Regis filius,
22 †cognomento Magnus, ob eius magna facinora sic appellatus, totum Portugalliæ, siue Lusitaniæ Regnum Sarracenis ademit: Abhoalim Arabum Ducem captũ, pro prætio Aureorum centum millium libertati donauit. Thesauros à patre relictos Ecclesijs, & pauperibus erogauit, Ecclesiamq; Diui Iacobi, tunc terream, Quadratis lapidibus, & Columnis exornauit.
23 Ordonius Secundus† Alphõsi huius filius contra eosdẽ Arabes & Sarracenos plura belli exercuit, & semel tantum victus, de cætero omnes victorias reportauit. Eodem modo Veremun-
24 dus Secundus, †Ordonij Tertij filius, bello Almansorem Arabum Regem vicit. Ferdinandus
25 Sãctij Maioris filius, Aragonum, Nauarræ, †Castellæ, & Legionis Rex, Coimbram, ac Magnam Portugallię partẽ à Sarracenis eripuit. Hic bellicosissimus habitus est, & Coimbram diuturna obsidione oppugnatam, Sancto Iacobo, visibiliter, & miraculosè apparente, obtinuit. Al-
26 phonsus Sextus Ferdinandi filius, † Sarracenis pulsis, Toletum recuperauit. Sic & Alphonsus Septimus, Sanctij Tertij filius, & Alphonsi Sexti, ex Vracca gener, multa itidem oppida, eisdem Sarracenis eripuit. Alphonsus Nonus, dictus, bonus, qui cum Sarracenis prælio commisso, ducenta millia illorum interfecit. Ferdi-
27 nandus† quoq; tertius, Alphõsi, Legionis Regis filius, Cordubam, Hispalim, Giennam, totamq; Vãdaluziam recuperauit, & Sarracenos ex tota Hispania in Granatam compulit, vt sũt testes omnium iam dictorum prænominati Historici. & Io. Magnus Histor. Gothor. & Suen.
28 lib. 16. c. 27. Alphonsus etiam† Decimus Astronomus, Imperator electus, Murciam à Sarracenis eripuit. Sanctius Quartus Alphonsi Astro-
29 nomi filius, Tarifam. † Ferdinandus Sanctij Quarti filius, Gibaltarã, quæ dicebatur prius, Gibel Tarif, à Tarifo Arabe Duce, & Gibel mons, Arabibus dicitur. Alphonsus demum
30 †Vndecimus, Ferdinandi Regis filius, Reges Granatæ, & Benamarin vicit: Alcalam, & Algeziram, quam viginti tribus mensibus tenuerat
31 oppugnatã deuicit. Est autem Algezira, †quã Arabes Gefeir nominant, Latini vero Algiram, seu Algerium. Hæc Ciuitas est Maioricæ, & Minoricæ proxima, & Mesgana prius dicebatur, ab Afris condita, & ex familia Mesgana conditores illius fuerunt, cuius loci feracitatem, ac delitias plenè descripsit Leo Afer Historiarũ Africanar. lib. 4. Sic etiam Iacobus Fortunatus,
32 †Petri Secundi Aragonum Regis filius, sua virtute, Valentiam, Insulamq; Maioricam Sarracenis eripuit. Omittendo tamen antiquiores, no-
33 uissimè nobis occurrit Ferdinandus† Quintus Aragoniæ, atq; Siciliæ Rex, Ioannis I. Aragonũ Regis filius, Iustus cognominatus, hic Gra-
34 natæ Regnum Sarracenis, & Mauris† ademit, eosq; omnes sua virtute, & robore deleuit, & Hispania expulit; quam septingentos per annos circiter tenuerant: vnde ex hac virtute, & Gloria, quæ omnes quorumuis glorias superat, Catholici, voce publica, nomen validius in eo firmatum fuit. Hic etiam Regno Castellæ,
35 Nauarræ Regnum † adiecit, Pontifice concedente, eo quòd Ioannes Secundus Allebretus Rex, Gallorum Regem, contra Summum Pontificem, & illius Ecclesiam adiuuerat, qui diris execratus, Hæresis, siue Diuinæ Maiestatis reus

de-

declaratus fuerat, vt infra latius dicã.c.46.Hic
36 etiam Iudæos ex omni † Hispania eiecit. Hic
37 similiter in Africa suo Imperio adiecit † Me-
lillam, Oranum, Mersalcabir portum, Tabra-
cã,quę Bugia vocatur,& Tripolim,inter Afros
Regna,& Sceptra sua deducens. Hic etiam eo
potissimum laudandus, quia ad nouas Mundi
plagas, ac partes Christianã fidem primus in-
duxit; seminari, ac propagari curauit,dum in
38 anno Domini Nostri Iesu Christi 1492.†Chri-
stophorum Columbum Genuensem pro nouis
quærendis sedibus transmisit, & occidentales
Insulas Maris Oceani, quas nunc Noui Orbis
appellant,Magno Dei Optimi Maximi iudicio,
Spiritu sancto Duce, primus adinuenit,& Insu
larum Indiarum, Noui Orbis, & Maris Oceani
39 † Rex effectus est vt dicam infra dicto cap.46.
de huius Regis,ac viri Christophori Laudibus
40 plures† scripti sunt libri,præsertim ab Anton.
Nebrissensi,qui etiã de Bello Nauarriensi scri-
psit libros duos. de eodem Michael Ritius de
Regibus Hispanic.lib.3. in fin.Cęlius Augusti-
nius Histor. Sarracenic.lib.2. propè finem. Al-
bertus Crantius in Saxon.lib. 13.c.8. Bodin.de
Repub.lib.3.c.7.Thom. Facellus Rerũ Sicular.
Decade.2.lib.9.cap.11.Laurentius Valla lib.3.
Lucius Marineus de Reb.Hispanic.libr. 19.20.
& 21. Leo Afer. lib. 1. 3. 4. & 5. Consaluus de
Oiuiedo,& Io. Gomara in Histor. Noui orbis.
Hieronymus Benzonius Mediolan. in Histor.
eiusdem tit.lib.1.Petr.Messia in Sylua varię le
ction.par.5. ꝑ totũ. Marcus Guatius in Proęm.
Histor.Baptista Fulgos.lib.1.c.1. lib.6.cap.5.&
11.Honufrius Panuinius in Commentar. Impe
rij Roman.Ludou. Dulcis in Diario. sub 7.Ian.
Io.Magnus Histor.Gothor.& Suenon.lib. 16.c.
27.Marquardus Susannius de Iudæis.lib.1.c.7.
num.2. Nicolaus Monardes in Histor. Simpli-
cium Aromatum. lib. 1. in Procem. Paulus Io-
uius de viris illustribus bellicis. lib.4.

Hactenus de quorundam Hispanorum Re-
gum actibus, pro fidei Christianæ ampliatio-
ne,& propagatione pro nunc dictum sit: Nunc
alios antecessores Reges eiusdem Dominij Re
gis nostri, qui eandem normam tenuerunt, vt
fidem,quã semel in Sacro Baptismatis fonte su
sceperunt, non dereliquerunt solum, sed viuo
Marte pro ea propaganda, omnem,& bonorũ,
& personarum aleam susceperunt,enumerabo.

Et vt antiquiores alios omittamus, Maximũ
Christianæ fidei,& Ecclesiæ propugnaculum se
offert Robertus Guiscardus Northmannus,
41 Dux † Apuliæ,Calabriæ, & Siciliæ,qui eãdem
Siciliæ Insulam à Sarracenis habitatam,magna
42 ex parte ad Christi fidem† reduxit, & ob id
Dux Apuliæ,& Calabriæ,& Siciliæ Dominus à
Pontifice Romano effectus est. Insuper Grego-
rium Septimum Summum Romanum Pontifi-
cem, in Castro Adriani Opera Henrici Impe-
43 ratoris † obsessum,& carceratum, pristinæ li-
bertati restituit. Infinitas propemodum Eccle-
sias ædificauit,ac dotauit, præcipuè Ecclesiam
44 Archiepiscopalem Salernitanam prætiosis †la
pidibus,columnis,alijsq; ornamentis,maximo
sumptu erexit, & redditibus honestauit.Plati-
na in vita Gregorij Septimi. Facellus Histor.
Sicul.Decad.2.lib.7. c.1.Michael Ritius de Re-
gib. Siciliæ.lib.1.Pandolf. Collenucius.Histor.
Neap.lib.3.Baptista Fulgos.lib.4. c.2.Carol.Si-
gonius de Regno Italiæ.lib.9. Quo,& honore,
45 & gloria fulget Rogerius Roberti frater,† qui
modico militũ numero stipatus, maximã apud
Cyramum Siciliæ Sarracenorum cladem ope-
ratus est. In cuius exercitu miraculosè visus
est omnibus publicè, Eques quidam,vltra om-
nes præstanti forma, equo albo insedens, can-
46 dida † veste indutus, super quam rubea crux
conspiciebatur, aspectu lucidus, vt Sol,hastam
manu gerens, in cuius acumine plumea Crux
pendebat. Eius præsentia milites magna ere-
cti fiducia,ità vt omnes Sarracenos deleuerint.
Ex eo die cõfessus est Rogerius, Diuũ GEOR-
GIVM illum Equitem fuisse, cuius semper in
suis actibus fuerat studiosus,& ex manu Dei vi
ctoriã reportasse,testatus est.Vnde statim,inSa-
cræ scripturæ authoritatẽ prorupit, de qua Da
uid Psalm.117. Dextera Domini fecit virtutẽ;
Dextera Dñi exaltauit me. & de hinc his ver-
bis semper vsus est, in principio omnium Pri-
uilegiorum ab ipso emanatorum. Ob quam Vi
ctoriæ congratulationẽ,ad Alexandrum Secun
dum Summum Pontificẽ, misit quatuor Came-
47 los Sarracenorũ præda onustos:Hic etiã† Me-
litam Insulam,eisdem Sarracenis eripuit.Huic
Vrbanus Secundus Summus Pontifex, ac suis
successoribus, legati perpetui authoritatẽ con
cessit. sub data Salerni die 5.Iulij 1098. vt la-
tius dicam infra ca.53. & supradicti Historici
48 retulerunt.Hunc sequutus est Rogerius,†Ro-
berti filius,eisdem virtutibus ornatus, qui pri-
mus Regni Siciliæ titulo Regali insignitꝰ Prin-
cipatu Capuæ, & Ducatu Apuliæ ab Anacleto
Pontifice,ac Lucio Secundo, Cęlestino Secun-
do, & Eugenio Tertio Summis Pontificibus.
Hic instructa classe validissima, Lybiam cõtra
Sarracenos inuasit, ipsos depredauit, & Afri-
49 cam, quam† Elmagdia Arabes appellant,alia-
què loca occupauit. Ità vt Rex Tuneti formi-
dine ductus,Tributũ illi promiserit,& circiter
triginta annorum spacio,iugiter fuit solutum.
Hic itidem,vt Christianis Principibus opẽ fer-
ret,qui ad sacrum bellũ Hierosolimitanũ pro-
fecti fuerant, & ab Emanuele Secundo,Cõstan
tinopolitano Imperatore,qui ipsos in Palesti-
na agentes infestabat, bellum intulit solus, ità
50 vt Insulas †Corcyrensem, Eubœam,& Coryn-
thum, Thebas,Dyrracchium, aliasque complu
51 rimas,ei eripuit,Burgos Cõstantinopolis † in-
cendit, ipso Imperatore vidente, ac Ludoui-
52 cum † Franciæ Regem, quem Sarraceni captũ
por-

portabant, classe sua, de illis victoriam reportãdo, liberum fecit. vt dicunt Michael Ritius, & Thomas Facellus vbi supra. Leo Afer. lib. 5. & Ioan. Tilius in Chronicon Francorum. in Ludouico iuniore. Collenucius in Histor. Neapolit. lib. 3. Quamquàm opera Georgij Prætoris Rogerij Regis liberatum, scripserit Paul. Aemilius in eius vita. & Carolus Sigonius de Regno Italiæ lib. 15. Nullus tamen] alius scriptorum præfatorum, vel quispiam hoc dixit. verius tamen est, Rogerium in ea classe personaliter interfuisse; ad quid igitur commemorare conuenit, eos qui sunt in seruitio, vbi Dominus præcipiens exequitur? Quasi ægreferant Rogerium Regem, illud Christianæ pieeatis officium expleuisse, cogitantes idcirco maximas Principis illius glorias virtutum, è medio tollere, & debitam tanti Regis decori laudem, silentio obliterare. Quod, & si ab eius Prætore, ipso præsente factum esset, ab ipso factum, exequutumq; censebitur.

His postponendus minimè erit, animi inui-
53 ctissimi Princeps Boemundus, Rogerij iam†dicti frater maior, sed omnium illius ætatis maximus, cuius virtute, quæ nam vnq̃ cõspici maior, immò similis, aut considerari poterit, non video. Hic in succedendi iure Roberto Duci, patri, ad Dominij possessionem admittendus fuerat, tamen Rogerius frater nouissimus cum non permitteret, quia iuxta illud Ouidij lib. 1. Metamorphoseos.

Fratrum quoq; gratia rara est.

Cumq; acerrimi ad conferenda, conficiendaque insimul bella ex vtraq; parte classe instructa, paratissimi essent, punxit tamen vtrunque amor fraternus, sanguinisq; coniunctio, sed in Boemundo pietas alia Christiana, & pia gloria peruicit. Amor enim propagandi, ac dilatandi Christi Imperium, proq; illius Ecclesię exaltatione, & Regno adaugendo, quæsita, & quæ sua erant terrena contempsit, hoc solum inhiauit, vt Ecclesiæ Catholicæ pugil fieret, & pugnator, ac bellator acerrimus, terrena Ecclesiæ Christi Regna quærere intuitus, vt inde sibi æterna, & immarcessibilia quæreret. Accinctus
54 itaq; est bello sacro, cũ alijs Christianis†Principibus sociatus, pro Hierosolyma capienda. Electa itaq; Italorum militum manu ad viginti millium numerum ascendente, Altum parata classe petijt. Et dum Antiochiam (quæ in sa-
55 cra scriptura Reblata † appellatur) Ciuitatem Magnam, quadringẽtis sexaginta Turribus circundatam, magna corporis, animiq; virtute, & alacritate obsideret, magnaq; in dies virtutis, ac pietatis exempla ostenderet, quæ etiam ad Pyrrhum Antiochenũ Ciuem primarium peruenerĩt, vt & illum ad Principis dilectionem, atq; amorem pellicerẽt. Vnde is Pyrrhus, alijq; Ciues Boemundum Imperio vrbis Principem desiderantes, eidem post longam obsidionem, vrbem dederunt. Percussus demum idem Boemundus in oppugnatione Arcis, sagitta quadam in femore, aliquandiu in lecto iacuit languidus, saluti prouidere intendens, quando ex improuiso sentijt, recuperaturos Antiochiam, superuenire Corbanem Militiæ Regis Persarum Principem, & Sesandolum, Cassiani Regis Antiochiæ filium. Inde lecto surgens, quamquàm languens, & conualescens, cũ exercitu obuiam fit inimicis, illisq; pugnandi copiam faciẽs. Exercitus autem inimicus à monte, cui se continebat, dinelli nequaquàm volebat: Videns autem Boemundus ipsum, eiusque exercitum in magna rerum penuria, & egestate reperiri, decertare instituit, etiam loco eius exercitui satis incommodo, ac iniquo. Prælata igitur Lancea, qua Longinus Christi Domini
56 latum†transfixit, vti solemnissimo, & antesignano vexillo, in exercitum Barbarorum irrupit, illosq; licet acerrimè resistẽtes cęsit, & fu-
57 dit, ac ad numerum illorum, centum†millia occidit, in quorum Castris quindecim millia Camelos reperit, ac magnam rerum copiam, qua, omnis in exercitu Boemundi penuria cessauit: qua obtenta victoria, publicè Princeps, & Rex
58 Antiochiæ † acclamatus est. Hic post modum Pyrrachium obsedit, & Alexium Imperatorem Cõstantinopolitanum ab Asiatico in Christianos bello inferẽdo, auocauit, & in ea pacta induxit, vt Francis securum iter permitteret, vt etiam absq; maleficio, possent in Asiam transfretare: cum quo pace inita, Boemundus cum Classe sua, secũda vice, Christianorum animos recreauit. ità vt eius medio Balduinus Rex Hierusalem, obtinuerit Beritum Phœniciæ vrbem, Tyro Metropolitano obtemperantem,
59 sitam inter†Sydonem, & Biblum. Et post infinitas res optimè gestas, tanto viro dignas, pro Christiana Repub. perpessas, Antiochiæ moritur dignus perẽniori vita, licet meliorem quęsierit. Hæc, aliaque permulta pro ampliando, Christianæ Reipublicæ nomine hic Princeps optimus sustinuit. de quibus plenè scripserunt Robertus Monacus, Gulielmus Tyri Episcopus eiusdem sacri Belli scriptor Historicus. lib. 9. c. 11. Platina in Vrbano II. & in Paschale II. Michael Bucching. Histor. Ecclesiasticæ nouæ. in eodem Vrbano II. Collenucius Histor. Neapolit. lib. 3. Paulus Aemil. de Regib. Galliæ. in Philippo II. Michael Ritius de Regib. Sicil. lib. 1. Vuolfgangus Drechslerus in Chronicon Turcar. Augustin. Curio Historiæ Sarracenic. lib. 3. Facellus Rer. Siculár. Decad. 2. lib. 7. cap. 3. & è nostris Petrus Gregor. Sintag. iur. vniuers. lib. 15. c. 5. num. 5. vol. 2. Quod clarius explicarunt M. Anton. Sabellic. Flauius Blõdus, & Sebastianus Brand, ità vt sine Boemundo in illa expe-
60 ditione † nihil præclarè gestum fuerit, & cum ipso solo, plurima, vt concludit Albert. Crãtius in Noruegia. lib. 4. cap. 13. vbi dicit: Posse perstringi

ſtringi breuiter huius Principis geſta,ſed opus
eſſe integram,longamq; Hiſtoriã texere. Cum-
que eſſet Antiochiæ mortuus, corpus tamen in
Italia aſportatum eſt,& apud Canuſiũ in Apu-
lia ſepultum, in Eccleſia ſancti Sabini ab eiſ-
dem Northmannis Principibus ædificata, vbi
extra Eccleſiam in quodam angulo eſt erecta
quædam Capella Magna, ordine Orbiculari
ædificata, in altum ſe erigens, tribus circum-
quaque, aut quatuor Albarum columnarum
marmorearum ordinibus eleuata, ſe in altum
erigentibus, ſemper anguſtioribus: Intus verò
Sepulchrum illius adeſt, albis, ſed magnis la-
pidibus obſignatum. Ianuam habet Capella
ex Cupro,(quod æs Cyprium vocant) affabrè
elaboratam,& optimè obſeratam. Adeſt in Ec
cleſia pars reliquiarum Corporis ſancti Sabini
61 †Epiſcopi,& Confeſſoris,condita in loco Ec-
cleſiæ inferiori, ſub Altare quodã marmoreo,
ex cuius reliquijs,quas ter,aut quater venera-
tus ſum,maxima ſuauitas, nimiaq; odoris fra-
grantia exit. Hic enim aduerſus Anthemium
62 †Patriarcham Cõſtantinopolitanũ ſedis Apo-
ſtolicæ legatione perfunctus eſt, & ob ſenium
viuens caligatus eſt oculis,& demum ſanctiſſi-
mè Deo vitam reddidit, plurimis poſt vitam
miraculis conſpicuus. de quo Gregorius Dia-
log.lib.2.cap.15.lib.3.cap.5, & nouiſſimè anti-
quitatum diligentiſſimus ſcrutator Cæſar Ba-
ronius,nunc meritiſſimus Cardinalis.in Marty
rolog. ſub 9. Februarij. Cumque hanc ſanctiſ-
ſimam viſitaui Eccleſiam, itidem ſemper feci
in Regis Boemundi Capella, pro cuius anima
ſemper Dominũ rogaui. Ità potentes, & ama-
tæ ſunt Principum virtutes, vt poſt multa ſæcu
la,reuereantur, & magnificant. Dum hæc prælo
dantur, reliqua pars corporis, & reliquiarum
63 ſancti Sabini,†cũ ſeptem alijs ſanctorum cor-
poribus, reperta ſunt apud Ciuitatem Leſinẽ-
ſem in Monte Gargano Apuliæ, & aſportata
Neapoli in Eccleſia ſanctæ Mariæ Annunciatæ.
ſeruantur in Arculis, Argento, auroq; fulgen-
tibus, habita prius generali proceſſione, &
Lætanijs, quibus & ipſe interfui ad laudẽ Dei
omnipotentis. Hunc ſequutus eſt Tancredus
64 Boemũdi†Nepos,& Rogerij Regis filius,eiuſ-
dem Boemundi Principis virtutum æmulator
egregius,qui abſente in Italiã Boemundò,atq;
in Galliam pro ſuſceptione Conſtãtiæ vxoris,
Philippi Secundi, Galliarum Regis filiæ,in Ci-
uitate Antiochiæ locum eius ſuſtinuit: Laodi-
65 ceam hic à Cõſtantinopolitano†Imperio ade-
mit, vt dicunt Platina in Paſchale II.Crantius
vbi ſupra. & alij Hiſtoriarum ſcriptores. Sic &
66 Gulielmus Secũdus, Gulielmi Mali filius, †Si-
ciliæ Rex, qui bellum mouit aduerſus Ioſephũ
Marocci Regem ex Luntunorum familia, ip-
ſumq; vicit, filiamq; captiuam duxit,quã nec
vnquam reſtituit, donec non fuit ſibi reſtituta
Africa,quã Abdul Mumen Gulielmo Patri eri-
puerat. Dum etiã Tyri vrbs à Chriſtianis poſ-
ſeſſa, obſideretur à Saladino Sarracenorũ Re-
ge,ac obſeſſi grauiſsimè prẹmerentur,miſit hic
67 Claſſem quadraginta†Triremium, optimè in-
ſtructam ſub Margaritonni Siculi regimine,mi
litiæ maritimæ viri expertiſsimi, quorum ad-
uentu, Conradus Montisferrati Marchio,Tyri
gubernator,& Capitaneus lætitiam maximam
cœpit:ex cuius claſsis aduentu, Saladinus tur-
piſsimè ab obſidione diſceſsit. Idem Guliel-
mus Federico Secundo Ænobarbo Imperato-
ri, Philippo Regi Galliæ, Riccardo Regi An-
gliæ, ac Othoni Duci Burgundiæ, cum eorum
Claſsibus pro bello ſacro euntibus, maximas
commoditates in Regnis ſuis conceſsit:Maria
68 à Pyratis† ſecura reddidit; eorundemq; Prin-
cipum Claſsi,frumenta pro bello neceſſaria ex
Apulia,& Sicilia ſubminiſtrauit.Et cum quàm-
plures Eccleſias, ac Monaſteria ædificaſſet, &
diuitijs honeſtaſſet,præcipuè Abbatiam Mõtis
Regalis,in ſuæ ætatis flore,anno ſuæ vitæ trige
ſimo ſexto, acerba nimium morte ſublatus eſt.
Plura de illo ſcripſerunt Collenucius Hiſtor.
Neapolit.lib.3.Thom.Facellus Rerum Sicular.
Decade.2.lib.7. cap.5.& è noſtris Marin.Frec-
cia de ſubfeud. Baron. lib. 1. Tit. de Antiquo
ſtatu Regni. ſub nu. 26. Alphonſum præterea
69 † Ferdinandi primi Aragonum Regis, filium
proferam,qui in Inſulam Lotophagos in Afri-
ca traiecit (dicitur autem Inſula alio nomine
Geluium,ſiue Gerbis) cum exercitu, primiſq;
congreſsibus Bopherio Rege in acie occiſo,
victor redijt,illius exercitu victo.Contra Tur-
70 cas Hidruntinã† Ciuitatem recuperauit, alia-
que geſsit,de quibus plenè ſcribit Bartholom.
Facius de geſtis Alphonſi lib. 4. Leo Afer in
Hiſtor.African. lib. 5. Michael Ritius Regum
Siciliæ lib.4. Collenucius lib. 6. Ioan. Baptiſta
Carrapha lib.8. Baptiſta Fulgoſ. lib.3. cap.6.in
fin.Facellus Hiſtor.Sicul.Decad.2. lib.9.cap.9.
Quis autem huius inclitiſsimi Regis virtutes
enumeret? Quis earum vel mediocriter cumu-
lum facere poterit?vtinam vel ad medietatem
ſcriptores illas deſcripſerint, cuius acta ſcri-
pſit idem Facius, & Anton. Panorm. & idem
in Epiſtolis, & diximus etiam nos aliqua ad
Petr. Bellugam in Specul. Principum. in proœ-
mio in verb. Alphonſum. Ferdinandus Rex
71 hũc ſequutus eſt,eiuſq; virilis†animi vxor Eli
zabetha Regina.Hic ſuperato Alphonſo Rege,
qui Regni Caſtellæ partem occupauerat,recu-
peratoq; Regno Granatenſi à Mauris,& Sarra-
cenis,ipſis Hiſpania pulſis.Et in Africa (vt ſu-
pra diximus hoc eodem capite)obtenta Melil-
la,Orano, Buxia, & ſubacto Tripoli, Barbaros
pdomuit,vt Hiſtorici,quos ſupra allegauimus,
teſtãtur, & dicã infra c.46. de quo optimè ce-
cinit Petrus Crinitus Poematum lib. 2. dũ ait:

Olim tuetur te ſuperum Pater,
Sacroſque crines, caſſide Martia

Tecit

Fecit verendos, & triplici simul
Armauit Clypeo latus.
Pridem Cathenis subdita ferreis
Fortuna votis obsequitur tuis.
Idemque certis sidera motibus
Portendunt pænitus Tibi.
Virtute tantum conficies tua,
Quantum nec alter milite Maximo
Perfecit vnquam. Te populi optimè
Custodem fidei colunt.
Tu signa Mauris rapta minantibus
Ferrande Regum Victor, Hibericas
Refers ad vndas ihinc Mentis adest
Immortale decus tuis.
Per te nephanda frena libidinis
Iniecta quondam Sacrilegum genus;
Bethis, resumptis legibus, impiam
Euasit veterem luem.
Et vera sensim Numine cęlitum
Iam ritè discens, constituit Pari
Nexu reuinci iustitiam, & fidem
Constantique animo tenet.
Te vidit Atrox, fulmina Cantaber
Torquentem, & ictu Mœnia Barbara
Confracta gentis, nam tibi pro sacris,
Pugnanti superi fauent.
Per te surgit Gens Aragonia
Tu solus aucta per numeros suos
Virtute Princeps, in superas plagas
Ascensum facilem paras.
Vnus superstas maximè Principum
Vindex futurus, numine, qui tuo
Christi cadentem militiam Regas,
Et pacem Italia feras.
Maiora virtus auspicijs tuis
Molitur ò Rex inclyte; nam tibi
Nil delegatum, sic pietas meret,
Et tantum fidei Decus.
Tu perge fœlix, quo superi vocant,
Ferrande, & olim rapta fauentibus
Tot signa Fatis, dent animos tibi
Formandi Patrios Deos.

Carolum Quintum Imperatorem subijciam, cuius, in fouenda, tuenda, propaganda, ac di-
72 laranda †Christiana Fide, & Pietate, industriã, animũq;, & actus exhibitos, si describere vellem, in medio deficerem: Superant enim gestæ res innumerabiles omnem dicendi artem, superant scriptoris cuiuslibet ingeniũ: vana essent dicentium eloquia, orator quilibet summa dicendi industria clarus, deficerer. Vnde summa tantum quædam rerum capita tangam, quibus appareat, quantum omnes ante ipsum Principes sit egressus. Se illud imprimis offert, quòd cum Martinus Lutherus suarum Hæresum in Christianam Rempublicam ex ore Diaboli congeriem seminasset, illas, animi, corporisq; viribus, ipsasq; omni ope extinguere procurauit. Hic enim anno secundo, ex quo fuit Imperator creatus, in anno Domini 1521. in Vuorma Germaniæ Ciuitate apud Vangiones, Dietam congregauit, in qua Principes, & Imperij ordines conuenerunt, apud quos ità loquutũ fuisse scripsere omnes. Minimè vos ignorare arbitror, Principes, me à Christianissimis
73 †Imperatoribus Germaniæ, à Catholicis Regibus Hispanis, ab Archiducibus Austriæ, & à Ducibus Burgundiæ originem trahere, qui ab ipsis etiam incunabulis, ac primis pueritiæ annis, Ecclesiæ Romanæ obsequentissimi extitere, inq; illius fide ad mortem vsq; perstiterunt, semperq; Catholicæ fidei, sacrorum Rituum, Decretorum, ordinationum, ad honorem Dei, fidei incrementum, & animarum salutem, defensores, atq; protectores extiterunt. Hinc factum est, vt illis vitæ terminos transgressis, naturæ quodam ordine, ac veluti hæreditario iure reliquerint obseruationes illas, nobis pro futuras in dies, vt illorum vestigia imitantes, ac ipsorum exemplis permoti, veras vitæ vias lustrando, fœlicissimæ, morti, finiq; appropinquaremus. Quemadmodum itaque Principes illi seruarunt, & bonorum Principum gloriam, ac finem optimum sunt consequuti: sic nos illorum successores facere decreuimus, vt benè acta vita, Deo benignum spiritũ reddere possimus. Ad hũc igitur finem isthac peruenimus, vt quę nostri prædecessores ad hunc vsq; diem obseruarunt, eorundem nos defensores ac protectores efficiamur, quod huc vsq;, Deo iuuante, obseruauimus, ac exequuti fuimus. Illudq; non nouũ aliquod est, vel inauditum, sed quod hactenus in Cõstantiensi, & in alijs sacris Concilijs conclusum fuerat, diffinitum est. Verum quia, notum est, hunc Lutherum, sua ipsius opinione deceptum, totius Christianæ Reipublicę intellectus, ac iudicia, inuoluere, turbare, & contendere, illa, quę Christianorum hominum longo vsu, comprobata fuere, auferendo: Sua autem opinio, si vera esset, Rempublicam Christianam, tot Summos Pontifices, tot sanctos Ecclesię Doctores, totum deniq; Catholicum, & Christianum orbem erroneè ad hũc diem vsq; vixisse, nos in falsam credulitatem dedocere credit? Quod quàm sit omni humano intellectui, omniq; veritati contrarium, vos ipsi Principes, prędecessoresq; vestri, omnesq; alij viri graues dijudicent. Firmissimè itaq; decreui, Regna mea potius, Imperium, Potẽtatus, Amicos, corpus, sanguinem, vitã, spiritumq; meum effundere, omniq; periculo exponere, quàm vt patiar, tam infaustum, pessimum, infœlicissimumque principium, vlterius progrediatur. Illud memoria repetens, maximo mihi dedecori fore, nec mihi ipsi tantum, sed vobis, genti Germanicę, tam optimè semper celebratę, quod Summorum Pontificum, sanctę Romanę Ecclesię priuilegijs, ac diplomatibus abundè pateat, iustitię assertores, & fidei Christianę pro-

protectores, & propugnatores, & dici, & appellari. Quod summæ authoritatis, ac decoris non modici vobis est. Vndè nostris téporibus, non hæreses solum, sed errorum quorumlibet suspicio, aut quicquid modicũ id fuerit, quod Christianam Religionem quoquomodo debilitaret, ferendum non est. Quod si in Christianorum aliquorum cordibus, venenum aliquod caderet, & radices ibidem fieri sinamus, totisque viribus nostris illud minimè propellẽtes, Deum omnipotentem prius offenderemus, & maximo id nobis à successoribus probro daretur, ac infami vitio labefactaremur; quòd permisissemus actum omni prorsus vituperatione dignum. Cum igitur externa die in Conuentu vestro obstinatam, induratamq; Lutheri respõsionem audiuissemus, meis his verbis vos certissimos reddo, me grauissimè, & ægerrimè angi, quòd tam diù contra illum, eiusque falsissimam Doctrinam, inquisitionem facere distulerim. Ideoq; illum de cætero numquàm me amplius auditurum polliceor, & propterea illum extra Curiam iuxta formam securitatis reddu ci præcipio, seruatis cõditionibus omnibus in illa cõtentis, omittanturq; suæ prædicationes, & scripta, omnisq; mouendæ seditionis in populos tollatur occasio. Contra ipsum verò ijs medijs procedere constituo, quibus contra asserentes manifestas hæreses, iura decreuerunt. Vos itaq; tamquam optimos, fidelesq; Christianæ fidei assertores, voco, vt idẽ, pro ut vestrum fert officiũ, dignitasq; Christiana, faciatis, pro vestra, vt tenemini dignitate, atq; authoritate.

Hoc fuit Adolescentis Imperatoris in causa fidei exactissimum, probatissimumque iudicium, nulli Christianorũ Imperatorum Secundum. Optimum, maioris superueniẽtis ætatis, incorruptæ fidei, Christianæq; pietatis, & charitatis argumentum. Vnde in primis illi se obtulerunt bella Belgica, Frisica, & Artesiaca, illata authore Carolo ab Egmunda Sicambrorum Duce, qui & si Frisiorum, & Gallorũ opera vteretur, ab eodem tamen Imperatore victi fuere. Eundem finem habuit popularium bellum, quòd Rusticorum appellant, in Germania ortum, ex immutata per Lutherum Religione, quo in bello, cum bis pugnatum fuisset intra quadraginta dies, centum quadraginta millia hominum ab eiusdem Cæsaris Ducibus, militibusque cęsa fuere, quod & luctui Cæsari fuit ob subditorum internitionem, & gaudio, quia pœnas violatæ Religionis sustinuissent. Hic etiam adhuc iuuenis Marranos, quasdam Saracenorum reliquias, à Regnis Hispaniç expulit, & circiter quadraginta millia Barbarorum occidit. Solimannm etiam Turcarum Principem, qui Viẽnam Austriæ vrbem Metropolim, quam cum trecentis millibus hominum obsederat, iunctis suis copijs, cum illis Ferdinandi Regis fratris, magna clade suis illata, Constantinopolim reuerti coegit. Secunda vice, cum idem Solimanus, tertiò post anno ad Viennæ obsidionem, Austriæ, & Germaniæ internitionem duplo maiores copias adduxisset; cum de totali Germaniæ alea, statuq; ageretur; Cæsar ex Belgica cum exercitu progressus, eo modo operam suam nauauit, vt cũ tertio minori militum numero, Bellum Principi Barbaro obtulisset, detrectauit ille congressum, & ad sua Regna, nõ sine maxima suorũ Clade rediens, Austriã, Germaniãq; reliquit: vnde nõ apud Christianos Principes solum, sed nationes gẽtiles, Barbarasque, Conseruatoris Germaniç nunc sibi Gloriosissimum nomen quæsiuit. Quam gloriam continuare intendens, vt maiori Turcas, illorumque Principem formidine percuteret, Andrea Auria Melphiensi Principe Duce, Maritimarum rerum singularissimo, & expertissimo viro, Patras, Methonem (in qua olim sagitta emissa, oculum amisit Philippus Alexandri Macedonis pater) & Coronem apud Græcos Peloponensiacos in Sinu Messenico, vrbes cæpit, ibiq; Cæsariana Trophea erecta sunt, Turcicis eiectis. Hinc Græci liberatorem suum, Cęsarem Carolum appellauere, & publicè pro eius Monarchia, & Imperio ad Christum Dominum vota persoluerunt. In Germania demũ Citeriori, cum Anabaptistarum hæreticorum secta, authore Ioanne Leydano Sartore Hollando, surrexisset, vrbemque Monasteriensem in Vuestphalia præsidij loco, hæretici tenerent; Tandem Imperatoris iussu, Episcopo, Vrbem oppugnãte, obsessis ad extremum miseriarum adductis, capta est vrbs, & Leydanus Rex, grauissimas suæ temeritatis, sed tãto facinori modicas, pœnas perpessus est, forcipibus ignitis laceratus, lancea transfixus, ad furcarum in alto loco suspendium positus est. Non minori etiam gloria Carolus Cæsar post modum Carthaginense bellum instituit, instructa etenim Classe tercentum quinquaginta nauium Hispania Africam nauigauit, ibiq; Tunetum Lybiæ, ac Numidarum Regiam cœpit, Golleta Arce sibi recẽta, Muleassem Regem illis dedit, quem Aenobarbus, (Barbarossam vocant) prius expulerat: quem sibi vectigalem, & beneficiarium fecit. Aenobarbus autẽ pugnandi vim quandam alacritatis ostentãdo, terrorem Cæsari incurere credens, ibi cum bis centum millibus peditum, & sex decim millibus Equitum, pugnæ se offerens, tãdem propulsus est, & aufugere coactus. Illoque die Imperator viginti vnũ millia Christianos, qui tamq̃ serui Barbarorum viuculis detinebantur, ex captiuis liberos fecit: vnde ab omni Christiana Republica, Tertius Africanus † est appellatus. Eodẽ etiam modo apud Epirum, & Corfinium, resistentiam fecit contra eundem Solymanum Turcarum Dominum, qui sociatus cum Aiace, & Mustapha Basſà, alijsq; bellici Consilij Ducibus, ac Aenobarbo, Lutci

Basſà,

Bassa, & Ionisbeco, magna illorum clade recepta, fugauit eum, vt cum dedecore discedere coactus fuerit. Sequēti anno apud Dalmatas, Castrum nouum, cum duabus munitissimis ar
75 cibus, Andrea† Auria. & Ferdinando Gonzaga Ducibus, maxima Turcis clade illata, sub Cæsaris Imperio venit. In Anno demum 1541. Maxima classe instructa, Mauritaniam Imperator petijt, Algeriam, siue Algeziram, Gesear Arabibus dictam, recuperaturus; quam prius ceperat Alphonsus Vndecimus, vt supra diximus, hoc eodem capite; quo in loco, cum ventis potius, ac Tempestatibus, Terra, Marique pugnatū fuit, itá vt Imperator, videns, timésq; aliquam Dei Optimi Maximi iram, piè, sanctèque lustratione suum animum expiauit, Deo se reconcilians, sumpta sacra sinaxi: & cum in accliui, ac salebroso loco, cum Turcis, Maurisq; semel, iterumq; manus conseruisset (inspiciebat autem ventos, pluuiasque contrarias) milites, vt naues ascenderent, iussit, & Bugiam petijt, & inde Hispanias contendit; dicens verba aurea Christiano Imperatore digna: Malle ipsum, Christianum vnum seruare, quàm mille Mauros, Turcos, Pęnosq; occidere. Quia si gloriosum est Duci, & patriæ plurimos hostium peruicisse, quantò magis lætum patriæ, & Ducibus beatum potest videri, suorum vel nullos, vel paucissimos perdidisse? vt inquit Eutrop. lib. 4. cap. 1. Illud Periclis Atheniensis imitan-
76 do, quem morti proximum, amici cum† de victorijs, & eloquentia collaudarent, ille apertis oculis, loqui nixus: Desinant, inquit, mirari victoriam, & eloquentiam; quia illas Fortuna, prout suas sibi vendicabat: sed quòd efferrent laudibus, quòd cum longo tempore Athenas vixisset, nemo ipsius causa lugubrem vestem vnquàm induerat. voluit Baptista Fulgos. lib. 5. vnde Imperator Diuinæ potius voluntati parere voluit, quæ tunc temporis, non permittebat, vt de hoc triumpharet, se ipsum vincēdo. vnde obsequētissimi illius milites, hoc dicterio vsi sunt.

Alibi Carolus Agmina.
Argiræ sese, & aera,
Et Maria vicit omnia.

Hæc summatim, ac breuissimè dicta sint de actibus Caroli Cæsaris, tum erga Turcas, Paganos, ac fidei Christianæ hostes, tum etiam cōtra Hæreticos, fidei hostes peiores, tāquàm familiares.

Vnum omnium facinus commemorabo, in quo Carolus Cæsar omnes mundi Reges excel
77 lit. quo Nouum†orbem Carolinum, ab eius nomine appellatum in extremis orbis partibus quæ sunt in Mexico, ac Peruaco. In Ciuitatem verò Mexicanam, in anno Domini Nostri Iesu Christi 1524. vti Vicarius Papę Clementis VII. ab eodem Imperatore, missus fuit, Frater Martinus de Valentia, alijs Monachis sociatus, & ab eo prædicatum extitit prima vice sacrosanctum Iesu Christi Euangelium, cum maximo fidei Christianæ incremento, & cum illis, qui fi-
78 dem Christianam adepti sunt. Synodus† in eadem Ciuitate facta est, Præsidente eodem fratre Martino, eiusdem Papæ Vicario, in qua inter cætera statutum extitit: vt abiectis eorum ritibus, ritus sanctæ, atq; Apostolicæ Ecclesiæ Romanæ amplecterentur, vnamq; tantum vxorem retinerent, ex veteribus, quas habebant, quam vellent: & more Christiano sublata fuerunt Idola à templis, posita Cruce, & Beatæ Mariæ Virginis imagine. Tantoque ardore, fideiq; feruore capta, & amplexa est Euangelij pdicatio, vt in solo Regno Mexicano, septem hominum milliones (immo alij dicūt quatuordecim) sacrum Baptismatis sacramentum suscepisse perhibeant: In decem & octo prælijs, decem & octo Reges subactos fuisse commemorant in Regno Mexicano sub Ferdinando Cortesio, in Regno Peruaco sub Francisco Pizzarro. Ciuitatem Mexicanam esse centum, & viginti millia domorū: municipia verò illi contigua, & vicina, septem, quindecim, viginti, triginta, quadraginta, sexaginta, septuaginta millia domorum esse testantur. Fuit deuictus ibi Abatalibà, vltimus Rex, siue potius Imperator, cum multos fuisse Reges haberet. Sunt ibidem constituti Prælati Ecclesiastici, Archiepiscopus sancti Dominici, qui habet sex Episcopos suffraganeos, Cubensem, Boriquensem, Honduranum, Panamanum, Carthagenam, & siue Martæ. Archiepiscopus Mexicanus, cui subsunt, septem Episcopi, Xaliscomus, Mechauacanus, Guaxaca, Tascala, Guatimala, Chiapa, & Nicaragua. Archiepiscopus Peruacanus, cui subsunt Episcopi Cusconus, Quitonus, Charcas, & alij. Duo sunt ibi Gubernatores, siue Proreges, Regis Locumtenentes, vnus in Meridionali, ac locis mediterraneis, & habitat in Regia Ciuitate Peruaci. Alter in Mari Septentrionali, & eius littoribus, locis, ac prouincijs Mediterraneis, & habitat in Mexico. Gubernatores inferiores, siue Proconsules plurimi, vt in Boriqueno, Panama, Carthagena, & Venezuela. Sunt præterea Adelātadi, Præsides Prouinciarum. Sunt, & Alcaldi ordinarij, qui sunt Vrbium Prætores. Et sunt Consulares Prouinciæ, in maioribus Ciuitatibus habitantes, quos Corregidores appellāt, quorum electio, & designatio pertinet ad duos Proreges in suis Regnis, seu mauis Imperijs. Perstrinxisse sufficiat, quàm breuissimè verborum apparatu, & tam angusta scribendi formula, acta vnius Imperatoris, tam egregij, Maximi, & Optimi, & de Republica Christiana, & Ecclesia Romana, tā optimè meriti, vt ante eum nullus id præstiterit: & qui post eum fuerit suarum virtutum æmulator, sola eius vestigia, & exempla imitando, ingentem, & indicibilem sibi gloriam comparabit.

ſabit. Hæc omnia longiori ſtilo exarauit Paulus Iouius in Hiſtorijs. Ioan. Franciſc. Guicciardinus. lib. 13. 14. 15. 16. Ludouicus Dulcis, Poſt Alphonſum Vlloam, & Petrum Meſſiam in eius vita. Idem Meſsia in Sylua variæ lection. parte vltim. Io. Godous de Bello Germanico. Ioannes Seruilius de coniuratione Gheldrenſium. Germanographus. lib. 2. Patres Societatis Ieſu Alexander Valignanus, Odoardus de Sande in eorum Epiſtolis. Hieronym. Benzonius in Hiſtor. noui orbis. Petrus Martir de nouo orbe. Decade. 2. lib. 6. Lopez de India occident. Ioannes de Barros decade 1. lib. 2. c. 25. pluſq̃ alius Gulielmus Zenocar. de Repub. Carol. Fontenus de Hiſtor. Catholic. lib. 2. & per totum. Lucius Marinęus Hiſtor. Hiſp. lib. 21. in fin. Franciſc. Robortellus in eius Orat. funebri. Io. Laurent. Anania in Fabric. Mundi tract. 4. Galeatius Capella in Hiſtor. Mediolanẽſi. Lancellot. Conradus in Tẽplo iudic. Reſtaur. Caſtald. de Imperat. in pluribus quæſt. Ianus Peluſius in Cõcione ꝓ inſula Melita ad proceres Chriſtianos. Io. Baptiſta Ferret. in cõſ. 32. n. 32.

Nunc, vt ad calcem perueniam, de Philippo Auſtrio, Caroli Cæſaris filio, Rege Catholico dicendum ſupereſt, in cuius actibus explicandis, meſſis quidem magna eſt, latiſſimus etiam cãpus, meſſores autem inualidi, ac imbecilles. Nec vires meas ſufficere arbitror, ſi minimam officiorum omniũ, quæ pro Eccleſia Catholica Romana, eiuſq; tranquilliſſimo ſtatu manutenendo, pro fide Chriſtiana, non modo tuenda, ſed ad nouiſſimas orbis incogniti partes deducenda, exhibuerit. Aliqua tñ ſũmis digitis tangã, quo eius Catholiciſsimus zelus appareat.

79 Non enim tanti Regis† actiones lęqui periculo ſcribi queũt, qñ ſolemnis Hiſtoria exigitur. Vt igitur oſtenderet Philippus Rex Catholicus, nõ ſibi, ac ſuis, ſed populis, ſed Chriſtianæ Reipublicæ inuigilare, illiuſq; pacem, & tranquillitatem omnibus neruis procurare. Primum, ne Turcarum immaniſsimus Princeps, qui quotidiano in Rẽpublicam Chriſtianam, inuidiæ, ac Tyrannidis liuore angebatur, fieret ſuæ voluntatis compos, expeditionem munitiſsimã claſſis maritimæ miſit ad expugnandã arcem Pinnonis de Velez, quam tã diù obſeſſam tenuit, donec illam obtinuit, ac expugnauit, non ſine multorum ſuorum militũ, & Turcarum Clade. In Anno poſtea 1565. Idem Solymanus Turcarum Imperator, tum Chriſtianæ fidei, tum peculiari odio, quo milites Hieroſolymitanos S. Io. Baptiſtæ, proſequebatur, quemadmodum illos in anno 1522. Ab Inſula Rhodienſi, fugauerat, ſic ad interiora Chriſtianitatis Regna penetrare intẽdens, apparatu maximo ad Melitem Inſulam, eiſdẽ militibus in eodem anno 1522. à Carolo Cæſare conceſſam, cum ingentiſsima claſſe miſit, vt inde etiam illos fugaret, poſt igitur validiſsimam à mẽſe Maio, ad menſem Septembris oppugnationem, quam excellentiſsimi milites, ac ciues fortiter ſuſtinuerũt, cum tamen eſſent in maximum rerum omnium diſcrimen redacti, ob perpeſſos continuatos labores: Rex ipſe apparatu maritimo benè inſtructo, ac victualibus onuſto, Inſulæ claſſem auxiliarem miſit, quibus adeo conſternati fuere Turcarum, ac aliorum ſociorum animi, vt nullo confecto negotio amiſsis ex illorum exercitu circiter viginti ſex millibus hominũ, Cõnſtãtinopolim turpiter rediere. Turcarum itaq; Dominus ira percitus, quam cum non poſſet in Regem noſtrum euomere, in Maximilianum Auſtrium Imperatorem, Regis patruelem, in Vngariam exercitum direxit: cui Rex copias etiã & ſuppetias miſit, & quamuis, omnẽ aleam Solymanus operatus eſſet, duas Arces tantum cępit Iuliam, & Zighet, cum cęde viginti quinque milliũ hominum, & Solymani morte notabili; licet in expugnatione Zighet honeſtiſsima

80 morte perijſſet Nicolaus † Sdrinus Comes Arcis Gubernator, qui in eadem oppugnatione fortiſsimi, ac ſtrenuiſsimi Ducis memoriã ſempiternam reliquit. Eodem ferè tempore in Gallia, Hæretici, fideiq; Chriſtianæ rebelles in eorum Regem Carolum nonũ, Ludouico Borbonio Duce Condæo authore, bella mouent, & in ipſum Dominum coniurant: cui tum ob ſanguinis coniunctionẽ, tum ob publicam vtilitatem, & Catholicæ fidei defenſionem, magnam pecuniæ quãtitatem Rex, & Armatam militum manum præſtitit. Sequuta ſunt poſt modum bella Belgica, ſeu Flãdrica, quibus ſemper Catholicus Rex, charitate, & amore, quæſiuit finem imponere, pacem, & trãquillitatem eidem Belgię procurando. Verum aliquorum Hæreticorum fidei Chriſtianę hoſtium, odio, Rex ſuo deſiderio fruſtratus eſt. Quibus bellis, nulla laceſsiti iniuria, contra Regem aliqui Galli Principes operã nauarunt. Inter hos fuit Franciſcus Regis Galliæ frater, Dux Alenconij, vt Regis noſtri beneficia, atque auxilia (omittendo alia) ingratitudine commacularent. Cumq; iam diù pugnatum extiterit, ita vt omnium Regnorum redditus Belgica bella conſumpſerint, factum eſt autẽ, ob malorum diuturnitatem, & Regis animi inuincibilem vim, atq; ardorem, quo ex fidei Chriſtianæ cauſa pmebatur, vt nunq̃ illorũ petitionibus inclinari potuerit, vt eos ſineret viuere eorum placito, quoad Eccleſiaſtica dogmata, quo caſu plenã obedientiã promittebãt. Nunq̃ verò acceptare id placuit, ne fidei Chriſtianæ, eiuſq; vitæ integritati minimũ detraheretur. Voluit autẽ Rex ſequi pceptũ Deuteron. c. 18. Quãdo (inquit) ingreſſus fueris terram, quam Dñus Deus tuus dabit tibi, caue ne imitari velis abhominationes illarum gẽtium, nec inueniatur in te, qui luſtret filium ſuum, ducens per ignem, aut qui ariolos ſciſcitatur, & obſeruet ſomnia, atque auguria, nec ſit

maleficus, nec incantator, neq; Pythones consulat, nec Diuinos, & quærant à mortuis veritatem. Simile habetur Leuitici. c. 20. Et tamen ob Dei omnipotentis gratiam, & Principum, Ducum, ac Tribunorum Regiorum industriam, præsertim Alexãdri Farnesij, Parmæ & Placentiæ Ducis, ac Regis ex sorore nepotis vigilantiam, inuictosq; corporis, animiq; labores: & demum ipso vita functo cum magno Reipublicæ Christianæ detrimento; ob præsentiam, & visibile robur Alberti Austrij Archiducis Serenissimi protege totius inferioris Germaniæ Gubernatoris, ac nonnullorum Principum virorum Belgarum, aliorumq; subditorum, qui resipuerunt, maiori ex parte, tum Christo Domino, eiusque Ecclesiæ, tum Regi Domino obedientiam præstat. Demum ijs Rex non modicè occupatus, in Regno Granatæ quidam ad fidem nouiter conuersi, rebelles facti bellum, & tumultus, ac seditiones parabant; coactus igitur personaliter accedere, vbi Granatæ Regnum tranquillitate donauit, ac restituit. Solimano demum in fatis concesso, Zelimus filius, Imperium suscipiens in nihilo meliorem habuit animum, quàm noctibus, diebusque excogitare, quo nam modo, quibusuè medijs, posset non Christianos solum Principes infestare, sed illos delere, & si vires illi suffecissent ab humanis Christi nomen abolere. Ijs conatibus maximis viribus, resistẽdum esse Rex ratus est, percussit itaq; fœdus eum summo Pontifice Pio V. & cum Serenissima Venetorum Republica, à quibus parata classe instructissima, cui Regiæ classi præfuit Ioannes Au-
81 strius Serenissimus † Regis frater: classi Pontificiæ Marcus Antonius Columna: Classi Venetæ Sebastianus Venerius: sed totius exercitus Imperator idem Ioannes: à quibus pugnatum est apud Echinadas & tandem Deo iuuante, & laborantibus iis Principibus, nostri victoriam reportarũt, authore, & generalissimo omnium
82 eodem Austrio, qua† die septima Octobris anni. 1571. sanctæ Iustinæ Virgini, ac Martiri sanctissimæ dicatæ, perierunt ex Turcis triginta duo millia, & capti tres mille, & quingenti, & liberati à dura seruitute qndecim millia Christiani, captæ centum quadraginta triremes, & submersæ octoginta: vnde quotannis celebratur festiuitas sanctæ Mariæ de victoria. Sequenti post modum anno maiori apparatu, Maria orientalia peragrata sunt, & nusquàm Turcæ visi. Horum meminerunt Io. Antonius Viperanus, Mambrinus Roseus post Historias Collenucij, Hieronymus Catena in vita Pij V. & omnes nouissimi Historici. Ex his breuiter adductis patet Regibus nostris meritò CATHOLICI nomen datum fuisse.

ARGVMEN. CAP. XLIII.

Nouarum Insularum adinuentio quibus ex gentibus illæ habitatę fuerint? Magnam esse Catholico Regi gloriam, quòd ipsi deputatæ fuerint.

COMPENDIVM.

1 *Insularum Indiarum gentes, quæ ex progenie, & loco sunt?*
2 *Deus vniuersale diluuium in mundo dimisit.*
3 *Homines ex putri materia generari perperam censuit Auicenna.*
4 *Decem Tribus Israëlitarum tempore Oseæ Regis captiuæ factæ sunt.*
5 *Salmanasar Assyriorum Rex venit Iudæam.*
6 *Esdra libri tertius, & quartus inter Apochryphos.*
7 *Nouarum Insularum positio, & nauigatio geographis incognita.*
8 *Catholicorum Regum acta excedunt acta Alexandri Macedonis.*
9 *Petri prædicatio vbi fuit.*
10 *Iacobi Maioris.*
11 *Iacobi Minoris.*
12 *Philippi.*
13 *Bartholomæi.*
14 *Andreæ.*
15 *Thomæ.*
16 *Matthæi.*
17 *Thadæi.*
18 *Simonis Chananæi.*
19 *Matthiæ.*
20 *Ioannis.*
21 *Pauli.*
22 *Dionysij Areopagitæ.*
23 *Barnabæ.*
24 *Omnia quæ in scriptura sacra sunt oportet impleri.*
25 *Habitatores noui orbis, ac insularum Indiarum sunt ex decem tribus Israëlitarum.*
Isaias dicitur Apostolus, & Euangelista.
26 *Crux Christi appellatur verum signum.*
27 *Petrus Aluarus crucem affixit arbori in insula, quæ ideo sanctæ Crucis est nominata, cuius ligno multi sani facti sunt, nu. 28.*
29 *Alphonsus Congi Princeps Cruce vsus victoriam reportauit.*
30 *Sibillæ, quasi virgines Fatidicæ.*
31 *Dictio vch, in scriptura sacra. nu. 33.*
32 *Cymbalum alarum in scriptura quid significat.*
34 *Flumina in scriptura sacra pro quatuor Euangelijs, nu. 36. 52.*
35 *Aethiopia pro ecclesia gentilium.*
37 *Christus mediator Dei, & hominum.*
38 *Sacerdotes, & prædicatores, qui mittuntur ad prædicandum dicuntur legati.*
39 *Ecclesia vas dicitur.*
40 *Christus vas dicitur.*
41 *Biblus est planta, ex qua naues fiunt.*
42 *Papyrus planta est, ex qua naues conficiuntur.*

Sa-

43 *Sacerdotes Angeli dicuntur.*
44 *Actus geminatio robur maius inducit.*
45 *Locus de quo Isaias est Ecclesia Dei.*
46 *Mons Sion ecclesia Dei.*
47 *Cantare Canticum nouum, est prædicare Iesum Christum Dei filium, passum, & Crucifixum.*
48 *Nomen nouum, est nomen Christianorum.*
49 *Plenitudo est consumatio prædicationis Euangelicæ.*
50 *Gloria Domini Christus est.*
51 *Laus, Deum significat.*
53 *Thesauri, dicuntur loca intima, & reconditissima in terra visceribus.*
54 *Principium Christus est.*
55 *Insularum indiarum Principes legationem miserunt Gregorio XIII. & Sixto V. Summis Pontificibus.*
56 *Domus Iuda dicitur Christus.*
57 *Aquilo in scriptura, quandoq; Diabolus.*
58 *Quo anno fuit decem Tribuum exterminatio?*
59 *Catholicorum Principũ Austriacorũ gloria maxima.*
60 *Rex Catholicus deputatus ad reducendos populos Insularum nouarum.*
61 *Ecclesia Dei nondum est completa, quia habet quo crescat. nu. 62.*
63 *Ciuitas supra montem posita est ecclesia.*
64 *Regis Insulæ Thedori dictum notabile quoad Insularum nouarum acquisitionem.*

CAP. XLIII.

CAtholici Reges, hoc semper studuerunt, vt nomen hoc, eis iudicio sanctæ Ecclesiæ tributum, actu conseruarent, vt CHRISTI sacro sanctum Euangelium, fidesq; Christiana ad incognitas, & inuisas gentes seminaretur. Ad hoc autem magis confirmandum, meam sententiam apetire conabor: ex meis autem scriptis doce-
1 bo, quæ nam gentes † illæ fuerint, quoue ex patre seminatæ, quæ insulas Indiarum, ac nouum orbem inhabitantes, si nunquàm ijs in locis na nigatio peruenit.

Firmissimum est sacrosanctæ scripturæ testimonium à Moyse descriptum, à Catholica Ecclesia cõfirmatum, ab orthodoxis eiusdem sanctæ Ecclesiæ Doctoribus approbatum, & à cuncto populo Christiano receptum: Deum Opti-
2 mum Maximum vniuersale diluuium † in tertis immisisse, quo omnes gentes, animãtia omnia, in cunctis mundi partibus fuere deleta, Noe cum familia, animalibusq; in arca inclusis, ac piscibus exceptis: quo ex patre, & filijs, quam videmus, & inspicimus nunc hominum seriem, ortam fuisse didicimus. Cũ vero curreret mundus in subtiliores rerum cogitatus, & permutationes, diuersis temporibus, Hispanorũ Regum beneficio, nouum orbem, nouasq;, & inuisas insulas, hominibus habitas, repetisse cum intelligerem; illarumq; inuentionem partim legẽdo, & intelligendo, partim à fide dignis per ciperẽ: Id cogitatione pluries, ac pluries mecũ tacita mente reuolui, quasi admirantis personam suscipiens, soliloquio quodã mihi dicebam. Nunquid istas insulas diluuium vniuersale non tetigit? Nunqd in tanta terrarũ, ac Maris altitudine illæ positæ sunt, vt Maria tunc tumida ad illatum cacumina non peruenerint, nec illas obruerint? & hoc mihi ipsi statim resoluebã ex scriptura Genes. c. 7. vbi dicitur: Et aquæ præualuerunt nimis super terram, opertiq; sũt omnes mõtes excelsi sub vniuerso cœlo. Quod & Berosus affirmat lib. 1. dicens. Anno septuagesimo octauo ab inchoata naui, ex improuiso exundauit Oceanus, & omnia maria mediterranea, flumina quoq;, ac fontes ab imo ebullientes inundauerunt supra omnes montes, accedentibus, atq; impetuosissimè, & supra naturam è cœlo copiosissimis imbribus, multis diebus concurrentibus. Ità omne humanum genus aquis suffocatum, excepto Noe, cum familia sua, quæ naui erepta est. Hæc Berosus. De quo Philo Iudæus de vita Mosis lib. 2. Similiter (inquit) In illo memorabili Diluuio, quãdo penè vniuersi homines interierunt, sola Noe familia proditur euasisse incolumis. Qđ, & confirmat Iosephus antiquitat. Iudaicar. lib. 1. c. 3. quod, & ego firmabam ex alio etiam, quia non modo istæ insulæ non sunt in loco eminentiori, vel editiori, sed in oris Oceani magis imis, ità vt nostræ habitationis intuitu, antipodes, (vt Paulus Iouius ait) appellari possint. Nec etiam dicendum est, è cœlo ante diluuiũ emissas gentes ad eos locos habitandos, & ibidem à Diluuio seruatas peculiari priuilegio inta-
3 ctas. Aut homines † ibidem natos, & generatos ex terra, vel ex putri materia, vt stolidè censuit Auicenna, quem rectè confutat Auerroes. lib. 8. Physicor. tex. 46.

Vt igitur opinionem meam vnde gentes illę emerserint, adducam, verum fateri volo, esse illas decem tribus Israelitarũ, quæ tẽpore Oseæ
4 Regis † captiuatæ sunt, vt inferius dicam. Nec ego id primus dixi, quando diuino spiritu Augustin. in Epistol. ad Eusichium inquit: Non est prædicatum euangelium in vniuerso orbe, sed hoc facto, veniet consumatio mundi. Et cõtra Epistolam Donatistę ait: Sunt enim ad huc non nullæ gentes, in quibus nondũ est euangelium prædicatũ: necesse est autem adimpleri omnia, q̃ de Christo, & ecclesia p̃dicta sũt. Quæ refert, & sequitur D. Thomas. in prima, 2. q. 106. art. 4. Vndè ex ijs pulchrè Isidorus de Isolanis Mediolanensis, ordinis p̃dicatorũ de imperio militãtis Eccles. lib. 1. tit. 6. q. 2. inquit: Ea propter sicut post Apostolos multæ nationes ad fidem Catholicã venere, ita fiet in nouissimis diebus de his, qui habitant insulas remotissimas magni maris Oceani. Et ante nos etiã id p̃stitit, ac p̃signauit Fridericus Lumlus in eo libello, quẽ de extremo Dei iudicio appellauit, vbi doctè, ac eleganter hanc rem explicuit: cuius opinio cum mihi placuerit, illam sequi statui, illa etiã inducendo ab eo minimè adducta, & illam cor-

corroborando, quam tamen omnino sanctæ ec-
clesiæ iudicio humiliter remitto.

Anno Oseæ Regis super Israel nono contra
ipsum ascendit Salmanasar Rex Assyriorum:
iam enim penè seruus eius effectus erat, & ꝙ
reddebat illi tributum, nec amplius persolue-
re intendebat. Hinc dicto nono anno ascendit
5 ipse† Salmanasar, & cepit Samariam, & tran-
stulit Israel in Assyrios: posuitq; eos in Hala, &
in Habor iuxta fluuium Gozan, in Ciuitatibus
Medorum. Factum est enim, cum peccassent fi-
lij Israel Dño Deo suo, qui eduxerat eos de ter
ra Ægypti, de manu Pharaonis Regis Ægypti,
coluerunt Deos alienos, & ambulauerunt iux-
ta ritum gentium quas consumpserat Dñs in
conspectu filiorū Israel, & Regū Israel, quia si-
militer fecerant. vsq; ibi. Et dereliquerunt om
nia ꝑcepta Dñi Dei sui, feceruntq; sibi confla-
tiles duos vitulos, & lucos, & adorauerunt vni
uersam militiam cœli, seruieruntq; Baal, & con
secrauerunt filios suos, & filias suas per ignem,
& diuinationibus inseruiebant, & augurijs, &
tradiderunt se, vt facerent malū coram Dño, vt
irritarēt eum. Iratusq; est Dñs vehementer If-
raeli, & abstulit eos à conspectu suo, & non re-
mansit, nisi tribus Iuda tantummodo. vt latius
Habetur lib. 4. Reg. c. 17. Hoc idem latissimè
prosequitur in somnio Nehemias, vt habetur
Esdrę 4. cap. 13. Vbi pater loquutus est de filio,
& narrat somnium dicens. Et quoniam vidisti
eum colligentē ad se aliam multitudinem pa-
cificam: Hæ sunt decem tribus, quæ captiuæ fa
ctæ sunt de Terra sua in diebus Oseæ Regis,
quem captiuū duxit Salmanasar Rex Assyrio-
rum, & transtulit eos trans flumen, & translati
sunt in terram aliam. Ipsi autem dederunt sibi
cōsilium hoc, vt derelinquerent multitudinem
gentium, & proficiscerentur in vlteriorem Re-
gionem, vbi nunq̄ inhabitauit genus humanū:
vel ibi obseruare legitima sua, quæ non fuerāt
seruantes in Regione sua. Per introitus autem
angustos fluminis, Euphratem introierūt. Fecit
enim ei tunc altissimus signa, & statuit venas
fluminis, vsq; quo trāsirent. Hæc Esdras. Et q̄q̄
tertius, & quartus liber Esdrę sint inter Apo-
6 chryphos, &† inter veteris scripturæ libros nō
annumerentur, vt nouissimè Decreuit Concil.
Trident. sess. 4. c. 1. tamen sufficit concordare
cum authoritate supra posita ex libris Reg. de
quo etiā loqtur Augustin. de Ciuit. Dei lib. 17.
c. 23. Quid deniq; actum sit de his decem tri-
bubus amplius aliquo in loco scriptura nō lo-
quitur: Idcirco homines in hoc nouo orbe re-
pertos, ac in hisce Insulis, & Mediterraneis lo-
cis esse illos homines, qui ex tā lōga tribuum
serie à dictis decem tribubus descenderunt, ar
bitratus sum, & in hoc dici, & appellari posse
verè Catholicos Reges nostros, & in maximā
illorum gloriā in hac temporum vocatione no
uissima, Austriacæ Domui seruatos, vt illorum
ope ad Christi gremium, & eius ecclesiam ag-
gregentur, ipsorumq; medio apud eos Christi
Euangelium prædicaretur, & verificaretur il-
lud Dauid Psal. 18. In omnem terram exiuit so
nus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.
quod & replicaui Paul. ad Romanos cap. 10.
Habuit enim Africa, Asia, & Europa prædica-
tionem, tum per Apostolos, ac cæteros Eccle-
siæ sanctos, Prælatos, & Doctores, ac prædica-
tores. In hoc nouo orbe autem, ac Insulis, ma-
gna ex parte, Diuina suffragante gratia, Iesu
Christi Domini nostri Euāgelium prædicatum
fuit, & in dies prædicatur, ipsis Regibus Ca-
tholicis prædicationē operātibus medio Illu-
strium virorum, Diui Dominici, Diui Frācisci,
Diui Augustini, Societatis Iesu, aliarumq; san-
ctarum Religionum, quorum ministerio, surre-
xit veluti quædam noua progenies Christianæ
Reipublicæ vnita. & huc spectāt Carmina Vir-
gilij lib. 6. Aeneidos.

Huius in Aduentu, iam nunc, & Caspia Regna,
Responsis horrent diuum, & Mæotica tellus,
Et septem gemini turbant trepida hostia Nili.

Ista noui orbis, & insularum nauigatio, &
7 inuētio, fuit incognita Plinio, Ptolomæo, †Stra
boni, Solino, alijsque Cosmographis: vt docet
Alanus Copus Anglus Dialogo 6. cap. 34. vbi
inquit: Hoc adinuentum Ferdinandi, Caroli,
8 aliorūq; nostrorum†Regum Catholicorū, facta
Alexandri Macedonis, Iulij Cæsaris, aliorūque
præclarorū virorū, longo interuallo excedere.

Prædicarunt Apostoli ex præcepto Christi,
9 Petrus †primo in Iudæa Ponto, Galacia, Cap-
10 padocia, Asia, & Bithinia. Iacobus† Maior in
11 Hispania. Iacob⁹ minor†Hierosolymis. Philip-
12 pus†in Scythia. Bartholome⁹, †in India, Lyca-
13 onia, & Armenia. Andreas†item in Scythia &
14 Achaia. Thomas†apud Parthos, Medos, Persas,
15 Hircanos, in India superiori, & inferiori. Mat-
16 theus in Iudęa†primū, post modum in Aethio
17 pia, & Macedonia. Thadæus, q, & Iudas†dice-
batur, in Iudęa, Galilæa, Samaria, Idumæa, Ara-
bia, Syria, Mesopotamia, & Perside. Simon Cha
18 nanæus, †in Aegypto, Africa, Britānia, & Per-
19 side. Matthias† in Iudæa, & Aethiopia. Ioānes
20 in Asia, †apud Parthos etiam, & Phrygios. Pau
21 lus†in Hispania, in Græcia, in Iudæa, & alibi.
Marcus in Italia Tarenti, Aquileię, & diuersis
22 in locis. Dionysius† Areopagita in Gallia. Bar
23 nabas† in Gallia Cisalpina. Et sic diuersis tem
poribus, diuersiq; in diuersis mundi partibus
prędicationis euangelicæ munus exhibuerunt.
Vnde, vt verificaretur illud Dauid supra al-
legatum, Psal. 18. In omnem terram exiuit so-
nus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum:
Nisi prædicatio in orbe nouo, ac Insulis extre-
mis facta fuisset, ac passim fieret, nulli dubium,
ꝙ Prophetia iam dicta nō esset adimpleta. Ve-
rū necesse est omnia in Prophetis, & sacris scri
24 pturis descripta adimpleri, dicente † Christo
Dño

Dño Matth. cap. 5. Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cęlum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant. Et Lucæ cap. 16. Facilius eſt autem cœlum, & terram præterire, quam de lege vnum apicem cadere. & idem Propheta Pſal. 71. Dominabitur à Mari vſque ad Mare, & à flumine vſq; ad fines orbis terræ. Vnde demus principium ad corroborandam opinionem ſupradictam, quòd hæ decem tribus, ſunt habitatores
25 noui † orbis, & Inſularum; idque ex ſacra ſcriptura, & inchoabo ab Iſaia, qui, vt dicit Hieronymus in Epiſt. ad Euſtochium, dicitur Apoſtolus, & Euangeliſta, & eius ſcriptura continet omnia ſacramenta.

Iſaias itaque cap. 5. cum dixiſſet, quòd Dominus abiecerat populum ſuum, & iratus erat furor ſuus in illum, ex quo abiecerant legem Domini exercituum: Ne ptopter abiectionem in deſperationem irent, ſpem illis promittit, dicens: In his omnibus non eſt auerſus furor eius, ſed ad huc manus eius extenta. Quaſi nō obſtantibus peccatis, ob quæ illos eiecerat, dicit furorem domini non eſſe iratum, ſed adhuc illos eleuare, auxilij, & miſericordiæ manus illis porrigendo, ſubiungens. (Et eleuabit ſignū in nationibus procul, & ſibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce feſtinus velociter veniet.) Signum vero, quod fuit eleuatum huic populo in Inſulis extremis, fuit Crux: ipſa enim
26 † appellatur verum ſignum, de quo Matt. cap. 24. Tunc parebit ſignum filij hominis in cœlo; vbi Hieronym. inquit, ſignum eſſe Crucem. Vnde cum primum fuit facta prima Inſularum inuentio, qui locus dicitur Braſilis, cui Ferdinandus Corteſius prius applicuit, & poſtmodum Perrus Aluarus Crucem affixit, & ideo illam Inſulam Sanctæ Crucis nomine decotauit,
27 quia tempeſtate ibidem delatus † Crucem in ſumma cuiuſdā Arboris parte affixit, & in infima parte Miſſam cuncto exercitu audiente celebrari curauit. Huius Crucis ligno multi ſani
28 effecti ſunt à morbis, † quibus detinebantur; illaq; magnarum reliquiarum loco habita fuit; eamque multi milites, eo loco amouere coacti, nunquam mouere valuerunt; indeq; Dęmones effugatos, reſponſaq; eis amplius minimè dediſſe, teſtantur Ioan. de Barros. Indiarum. lib. 5. cap. 2. Franciſc. Lopez Indiar. occidental. par. 2. c. 34. & 46. Sic etiam Alphonſus Congi Princeps, quem Congerum aliqui dicunt; in Cuma-
29 na, & alibi, Cruce † vſus, miraculoſè victoriam reportauit. Lopez vbi ſupra. ca. 81. Barros Decad. 3. cap. 11. ſequitur Alanus Copus Dialog. 4. cap. 16. & dum ibidem dicit Iſaias. (Sibilabit) deſignat diuinorum ſecretorum prædicationem, ac reuelationem; Id enim Sibilatio ſignificat. Indeque dictæ fuerunt Sibillæ, quaſi
30 † Virgines fatidicæ, quæ Diuina ſecreta, & Conſilia manifeſtabant. Vnde ad Sibilum, ideſt prædicationem Diuinæ, & Chriſtianæ fidei. (Et ecce feſtinus velociter veniet.) Quaſi populus ille feſtinus veniet velociter ad ſuſcipiendam fidem, vel ſacrum Baptiſmatis lauacrum. Vel feſtinus, poſt hanc prædicationem, velociter veniet, ad eum iudicandum, quaſi poſt abſolutam hanc prædicationem veniet extremus iudicij vniuerſalis dies. Et hæ ſunt forſan reliquiæ, de quibus idem Iſaias capit. 10. (Et erit in die illa, non adijciet reſiduum Iſrael, & hi, qui fugerint de domo Iacob inniti ſuper eo, qui percutit eos, ſed innitetur ſuper Dominū Sanctum Iſrael in veritate. Reliquiæ conuertentur, reliquię, in quam, Iacob ad Deum fortē. Si enim fuerit populus tuus Iſrael, quaſi arena Maris, reliquiæ conuertentur ex eo, conſummatio abbreuiata inundabit iuſtitiam. Cōſummationem enim, & abbreuiationem Dñs Deus exercituum faciet in medio omnis terræ.) Ex quibus verbis patet has reliquias eſſe illas gentes, poſt quarum aggregationem erit iudiciū vniuerſale. Hinc Hieronym. in Iſaiam dicto c. 5. exponendo ex aliorum mente, dicit intelligi de eleuatione ſigni Crucis, quo vocat gentes, qui depoſitis peccatorum oneribus, velociter venerint, & crediderint. Qui ſenſus ſibi non placet, tamen noſtris temporibus verificatur in hominibus illarum Inſularum.

Sed apertiorem videbitis hanc opinionē ſi mari ex dicto eiuſdē Iſaiæ. ca. 11. dicentis. (Et erit in die illa: Adijciet Dominus ſecundò manum ſuam ad poſſidendum reſiduū populi ſui, quod relinquetur ab Aſſyrijs, & ab Ægypto, & à Phethros, & ab Aethiopia, & ab Aelam, & à Sennaar, & ab Emath, & ab Inſulis Maris. Et leuabit ſignum in nationes, & cōgrēgabit profugos Iſrael, & diſperſos Iuda colliget à quatuor plagis terrę.) Quę verba clariſſimè demōſtrant, vocationē illarum Tribuū à Nouo orbe, & extremis Inſulis. Nam vbi dicitur: Adijciet Dominus ſecundò manum ſuam, & quæ ſequuntur; nil aliud ſignificat, niſi ꝙ ſecunda vice vocabit eos, reſpectu primę vocationis, qñ in manu forti prima vice Iſraeliticum populum reduxit à manibus Pharaonis. (Reſiduū populi ſui,) ideſt reſiduū illarum tribuum iam in finibus terræ exterminatarum. (Ab Inſulis Maris) nihil meo iudicio apertius dici potuit, vt concludi poſſit illas tribus in his Inſulis eſſe. (Congregabit profugos Iſrael.) Confirmat, quæ ſupra diximus, ꝙ loquatur de illis decem tribubus Iſraelitarum, quos dicit profugos, ideſt procul tūc fugatos in extremis terræ. (Diſperſos colliget à quatuor plagis terræ,) Iſraelitæ diſperſi ſunt, poſtquam Deus illos ab ſe diuiſit, & illos longè ab humanis habitationibus aſportauit.

Altius etiā idem Prophera. c. 18. (Veh terræ (inquit) Cymbalo alarū, quæ eſt trans flumina Aethiopiæ, q mittit in Mare legatos, & in vaſis Papyri ſuper aquas. Ite Angeli veloces ad gē-

Bb 3 tem

tem conuulsam,& dilaceratam:ad populum terribilem, post quem non est alius:ad gẽtem expectãtem,expectantem, & conculcatam, cuius diripuerũt flumina terram eius. & paulò post, Cum eleuatum fuerit signum in Montibus, videbitis:& clangorem Tubæ auditis.) Hæc verba exponenda sunt, quia clarè demostrant has tribus esse illas, de quibus loquitur. (Veh terræ Cymbalo alarũ.) Mirari posset aliquis quodammodo,quòd cum Propheta secundum nostrã interpretationem, loqui velit de tribuum vocatione ad ecclesiam, & ad fidem Christianam, quòd proposuerit dictionem (Veh) quæ
31 est dolentis: Nam respondetur† diuersimodè capi solere in scriptura sacra:aliquando dolentis,aliquando verò admirantis, vt in hoc loco intelligi docet Adamus Delphius,Quinimmò Sanctes Pagninus hoc in loco, pro(veh) ponit (o).Et Franciscus Forerius,vertit, Heus.Quasi velint dicere,Heus tu ò Terra, quæ ab habitabili orbe, tam longo interuallo, remota es, vt de te nihil,nisi Cymbalum alarum (quod soni-
32 tũ interpretatus est†Symmachus)vt intelligeretur, quòd nihil de eis, nisi quẽdam sonitum, aut strepitum alarum, quasi auium transuolantium,percipimus. Vel melius, vt exponamus, veh, secundum Hieronym.super Amos. cap.5. Quòd dictio (veh) vltimum pœnarum signifi-
33 cet. † Ita vt in textu proposito dicendum sit. O terra quæ tanta locorum distantia, à nobis separata es,veh,idest,nunc finis vltimus est pœnarum perpessarum, quas tam diù sustinuisti Idololatriã sequuta, Sequitur (Cymbalo alarum)Terra habẽs Cymbalum alarum,nil aliud significat, Terra, q̃ homines charitatem non habentes: quod in Euangelio apparet. de qua Apostolus primo Corinth. c. 13.Si linguis hominum loquar,& Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum veluti ęs sonans, aut Cymbalum tinniens. Et dum ibi dicit(trãs flumina Aethiopiæ) nil aliud significare videtur,quàm illud, quod diximus ex Esdra, & libris Regum, dum Deus aperuit illis tribubus Flumina,& aquas, vt transirent ad extraneos, & extremos terrarum locos, vbi ad præsens reperiuntur. Vel significant ea verba aliud; nam
34 flumina † in scriptura capiuntur pro quatuor Euangelijs, vt dicit Hieronym.in Psal. 112. Et
35 Æthiopia pro Ecclesia † gentilium. vt dicit idem Hieronym. in Cantica Canticorum. Homel.2.vt intelligatur,quòd illæ gentes sint positæ trans flumina, idest vltra prædicationem Euangelicæ Ecclesiæ Dei viui, quam acceperũt gentes. Præterea dici potest,eosdem esse trans flumina,idest vltra prædicationem,Æthiopiæ, quæ in scriptura capitur pro ardore, quasi illi non receperint ad huc pręedicationem ardoris amoris, & charitatis Dei & proximi, edoctam à Christo: de quo Lucæ c.12. Ignem veni mittere in terram,& quid volo,nisi vt accendatur?

& alibi pluries. & edoctam etiam prædicationẽ charitatis in scriptura sacra, quæ interpræ-
36 tatur†per flumina. iuxta illud Dauid Psal. 64. Flumen Dei repletũ est aquis.In textu ibi,(qui mittit in Mare legatos) significat legatos, qui mittuntur ab Ecclesia, eiusq; Summo Põtifice, & sunt discipuli, & prædicatores;quemadmodum, & Christus appellatus est primus Ecclesiæ suæ prædicator, qui missus est de cœlo me-
37 diator Dei,&†hominũ:pro ut declarauit Hieronym.in Abdiam cap. 1.& sic accipi debet illud Prouerb. cap. 25. Sicut frigus niuis in die messis,ità legatus fidelis ei, qui misit eum.Vnde sacerdotes, qui ad prædicandum missi sunt
38 in partibus illis,legati†dicuntur, & legatione Christi fungi certum est, quibus ipse dedit potestatem legationis;dum Ioan. c.20. dixit: Sicut misit me pater,& ego mitto vos.Quàm ad hunc propositum eleganter, ac doctè inquit Stanislaus Hosius Cardinalis Varmiensis in confessione Catholicæ fidei. cap. 53. agens de Sacerdotio. Quomodo autem (ait) vel ad quid misit filium pater, nisi, vt inter Deum,& homines pacem faceret? Ad hoc igitur ipsum suos in vniuersum orbem, filius misit sacerdotes,& Episcopos, vt eorum ministerio,reconciliarentur Deo, si qui se ab illo disiunxissent, peccatisq; suis offendissent.Hæc Hosius.Sequitur in tex. ibi (in vasis Papyri super aquas) in vasis papyri, intelligitur cum litteris Apostolicis,ob potestatem eis tributam à Sũmo Pontifice, & eius Ecclesia, quæ vas dicitur. apud
39 †Lucam Actuum. cap. 10. Vel exponi potest, quòd mittuntur legati in vasis, idest in Chri-
40 sto, qui† vas dicitur, vt capitur apud Dauid Psalm.30. Factus sum tamquam vas perditum. Sed melius, quia septuaginta interpræetes hũc locum Isaiæ, in illis verbis (in vasis Papyri) dixerunt, (Epistolas Biblinas super aquam) super quorum dicto dicendum esset aptando ad causam,de qua scribimus, Biblinas Epistolas, dici Epistolas confectas ex charta: iuxta illud Ioannis in Apocalypsi,cap. 10.vbi scribit se vidisse Angelum fortem descendentem de cœlo,amictum Nube, habentẽ in manu Βιβλαρίδιον idest Biblaridion,apertum,designando librum ex chartis cõfectum. Quinimmò,siue dicamus in textu dici,Bibli,siue Papyri,dici potest fore
41 Naues ex Biblo,quæ est†Planta, ex qua in Aegypto fiebant Naues, iuxta illud Lucani lib.3. Bellorum Ciuilium dicentis.

Nondum flumineas Memphis contexere Biblos.
Nouerat.

Siue dicamus, vt communis textus dicit(in vasis papyri,)idem dicendum videbitur,idest, in Nauibus ex papyro:qđ, & voluit Plin.lib.6. c.22. dũ ait: Quia Papyraceis Nauibus, Armamentisq; Nili peteretur. & lib.13.c.11.ex ipso
42 † quidem (inquit) papyro, nauigia texunt.de quo idem Lucan.lib.4.

Con-

Conficitur bibula Memphytis Cymba papyro.
Cuius meminit Apuleius de Asino lib... Modosi Papyrum Aegyptiam, argutia Nilotici Calami. & amplissimè Melchior Guillandinus Patauinus, in Commentarijs de Papyro. vbi hanc Biblidis, ac papyri materiã ex Græcis, Latinisque scriptoribus, abstrusa, ac recondita quædam enucleando diligentissimè pertractauit. Subsequitur in textu ibi (Ite Angeli veloces & quæ sequuntur.) Non potuit Isaias clarius dicere, quòd vocet ad Christi fidem, Euãgelium, atq; Ecclesiam illas decẽ tribus, vt ad eos iter
43 faciant Angeli, † scilicet sacerdotes, prædicatores, ac pastores Ecclesiastici missi: prout scribit Ioãnes Apocalypsi cap. 2. & 3. Dum scripsit Angelis Ecclesiarum, Ephesi, Smirnæ, Pergami, Thyatiræ, Sardis, Philadelphiæ, & Laodiceæ: quia intelligitur de pastoribus, & sacerdotibus, quarum Ciuitatum memini in consil. 26. nu. 15. cum pluribus seq, Centur. 1. Ità etiam habetur Malachiæ. cap. 2. Angelus Domini exercituũ est. Eodem modo dicit Paul. 1. Corinth. cap. 11. Ideo (inquit) mulier debet velamen habere super caput suum, propter Angelos. Ministri enim per quos Deus loquitur, Angeli sunt: vt est illud Apostol. ad Galatas. cap. 3. vbi faciens mẽtionem legis datę per Deum Moysi, Ordinata (inquit) per Angelos in manu Mediatoris. Hinc ad Virginem Beatissimam à Deo missus est Angelus, vt ei reuelaret Diuinum incarnationis misterium. Vnde Gregor. lib. 11. Moral. cap. 7. inquit: Angeli quippe. idest Nuncij, in sacro eloquio, nonnunquam prædicatores vocantur: & Angelos pro sacerdotibus ponit Chrisostomus Iauellus de Celsitudine Philosophiæ Moralis diuinæ par. 3. Tractat. 1. c. 2. vers. Sexto opera bona Sequitur. (Ad gentem conuulsam) idest confutatam, & separatam. Sequitur (Dilaceratam) est quoddam Metaphoricum scribendi genus, idest quasi perditam; iuxta illud Ciceronis in Orat. pro Milone. Annum integrum ad dilacerandam Rempublicam. Et omittendo alia verba, ne plus debito sim longior. Sequitur ibi, (cuius diripuerunt flumina terram eius) idest dum prius apertæ sunt aquę, vt transirent, & post modum sunt clausæ, vt separarent eos à priori, & natiua illorum habitatione. Sequuntur in eodem capite finalia verba ibi, (à gente expectante, expectãte) quia du
44 plicatio verborũ inducit geminationẽ † actus. arg. l. Ballista. cum concor. ff. Ad Trebell. Significat ideo expectationes duas, vel per duas ętates expectasse, scilicet à separatione illorum facta, vsque ad Christum, & secunda à Christo vsque ad illorum aggregationem, siue secundum Christi aduentum, & ideo bis fuit facta expectationis reiteratio. Sequuntur alia verba ibi (ad locum nominis Domini exercituum, Montem Sion.) Quia paulò ante Isaias dixerat, ab hoc populo fore deferendum munus, nunc designat locum, in quo deferendum erit, scilicet ad locũ nominis Domini exercituum,
45 montem Sion. Locus autem est † Ecclesia Dei, ità vt vocentur ad offerendum munus sacrificiorum in Ecclesia Dei, quæ locus appellatur à Dauid. Psalm. 131. Donec inueniam locum Domini. & Sophoniæ. cap. 2. Adorabunt eum viri de loco sancto. & Luc. Act. cap. 6. Aduersus locum sanctum. Sic Genes. cap. 28. Verè Dominus est in loco isto. & c. 35. Appellauitque nomen loci illius, Domus Dei, & lib. 3. Reg. cap. 8. Et orauit in hoc loco. & lib. 2. Paralipom. cap. 6. Quicunque orauerit in loco isto. Sequitur ibi
46 (Montem Sion) idest Ecclesiã. † iuxta illud Dauid Psalm. 67. Mons, in quo beneplacitum est Deo, habitare in eo. Sion, militantem etiam Ecclesiam significat: & huc pertinet illud Ioelis. cap. 2. Canite tuba in Sion. Et Abdiæ cap. 1. Et in Monte Sion erit saluatio.

Idem Isaias. cap. 41. ait, (Viderunt insulæ, & timuerunt, extrema terræ obstupuerunt, appropinquauerunt, & accesserunt.) In accessu Christianorum, & prædicatorum in insulis, & locis extremis terræ, viderunt populi illarum Insularum homines nostros, & timuerunt: cum viderent nostros eo habitu, & vestibus; & timuerunt non solum ex ictibus bombardarum, & similium, quæ non viderant; sed videntes miracula fieri à Christianis: vnde ex ipsorum actibus obstupuerũt ex rerum, & miraculorũ apud eos nouitate: ob quæ appropinquauerunt, scilicet ad nostros, & accesserũt, scilicet ad fidẽ.

Et iterum idem Isaias cap. 42. inquit (Cantate Domino canticum nouum, laus eius ab extremis terræ: qui descẽditis in mare, & plenitudo eius Insulæ, & habitatores earum) & post pauca. (Ponent Dño gloriam, & laudem eius in insulis nunciabũt) & demum sequitur (ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam) sic etiã cecinit Dauid Psalm. 97. Cantate Domino canticum nouum. Vbi Hieronymus inquit: Cãtare
47 † Canticum nouum, nihil est, nisi cantare Dei filium passum, & crucifixum, quod nunq̃ prius fuit auditum. Noua res nouum habet Canticum. Homo quidem est, qui passus est, sed vos cantate Domino: Passus est quasi homo, sed saluauit quasi Deus. Et propterea inquit Isaias.
48 cap. 62. & vocabitur nomen nouum. † Nomen nouum Christianorum est. Hæc Hieronymus. Ex quibus Propheta innuit, ab extremis terræ cantandum esse nomen Iesu Christi: & ab eis, qui descenderunt in mare; quasi ab illis, qui ad has regiones, atq; Insulas longinquas in extremis terræ sitas, accedunt; cum, vt prædiximus, quasi Antipodes nostri videãtur. Sequitur, (& plenitudo eius Insulæ, & habitatores earũ) nil aliud dicit, nisi quòd cum plenitudo sit contraria rei vacuæ, & hæ Insulæ Cantici Christi vsq; huc essent vacuæ; cũ apud eos prædicatio facta non fuisset: modò ex prædicatione factæ

sunt

sunt plenæ,saturæ, & crassiores cum habitatoribus suis. Vel altius dicendum est: dici posse, has Insulas, & illarum habitatores esse pleni-
49 tudinem,†scilicet consummationem prędicationis Euangelicæ.iuxta illud Ecclesiastici.c.1. Plenitudo sapientiæ est timere Deum. & illud Ioan. cap. 16. Petite, & accipietis,vt gaudium vestrum sit plenum. & Apostol.ad Roma.c.13. Plenitudo ergo legis,est dilectio. Dum sequitur (ponent Domino gloriam) idem est, ac si dixisset: apud illos in insulis ponent Domino
50 gloriam,gloria vero Domini†Christus est, dicente Apostolo ad Ephesios. cap. 1. Vt Deus Domini nostri Iesu Christi, pater gloriæ det vobis spiritum sapientiæ. Idcirco apud eundem Apostolum,Hebręorum cap.1.Ipse Saluator splendor gloriæ,& figura substantiæ Dei appellatur,hoc innuens,vt sacerdotes, & prædicatores doceant ibidem Ecclesiam Chtisti, ac fidem.& dum sequitur, (Et laudem eius nūciabunt)significat nil aliud,nisi quòd ibidē Deus, & Iesus Christus laudētur,& annunciētur:laus
51 enim nil aliud est,nisi ipse Deus.† iuxta illud Hieremiæ. cap. 17. Quoniam laus mea tu es.& Exodi c.15. Fortitudo mea, & laus mea Deus. Quod repetijt Dauid Psal.117.Fortitudo mea, & laus mea Dominus. Inde Hieronymus laudem aliam præter Christum non esse seruandam, scripsit ad Oceanum, de ferendis opprobrijs. Dum vero subsequitur. (Ponam flumina in insulas) flumina,vt prædiximus,interprætan
52 rur Euangelia,†volēs innuere,quòd in insulis, faciet euangelia prædicari.Sed dum ait,(& stagna arefaciam) quia cum sint mortui in aquis Idolorum,per prædicationem Euangelicæ charitatis stagna exiccabit, tollendo Idolorum,ac Demonum culturam.

Isaias cap.43. demum clarius dixit.(Noli timere,quia ego sum tecum:ab Oriēte adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te: dicam Aquiloni dà, & Austro noli prohibere: affer filios meos de longinquo,& filias meas ab extremis terræ.) quæ verba de noui orbis,atq; extremis Insularum partibus intelligi, mea interprætatione non indigere arbitror.Huc conferunt,quæ dicit Matth.cap.24. A quatuor ventis colliget eos,quod interprætatur Augustin. in Ioan.Tract.118.A quatuor mundi partibus, Aquilone,Meridie, Oriente, & Occidente. de quo benè Paulus Palatius in Matth. vbi supra ex Dauide Psal.134.dicit:quòd producit Deus ventos de Thesauris suis.vbi exponit, idest ab
53 intimis, & reconditissimis † terræ visceribus. Congregari à quatuor ventis, est congregare ex abditissimis terræ locis. vel illos reuocare à falsa doctrina,vt dicit Paulus ad Ephæsios.c.4. Vt iam nō simus paruuli fluctuantes,& circumferamur omni vēto Doctrinæ.Sic, & Iacob.c.1. Postulet autem in fide (inquit) nihil hæsitans: qui enim hæsitat,similis est fluctui maris, qui à vento mouetur,& circūfertur.Et hoc est, quod prohibet Ecclesiasticus cap.5.Non ventiles te in omnem ventum. Subiungit Isaias in eodem capite(Ne memineritis priorum,& antiqua ne intueamini:ecce ego facio noua)relinq̄re priora,& antiqua, est mutare in melius, dum fiunt noua:ita capitur illud eiusdem Isaiæ,cap. 65. Ego creo cęlos nouos, & terram nouam: Non ꝙ alios faciat, sed commutet in melius,vt ibidē Hieronymus dicit. Vbi etiam inquit,quòd qui cōuertuntur ab Idololatria,dicuntur in nouum mutari.Sic in loco isto,quasi abijciāt priora sacrificia,vetera,ac diabolica, & capiant sacramenta nouæ legis à Christo instituta. Iuxta illud Paul.1.Corinth. cap. 5. Expurgate vetus fermentū,vt sitis noua consperfio.Et ad Ephęsios cap. 4. Deponite vos secundum pristinam conuersationem, veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris:renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.

Sed lucidius idem Propheta Isaias cap. 49. (Audite Insulæ, & attendite populi de longe) & paulò post (parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob,& fęces Israel conuertendas)& post modum (Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab Aquilone, & Mari, & isti de terra Australi.Laudate cœli,& exulta terra, iubilate montes laudem, quia consolatus est Dominus populum suū, & pauperum suorum miserebitur.) Vocari autem per supradicta verba illas decē tribus, videtur manifestissimum, & idcirco hic diutius non immorandum.

Iterum verò idem Propheta cap. 51. clarè dicit,(Attēdite populè meus,& tribus mea me audite) & deinde dicit. (Me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt) & demum sequitur. (Et nunc qui redempti sunt à Dño,reuertentur,& venient in Sion laudātes.) Reuersio est à loco,in quo missi fuerāt,& à via mala, qua dispersi fuerant, & venient in Sion, scilicet in Ecclesia Christiana,vt dictum fuit.

Prosequitur Isaias cap. 60. (Tunc videbis, & afflues,& mirabitur, & dilatabitur cor tuum: quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.) & ibidem sequitur (Me enim Insulæ expectant, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longe: argentum eorum, & aurum eorum cum eis). Quę verba satis notoria sūt ad opinionē nostram fulciendam: Nec enim relinquendum est illas Insulas expectasse Christum, illiusque Euangelij prædicationem, & naues maris in principio,vt adducātur filij illi de longe:prin-
54 pium enim † Christus est, cui erant credituri. sic Ioan. cap.8. Tu quis es? principium,qui,& loquor vobis. & Apocalyps. c. 1. Ego sum Alpha,& Omega,principium,& finis. Aurum,verò atq; argentum, ac Matgaritas, aliasq; diuitias,

tias,quas inde habet Rex Catholicus,iam omnibus notum est.

Isaias cap. vltimo. volens concludere vocationem istarum tribuum, & ab eis descendentium inquit:(Ego autem opera eorum,& cogitationes eorum:venio,vt congregem eum omnibus gentibus, & linguis,& venient, & videbunt gloriam meam: Et ponam in eis signum, & mittam ex eis,qui saluati fuerint, ad gentes in mare,in Africam,& Lydiam,tenentes sagittam:in Italiam, & Græciam ad insulas, longè, ad eos, qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam: Et annunciabunt gloriam meam gentibus,& adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus, donum Domino, in equis,in quadrigis,in lecticis, & in mulis,& in carrucis, ad Montem sanctum meum Hierusalem)Quæ authoritas notissima est,nec videtur mihi sermonem effundere ad eam pro opinione nostra interpretandam. Iam enim clarissimum est, Principes illarum insularum per longa itinera, & nauigationes personaliter, legationes maximas misisse ad summum Pôtificem
55 † Gregorium XIII. & demum dona prætiosissima asportasse:& per Sixtum V. Summum Pontificem fuisse cum benedictione dimissos, cuius rei peculiarem edidit Historiam Guido Gualterius.

Ieremiæ etiam pulcherrimo testimonio comprobatur,qui cap.3.inquit.(In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Israel, & venient simul de terra Aquilonis ad terram, quam dedi patribus vestris.)Domus autem Iuda dici-
56 tur Christus,qui† descẽdit è progenie Dauid, & domus Israel dicuntur decem tribus, vt dicit Hieronymus in Isaiam cap. 5. ad quod ego adduco illud Io. Apocalyp.cap.5.dum,de Christo dicit: Vicit Leo de Tribu Iuda. Vnde Ieremias ait:In diebus illis domus Iuda,idest Christi fides,& eius Ecclesia, ibit ad domum Israel, idest ad decem tribus, & venient simul, quasi sub vna fide. De terra Aquilonis, scilicet de terra Diaboli,vbi Diabolus colebatur;q̃a Aqui-
57 lo in scriptura q̃nq; † diabolus intelligitur, iuxta illud Isaiæ cap.24. Ab Aquilone funus.

Sed idẽ Ieremias cap. 23. clarius intonuit, dicens(Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dñs,& nõ dicẽt vltra, Viuit Dominus,qui eduxit filios Israel de terra Aegypti,sed viuit Dominuss,qui eduxit, & adduxit semen domus Israel de terra Aquilonis, & de cunctis terris, ad quas eieceram eos illuc,& habitabũt in terra sua. Meminit Propheta de eductione Israelitarum à manu Pharaonis,& Aegyptiorũ, sed dicit, non esse solum benedicendum Deum,q̃ eduxit filios Israel de Aegypto,sed benedicendum etiam, quia adduxit semen Israelitarum de illis terris,ad quas eiecerat illos Dominus, vt in principio capitis dictum est:qua authoritate pro opinione nostra firmanda, melior desiderari nequit.

Sed audi eundem Prophetam Ierem. c.31. qui certius apeiuit hoc,dum ait: (Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis,& congregabo eos ab extremis terræ:inter quos erunt cæcus, & claudus,& prægnans,& pariens simul,cætus magnus reuertentium huc. In fletu venient, & in misericordia reducam eos: & adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea, quia factus sum Israeli pater, & Ephraim primogenitus meus. Audite verbum Domini gentes, & annunciate in insulis, quæ procul sunt,& dicite:Qui disperfit Israel congregabit eum,& custodiet eũ, sicut pastor gregem suum.)Quæ verba apertissimè patefaciunt de residuo tribuum Israelitarum Prophetam loquutum fuisse.

Splendidius prosequitur Ieremias cap.32. dicẽs: (Ecce ego congregabo eos de vniuersis terris,ad quas eieci eos in furore meo,& in ira mea,& in indignatione grãdi, & reducam eos ad locum istum, & habitare eos faciam confidenter.Et erũt mihi in populum,& ego ero eis in Deum)& iterum cap. 50. (Reducam Israel ad habitaculum suum, & pascetur.) Ex quibus Ieremiæ authoritatibus, nimirum hæc opinio fit illustrior.

Ezechielis autem Prophetæ cap. 37. authoritas fulgentissima est,dum ait: (Ecce ego assumam filios Israel de medio nationum, ad quas abierunt, & congregabo eos vndiq;, & adducam eos ad humum suam. Et faciam eos in gentem vnam in terra, in montibus Israel, & Rex vnus erit omnibus imperans: & nõ erunt vltra duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo Regna. Neque polluentur amplius in Idolis suis, & saluos eos faciam de vniuersis sedibus, in quibus peccauerunt, & emundabo eos, & erunt mihi populus,& ego ero eis Deus.) Quæ authoritas sola sufficeret.

Oseas etiam cap.3. idem confirmat, dicens: (Sed & ego expectabo te, quia dies multos sedebunt filij Israel sine Rege, sine Principe, & sine sacrificio, & sine Altari. & sine Ephòd, & sine Teraphim.Et post hæc reuertentur filij Israel,& quærent Dominum Deum suum, & Dauid Regem suum, & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius nouissimo dierum.

Sophonias cap.3.eandem sententiam aperit dicens: (Vltra flumina Aethiopiæ inde supplices mei,filij dispersorum meorum deferẽt munus mihi.)& post pauca ait:(Reliquiæ Israel non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium, & nõ inuenietur in ore eorum lingua dolosa,quoniam ipsi pascentur,& accubabunt, & non erit,qui exterreat.)

Hactenus dictum extitit, ac,ni fallor, sacris scripturæ sãctæ testimonijs probatum, nouum orbem, insulasque in extremis terræ finibus,

repertas,

repertas, quæ sub nostri Catholici,& Clementissimi Regis Dominio reguntur, ab illis decem tribubus, earumq; successoribus habitatas esse, quæ Dei Opt. Maximi profundissimo, & impenetrabili iudicio à facie eius exterminatæ fuerunt, & per eadem sacra Prophetarũ, & scripturarũ eloquia,ad Christi fidem,& eius Ecclesiam istis temporibus,vt piè creditur,nouissimis,vocatæ. Earum autem exterminatio,
58 fuit anno primo 12. Olympiadis. & † anno 738. ante eiusdem Domini Nostri Iesu Christi Natiuitatem: itaq; vsq; ad præsentẽ annũ eiusdem Natiuitatis 1592. quo hæc scribimus,sunt exacti, anni 2330. & ab anno 1492. quo principiũ reductionis ad fidem ortum habuit, sunt anni centum. Quæ omnia profectò magna sunt consideratione digna, vt tam insignis populi deductio,per tot seculorum secula,longo temporum curriculo seruata,medio eorũdem Catholicorum Regum fieret: Maximaque est illis gloria,ꝙ ipsi gratiã obtinuerint, & inuenerint
59 coram Deo. Benedicite Dominum † Catholici Principes, ꝙ per annos bis mille ducentos triginta, nõ alios Imperatores,Reges,aut Principes elegerit,sed vosmetipsos rebus ijs secundis præposuit, & quotidie vobis nouos illorũ populos concedit,& vestra diligenti industria ad Ecclesiæ sanctæ,& Catholicæ gremium reducit. Videtur itaque Rex Catholicus tamquam
60 Moses electus † ad reducendos populos Israelitas à seruitute Diaboli, cui huc vsque steterunt obstricti. Huic Regi cõuenienter dici possunt verba Isaiæ. cap.49. Dedi te in Fœdus populi mei,vt suscitares terram,& possideres hęreditates dissipatas, & diceres ijs, qui vincti sunt, Exite; & qui in tenebris sunt, reuelamini. Ambrosius enim in Psal. 118. sermon. 15. inquit: Dispersi sunt autem Iudæi,vt reliquię eorum saluæ fierent, secundum electionẽ gratiæ. Ista autem gratia, volẽte Domino Deo nostro, nostrorum Catholicorum Regũ medio operatur,quia Christus dixerat Ioannis.ca.10. Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili,& illas oportet me adducere, & vocem meam audiẽt, & fiet vnum ouile, & vnus pastor. Et idcirco Matthæi.c.8.dixit:Quapropter multi ab Oriẽte,& Occidente veniẽt, & recũbẽt cũ Abrahã, Isaac,& Iacob in Regno cęlorum.& idem Luc.
61 c.13. Non enim tota est cõpleta Ecclesia† Christi. Quia,vt Augustin. in Matth.ait: Adhuc ha-
62 bet Ecclesia,quo † crescat,donec illud impleatur,Dominabitur à Mari,vsque ad Mare. Quieuit enim (vt Oseas c.7.inquit)paululum Ciuitas à commixtione fermenti,donec fermentaretur totum. Ciuitas autem (vt Matth.ca 5.ha-
63 betur) est Ecclesia supra Montem posita, † Et super illis verbis eiusdem Matth.c.24. (Prædicabitur in toto orbe Euangeliũ) inquit Paulus Palatius; Cui rei ab annis sexaginta, opera nauatur strenuè: diebus nostris, ignotæ omnibus seculis nationes audierũt Euangeliũ Christi.Hanc autem prædicationis operationẽ,non nisi Reges nostri exhibuerũt.Quinimmò apud ipsos eosdem populos.vaticinium quodam de Regibus nostris, ꝙ essent ad eos missuri, referam, quod scribit Maximilianus Transiluanus ad Cardinalem Saltzburgensem, vbi de Rege Insulæ Theodori, ad quem Imperator Carolus dona quædam miserat, ait. Hic cũ munera,quæ ab Hispanis,tamquàm à Carolo Cæsare missa, acciperet, suspiciens in Cœlum, Iam, inquit,
64 † biennium agitur,cũ vos à Maximo Rege Regum ad inquirẽdas has terras, dimissos cognoui. Quare Aduentus vester tam mihi gratior, iucundiorq; est, quanto animi mei dubitatione,diutius mihi præscitus fuit. Et cũ nihil huiusmodi euenire scio, quòd nõ iam diù supernorum decreto statutum sit, non ero is,qui supernis nutibus aduersari moliar,sed volens,libensq; post hac deposito Regio fastu, me tantũmodo Regis vestri nomine,huius insulæ procurationem gerere existimabo. Similia etiam Regni sui proceribus edicebat Magnus Can, Rex de Mõte Suma,diem adesse Vaticinij,quo prænunciarentur, externi venturi.ac dominaturi.Hæc Transiluanus. Nec miretur quispiam, quia nouarum insularum inuentionem DEUS Opt. Max. etiã ore Ethnicorũ fateri. ac pdici voluit,vt dicit L.Anneus Seneca in Tragedia.

Venient annis
Secula seris, quibus Oceanus
Vincula rerum laxet, & ingens
Pateat Tellus, Typhisq; nouos
Detegat orbes.

Sancta igitur lętetur mater Ecclesia Catholica,quæ Catholicum à Deo nacta est Regem,
65 cui tãquam alteri Iosuæ, †dicitur illud Deuteronomij. cap.31.& Iosuę cap.1.Confortare, & esto robustus;tu enim introduces populum in terram,quam daturum se patribus eorum iurauit Dominus, & tu eam sorte diuides: Quæ iam dicta fuere quoad expositionem sacrorum eloquiorum, omnia iudicio sanctæ Ecclesiæ, eiusq; Summi Romani Pontificis subijcienda constituo, quibus si probari contingerit,probata volo; sin autẽ aduersus iudicauerint,flammis tradãtur; Christianæ enim pietatis studio ad Principum Christianorum mentem ad similia excitãdam,atq; fouendã hęc omnia protuli. Quæ quoad Catholici verbũ, dicta sufficiãt.

ARGVMENT. CAP. XLIV.

Quando Regi Catholico,Christianæ Fidei defensoris titulus datus sit, quouè iure ei competat?

COMPENDIVM.

1 *Fidei defensor dicitur Philippus Rex Catholicus dum fuit Rex Angliæ.*

Leo

2 *Leo Decimus Pontifex Maximus concessit titulum, fidei defensoris Henrico VIII. Regi Angliæ, quia Commentarios contra Martinum Lutherum Hæreticum conscripserat.*
3 *Sixtus Quintus Pontifex Maximus Philippum Regẽ Catholicum Angliæ Regem declarauit.*
4 *Rogerij Regis Neapoli titulus pius.*

CAP. XLIV.

Christianæ fidei defensor appellatur Rex Catholicus Philippus, non modo, quia
1 † Rex Angliæ fuit, dum Henrici Octaui Regis filiam Mariam Serenissimam, ac sanctissimam habuit, & cum Regno simul vxorem, & titulũ quæ fuit: quem, ob Commentarios per Henri-
2 cum † in Lutherum conscriptos, titulum concesserat Leo Decimus Summus Pontifex, vt patet per luculentam eius Constitutionem ab eodem Pontifice factam, anno Domini Nostri Iesu Christi 1521. cuius meminit Fontenus in Historia Catholica. lib. 5. Franciscus Sansouinus in Chronologia, & Nicolaus Sãderus de Schismate Anglicano. lib. 1. Sed etiam, quia ex suis actionibus patet, nullũ per multa secula Principem extitisse, vel extare (aliorum sit omniũ pace dictũ) qui in exhibendis opportunis pro fide Christiana auxilijs ei possit æquiparari, ideoq; hoc nomen sibi deberi, optimè dicit Michael Bucchingerus in Histor. Catholica noua, fol. mihi 277. col. 1. in fin. Quo titulo etiam modo iure vtitur, cum Sixtus Quintus Pontifex Maximus, conspiciens propensum eiusdem Regis animum, ac indefessos labores, quos pro Christi fide, eiusq; sancta Ecclesia, omni conatu exhibuit, exhiberéq;, ipsum Angliæ, ac Britan
3 niæ Regem † declarauerit, vt amplè dicam infrà cap 46.

Hic titulus insuper defensoris fidei, eidem Regi debetur, tamquã vtriusque Siciliæ Regi: hoc enim titulo, ac decore, se honestabat Ro-
4 gerius Northmannus † Rex Siciliæ scilicet Rogerius in Christo Pius. Rex potens, & Christianorum adiutor, atque defensor. vt est author Thomas Facellus Historiar. Sicularũ. Decade. 2. lib. 7. cap. 3. in fi.

ARGVM. CAP. XLV.

Maximarum Diuitiarum copia, ac prærogatiua lætatur Philippus Rex Catholicus, ob quod nulli humano Principi inuidere concluditur.

COMPENDIVM.

1 *Neruus rerum omnium humanæ vitæ, sunt Diuitiæ.*
2 *Turcarum Principis redditus.*
3 *Philippi Regis Catholici redditus.*
4 *Maxima gloria in maximo Imperio consistit.*
5 *Nobilitatem quis acquirit per subiectos.*
6 *Pecuniæ omnia obediunt. num. 19.*
7 *Hispaniæ Rex cunctis præcedit cum plures habeat diuitias.*
8 *Rex Catholicus fortasse maior Rex, qui sit in mundo.*
9 *Philippi Regis Catholici Respublica fœlicissima, cum multis ciuibus resplendeat.*
10 *Neapolitana ciuitas multis ornata ciuibus.*
11 *Philippus Rex Macedoniæ, gloriabatur suum imperium auro potius, quàm armis auxisse.*
12 *Multi in sacra scriptura laudantur ob diuitias.*
13 *Salomon gloriabatur in opibus vltra alios Reges.*
14 *Erasmi Rotherodomi hæresis.*
15 *Antiquæ diuitiæ nobiliores sunt.*
16 *Diuitijs humanæ necessitati subuenitur.*
17 *Galesus Diues in Italia.*
18 *Inter quatuor huius vitæ bona, diuitias enumerauit Plato.*
20 *Auri, ac pecuniarum potentia.*
21 *Arobum Diuitiæ.*
22 *Diuitiæ Regum celebrantur.*
23 *Bona dicuntur alter sanguis.*
24 *Pecunia omnium Regina.*
25 *Nobiles non suspenduntur furca.*
26 *Plebeius Diues non suspenditur.*
27 *Bona appellantur, quia beant, idest beatos faciunt.*
28 *Beatus dicitur benè auctus.*
29 *Decus, & honestas familiarum per diuitias conseruantur.*
30 *Familiarum nobilitas, ac puritas egestate sordescit.*
31 *Siphax Numidiæ Rex laudatur ob diuitias.*
32 *Honorẽ, & dignitatem consequi dicitur, qui ab aliquo est hæres relictus, vel ei bona relicta.*
33 *Phr sotes Indiarum Rex gloriabatur habere diuitias, sed quas amicis impartiebatur.*
34 *Rex Catholicus maiorem redditum partem pro Ecclesia, & fidei Christianæ defensione erogat.*
35 *Rex Catholicus terrenorum bonorum augendorum insatiabili cupidine non angitur.*
36 *Bonæ, vel malæ dicuntur Diuitiæ pro vtentium qualitate.*
37 *Beare est prodesse.*
38 *Diuitiæ, vt boni simus non efficiunt, sed disciplina.*
39 *Diuitiæ quando bonæ, & quando malæ dicantur, ex Augustino.*
40 *Qui tractarunt de præcedentia Serenissimorum Ducum Florentiæ, & Ferrariæ.*
41 *Ezechias Rex imputatur, quòd Thesauros, & Diuitias ostendisset legatis Regis Babilonis.*

CAP. XLV.

Bias ille, qui vnus ex septem Græciæ sapientibus appellatur, Rerum omniũ vitæ hu-
1 ius neruum, esse diuitias † asseruit, vt scribit Diogenes Laertius in eius vita. libro 1. Vnde Rex noster Catholicus cum sit tot Regnorum, quibus præest, Dominus, magnasq; habeat diuitias, melius suorum Regnorum poterit habenas moderari: habet enim maiores reddi-

tus,

tus, quàm Imperator Turcarum: Nam iste Tur
2 carum Princeps† vix habet introitus ascendẽ-
tes ad decem milliones auri quolibet anno,
computatis omnibus redditibus ex statu Asia-
tico, in quo est Natolia, Armenia, Assiria, Cili-
cia, Cappadocia, Mesopotamia, Bursia, Alexan-
dria, Alcairum, & Cyprus. Et ex statu existen-
te in Africa, in quo est Tripolis, & Algerium.
Et ex statu existente in Europa, in quo est My-
sia, Thracia, Seruia, Macedonia, Thessalia, Bossi
na, Bulgaria, & aliç prouinciç, ex quibus oĩbus
3 hos introitus vix percipit. Rex vero † noster
habet circiter quatuordecim milliones auri
quotãnis ex suis statibus. Nam ex solo Regno
Neapolitano habet annuos ducatos, siue au-
reos, milliones duos, & noningentos nonagin-
ta sex millia, & noningentos triginta septem
aureos: vt testatur Eruditissimus Carolus Ta-
pia, dum ista prelo dantur, Regius Cõsiliarius
meritissimus. de Constit. Princip. in Rub. ca. 4.
num. 101. Quis enim ipso Rege Catholico, tot
Regnorum, titulorum, & dignitatum gloria co
piosior? Quis terrenorum bonorũ affluentior?
Quis inter Christianos huc vsq; Imperatores,
Reges, ac Principes ditior? Huic benè conue-
nit illud Salomonis Prouerb. c. 14. dicentis. In
multitudine populi, dignitas Regis, & in pau-
citate Plebis, ignominia Principis. Quia, vt est
author Sallustius in Catilinario. Maxima glo-
4 ria in† Maximo Imperio putatur. Hinc ait Gre
gorius. In lata gente gloria est Regis, & in di-
minutione Plebis, contritio Principis. vt habe
tur in c. Ecclesia. §. Item Dauid. 1. q. 4. Paris de
Puteo de Syndicat. titul. de Excessib. Reg. nu.
5 35. Nobilitatem † enim quis acquirit per su-
biectos. §. Generaliter. in verb. Nobiliores. vbi
Accurs. in auth. Vt const. quæ de dignit. & per
diuitias, quis cæteris præfertur in honoribus.
l. Honor. § de honoribus. in verb. facultates. ff.
de Munerib. & honor. quia vt Salomon Eccle-
6 siastes. cap. 10. ait: Omnia† pecuniæ obediunt.
plura ad hanc rem essudit Barthol. de Cassen.
in Catalog. Gloriæ mundi. par. 8. consider at.
22. par. 11. considerat. 27. par. 12. consider. 54.
quem sequtur Frideric. Scotus in cõs. 28. nu. 41.
cum pluribus seq. lib 6. Tomo 1. & Tho. Gram-
matic. in consil. ciuil. 169. nu. 10. Vbi ait: Hispa-
7 niæ Regem cunctis† præferri, cum multa ei Re-
gna sint subiecta, & ei pareant. Sic etiam de
eodem Hispaniæ Rege, quòd habeat septem
Regna, & septem Coronas, & quòd inde habet
maiorem gloriam. idem Cassen. vbi supra par-
te 5. considerat. 27. in fin. quem sequitur Marc.
Anton. Natta in consil. 638. nu. 19. in fin. vol. 3.
Quod pro Rege nostro Philippo inductũ fuis-
se in Ciuitate Venetiarũ scribit Iacob. Philipp.
Portius in consil. 167. nu. 85. & præceptor meus
Io. Bolognet. in cõs. 1. nu. 209. in fi. qui dicit, ob
hoc Regem Catholicum esse maiorem Regem
8 fortè, qui sit in† mundo. hoc idem dicit Petrus
Lindebergius Rerum Europæ memorabil. lib.
2. & hoc ipsum fatetur ipsa impia Elizabeta
Anglica, in edicto facto in anno pterito 1591.
vbi de Philippo Rege nostro sermonem effun-
dens dicit: Plures enim hodie coronas, plura
Regna, & nationes, plures etiam diuitias ter-
renas possidet, quàm vlli anrea maiorum suo-
rum, aut vllus vnquàm Christianus Princeps
habuit. Placet Deo, quòd etiam ex hostibus
veritas pateat. Sed & infra cap. 46. Latius de-
scribere conabor longiori stilo seriem Regno-
rum, Dominiorum, & statuum Regis Catholici,
ad quam Christianus Princeps alius huc vsq;
minimè ascẽdit. Vnde Philippi Rempublicam
fœlicissimam esse dicẽdum est, cum multis, ac
9 penè infinitis† Ciuibus resplendeat ornata. vt
dicit Cassiodorus variarum lib. 6. cap. 11 Hinc
idem Cassiodorus cap. 24. Laudat Neapolita-
10 nam† vrbem, vti adornatam multitudine Ci-
uium. Demosthenes Olynthiaca. 1. cẽsuit, quòd
in omnibus pecunia est opus. sine qua (inquit)
nihil rectè fieri potest. Propterea Philippus
Macedo, Auro potius quàm armis, imperium
11 suum† auxisse gloriabatur. vt est author Diod.
Siculus in eius vita. Et Deuteronom. cap. 8. ha-
betur: Deum nobis vires tribuere, vt diuitias
acquiramus. Nam, & eadem scriptura meminit
12 † Abrahamum, Lothum, Iacob, Esau, Isaac. La-
ban, Iob, Dauid, aliosq; multos, in pecoribus,
auro, argento, & Regnis diuites fuisse. Genes.
cap. 13. 14. 26. 30. 31. & 36. Iob. c. 1. Et Salomon
gloriatur seipsum opibus excessisse omnes, qui
13 ante ipsum fuerunt in† Ierusalem. vt dicit Ec-
clesiastes. cap. 2. & habetur 3. Regum c. 10. Hinc
de viro iusto diuitias possidente, dicit Dauid
Psalm. 111. Generatio rectorum benedicetur:
gloria, & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius
manet in seculum seculi.

Ex ijs illorum Hæreticorum secta confundi-
tur, qui Christianos, vt salui fieri possint, diui-
tias ab renunciare debere cẽsuerunt. inter hos
14 Erasmus† Rotherodamus emicuit, qui sub bo-
ni, ac sancti viri effigie, ac sub dulci verborum
eloquio, ac lenocinio, infinitas propemodum
hæreses aspersit, cuius errores quandoque in
vnum congessimus. Alijq; hæretici fuerũt, qui
Apostolici nominati, sectæ contrariæ, contra
quos scripsit Augustin. de Hæresibus. cap. 40.
& post eum Thom. de Aquino contra gentiles.
lib. 3. cap. 127. in fin Paul. Grysal. Decision. Ca-
tholic. §. Diuitiæ. nu. 1. 2. nouissimè Damianus
Roscius de Hæreticorum sectis. in verb. Apo-
stolici. Alphons. de Castro contra Hæreses. lib.
12. in verb, Paupertas. Hæresi. 2. & vltimo loco
Sebastian. Medices in Sũma Hæresum. in verb,
Apostoli.

Aristoteles. lib. 2. Rethoricorum, censuit, an-
15 tiquiores diuitias nobiliores esse, & illas no-
biliores homines efficere, quàm diuitias nu-
per quæsitas. Rex Catholicus, & si nonnulla
Regna

Regna habeat nouissimè quæsita, habet tamen multa antiquissimo iure quæsita, quæ omnia absque iuris alicuius præiudicio acquisiuisse iure, non iniuria, passim inferius cap. 46. demonstrabimus. Ab assumpto itaq; axiomate non diuertendo, ante Aristotelem Isocrates in in Orat. 1. quæ Parænesis inscribitur ad Demonicum dicit: Explora diuitias, res, & facultates apparare. Nobilitatis enim lumen diuitijs illustratur, sicuti egestate adimitur, & prorsus extinguitur. vt post. Franc. Curtium sen. in con sil. 51. nu. 7. in consil. 53. num. 12. dum typis ista mandantur, voluit Io. Petr. Bimius in consil. 2. nu. 35. vol. 1. Ijs enim omni humanæ necessita-

16 ti subuenitur † iuxta illud Horatij:

Panis vt ematur, olus, vini sextarius, adde
Quis humana sibi doleat natura negatis

17 Hinc de antiquis diuitijs, in Latio † Galesum quendam ditissimum commemorauit Virgilius lib. 7. Aeneidos.

Corpora multa virum circa, seniorq; Galesus
Dum paci medium se offert, Iustissimus vnus,
Qui fuit Ausonijsq; olim ditissimus arnis.
Quinq; greges ille Balantum, quina redibant
Armenta, & terram centum verrebat aratris.

18 Ideo quatuor esse bona humana, quorũ † vnũ, esse diuitias censuit Plato de legib. lib. 34. Dialogo 1. Ad cõmoditatẽ enim, & viuendi facultatẽ, pecuniæ, & opes ꝑparantur. Vnde optimè ait Christophorus Myleus de scribenda vniuersitatis ter. Historia lib. 2. cui Prudentiæ titulus est: Diuitias (inquit) & opulentiam comparãt, quam laborum, & periculorum præmium, atq; per fugium, homines statuunt; quo quasi instrumento iuuantur, ad vsus vitæ degendæ necessarios, ad cõmoditatem rerum acquirẽdarum, ad liberalitatem, inferenda salutari indigentibus, ope, & ad gratificandi † facultatẽ, ijs, quibus pro uisũ, ac cõsultũ volũt. Inde Petronius arbiter.

Quisquis habet nummos, secura nauiget aura,
Fortunamque suo temperet arbitrio.
Vxorem ducat Danaen, ipsumque licebit
Acrisium semper credere, quòd Danaen.
Carmina componat, declamet, concrepet, omnes
Et peragat causas, sitque Catone prior.
Iurisconsultus parct, non paret habento,
Atq; esto quicquid Seruius, & Labeo.
Multa loquor, quiduis nummis præsentibus opta,
Et veniet: Clausum possidet Area Iouem.

19 Opibus enim, & diuitijs, cuncta † obtemperare ex Salomone supra diximus, de quarum potentia Horatius lib. 2. Satyr. 3.

Omnis enim res,
Virtus, fama, decus, diuina, humanaque pulchris
Diuitijs parent: quas, qui construxerit, ille
Clarus erit, Fortis, Iustus, Sapiens, etiam Rex,
Et quicquid volet, hoc veluti virtute paratum
Sperauit magnæ laudi fore.

20 Et de auri, ac pecuniarum † potentia optimè Ouidius Elegiarum lib. 3. inquit:

Iuppiter admonitus, nihil esse potentius auro,
Corrupta prætium Virginis ipse fuit.
Dum mater aberat, durus pater, ipsa seuera,
Aerati postes, Ferrea Turris erat.
Sed postquàm sapiens in munera venit Adulter,
Præbuit ipsa sinus, & dare iussa dedit.

Huc etiam concinunt, quæ dicit de natura rerum Lucretius lib. 5.

Posterius res inuenta est, aurumque repertum,
Quod facilè, & validis, & pulchris dempsit honorem.
Diuitioris enim, sectam plerumque sequuntur
Quamlibet, & fortes, & pulchro corpore creti.

Cum Helenam vellet Paris ad sui amorem pellicere, diuitias sibi, ac patri, ingentes esse asseruit, latum imperium, & opima Regna, de quibus Ouidius in Heroidis ait:

Sceptra parens Asiæ, qua nulla beatior ora est,
Finibus immensis, vix obeunda, tenet.
Innumeras vrbes, atq; aurea tecta videbis,
Quæq; suos dicas templa decere Deos.
Ilion aspicies, firmataque turribus altis
Mœnia, Phœbeæ structa canore Lyræ.
Quid tibi de turba narrem, numeroque virorum?
Vix populum tellus sustinet illa suum.
Occurrent densæ tibi Troades agmine Matres,
Nec capient Phrygias atria nostra nurus.
O quoties dices, quàm pauper Achaia nostra est,
Vna domus quævis, vrbis habebit opes,

21 Et de Arabũ † diuitijs Stat. lib. 5. Siluarũ dixit,

Arabumque potentes
Diuitias mallet.

Et Baptista Mantuanus inquit:

Hominemq; opulentibus auctum
Fortunaq; animaq; bonis.

22 Regum etenim † diuitiæ, atq; opes celebrãtur, cum Reges deceant, vt de eis Manilius ait:

Regales, vt opes, & sacra æraria seruent.

23 Alter enim † sanguis appellantur bona, vt inquit Bal. in l. Aduocati. per illum tex. C. de Aduoc. diuersor. iudicior. arg. Gloss. in l. Lexq; tutores. §. Lex itaque in verb. vitam. C. de Administrat. tut. de quo nos latè dicimus in Neanomologia. cap. . . Et omnes diuites posse dici Principes, cum pecunia sit omnium Regina

24 † vt inquit Cardin. in Clem. 1. q. 6. de Baptism. Hippolyt. de Marsil. in l. 1. §. Præterea. nu. 44. ff. de quæst. Et idcirco, quemadmodum nobi-

25 les, non suspenduntur furca: † vt notatur in l. Capitalium. ff. de Pœnis. & nos latè scripsimus de Magistratuum edictis. lib. 2. cap. 8. Eodem

26 modo, nec etiam Plæbeius Diues. † vt voluit Bart. in dicta l. Capitalium. §. Serui. Felin. in c. Cum quis. col. 2. vers. Tertia declaratio. ex. de iureiur. Ioan. Lopez in Rep. Rubr. de Donat. int. vir. & vxor. §. 10. num. 19. Vnde bona ap-

27 pellantur, quia beant, hoc est beatos † faciunt. vt dicit Vlpianus in l. Bonorum. la prima. ff. de verbor. significat. Estque per concinnam verbi allusionem, potius quàm per Etymum. Beatum

28 (exponit Isidorus lib. 10.) quasi † benè auctũ: vt

Cc no-

nouissimè refert Gulielm. Fornerius in dicta l. Bonorum. Cõstat autem, Decus, honestatemq; familiarum, per diuitias, ac bona conseruari,
29 quæ†per egestatem pereunt. l. 1. ff. de custod. reorum. §. Scimus. auct. de testib. Albert. Brunus de statuto exclud. fœmin. articul. 2. & iterum. Articul. 3. Augustin. Bero. in consil. 115. nu. 5. in consil. 121. nu. 61. vol. 2. Cardinal. Paris. in consil. 6. nu. 15. vol. 3. Sicuti è conuerso, fa-
30 miliarum † paritas, atque nobilitas, egestate sordescit. l. Quisquis. C. Ad leg. Iul. Maiestat. Riminald. senior in consil. 243. nu. 36. in consil. 253. nu. 20. vol. 2. Guidus Panciroll. in consil. 129. num. 15. in consil. 188. num. 1. volum. 1. & alios referens Paulus Leonius in consil. 1. num. 71. lib. 1.

31 Hinc Scipio Africanus, Syphacem†Numidiæ Regem, alijs præstare, aliosq; antecedere, inter cætera ex opibus, & Diuitijs asseruit apud Franciscum Petrarcham libro 3. Africæ, dum inquit:

Nomen fortasse Syphacis
Audisti, cunctos illum præcedere Reges;
Fama refert, opibus. Nec Auorũ sanguine quisquam.
Altior incedit, populis, vel vbere Regno.

Vnde apud Iurisconsultos receptum est, honorem, ac dignitatem quandam illum habere, qui hæres ab aliquo institutus sit, vel ei bona
32 †relicta. vt in l. Sed & si susceperit. §. Sed & si proponas. ff. de iudic. ibi: Qui honorem habitũ. l. Iulianus. §. Sed & si varia. ibi: Qui honore proprio. ff. Si quis omiss. caus. testam. l. Sed & si mortis. §. Hoc autẽ. ibi: Sed cui honor. l. Filium. §. Sed & si portio. ff. de leg. præstand. Hinc rectè
33 Phraotes Indorum Rex, Diuitias ipsum†vltra ceteros homines possidere asseruit, sed quas Amicis etiam suppeditabat, vt refert Philostratus in vita Apollonij. lib. 1. cap. 11.

Quæ tanto splẽdidiora sunt in Rege Catholico, cum diuitijs minimè abutatur, sed maiori ex parte, redditus omnes, & tributa Regia, pro
34 fidei Catholicæ, †& Romanæ Ecclesiæ defensione erogauerit, & modo etiam eroget; vt in ijs bellis, non modo totam consumpserit substantiam, ac etiam num consumet, sed & si mora paululum in exigendis Regijs pecunijs intercedat, cum maximo suorum introituum incommodo, ac detrimento pecunias mutuo recipit, ità quòd decem Regna emere ex pecunijs potuisset, erogatis in bellis Belgicis, in Turcas, Mauros, Hæreticos, in Belgio, Gallia, Anglia, alijsq; locis. Omitto quæ erogauerit, & quotidiè liberaliter eroget in Ecclesijs, Xenodochijs, ac Collegijs pijs, erigendis, ditandis, reparandis; in prælatis Ecclesiæ sustentandis, alijsq; pijs, ac sanctis operibus explendis: quæ omnia si hactenus conseruasset, Thesaurorum suorum suppellex, omnes mundi Thesauros excederet. Vnde cum sic vtatur diuitijs, vt ei opponi minimè possit, illud Dauid Psalm. 33. Diuites eguerunt, & esurierunt. Et Luc. cap. 6. Veh vobis diuites, quia recepistis consolationem vestram: procedunt enim ista in Regibus, qui ocio, ludis, luxui, auaritiæ, luxuriæ, alijsq; vitijs indebitè cõsumunt: quorum è numero longè est Philippus Rex Catholicus, qui terrena despiciens pauperibus confert, & humiles erigit, & sic in cœlo inuenit Thesaurum immarcescibilem, in quem nullus cadit interitus, vbi nulla est tinea, nullusque latro illum surripit. Cui conuenit illud Dauid Psalm. 111. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. & antea Psal. 73. Pauper, & inops laudabunt nomen tuum. Sunt enim Regi nostro diuitiæ, iuxta illud Salomonis Prouerb. cap. 13. Redemptio animæ viri, propriæ diuitiæ. vt de hoc latissimè scribit Sixtus tertius in libell. de diuitijs. Nec enim Regi nostro auiditas, vel insatiabilis explẽdi cor-
35 poris, aut bonorum terrenorum † cupido, accedit: cum obediat dicto Prophetæ Psalm. 61. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere: & optimè inquit Paul. 1. ad Thimoth. c. 6. Diuitibus huius mundi præcipe, non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo, qui præstat nobis abundè omnia ad fruendum: benefacere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt appræhendant veram vitam. Sunt autem diuitiæ vel bonæ, vel malæ, ad vtramque enim partem pro ar-
36 bitrio, vel qualitate vtentium†transferuntur: vt dicit Io. Cassianus de Collationib. patr um. Collation. 2. cap. 9. Non enim qui habet, & seruat, sed qui impertit est diues. Impertitio, & communicatio, non autem possessio, beatum reddit, inquit Clemens Alexandrin. in Pedagogo. lib. 3. cap. 6. Vnde de Iosepho illo diuite ab Arimathia, de quo Matth. cap. 28. inquit Rabanus: Magnæ dignitatis apud sæculum, sed maioris dignitatis apud Deum fuit, quia non erat diues diuitiarum amore, sed tantummodo possessione: Ideo diuites non excluduntur à Discipulatu Saluatoris; iste enim diues erat, & discipulus, quia non pecuniæ amator, sed ipsius distributor. Sic Beda in Luc. cap. 2. Non repræhẽditur (inquit) diues, quòd terram coluerit, vel fructus in horrea congregauerit, sed quod fiduciam vitæ in illis posuerit, nec pauperibus erogauerit, vt ab eis reciperetur in æterna tabernacula. Huic concinit, quod Isocrates in Parænesi, ad Demonicum scribens monuit: Honora (inquit) præsentem substantiam tuam, duplici de causa, tum vt ingens damnum exsoluas, tum prædito virtutibus amico infortunato feras opem. Hoc, idem dicebat Ethnicus Vulpianus in d. l. Bona. Bona ex eo dicuntur, quòd beant, hoc est beatos faciunt, sub iun-
37 git, Beare†enim est prodesse. quibus verbis apertè concludit, bona non dici, nec appellari,

nisi

niſi ijs alteri proſit. Vnde cõcludit D. Thomas contra Gentiles. lib. 3. cap. 127. Conſequens eſt (ait) quòd nec ſecundum ſe etiam, diuitiarum poſſeſſio eſt illicita, ſi ordo rationis ſeruetur, ità ſcilicet, quod iuſtè homo poſſideat, quæ habet, & quod in eis finem voluntatis ſuæ, non conſtituat, & quod eis debito modo vtatur ad
38 ſuam. & aliorũ vtilitatem. Sic fuit etiam † Cebetis Thebani Philoſophi ſententia, in Tabula. in fin. dum ait: Non igitur, vt boni ſimus, diuitiæ efficiunt, ſed diſciplinæ. Et parum poſt. Neque igitur quibuſdam ditari conducit, cum vti diuitijs non ſciant. Sic mihi videtur, quo modo igitur, id quis bonum eſſe iudicet, quod plerunque non adeſſe ſatius eſt? Nullo modo, ſiquidem igitur, qui diuitijs rectè, & peritè vti ſciat, benè viuet, ſin minus malè. Veriſimè mihi id dicere videris. Hæc Cebes. vbi Iuſtus Velſius Higanus in Commentar. ad Cebetem lib. 6. inquit: Et ſi diuitiæ bonos non faciunt, aptiorem tamen actionum ſecundum virtutem reddant profectum, ac proinde vitam beatiorem efficiant. affert illos Horatij Verſiculos ad Albium lib. 1. Epiſtolarum, quos non referre grauabor.

Non tu corpus eras ſine pectore, Dij tibi formam,
Dij tibi diuitias dederant, artemq; fruendi
Quid voueat dulci nutricula, maius alumno,
Qui ſapere, & fari poſſit, qui ſentiat, & cui
Gratia, fama, valetudo contingat abundè,
Et mundus victus, non deficiente crumena.

Quoad diuitiarum præſtantiam, atq; excellentiã, & quomodo bonæ dicãtur. & quomodo
39 malæ, † multa docuit Auguſtinus Niphus in libello de diuitijs. præſertim c. 31. vſq; ad c. 39. incluſiuè. Andr. Tiraquel. de reuocand. donat. in verbo. Bona. per totum. & in tract. nobilitatis. c. 3. & in ſpecie quoad prærogatiuam tractauit amplè Frideric. Scotus in dicto conſ. 18. Iacob. Philipp. Portius in conſil. 167. M. Anton.
40 Natta in conſil. 238. vol. 3. qui agunt † de præcedentia Sereniſſimorũ Ducum Florentiæ, & Ferrariæ. Tetigit multa ad propoſitũ Ludouic. de Molina de Hiſpanor. primogenijs lib. 1. cap. 2. nu. 25. parte. 1. Io. Anton. Piperonus de omni vero officio. lib. 2. cap. 2 ad quos modo nos referre ſufficiat. Concludendum igitur eſt, Regem Catholicum diuitiarum copia ſupra omnes fulgere. Nec enarraui ſuppellectilem Regiam, tum quia ad hanc rem non concinit, quã credibile eſt omnem decorem maximum ha-
41 bere; Tum etiam quia † Ezechias Rex imputatus fuit à Propheta, quòd omnes Theſauros, & ſuppellectilem Regiam oſtendiſſet legatis Merodach Regis Babylonis. vt patet Iſaiæ. c. 39. Reliquum erit, Regna, Dominia, titulosq; Catholici Regis inferere, quaue via, quoue ordine ad ipſum peruenerint, quæ pro maiori lectorum commoditate, Deo auſpice, ſequenti capite, explicabimus.

ARGVM. CAP. XLVI.

Coronarum ſpecies hactenus à Romanis obſeruari ſolitæ declarantur. Regnorum, ac Dominatuum, & titulorum omnium Regis Catholici ſeries deſcribitur, quo iure illa quæſierit, quoue tempore? & non iniuria, vel Tyrannide, ſed ratione legis præuia acquiſitionem factam extitiſſe, abundè concluditur.

COMPENDIVM.

1 *Stephani Guatij Caſalenſis laudes.*
2 *Franciſcus I. Galliæ Rex à multis ſeculis optimus.*
3 *Saporis Perſarum Regis ſuperbia, & vanitas.*
4 *Attila Hunnorum Rex, Flagellum Dei, & populorum terrorem ſe appellauit, ponitur titulus. nu. 5.*
6 *Attila Enſis apud Moldauiæ Principem repertus cum titulo.*
7 *Apud Tartaros Princeps, Xalobam titulo, ſe ornabat, quia Xa Rex, Lobam, Mundi, Perſarum lingua interpratatur.*
8 *Artaxerſis Perſarum Regis titulus.*
9 *Titulis ornari congruis, decet.*
10 *Chriſti titulus erat, Domini, & Magiſtri.*
11 *Franciſci I. Galliæ Regis titulus.*
12 *Prouincia dicuntur procul victæ.*
13 *Paupertas, & tenuitas in Rege ſunt indecentia.*
14 *Hominum paupertas, inopia, & mali mores ad perturbandam Rempub. apti.*
15 *Regnum ſine Theſauris congruè ſtare nequit.*
16 *L. Siccius Dentatus ob res præclarè geſtas, quibus donis fuit à Romanis honeſtatus.*
17 *Ciuica Corona erat Romanis gloria maioris.*
18 *Antiochi Epiphanis Syriæ Regis in Ciuitate Daphni triumphus.*
19 *Triumphi vaniſſimi laudatores, perditæ tantum vitæ homines.*
20 *Caudemi Philoſophi Athenienſis ad Darium Perſarum Regem reſponſum.*
21 *Darij ira, atq; indignatio in Caudemum, quem occidi iuſſit.*
22 *Tituli honorifici exprimi debent.*
23 *Iacobi Maiuoldi I. C. Cremonenſis Regentis laudes.*
24 *Hieruſalem Rex apud Chriſtianos primus Gotthifredus Bullonius Belga.*
25 *Regnum Hieruſalem apud Chriſtianos, quanto tempore ſletit.*
26 *Caſſanus Rex Tartarorum, Chriſti fidem adeptus.*
27 *Philippi Pulchri Galliæ Regis ſeguities ad porrigenda ſacro bello adiumenta per Pontificem requiſita.*
28 *Hieruſalem Regnum, quo iure, & ordine ad Regem Catholicum peruenerit. nu. 34. 35. 40.*
29 *Campaniæ Comitibus nullum ius in Regno Hieruſalem.*

171 Maiorica studium, in quo opera leguntur Raymundi Lulli illorum conterranei.
Baleares insula fertilissima.
172 Baleares Insulæ, cuniculis refertissima, contra quos militare præsidium ab Augusto positum.
173 Baleares insula à Mauris erepta per Raymundum Berengarium III. Barcinona Comitem.
174 Iacobus Fortunatus Petri II. Aragonum Regis filius, Maioricam denuo à Mauris recuperauit.
175 Balcares insula, quo pacto ad Philippum Regem Catholicum peruenere?
176 In Regno Marocei, quod ius, & vnde habeat Philippus Rex Catholicus?
177 Orani Ciuitas, quo in loco Africa posita?
178 Orani Ciuitas Respublica erat, quæ cum Telensinis Regibus infinita bella exercuit.
179 Orania à Ferdinando, & Elizabetha Catholicis Regibus occupata. nu. 180.
180 Francisci Ximenes de Cisneros S. R. E. Cardinalis, Archiepiscopi Toletani virtus in capienda Orania.
181 Portus Mersalcabir prope Oraniam latissimus à Telensinis Regibus olim conditus.
182 Orani Regnum ad Philippum Regem Catholicum spectat.
183 Algezira, siue Algerium, vel Argira.
184 Algezira vrbis conditores Afri ex Mesgana familia oriundi; Vnde Mesgana aliquando appellata.
185 Algezira aliquando sub Regibus Telensinorum.
186 Algezira quandoq; sub Regibus Bugiæ.
187 Algezira à Ferdinando, & Elizabeta Regibus Catholicis capta, & quotannis eisdem solutũ tributũ.
Ferdinando mortuo, Barbarossa Algezira Regnum occupauit.
188 Carolus V. Cæsar, vt Argiram recuperaret, infælici Marte pugnauit cum tempestatibus, & procellis.
189 Angliæ, & Britonum Regnum ab Elizabetha, Domino permittente regitur.
190 Pius V. Pontifex Max. Elizabetham Regno priuauit, & subditos à iuramentis absoluit.
191 Sixtus V. Pontifex Max. Regno Angliæ, Philippũ II. Austrium Regem Catholicum inuestiuit.
192 Elizabetha Angliæ Regina, caput Ecclesiæ se fecit, & nefandum iuramentum quoad Ecclesiastica, & spiritualia præstari passa est.
193 Pontifices Romani quoad Regnum Angliæ habent transferendi potestatem. nu. 194. 195. 196.
194 Pontifex Maximus, & Romana Ecclesia mille marchas annuas habent, septingentas pro Regno Angliæ, & trecentas pro Regno Hyberniæ. nu. 195.
197 Regnum Angliæ, tamquam Ecclesiæ Feudum effectum, concedi potuit Regi Catholico à Summo Pontifice.
198 Philippus Rex Catholicus in Regno Angliæ habet, vti Flandriæ Comes, trecentas marchas.
199 Henricus VI. Rex Angliæ fuit vltimus de domo Lancastria.
Quomodo succedat Philippus Rex Catholicus in Regno Angliæ, & Lancastria familia.
200 Insula Canaria, Fortunata appellata.
201 Insulæ Fortunatæ sunt beatorum sedes appellatę.
201 Clearchus Solensis de insulis Fortunatis scripsit.
203 Plutarchi de Fortunatis insulis dictum.
204 Insulę Fortunatę, sex nominatæ à Plinio, sed æuo nostro duodecim sunt, quę exprimuntur. nu. 205.
206 Henricus III. Rex Castellę, Feudi nomine insulas Canarias, siue Fortunatas Io. Benthacourtio Gallo, concessit.
207 Eugenius IV. Pontifex Max. insulas Canarię concessit Ioanni II. Henrici Regis filio.
208 Canarię Ciuitati Episcopi dignitas erecta.
209 Canarię insulæ ad Philippum Regem Catholicum translatę.
210 Lusitanię Regnum, vltima Regnorum Philippi acquisitio.
211 Sebastianus Rex Lusitanię cum Rege Fessę Mauro, pugnans cęcidit.
212 Lusitanici Regni translatio, ac Decisio ad fauorem Philippi Regis Catholici cęssit.
213 Francisci Aluarez de Ribera I. C. & Regentis allegationes pro Rege Catholico, quoad successionem Regni Lusitanici.
214 Michael ab Aguirre I. C. Apologiam scripsit pro Regno Portugallię Philippo Regi Catholico quęsito.
215 Regnum Lusitanię olim Dotalitij iure ab Hispanis Regibus datum Tharesię.
216 Regnum Lusitanię ad Philippum transmissum Regem Catholicum.
217 Regnorũ Noui orbis acquisitio à diuersis cõscripta.
218 Insulę Noui orbis quæ?
219 Christophorus Columbus Insularum nouarum primus inuentor.
220 Ferdinandus Cortesius, secundam nauigationem instituit.
221 Ferdinandus Magaglianes, tertiò nauigauit, & eius inuentiones.
222 Blascus Nunnius vnionum insulas Hispanorum Imperio adiecit.
223 Didaci Almagri, & Francisci Pizzarri acta.
224 Alexander VI. Summus Pontifex inuestiuit Reges Catholicos Nouo orbe, & Mari Oceano.
225 Lucij Marinęi Historici opinio ab authore improbata.
226 C. Cęsar Britanniam tantum peruenit.
227 Neptunus Maris Imperator cur dictus.
228 Mare Oceanum Reges Catholici centum annorum spatio possedere.
229 Maris proprium ius, si quis possederit, contra vti prohibentem, interdictum competit.
230 Pontifici Max. cur liceat Oceanum mare concedere. nu. 232.
231 Arca, siue Nauis, Ecclesię figura.
233 Alexander III. Summus Pontifex concessit Reipublicę Venetorum per Anuli inuestituram, Veneti maris possessionem.
234 Maris pars illius esse cẽsetur, cuius sũt loca vicina.
235 Antiochię Principatus, quo iure ad Philippum Regem Catholicum spectet?
236 Antiochia pulchra Ciuitas ad Orontem fluuium Syriæ posita.
237 Austria, Pannonia superior prius appellata.

Ar-

CAP. XLVI.

STephanus Guatius Casalensis, vir, non Medicinæ, ac Philosophiæ solum professione clarus, sed cunctarum scientiarũ exercitatione
1 eruditus † in Dialogo II. cui Principis Vallachiæ nomen effinxit, scripsit quandoq; Franciscum I. Galliæ Regem, visis Caroli V. Imperatoris titulis, quibus etiam Philippus II. Rex Catholicus eius filius vtitur, suis, qui à secretis erant, commisisse, vt in suis litteris, ipsum Galliæ tantum Regem, ac Gonissæ Dominum, insigni titulo honestarent. Vir iste hoc modo, Carolo Cæsari iactantiæ vitium tribuit. Miratus sum virum hunc, bonarum litterarum studiosum, quem corpore inuisum, ob suas operationes enixè dilexeram, ꝙ paucis ab hinc annis, Italo idiomate libros Ciuilium Conuersationum emiserat, multæ eruditionis opus, quo mores, illorumq; obseruationes edocuit; quo pacto modestiæ terminos egrediens, cōtra propria documenta, Carolũ Principem ab hac superbia alienum, sic lacessiuit? proq; suæ opinionis tutela, & Clypeo, Rege omnium à multis
2 seculis optimo, † eiusq; persona vtatur, eodẽ tempore hunc Regem inuidiæ insimulando; ità vt videatur vir iste contra sua ipsius documenta egisse. Nec credo ipsum voluisse in illorum Principum numero aggregare, qui superbis, aliquibusque tumidis titulis se nequiter adornarunt, quales sunt Saporis Persarum Regis tituli ex suis litteris apparentes, quas refert Ammianus Marcellinus lib. 17. Quarum titulus erat. Rex Regum Sapor, particeps syde-
3 rum, frater Solis, & Lunæ, † Constantio Cæsari fratri meo, salutem plurimā dico: cuius in hac specie annotauit audaciam Petr. Criuit. de honesta disciplina. lib. 2. c. 9. Sic Attila Hunnorũ
4 Rex, flagellum Dei, ac † populorum terrorẽ, se vocari voluit. vt inquit Platina in Leone I. & Fulgosius. lib. 8. c. 14. vbi inquit: Centum, & viginti quatuor annis vixisse: fortasse tādiù Dei numine seruatus, vt corruptos Imperij mores, postquam læniter non corrigebantur, Attilæ sæuitia mulctaret. Andr. Eborensis exemplorũ in tit. de seneƈt. Albertus Crantius in Suetia. lib. 3. c. 3. Michael Bucchinger. in Histor. Ecclesiastic. sub Leone I. fol. 158. Io. Magnus Histor. Gothor. & Suenon. lib. 9. cap. 6. Io. Candidus in Histor. Aquileiensi. lib. 2. Sed Io. Nicolaus Dolionus in Compendio vniuersalis Histor. lib. 2. refert eius titulũ hoc modo. Attila Bedehutz
5 filius, † nepos Magni Nembroth, nutritus in Engaddi, Hunnorum, Medorũ, Gothorũ & Danorum Dei Gratia Rex, terror mundi, & flagellum Dei. Quem titulum legisse dicit, latina lingua scriptum in quodam ense palmorũ septẽ,
6 † apud Moldauię Principem repertum in loco subterraneo pretiosis lapidibus ornatũ. Cuius tituli seriem apud hunc solum ad hoc vsq; tempus me legisse memini. Quoad alia iam dicta nōnulla profert Stephanus Forcatulus de Gallor. Imper. lib 5. Ioan. Baptista Pigna in Histor. Estensi. lib. 1. His titulis inauditis vtuntur Imperatores Turcarum, alijq; Barbari Principes, & Christianæ fidei hostes, vt ille etiam apud
7 Tartaros, qui † Xaloham se titulo ornabat, idest Rex mundi, Xa enim Rex, Loham mundi notat Persarum lingua: vt voluit Garzias Hortus simplicium Aromatum lib. 2. cap. 28.

Tituli verò, quibus Carolus Cæsar vtebatur, vtiturq; modo Philippus filius, reprehendi minimè possunt; quando videmus in scriptura sacra Esther. c. 13. & 16. ediƈtum Artaxersis Re-
8 gis, hoc titulo. † Rex Magnus Artaxerses ab India vsque ad Aethiopiam, centum viginti septem prouinciarum Ducibus, ac Principibus, qui nostræ iussioni obediunt, salutem. Narratio enim facti est. Quis enim nescit idcirco sibi proposuisse hos titulos ad conseruandũ illorum Dominiũ, & possessionem; vt titulum videntes, scirent ea Regna, eidem subesse, & sua esse? Maiori namque ex parte in Carolum trāslata fuerũt à Ferdinādo Rege Catholico Auo, vnde vti illius hæres, iisdem necesse erat titulis frui. Dignitas Regalis cum per sacrā inunctionem continuetur, ab Ecclesia ordinatā, vt infra cap. 49. docebimus, nil mali fit, cũ dignitas ab ecclesia collata, suis titulis honoretur. Si enim

9 enim hæc licita † minimè essent, tollédi à mũdo sunt tituli omnes. Ad quid nos vocari Doctores? Ad quid ergo Summi Pontifices, Imperatores, Reges, Principes, Respublicæ sui iuris, dignitatum titulos adinuenerunt, Principes, Duces, Marchiones, Comites, Lãtgrauios, Burgrauios, equites, milites, nobilesq; alios creãdo? Ad quid traderenr insignia honorum, Coronas, Torques, Armillas, annulos, iisque similia? Nonne Christus, cum darentur ei tituli dignitatum à suis discipulis, hoc probauit, cum dixit Io. cap. 13. Vos vocatis me, Magister, &
10 Domine; & † benè dicitis: sum etenim; & iterum. c. 18 dum dixit Pilatus Christo, Ergo Rex es tu? & ille respondit: Tu dicis, quia Rex sum ego. Dũ ergo Carolus iis titulis vteretur, optimè fecit: erat etenim. Vnde non debuit hoc, quod licebar, Carolo Cæsari vitio verti. Nec credo Franciscum Galliæ Regem iis minutijs se immiscuisse, cum idcirco ipse sibi alios titulos non daret; cum præter Galliam, Regna alia non haberet. Nam dum alijs potiebatur Dominijs, titulis vtebatur suis. Videantur concordata Franciæ apud Petrum Rebuffum, quia vi-
11 debit hic titulus. † Franciscus Dei gratia Frãcorum Rex, Mediolani Dux, Astensis Comes, & Genuę Dominus. Missa itaq; sint hęc omnia, tamquam futilia, & aliò tédentia, & ad tractationis seriem descendamus.

Deus Optimus Maximus pro singularissima præclarissimi Principis Gloria, permisit, vt Regi Catholico, à cunctis mundi partibus obedientia præstetur, & obsequium; nec fecit taliter omni nationi: Dicere idcirco poterit, vt Salomon Ecclesiastes. cap. 2. Coaceruaui mihi argentum, & aurum, & substantias Regum, & prouinciarum. Prouinciæ enim procul, & lon-
12 gè victæ appellãtur: † vt alibi diximus ad Bellugam. in Specul. princip. Rub. 11. §. Iam supra. sub nu. 1. in verb. Prouincia. In Rege enim ob Regnorum gubernationem, ob bellorũ casus, aliasq; propemodũ occasiones infinitas, tenui
13 tas † ac paupertas, indecẽtia sunt. Vnde Theodoricus apud Cassiodorum lib. variar. 1. ca. 19. inquit: Indigentiam iustè fugimus, quæ suadet excessus, dum perniciosa res est in imperante tenuitas. Et quidam rectè dixit; Periculosissimum animal est Rex pauper. Hinc de paupertate Gn. Pisonis inquit Sallustius in Catilinario. Erat eodem tempore Gn. Piso, Adolescens Nobilis, Summæ audaciæ, egẽs, factiosus, quem
14 ad perturbãdam Rempublicã inopia, ac † mali mores stimulabãt. Vide D. Tho. de Regimin. Princip. lib. 2. c. 7 Diuitiæ (ait) sunt Regi necessariæ, atq; etiam Thesaurus; quia sine illis con-
15 gruè Regnum regere non † potest. Est enim pecunia instrumentum rerũ agendarũ, & quasi fideiussor futuræ necessitatis. Parantur etiã non uiter per diuitias Regna. Hinc Liu. lib. 33. verba faciens de Attalo Pergami Rege. Huic (inquit) viro præter diuitias, nihil ad spẽ Regni, fortuna dederat. His simul prudẽter, simul magnificè vtendo, effecit, primum vt sibi, deinde vt alijs, non indignus videretur Regno. Ad quid autem hæc Regibus necessaria sint, ibidem D. Thomas subtiliter scribit.

L. Siccium Dentatum magnificaciunt Historiarum scriptores, quod ob actus præclaros pro Romanorum Repub. gestos, donatus fuerit Hastis
16 puris † duodeuiginti, Phalaris viginti quinq;, Torquibus tribus & octoginta, Armillis cẽtum sexaginta, Coronis viginti sex, scilicet Ciuicis quatuordecim, Aureis octo, Muralibus tribus, Obsidionali vna, Fisco æris, captiuis decem, Bobus viginti. vt est author Plin. lib. 7. cap. 28. & Aulus Gell. Noct. Attic. lib. 2. c. 13. Ciuica corona apud Romanos donabatur, qui Ciuitatem, vel Ciuem seruasset, eratque vel Querna, vel Ilignea. Cur vero ex eorundem Arborũ folijs fieret, plures reddidit Pierius Hieroglyphycor. lib. 5. Et nos diximus de Magistratuum
17 Edictis lib. 1 cap. 7. Erat vero † Ciuica corona, gloriæ maioris, & supremæ laudis, quia excedebat Coronam auream, cum videretur maioris efficaciæ, ciuem, vel Ciuitatẽ seruare, quãm hostem frangere. Alex. ab Alex. Dier. Genial. lib. 4. c. 18. Si igitur in seruandis ciuibus, aut Ciuitate, tanti decoris causa, coronæ, similiaq; dabantur, quæ ornamentorum concinnitas reperiri poterit, quæ decerni vnquãm, vel statui Regi Catholico valeat, quæ millenæ parti suorum actuum sit sufficiens? quos subditos, quæ Castra, Oppida, Ciuitates, Vrbes, Prouincias, Regnaq; non seruauit? Non solum ab Turcarum immanissimi Tyranni manibus, sed etiam Hæreticis Christianam fidem, atq; Ecclesiam turbantibus; tot bella gerendo, ne sui Christiani Athletæ ab ipsis inficerentur, & eorum fœcibus commacularentur? Cum Aemilius Paulus magnificè de Persis, ac Macedonibus triũ-
18 phum egisset, inuidia motus † Antiochus Epiphanes Siriæ Rex per omnem Græciam, suaq; Regna edixit, vt stata die, in Daphni Ciuitate Asiæ, ad conspiciendos solemnes ludos accederent. Cumq; ex Græcia, alijsq; Regionibus, copiosus hominum numerus accurrisset, ludos hoc spectaculo fieri fecit, hoc pacto magno titulo, & solemni pompa famã quærere credens. Quinque millia formosiores Græciæ iuuenes, induti Romanorum more primas partes occupabant: Quinque millia alij ex Mysia, similiter sequebãtur: Ex Thraccia alij tres mille: Galatæ quinque millia quartum locum tenebant. Post illos magna aliorum multitudo, Argẽteis Clypeis ornata, qui Argiraspides idcirco vocabantur: Hos mille, & quadringenti gladiatores insequebantur. Equiratus postmodum veniebat, quorũ mille equites equis insidentes, equi auro, argentoq; fulgentes, equites in capite auream settam ferebant, quos simili ornatu alij mille

mille præcedebant,& socij dicebātur. Cohors amicorum Regis dein sequebatur, quos mille equites ex nobilitate equis insedentes comitabantur. Post hos ex Regia turba equitantes mille alij veniebant. Hæc turba belli,& exercitus virtus, ac neruus dicebatur; quibus cum iuncti erant mille, & quingenti grauis armaturæ, siue Cataphracti milites. Omnes Equitantes induti super erant militari veste, multis animalium figuris seminata, auro,& argento redimita. Mille demum Carrucæ veniebāt, quarum quælibet à sex equis trahebatur: & aliæ postmodum quadraginta à quatuor equis. Post has sequebatur Carruca cum triginta sex alijs, quæ ab Elephantis ducebantur. Post illas aderant octingenti iuuenes, aureis quibusdam sertis, ac ornamentis decorati: Boues opimi mille, trecenta spectra cum octingentis Elephantorum Dentibus, visu admirabilibus incedebant. Post modum magna, & ferè innumerabilis statuarum, ac simulachrorum, nō Deorum solum, sed Demonum, ac aliorum virorum Illustrium multitudo sequebatur: quæ ad ostentationem maximam amicta erant pulchris vestibus, prætiosis lapillis, auro, aliaq; insigni materia. Aderant,& quædam Tabulæ, quæ basibus fulciebantur, in quibus tituli, nomina, & gesta illorum conscripta erant, in quorum memoriam erectę fuerant. His accedebant Diei, Noctis, Cœli, Auroræ, ac Solstitij simulachra. Insequebantur duo mille serui portantes infinita propemodum vasa aurea,& argentea, quorum minusculum, mille Drachmarum valoris erat. Post hos pergebant sexcenti adolescētes, Regi in Aula inseruientes, aureis vestibus Induti. Et demum ducentæ ornatæ mulieres, earum manibus aureas pixides portantes, è quibus odorifera vnguenta turbis spargebant. Istas sequebantur quadraginta mulieres, quæ argenteis, & octoginta, quæ aureis lecticis portabantur: vestibus prætiosissimis indutæ, ac Margaritis, lapillis,& vnionibus immensi prætij adornatæ. Hoc pacto Ciuitatem lustrabant. Statuti etiam fuere triginta dies ad cōficiendos ludos Gladiatorios, Venatorios, Palestras, & Pancratios, aliosq; similes. Iisdem diebus in publicū Gymnasium cuilibet ingredi fas erat, vngiq; poterant ex quindecim speciebus vnguentorū prætiosorum, quæ aureis vasibus asseruabātur. Plura insuper loca disposita erant, cum mille, & quingentis mensis Regali pompa ornatis, in quibus splendidè, & lautissimè edebant. Hoc insigni spectaculo, suæ gloriæ posteris famam reliquit. Cuius rei seriem recensuit Nicolaus Leonicus variæ Historiæ. lib. 2. cap. 93. Rex iste quid, in vanitatis huiusmodi ostentatione vti-
19 litatis recepit? Scurræ, Mimi, † vagabundi, ac perditæ vitæ homines, qui his vanis illecebris, ac Principum sceleribus, insulsisq; fatuitatibus oblectantur, ob mā ducationes, epulas, atq; ingurgitationes, sumptus hos consumpserunt. Pulchra admodum gloria, vt fallaci, stultoque vulgo placeret, spectacula hęc vanissima, & momento transeuntia exhibere? quæ dum fierent ab ijs, qui fortè ore illa laudabant, dum gulæ indulgebant, clanculum postmodum irridebantur? Non Regis officium istud est, sed immanis belluæ, in infami negotio, in turpi inanis gloriæ vento, pecunias consumere, bonaq; distrahere? Bona, diuitięq; populorum, labores, ac sudores sunt subditorum. Quis autem nescit, quòd inducit ægro sudores medicus, vt sanitatem restituat? sanguinem per venæ sectionem elicit, vt postmodū robustiorem efficiat? Princeps subditorum medicus est, sudorem,& sanguinem extrahit, vt tamquàm superior, subditos vita instruat, exemplo commoueat, opere defendat, armis tueatur. Vnusquisque in libertatem se vindicare studeret, tamen pādet Principi censum, tributa exsoluit subditus, vt æquè ab eo, opere, opibus,& exemplo foueatur, peruersi puniantur, & boni præmijs honestentur. Hi sunt Maximorum Principum inditi veræ gloriæ igniculi. Mallem ego, qui Principum cōparatione vermis sum, viuus de fodi, quàm apud posteros hoc indecoro encomio celebrari. Benè, optimeq; Alexandri inimicus Cau-
20 demus † Atheniēsis, qui magno in prætio apud Darium Persarum Imperatorem, Alexādri aduersarium, existens, ordinato ille pulcherrimè, ac vaga pompa exercitu, cum sibi ipsi Imperator de illo complaceret, videns suas copias auro fulgentes, lanceas, aliaq; arma, argento promicantia, ac magno apparatu facto inimicum opprimere credēs, Caudemum scrutatus, quid sibi de exercitu suo videretur? Inexpectatum responsum ille referens. Hic (inquit) tanti apparatus exercitus, hæc tot gentium, & totius Orientis excita à suis sedibus moles, finitimis potest esse terribilis: nitet purpura, auroq; fulget, armis,& opulentia, quantā qui oculis non subiacere, animis concipi nō possent. Sed Macedonum Acies torua sanè,& inculta, Clypeis, Hastisq; immobiles cuneos, & conferta robora virorum teget. Ipsi Phalangem vocant, peditum stabile agmen, vir vito, Armis arma conferta sunt. Audent obsistere, circuire, discurrere, in cornu mutare pugnam, non Duces, magis quàm milites callent; & ne auri, argentiq; studio teneri putes: Ad huc illa disciplina, paupertate magistra stetit. Fatigatis humus cubile est: Cibus, quem occupati parāt, satiat. Tempora sōni arctiora, quàm noctis, sunt. Iā Thessali Equites, & Acharnanes, Etholique inuicta bello manus, fundis credo,& hastis igne duratis repellentur? Pari robore opus est. In illa terra, quæ hos genuit, auxilia quærenda sunt. Argentum istud, atq; aurum, ad conducēdum Militem mitte. Hæc Caudemus. Tunc Darius
21 veritatis † impatiens, hospitem, ac supplicem,

tunc

tunc maximè vtilia suadentem, abstrahi iussit
ad capitale supplicium. Ille, Habeo (inquit)
paratum mortis meæ vltorem: expetet pœnas
consilij mei spreti, ipse quem tibi suasi. Hæc
aliq; multa vociferantem, hi, quibus imperatum
erat, iugulát, vt refert Quint. Curt. Histor.
Alexand. lib. 3. Si Darius Caudemum audisset,
& inani gloriæ, quæ solos oculos visu delectat,
non studuisset, fortè suum Imperium non concidisset;
Sin minus, apud posteros horum duorum
immanium scelerum non fuisset maculatus.
Hæc gesta immania, & execrabilia, à nostrorum
Principum mente semper absint.

Suas igitur Romani habeant Armillas, Phaleras,
Currus, Trophæa, Arcus, Colossos, Coronas.
Suas præferant imagines, ac Statuas. Suum
habeant Assyriorum, & Persarum Reges apparentis
solum gloriæ, ac famæ testimonium. Lubrica
hæc, & vana sunt, ad decus, laudemque
inutilia. Quibus verò titulis ornentur Reges
22 Catholici, quibus coronis decorentur† exprimendi
sunt. vt in Clem. pastoralis. §. Ac alias.
de re iudic. Restaurus Castald. de imperat. q.
42. nu. 7. Declarabo illa igitur Regna, eorumq;
Dominia, quantum tamē res expostulabit; cum
toti terrarum orbi cognita sint.

A Regno itaq; Hierusalem titulum summam,
vt Reges nostri facere consueuerunt, ac deinde
passim alia enarrabo. In hoc tamen capite
vtar industria, ac diligentia, quam exactissimè
præstitit eruditissimus Iurisconsultus D. Iaco-
23 bus† Mainoldus Cremonensis, qui peculiarem
fecit librum de titulis Philippi Regis, ac tabulas;
qui meritò nunc est Regens meritissimus
apud eandem Catholicam Maiestatem. Spero
autem post terga huius viri, me operam, & industriam
non amissurum, præstitit ipse prima
fundamenta, super quibus ædificium construere
non grauabor, & aliquos addam titulos, aliquos
ex suis etiam declarabo, & aliquos etiam
fortè aliquibus incognitos in lucem educam.

REX HIERVSALEM. Ante omnia ego
posui Regnum Hierusalem, concipiendo spem
quandoq; Regum Catholicorum medio, fore
iterum ad Christianos Principes restituēdum.
Omittendo seriem Regum Hierusalem antiquissimam,
ac etiam nouissimā, tempore quo
in vnum coadunati Christiani Principes, Regnum
Hierusalem, & Ciuitatem quæsiuerunt;
cuius Regni Rex primus fuit Gothifredus
24 †Bullonius Belga, Dux Lotharingiæ: Cui mortuo
successit Balduinus frater; huic Balduinus
II. Fulcho, Balduinus III. Almericus, Balduinus
IV. Balduinus V. & Guido Lusignanus:
cuius Regni tempore à Saladino Sarracenorum
Rege. Hierosolima capta est, Anno Domini
nostri Iesu Christi 1187. ob dissensiones inter
ipsum. & Raymundum Comitem Tholosæ,
ac Tripolis, quo facta est eiusdem Iudeę, ac Palestinæ
iactura, post octoginta, & sex annos,
25 quibus ad† Christianorum manus peruenerat.
Hi dum inter se ipsos dissentirent, à vigilanti
hoste, oppressi sunt. Sic iterum in anno 1300.
26 cum Cassanus† Rex Tartarorum esset Christianam
fidem adeptus, ac cœpisset à Sarracenorum
manibus Hierosolimam, totamq; Syriam,
vicissetq; Persas, Aegyptiorumq; Imperiū deuicisset,
legatis ad Bonifacium Pōtificem missis,
vt communi animo, & consilio à Manibus
Barbarorum, Regnum perpetuo vindicarent,
27 ac Summus Pōtifex ad Philippum † pulchrum
Galliæ Regem legatos destinasset: ille cū Guidone
Comite Flandriæ, eiusq; filio Roberto,
quos perfidiosè vinculis mancipârat, contendens,
Pontificem audire noluit: nec Carceratos,
sponte se ad bellum Syriacum accingere
volentes, vnquàm dimisit, donec Flandriam
ferro, igneq;, & Rapinis vastatam, occupauit:
sicq; iterum potiti Sarraceni, Regno restituti
sunt. vt est author Iacobus Meyerus Annal.
Flandriæ. lib. 10. Tanta operatio diaboli est,
qui seminat inter Principes Zizanias, quo minus,
quæ fidei Christianæ vtilia sunt, omittantur,
proprium commodum, ac interesse præponentes
publico. Itaq;, vt ad debitam tractationis
materiam reuertamur, Regnum Hierosolymitanum
recuperare credentes, inter cæteros
Conradus Montisferrati Marchio, factus
Rex Hierusalem, quia cœpit vxorem Isabellam
Reginam, Almerici Regis Hierusalem filiam,
quam alij Sibillam (vt Sansouinus) vocant, ex
quibus nata est Iole, siue Maria, quæ fuit prima
vxor Ioannis de Brenda vltimi Regis Hierusalem;
ex quibus nata est Iole, seu Iolanta filia,
quæ desponsata fuit Friderico II. Imperatori,
ac Regi vtriusque Siciliæ in vrbe Roma per
Gregorium IX. Summum Pontificem, præsente
Ioanne Rege, qui titulum Regni Hierosolimitani
ei in dotem tradidit, sic persuadente
Ioanne, quòd nisi Friderici persona, & industria
ad hoc eligeretur, iam de Regno Hierusalem
actū erat. Et ob hanc causam Regnū Hierusalē
peruenit ad Reges Siciliæ, & Neapolis,
28 & præsertim† ad Regem nostrum Catholicum.
Hæc omnia probant Historici, & Legistæ. Historici
præsertim Michael Ritius de Regibus
Hierusalem lib. 1. & de Regibus Siciliæ. lib. 2.
Pandolphus Collenucius Histor. Neapolit. lib.
4. Albert. Crantius in Metrop. lib. 7. cap. 16. &
in Saxonia lib. 7. cap. 30. lib. 8. cap. 3. Abb. Vrspergens.
in Chronico. Friderici II. Paul. Æmilius
de Regibus Franciæ. in Philipp. Augusto.
in fi. Baptista Platina. in Honor. III. Gregor. IX.
& Innocentio IV. Petr. Messia in vita Friderici
II. Iacobus Mainoldus de titul. Philippi Regis.
in Hierusalem. Baptista Fulgosius. lib. 5. c. 1.
lib. 6. cap. 5. lib. 7. c. 2. Thomas Facellus Histor.
Sicul. Decade 2. lib. 8. c. 2. Vuolfgangus Drechsletus.
in Chronicon Sarracenor. Bernardinus
Corius in Histor. Mediol. lib. 2. Guliel. Zenocarus

rus

rus de Repub. Caroli. lib. 3. Collation. 23. Germanographus lib. 3. Carol. Sigonius de Regno Italiæ. lib. 14. Io. Baptista Carrafa. Histor. Neapol. lib. 4. Legistæ vero sunt Andr. de Isern. in Cõst. Regni. Statuim⁹. Matth. de Affl. in proęm. Const. Regni. §. Nos itaq;. nu. 3. Marinus Freccia de sub feud. Baron. lib. 1. sub Rub. de antiquo statu Regni. n. 28. Petr. Gregor. Sintagmat. iur. vniuers. lib. 15. c. 5. nu. 5. vol. 2. Et dum Regnum Hierusalem per Papam donatur Carolo, non obstat, quod illud non possideret, quia semel fuerat ab ecclesia possessum, ideo ob spem postliminij Papa potuit transferre. Bart. in l. Id quod. ff. de leg. 1. Petr. Anton. Petra de fideic. q. 12. num. 23.

Nec Cãpaniæ Comites possunt in hoc titulo
29 p̃tendere, aut in ipso Regno † ex persona Henrici Comitis Cãpaniæ, qui duxerat in vxorem Isabellã Reginã, Conradi Marchionis Montisferrati, ac Regis, secũda vice; tũ quia ab Isabella habuit tm̃ dotem in Comitatu Tyri, titulo Regni Hierusalẽ pęnitus refutato: vt dicit Michael Riccius de Regib. Hierusalẽ lib. 1. Tum etiã quia Isabella, non poterat transferre titulũ Regni Hierusalem ad filias secundi matrimonij, scilicet Agnetem, Melisinam, & Alisiam, cum Regnum esset quęsitum filiæ primogenitæ ex Rege Conrado Montisferrati, scilicet Mariæ, siue Iolæ, quæ fuit vxor postea Ioannis de Brenna, à quibus nata est vxor Friderici II. Imperatoris. Vnde Marię, siue Iolæ Regnum Syriorum, & Palestinæ debebatur, tamq̃ primoge
30 nitę, † vt in specie quoad successionem Regni Syriorũ, Assyriorũ, Phęniciæ, Palestinæ, ac Mesopotamiæ ex Plinio. lib. 5. c. 12. Herodot. lib. 7. Eusebio de Pręparat. Euãg. lib. 10 voluit Andr. Tiraq. de iure primogen. in præfat. nu. 31. Inducẽs exemplũ Demetrij in Regno Syriæ ob mortem Antiochi fratris. ex Iustino lib. 34. & Lucio Floro lib. 46. Vnde Bal. in l. Ex hoc iure col. 2. vers. Quarto quęritur. ff. de iust. & iur. dicit: Sem
31 per fuit, & semper erit, quòd † primogenitus succedit in Regno. Quod sequitur Ludouic. de Molina de Hispanor. primogen. in præf. nu. 30.

Minus etiã id attentare poterunt Cypri Reges, eo q̃ Guido Lusignanus acceperit in vxo-
32 rem † Sibillam sororem Isabellæ Reginæ supra nominatæ. quia eadem Sibilla, tamquàm secundogenita Balduini IV. & soror secunda Almerici Regis, non poterat, transferre iure licito in Guidonem virum, Regnum, quod minimè habebat, cum esset Isabellę primogenitæ, vt supra dictum est.

Nec consequenter in eo ius aliquod habent Reges Angliæ, q̃ Riccardus Angliæ Rex, Cy-
33 pri † insulam cum cępisset, illam vendiderit Tẽplarijs militibus, qui illã retrouendidissent eidẽ Guidoni Lusignano; & q̃ Lusignanus potitus fuerit insula Cypri, & in Riccardũ à Lusignano fuisset translatus titulus Regni Hierusalem: tum quia Lusignanus, vt dictũ est, ius nõ habebat, & ideo illud dare nõ poterat Riccardo Regi Anglo; Tum & multo plus; Quia Guido Lusignanus vti vir Sibillę administrauerat Regnũ pro Gulielmo filio Balduini V. quo in pupillari ætate mortuo, in eo insidiosè, & nulla ratione se ingessit; quod omnes supranominati Historiarum scriptores fatentur.

Alia capita, ex quibus dicunt Reges Siciliæ, ac Neapoli habere titulũ Regni Hierosolymitani, omitto, quia nullius sunt momẽti, & quia de facili submouentur, reticeo. A Friderico itaq; II. Imperatore per euidẽtem seriem Regum, & successorũ, eiusdem tituli Regni Hie-
34 rosolymitani facta est † in Regibus vtriusq; Siciliæ. Hinc Robertum Siciliæ Regem, Hieroso-
35 lymorum † Regem appellauit Francisc. Petrarcha Rer. Memorand. lib. 1. c. 9. Tractat. 1. Et sic post alios Reges, vsq; ad præsentem diem, & Philippum Regem Catholicum fuit obseruatum, & ad præsens seruatur.

Tanto minus obstat, q̃ Reges Franciæ dicãt
36 declaratos esse Reges † Hierusalẽ: vt dicit Carolus de Grassalio Regal. Franciæ lib. 1. iure 1. & illis fuisse à Pontifice concessum, authoritate Bart. in l. Id qđ apud hostes. nu. 2. ff. de leg. 1. Quia dicẽdum est, Bartholum malè Historiam
37 percepisse, licet † confusè verum dixerit: quia fuit Carolo Andegauensi confirmatũ Regnum Hierusalem; non vti Regi Galliæ, (cum re uera Rex Galliæ non esset) sed vti Regi vtriusq; Siciliæ, scilicet Neapolis, vti nouiter inuestito de illis; quibus Regnis cum annexum esset Regnum Hierusalem, ità fuit concessum. Concessio enim primo loco erat facta Friderico II. Imperatori eiusdem Regni Hierusalem in anno Domini 1222. dũ cõtrhaxit matrimonium cum Iole, siue Iolanta, vt dicit Collenucius lib. 4. & alij allegati. Confirmatio verò Caroli Andegauensis fuit facta in anno 1265. eodem modo, & ordine, vt prius erat.

Quinimmò iura Catholici Regis super eodem Regno Hierosolymitano, etiam si dotalitia promissio facta non fuisset, vtiq; quæsita
38 essent † Regibus vtriusque Siciliæ, per acquisitionem ab eo factam, quia iam fuerat amissum Regnum Hierusalem à Guidone Lusignano vltimo Rege, & fuit quæsitum postmodum ab eodẽ Friderico cuius præsentia statim Regni possessionem quæsiuit, & in eadem Ciui-
39 tate † Hierosolymitana solemniter fuit coronatus Rex in die Dominicæ Resurrectionis, anni Domini nostri Iesu Christi 1229. vt testantur omnes Historici, præsertim Facellus post alios. Decade 2. lib. 8. cap. 2. & Collenucius. Histor. Neapol. lib. 4. Quẽ sequitur per eadem verba Ioan. Baptista Carrafa. lib. 4. Ex quibus cum virtute, authoritate, ac præsentia propria idem Fridericus Rex vtriusque Siciliæ, scilicet Neapolis, Regnum Hierusalem quæsierit, inuanum erit requirere cessiones, & dotationes. Nec facit mentionem Bartol. in d. l. Id quod

apud.concessionem factam fuisse Regi Galliæ,
40 sed solum dicit factam fuisse † Carolo Regi; ideoq; quis poterit facere declarationem, & subintelligere Regem Galliæ? Vnde intelligenda sunt secundum intentionem, & veritatem Historiarum, quæ in hoc errare non poterunt, vt melius, ac perfectius intellexit Petr. Greg. Sintagmat. Iur. vniuers. lib. 18. c. 2. nu. 4. par. 2. licet antea hoc idem professus fuisset lib. 6. cap. 2. sub nu. 12. par. 1.

Et ideo sicuti Carolus de Grassalio, dicit; quod ipse Rex Galliæ, vti Rex Hierosolymorum de-
41 bet præcedere ex ordine † scripturæ. arg. notatorum per Iacob. Aluarotum. in c. 1. in princip. num. 17. Quis dicatur Dux, vel Marchio. Vbi enumerat Reges, qui vnguntur: enumeratis Imperatoribus Romano, & Constantinopolitano, subiecit statim de Rege Hierosolymitano. Ità dicendũ est in casu nostro, postquàm constat Regem nostrum, esse Regem Hierusalem iure Postliminij. iuxta notata per Bartol. in dicta l. Id quod apud. vt ipse post Imperatorem omnes præcedat.

CASTELLAE. Hispaniam diuiserunt anti-
42 qui scriptores, in duas partes † vlteriorem, & citeriorem. vt dicit Plin. lib. 3. cap. 1. 2. & 3. Vlterior Hispania continet Lusitaniam, siue Portugalliam, & Bethicam, siue Granatam, de quibus dicam inferius. Citerior verò, continet, Castellæ Regnum, Legionis, Galleciæ, Cathaloniæ, Aragonum, & Nauarræ, de quibus Ptolom. lib. 2. Strabo. lib. 3. Iul. Solin. in Polyhistore. cap. 25. & de vno quoq; ipsorum sigillatim dicam infra, hoc eodem capite. Regna au-
43 tem Hispaniarum, mutatione † temporum, mutarunt & nomina, ab antiquis quodam modo diuersa. Castellæ itaq; Regnum, Castulonense antea dicebatur, à Castulo Ciuitate olim ma-
44 gna; de qua † Liuius lib. 24. Castulo vrbs Hispaniæ, valida, ac nobilis, vndè fuit Helce vxor
45 † Annibalis. cuius meminit idẽ Liuius. lib. 28. Diuiditur autem Castellæ Regnũ in duo, quæ vulgo Hispanorum sermone appellantur, (Castilla la vieja, y Castilla la nueua,) est istud Castellæ Regnum, iuxta Regna Nauarræ, Toleti, Legionis, & Portugalliæ. Hoc Regnũ Castel-
46 læ ad Philippum Regem Catholicum † ex legitima, & iuridica successione pertinet lõga Regum serie. A Ferdinando enim Sanctij Maioris filio, qui Aragonum etiam, & Nauarræ Rex erat, ab anno Dñi 1025. initium Regni habuit, cũ prius Comitatus Castellæ appellaretur: primusq; hic Rex Castellæ appellatus fuit, ad quod per Eluiram matrem peruenit: à quo Ferdinando Rex noster Catholicus per lineam vnius, & viginti Regum vsq; ad Carolum Cæsarem patrẽ, peruenit; cui Carolo ex Ioanna matre, Ferdinandi, & Elizabethæ filia, Philippi magni, ac primi vxore, obuenerat; & ab eodem Imperatore ad Philippum II. Regẽ Catholicũ, nũc regnantem deuolutum est; à quo transmittetur ad successores, per Dei gratiam, vsq; ad extremum Iudicij diẽ. Voluerunt Roderic. Archiep. Toletan. de Regib. Hispan. lib. 4. c. 1. cum pluribus seqq. & lib. 6. c. 9. Alphonsus de Carthagena in Anacephaleosi Regũ Hispanor. c. 45. cum pluribus seq. Io. Laurentius Anania in Fabrica Mundi. in Europa. & Io. Boterus Relation. vniuersal. lib. 1. c. 11. Licet potuissem producere longiorem lineam à Pelagio Duce Cantabriæ. Huius Regni caput esse Ciuitatem Burgẽsem, scribit Alphonsus Montaluus in proœm. legum Fori noui. in verb. De Castilla.

LEGIONIS. Regnum istud Legionis, eo-
47 dem, quo diximus tempore, vnitũ extitit † Castellæ Regno, estq; situm inter Nauarram, Castellam, Lusitaniam, & Galleciam. Huic Regno nomen dedit Ciuitas Legionensis, quæ Legio Germanica appellatur, sed apud Hispanos dicitur (Leon) quæ Ciuitas est nobilissima, pulcherrimo Templo memorabilissima, in quo tri-
48 ginta, & † septem Regum corpora condita sũt, & vnius Imperatoris. Testatur Lucius Marinęus Historiar. Hispanicar. lib. 3. Regiq; Catholico
49 eodem successorio ordine † peruenit, quo proximè dictum est de Regno Castellæ, cum quo est vnitum: vt dicit Rodericus Archiepiscop. Toletan. lib. 6. c. 9. & lib. 9. c. 15. Hęc Ciuitas Legionensis dum à Regibus Curiæ congregaban
50 tur, primam vocem † habebat: quod nuper reti-
51 net Ciuitas Burgẽsis, † vt refert Ananias in Europa. & ità etiam à pluribus mihi relatum est. Hoc Regnum dotis nomine ad Ferdinandum
52 † primum peruenit, vt post Ioannem Lopez de Obtẽtione Nauarræ par. 6. §. 8. voluit Ludouic. de Molina de Hispanor. Primogenijs lib. 2. c. 14. num. 41. & seq. de eo Io. Boterus Relation. vniuersal. lib. 1. cap. 11.

ARAGONVM. Aragoniæ Regnũ proximum est Catalonię Regno, Hibero flumine diuidẽte, ab alio latere mõtibus Iubaldæ, & ab alio montibus Pyreneis. Omitto antiqores Aragonum
53 Reges. Tñ † in anno Dñi. 912. Hennecus ex gente Gothica dictus Arista I. ab Aragonia cum Mauros expulisset, Princeps à populis electus est. Quo tẽpore ob eius corporis vires, & animi virtutes, Principatus ei à populis spõte delatus, cui subditi colla submiserunt, cũ ipso leges stabilitæ, ac pacta inita fuere, vt æquis legibus vteretur, ac Iudex cõstitueretur, q Iustitia
54 † Aragonũ appellaretur, prout etiã modo, & Reges, & subditi vtũtur. de qua Aragonum Iustitia scripsit Petr. Belluga in Spec. Princip. rub. 6. sub nu. 6. vbi ego dixi in verb. Iustitia Aragonũ. Hic Arista dictus est meo iudicio, quia sicut Arista, summa pars spicarũ est ad tuẽda frumentorũ grana à rapientibus Auibus. Iuxta illud Ciceronis in Catone. Fudit (inqt) frugẽ, spicæ ordine structã, vt contra Auiũ minorũ morsus, munitã vallo Aristarũ. Eodẽ modo Hennecus hic Arista, Christianos à Maurorũ infestatione redderet tutos. Huc spectat illud militũ Brac-

cato-

catorū iuniorū, qui ſub Præſentiali militabant
Hieroglyphicum. de quo Pierius Hieroglyph.
lib.56. Huic Ariſtæ inter Pyreneos, & Suprar-
bros mõtes(vt ei primo reuelatū fuerat)appa-
55 ruit Crux Alba,†vt eodē vexillo,ac inſigni vte
retur,vt vſus fuit. Ab hoc itaq;, vſq; ad Annū
Dñi 1017. recta linea Regnū iſtud trāſijt ad Ra-
mirum, (quem aliqui Ranymirum dicunt) ex
quo fuit diuiſum Regnum Aragonum ab alijs
Regnis, cum Garzias Ramyri frater, Nauarræ
Regnum habuiſſet: à quoRamyro, per annos
quingētos ſeptuaginta quinq;,ſucceſsione le-
gitima intercedente, vſq; ad annum hūc 1592.
56 Ad Philippum† Secundū Regem Catholicum
peruenit;filū,& Arborem ſic ſtatuendo. Ramy-
rus,Sāctius III.Petrus,Alphonſus Petri frater,
Ramyrus II.Monachus,Petronilla Ramyri F.&
Raymundi Barchinonæ Comitis vxor,Alphon
ſus II.Petrus II.Iacob⁹ Fortunatus,Petrus III.
Alphonſus III.Largus, & Caſtus Petri F. Iaco-
bus II. Largi frater,Petrus IV. Ceremonioſus,
Ioannes, Martinus,Ferdinandus, Ioannis I.Fi-
lius Alphõſus V. Ioannes II. Alphōſi V.frater,
Ferdinandus II.Ioannis II. filius, Ioanna Phi-
lippi Archiducis Auſtriæ vxor, Ferdinandi II.
F.Carolus Cæſar,Philippus nūc Regnās, à quo
trāſmittetur ad Philippum III.& eius ſucceſ-
ſores. de ijs ſcripſere Roderic. Archiep. Tole-
tan.Hiſtor.Hiſpan.lib.5. c.20.21.22.23.& 25.&
iterum lib.6.per totum. Alphonſus de Cartha-
gen.in Anacephaleoſi. c 69. cum pluribus ſeq.
Luc. Marineus Sicul. lib.8. per totum.Thomas
Facellus Rer. Sicular. Decade 2.lib.9. c.2.& 3.
Io.Boterus Relationum vniuerſ.lib.1.c.5.Petr.
Belluga in Specul.Princip.Rub.1.num.6.in fin.
Rub.6.ſub nu.6.& plenè D. Regēs Mainoldus.
in Aragonia.de hoc Regno meminit Andr. de
Iſern.in proęm.Conſtit.Regni. Hoc Regnum li
57 berum eſt†ab Imperio, vt dicit Gemin.in cap.
Grandi.nu.10.de ſupplend.neglig.prælat.in 6.
& dico infra.cap.47. & 48.

VALENTIAE. Ab hac Ciuitate Regni titu-
lus deductus eſt. Valentia enim Ciuitas eſt,
58 † quæ primis quibuſque in Hiſpania minimè
cędit, cum ſit meritò totius Regni huius ca-
put;à mari tribus paſſuum millibus diſtans. de
qua Plin.lib.3. cap.3. Ptolomeus lib. 2. cap.6.
Pomponius Mela lib.2. cap. 4. de cuius laudi-
bus plura ſcribit Lucius Marinæus de Reb.Hi-
ſpan. lib.3.cap.4.& ordine ſcripturæ l.C.illam
præpoſuit Luſitanis in l. In Luſitania. in prin-
cip.ff.de cēſib.vbi dicit,illam Italici iuris fuiſ-
ſe priuilegio decoratam . Et Aragoniæ præce-
dere prætendit ſuus Ciuis Petr. Belluga in
Specul. Principum Rub.6. Sed hoc ſciunt me-
lius Aragonenſes, & Valentini. de Regno Va-
lentiæ meminit Io. Boterus Relation. vniuer-
ſal.lib.1. cap.6. & antè ipſum Cælius Auguſti-
nius Hiſtor.Sarracen.lib.2.ac nouiſſimè Io.Ma-
59 riana Rer.Hiſpanic.lib.12.cap.19.Vrbem†Va-
lentiā à Mauris magna alacritate prius eripuit
Rodericus Cidus : & demum iterum ad Mau-
ros deuoluta, illam recuperauit Iacobus For-
tunatus Rex Aragoniæ,Petri Secundi filius.de
hac vrbe, & Regno loquitur. Leo Afer.lib. 2.

TOLETI. Ciuitas hæc Toleti, in medio
Hiſpaniæ, atque in eius vmbilico propè tra-
60 ctum † Tarraconenſe in Luſitania poſita, ſiue
in Caſtella, ſitu inexpugnabilis quam; maiori
ex parte Tagus amnis circuit, atque ab incur-
ſionibus hoſtium,belli temporibus tuetur,mū-
ris validiſſimis,& centum quinquaginta Turri-
bus eſt munita, ſoli, cœlique vbertate cæteris
præſtat, atque ſerenitate. In ea maximus eſt
ciuium,Illuſtriumq; virorum numerus,ac ſplen
dor. Templum habet ampliſſimum,& pulcher-
rimum,forma conſpicuum,ædificijs,& ſtructu-
ra magnificum, ornamentis ditiſſimum, & ſa-
cerdotum miniſterijs celeberrimū. Huius An-
tiſtes,atque Archiepiſcopus,ſecundus à Rege
eſt,atq; Hiſpaniarum Primas. Hac in Ciuitate
Leouigildus Reccaredi Regis pater Regni ſe-
61 dem fixit; vnde vrbs Regia† nuncupari cępta
eſt.ac Gothorū Regum ſedes euaſit, ac nomen
retinuit.Primatum ibidem conſtituit Vrbanus
II. Summus Pontifex, vt in eius vita teſtatur
Baptiſta Platina. Hæc Ciuitas à Mauris,& Sar-
racenis occupata tēpore Roderici vltimi Go-
thorum Regis; recuperata poſt modum anno
62 1085.ab Alphonſo†IV.Caſtellæ Rege,Sanctij
II. filio,expulſo Hyaia Almeonis Regis Sarra-
ceni filio ſecundo genito, ac Mezquita eorun-
dem Maurorum facta eſt Chriſti Eccleſia. Hic
idem Rex, Bernardum ordinis Cluniacenſis,
Eccleſiæ Toletanæ præfecit.Miraculum quod-
dam referam. Vtebantur Hiſpani in eorum ec-
63 cleſijs in dicēdis diuinis horis,& officijs,†Go
thico officio; quod erat Gothis litteris exara-
tum, à S.Iſidoro olim, & Leandro tranſlatum,
eoq; in Eccleſia etiam Toletana vtebantur, &
populus idem deſiderabat. Rex verò,Conſtan
tiaq; Regina vxor,cū legato idem volente,con
trarium ſentiebant;eaq; de cauſa tumultus gra
uis exoritur,vt non prius ſedaretur, q̃ ſingula-
ri certamine diffiniretur, vno à Rege electo,à
populo altero: quibus congredientibus,miles
Regis ſuccubuit,populis exultantibus,ꝙ corū
miles pro Toletano officio victor fuiſſet. Cui
armorū iudicio,fluctuante,ac impellēte Regi-
na,Rex minime acquieuit. Vnde ad ſedandam
populi ferociā,à primate, legato, & Clero ie-
iunium indictum fuit, peractęq; orationes, &
demū vtraq; parte volente,ſuper magnā ignis
congeriem vtriuſq; officij, Toletani ſcilicet,&
Gallicani,libri poſiti fuere. Operante autē in-
cendio, Gallicanus liber conſūptus eſt,intacto
remanente Toletano,Hiſpanoq; officij libro.vt
teſtantur.Roderic.Toletan. lib.6. c.23.& 24.&
25.lib.8.cap.3.Io.Boterus Relationum vniuer-
ſalium lib. 1. cap. 11. Hoc Regnum autem ad

64 Philippum † Regem Catholicum peruenit eo
ordine,atq; fucceffione, quo & Regna Caftel-
læ,atq; Legionis, de quibus fupra hoc eodem
capite, fcripfimus.
GRANATAE. Regnum hoc Bethici nomi-
65 ne prius appellabatur,à Bæthi flumine†(quod
Maurorum voce Guadalquibir dicitur) deno-
minatũ.Ipfum à Lufitania Ana fluuius, (quem
66 Guadiana†vocant) diuidit: A Maurorum ma-
nibus captum à Ferdinando Rege, & Regina
Elizabera,vxore, fugatis quafi vltimo ipforum
exterminio, Mauris. A quibus vti alia Regna,
recta fuccedendi linea, ac ordine, iure merito
67 ad Catholicum † Regem peruenit.Plin. cap.1.
& 2.lib.3.Lucius Marinæus.lib.10.cap.1.2.3.&
4.Roder. Archiepifc. Toletan. lib.6. c.32.Cę-
lius Auguftinius Hiftor. Sarrac. lib. 2. Paulus
Morigia in Hiftor. Religi. cap.59. Io. Boterus
Relation.vniuerf. lib.1.cap.8. Ciuitas hæc duo
68 †amplexatur Montes,ab Amne Darro diuidi-
tur. In altero montium Arcem habet fortifsi-
mam, Alhambra adhuc Mauro nomine appel-
latam.Domus pulchrę,& maiori ex parte late-
ritiæ funt:hortos abundantes, irriguos aquis,
Fõtes habet vndis pellucidis fcaturientes: cir-
cuitus eft duodecim circiter paffuum millia,
pulcherrimis muris cincta, continentes mille,
& triginta propugnacula fortia:duodecim te-
net portas. Pulchra, quoad aerem,temperies;
Territorium, omniũ, quæ ad vitæ humanæ vsũ
funt neceffaria,copiofum: dicebatur pars Illi-
beris.Ab hac Ciuitate Granatæ,Regno nomen
69 inditum. Granata† dicta,à Granis Tinctorijs,
pulchri coloris, quorum copia ibi eft magna,
quibus panni tam pulchro, viuoq; colore infi-
ciuntur, quem latini Coccum appellant, Itali
(carmofino)dicunt. de quo Antonius Telefius
in libell. de Coloribus. cap.8. & nos plura di-
ximus in Apologia aduerfus fententiam Pila-
ti,in Ciuitate Aquilæ repertam.
HISPALIS. Eft Hifpalis fimiliter in Bæthi-
70 ca,fiue Granatæ Regno, & in illo†annumera-
tur.Capta enim Bęthica ab Alphõfo VI. Ferdi-
nandi primi filio, magna Sarracenorum clade
facta: Hifpalis tamen remanfit intacta. Cum
verò poftea eadem vrbs fuiffet capta à Ferdi-
nando III. Alphonfi Legionis Regis filio, qui
illam ab eifdem Sarracenis eripuit,à quo tem-
pore fuit eidem titulus Regni, feparatim tribu
tus, eodem etiam ordine fuccefsionis, ficut
71 & Granata ad Philippum† Regẽ,nunc Regnan
tem peruenit, & tranfmittetur(Deo aufpice)
ad Philippum iuniorem, & poft modũ fucceſ-
fiuè ad alios in perpetuum.Hæc Hifpalis Ciui-
72 tas † pulcherrima eft, Bæthi flumine irrigua,
propè quam in Oceanum ingreditur.Ibi Naui-
giorum copia femper exiftit,diuerfarum mer-
cium,ibidem applicantium gratia, quibus ex
mercibus, ac nauigatione eft effecta diuitijs
celeberrima.Olim Romanorum Colonia fuit,
& ex quatuor iuridicis conuentibus,vnus Hi-
fpalenfis erat. Plin. lib.3. cap.1. Solin.in Poly-
hiftor.cap.25. Pompon.Mela lib.2.cap.4.lib.3.
cap.1. Ptolomeus lib.2. cap.4.Marinæus.lib.1.
2.& 19. Archiepifcop.Tolet.lib.6.c.32.Alphõf.
Epifcop.Burgenf. In Anacephal.c.83.vbi dicit
Ferdinandum longa obfidione illam afflixiffe,
cuius claues ei ab Arabibus idcirco traditæ
fuere.Sibiliam hodie hanc Ciuitatem vocant,
73 Indiarum,ac Noui orbis,†nauigationibus no-
bilem.Cuius Regni meminit Io.Boterus Rela-
tion.vniuerf.lib.1.c.9.& Cælius Auguftin.in Hi
ftor. Sarracen.lib.2.LeoAfer Rerũ.Africlib 2.
CORDVBAE. Eodem tempore, quo,& Hi-
fpalis,eodem bello ab eodem Rege Ferdinan-
74 do †capta fuit Corduba,ijfdemq; iuribus,eo-
demq; ordine fucceforio, ad Philippum II.
nunc regnantem peruenit,vt authores eofdem
habeo,quos fupra retuli. Propè eam eft etiam
idem Bæthis fluuius;de qua Martialis,lib.9.ait:
Qua diues placidum, Corduba Bethin amat.
75 Patria fuit† vtriufq; Senecæ, & Lucani Poetæ,
& Auerrois Philofophi,vnde Martialis. lib.9.
Duosq; Senecas, vnicumq; Lucanum.
Vnde de illa rectè cenfuerunt fcriptores, &
præfertim Baptifta Mantuanus dum ait:
Corduba præftantum genitrix facunda virorum.
de qua Roderic. Toletan. lib.7.c.8. lib.9.c.16.
& 17. Leo Afer Rer. African.lib.2.
76 GIBRALTARIS.† Calpe montes prius di-
cti funt apud antiquos latinos, qui licet latitu
dine magni non fint,in altitudinem tamen ere-
cti ingentes funt,& ad mare vfq; porriguntur;
Abilæ monti Mauritaniæ, fiue Africæ obiecti
funt. Sub monte Calpe vrbs eodem nomine fi-
77 ta eft, † quæ hodie Tariffa dicitur, quæ Belon
prius dicebatur, ficut aliqui voluerunt appel-
lata.Ego Tarteffum illam fuiffe cẽfeo, Carthe-
78 jam à noftris appellatam.†ex Plinio lib.3.c.1.
ibi:Cartheja,Tarteffos à Græcis dicta. & Stra-
bo.lib.3.Nõnulli(inquit) Tarteffum huius tem
poris Carthejam appellant. Ptolom. lib. 2. c.4.
Liuius lib.38.Columell.lib. 10. Horũ verba fa-
ciens Paufanias in Eliacis dicit: Tarteffum cer
tè fluuiũ Hifpaniæ effe tradunt, oftijs duobus
in mare defcendentẽ:Amni cognominẽ vrbem
inter vtrunq; alueum fitam, omnium vero Hi-
fpaniæ fluminum maximum, & præaltis vorti-
cofum gurgitib⁹, Bęthin huius ętatis homines
nominant.Sũt,& qui Prifco nomine Tarteffum
Carpian vocitatam dicant. Hæc Paufanias. &
D.Hieronymus in Proęmio lib.2.ad Galatas.Et
oppidum(inquit)Tarteffon, quod nũc vocatur
Cartheja,Iones Gręci homines locaffe referun
tur.& Pomponius Mela lib. 2. cap. 4. vbi affe-
rẽs fuam patriã effe.In eo (inquit) Cartheja,vt
q̃dã putant,aliq̃n Tarteffos,& quam tranfuecti
ex Africa Phœnices habitãt, atq; vnde nos fu-
mus.Quo nullũ, neq; melius,neq; verius tefti-
moniũ.Hanc Ciuitatẽ laudat Paufanias ex ære
in

in loco sup. allegato. & Strabo in d.lib.3.Laudat, ex piscibus Murice, & Purpura dicens. In Cartheja verò Cerycas idest, Murices, & purpuras librarum decem. Data fuit olim à Ro-
79 manis hæc † Ciuitas in Coloniam, natis ex militibus Romanis, & Mulieribus Hispanis.vt scribit Liu.lib.42. Carol. Sigon. de antiq. iur. ciui.Roman.lib.1.cap.6. Cuius nouissimè dum hæc transcribuntur meminit etiam Thomas Bozius de statu Italiæ.lib.1. Duos hos montes, quos modici freti latitudo interfluit, Herculis
80 columnas † appellarunt. Hinc Herodot. lib.4. de Samijs verba faciens: Herculeas (inquit) transuecti columnas, peruenerunt in Tartessum. Quarum etiam mẽtionem fecit Iosephus de bello Iudaic. lib.2. cap.16. Gibraltar, hodie locum dicunt, à tempore, quo deuicto Roderico vltimo Gothorum Rege, Hispanias pos-
81 sidẽte ex proditione Iuliani † Comitis Septæ, cui fuerat à Rege illata iniuria ob violatam
82 Cabam † Virginem Comitis filiam, fuit à Mauris captum, Duce Tarif Abenzarcha, vel Taric Abentier, à quibus ob victoriam, quam primus in illo loco, ex Arabibus reportauit, Monti nomen tributum, Gebel Taric, vel Gebel Tarif.
83 † Gebel enim Arabibus mons est, Tarif, vel Taric, illius nomen fuit, & proinde Tartessus, vel Cartheja Tariffa hodie appellatur. A Maurorũ
84 itaq; manibus recuperata est illa Regio † per Ferdinandum IV. Sanctij IV. filium in anno circiter 1295. & post modicum tempus perdita iterum, recuperata ab Henrico IV. Ioannis II. Regis filio, anno circiter 1454. & demum cum tota Bethica, siue Granata, in qua montes con-
85 tinentur, Andaluzia dicta, à fœlicissimis † Ferdinando, & Elizabetha Regibus, expulsa omni Maurorum, & Sarracenorũ impietate ad Christi fidem adiuncta; à quibus ad Ioannã Filiam,
86 Caroli Cæsaris matrem, & ad Carolum, & † ab eo ad Philippum nunc Regnãtem fœlicissimè peruenit, & ad suos, Deo volente, transmittetur. Quorum meminerunt Quint. Curtius Histor. Alexandri.lib.9. Isocrates. in Oration.12. ad Philippum. Diodor. Sicul. antiquit. lib.4. Pausanias in Eliac. Leo Afer. lib 1. Roderic. Archiepiscop. Toletã.lib.3.c.18. & 19. Alphonsus Eps Burgens. in Anacephaleos.cap.86. Eps Gerundensis Paralipomen Hispan.cap.17. Vincent. Beluacen.in Specul. Naturali.lib.32.c.16. Herodotus.lib.1. Philostrat. in vita Apollonij. lib.5.c.1.10. Boter.Relation. vniuers. lib.1.c.9.
87 MVRTIÆ. Murgis † hæc Ciuitas Plinio dicta lib 3. cap.1. est autem, & ipsa in Bethica, siue Granatæ Regno, Oreola quandoq; dicta. Murtia ipsa, ac omnia Regno adiacẽtia à Maurorum, & Arabum manibus capta per Alphonsum Decimum Astronomum.vt voluit alter Alphonsus de Catthagena in dicta Anacephaleosi. c.84. & ab hac via recta transiuit, ad Re-
88 gem Catholicum Philippum † Secundum. Vel si mauis à Iacobo Fortunato, Petri II. Aragoniæ Regis filio.vt voluit Lucius Marineus Rer. Hispanic. lib.10. cap.15. Michael Riccius de Regib. Hispan. lib. 3. Cælius Augustinius Curio Histor. Sarracen. lib. 2. Boterus Relation. vniuersal.lib.1.cap.7.

GIENNAE. Iaen adhuc Hispani illam no-
89 minant: Montesia dicebatur, † & Iaen Arabum lingua vtuntur in hoc nomine conseruando: quod verbum, rerum copiam designat, quibus locus ille maximè abundat: & hanc significationem sibi à Mauris quibusdã dictam refert Lucius Marinæus lib. 2. cap.1. Montesam illam vocat Ptolom. lib. 2. cap.6. In eius dem Bæthicæ regionibus est situata; Eratque fortissimum oppidum, quod à Mauris occupabatur, & præsertim illud tenebat Abenhut
90 † de genere Abohaget Regis Cæsaraugustani. vt voluit Roderic. Toletan.lib.9.cap.12.13. & 14. Quibus fuit ereptum à Ferdinando III. vt diximus supra de Regno Cordubæ. de quibus scripsit idem Marinæus.lib 5. cap.5. & ijs
91 causis, ac rationibus à Philippo † Rege possidetur. de quo Regno meminit Cælius Augustin.Histor. Sarracen. lib. 2. Boterus Relation. vniuersal.lib.1.cap 9.

GALLÆCIÆ. Regnum Gallæciæ est pro-
92 ximum Regno Castellæ, & Legionis, † quod flumen Durius diuidit à Lusitania, quod cum à Mauris teneretur. Alphonsus I. Asturum, & Legionis Rex, Catholicus etiam appellatus, Petri Ducis Cantabriæ filius, ac Pelagij ex Ermisenda filia gener, à Mauris, & Sarracenis eripuit: & postea à Froilla, eius filio tutatum ab illorum incursionibus, & sic passim per lineam iam
93 pluries dictam, ad Maiestatem † eiusdem Philippi Regis Catholici deuenit, vt supra notati Historici testificantur. & de hoc loquitur Boter.Relation. vniuers.lib.1. cap.12.

CATHALONIAE. Siue nomen antiquũ re-
94 tinuerit, vt dicatur Gothlonia † à Gothis, siue Gothorum Colonia: aut, vt Flauius Blondus asserit, Gothi, & Alani, eam Regionem composito nomine significent, quasi Gothalania, ab his duabus nationibus Gothorum, &
95 Alanorum, qui illam promiscuè † habitarunt: vt ità declarauit Pandolphus Collenucius Histor.Neapolit.lib.1. Albertus Cratius in Suecia lib.4.cap.29. & Io. Magnus Historiæ Gothor.& Suenon. lib.16. cap.7. Antiquitus verò fuere Illergetæ vocati, ab Illerda vrbe, quæ hodie
96 † Leryda dicitur.vt notauit Ptolom.lib 2. c.1. Plin.lib. 3. cap. 3. Est inter Cæsaraugustam, & Barchinonem posita, litterarum antiquissimo Gymnasio celebris, pulchris ædificijs, ac templis ornata, fertili solo conspicua, ad ripas Sicoris fluminis posita, ob victoriam Cæsaris, quam contra M. Varronem, M. Petreium, & Afranium Magni Pompei Præfectos obtinuit,
97 † memorabilis. de quibus Liuius lib.28. Tarta-

conensis etiam prius dicebatur à Tarracone vrbe, Scipionum opere. Vel ab Otogerio Cathalo, qui fuit vnus ex nouem Ducibus missis à Carolo Magno ad pugnandum contra Mauros, quod scribit Marineus lib. 9. Cathaloniam
98 eo ordine ad Regem Catholicum † venisse, quo & Valentia, ac Regnum Aragonum ex comper to est, & docuit Petrus Belluga in Specul. Principum. Rub. 34. §. fin. n. 1. de Cathalonia scribit etiam nouissimè Io. Boterus Relationum vniuersalium. lib. 1. cap. 4.

NAVARRÆ. Vasconum Regnum antea di
99 cebatur, quod nouissimè Nauarræ † Regnum dicitur. Priusquam dicam, qua via Regnum istud ad Philippum Regem Catholicum peruenerit, aliqua tempora priora sunt repetenda, & ab illis postmodum ad tempora nostra descendemus. In Anno igitur Iesu Christi Do
100 mini nostri. 912. Indicus, siue Henneeus † cognomento, Arista, ex Gothorum Regum familia, Nauarræ Regnum à Maurorum manibus exemit, post quem spacio nonaginta octo annorum per quatuor alios Reges via recta vsq; ad Sancti; maioris filium Ramyrum peruenit anno. 1017. à quo per decem, & octo Reges, vsque ad Annum 1479. quo successerunt Ferdinandus, & Elizabetha Reges Catholici coniuges, per annos circiter quadringentos sexaginta, recta quadam linea transmissum est. Stetit igitur Regnum istud penes Reges ex Go-
101 thorum familia † vsque ad annum Dñi 1228. Quo Blanca filia Sanctij sapientis Regis, nupsit Theobaldo Comiti Campaniæ, & ab ijs stetit Regnum penes Gallos, ac ex illorum origine vsque ad annum Domini 1387. quo Carolus Tertius iunior Nauarræ Rex, mortuus tandem in anno 1399. Filia eius Blanca, nupsit Martino Regi Siciliæ, Martini Aragonum Regis filio, quo mortuo nupsit Ioanni, Ferdinandi primi Aragonum Regis filio Secundo. Post quem dierum quindecim spatio successit Gasto Foxensis. Post modum Phœbus spatio annorum viginti quinque. demum Ioannes Allebretus Druidum Comes, & post ipsum Ferdinandus
102 Rex Catholicus, † & ab ipso Ioanna, & ab ea Carolus Cæsar, & ab ipso Philippus nunc Regnans. de quibus plenè D. Regês Iacobus Mainoldus scribit.

Acquisitionem hanc Catholicorum Regum, nonnulli criminantur, quasi Reges Catholici in foro conscientiæ restituere istud Regnum
104 † teneanrur successoribus Allebreti: inter quos nimium se torquet, suo more Ioãnes Bodinus de Republ. lib. 1. cap. 9. inuehitque contra Iulium Secundum Pontificem Maximum, qui illud Ferdinando Regi concessit. Martinus
104 † Azpilcueta Doctor Nauarrus in libello de Finibus Humanorũ Actuum. quem scribit Don Gabrieli della Cueua Duci Albutquequensi, dum quærit se excusare, quòd odio ipsum haberet Philippus Rex Catholicus; quasi dixerit, in foro conscientiæ Regnum restitui debere, & quædam alia à Doctore Nauarro in aere figurata, quæ nunquam ad Regem Catholicum, ne cogitatione quidem prruenerunt; ostendit per excusationem hanc minimè petitam, manifestam sui accusationem, quòd in eo, de quo se ipsum dicit accusatum, cũ nunquàm id fuerit, verè id in mente gereret, propensus in antiquum suum Regem naturalem: quod & si excusatione dignum foret, non tamen viro, & Doctori iuris vtriusq;, & præsertim canonici consumatissimo, qui cum in expurgandis conscientiæ casibus tam diù annos consumpserit, considerare oportebat in foro conscientiæ restitutionem fieri non oportere, quia dicta Bodini, non adeo magnifacienda sunt, quando eius verba nil aliud sapiũt, quàm innatam feri
105 ptoris naturã, qui cum ex suis scriptis demonstret, & cum † Luthcranis, cum Caluinistis, & Hugonistis sentire, palam est, odio tenere Ecclesiam Romanam, eiusque summos pro tempore Pontifices. Contra quem à primo anno, quo sua scripta in lucem prodierunt, iam cumulaueram errorum suorum iustum volumen, contra quos scribere inchoaueram, alijs tamen impedimentis perficere opus non valui. Ad Doctorem Nauarrum redeo, qui debuit consi-
106 derare, Catholicũ Regem † iam ex professo cognouisse hominem studijs deditum, & tamquàm scientia, & probitate plenum, illum satis superque honorasse: vt ipse testatur in lib. de reddit. Eccles. q. 1. nu. 95 Nec enim tanti Regis intererat, cũ Doctorem Nauarrum, patronum aduersarium haberet, cum bis mille Regi homines forent eiusdem farinæ, & scieotiæ, vt quasi opinionem vnius hominis pertimesceret; contra quem facile erat, plures opponere, qui Doctori Nauarro non solum obsisterẽt, sed eius opinionem omnino nihil facerent. An fortè formidabat Rex, vt dictũ à Nauarro ederetur, vt de Pythagora dici solitum fuerat, ipse dixit? Sed agè quatuor verba eius causæ cõstitutionis proferam: Si Ioannes Allebretus
107 † olim Nauarræ Rex, contra Ecclesiam Romanam, cum Ludouico XII. Galliæ Rege, Ecclesiam eandem impugnante; Pontificem deludente; Concilium contra Pontificis voluntatem, quinque tantum Cardinalium suæ nationis fauore iunixum, moliente; Italiam deuastare comminante; (vt pluribus in locis fecerunt) Iustis Põtificis, tamquàm Pij, & amantissimi patris monitionibus minimè obtemperante; & cum ipso arma sumente; excommunicationis arma Ecclesiastica paruifaciente; damna, & ruinas Italiæ, & statui Ecclesiastico infligente; dum populorum afflictiones, hominum interneciones, domorum incẽdia, Ecclesiarum deuastationes, & rapinas, sacrilegia, stupraq;, & flagitia etiã in Deo sacratas Virgines, aliaq;

prauа

praua cõmisissent, sic deludi Iesu Christi Vicarium, sic Pontificiam potestatem destrui, & annihilari quodammodo, summum illum Ecclesiæ Catholicæ Pontificem obdormire in vtramque autem debere credebãt? Coactus tandem armis Ecclesiasticis vti, & contra Ecclesiæ rebelles ꝓcedere, qui tot scelera patrare, ipsamque Pontificis statuam æream comminuere, & in illam more ferino sæuire, quorũ aliqua describit Anton. Nebrissensis de bello Nauariens. lib. 2. cap. 2. Ex pluribus igitur licuit Summo
108 † Pontifici contra eundem Regem; qui in pluribus capitibus in excommunicationem, hæresimq; inciderat, & in excommunicatione Pontificia perseuerabat, ipsam delendo, & monitiones contemnendo; tamq̃ rebellem Ecclesiæ factum, & putridum Ecclesiæ membrum, Pontificia authoritate ipsum à fidelium cætu eijcere, & Regno priuare: vt in Appẽdice post Collenuciũ in Historia Neapolit. scribit Mambrinus Roseus lib. 1. vol. 2. vt optimè in foro Pœnitentiæ decernit Iosephus Angles Flor. Theolog. quæst. tit. de restit. ex bello. conclus. 7. parte 2. & è nostris Anastasius Germonius de sacror. immunitat. lib. 3. cap. 13. nu. 41. Qui
109 dicunt istud Regnum iure† legitimo cõcessum fuisse Ferdinando Regi, & successoribus. Nec de quæstione ista dubitandum, quando exactè illam tractauit Ioan. Lopez in Commentarijs de Regno Nauarræ, vt audiui, cum huc vsque non licuerit mihi illum videre. Habere autem Summum Pontificem potestatem trans-
110 ferendi Regna † ex causa ab vno ad alium, non est nouum, nec credo aliquem de hoc dubitaturum; quod latius comprobatur ex controuersia, quam scripsi impellente me Illustrissimo, & Reuerendiss. Dño Cardinali S.R.E. Vincentio Iustiniano vbi tractaui, num potestas Tẽporalis mediatè, vel immediatè à Deo pendeat? ad quem me refero, quia edenda erit in secunda Centur. controuers. Forens. siue consiliorum.

Hoc vnum mirificè notandum censeo quoad Regnum Nauarræ, quòd primus, qui illud
111 eripuit† de manibus Maurorum, cum fuerit Henneeus Arista, & alij successores Hispaniarum Reges Regnum ipsum possederint, nõ mirum si res, & Feudũ, ac Regnum de facili Deus permiserit, venire ad successores priorum Regum, cum res de facili reuertãtur ad naturam
112 suam† primæuam. arg. c. Ab exordio. 25 Distinct. c. fin. 16. q. 4. c. Cũ dilectus. de cõsuetud. l. Si vnus. §. Pactus ne peteret. ff. de pact. maximè cum ijdem Reges Regnum quæsijssent à Barbarorum manibus, labore, erumnis, & sanguinũ effusione. Ipsi autem, qui ex eodem sanguine non fuerunt, Regnum ingressi sunt absq; sudore per medium Blanchæ filiæ Sanctij sapientis. II. quę nupsit Theobaldo Comiti Campaniæ: Et post modum temporis successu altera Blancha Caroli III. Iunioris Regis Nauarrę primogenita, cum nupsisset Martino iuniori Regi Siciliæ, Martini senioris Regis Aragonũ filio, Regnum apud Hispanos stetit. Quo mortuo, Ioanni primo Ferdinandi primi Regis Aragonum filio nupsit, & similiter apud eosdem remansit. Ex his enim nati Blanca iunior primogenita nupta, seu desponsata Henrico Quarto Castellæ, & Legionis Regi; & Leonora secundogenita nupta Gastoni Comiti Foxensi, siue de Fois, malis artibus, ac veneno, opera Foxensis, & Leonoræ coniugum è medio sublata Blãca, vt Nauarræ Regno potirentur; quindecim tantum dierum spatio Regno aspirarunt, & mortuus est, relicto Ioanne filio, à quo Phœbus, & à Phœbo alter Phœbus iunior: qui omnes vix annis viginti quatuor Regno potiti sunt, & extincti, superstite Catherina, quæ nupsit Ioanni Allebreto vltimo Regi ex ea familia, qui tenuit Regnum octo circiter annis. A cuius manibus illum eripuit Ferdinandus
113 Rex Catholicus † inuictis armis: Cuius acquisitionem defendunt iam dicta, præter ea, alia etiam: quia cum simul iuncti essent contra Pontificem, & is Pontifex fœdus haberet cum Ferdinando, & cum Rege Anglo ad profligandum Ludouicum Galliæ Regem, contra quem per Aquitaniam ingredi, viam petebant, sed tamen prius per Nauarrorum Regis confines transeundum erat, hoc instanter, & Anglus, & Hispanus à Nauarro petebant. Quod Gallus Rex præsentiẽs per Amanium Allebretũ Dorualum legatum apud Nauarrũ institit, vt Anglos Aquitania pelleret, quod facere ille negauit. Dumque ille instaret, vt hostium transitum impediret, Nauarrus se impedire posse negauit. Tandem precibus victus, & coactus, ac etiam largitionibus inductus, quòd Stephanus Poncherius, & Petrus Viachius, arbitri honorarij addixissent suæ ditioni Principatum Biarnensem, antiquato decreto Senatus, quo Regi Gallo fuerat addictus antea, fœdus cum Ludouico inijt. Vnde quis illi persuaserat, vt transitum impediret, quando illum concedere debuerat? quod factum, non Historici solum allegati, sed nouissimè Ioannes Nicolaus Dolionus in Compendio Historiar. lib. 5. & antea dixerat Arnoldus Ferronus Historiarum Galliæ.
114 lib. 4. Transitum† vero impedire contra ius diuinum est, vt patet exemplo Mosis Deuteronom. cap. 2. dum ibi dicitur: Misit ergo nũcios de solitudine Cademoth ad Sehon Regem He-
115 sebon† verbis pacificis dicens: Transibimus per terram tuam; publica gradiemur via, non declinabimus neq; ad dexteram, neq; ad sinistram; alimenta precio vende nobis, vt vescamur, aquam pecunia tribue, & sic bibemus. Tantum est, vt nobis concedas transitum, sicut fecerunt filij Esau, qui habitant in Seir, & Moabitæ, qui morantur in Ar, donec veniamus ad

Ior-

Iordanem,& transeamus ad terram, quam Dominus Deus noster daturus est nobis. Noluitque Sehon Rex Hesebon dare transitum, subiungit. Dixitq; Dominus ad me. Ecce cępi tibi tradere Sehon, & terram eius: incipe possidere eam: Illos verò omnes occiderunt in ore gladij, & Ciuitates illorum destruxerunt. quorum meminit Iosue cap. 2. & 9. & 12. & lib. 3. Esdræ. cap. 9. & hoc idem cecinit Dauid Psalm. 134. & 135. & Num. cap. 21. & Iudicum. cap. 11. Sic Iu-
116 das Machabæus, † cum duceret exercitum, & trāsitus illi per Ciuitatem Ephron esset necessarius, cum aliunde illum non haberet, quem per nūcios modestè petijsset, & negaretur; ferro sibi, & exercitui, ac armis viam aperuit, vrbem expugnauit, cępit, deleuit, & incendit; tantiq; ex Ciuitate illa deleti sunt, vt virilis tantum sexus strages viginti quinque millia hominum facta fuerit, eiusq; possessiones, & bona illorum possederit: vt scriptum est Machabæor. lib. 1. cap. 5. & scribit Iosephus antiq. Iudaic. lib. 12. cap. 12. Ex quibus patet minus rectè sentire illos, qui dicunt Regnum hoc nullo iure fuisse quæsitum: Post cuius acquisitionē idem
117 Ferdinandus Rex † Catholicus, licet senex, cum despōsasset Germanam Fuxeam Comitis de Fois sororem, Regis Ludouici XII. ex sorore neptem, de quo Mambrin. Roseus Historiar.
118 lib. 9. illa cęssit eidem † Regi Ferdinando, omnia iura Nauarri Regni, quatenus aliquid iuris illi competeret. quod, & idem Bodinus asseruit dicto lib. 1. cap. 9. Sed iam transeamus vlterius.

Renatus Choppinus de Domanio Franciæ. lib. 3. cap. 1. nu. 10. inquit: Nauarros, si tot Principes, ac Principum familias, non essent experti, iugum extranei Principis, nunc existentis, (de Rege nostro loquitur) detrectassent:

Troiaq; nunc stares, Priamiq; arx alta maneret.

Miratus sum virum Iureconsultissimum, quem
119 semper mihi inter maximos † duxi, & Historiarum scrutatorem diligentissimum, & de Pontificibus, Ecclesia Romana, & illorum authoritate, ac Maiestatè, optimè meritum, quo iure proruperit ad Nauarrorum animos accendendum, ipsosq; impellendum, vt Regi suo rebellarēt. Debuit Ludouicum Regem imputare, ꝙ
120 quasi coactum Ioannem † Allebretum Regem induxerit, eiq; prauum consilium præbuerit, vt suæ saluti consuleret, propriam amitteret; sub spe defensionis, ac recuperationis faciendæ, quam nunquàm præstitit: qua spe delusus, remāsit ille Rex sine Regno: cum debuisset Ioannem Regem taxare, quod proprio detrimento nō prouiderit, cum iter negauit, omni iure debitum. Cur non proposuerat sibi exemplū Roberti Guiscardi filij Rogerij? qui ob iter non cōcessum, ac transitum minimè datum per sua
121 Regna † ab Emanuele Comneno Imperatore Constantinopolitanō, exercitui Christianorum Principum, qui ad recuperandum Ciuitatem Hierusalem, ac Iesu Christi sepulchrū transierat; ægrè ferens transitum tributum, dulciaria, aliaq; comestibilia, quo exercitum perderet, cum confecisset; ira percitus, solus illi bellum intulit, insulasq; Corcyrem, ac Eubeam, Corynthum insuper, Thebas, Dyrrachiū, aliasque complures vrbes eripuit; ipsoq; vidente Imperatore, Burgos Constantinopolitanos incendit. vt latius dixi supra. cap. 42. Sed tantæ sunt nostrorum Catholicorum Principum virtutes, illa in subditos beneuolentia vtuntur, vt etiam non subditorum, sed externorum animos rapiant. Nonne à principio, quo prima vice Blanca Sanctij Sapientis filia nupsit Theo-
122 baldo Comiti Cāpano, iurauit vir † ille, pro se, ac successoribus perpetuis futuris temporibus fœdus tenere cū Hispaniarum Regibus, & nūquam illos fallere? vt veridicè ipse etiam Ioannes Alebretus Rex dixit? quod optimè, ac fideliter retulit Arnold. Ferron. in dicta Histor. Gallic. lib. 9. quo stante incidit in periurium,
123 ex quo † feudum amittit. vt post Alexand. in consil. 103. nu. 15. vol. 1. voluit Curt. iun. in consil. 137. nu. 17. Matth. de Afflict. in c. 1. §. Nam si quis. nu. 34. & in §. Similiter. nu. 26. Quib. mod. feud. amitt. licet non ex omni periurio, feudo priuetur. vt in c. 1. §. Illud. quæ sit prima caus. benef. amitt. & voluerunt supranotati Doctores. & Francisc. Sonsbech. iuris feud. parte 12. nu. 12. Non enim præstitit iter Regi Catholico, nec victualia per iter; & receptabat, ac vnionem fecerat cum hostibus eiusdem; ex quibus, & alijs debebat Regnum perdere, de quibus latissimè Raph. Comens. in consil. 161. Ioan. de Anan. in consil. 7. Hieronym. Grat. in consil. 1. num. 75. 80. vol. 1. Omitto causas alias enumerare, ne plus debito detinear; satis enim cautius fuit subditis, vt quæsiti olim à manibus Maurorum, & ad fidem Catholicam redacti Hispanorum Regum opera, ac ipsi possiderentur à Catholicis Regibus, cum omnem Hispaniam Oceano Mari circundatam, & diuino iudicio, altissimis Pyreneis montibus clausam, possideant, & ipsam à Gallijs diuisam, nō rectè stare sub alieno Dominio in angulo eiusdem terræ, & sub Principe de Republica Christiana nō benè merito. Sub nostris namq; Principibus illorum fides semper candida fuit, ac intacta Ecclesiæ Romanæ obseruata, quod fortè sub alio Principe ambiguum est, an eis obuenisset, habent enim exempla vicinorum, qui à fide Catholica discesserunt.

HVNGARIÆ. Pannoni apud Latinos sunt
124 Hungari appellati, παίονες Gręci dicunt. † Scythica gens, Hunnica dicta, quæ cum Attila eorum Rege has prouincias, & loca consedit,
125 caput Regni faciens Sicambriam, quæ † Buda antiqua dicitur à Buda, seu Beda, vel Bela Attilæ fratre, quod fuit anno Domini Nostri Iesu

Iesu Christi circiter 400. Hanc gentem postea ab Arnulpho Imperatore, dicunt vocatam, vt eos socios haberet, dum cum Morauis bellum gerere deberet. Hi Germaniam primo aduentu vastarunt, Græciam, Macedoniamq;, & multas eorundem locorū Ciuitates subegere, quas tributa pendere coegerunt. Italiam ingressi magno agmine, bis, ac ter, victoriam reportarunt. Ij post modum in Pannonijs resederunt sub diuersis illorū Regibus post Attilam; quorum aliqui successores in Scythiam rediere.
126 Post enim Attilæ mortem, Aladarius, † & Caba filij pro Regni successione decertarūt. Succubuit autem Aladarius in bello cum Ardarico Gepidarū Rege, & Caba filius alter in Scythiam reuersus est. Hunni verò maiori ex parte in Pannoniam remanserunt. Cumq; iam diù sine Rege stetissent, per legatos in Scythiam trāsmissos, Attilæ successores vocarunt: Cumq; Caba filius Attilæ, genuisset Fedonem, Fedo Vgech, Vgech verò Elendum, Elendus autem Almum. Almus verò Arfadum, hic Arfadus iterum ex Attilæ successoribus fuit Pānoniæ Rex; post quem Zalthan filius, & ab eo Toffonus, & ab hoc Giza, qui fuit primus Pannoniæ Rex,
127 † qui fidem Christianam esset amplexus, qui
128 fuit Baptizatus à sancto Adalberto † Episcopo Pragensi, vna cum Stephano eius filio, qui similiter fuit in vita, & morte miraculorū glo-
129 ria clarus, † & in sanctorum numero relatus, & hoc fuit in anno Christi 997. quorum omnium meminit Aeneas Siluius Histor. Bohemicæ cap. 16. Io. Candid. Histor. Aquileiens. lib. 3. Germanographus. lib. 3. Martin. Cromer. Histor. Polonic. lib. 3. Cæsar Cardinalis Baronius ad Martyrolog. die 23. Aprilis. Anton. Bonfinius Historiar. Vngaricar. Decade. 2. lib. 1. Albertus Crantius in Vuandalia. lib. 6. cap. 5. in Saxonia. lib. 4. cap. 29. & in Metropoli. lib. 4. c. 3. & sic Vngaria per plures successores, & alios etiam in sanctorum numero relatos Reges gubernata extitit. de quibus vltra iam allegatos scribit Michael Ritius de Regib. Hungar. lib. 1.
130 in fin. & lib. 2. in princip. Ius, quod † habet Rex Catholicus in Regno Hūgariæ tamquàm Rex Neapoli, & Siciliæ, descendit ex eo quòd Rex Carolus II. habuit vxorem Mariam filiam Stephani V Regis Hungariæ: quia mortuo Ladislao IV. Rege Stephani filio absq; prole, successit in Regno eadem Maria, & ex eius persona Carolus vir, & Carolus Martellus Mariæ filius, qui fuit per Sedis Apostolicæ legatum Coronatus Rex Hungariæ: vt testātur Pādolphus Collenucius Histor. Neap. lib. 5. & qui eum ad verbum sequitur Io. Baptist. Carrafa. lib. 5. Michael Ritius Regum Hūgar. lib. 2. Et post eum fuit alter Carolus, dictus ab Italis Carobertus, cum Carolus Humbertus diceretur: ab Hungaris tamen Carolus dicebatur, Rex potentissimus, qui annis decem, & nouem moderatus est; & post ipsum reliquit filios Ludouicum, Andream, & Stephanū. In Regno successit ei Ludouicus, qui quadraginta, & vno annis regnauit, fuitq; electus Rex Poloniæ, quorū Regnum tenuit annis duodecim, vt sunt testes Michael Ritius in lib. 2. & Martin. Chromer. in Histor. Polon. lib. 13. Huic successit Maria filia, vxor Sigismundi Cæsaris, à quibus nata est Elizabetha, quæ nupsit Alberto Austrio Imperatori Quinto eius nominis, sed Secundo Cæsari; ex quibus natus est Ladislaus, qui & ipse successit in Regno, à quibus Reges Catholici titulū
131 habuere: † ex pacto etiam cum eo inito, vt titulum Regis Hungariæ, Austriaci retinerent: vt dicit Vuolfgangus Lazius in Genealog Austriaca. lib. 2. Ab anno autem 1517. peruenit in Ferdinādum Austriacum Imperatorem, à quo in Maximilianum Imperatorem filium, & ab eo
132 in Rodulphum Secundum nunc † Imperatorē, & Hungariæ Regem. Horum meminit Petr. Messia in Vuenceslao cap. 1. Collenuc. lib. 5. Carrafa. lib. 5. Cromerus lib. 13. & 14. Michael Ritius. de Regib. Hungar. lib. 2.

DALMATIAE, CROATIAEQVE. Et si con-
133 cludi potuisset eodem iure, Catholicū † Regem hoc titulo insigniri, quo, & Regno Hungariæ; ponuntur tamen tamque diuersa. Sunt verò Dalmatia, & Croatia ambo in Illyria, omnes
134 originem ducentes, ex magna † Slauorum gente. Non solum enim, Dalmatæ, Illyrij, Carpathij, Istrij, Hungari, sed etiā Bulgari, Bosnenses, Moschi, Pomerani, Carni, Croatæ, Russij, alijq; permulti, vt est videre apud Iornandem de Reb. Gethicis. Gregorium in Epist. ad Episcopos Istriæ. Vuitichindē de Reb. Saxonum. Martin. Cromer. Rer. Polonic. lib. 1. & 3. Dalma-
135 tiam enim, Croatiamq; possederunt † Neapolitani Reges, vbi subiecerūt Dyrrhacchium. Fuere enim Dyrrhachij Duces, ac Zaræ in eadē Dalmatia Domini, quam Iaderam, vocat Pōponius Mela. lib. 2. cap. 1. in fi. & iterum illam ven-
136 didit Venetis Ladislaus Rex pro † Florenis centum mille; vt sunt authores Collenucius, & Carrafa in Historijs. lib. 5. Io. Nicolaus Doliónus Histor. lib 4. Ex alia etiam antiquiori cau-
137 sa cōpetit ius Regi Catholico, vti Regi † Siciliæ, & Neapolis super Dalmatia, & Croatia, ex quo Robertus Guiscardus Northmannus
138 † Dux Apuliæ, & Calabriæ ac Boemundus, & Rogerius I. Siciliæ, & Neapolis Rex, diuersis tēporibus, Thebas Corinthum, Thraciam, Dalmatiam, Dyrrhachium, & Euboeam, ac alia illarum Prouinciarum oppida cœperunt, ac subegerunt, atq; expugnarunt: ac Michaelem Diocrisiarū Imperatorem occiderunt, & Alexium Comnenum Imperij consortem fugarunt, magna illorum facta occisione. Post quorum victoriam, Reges nostri suis titulis sunt honorati. de quibus Collenucius Histor. lib. 3. Zonaras Annal. lib. 3. Nicetas Choniata Annal. Cōstātinop. lib. 1.

lib.1.& 2.& pluries. Carrafa lib.3. Michael Ritius de Regib. Sicil. lib.1. Thom. Facell. Histor. Sicul. Decade.2. lib.7. Dolionus in Compend. Historic. lib.3. Iisdem etiã titulis vtebatur Carolus Cæsar, vt dicit Gulielmus Zenocarus in ei' vita. & patet ex suis legib',& Pragmaticis.

VTRIVSQVE SICILIAE. Neapolitanum
139 Regnum, ac Siculum nomine vtriusque† Siciliæ appellari, hoc vltimum vltra Pharum, illud verò Neapolitanum citra Pharum, cum dicant Siciliæ Insulam cum suo continente Calabria fuisse prius iunctam, scripsi ad Bellugã in Specul. princip. in procem. in verb. Siciliæ. Quibus nunc adde Ouidium Metamorphos. lib.15. dicentem:

Nunc freta circumeunt, Zanchle quoq; iuncta fuisse
Dicitur Italiæ, donec confinia Pontus
Abstulit, & media tellurem reppulit vnda.

Insula autem Siciliæ per Sarracenos,& Arabes occupata extitit tẽpore Michaelis Balbi Amorrhæi Imperatoris. Erat enim Siciliæ Insula sub Orientis Imperio, vt in hoc libro pluries diximus, ipso Imperatore negligentissimè se gerẽ-
140 te, vt qui cum esset Amorrhæus, nihilo à Iudæis dissentiebat, præterquam quòd Circumcisione non vtebatur: in cæteris verò multa nepharia asserebat, & inter cætera, vsui sacrarum imaginum erat infestus: & ob hoc Nicolaus Papa I. Pontifex miræ sanctitatis, plures ad eum Epistolas direxit, pietate Christiana, & sanctitate refertas, vt in operibus eiusdem Pontificis videri possunt. Huius Imperatoris tempore pro eo, Siciliæ insulam regebat Euphe-
141 mius† Græcus, qui amore cuiusdam Monialis Virginis accensus, eo furoris, ac Iræ, percitus est, vt suorum Militum manu Armata, Virginem inuitam, ac reluctantem è Monasterio extraxerit, ad domum asportauerit, virginitatem maculauerit, & in concubinam habuerit; Non Dei, non propriæ conscientiæ, non hominum timorem pertimescens. Cumque duo fratres puellæ, Italiæ Exarchum adijssent, ac de sceleris iniquitate conquererentur; Ille timore, vel amore in puniendo facinore, conniuẽs, ac negligens, toti Insulæ multarum, & grauiũ erumnarũ causam præbuit. Videntes enim illi Exarchum cõtra ius, ac fas, maleficium consensu tacito velare, Constantinopolim petierunt, & rem omnem Michaeli Imperatori detulerũt: qui, licet similis criminis, & ipse ibidẽ reus esset, Exarcho in mandatis ordinauit, vt Euphemio pęnas daret, ipsumq; ligatum, naso truncaret, & per ciuitatem sic circumductum, morti traderet. Euphemius Imperatoris ordinẽ pręsentiens, eidem rebellat, Maurosq; adiens, de tradenda illis Siciliæ insula cõuenit, ab Abrahamo Albo, tunc apud Caruenum ciuitatẽ Rege. Tuneti enim ciuitas, quæ post modũ Regni titulum dedit, parua tunc villa erat. Fuerũt sub Alcamo, Duce Saraceno missi in eadem insula
142 quadraginta mille Sarraceni, qui ab anno circiter 821. quo ista sunt gesta, per ducentos triginta quinque alios ferè annos Insulam tenuerunt. Quamquam anno 828. hoc fuisse Vuolfgangus Drechslerus, & demum illis in anno 830. strenuè obstitisse Bonifacium Corsicæ Comitem, & deinde Georgiũ Maniacem Prothospatarium Constantinopolitanum ab Imperatore missum. Tamen Io. Zonaras Annal. lib. 3. Euphemium fuisse Siculum; quod verũ non esse veritas ipsa demonstrat, vt melius dicit Thomas Facellus Historiar. Sicular. Decade.2. lib. 6. cap.1. Sed Zonaras vti Græcus, & Siculorum odiosus, voluit notam hanc à Græcis eximere, vt Siculos infamaret,& notam ipsam eis tribueret. Iacuit itaque tam longo tempore eadẽ insula sub Sarracenorum, & Maurorum Imperio, Christianis Principibus tam facinus indignum ferentibus, & oscitantibus: donec Robertus
143 † Dux, Rogerius, & Boemundus Principes Northmanni, maculam hanc à Christianæ Reipublicæ nomine deleuerunt, & ad Catholicæ Ecclesię obedientiam gremiumque reduxerũt. Et hoc modo insulæ Regnum, Siciliæ vltra appellatum fuit. Simili modo, cum quæsiuissent Regnum Neapolitanum, similiter, Siciliæ citra appellatum fuit. Quantum autem attinet ad eorundem Regnorum Dominiũ antiquius,
144 nulli dubium, illa† Romanorum Imperio subiacuisse, à quorum manibus Gothi illa eripuerunt,& ab eis Vuandali, ab Vuandalis Longobardi,& post Lõgobardos, Imperatores, præcipuè Græci, à quibus venit, præsertim insula, ad Sarracenos, ab ipsis ad Northmannos, qui primi fuere, qui Regni titulum quæsierũt (quo autẽ iure, & quomodo Ecclesia Romana in eis ius habeat, latè dicã infra cap.47.) Northmannis successere Sueui, post Sueuos Andegauenses,& ab his Aragonenses, & ab his postmodũ
145 transmissa sunt Regna ad Austriacos,† penes quos hodie hæc Regna reperiuntur, & perpetuò (Deo permittente) conseruabuntur; eodẽ, quo pluries diximus ordine, sicut in Hispaniarum Regnis hoc eodem capite declarauimus. De his latè Hugo Falcandus, Pandolphus Collenucius, Carrafa, Facellus, ac alij Historici plenè scripsere. De insula etiam meminit Anselmus de Imagine Mundi. lib.1. cap.20. Vincent. Belluacensis in Specul. naturali. lib.31. cap.20. Petr. Belluga in Specul. princip. Rub.34.§. Vltimo. num.1. Quando autem inuestitura horum Regnorum à Romanis Pontificibus facta fuerit dicam infra ca.47.48. Vnde ridiculum redditur, quod scribit Diodor. Sicul. antiquit. lib. 5. fuisse Iolao à Deo responsum, In insula Sici-
146 liæ eius Coloniam, libertate† perpetua fruituram. Quàm vana autem fuerit hæc illorũ Dęmoniorum prophetia, non est cur ego laborẽ, quia iam nulla maior libertas, quàm sub Catholico Rege reperiri.

SAR-

SARDINIAE. Lybicum Mare tenere Sardi-
147 niam insulam, scribit Salustius. † Africum
scribit Pompon. Mela lib. 2. cap. 5. & Sardiniam
à Sardoo Herculis filio appellari voluerunt: vl
tra alios Strabo lib. 3. Iul. Solin. in Polyphistor.
c. 9. dicta quandoque à Myrsilo, & Chrysippo
Ichnusa à similitudine vestigij humani, quod
148 ἴχνος, † Græci dicunt. Vel vt Timæus, & alij
Sandaliotes dicta à Soleæ effigia, quam Græci,
σανδάλιον appellant. Hinc Episcoporum Calcei
149 † Sandalia vocãtur. Hodie Sardigna, vt Plin.
est aurhor. lib. 3. cap. 7. Mulrarum, diuersarum-
que gentium, diuersis quoque temporibus hãc
insulam gentes habitarunt, eorumq; Colonias
deduxerunt, quas latè descripsit Pausanias lib.
10. Hæc iusula fertilis est, ac frumenti feracis-
150 sima, † ouium, caseorum, vini, piscium, alia-
rumque rerum: de qua Baptista Pius

Quum in Sardinia feraces agros.

& Franciscus Petrarcha

Et crasso diues Sardinia cælo.

Ob Aquilonis verò flatum, quo insula caret, eoq;
non purgatur, aerem esse ibi pestilentem pro-
fitentur: quamquam ibidem nec Lupos gi-
151 gni, nec serpẽtes † venenosos ibi esse velint,
de quibus promiscuè Silius Italicus:

Serpentum tellus pura, ac viduata veneno,
Sed tristes cælo, & multa vitiata palude.

Vnde Lucius Florus Sardiniam pestilentem ap-
pellauit, de qua, & Martialis ait.

Nullo fata loco possis excludere, cum Mors
Venerit in medio Tibure, Sardinia est.

Hinc Cicero, Tigellium quendam Sardum homi-
nem, ait, patria sua, esse pestilentiorem. de eadẽ
insula plura scripsit Nicolaus Leonicus de va-
ria Histor. lib. 1. cap. 1. quæ acceperat à Pausa-
nia in loco supra allegaro. & similiter Beatus
Anselmus de Imagine Mũdi. lib. 1. c. 20. Tom. 1.
alia mulra tradidir Diodor. Sicul. lib. 6. Germa-
nographus. lib. 2. Frãcisc. Ferrettus Eques An-
conitan. Dialogn Nocturno. 8. Thomas Facel-
lus Histor. Sicul. Decade. 1. lib. 1. c. 1. & aute eos
Aristoteles de Reb. auditu admirabilibus. cap.
95: Fuir hæc insula sub eisdẽ, Romanis, & suc-
cessiue Gothis, Grçcis, ac Sarracenis: Ex quibus
dum esset, Musacto Sarracenorum Rege domi-
152 nante à Pisanis insula capta † victi Sardi, Chri
stiano nomini, & Christianæ fidei obtempera-
re coacti fuere. Et cum illi, conrracta irerũ ma
nu, Sardiniam recuperassent; Pisani, & Genuen
ses societate contracta, communibus viribus,
bello, Sarracenos agressi, illos insulç discedere
coegerunr. Ex victoria Genuensibus præda, Pi-
sanis insula cçssir. Hi insulam per quatuor iu-
dices maiores administrarunr, qui temporum
cursu, perfidia ducti, insulam sibi ipsis quæsie-
runt Reges effecti, sicq; paulatim à Pisanis di-
scesserũt. Inter hos Reges Boriso dictus vnus,
alius Torcitorius, Entius etiam Federici Impe
ratoris naturalis filius, de quo plura Collenu-
cius in Histor. Neapolit. lib. 4. & Albertus
Crantius in Saxonia lib. 8. cap. 18. qui Muti-
153 nensium medio † à Bononiensibus captus
extitir in anno D. N. Iesu Christi. 1250. quo an-
no mortuus est Federicus eius genitor postmo
dũ in anno 1297. vel circiter, Bonifacius Octa-
154 uus Regno Sardiniæ inuestiuit † Iacobum
Aragoneum, vt testatur idem Collenucius lib.
5. Et demum Alphonsus IV. Mitis appellatus,
qui patre viuente cõtra Sardos, qui ad Pisanos
defecerant, expeditionem habuit, & victotiam
155 reportauit, ac insulam † Aragoniæ Regno
adiecit in anno 1327. Ab hoc deinde per alios
Reges, (vt de alijs Regnis supradictum fuit)
156 ad Philippum † Regem Carholicum perue-
nir, de quibus etiam Lucius Marinęus rerũ Hi-
spanic. lib. 11. capir. 22. & 23. & Perr. Bellug. in
Specul. princip. Rub. 34. §. Vltimo. nu. 1. Habet
insula hæc ciuitates plures, quarum pulchrior,
& aliarum maxima, structura, & situ munitissi-
ma Callaris est. Ex ista insula, Diui Augustiui
Episcopi Hipponeusis, & Carholicæ Ecclesiæ
157 Doctoris Maximi, sacratissima ossa, quę † à Sar
racenis impiè fœdabantur, translara sunt Pa-
piam, opera Luitprandi Longobardorum Re-
gis, qui indignum hoc facinus tollere cupiens
à Sarraceuis maximo illa pretio redemit. Qui
cum Genuã peruenisse audiuisset, ibi illis ob-
uiam fuit, quæ cum miraculorum magnitudine
fulgerent, magno honore ipse coluit: cumq; eo
ex loco à ministris, vlla nec arte, nec vi moue-
ri possent, re vehementer turbatus Rex, in ter-
ram prostratus, flexis genibus: Sancte cõfessor
(inquit) si tua hinc ossa tolli, & Papiam trãs-
ferri propitius patieris, spondeo me Templũ
in tui honorem ędificarurũ. Quæ vbi vota con-
cepit, ossa subito, nullo molimine sustulit, & Pa
piam, effusa cum Clero obuiam Ciuitate, dene
xit: vt sunt authores Bernardus Saccus Histor.
Ticinẽs. lib. 10. c. 2. Carolus Sigouius de Regno
Iraliæ. lib. 3. post Paulum Diaconum de Gestis
Longobard. lib. 6. ca. 14. & Adonem Viennens.
Chronicor. Ætate 6. Mitram tamẽ, ac Baculum
eiusdem Sãctissimi viri adhuc in Sardinia asser-
uari scribit elegans Iurisconsultus Io. Franci-
scus Fara Saxarensis in Commentar. de rebus
Sardois; vbi plura de eadem insula scripsit, ac
nonnulla etiam Vincent. Beluacens. in Specul.
natural. lib. 32. cap. 21. & in Specul. Historial.
lib. 1. cap. 83.

158 CORSICAE. Insula Corsicæ † à Græcis Cyr
nos appellara Ptolomæo. lib. 3. c. 2. & Diodor.
lib. 6. de qua multa ibidẽ tradidit. Strabo. lib. 5.
Pliu. lib. 4. cap. 6. Anselmus de Imagine Mũdi.
lib. 1. c. 20. Tomo 1. Vinc. Beluacens. in Specul.
narural. lib. 32. c. 21. In Mari Ligustico sita est,
159 modico distat interuallo mille † circiter pas-
suũ ab insula Sardiniæ. vt scripsit Nicolaus Leo
nic. variæ histor. lib. 1. c. 1. pluraq; de hac insu-
la scribit Pausanias lib. 10. Hæc eadem donata

fuit

160 fuit à Carolo Magno † Ecclesiæ Romanæ. vt testatur Paul.Æmil. in eius vita.Ioan. Tilius in Chronic. Regum Gallor. in eodem Carolo. & voluit Carol. Sigonius de Regno Italiæ.lib. 3.Eandem etiam insulam Corsicam eidem Ec-
161 clesiæ donando confirmauit † Ludouicus Pius Imperator in anno circiter. 817. vt testis est idem Sigonius. libr. 4 Occupata post modum à Sarracenis Corsica,vnde Corsis fuit data à Leone IV. Summo Põtifice tunc temporis in Burgo, quæ Ciuitas Leonina dicebatur, habitatio. vt scribit Cælius Augustinius Histor. Sarracenic. libro secundo. Illa à Sarraceno-
162 rum manibus à Genuensibus † est erepta, quos expullerunt Pisani.Eandem post modum Bonifacius Octauus summus Pontifex per in-
163 uestituram concessit † Iacobo II. Regi Aragonum, & semper postmodum cum Aragoniæ Regno stetit vnita. Vnde idem Iacobus Rex, & Alphonsus eius filius Apostolicæ sedi exinde, fidei sacramẽtum apud acta eiusdem sedis
164 Apostolicæ descripta † præstiterunt;Quibus Summus Pontifex census portionem, quam pro eisdem Sardiniæ, & Corsicæ Regnis tenebantur, remisit. A quibus ius habet Rex Ca-
165 tholicus, vt dictũ est de Regno † Aragoniæ, sibiq; spectat ad eundem Regem,ob inuestituram ei factam ab Apostolica sede,tamquã Domina per donationem Caroli Magni, Pipini, Carolomani,Ludouici Pij, & aliorum; Et quãquàm hanc insulam possideant Genuenses, iure ne, an iniuria non est meum : Philippi enim nostri Regis Catholici gratia omnes fouentur. Vnde non mirum si ab eo Genuensium Respublica in possessione minimè turbatur. Tũ quia est de omni Christianorum Republica optimè merita; Tum etiam quia maxima virorũ Principum Genuẽsium multitudo in omnibus suis Regnis,Dominia magna, & amplissima possideat, & ob eorũ innumeras Diuitias,toti Christiano Orbi sunt præsto,& in asperis conflictibus,ac necessitatibus, Principes Maximos eorum opibus semper adiuuarunt.

MAIORICÆ, & MINORICÆ. Istæ insulæ Balearides appellatæ, (quæ à Græcis Gym-
166 nesiæ dicuntur) à fundæ iactu:quia rectius, quàm reliqui funda lapides iacerent. vt voluit Diodorus Siculus libro 6. de quibus Virgilius lib.1.Georgic.

Stuppea torquentem Balearis verbera Fundæ.

Sic etiam Beniamitę,atque habitatores Gabaa, cum essent pugnaturi,cũ alijs Israelitis ob scelus patratum in vxorem Leuitæ, inter cæteros
167 † habuerunt eos,qui fundis ad certũ iacientes, vt capillum quoque possent percutere. vt habetur Iudic.c.20. & scribit Ioseph.antiquit.
168 Iudaicar.lib.5.c.2.Et Dauid funda† vsus aduersus Philistæos, qua Goliã occidit.lib.1.Regum.c.17. Hebræosq; funditores optimos appellauit idem Ioseph.antiquitat.iudaic. lib.4. cap.5. fundæ inuentionem Plin. lib.7. cap. 56. Phœnicibus tribuit. Adeo verò Balcares iactu fundæ periti erãt, vt apud eos pueris cibo ve-
169 sci non † permitteretur, nisi illo,in loco sublimi posito, funda deiecto vterentur: vt post Lycophronem, tradidit Lucius Florus lib. 3. cap.8. & habetur apud Liuium Epithom. lib. 60.& ante eos Aristoteles de rebus auditu admirabilib.cap.88. quod,licet Aristotelem non allegauerit, nouissimè probat Hieronym.Mercurialis de Arte Gymnastic. lib.2. cap.12. vbi etiam adducit versus Ouidij.lib.2.Methamorphos dicentis.

Non secus ex arsit,quàm cum Balearica plũbum
Funda iacit,volat illud, & in candescit eundo.

Erat etiam idem vsus Cyneciorum Aethiopũ, qui pueros impuberes exercebant ad certum signũ iacere, solis cibũ præbentes ijs,qui signũ
170 † tetigissent, vt narrat Diodor.Sicul.lib.4.& 6. Duæ autem sunt hæ insulæ,quarũ prima circuitus est circiter quadringentorum octoginta millia passuum. In ea Ciuitas Maiorica, in qua Gymnasium adest. Altera vero insula,Minorica appellata, tertia parte minoris circuitus, q̃ prima. Hæ insulæ fertilissimæ sunt, & omnium rerum, quarum hominũ vita indiget,abundantissimæ; cuniculis refertissimæ,ità vt contra illos,quia agros vastabant, ab Augusto militare
171 præsidium petitũ† fuerit. vt est author Plin. lib.8. ca.55.Hæc Regna, cum alijs paruis adiacẽtibus insulis in anno Domini 1113. Raymũ-
173 dus Berẽgarius† Tertius,Barcinonæ Comes IX. Genuensium,ac Pisanorũ auxilijs adiutus à Mauris, & Sarracenis eripuit; dumq; ipse à suis Barcinonensibus.à Sarracenis obsessis, accerseretur,Regna eisdem Genuẽsibus, ac Pisanis commendauit,à quorũ manibus iterũ Mauri illa eripuerunt. Ob id, Pisani iterum rogatu Paschalis II. Summi Pontificis, vt Mauros ex Balearibus insulis pellerent,Pontificis desiderio annuẽtes,parata classe, dum ad Volaterrana vada, ventum præstolantur,Lucenses illorũ vrbem,defensoribus vacuã inuàdunt. Ipsi Florentinorum auxilio adiuti, Lucensibus expulsis vrbem tutati sunt, vt Baptista Platina in Paschali II. est author. Ità vt vsque ad annum 1131. quo Raymundus mortuus fuit, insularum Balearium res inter mottua fuerit. Donec in anno 1229 Iacobus Fortunatus Petri II.Regis Aragonum filius instructa acie à Sarracenorum manibus Maioricam recuperauit, vt in-
174 ter † alios testatur Regens Mainoldus de titul. Philippi Regis. Ante eũ Lucius Marineus rerum Hispanic. lib.10.cap.15. lib.11. cap.27.à quo demum in Regnis eisdem successit Philippus Rex Catholicus, vt dictũ est in Regno Aragonum. Quamquàm Baptista Platina in Gregorio IX. dicat recuperatam Maioricam à potestate Maurorum per Regem Ferdinandum Aragoneum; vt cumq; tñ res se habeat, sufficit

recto ordine, ac successione ad Philippum nūc
175 Regnantem peruenisse, † quorum memine-
runt tam de Maiorica, quàm de Minorica Ioan.
Baptista Carrafa Histor. Neapolit. lib. 5. & Fran
ciscus Ferrettus in Nocturno. 8. Ioan. Lauren-
tius Anan. in Fabric. Mundi. Tractatu. 1. Stra-
bo. lib. 5. Beatus Anselmus de imagin. mundi.
lib. 1. cap. 20. tomo 1. Iul. Solin. in Polyhist. c. 25.
Vincent. Beluacens. in Specul. Historial. lib. 1.
cap. 83 & in Specul. natural. lib. 32. cap. 21. Ve-
getius de re militar. lib. 1. Polydorus Vergil.
de Inuentorib. rer. lib. 2. cap. 11. Petr. Bellug. in
Specul. Princip. rub. 18 §. Per quam num. 15. &
rub. 34. §. vltim. num. 1. Leo Afer in Histor.
African. lib. 2.

MAROCCI. Est Regnū Marocci in Bar-
baria, super quo, præsertim in Prouincia Duc-
176 cala, Rex † Catholicus ius habet ex succes-
sione Regum Portugalliæ, dum illam prouin-
ciam totam expugnarunt cum exercitu quin-
gentorum Equitum profligando Marocci Re-
gem pugnantem cū duodecim millibus equi-
tibus Arabibus, vt testatur Leo Afer. in Histo-
ria Africæ. lib. 2. dum loquitur de oppido Aza-
fi. licet modo reperiatur recuperatum penes
eosdem Reges Barbaros, spem tamē habemus
postliminij.

ORANI. Ciuitas Oraniæ, Maxima, ac fre-
177 quētissima, ab Afris ad Mediterraneum † Ma-
re constructa, & in ea Africæ Regione posita,
quæ Regno Murciæ in Hispania opponitur,
munitissima illa, ac fortissima est. Quo tempore
fuit capta, insignis erat. & Aedificiorum, Tem-
plorum, Collegiorum, Xenodochiorū, Balneo-
rum, atq; hospitiorum, eleganti forma extru-
cta; Muris vndiq; altissimis cincta, Catalano-
rum, ac Genuensium mercatorum frequentia
primum copiosa. Respublica erat, quæ perpe-
178 tuos cum Telensinorum Rege † bellorū con-
flictus exercebat, illáq; vir consularis quidam
Primarius gubernabat, milites tenebat, q̄ mer-
catorum sumptibus alebātur; quibus cum Ca-
talanos, Baleares, aliosq; vexabat, ita vt Ciui-
tas Christianorum mancipiorum plena esset.
179 Qua in dignitate moti Ferdinandus, & † Eli-
zabeta Hispaniæ Reges, vt Christianos libera-
rent, classe ingenti Oraniam aggressi, & infœ-
lici primum Marte pugnatum est. Verum ali-
quibus demum mēsibus inter lapsis Don Fran
cisci Ximenes de Cisneros, Archiepiscopi To-
180 letani, † & S. R. E. Cardinalis medio, instru-
ctiori Classe dimissa, Oraniam occuparunt in
Anno 1507. Propè Oraniam est oppidum Mer-
salcabir nūcupatum, quod fuerat ad Mare con-
ditum à Rege Telensinorum, in quo est Portus
181 † latissimus, quo, alium reperiri posse latio-
rem, difficile est, ab eisdem Christianis occupa-
tum. Ab ijsdem postmodum Regibus, Regnum
illud iure legitimo succedendi transmissum est
182 † ad Philippum Regem Catholicum. de qui-
bus scribunt Lucius Marin. Rer. Hispanic. lib.
21. cap 11. Leo Africanus in Description. Afri-
cæ lib. 4. in Orania. in Mersalcabir. & in Mustu-
ganin. & Ioan. Laurentius Anania, in Fabrica
Mundi. Tractat. 3.

ALGEZIRAE. Afris Gescir, nobis insulam
183 sonat, est autem latinis dicta Algezira, † siue
Algira, vel Algerium, inde desumptum nomen
putant, quòd insulis Maioricæ, & Minoricæ, at-
que Genisæ adiaceat. Conditores huius vrbis
Afros fuisse dicunt, ex familia Mesgana origi-
nem trahentes, quare, & apud antiquos Mes-
gana fuit appellata. Spaciosissima erat Ciui-
184 tas, muris † elegantissimis, atque munitissi-
mis cincta, ædificia sumptuosa, & ars quælibet
suum habet locum. Hospitiorum, Templorū, ac
Balneorum mira elegantia. Templū maximum
habet, & amplissimū in Maris littore positum.
In ea parte, quæ Mare respicit, deambulacrum
habet, eius Ciuitatis Muro super instructum,
amœnissimum quod maris fluctibus alluitur.
Hortos habet in suburbio, omnibus fructuum
generibus refertissimos. Flumen nobile habet
Ciuitas à parte Orientali. Planiciem habet in
latum ferè triginta, in longum vero quadragin
ta quinq; milliaria, estq; omnis generis fructi-
185 bus feracissima. Paruit olim † Telensinorum
186 Regum Imperio, & post Regum † Bugiæ In
anno Domini circiter 1340. Alphonsus Vnde-
cimus Rex Castellæ, & Legionis hanc vrbem
quæsiuit. author est Lucius Marineus Histor.
Hispanic. lib. 7. cap. 1. Quæ successu temporum
amissa, iterum à Ferdinando Rege, & Elizabe-
187 ta coniuge recuperata, tributum † quotānis
eidem Regi numerātum fuit. Quo Ferdinando
mortuo Barbarossa Argiræ Regnum occupa-
uit: quo Telensini occiso, Carolus Cæsar V. in
anno 1541. instructissima classe sociatus eam
188 recuperare † procurauit; quo in loco cū ven-
tis, ac tempestatibus, terra, mariq; infœliciter
pugnatum extitit: vt latius dixi supra c. 42. ne
idem hic repetam ibi me remitto; nam & ibi
dixi, non modò in Africa eundem Regem su-
pradicta quæsiuisse, sed Mellilam, Trabacam,
(quæ Bugia dicitur) & Tripolim.

ANGLIAE. Et si Regnum Angliæ ac Brito-
189 nes per Elizabetā Reginam, sic Domino † vo-
lente, administrentur; In Anno tamen Domini
nostri Iesu Christi 1569. Pius V. Pontifex Maxi
mus per suam Constitutionem incip. Regnans
in excelsis. illam Regno, & omnibus Dominijs
190 † priuauit, & subditos omnes ab eius nexi-
bus, & iuramentis absoluit. Postmodum in an-
no 1588. Sixtus V. Pontifex Maximus de eo-
dem Regno, ac Britonū, inuestiuit Philippum
191 Regem Catholicum, vt primo quoque † tem-
pore illa inuadat, capiat, & occupet, & Regno,
illiusq; Dominijs euictis, illa ipsa ab Apostoli-
ca Sede recognoscat in Feudum; declarauitq;
eandem Elizabetham, Rebellem, Perduellem,

Hæreticam, excommunicatam, & Anathematis fulmine ictam, Regio titulo, ac dignitate indignam, & priuatam, vt latius meminit Petrus Lindebergius Rer. Europæ Memorabil. lib. 2. Quia ipsa se caput Ecclesiæ fassa est, sibiq; iuramentū quoad spiritualia, & ecclesiastica, fa-
192 tis† nephandum præstari passa est. vt per Nicol. Sander. de Schismate Anglican. lib. 3. Adeo quòd Claues Ecclesiæ, ausa est in Pontificiæ potestatis detrimentum, sibi vsurpare. Nec dubiū est, aut in ambiguitatem reuocandum, Pontifices Maximos potestatem hanc habuisse, & habere priuandi eandem Reginam suis Dominijs, per ea, quæ hoc eodem capite diximus, dū de Regno Nauarræ loquuti fuimus: & multa ad propositum tradidit Anastasius Germonius. de sacrorum immunitat. lib. 3. cap. 13. num. 42. cum pluribus seq. nouissimè Ludouicus Carbonus de legib. lib. 3. cap. 6. & nos plenius egimus alibi. Ex alio etiam, quoad Regnum Angliæ Pontifices Romani habēt super
193 eo† trāsferendi potestatem: nā in anno Domini 1213. Ioannes Rex Angliæ Regnum illud ab Apostolica Romana Sede recognouit, ac illud ei vectigal fecit: non solum autem illud, sed etiam Hybernicum, vt testatur Iacobus Meyerus Annal. Flandriæ lib. 8. dicens. Ioannes Anglus metu perterritus, suisq; rebus diffisus, cum Pandulpho Romani Pōtificis Legato, pacem composuit, pulsos Episcopos in patriam reuocauit, Angliamque, & Hyberniam Sedi Apostolicæ in æternum fecit vectigales, per magnum auri pondus in singulos annos pendere pollicitus. Hæc Meyerus. de quo Ioanne Angliæ Rege, hæc scribit Flauius Blondus Histor. Decade 2. lib. 6. Tunc (inquit) Ioānes Rex Anglorum, vires suas Regi Francorum impares fore veritus, ad Innocentij Tertij Pontificis Romani misericordiam confugit. Namque Angliā, Hyberniamq; Romanæ Ecclesiæ Feudatarias ex fœdere constituens, centum auri Marchas pro vtraq; Insula quotannis soluere est pollicitus. Et Polydorus Vergilius Histor. lib. 15. Non multo post (inquit) Ioannes perindè, ac Innocentius Papa mandarat, primum Diadema capiti ademptum, Pandulpho Papæ Legato tradidit, nunquàm id, aut ipse, aut hæredes accepturi, nisi à Pōtifice Romano. Tum Pandulphus, tamquàm Pōtificis Vicarius, Diadema illi restituit. Sed quoad census solutionem, varia tradiderunt Historiarum scriptores. Nam hac de re ità scripsit Antoninus Florentinus Histor. parte 3. titul. 19. §. 5. Anno (inquit) 1213. Ioannes Rex Anglorum spontè de consilio suorum Principum obtulit, ac liberè concessit Deo, & Apostolis eius sanctissimis Petro, & Paulo, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Domino Papæ Innocentio Tertio, totum An-
194 gliæ Regnum, & Hyberniæ pariter† cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis; & fecit, ac iurauit homagium pro dictis Regnis dicto Innocentio Papæ, vt illa de cætero, vt Feudatarius ab ipso Papa, & successoribus eius, teneret; statuitq;, vt pro omni seruitio dictarum Regionum (saluo per omnia Donario Beati Petri) Romana Ecclesia, annuatim mille marchas perciperet: Septingentas pro Regno An-
195 gliæ, † & trecentas pro Regno Hyberniæ. Hæc Antoninus. Quod factum fuisse in anno 1212. scribit Ioan. Bodinus de Republic. lib. 1. cap. 9. Quinimmo, & antea in anno circiter 1160. Henricus Rex Angliæ hoc idem promiserat Alexandro Tertio Summo Pontifici; vt
196 Baptista Platina, testatur in eius vita, † dum ait: His autem rebus iureiurando confirmatis, Regni Anglici titulum, in se, atq; in hæredes suos transferri meruit, Pontifice annuente. Hinc obseruatum est, vt omnes Anglici Reges à Romano Pontifice Regni iura recognoscāt. Hæc Platina. Ex ijs liquido constat, quòd cum Romana Ecclesia in eisdem Regnis ius haberet, potuit eadem Philippo Regi Catholico absque dubio concedere, cum ex prætatis ef-
197 fecta essent Feuda Ecclesiæ, † vt nouissimè concludit Sfottia Oddus de restit. in integr. q. 92. articul. 9. nu. 95. Habebat, & antea Philippus Rex Catholicus ius in eisdem Regnis, vti
198 Comes Flandriæ trecentarum † Marcharum annuarum in annos singulos sibi debitarum ex censu promisso olim anno D. N Iesu Christi 1066. per Gulielmum Angliæ Regem. vt scribit Iacob. Meyerus Historic. Flandricar. lib 3. Ex alio etiam competit ius in Regno Angliæ Catholico Regi, Quia vltimus legitimus Rex
199 de domo Lancastria fuit Henricus † Sextus Rex Angliæ, qui expulsus, ac occisus ab Odoardo Duce Eboracensi, continuauit Tyrannicè Regni vsurpationem, vsque ad Elizabetham nunc Regnantem. Deficiente itaque, Henrico Sexto, absq; masculina prole, superérant Philippa vxor Ioannis I. Regis Portugalliæ, & Catherina vxor Henrici III. Regis Castellæ, ex quo Odoardus Princeps Vualliæ filius eiusdē Henrici VI. opera eiusdem Ducis Eboracensis fuerat veneno extinctus: Vnde successio spectabat ad illas vti Henrico VI. proximiores, sic enim Genealogia se habet.

Ioannes,

Ioannes, & Blanca coniuges Lancaſtriæ Duces.

Philippa vxor Ioannis I. Regis Portugalliæ.	Henricus IIII. Rex.	Catherina vxor Henrici III. Regis Caſtellæ.
Odoardus.	Henricus V.	Ioannes II. Rex.
Alphonſus.	Henricus VI. Rex.	Elizabetha vxor Ferdinandi Regis Catholici.
Ioannes II.		Ioanna vxor Philippi Auſtrij.
Emmanuel Rex.		Carolus V. Imperator.
Iſabella.		Philippus Rex Catholicus.
Philippus Rex Catholicus.		

Vnde Rex Catholicus potius, vt conſuleret Chriſtianæ Reipublicæ, quàm Dominandi deſiderio accēſus, vt inſulam illam iterum abiecto errore, ad Chriſti fidem reduceret, in Anno 1588. potentiſsimam claſſem inſtruxit, vt Reginā debellaret, fruſtratus tñ fuit ſua opinione: de quo tātopere gloriatur eadem Elizabeta in illo ſuo edicto facto, in anno Dñi 1591. ſub die 18. Octobris. de quo meminit idem Lindebergius. lib. 2. Sed tñ hæc ſua, aliorumue gratulatio magnifacienda non eſt: ſunt enim hæc omnia poſita in manu Dei, tamquàm facta Regū. Deus enim Optimus Max. permittit, qñq; impium exaltari, vt ad pęnitentiam illum præſtoletur, vel grauiori pęna illum affligat, & caſu maiori deprimat; aut ad bonorum, ac perfectorum exercitationem. Manebit autem pro illa ſuus dies: vt optimè aduertit Andreas Philopator ad edictum Elazabethæ. ſect. 2. nu. 150. non enim abbreuiata eſt manus Domini. Inducit Philopator exemplum illud Iudicum. c. 20. vbi Iſraelitæ ter à Deo moniti, vt filios Tribus Beniamin inſequerentur. Tamen bis Iſraelitæ fugati; Tertia tñ vice Beniamitæ afflicti ſunt.

INSVLARVM CANARIÆ. Ab an-
300 tiquis Latinis ſcriptoribus vocatæ ſunt † Inſulæ Fortunatæ. De his ſcribit Plato in Critia, ſiue Atlantico circa finem. Vocantur etiam Inſulæ Atlanticæ; quia in cōſpectu Atlantis Mauritaniæ montis ſitæ ſunt. de qbus inſulis loqtur etiam Ariſtoteles. de reb. audit. Admirabilib. c. 81. & Strabo lib. 3. de illis ait: Nominatimq; Inſulas quaſdam Fortunatas celebrant, quas in præſentiarum commonſtratas, nouimus nō longè admodum à Mauritaniæ promontorijs diſiunctas, quæ Gadibus oppoſitæ ſunt. His in lo
301 cis Beatorum † ſedes eſſe, Elyſiosq; campos vocari, cecinit Homerus lib. Odyſſeæ 4. dū ait:

ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅτι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς
τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν.
οὐ νιφετός, οὔτ' ἄρ χειμὼν πολύς, οὔτε ποτ' ὄμβρος.
ἀλλ' αἰεὶ Ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας
Ὠκεανὸς ἀνίησιν ἀναψύχειν ἀνθρώπους.

Qui verſus ità interpretantur latinitate donati:

Te verò Elyſium ad campum, vel ad vltima terræ
Cęleſtes mittent, fluens vbi nunc Rhadamantus.
Victus vbi facilis, nō Nix, non frigora, & imbres,
Stridula ſed ſemper Zephyrorum ſibilat Aura,
Quam placidā Oceanus, mittit per amœna vireta.

Hūc imitatus Virgilius lib. 6. Aeneidos inquit:

Deuenere locos latos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, ſedesque Beatas.
Largior hic Campos æther, & lumine veſtit
Purpureo, ſolemque ſuum ſua ſidera norunt.

De iiſdem Tibullus lib. 1.

Hic choreæ, cantusq; vigent, paſſimque vagantes
Dulce ſonant tenui gutture carmen aues.
Fert Caſiam non culta ſeges, totoſq; per agros,
Floret odoratis terra benigna roſis.
Ac iuuenum ſeries, teneris immixta puellis
Ludit, & aſſiduè prælia miſcet amor.

302 Clearchum Solenſē † ſcripſiſſe legimus: Beatorū inſulas fuiſſe iuxta Herculis Briarei columnas, ad quas in Gades & Tyrius, & Græcus poſtea Hercules, acceſſit: vt eſt author Ariſtoteles in dicto lib. de reb. auditu admirabilib. De his
303 ità ſcribit Plutarchus in Sertorio. At qa † (inquit) ſalū vehemente Zephiro intumuit, naueſque Sertorij cōplures ob leuitatē in littus ſcopuloſū expulit obliquas, ipſe paucis nauibus cū Mari per tēpeſtatē, & per hoſtes ſummoueretur terra, dies decē cū aduerſis fluctibus, & ſęua luctatus tēpeſtate, magno labore ſuſtinuit. Vbi ceciderūt vēti, dclatus in inſulas quaſdam

est,dispersas,sitientes,vbj commoratus est. Ex quibus soluens,transmissoque freto Gaditano, dextrorsum flectens ad eam Hispaniæ oram, quæ exposita Oceano est applicat,paulò supra ostia Bætis,qui in Oceanum Atlanticum se exonerãs circumiectæ Hispaniæ nomen dedit. Hic Nautæ quidam conueniunt eum, modo ex insulis Atlanticis aduecti. Sunt hæ duæ per angusto diuulsæ freto, & distant ab Africa,Duodecies centena millia passuum, Fortunatæ appellãtur. Imbres habent moderatos,sed raros plerunq;, molles ventos, & rorantes.Vnde solum bonum est, & vber. Non sementi modo,& Plantis,sed & sua sponte profundit fructus qui copia,& suauitate,populũ alere ociosum,abunde citra laborem,hominumq; fatigationem valeant.]Cęlum ambit has Insulas temporum moderatione, & vicissitudinis mediocritate,lęne. Namque ex hac plaga illuc perflant Boreæ, & Subsolani propter tantum interualli, in locum delati vastum dissipantur,& anteq̃ eo perferantur,vim suam amittunt. Qui circumfunduntur Marini Cauri, atque Zephiri lentas pluuias ex Pelago, & raras afferentes. Sæpius autem humentibus serenitatibus refrigerantes alunt lęniter. Vnde fides vsq; ad barbaros perlata,firma est, campos Elysios eo loco, & Beatorum sedes,quas decantauit Homerus,esse.Hęc Plutarchus. Quamquàm Iulius Solinus in Polyhistore.cap.25. Tres Insulas Fortunatas nominet,è quibus solum vocabulũ dicit, esse signandum. quem sequitur Fridericus Scotus in consil.26.num.4.lib.6.tom.1. Plinius lib.6. cap.32.
204 † Sex Insulas istas enumerat: Primam Ombrion, duas Iunonias, Quartam Caprariam, Quintam Niuariã,& Sextam Canariam. Quem sequitur Vincẽtius Beluacen. in Specul.Historial.lib.1. cap.79. Nostro æuo Duodecim sunt Insulæ, alijs tamen nominibus appellatæ, quarum aliquæ minimè habitãtur, nomina illarum
205 sunt, † Canaria, Lanzarote, Forteuentura, Teneriffa, Ferra, Gratiosa, Sancta Clara, Allegrezza,Palma,Gomera,Rocca,& Insula Luporum: quæ omnes à Canaria, Canarię denominantur,vt Plinius ait,à multitudine Canum ingentis magnitudinis; vel vt alij dicunt à multitudine Cannarum,ex quibus Saccharum conficitur.De his etiam scribit Ananias in Fabrica mundi in tractat. 3. Hæ insulæ tempore Henrici III. Regis Castellæ à Militibus Cantabris, & Hispalensibus,qui ibi adnauigarunt, cognitæ fuerunt, quarum vnam Lanzarotem cœperunt,& Regem,eiusq; vxorem, qui eis Auxilio fuerat,vt alium idem prętendentem opprimeret, & captos in Hispanias asportarunt. Qua nouitate motus Hẽricus Rex, vt Canarias ob-
206 tineret,† Ioanni Benthacourtio,militi Gallo Feudi nomine concessit, naues ei, militesque pro belli usu assignando,qui duas Insulas Lanzarotem, & Forteuenturam expugnauit, & ad melioris vitæ Christianæ fidem deduxit. Demum in anno 1431. Eugenius IV. Summus Pon
207 tifex, Ioanni Secundo † Henrici Regis filio concessit. Quæ postea mediante pecunia ad Ferdinandum Perazam peruenerũt, qui in vanũ pro alijs Insulis laborauit. At successu temporis illarum duas Comitatus titulo decoratas,Gomeram,& Ferream,Ferdinandus Catholicus Rex,Elizabethę vir,Didaco Heredię concessit, qui pro alijs capiendis viros strenuos Petrum Veram,& Alphonsum Moxicam;destinauit,qui tribus annis in ea re peragenda consumptis, Canariam Insulam maiorem subiece-
208 runt, in qua † vti aliarum Insularum Metropoli Episcopalis dignitas est erecta. Aliæque Insulæ Palma,& Teneriffa ab eodem Rege sub
209 actæ, & ab ipso † ad Philippum Regem Catholicum iusto successionis ordine peruenerunt,quo,& Regnum Castellæ.De his multa,ac diuersa scripserunt Anton. Nebrissensis Historiar.Hispanicar.Decade 2.lib.2. cap.1.& lib.4. cap.3.Lucius Marinæus lib.19. cap. 15. Paulus Moriggius in Histor. Religion.cap.59.Ioannes Bodinus de Republic. lib.1.cap.9. Gaudentius Merula in Sylua variæ lectionis lib.5. cap.40.

LVSITANIÆ, ET ALGARBIORVM.

Inter acquisitiones Regnorum Hispaniæ, placuit mihi Portugalliæ, & Algarbiorum Regna
210 inserere,quamuis fuerit † vltima Regis Catholici,ac nouissima acquisitio. Supra cap. 4. descripsimus Arborem Regiæ Genealogiæ ex materno genere Philippi Regis Catholici,qua apparet linea recta successionis hæc Regna ad eundem Regem spectare. Mortuo Sebastiano
211 † Rege Lusitaniæ, infœlici casu, pugnando cum Mauris cum Rege Fessæ, successit Henricus Cardinalis,sexagenario maior, cuius tempore introducta est cõtrouersia magna successionis, concurrentes fuere Raynutius Farnesius Parmæ,& Placentiæ Dux,filius Mariæ,quæ erat filia Odoardi, filij Emanuelis Regis Lusitaniæ: Catherina Bragantiæ Ducissa, quæ erat eiusdem Odoardi filia: Antonius Prior Crati filius naturalis Ludouici, filij eiusdem Emanuelis: Ac Philippus Rex Catholicus filius Isabellæ filiæ eiusdem Emanuelis Regis. Quo in negotio grauissimi omniũ prætendentium Iureconsulti consuluere, & tamen decisio cessit
212 ad fauorem † Regis Catholici. Quieuerunt etiã Raynutius,& Catherina,non autẽ quieuit Antonius.Is enim ptinaciter suæ opinioni fidere voluit,ac inniti infimæ Plębis hoĩbus,nec voluit redire ad cor,& iura sua modica cognoscere,& rẽ in Philippi Regis manibus reponere,à quo ob Gẽtilitiã necessitudinem potuit supremis,& maximis fauoribus affici.Sed Gallis ipse,Anglisq; aliq̃bus confisus, fortunã, ipsiusq; aleam tẽtare voluit, ob quod in maximum miseriarum cumulum, vana spe ductus, cæcidit; Nec Prudẽtia,qua erat ornatus, præuidere valuit,

luit (Regnandi namque cupiditas, ſublimium etiam virorum intellectus obtenebrare ſolet) eos, qui ei bella ſuadebant, non amore, vel beneuolentia, ſed odio potius, & inuidia moueri, cum viderent Philippum Regem Catholicum, Dei Optimi Maximi beneficio, & ſuarum virtutum merito, ad illam Graduum ſublimitatem eleuatum, ad quam nullus fortaſſis vnquàm Regum, aut Imperatorum Chriſtianorum peruenit, illamque ſi non viribus, corde ſaltem æſtuantem iram in eum hoc pacto euomerent. Super iuribus Regi Catholico ſpectantibus ſuper iiſdem Regnis plurimi ſcripſere: inter quos cum eſſem ferè nouus Tyro oſtendit mihi ſuas allegationes pro Philippo factas
213 † Franciſcus Aluarez de Ribera I. C. Excellentiſsimus, & Chriſtianis animi dotibus conſpicuus, in hoc Regno in ſupremo Collaterali Concilio Regens meritiſsimus; & dum hæc tranſcribuntur, apud Catholicam Maieſtatem in Cõcilio ſupremo Italiæ Conſiliarius: in quibus, & iure, & Hiſtoriarum exemplis Philippi cauſam optimè tutatus eſt. Scripſere, & alij plerique. Et poſt adeptam Regnum ſcripſit Mi-
214 chael ab Aguirre† Apologiam contra alios, qui pro Raynutio, Catherina, & Antonio ſcripſerant, in qua pulchro ordine illorum fundamenta euacuauit, quam impreſſam ſuis manibus mihi dono dedit. Senator in Cõcilio Neapolitano poſtmodũ à Rege creatus, diẽ obijt. Hiſtoriam hanc latinè ſcripſit Ioannes Antonius Viperanus in Commentarijs de obtenta Portugallia. & plenius, ac frugalius Hieronymus Francus Conneſtagius Genuenſis, qui Hiſtoriam Italo Idiomate vno volumine, decem libris diuiſam, miro, & conſpicuo ordine, non modo facti, ſed iuris ſeriem prætexendo, optimè conſcripſit. Regnum vero Luſitaniæ, ſeu Portugalliæ, ac Algarbiorum ex eiſdem Caſtellæ, & Legionis Regibus proceſſiſſe, nulli dubium eſt. Quia quoad Luſitaniam notoriũ eſt,
215 Alphonſum VI. Ferdinandi † Primi filium, & Sanctij Maioris Nepotem, Tharesiam filiam nuptui dediſſe Henrico Comiti Lotharingiæ, qui ex inde primus Portugalliæ Rex dictus eſt. Vnde proceſſerunt Reges Portugalliæ, qui
216 ad eundem Philippum† Regnum cum titulo tranſmiſerunt. vt ſcripſerunt Rodericus Toletanus lib. 6. cap. 21. & lib. 7. cap. 5. & Alphonſus de Carthagena Epiſcopus Burgenſis in Anacephaleoſi. cap. 75. Quoad Algarbium, vulgo dictum Algerbe, vero ſimiliter proceſſit ab eiſdem Regibus; vt ab Alphonſo X. fuit ſub Comitatus titulo datum Alphonſo III. Portugalliæ Regi, ex qbus genitus fuit Dionyſius Rex Portugalliæ, qui ſe primus Algarbij Regem nominauit. Alphonſus de Carthagena. cap. 84. Lucius Marine. lib. 7. cap. 2. & Michael Ritius de Regibus Hiſpaniæ. lib. 3. in Alphonſo Decimo. Choppin. de Doman. Franciæ. titul. 1. ſub nu. 9. dixi in Cõmentarijs Genealogia Regum Luſitaniæ in Philip. 2.

INSVLARVM INDIARVM, TERRAE FIRMAE, NOVI ORBIS, AC MARIS OCEANI. Eorundem Regnorum, & acquiſitionis Hiſtorię, permulta volumina à diuerſis Latinis, ac Hiſpanis ſcriptoribus exarata ſunt, quorum ſubſtantiam, breui verborum compen
217 dio referam. Nouus † orbis appellatus eſt, tam loca Peninſularia, & Inſulæ paſſim quæſitæ diuerſis temporibus. quàm etiam Terra firma. Et quemadmodũ India illa Aſiæ maxima prius cognita, Orientem claudit, ſic iſta Occidẽtem. Terra firma ad Septentrionem vergit, Hiſpania noua, & Terra Florida appellatur. Peruti vero Regnum dicitur terra ad Occidẽtem ver
218 gens. Inſulæ† verò hæc ſunt, Hiſpaniola, Cuba, Iamaica, Guanahana, Hayta, quæ ſancti Dominici Inſula dicitur, Deſiderata, Crux, Matinina, Monteſerrata, Sancta Maria Rotunda, S. Martinus, S. Maria antiqua, S. Cruce, Buchema, S. Thomas, Paria, Guanaxia, Iguerra, Vera, Zorobara, Aurea Vnionũ, Zebutha, Hicaragna, Guattimala, Chiuera, Tolmanna, Agama, Canada, Arcadia, Agugna, Ocelaga, Orbellãda, Granozza, S. Petrus, Maida, Orlanda, Briona, Florita, Bermuda, Maugna, Guanina, Zugarea, Malhada, Iucatan, Carragena, Cubagna, Cumana, Taraquil, Quahutemallan, Quiuiria, Arma, Popaian, Caramanta, Quimbara, Quita, Puna, Guanca camba, Caicos, Zabana, Iumenta, Maiaguana, Sauana, Curates, Bonica, Maiogora, Babocca, Maniga, Bahama, Bada, Guadalupe, Antica, Amona, Mangalatea, Clauigna, Simbrero, S. Chriſtoforus, S. Vicẽtius, Goa, Alięq; propemodum infinitæ, quæ conſtituũt Nouum Orbem, in quibus ſunt Regna Meſſici, Peruti, ac Inſulæ Moluchæ; vt diximus ſupra cap. 42. Ab anno enim Domini Noſtri Ieſu Chriſti 1492. Ex liberalitate Regum Ferdinandi, & Elizabethæ coniugum, medio Chriſtophori Columbi
219 eſſe factam primam illarum Inſularum † inuentionem, quem ob id Oceani Maris Admiratum creauerunt, notum eſt. Et quamquàm Inuidia, quę ſemper magnorum factorum Comes eſt, nonnulli quæſierint apud eoſdem Reges, varijs illum calumnijs cumulare, incorruptum tamen eorundem Regum iudicium, non permiſit, vt tanti viri facinora præclariſsima, Inuidia, aut liuore, aut ingrati officij redditione deturparentur. Eo tamen, non ſine Reipublicæ Chriſtianæ maxima iactura, ac omniũ rectè conſiderantium dolore, vita ſublato, alij non defuere, qui virtutis ſuæ æmulatores, eodem itinere progreſſi, tutiori tamen aura affecti, quaſi illius veſtigia imitantes, vlterius proſequuti ſunt: inter cęteros grauis memorię Fer
220 dinandus† Corteſius, qui in Regno Meſſicano, Mutezuma Potẽtiſsimo Imperatore deleto à Carolo V. Cęſare Gubernationem ſupremam

obtinuit, Marchionatus Vallis Nuaxacac titu-
lo, ac per nouam Hispaniā rei militaris supre-
mus præfectus, creatus est: qui Inuidiæ etiam
virus euitare nequiuit, quod ei minimè no-
cuit, & ipse parum postmodum in fatis con-
cessit. Huic Ferdinandus alter Magaglianus
221 inuicti vir† animi, ac non minoris virtutis, &
prudētiæ successit. Hic enim fretum antea nec
auditum, nec cognitum, adinuenit, quod po-
stea sortitum est eius nomen, vt fretum Maga-
glianum dicatur, & in ipso ab Occidente in
Orientem trāsgredi faciliter posse docuit. Hic
magnam Insulam Zebutham reperit, & cum il-
lorum Rege fœdus iniuit, & dum cum princi-
pe insulæ Mauthanæ bellum gereret pro Chri-
sti Domini nostri fide, sagitta percussus, inte-
rijt, & migrauit ad cœlū. Blascus Nunius vnio-
222 nū† insulas Hispanię Imperio adiecit. Maie-
statis autem reus factus, ob affectati illius Im-
perij libidinem, atq; suspitionem, capitis pœ-
nam sustinuit. Huic Didacus Almagrus, & Fran
223 ciscus Pizzarrus† succedentes, Magnū Peruti
Regnum quæsierunt, & demum sibi ipsis super
dominandi pcedentia cōtendentes, Almagrus
Pizzarri opera laqueo strangulatus, Pizzarrus
paucis post annis, domi ab Almagri confęde-
ratis occisus est. Ad Philippum itaq; Catholi-
cum Regem peruenere à Ferdinando, Ioanna
filia, Carolo Imperatore Philippi patre. Ijsque
Regibus concessio facta fuit ab Alexandro
224 † Sexto Summo Romano Pontifice sub data
4. Nonas Maias, anni 1493. vt horum omnium
meminere ex nostris Alphonsus Aluarez in
Specul. Roman. Pontific. cap. 31. Francisc. Var-
gas in lib. de Episcop. Inn. dict. Alanus Copus
Dialog. 6. cap. 9. Anastas. Gernius de sacror.
immunit. lib. 3. cap. 13. nu. 30. 31. & omnes Hi-
storici præsertim Ioan. Laurent. Anania in Fa-
bric. Mundi. tractat. 4. Lucius Marinæus in Hist.
Hispanic. lib. 19. cap. 16. Francisc. Lopez. in Hi-
stor. Indiar. Ioan. de Barros in Commentar.
earundem latissimè Petrus de Cieca in Histor.
Magni Regni Peruti. Ioan. Bodin. de Repub.
lib. 1. cap. 9. Ioan. Nicol. Dolionus in Compen-
dio Histor. lib. 4. Thom. Bozius de statu Italiæ.
lib. 4. cap. 1. Ioan. Petr. Maphæus in Histor. In-
dic. lib. 1. & 8. & pluries. Gaudentius Merula in
Sylua variæ lectio. lib. 5. per totum. Petrus Mes-
sia in Sylua sua parte 4. cap. 1.

Lucius tamen Marinęus in dicto lib. 19. cap.
16. supra allegato, dicit in quadam dicti Noui
orbis insula, fuisse Augusti Cæsaris Numisma
repertum, quo dicit fuisse gloriam nouis his
nauigantibus ereptam, quòd earundem insu-
larum nauigatio Romanorum tunc dominan-
tium tempore fuerit cognita. Quod certè mi-
225 randū mihi videtur, nec dici à tāto viro† de-
buisse fatendum est. Quo iure enim hanc fabu-
lam, atque imposturam sibi persuaderi fecit,
anili potius fœminæ dignam; non modo non
Historico, vt ipse profitetur, sed ne obtusioris
ingenij viro credendā? Si enim oīum mūdi gen
tium libri videantur, non Caldæorum, non He-
bræorum, Aegyptiorum, Græcorum, nec qua-
rumuis aliarum nationum historiæ ità gene-
rales, ac singulariler, & distinctè conscriptæ
reperientur, quæ non transgrediantur solum,
sed ne æquari, aut comparari Romanorum Hi-
storijs valeant: quorum non modo bellorū ge-
sta aduersus exteras gentes, diuersos Reges
per totum orbem, sed omnes penè Annales,
quinimmo Fasti dies, ac Diariæ res, memoriæ
mandatæ fuerint. Quid enim illud est, quod
eius Consiculus scribit Diodorus antiquitat.
lib. 4. Verum (inquit) de Regionibus, quæ arctū
spectant, deque Britannicis rebus non refere-
tur à nobis, cum C. Cæsaris, qui Romanum vs-
que Britanniam Imperium protulit; easq; oras
incognitas antea, notas effecit, gesta comple-
ctemur. Et iterum idem Diodorus lib. 6. de in-
sulis referens. Quarum (ait) maxima est Britan-
nia, priscis temporibus, nullius aduenæ Impe-
rium experta: neq; enim Dionysium, neq; Her-
culem, neq; Heroa, aut Ducem quempiam, ac-
226 cepimus eos bello tentasse: nunc† C. Cæsar,
q propter gestas res, Deus est appellatus, prius
omnium Britannis subactis, certum eos dare
tributum coegit. Hæc Diodorus. Si igitur scri-
ptor iste Historiarum Maximus, Britanniā per
uenisse C. Cæsarem, pro miraculo habuit, hacte
nusq; ibidem neminem ante fuisse commemo-
ret: Quid est, quod effutit ad nouas has insu-
las Augustum Cæsarem peruenisse? Cur nulli
mundi hominum Historico, aut scriptori cui-
piam id innotuit? Cum autem omnium gesta
Reipublicæ Romanæ, suorumq; Principum ex
tot Illustrium scriptorum voluminibus appa-
reant, in vanum hanc sibi imposturam persua-
deri permisit, vt hac fabella, & mendacio suas
Historias fędaret. Nōne potuit miles, aut alius
quispiam ex Hispania, Italia, vel aliunde plura
Augusti Cæsaris, aut aliorum Principum Nu-
mismata deferre, illaq; vt reperirentur disse-
minare? Aut non ne potuit illa habens suaque
euoluēs circumstantibus dicere, Hoc ego Nu-
misma in hac insula reperi? Sed hæc omnia, cū
à vero sint aliena, neminem sanè mentis hoc
credo nō habiturum in fabulis. Vnde de hisce
Noui orbis Regnis rectè Alanus Copus, & ip-
se Anglus Dialogo. 6. cap. 9. Quæ (inquit) an-
tea ne extitisse quidem, vllis vnquàm libris est
traditum, vlla fama, & auditione acceptum.

Quò verò ad Oceani Maris Dominium, ad
Catholicum Regem pertinere nulli dubiū est.
Quemadmodum enim Fabulatores, Neptunū,
227 quòd primus† Mare nauigasset, maris Impe-
ratorem appellatum asserunt, vt scribit Diodo
rus Sicul. lib. 6. dicens; De ijs verò alijs ex Sa-
turno, & Rhea natis, Neptunus, secundum opi-
nionem Cretensium primus nauigādi arte in-
uenta,

uenta, claſſem inſtituit, eiusq; præfectus eſt à
Saturno factus; quapropter traditum eſt poſte-
ris, Neptunum imperaſſe Mari, ſacraq; ei à na-
uigantibus ficta. Et hinc apud Virgilium lib. 1.
Aeneidos, Neptunus inducitur, qui ſe iactat
contra Aeolum:

Non illi imperium Pelagi, ſæuumque tridentem,
Sed mihi ſorte datum.

Sic Maris Regem eundem appellat Silius Ita-
licus. lib. 17.

Talibus alloquitur Regem Maris.

Vnde illum aquarum patentem appellat He-
ſiodus dicens.

Ast Deus, ipſarumq; parens Neptunus aquarũ.

Eodem modo, cum primam Oceani Occiden-
talis Maris nauigationẽ, Ferdinandus Rex Ca-
tholicus, inſtituerit, palam eſt eiuſdẽ maris Im-
perium illi, eiuſque ſucceſſoribus deberi, quod
etiam legitimo centum annorum ſpatio poſſe-
228 dere † Reges noſtri. arg. l. ſi quiſquam. ff. de
Diuerſ. & tẽp. præſcript. Hinc ſi maris propriũ
229 ius ad aliquem pertineat, vti† poſsidẽtis in-
terdictum ei comperit, ſi prohibeatur ius ſuũ
exercere. vt inquit Paulus in l. Sanè ſi maris. ff.
de Iniur. Ijs accedit priuilegium cõceſsionis,
eiſdem Regibus factum à Sũmo Pontifice, qui
concedendi maris poteſtatem habet, vt ſtatim
dicam, & ideo Maris Oceani, & inſularum Do-
minus eſt, & illi leges ſtatuit Rex Catholicus,
vt dicit Alphonſus Aluarez in Specul. Roman.
Pontific. c. 31. col. 2. & Petrus Nauarrus de re-
ſtitut. ablator. lib. 4. c. 2. num. 85. par. 2.

Sed omiſſa fabulatione ad veritatis Typum
230 accedens, ratio, cur Pontifici licitũ † eſt Ma-
re Oceanũ concedere, illa mihi probabilior vi-
detur. Nam ſecundus Pater Gẽtium Noa ex in-
ueſtitura à Deo ſibi facta Maris Dominium, ac
poſſeſsionem accepit, dum ſibi Nauem, (quam
ſcriptura ſacra Arcam nominat, quia foris ar-
ceat, vt inquit Varro de lingua latina. lib. 4.)
conſtitui fecit, eaq; facta ſibi dixit, Ingredere
tu, & omnis domus tua in Arcam: quã ingreſ-
ſam, Dominus de foris clauſit, & cum Naui cor
poralem poſſeſsionẽ cępit. vt habetur Geneſ.
cap. 6. & 7. Beroſus lib. 1. & 2. Ioſeph. Antiquit.
Iudaic. lib. 1. cap. 3. Arca, autem ſiue Nauis, cũ
231 ſit † Eccleſiæ figura, vt probarunt Origenes
Adamantius in Geneſ. c. 6. homil. 2. Auguſtinus
contra Fauſtum lib. 12. cap. 14. Rupertus com-
mentar. in Geneſ. lib. 4. cap. 71. & Noe ſit Chri-
ſti figura: ſicut enim per vnũ Noe ſeruatus eſt
orbis, ſic per Chriſtum ſeruantur oẽs: Et quem-
admodum Noe per lignum conſeruauit reli-
quias humani generis, ità Chriſtus per lignum
Crucis, & ſuam paſsionem, humanum genus à
morte redemit. vt poſt antiquiores nouiſsimè
cenſuit Benedictus Peretius in Geneſ. libr. 10.
diſputation. 12. nu. 85. in fi. par. 2. Idemq; Chri-
ſtus fundauit Eccleſiam ſupra firmam Petram,
quæ erat Chriſtus ipſe. Nam, & ipſe Maris erat
Dominus, vnde cum pedibus naturalem Maris
poſſeſſionem præmeret, admirantes ij, qui vi-
232 debant, dixerunt Matth. ca. 8. Quis eſt † hic,
cui venti, & Mare obediunt? de quo Marcus
Antonius Sabellicus in Genethliaco inquit:

Terga inſueta potens Glauci ſua planta cucurrit
Nereos.

Quid? quòd etiam ſuis ſanctis Chriſtus Ponti-
ficibus hoc ius tranſmiſit, cum omnem ſuã po-
teſtatem Petro contulerit: vt amplè probaui in
Apologia aduerſus ſententiam Pilati, Aquilæ
repertam, & alibi. Tãtum igitur abeſt, vt penes
Eccleſiam, ac illius Summum Pontificẽ non re-
manſerit eiuſdem concedendi Maris iuris au-
233 thoritas. Hinc † Venetiarũ Sereniſsimæ Rei-
publicæ, eiusq; nomine, Sebaſtiano Zanæ Duci
XL. conceſſa fuit per Anulũ Veneti Maris poſ-
ſeſsio ab Alexandro III. Pontifice Maximo. vt
ſcripſerunt M. Ant. Sabellic Hiſtoriar. Decade.
1. lib. 7. Gabriel Simeonius de origin. Veneto-
rum. lib. 2. & Ioan. Nicolaus Doglionus in Com-
pend. Hiſtor. par. 3. ſic dicitur Mare Venetum,
Liguſticum, Creticum, Siculum, Tuſcum, alijſq;
nominibus: Illius enim, cuius ſunt vicina loca
234 Mediterranea, cenſetur † pars Maris. l. Ven-
ditor. ff. commun. præd. gloſſ. in c. Vbi periculũ.
de elect. in 6. vbi Dominic. de Sanct. Gemin. in
§. Porro. Dec. in c. licet cauſam. ext. de probat.
& latiſsimè Bartholom. Veronenſ. de ſeruitut.
vrban. præd. cap. 26. vbi meminit de Mare Ve-
netorum, & Genuenſium. & Ang. Mattheacius
de via vniuerſ. iuris. lib. 1. c. 36. vbi meminit de
eiſdem, & latè de Dominio, ac poſſeſsione Ma
ris noui orbis, & inſularũ Indiarũ Regibus no-
ſtris Hiſpanis, & Luſitanis facta. Alios nunc ti-
tulos proſequamur, & ſi Regi Catholico ſuffi-
ciebat titulus, Terræ firmæ, ac Maris Oceani
Dominum, ac Regem dici; cum potiatur hoc in
mundo illis, ea fœlicitate, qua nemo quiſpiam.
Nam Deus à principio Cœlum, & terram crea-
uit, In quibus cõtinebatur, & aqua, vt patet Ge
neſ. c. 1. & optimè concludit amicus noſter Ber
nardinus Teleſius de rerum natura. lib. 1. c. 11.
& 12. Vnde ſatis eſt in hac vita Regem Catho-
licum Terram poſsidere, ac Maria: poſsidebit,
& conſequetur Cælum ſuis virtutibus, operi-
buſq; quæſitum, cum Deus Optimus Maximus
dignabitur illum vocare ad fruendos ſuarum
actionum fructus.

ANTIOCHIAE PRINCEPS. Quoad Prin-
cipatus dignitatem nihil hic dicam, ſed in cõ-
mentarijs de feudis dignitatum. Quantum au-
235 tem attinet † ad Dominium Antiochiæ, ſpe-
ctare ad Regem Catholicum vti Regem Nea-
poli, & Siciliæ, difficultatem non habet, cuius
Principatum, Regnumq; poſſedit Boemundus
Northmannus Roberti Guiſcardi Ducis filius,
& ſui ſucceſſores, vt ſcribit Marc. Ant. Sabel-
licus Hiſtor. Decad. 1. lib. 5. & Celius Auguſti-
nus Hiſtor. Sarracenicæ lib. 3. ac Vuolpligan-
gus

gus Drechslerus in Chron. Sarracen. Est autem
336 Antiochia† pulchra Syriæ Ciuitas ad Orontem fluuium posita, cuius meminit Strabo. lib. 15. Plin. lib. 5. cap. 21. & lib. 11. cap. 5. Et si Iacobus Vuimphelingus Rer. Germanicar. cap. 29. dicat post Boemundum fuisse Antiochiæ Principem Raymundum, Austriæ Ducis filium Boemundi Generum.

ARCHIDVX AVSTRIÆ. Pannonia superior fuit prius appellata Austria; † quæ ex
337 Oriente terminatur Hūgaria, quæ dicitur Pannonia inferior; Ex occidente Bauaria; à Meridie Stiria, & eius montibus, atq; Illiridis; à Septentrione verò parte Danubij, siue Istri, Noricum versus, & montem Cætium, quem Germani Calemberg dicunt. Longitudo eius sex dierum, latitudo vero trium. Terra nobilis, irrigua aquis, vt quam secat Danubius, alijque amnes feracem faciunt. Vitibus consita, lignis copiosa, agro fertili, piscibus abundans, vino exuberans, ità vt Bohæmis, Morauis, Slesijs, & Bauaris in præbendo vino satisfaciat, & opes inde maximas colligat. Ciuitatem habet Viennam, Austriacorum Principū sedem memorabilem. Hi à principio Marchiones Austriæ appellati fuere, vsq; ad tempora Hērici Marchionis, qui à Friderico I. in Anno 1156. ex Marchione, Dux creatus extitit. Et demum successu temporis, cum Ducatus Dominium ad Rodulphum I. Habspurgēsem Comitem, & Imperatorem peruenisset, Austriamq; Alberto filio donasset, cū Imperiali authoritate fulgeret, Ducatum Austriæ, Archiducatum nominauit. Licet fecisse hoc Fridericum Maximiliani patrem, aliqui
338 existiment, Rodulphum verò† fuisse communiter traditum est, ipsumq; primum hanc Archiducatus dignitatem reperisse: quod, & Martinus Cromerus scripsit in Historia Polon. lib. 9. in fi. à quibus cum, (vt supra c. 4. docuimus,) recta linea patrrni generis descendat Philip-
339 pus Rex † Catholicus, ea dignitatis prærogatiua ad descendentes omnes progressa est. De his agunt Prolom. lib. 2. cap. 15. Aeneas Syluius. Germanographus lib 3. Messias in Friderico I. Io. Candidus in Histor. Aquileiæ. lib. 5. Catol. Sigon. de Regno Italiæ. lib. 12. Huic superiori Pānoniæ, siue Austriæ, accesserunt, Styria, Carinthia, Carnia, Goritia, Croatia, Cilia, Tyrolis, quæ possidētur per Serenissimos Austriacos, Duces, & præsertim per Inuictissimum Principem Rodulphum II. Austrium Impera-
340 torem. Quoad iustitiæ moderationem, †duo ibidem sunt Consilia, siue Parlamenta, vnum Viennæ, sub quo Austria, Carinthia, Stytia, Carnia, Cilia, Goritia, & Histria. Alterum Aenoponri, siue in Ispruch, sub quo Sueuicæ ditiones, Veldkirchium, Sungoia, Alsaria, Brisgoia, & Tyrolis. Et vti Archidux præcedere debet
341 Duces omnes, quemadmodum† Archiepiscopus præcedit Episcopos, vti Episcoporū Princeps. c. Cleros 21. Distinct. & voluit Barthol. dē Cassēn. in Caralog. Gloriæ mūdi. parte 5. Cōsid. 44. Archiduces Austriæ, Episcopatus Curiēsis, apud Rhetos, siue Grisones, Pincernæ dicūtur, sicut Domini de Marmoribus Marescialli, & Comites Amasij Dapiferi, vt annotauit Germanographus lib. 3. vbi egit de Episcopatu Curiensi. Sed Archiduces nominati Regum Ro-
342 manorum filios†primogenitos, voluit Francisc. Marc. in Decis. Delphina. 163. vol. 1. Et hoc modo competere posse Philippo Regi, vti Caroli Cæsaris filio. Sed video apud Austriacos, omnes Imperatoris filios Archiduces nomi-
343 nari; Regi etiam nostro spectare vti † Burgundiæ Duci, vt placuit etiam eidem Francisco Marco, vbi supra. Ideo Austriacum Ducem Regali potestate insignitum, retulit Frideric. Scotus in consil. 28. nu. 167. lib. 6. tom. 1.

DVX BVRGVNDIÆ. Sub Germanorum
304 † gentibus Burgundiam constituit Plin. lib. 4. c. 14. vt qui ab Vuandalis descendant, quia cum sub Honorio I. Hunnos, Francos, & Gothos essent imitati, in Galliam irruerunt, & in loco, in quo consederunt, Burgos quosdam facientes, Burgundia locus appellatus est, & ipsi
345 demū † Burgundiones appellati, vt dicit Lucas de Penna in l. Cum qui curiæ. C. de Fund. rei priuat. lib. 11. quos nonnulli volunt Drusi, ac Tiberij temporibus in magnam gētem coaluisse, ac postmodum Valentinianum Imperatorem illis vsum fuisse ad Rheni ripas, & eorū gētis octoginta millia habuisse auxiliares, quibus in Gallijs Saxones, inuictam animi, & corporis ferocia Germanorum gentem vicisse, & illos in Gallijs cōsedisse, & paulo post eos Christianam fidem recepisse. vt est testis Eutropius rer. Romanar. lib. 12. quem sequitur nouissimē Carolus Sigonius de Imperio Occidental. lib. 7. Hiq; appellati post modum Hædui, Vesontij, Lingones, Cabilonenses, & Matisconenses, qui in anno circiter Domini Nostri Iesu Chri-
346 sti 415. Christianam † fidem sint adepti. vt testatur Albertus Crantius in Vuandalia. lib. 1. cap. 5. lib. 2. c. 6. & 7. & in Saxonia lib. 12. c. 14. Paul. Æmil. in Clodion. 2. Germanographus libro 2. & à principio Burgundiæ Regnum fuisse vltra Rhenum, & citra Rhenum Valenriam, Delphinatum, & Sabaudos. Burgundia igitur
347 Regnum prius erat, habuitq; suos † Reges, Gundiocum, Gundebaldum, Gondegisillum, Childepertum, Gothomarum, Sigismundum, Gundemarum, Trophiniū, Gunthramū, Gunthramum alterum, Ioannem, Stephanum, Diocū, Sigismundum II. Sigismundum III. Sigismundum IV. & Rodulphos. de quibus scribit Albertus Crantius in Vuandalia. lib. 2. c. 6. vsq; ad cap. 11. Carol. Sigonius de Imper. Occidental. lib. 13. & de Gunderico, & Hilperico Burgundionum Regibus, agit idē Sigonius vbi supra, lib. 14. & de alijs. lib. 15. Vndè optime Burgun-

dos

248 dos Duces † Regia Pollere dignitate scripsit Federicus Scotus in consf.28. nu.167.lib.6. Tom.1. Burgundionum Regum semini multũ debet Gallia, quia per Clotildim Galliæ Reginam filiam Chilperici Burgundionum Regis,
249 vxorem Clodouæus Galliæ Rex† Christianã fidem adeptus est: vt testatur Paulus Aemilius in Clodouæo 1. Sigon. de Imperio occidentali.lib.5. & Io. Tilius in Chronicon Galliæ anni 490. sub Clodouæo.& nouissimè Gulielmus Paradinus de antiquo statu Burgundiæ. cap. 12. Postmodum, siue inuidia id fuerit, siue Gallorum aliquorum tunc Regum astu, siue plurium filiorũ diuisione, Regni diuisio subsequuta fue
250 rit, Burgundiaq; † in Ducatum,& Comitatũ redacta, causas ponit Bernardus Saccus Histor. Ticinensf.lib.7. cap.19. & fin. Tandem in anno Domini Nostri Iesu Christi circiter 1025. Rodulphus Rex Burgundiæ, Romę existens, testamento Regni hæredem scripsit Hēricum Con-
251 radi II. Imperatoris filium, eius † nepotem. vt testatur Germanographus.lib.2.Petrus Messias in vita Conradi II. Carolus Sigonius de Regno Italiæ. lib.8.vel eidem Conrado Cæsari Regnum cessisse. vt dicit Gulielmus Paradinus in dicto.cap.12. vbi dicit:Idcirco Regem Germanis potius fauisse, quàm Frācis, ex quo vxor Francica veneficijs, ne liberos gigneret, emasculauerat. Is autem Conradus Cæsar Burgun-
252 dionibus annis † quindecim præfuit, vt inqt idem Paradinus cap. 6. in fine.& alij Historici supra allegati. Hæc aptari possunt, quæ iam diximus ad illum Rodulphum, qui post Carolum Simplicem, in anno Domini 927. Rex Galliæ fuit, quia ille per duodecim annos Regnũ tenuit, vt testatur Robertus Guaghinus, & Paul. Aemilius. Hinc videmus quòd hoc Rodulpho mortuo, Rodulphus alter, Burgundiæ Rex pro Gallici Regni acquisitione pugnauit cum Ludouico trāsmarino, Caroli Simplicis filio. Post mortem enim Rodulphi I. filij eiusdem Caroli Simplicis,& Galliæ Regnum obtinuit, illudq; spatio decem, duodecimuè annorum circiter, quibus vixit,& Caroli Simplicis refutatione,& procerum consensu possedit. vt sunt authores P.Aemilius, & Ioan. Tilius ac Michael Ritius de Regib. Galliæ, lib.1.in fin. Et hinc nonnulli Burgũdiæ Domini in Gallici Regni successione prætenderũt, iure ne, an iniuria, non est speculationis nostræ. Nos autem de Burgundiæ Dominio agimus, quod à principio liberi iuris fuit, & Burgundiæ Domini cum Gallorum Regibus, armis contendisse, fœdera, paces, ac matrimonia insimul contraxisse, plusquàm notum est. Vnde cum Burgundi Reges, præsertim ipse Rodulphus, Burgundiam Conrado Cæsari, vel Hērico filio concesserit, non est cur Galliæ Reges in ea iuris habeant. Et quatenus dicunt, in anno 1001. Henricum Burgundiæ Regem, nullis relictis liberis decedētem, Roberto Galliæ Regi, Burgundiam reliquisse, vt testantur Aemilius, & Tilius.& istud fuisse anno quinto illius Roberti. Non tamen hoc concordat veritati,& temporum Historiæ, alijsq; scriptoribus; præsertim, qui dicunt in anno 1032. dum asserunt, eo tempore Rodulphum reliquisse hæredem Henricum Conradi filium, vel eundem Cōradum, & cum, (vt ait Petrus Messias,& alij) Henricus lamentaretur, quòd Robertus Rex Galliæ indebitè sibi Regnum occupauerat, quo iure pręsupponunt Regnum illi datum, aut legatum ab Henrico, si ille dissentiebat? Quærelabatur autem de Regni occupatione Burgundici. in anno 1025. Et sic viuente Roberto, qui mortuus est in anno 1031. Nisi dicere vellent Henricum hunc fuisse Conradi filium, qui decessisset sine filijs, atque hoc relictum fecisse:& hoc itidem veritati minimè respondet, quia Henricus filios reliquit, nam hic Henricus III. huius nominis erat, qui moriens, Hēricum alterum filium & tres fęminas, reliquit. Vnde aut impressorum vitio, vel malignitate aliqua id scriptum extitisse, Hēricum mortuũ fuisse absque filijs. Sed dicere debuisse, Henricum hæredem Regni Burgundici relictũ, mortuo sine liberis Rodulpho. Nec etiam obstat, quod asserunt in montibus Pyreneis Carolum Magnum Imperatorem occidisse in bello Samsonem Burgundiorum Regem, seu Regulum, (vt illi Galli scriptores illũ asserunt) Tum quia non concludit, nec constat, quòd & si Samson victus fuisset, idcirco Regnum Burgundicum Carolus cępisset, cum potuissent ex eo hæredes superuixisse. Tum etiam, quia vix credibile est, Burgundiæ, (vt illi appellant) Regulum Carolo Magno voluisse bellum inferre, aut illi contraire, inimicum, aut odiosum esse voluisse, quem sciret, non solum Galliæ dominari, sed Romanorum Imperatorem esse, & nō Christiano tunc à modo orbi, sed etiam Christiani nominis hostibus, admodum formidabilem,& se apertissimo bonorum, ac vitæ periculo exponere. Tum maximè si hac vera essent, iam constat, post Caroli Magni tempora, plures suos, ac proprios Reges habuisse Burgundiam, & quàm plurimos, & Maximos habuisse Galliam, qui haud permisissent in Gallicæ coronæ detrimentum, vnum Burgũdiæ (vt dicũt) Regulum, ipsum Burgundiæ Regnum occupare. Vel fortè dicant ob victoriam tunc obtentam à Carolo Magno, vti Imperatore, ad Imperialem Cameram ęa iura transmissa. Illud certo certius est, Cōradum Cæsarem Burgundio-
253 num Regnum † obtinuisse, & possedisse, & Odonem Campaniæ Comitem reluctantem, ac occupare illud tentantem, vicisse, & Conrado se tradidisse,& ab illo veniã obtinuisse. Agente postmodum in Italia Conrado, idem Odo, siue Otho, promissorum, fidei,& gratiæ immemor, in Lothatingiam ingreditur, eum tamen

Gothello Dux vicit, victique caput, Cæsari in Italiam gratulationis ergò, misit. vt est author Æmilius lib. 3. in Henrico I. Sed tamen succes-
354 sionis lege, ac iure † ad Philippum Regem Catholicum Burgūdiæ Ducatum spectare, clarissimum est. Nam Ioanni Duci successit Philippus Pius appellatus; Philippo autem Carolus Bellicosus; Carolo autem successit Maria filia, Maximiliano Archiduci Austriæ, & post modum Imperatori nupta; Maximiliano, & Mariæ successit Philippus alter; & Philippo Carolus V. Cæsar; & Carolo Philippus Rex Catholicus. vt horum omnium sunt testes Albertus Crantius in Vuandalia. lib. 2. cap. 14. lib. 13. cap. 11. Paul. Æmil. Histor. Galli. lib. 10. in Ludouico Vndecimo, & Philipp. Argenton. de Histor. Ludou. 11. & Burgund. lib. 4. cap. 13. Marcus Guatius Histor. lib. primo in princip. Michael Ritius de Regibus Galliæ. lib. tertio. Martin. Cromer. Histor. Polonicæ. lib. 28. Michael Brutus Histor. Florent. lib. 6. Dolionus in Compend Histor. lib. 4. omnia iam dicta plenius corroborantur, ex cessione facta per Franciscum I.
355 Gallorum † Regem Carolo V. Imperatori in anno 1515. & alia facta In anno 1529. ex quibus omnis Burgundia ei debetur, omissa dispositione prætensæ legis Salicæ, (de qua dicam infra cap. 57.) quæ lex quoad successionem Burgundiæ locum non habet; quæ iuris Francici dispositione minimè regitur, cum Gallicæ
356 coronæ non sit. Liberam enim † illam fuisse contendit Paradinus de antiquo statu Burgundiæ. cap. 8. & quamquàm Burgundia pluries apud Gallos Reges fuerit vnita, iura ramē Regni vniti conseruantur vt scribit D. Regens de Ponte in consil. 51. volum. 1. & nos diximus in consil. 70. Centuria. 1. Et licet Gulielmus Paradinus in eodem libro de antiquo statu Burgundiæ. cap. 10. contendat, Burgundiam lege Salica, uti Regnum Galliæ, iudicari, ac ita quandoq; diffinitum fuisse, & plures alij Doctores Galli idem censuerint; Tamen cōtrariū uerius est ex prænarratis. sic enim iudicatum fuit de
357 statu Delphinali, iure suo † proprio, & non Salico illum regi. vt voluit Bartol. in l. Si conuenerit. §. Si nuda. ff. de pignorat. actio. sequuntur Doctores Gallici Cosmas Guimier in Pragmatic. Sanctio. in proęm. in verb. Delphinatum. & Francisc. Marc. in Decis. Delphin. 1024. nu. 1. vol. 1. & in decis. 360. nu. 6. vol. 2. Sed quid respondere vnquam verè poterunt, quòd idem Paradinus in dicto cap. 10. asseruit Burgundiæ Regnum prima vice trāslatum in Clodouæum Galliæ Regem, per Clothildem Reginam, Burgundi filiam, & tamen si Burgundiæ Regnum Salica lege regeretur, iam seruatum extitisset: cum illud factum ius salicum, afferant Pharamundi Regis tempore, & sic lōgo antea interuallo. Idem vltimo loco seruatum fuit in eodem statu Burgundico; nam dum Roberto Duce mortuo, peruenit Burgundia ad Ioannem
358 Galliæ Regem, fuit medio † Ioannæ matris eiusdem Ioānis Regis Galliæ, quæ fuerat Amita Philippi Ducis Burgundi, à qua natus erat Ioannes, vt scribit Paul. Æmil. in Ioanne. Idcirco seruare debēt idem ius in Austriacis, quod sibi ipsis cum alijs seruatunt. Memoria etiam tenere debent, grauem armis contentionem exortam inter Ludouicum Vndecimum Galliæ Regem, qui partem Ducatus Burgundiæ, nullo iure occupauerat; & Maximilianum Cæsarem, qui cum haberet penes Gādenses filios paruulos ex Maria coniuge, Philippum scilicet, & Margaritam, ipsis Gandensibus violēter cogentibus factum est, vt eidem Carolo Delphino Octauo, desponsaretur Margarita; Burgundia inter alia dominia sibi Dotalitij iuris occasione concessa, & Delphino Margarita transmissa. vt sunt testes Paulus Aemil. in Ludouico Vndecimo, & in Carolo VIII. Albertus Crantius in Vuand. lib. 2. cap. 15. & 16. Philipp. Cominius vbi supra. lib. 6. cap. 7. & 9. cap. 130. Michael Ritius de Regib. Galliæ. lib. 3. Martin. Cromer. Histor Polonic. lib. 28. & Ioan. Tilius in Chronic. sub. Lud. XI. & Carol. VIII. Dissolutis itaq; inter Carolum, & Margaritam sponsalibus, quo iure dotes retinebuntur? Burgundiam sic haud Christianis artibus ex nuptijs puellæ Margaritæ Serenissimæ. Britāniam
359 Armoricam ex arreptione † Annæ in matrimonium cōtra publicæ honestatis impedimenta, Galli Reges arripuerunt; cū Ludouicus XII. duriori, & turpiori medio eandem Annam duxit, vt post Crantium, docet Germanographus lib. 2. Ijs conuenit illud Cornelij Taciti Annaliū lib. 1. Qui scribit Segestem priuatū odium auxisse in Arminium generum, quòd eius filiā, alij promissam, pactamq; rapuisset: Ex ijs enim capitales oriri inimicitias inquit Summus Pontifex in c. Accedens il 2. ex. Vt lit. nō contestat. Sed cessarent hæ difficultates, si dum detine-
360 batur † Frāciscus Rex Galliæ, consilium Mercurij Gattinatæ sequuti essent, de quo Guicciardin. Histor. lib. 16.

DVX MEDIOLANI. Sermociuatione longa opus non est, ad concludendum, quòd Mediolanense Imperium ad Catholicum Regem
361 Philippum † pertineat. Occupato enim Mediolani Dominio à Ludouico XII. Galliæ Rege in anno 1499. cum ab illo expulsisset Ludouicum Mariam Sfortiam Vicecomitē, Morum appellatum, tunc Ducem, illumq; sequēti anno, captum, & captiuum ductum in Galliam, tamdiū asseruauit in carcerem, donec in anno 1508. in faris concessit. vt latissimè scribit Paulus Iouius in eius vita. Creatus postmodum Dux Maximilianus Sfortia eius filius in anno 1512. Expulsus similiter ab eisdem Gallis in anno 1515. ibidemq; seruatus moritur in anno 1534. Ijs postmodū currētibus, à Carolo V.

Cæ-

Cæsare crearetur Dux Franciscus Maria II. Sfortia in anno 1522. Quo creato, restituitur eius Dominio in anno 1530. & demum moritur in anno 1535. Cui succedit idem Carolus
261 Quintus Imperator, & ab ipso † Philippus filius.

Ducatus autem Mediolanensis concessio ab Imperij authoritate dependet. Curtius senior in consil. 73. nu. 28. sequitur Lancellor. Gallia.
263 in conf. 24. nu. 10. † cum pateat Ioannem Galeatium Vicecomitem Ducatum habuisse ab Vuenceslao Imperatore in anno 1395. & Ludouicus illum obtinuit à Maximiliano Cæsare in anno 1494. nec id factũ ab Imperatore absq; ratione, quia hæredes Ioannis Galeatij primo loco inuestiti ab Vuenceslao Imperatore, minimè inuestituras, ac illarum renouationes ab Imperatoribus, qui pro tempore fuerunt obtinuissent: vt inter alios scribit Ioannes Franciscus Guicciardinus Historiar. lib. 1. Qui licet dicat, famam insurrexisse, quòd suus prædecessor fuisset veneno extinctus, tamen nulla datur rei huius certitudo: quinimmo asseruatum cadauer duobus diebus insepultum, ab illa imputatione Ludouicus remansit immunis, vt testatur Dolionus in Compendio Histor. lib. 4. De iure autem, hæredes Ioannis Galeatij ab Imperatore inuestiti, tenebantur renouationem in-
264 uestituræ intra annum, & diem † petere, ac iuramentum præstare, alias Feudo priuari potuerunt. cap. 1. vers. Et è conuerso. Quæ fit prima cauf. benefic. amitt. cap. 1. §. Præterea si quis. de prohibit. Feud. alien. per Frideric. c. 1. in prin. de Capitul. Conrad. Andr. de Isern. in dicto §. Præterea. nu. 27. Dyn. Mugellanus in tract. præscript. titul. 21. in fin. vbi loquitur de vno anno.
265 Miles vero † habet annum, & mensem vt in c. 1. quo temp. miles vbi glos. hoc annotauit. licet dici posfit, etiam in milite seruari annum, & diem, ex authoritate dicti §. Præterea. facti per Fridericum, quæ est vltima dispositio, & tamquàm vltima obseruanda. Sed annum, &
266 diem requiri alias priuatur Feudo, † voluit etiam Iacob. de Ardizon. in Summa. cap. 41. & debet. Petr. de Bella pertica in tract. Feudorũ titul. 15. num. 1. & per totum. Iacobin. de sanct. Georg. in inuestitur. Feudal. §. Et cum pacto. nu. 41. & in §. Qui quidem. nu. 45. 46. Francisc. Duaren. de Feud. cap. 14. nu. 3. Francisc. Curt. parte 4. causa 23 Guliel. Hanneton. iuris Feudor. lib. 3. cap. 4. Claudius de Seisell. in Specul. Feud. tit. qui Feud. dar. poss. fol. mihi 252. vers. Et illud intelligo. & fol. 255. vers. Prædicta tamen intelligo. habetur in obseruat. feudal. 36. Iul. Clar. in § Feud. quæst. 49. latisfimè Fràcisc. Sonsbechius in Commentarijs feudor. par. 11. nu 5. cum pluribus seq. Gulielm. Pern. in consil. Feudal. 24. num. 4. Marin. Freccia de subfeud. lib. 3. different. 29. 30. Francisc. Hotoman. in disputat. Feudistic. cap. 27. versus finem. Bald. ante eos. in consil. 301. num. 6. vol. 1. latè Io. Vincent. Annius in rep. Rubr. de vassall. decrepit. ætat. num. 21. cum pluribus seq. Quod recipit plures declarationes, quæ apud præfatos reperiri possunt.

Renouatio verò inuestituræ fit, quia dicitur per eam portari Domino reuerentia, & recognoscatur in Dominum, ac superiorem, alias
267 dicatur cadere † in commissum. Andr. Isern. Bald. Aluarot. & alij in dicto c. 1. Quæ sit prima caus. benefic. amitt. Guido Papæ in Decis. Gratiano p. 164. Cardinal. Zabarell. in cõsil. 74. Hieronym. Grat. in consil. 9. num. 62. vol. 1. Rationem istam non probauit Iul. Clar. in loco suprà allegato. Sed dicit idcirco renouationem inuestituræ requiri, ac ipsius iuramenti præstationem, quia iuramentum patris non ligabat filium, & hæredem, & proinde requiri ipsam renouationem. Quæ ratio vtiq; tanto viro indigna fuit, cum iuramentum, & si successorem
268 non † obseruantem, non faciat periurum: vt habetur in auct. de iuram. à moriente præstit. cum simil. Tamen istud intelligitur, quoad reatum periurij, & in foro animæ: & ità intelligitur dictum Innocent. in c. Veritatis. de iureiur. vbi inquit: Iuramentum, quoad periurium esse
269 personale, quo verò ad obseruationem † contractus, & promissionis secus. Ita Bald. in l. fin. nu. 16. C. de pact. & alia plura adducens voluit Anton. Corset. de virib. iuram. priuileg. 21. Ego verò censeo id iuramentum, ac renouationem hæredis requiri, ob maius robur fidei, atq; obseruantiæ, vt Imperator, vel Princeps ob noua-
280 tionem iuramentorum † reddatur securior de vassallorum, ac feudatariorum promissis, ac fide. Hinc illud Ioan. Tritthemij in anno 1356. cap. 35. Carolus (inquit) Quartus Imperator ex Italia reuersus in Ciuitate Metensi cõuentum habuit solemnem Principum, vbi omnes ferè totius Regni Principes concurrentes, Regalia sua de manu Imperatoris de more susciperẽt. Alteram causam ego designarem, quod cum Feudi concessio, beneficij quædam collatio sit, vt ex diffinitione feudi ab omnibus est traditum,
271 † eaq; in inuitum non conferantur. l. Inuito. cum concord. ff. de regul. iur. Et estò, quòd be-
272 neficia Principum absenti cõferantur, & † inuito. vt in toto tit. C. si liberal. imperial. ab inuito tamen minimè acquiritur: vt plura adducẽs censuit Petrus Faber de regul. iur. antiqui. c. 69. & idcirco illius persona requiritur; Cum præsertim beneficia Feudalia personæ alicui
273 data, illiusq; intuitu, † Beneficiarij morte extinguantur arg. l. 1. C. de priuileg. dot. l. Priuilegia. ff. de regul. iuris. vnde necesse est, successoris personam exigi, alias Feudum Domino aperitur. Cum ijs nunc aliud agens pertrãseo, plura suo loco dicturus. Insuper Philipus Rex Ca-
274 tholicus venit ad successionem † Status Mediolanensis ex dispositione testamentaria Phi-

lippi

lippi Mariæ Vicecomitis, à quo institutus fuit hæres Alphonsus Rex Neapoli,& Aragoniæ,& vocato ad se Raymundo Bouillo, qui pro eodem Alphonso Rege apud ipsum Philippum Mariam militabat aduersus Venetos,contra ipsum tunc bellum gerentes;eidem, Alphonsi nomine, omnes Mediolani Ducatus Arces consignari fecit. Quinimmo Raymundus iuramentum, fidemq; exegit à Guidone Antonio Fauentino, Carolo Gonzaga,Ludouico Vermio, ac à filijs Ludouici Sanseuerini, de fide in Alphonsi partes conseruanda: qui postmodum Mediolanensi populo,libertatem quęrenti adhærentes,Iusiurandi, fideiq; religione contempta, non solum arces reddiderunt, sed pecunias Philippi,& Castra eiusdem Raymundi,populati fuere, arces demum fuere solo æquatæ. vt testantur Pandolf. Collenucius Historiar. Neapoli.lib.6.Ioan. Baptista Carrafa. lib. 8. & Ioan.Francisc.Guicciardin.Histor.lib.1. Ideoque Philippus Rex Catholicus qui in eiusdem Regis, ac Regni iuribus successit, meritò Me-
275 diolani Ducatũ † possedit,ac possidet.Quamquàm ab Imperatore Maximiliano Ducatus inuestituram obtinuisse Ludouicum XII. Galliæ Regem, contendat Renatus Choppinus de Domanio Franciæ. lib.1.titul 6.nu.21. cõcessio tamen conditionalis fuit, vt Ludouicus Rex, eiusque posteri successores, beneficiario iure
276 Mediolani † Duces appellarentur, si Claudiã filiam primogenitam, cum dote Ducatus Britanniæ Carolo Hispaniarum Principi darent, Regis Catholici patri, & ipsius nepoti, alioquin si hæ nuptiæ ad promissum non peruenissent,Ducatus Mediolani ad eundem Carolum nepotem rectò iure transferretur. Vnde cum Claudia nupsisset Francisco Duci Angolismẽsi, qui eodem Ludouico socero mortuo,Rex Galliæ fuit,tantum abest, vt inuestitura conditionalis,conditione nõ impleta euanuerit,& omni prætenso iure cęciderit: nam conditio nuptiarum implenda erat ab ipso Rege honorato sub tali conditione, ità vt effectualiter nu-
277 ptiæ implerentur. † l. Cum fuerit sub hac. & l Hæc conditio.ff. de condit. & demonstrat. & Bart.Bald.Paul. de Castr. & Aret. in l.fin. ff.de vulg.& pupill. & notatur in l. Sancimus. C.de nupt.

Nec obest aliud oppositum, quòd Ludouicus Duodecimus præfatum Mediolani Ducatũ prætendat ex persona Valentinæ eius Auiæ,
278 ac sibi † iure deberi contendat, vt scribit Franc.Marc.in decis.Delphin.362.vol.2. Tum quia non obstat illa prætensa successio, vt nouissimè scribit Alexand. Raudens. de Analog. lib.1.cap 40.num.34. Tum, & multo plus,quia prima inuestitura ab Vuenceslao Augusto concessa, vt marium liberorum linea cessante, Imperiale esset patrimonium: vt optimè intellexit Renatus Choppinus de Doman. Franciæ. lib.1.tit.6.nu.21.vbi ait:Ea de causa egisse Ludouicum Valentinæ Mediolanensis nepotem consulto,cum Maximiliano Cæsare, numerata (vt ipse dicit) pecunia, procuratore Georgio Ambosio,in hanc formulã; vt Ludouicus eiusque gener ex Claudia filia,ac posteri successores,Beneficiario iure.Mediolani Duces appellarentur. Ambosius namq; ex Annalium libris didicerat, Philippo sublato, Valentinæ fratre, Fridericum III. Cæsarem, Ducatum cõdixisse, Imperiale beneficium, mascula prole deleta. Fridericus verò,cùm pacis vtiq; semper,quàm bellorum, fuerit amantior, armati Sfortiæ factionibus cessit. At qui Sfortia,pertenui Blanchæ,Philippi nothæ vxorio iure,Insubres vendicabat. Hæc Choppinus,verè protulit,si verbum addidisset,quòd Ludouico Maximilianus Mediolanense Dominium concedebat, & genero,idest Carolo Quinto Austrio,vtsupra annotauimus: Benè igitur Frãciscus Primus Rex Galliæ, ius suum nullius esse momenti prospi-
279 ciens,cessit † Carolo Cæsari omnẽ actionem Cis Alpes sibi fortè spectantem. Quorum meminit Arnoldus Ferronus Histor Gallic.lib.9.

BRABANTIÆ. Tungrorum Regio antea,
280 nunc Brabantia apud nouissimos † appellata, & de nomine, vnde dicta sit, diuersimodè scriptores contendunt. Nobilissima Prouincia est, quæ ab Orientis parte Mosa; Occidentis verò vltimã habet Niuellam; Meridiei autem Episcopatum Leodiensem, & Comitatum Namurcensem; Ex parte verò Septentrionis, habet Oceanum. Continet vigintisex oppida Mœnijs circundata, & decem,& octo priuilegiata,& septingentas villas. Ciuitatum Primariæ Quatuor: Louanium,quæ circuitus est passuum circiter quatuor mille,amenissimo in lo-
281 co sita,in qua Academia est † sciẽtiarum omnium, & præsertim Theologiæ nobilissima,in qua semper excellentissimi viri floruere. Primus omnium illam instituit Ioannes Quartus, Antonij Ducis Brabantiæ filius, in anno 1426. qui in fatis concessit in anno 1427. Sed eandem Academiã, alijs pluribus Cathedris,maioribusq; stipendijs,ditauit,ac nobilitauit Philippus Secundus Rex Catholicus. Bruxelles,
282 quæ est Principum, † ac Brabantiæ Ducum Regia,ac Sedes;Aulicorum frequẽtia,fontium copia, Ciuicarum domorum, aliarumq; splendore nobilissima. Templum habet Diuæ Gudulæ Magnificentissimum. Huius Ciues, præsertim mulieres, præ cęteris opes suas vestitu
283 ostentant. Antuerpia,ad † Schaldam flumen sita,in ea est nobilissimum,atq; celeberrimum rerum omnium emporium, à Germanis,Italis, Hispanis,Gallis,Britannis,alijsque frequenta-
284 tum. Mechlinia, † distans quatuor milliaria Bruxella,& Louanio; Vrbs situ, ac opere munitissima,vicos habet amplos,&nitidos. Habet Consilium Regium,& ædes sacras magnificentissimas,

tissimas, aeris clementiam, & salubritatem, incolas sermone blandos, moribus mansuetos, comes, ciuiles, ac bellicosos, cum res bellica instat. Brabantini Domini Comites Louanij,
285 & Brabantiæ † p ius dicebantur, postmodum autem Duces: primusque illorum Henricus Tertius, & alij successores, vt Germanographus libro secundo. est author. Sed ex Eulogijs sepulchrorum Caroli Martelli, & Pipini eius filij, apparet antea etiam Duces vocatos. Sic etiam in anno 1106. quo erat Gothifredus Barbatus Dux, & sic per plures Duces prosequutum est nomen Ducum, quorum seriem omitto. In anno tandem 1430. fuit Philippus Secundus Pius dictus, à quo natus est Carolus bellicosus, & à Carolo Maria, & ab ea Philippus Maximiliani filius, à quibus Carolus Quintus Cæsar, & ab eo Philippus
286 Rex † Catholicus nunc Dux, qui manum Ducatus porriget Philippo iuniori Regi futuro, eiusque successoribus. Quorum meminit Philippus Cominius de Gestis Ludouic. Vndecimi. cap. 80. fol. 150. Martin. Cromer. in Histor. Polon. lib. 28 Ioannes Seruilius de coniurat. Gheldriæ. Petrus Comeyus Hispanus in Comment. Flandr. Gulielm. Zenocar. de Repub. Caroli. lib. 3.

L O T H A R I N G I Æ. Ab aliquibus Lotharingia, Austrasia prius dicebatur,
287 † Lotharingia dicta postea à Lothario Ludouici Pij, Imperatoris filio, cui obuenerat in portionem ex diuisione inter fratres facta, vt dicit Paulus Aemilius in Carolo Caluo. & Carolus Sigonius de Regno Italiæ. lib. quinto. Ad Regem autem Catholicum, spectauisse, &
288 spectare † Principatum hunc, exploratissimum est. Nec enim dubium est, Philippum Audacem, Ioannis Secundi Galliæ Regis filium, fuisse Lotharingiæ Ducem. Huic Philippo successerunt Ioannes Dux Burgundiæ, & Antonius Dux Brabantiæ. Ex Antonio nati sunt Ioannes, & Philippus, qui sine liberis obierunt, vnde illis successit Philippus alter, Ioannis Ducis Burgundiæ filius, Pius nominatus, & Philippo Carolus bellicosus, & Carolo Maria, & inde alij vsque ad Philippum Regem Catholicum, vt paulò ante diximus supra de Ducatu Brabantiæ: & de Ducatu Lotharingiæ, spectare ad Philippum eundem, constat ex Genealogia posita per Germanographum lib. secundo. Nec enim Renatus Ludouici Andegauensis filius succedere poterat Ioanni, & Philippo filijs Antonij Ducis Brabantiæ, sed quemadmodum Philippus Ioannis Ducis Burgundiæ filius, & Caroli Bellicosi pater, successit ijs, vti proximior in Brabantiæ Ducatu, eodem modo succedere debebat, in Ducatu Lotharingo, post habito Renato, vti remotiori in gradu: Et licet fuissent in gradu æquales morienti, tamen vti masculus, data paritate Dux erat præferendus Carolus Philippi Pij Ducis filius. Yolanti Renati filiæ fœminæ. In Regnis namque, & Principatibus, muliere, ac masculo in pari gradu existentibus, semper
289 † masculus præferri debet. Bal. in l. In multis ff. de statu homin. Guid. Pap. in decis. Gratianop. 16. latè Michael ab Aguirre de succes. Regni Portugall. p. 2. nu. 129. Aut saltem si æquali gradu erant Philippus, & Renatus, mortuis Ioanne, & Philippo Antonij filijs, debebant æqualiter Ducatum diuidere. Et quàmquàm Regna, & Ducatus diuidi regulariter nequeat.
290 † arg. c. Imperialem § Præterea de prohibit. feud. alien. per Frideric. & in cap. 1. §. Omnes. Si de feudo defunct. cō. sit int. dom. & agnat. vassall. Tamen si Lotharingæ Ducatus ponatur esse in Gallia, ibidem consuetudine rece-
291 ptum est, Feuda † diuisibilia esse, titulo dignitatis apud vnum indiuisibile remanente. Ioan. Raynau in Comprehensor. Feudal. in c. Imperialem. in quinta diuisione. Guid. Pap. in Decis. Gratianop 477. sub num. 1. volunt Nicol. Boer. in consuetud. Bituricens. in tit. Des costumes des Fiefz. §. 2. in Addit. incip. Adde Barth. Socin. & in titul. des costumes concernans les testaments. §. 2. colum. 3. Ioan. Sanxon in consuetud. Turon. Tit. des successions. des Fiefz. Articul. 14. Ioan. Lecerier. de primogenit. libro 2. quæst. 2. Petr. Rebuff. in Declar. feud. diuis. 22. num. 27. & latius vltra omnes Anton. Capic. in inuestitur Feud § Feudorum diuisio. per totum. Si verò Ducatus esset in Germania, dicendum similiter secundum annotationes præfatorum Doctorum. Cum maximè pateretur commodam diuisionem, vt similè factum esse in Gallia nonnullis exemplis demonstrare possem, & etiam in eadem Lotharingia, quæ pluries fuit diuisa ab eo modo, quo prius erat. Est autem Ducatus Lotharingiæ
292 beneficium Romanorum † Imperatorum, vt scribunt Germanographus lib. 2. alijq; complu
293 res. Iura autem † eadē habet Rex Catholicus in hoc Ducatu, quæ habet in Brabantino.

L E M B V R G I. Vsque ad annum Domini 1172. Comitatus titulo dicebatur Lemburgum. Ab Henricis Imperatoribus demum ad Ducatus dignitatem euectum. Stetit propemodum pluribus annis Ducatus iste sub Gheldriæ Comitibus. Sed in anno 1293. sub-
294 ditus fuit Ducibus † Brabantiæ, vt est author Germanographus lib. 2. Hinc siue respiciamus ad Brabantiæ Duces, de quibus supra diximus; siue Gheldriæ, de quibus dicemus; siue ad Duces Burgundiæ, de quibus similiter diximus; ad eundem Philippum Regem
295 † Catholicum, est legitimo iure deuolutus. de his plura Germanographus vbi supra. & libro tertio. Martin. Cromer. in Histor. Polon.

 lib. 28.

lib. 28. Philipp. Cominius de Gestis Ludouici Vndecimi capitulo 80. folio 150. Gulielmus Paradinus de Antiquo Statu Burgund. cap. 1. fol. 5.

LVCEMBVRGI. Ad Catholicũ Regem
296 Philippum Ducatus iste peruenit, ex † legitimo Ducum Burgundiæ iure succedendi, vt supetius dictum fuit, & voluit idem Philipp. Cominius. vbi supra in d.cap.80. fol. 150. & Cromerus dicto lib.28. Et quamuis Casimirus Poloniæ Rex ex persona Elizabethæ vxoris, & Gulielmus Dux Saxoniæ ex persona Annæ, similiter vxoris filiarum Elizabethæ filiæ Sigismundi Cæsaris, qui fuerat frater Vuenceslai Cæsaris, prætendissent quædam succedendi iura in hoc Ducatu; ab vtroq; tamen magna data
297 pecuniæ summa redemit † Phillippus Pius Dux Burgundiæ, à quo Austriaci nostri eorum iura habuerunt, possident, posterisq;, Deo Auspice, transmittent. Ista Ducatus dignitas eo memorabilior debet esse Regi nostro Catho-
298 lico, vt quæ prima fuerit illa data, † inuicti animi, & corporis Principi Carolo Cæsari à Philippo patre in sacro Baptismatis lauacro, vt memoriæ prodidit Germanographus lib. 2. Gulielm.Zenocar.de Repub. Caroli. lib.1. Arridet ijs, quòd Antonius, qui fuerat Burgundiæ, ac Brabantiæ Dux, in vxorem primam habuerat Ioannam filiam, & hæredem Valerani Comitis Lucemburgi, qua defuncta, Elizabetham, Comitis Goriciæ filiam eiusdem Vuenceslai Cæsaris, sanguine iunctam in vxorem secundam duxit, concesso, vel dotis, vel, vt alij volunt, pignoris iure, eodem Ducatu Lucem-
299 burgensi, quem † post modum pleno iure sua pecunia redemit Carolus Bellicosus Dux. vt nouissimè scribit Renatus Choppinus de Doman. Franciæ. libro 3. titul. 6. num.48 Gulielmus Paradinus de antiquo Statu Burgundiæ. cap. 1. fol 5. Gulielmus Zenocar. de Republ. Caroli. lib.3.

GELDRIÆ. Inter Rhenum, ac Mosam flumina Geldria sita est; ab Oriente Ducatum Cliuensem, ab Occidente Brabantiam, à Meridie Ducatum Iuliacum, Gulch Germanorum lingua vulgo appellatum, à Septentrione vero Frisiam, & Mare Germanicum habet. In ea oppida viginti octo muris circumdata, aperta vero tria, Villæ, siue Pagi trecenti reperiuntur. Antiquiori tempore præfectos habuit, Secundo Comites, Duces Tertio. Præfecti durauerunt ab anno 910. vsque ad annum
300 1079. Quo Otho Comes de Nassau † ab Hérico Tertio Imperatore fuit primus Comes creatus, quem multi sunt prosequuti vsque ad Reinoldum Secundum, qui à Ludouico Bauaro Imperatore in anno 1329. fuit primus Dux
301 † creatus, à quo semper Duces perseuerarunt. plurimis itaque familiarum, ac Ducum mutationibus omittendo, venit ad manus Ducum Iuliacensium: cumque esset Dux Arnoldus ab Egmond, ab Adolpho filio captus, in carcerem truditur, qui transactis mensibus nonnullis, est postmodum libertati traditus. Filio itaque in patris contumacia perseuerante, atque illius gratiam minimè procurante, Arnoldus Carolo Burgundiæ Duci Geldriæ
302 † Ducatum vendidit accedente desuper Friderici Imperatoris authoritate, à quo etiam Arnoldo in vltimis constituto, idem Carolus fuit hæres institutus, qui eundem Adolphum in custodia tamdiù habuit, vsque quo à Gandauensibus mortuo Carolo, fuit suæ libertati traditus. Ipse autem cum in Tornacensi bello processisset, ibidem moritur, quo mortuo Maximilianus Mariæ Caroli eiusdem, Ducis Burgundiæ filiæ vir, Geldriam per multos annos possedit. Demum Carolus Adolphi filius, Ducatum recuperauit. Sed in anno 1538. Gulielmus Secundus Dux Cliuensis, Iuliacensis, & Bergensis à Geldrensibus de facto Dux creatur. Qui demum in anno 1541. fecit coniurationem cum iisdem Geldrensibus, & cum Francisco Valesio Rege Galliæ, & Antuerpiam in Brabantia, magna ducta militum manu capere, & oppugnare contendit, cum multa antea eiusdem Ducatus oppida ex improuiso cœpisset, & ex eodem tempore, factum extitit, vt Ducatum Lucemburgensem Rex Gallus infestaret, tamen ambo eorum spe frustrati fuere. Dux enim à Flandria, Brabantinis, & Antuerpiensibus ciuibus, magna animi, & corporis alacritate repulsus est. Et sequen-
303 ti anno, maximo belli apparatu, Dux, † Geldrensi, Iuliacensi, Cliuensi, & Bergensi Ducatu priuatus extitit, & à Carolo Quinto Cæsare oppressus bello. Cumque se postmodum
304 in Imperatoris Clementiam, † & benignitatem confidisset, & eius se præsentiæ exhibuisset, pietate motus, excepta Geldria, alijs Dominijs cum certis statutis conditionibus, Donatus extitit, data ei vxore filia Ferdinandi, tunc Regis, & postmodum Romanorum Imperatoris, de quibus plenè scripserunt, Germanographus. lib.3. Philipp. Cominius de Gestis Ludouici Vndecimi cap. 100. folio 182. Ioan. Seruilius de coniuratione Geldrens. in fin. Petrus Cornerus Hispanus in Commentar. Flandriæ. Gulielmus Zenocar. de Republ. Caroli. lib. 3. Vnde cum Ducatus emptus pecunia esset à Carolo Burgundiæ Duce, tantum abest, vt à Maria eius filia Maximiliano nupta ad alios successores, vt dictum est, vsque ad
305 Philippum nunc † Regnantem is Ducatus peruenerit.

ATHENARVM. Rem breuibus explicabo, ne longa sermocinatione factum veritatis inuoluam. Ciuitas Athenarum Græciæ nobilissima,

306 billissima, quæ † aliquandiù Respublica fuit, in Achaia sita est, disciplinarum, scientiarumq; omnium altrix celeberrima, quam miris efferet laudibus Cicero de Orator. lib. 1. Cumque notissima Ciuitas sit, & de illa nonnulla dixerim ad Plutarchum in præceptis Connubialibus. cap. 2. nunc cætera silentio inuoluam. Quo verò iure Philippus Rex Catholicus A-
307 thenarum Dux † dicatur, non multopere insudandum est. Clarum enim est, quod Fridericus Primus cognomento Aenobarbus, dum esset Hierosolymorum expeditioni accinctus, fractaq; fide ab Isaacio Angelo Comneno Constantinopolitano Imperatore, qui promiserat suo exercitui, transeunti ad partes Palestinæ, nō modo in aliquo minimè aduersari, sed præsto fore, ac transitum securum præbere, illiq; prodesse: & non solum promissa non impleuit, sed suo Græcorum exercitu contracto, Friderici exercitum insultauit, quem cū delere, aut saltem opprimere credidisset, ab illo grauiter oppressus fuit, ità vt illum graui pecuniarum quantitate, damna omnia reficere coegerit, & ni præmatura illi mors obuiam fuisset, multò maiora, peioraq; perpessus esset. Hinc Henri-
308 cus filius, illi succedēs, ob Constantiam † Rogerij Siciliæ Regis Neptē, & Regni hæredem, non solum Athenarum, sed Achaiæ, ac totius Constantinopolitani Imperij se titulo decorauit, illumq; ad posteros Siciliæ Reges transmisit. Testem habeo scriptorem, & ipsum Græcum Nicetam Coniatam Annal. Constantinopolitan. in Isaacio Comneno. lib. 2. Idq; etiam patet quia in potestate Rogerij Siciliæ Regis
309 fuerat, suo Marte † Constantinopolim vrbem capere, vt est author idem Niceta in Emanuele Comneno. lib. 2. in fin. Tum, & multò plus, quia Balduinus VIII. Securis dictus, Flandriæ, & Hānoniæ Comes in anno Domini 1204. factus
310 fuit Imperator † Constantinopolitanus, & Achaiæ Princeps, per quē vltimo loco successio peruenit ad Margaritam Malleanam III. quæ nupsit Philippo Audaci Burgundiæ Duci, à quibus ortus est Ioannes: à Ioāne Philippus Pius II. à Philippo Carolus bellicosus; à Carolo Maria, nupta Maximiliano Austrio, ab eis Philippus: à Philippo Carolus Cæsar, & ab eo Philippus Rex Catholicus, qui modo regnat, &
311 postmodum Philippus † iunior, qui, auspice Domino regnabit. de his plenè scribit Germanographus. lib. 2. Nicetas Choniata in Alexio Duce. lib. 1. Pandolphus Collenucius Histor. Neapolit. lib. 4. Michael Ritius de Regib. Siciliæ. lib. 1. Honophr. Panuinius de Imperatorib. Gabriel Simeonius de Origin. Venetor. lib. 2. in fin. & lib 3. Nouissimum ius etiam habet Phi
312 lippus Rex à Carolo Cæsare patre, à quo † Athenas captas fuisse, testis est Guliel. Zenocat. de Repub. Caroli. lib. 3. faciūt nouissimè scripta à Io. Marian in Histor. Hispan. lib. 15. cap. 14.

NEOPATRIÆ. Naupontus latinè appella-
313 tur, oppidū Histriæ, quod Tauriscorum † Colonia fuit, vt placuit Straboni lib. 7. de quo, & Velleius Paterculus Histor. Roman. lib. 2. quam Ciuitatem Lubianam vocant, latinè vero Lucensem, à Lugea Palude, ibidem contigua, appellata, de qua ibidem Strabo. Cui Ciuitati, petente Friderico Austrio Cæsare, fuit Episcopus
314 cōcessus, vt † testatur Io Candidus in Histor. Aquilegiens. lib. 4. Siue potius Naupactus ille
315 sit, qui ad Regem Catholicum spectat, qui † in Aetholia, siue apud Locros situs est in Maris littore in sinu Corinthiaco positus; quem hodie Lepantum dicunt, nunc à Turcarum Principe possessus, qui prius à Venetorum Republica possidebatur, vt dicit Vuolfgāgus Drechslerus in Chronico Turcar. captus eodem tempore à principio, quo & Constantinopolis eisdem Venetis, in eorum portionem cum Mari Aegeo, Ionio, & adiacentibus insulis fuit consignata, dum Balduinus fuit Constantinopolitanus Imperator creatus, vt supra iam proximè diximus. Et idcirco de hoc Ducatu, post Athenarum Ducatum sit mentio, & de ipso dicendum est, vt diximus de Athenis. Huius meminit Strabo. lib. 8. & 9. Latius quàm alius quispiam Pausanias lib. 10. Dictum est autem Naupactum ex eo, quòd cum Dores, Aristomachi filios essent sequuti, ibiq; Classem ædificassent,
316 qua in Peloponnesum transierunt, † à nauium compactu, vrbi nomen datum fuisse, Pausanias perhibet. Hinc Duce Demosthene Athenienses contra Ætholos bellum gerentes, Naupactum expugnare non destiterunt, vt est author Plutarch. in Demosthene. & Tucydides belli Peloponensiac. lib. 3. prout ad eorūdem Atheniensium manus peruenit, vt ait idem Tucy-
317 dides libro 7. Huic vrbi Læuinus † Consul applicuit, dum contra Acarnanes, & Philippum pro populo Romano bellum gessit. vt est author Liu. lib. 26. Ibidem etiam ab Aetholis Concilium habitum, vt à Romanis defecerent, vt defecerunt: vt declarat Liu. lib. 35. & 36. in quibus de Ætholorum victoria agitur. & tradit Luc. Flor. in Epith. de gest. Roman.
318 lib. 2. cap. 9. Naupactum † etiam superatum fuisse à Carolo Quinto Cæsare retulit Guliel. Zenocat. de Repub. Carol. lib. 3. Non mirum
319 igitur si eodem in loco † cruentum bellum gestum est, Duce Ioāne Austrio, Classis fęderis Summi Pontificis, Philippi Regis, ac Serenissimæ Venetæ Reipublicæ, Principe, contra Turcas: qua victoria, vtinam vti sciuissent, quia Philippi Regis nostri Catholici Ducatus esset optimè renouatus. Dicere etiam possumus, Neopatriam dici, & appellari Neoportuen-
320 ses, qui † in Flandria, ad Mare siti sunt, de quibus ter, aut quater meminit Germanogra-

phus lib. 2. & Ptolom. lib. 2. cap. 3. in fin. & Io. Mariana nouissimè in Histor. Hispan. lib. 15. cap. 14.

BRITANNIÆ. Ducatus, & Dominatio Britanniæ continentis ad Philippum Regem Catholicum spectare exploratum est, ex persona Isabellæ eius secundæ vxoris, filiæ Henrici Primi Valesij Regis Galliæ, defuncto à modo Henrico Rege Galliç Secundo absque sobole: cuius Isabellæ meminit Martin. Nauarrus de Regular. Commentar. 3. sub num. 7. Ducatus enim Britanniæ fuerat Dotalitium Annæ, filiæ Francisci vltimi Ducis Britanniæ, quo casu non iudicatur de illo, vt de Regno Franciæ. Quod enim Regibus obuenit, & ab eis quæsitum est, Donationibus, Dotalitijs, &
321 alijs modis, non iudicatur† quemadmodum de Regno, sed alijs iuribus communibus, vt tradidit Francisc. Marc. in Decis. Delphin. 478. volum. 2. notauerat antea Bartol. in l. Si conuenerit. la 2. §. Si nuda. num. 3. ff. de pignorat. actio. Alexand. in consil. 151. volum. 2. Paris de Puteo. de reintegrat. Feud. cap. 100. Bonæ. nu. 5. 6. fol. 66. vt de hoc Britanniæ Ducatu in specie dicit Bertrandus Argentreus in cõsuetud. Britann. articul. 266. in verb. Tiltre. sub num. 7. quamquàm dixerit in anno 1531. fuisse vnitum Regno Galliæ, quod an fieri potuerit, ijs inauditis, quibus ius competebat, ipsi sibi dicant; dum tamen eorum Regis causa non pronuncient. Quod nec negauit Marcus Guatius Historiar. lib. 1. in princ. & Carol. de Grassalio Regal. Franc. lib. 1. iure 17. Vndè optimè dixerat Bartol. in dicto. §. Si nuda. quòd Comitatus Tholosæ adiectus licet esset Regno Fran
322 ciæ, illius tamen legibus † regi non debebat. quem supradicti Doctores sequuti sunt. Sic Astensis Comitatus dum erat Galliæ Regno vnitus, non iudicari secundum iura Fran-
323 cica, nec † dici, aut appellari vnum, idemque corpus, voluit Albertus Brunus in consil. 97. num. 4. Et eundem Comitatum Astensem, tamquam postea quæsitum non iudicari secundum decreta Sabaudiæ voluit ex eisdem iuribus nouissimè Anton. Sola in Cõstit. Sabaudiæ in Decret. Yolant. primæ partis gloss. vlti. num. 10. Licet pro sua opinione Bartol. opinionem allegauerit Arnulphus Ruzeus de iure regaliorum. priuileg. 39. num. 8. Anna hæc
324 Regina, cuius† dotalitium fuit Britannia Armorica, Maximiliano Cæsari erat prius desponsata, & antequàm illa ad sponsum duceretur, à Carolo VIII. Galliæ Rege erepta est, quam sibi vxorem duxit, quo sine prole (vt Deus permiserat) mortuo, Carolo mandante, Ludouico Duodecimo iam pridem eius sororio, fuit Thoro iuncta, moti omnes, vt Britones ipsi sub Galliarum corona conseruarentur, quibus semper fuerant infesti. Quàm autem vltimus, qui illam habuit, repudiata Ioanna Ludouici Vndecimi Galliæ Regis filia, optimè se gesserit, ipsi nunc in alio sæculo sibi videant. de quorum actu sic benè loquitur Albertus Crãtius in Saxonia. lib. 1. cap. 21. Multis verò sæculis Ducem
325 suum sortita † est Britannia, vsque ad ætatem nostram, qua nouissimus Dux Franciscus, sola filia relicta decedens, Romanorum Regi Maximiliano cum desponsa filia eius potiundæ spem fecit, sed præuenit eum Rex Franciæ Carolus Octauus, qui deductam puellam Romanorum Regi, vbi Franciam pertransire constituit, detinuit, sibi iunxit, Reginam vocauit, & ipse moriens sine prole, successori suo Ludouico, pridem Aurelianensi Duci, & sororio suo, relictam coniugem habere fecit, monstruosis semper nuptijs infœlicem fœminam, nulli prouenientem marito, nisi quem iure tenere non poterat. Hæc Crantius. Bernardin. Corius Histor. lib. 6. & 7. in fin. & Dolionus in Compend. Histor. lib. 4. Vnde cum ipsi tot Principum Austriacorum personas grauiter offendissent, contra Diuinos, & humanos honores, ac etiam mores Principum, violento ordine, ac peruerso, vt Dominatus terrenos haberent, vti non sint veriti, nouit ille, per quem Reges regnant, vt ad eandem Maximiliani familiam, & successores viam successionis dicti Ducatus aperuerit, filiabus eiusdem Reginæ Isabellæ,
326 & Philippi Regis Catholici, †Isabellæ, & Catherinæ successionem Britanniæ præparando. Alio etiam modo Philippus Rex Catholicus in Britanniæ Ducatu sua iura habet, vti Neapolis, ac Sicilia Rex, cũ sui iuris Britannia fue-
327 rit† sub Roberto Northmanno, qui Rollo antea cognominabatur, qui Gellam Caroli simplicis Galliæ Regis filiam vxorem duxit: licet antea magnã Galliæ partẽ occupassent Northmanni à tempore Caroli Calui, & successorum, apud quos Britonum etiam prouincia accessit, cum Northmannia, ab eorum nomine sic dicta, cum prius Neustria appellaretur, ac Britonum Regnum, fuerint Dotalitij loco, eidem Gillæ tributa: de quibus Guaghinus Histor. lib. 5. cap. 3. Paul. Aemil. in Carol. Crasso. & deinceps. Io. Tilius in Chronico eorundem. Pandulph. Collenuc. Histor. Neap. lib. 2. & 3. Ioan. Baptista Carrafa. lib. 2. & 3. Albert. Cranti. in Noruegia. lib. 2. c. 26. lib. 3. c. 14. & in Saxonia lib. 1. c. 21. & in Vuandalia. lib. 2. cap. 25. vbi de Northmannis inquit: Omnis primi Caroli latissima ditio, quatuor Regulis subdita regebatur. Constat ergo illo tempore Northmannos per Ligerim Turonos succendisse, per Sequanam Parisios obsedisse, Carolum Galliæ Regem, adactum armis, vexationem Regni auro redemisse. Hæc Crantius. Habuerunt à principio Reges Britones, vt de Riothimo Britonum Rege, cuius auxilium quæsiuit Anthemius

mius Imperator contra Euricum Gothorum,
& Suenonum Regem, de quo Io. Magnus Hi-
stor. lib. 15. cap. 25. Carol. Sigon. de Imperio
Occidentali. libr. 14. Roderic. Archiepiscop.
Toletan. Histor. lib. 2. cap. 10. & de Salomone Bri-
tonum Rege, cuius opere, & auxilijs eosdem
quandoq; Northmannos represserat Carolus
Caluus, testatur idem Crantius in Noruegia.
lib. 2. cap. 7. Postmodum Gallorum Regum au-
thoritas, non sustinuit alios, præter ipsos Re-
gio nomine insigniri; sed Comites Britonum
sunt appellati, vt liquet ex Epistola 116. D. Ber
nardi ad Hermengardam Britanniæ Comitis-
sam. & de hoc Comitatu in c. Ex tenore. de fo-
ro competent. & in cap. Accedens. Vt lit. non
328 contestat. Armorica Britannia nunc † appel-
latur, in qua suus residet Gallorum Regum Se-
natus, in quo Excellentissimi legum vertices
329 sunt cooptati, inter quos non ità pridè † erãt,
Nicolaus Valla, Bertrandus Argentreus, Nico-
laus Alixantius, Guido Lestrarius, Ianus Hu-
beus, Iacobus Guurreus, Iacobus Bougius, Mi-
chael Bougius, Ianus Charnerius, Iacobus Bu-
deus, Ianus Budeus, Ludouicus Broillonius,
Gulielmus Haroissius, Hieronymus Valla, Ia-
nus Paynius, Renatus Crispinus, Franciscus
Calonius, Petrus Brulonius, Andreas Guillar-
tius, & quos refert Ianus Langleus, alijq; per-
multi. Quoad hunc Ducatum, quas rationes
dixi faciunt, quæ scripsi supra de Ducatu Me-
diolani. Vnde quo iure non restituatur Domi-
nis, non video.

MARCHIO SACRI ROMANI IMPERII.
Hactenus de Ducatibus, nunc de Marchiona-
tibus, postmodum de Comitatibus, de quibus
dicam in Commentarijs de Feudor. dignitati-
bus. Hoc titulo insignitur Rex Catholicus, ex
330 eo etiam, quia † Dux Brabantiæ, & Burgun-
diæ, vt fecerunt alij Duces eius prædecessores;
de quibus Bartholom. de Cassen. in consuetud.
Burgundiæ in proœm. in verb. Marques. & in
verb. Du sanct. Impeir. Dicit Sacri Romani Im-
perij, quia Imperium, omnisq; secularis iuris-
dictio, siue profana, ab Ecclesiastica dependet,
& sic ab Ecclesia Romana, eiusq; Summo Pon-
tifice, de quo alias dixi ad Petr. Bellugam in
Specul. Princip. Rub. 6. in verb. A cœlesti Maie-
state. & dicam latius alibi. Insuper idem Rex
est Sacri Romani Imperij Marchio, tamquàm
331 Flandriæ † Comes, cum ab Imperio illum de-
pendere tamquam feudalem, dixerit Germa-
nographus lib. 2. in Balduino IV. sed ego di-
cam infra latius, quando dicam de Comitatu
Flandriæ.

HORISTANI. Marchionatus iste Horistani
332 in insula Sardiniæ situs est, † licet Damianus
Goes, dicat situm esse in Hispania, sed re vera
est in Sardinia, & Horistang appellatur. Priscis
333 autem temporibus ibidem † Ciuitas Arbo-
rea dicebatur, in qua Sardorum Iudices assi-
stebant, quo tempore insula partim à Pisanis, à
Genuẽsibus pars altera teneretur, quibus cum
reliqui ex Sardois fœdus habebant. Itaque ea
in Ciuitate, vti à Sardis retenta, in qua illarum
reliquiæ seruabãtur, Marchionatus titulus fuit
stabilitus; cum sita sit in loco plano, propè ma-
re, commodum habens portum occidentem
versus, & Stagna Piscibus copiosa retineat. In
eadem Ciuitate est antiqua Crucifixi imago,
maximæ apud ciues venerationis, vt quæ à Ni-
334 codemo Christi discipulo facta † fuerit. Quo
iure ad Catholicum Regem spectet, respicien-
da erunt, quæ supra hoc eodem capite de Sar-
dinia diximus, & de hoc Marchionatu agit
Germanographus. lib. 2. sub tribus capitibus.

GOTIANI. Marchionatum Gotiani fi-
335 cũ esse in Hispania scribit idem † Damianus
Goes: Aut fortè illa Regio est, quæ Gothia di-
citur, estque propè Burgundiam, de qua Caro-
lus de Grassalio Regal. Franciæ lib. 2. Iure 19.
nihilque de hoc Marchionatu huc vsq; memi-
ni me legisse.

COMES BARCHINONAE. De Regis Ca-
tholici Comitatibus nunc agimus. Multa, ac di
uersa, quo ad vrbis Barchinonæ cõditores, scri-
pta reperiuntur, quæ omittẽda esse putauimus.
336 Barchinonensis † Ciuitas antiqua est, eiusq;
Comitatus, vt qui antequàm Aragoniæ Regno
vniretur, plures, ac plures strenuissimos Comi-
tes habuerit. Ab anno circiter 825. fuit Giffre-
us quidam, vel, vt alij dicunt, Iafredus, cui suc-
cessit Iafredus II. dictus Pilosus; huic Miron,
Mironi Iafredus Tertius, & huic Iafredo Bor-
rellus eius patruelis, Borrello Raymundus fi-
lius; & isti Berengarius Raymundi Burrelli fi-
lius: & Berengario Raymundus II. postea Ray-
mundus III. demum Raymundus IV. Qui Pe-
tronillam, siue Vraccam Ramyri Monachi Ara-
goniæ Regis filiam vxorem duxit, anno Do-
mini 1147. & sic deinceps Comitatus Barchi-
nonensis Aragoniæ Regno accessit. Hinc iste
Comitatus eodem succedendi ordine, quo &
337 Regnum Aragoniæ † ad Philippum Regem
Catholicum peruenit. De his scripsere Luc.
Marinæus Histor. Hispan. lib. 8. Germanogra-
phus lib. 2. Ado Viennens. Chronic. Aetate 6.
sub anno 410. 796. 802. Roderic. Archiepisc.
Toletan. de Regib. Hispa. lib. 6. c. 2. & 3. Paulus
Morigius in Histor. religion. cap. 62. Boterus
Relation. vniuers. lib. 1. cap. 4.

RVSCINONIS, ET CERREDANIAE.
Rossillon dici vulgo, latinè vero Ruscino-
338 nem † appellari, & esse propè Pyreneos
montes scripsit Plin. lib. 3. cap. 4. Perpignanum
apud Ptolom. lib. 2. cap. 10. à flumine sic appel-
lari voluit Strabo lib. 4. E Pyrene (inquit) Ru-
sceno, & Illiberis, Amnes excũt, è quibus vter-
que eiusdem nominis, vrbem habet. Rusceno-
nem Romanorum Coloniam sub Aquitania
Secunda, ex Cornelio Tacito, scribit Hono-

phrius Panuinius. Hic locus ex eo memorabi-
lis redditur, quia venienti prima vice Anniba-
339 li, aliquot† Gallorum Reguli ad illum acce-
dentes, fędus cum illo percusserunt ad Italiæ
perditionem. vt scribit Liu. lib. 21. Comitatum
hunc ad Catholicum Regem pertinere, claris-
340 simum † est, cum ab Aragoniæ Regibus, &
Barchinonæ Comitibus, possessus fuerit. Hinc
Alphonsus Raymundi Comitis Barchinonen-
sis, & Ramyri Monachi Regis Aragonum ge-
neri, filius, Turolium condidit, & Comitatui
Ruscinonis adiecit. vt est author Lucius Mari-
nęus Histor. Hispanic. lib. 10. cap. 6. Quem Co-
mitatum postmodum possedit Iacobus Fortu-
natus Rex Aragoniæ, qui moriens Iacobo filio
Secũdogenito vna cum Regno Maioricarum,
Comitatum istum reliquit. Idẽ Lucius lib. 10.
cap. 23. Vnde Petrus IV. Rex Aragonum, Ce-
remoniosus appellatus, dictis Comitatibus, &
Maioricarum Regno, Iacobum ipsum priuauit,
cum ei denegaret obsequium feudali iure de-
bitũ præstare. vt voluit idem Marinæus lib. 11.
cap. 27. & idcirco Ioannes Ferdinandi Magni
Aragonum, & Castellæ Regis pater, illum pi-
gnoris loco dedit Ludouico XI. Gallorum
341 †Regi pro ducatis trecentis mille; vnde ob
illius restitutionem, magnæ, ac grauissimæ con
tentiones inter Gallos, & Hispanos obortæ
fuere; cum Galli Reges restitutionem facere
recusarent, contra omnes iuris, & conuentio-
num pollicitationes: tandem ægrè restitutio
342 † facta fuit eidem Ferdinando Regi à Ca-
rolo VIII. Galliæ Rege. vt testantur Paul. Ae-
milius, Arnoldus Ferronus, & Io. Tilius in Lu-
douico XI. & in Carolo VIII. & Marcus Gua-
tius Historiar. cap. 1. Petrus Messias in Maximi-
liano. cap. 1. Lucius Marin. Histor. Hispan. lib.
21. cap. 11. post Bernar. Corium, Ioan. Francisc.
Guicciardin. lib. 7. Boterus Relation. vniuers.
lib. 1. cap. 4. Quàmquam, vt dixi, ægro animo
id factum fuerit, nec sine maximo bellorum
apparatu, vt de animi ægritudine scribit Guic-
ciard. & de bello testatur Anton. Nebrissensis
Historiar. Ferdin. lib. 3. Decade 2. cap. 1. 2. & 3.
de quibus etiam Renatus Choppinus de Do-
man. Franciæ. lib 3. titul. 16. in fin. omissis opi-
nionibus Guatij, & Messiæ, qui dicũt oppigne-
343 ratas Ruscinonem, & † Sardiniam, quia est
corruptio litteræ, quæ debebat dicere Serda-
niam, & non Sardiniam, quia appellatur Cer-
dania, seu Cerretania: de quibus populis, illos
esse sub Pyreneis Alpibus, loquũtur Plin. lib. 3.
cap. 3. Episcopus Gerundens. Paralipom. Hi-
span. lib. 1. cap. 19. & Petrus Belluga in Specul.
Princip. rub. 28. §. Per quam. nu. 15.

FLANDRIAE. Comitatum Flãdriæ ad Re-
gem Catholicum spectare, eo ordine, quem
344 †diximus de Burgundia, clarum est. Est au-
tem Flandria in inferiori Germaniæ parte po-
sita, Belgiaq; appellatur, quos Morinos etiam
vocabulo antiquiori, appellari solitos, nonnul-
li voluere. Comitatus iste omnes Christiani
345 †Orbis Comitatus excedit, tum Status am-
plitudine, & excellentia; tum gentium, & habi-
tatorũ splendore, & gloria. Illustrissimos, enim,
& clarissimos, & litterarum peritia, & armo-
rum exercitio viros semper exhibuit, & in dies
producit; Et vt supra alias diximus, Flandriæ
Comites Cõstantinopolitani Imperatores ex-
titerunt. Sed vt Antiquiores omittamus, suf-
ficiet pro omnibus vnus, Imperator Carolus
346 Quintus Cæsar Austriacus, cuius ortu† Gan-
daui Ciuitas enitet; cuius natiuitate semper il
lustris reputabitur, quia si gesta eius comme-
memorentur, nec Alexandro Macedoni, Cæsa-
ri, Augusto, Traiano, alteriue, cuiuis Principi
inuidet, quinimmo in hoc solus vicit, quòd fe-
rè omnes antea Principes, Christianæ virtutis
347 gloria†superauit. Plana est terra, fertilis, om
niq; mercium genere abundantissima, nego-
tiorum omnium commoda ei præbentibus va-
rijs nauigabilibus fluminibus, quibus terra il-
la omnis penè irrigua fit. Gens nobilis, & bel-
licosa, populus omnis artificiorũ omnium in-
dustria clarissimus. Habet Ciuitates, oppida,
& villas speciosissimas: vrbes muris circunda-
tas triginta vnã, sine muris quadraginta, siue
triginta nouem. Pagos habet mille, centum
quinquaginta quatuor, quorum aliqui Ciuita-
tes excedunt, quod elegantissimè descripsit
Iacobus Marchantus de Rebus Flandriæ me-
morabilibus. cap. 4. & per totum. Vnde satius
esset illa Regni, quàm Comitatus titulo deco-
348 rari. Philippo† Regi Catholico Comitatum
iure peruenisse iam compertum habetur, quia
eo iure ad illum peruenit, quo, & Burgundia:
vt supra dictum fuit, & voluit Bartholom. de
Cassęn. in cõsuetud. Burgun. in proæm. in verb.
Flandres. Estq; Feudum in quo fœmina admit-
titur proximior, excluso masculo remotiori,
349 idq; longeuo vsu† receptũ est in hoc Comi-
tatu: Nam in anno Domini 1191. defuncto abs-
que filijs Philippo Alsatio Comite, Theodori-
ci filio, successit Margarita soror, nupta prius
Balduino Comiti Hannonię, qui exinde factus
est etiam Flandriæ Comes, & demum Impera-
tor Constantinopolitanus. Huic in Comitatu
successit primo Ioanna eius filia, quæ nupsit
Ferdinando Regi Portugalliæ, & eo mortuo,
Thomæ Comitis Sabaudiæ fratri: & cum nullos
ex ijs viris liberos genuisset, ea mortua succes-
sit Margarita eius soror secundogenita, quæ
primum Bocchardo, & secũdo loco Gulielmo
Dampetræ nupsit. In anno demum 1383. succe
dit Margarita Tertia Ludouici Malleani filia,
hæc Margarita nubit Philippo Audaci, Burgun
diæ Duci, & Flandriæ Comitatum illi adiecit,
quem subsequitur Ioannes filius, & Ioanni Phi
lippus Pius, Philippo Carolus Bellicosus, Ca-
rolo Maria, Mariæ Philippus, Philippo Carolus

350 Quintus Cæsar, & Cæsari † Philippus modo
viuẽs Comes. de qbus Roderic. Archiep. Tole-
tan. Histor. lib. 5. c. 23. Philippus Cominius de
gestis Lud. 11. & Burgund. lib. 4. c. 13. & lib. 6.
c. 3. Paulus Moriggius in Histor. religion. c. 63.
è nostris Renatus Choppinus de Doman. Fran
ciæ. lib. 1. titul. 4. nu. 15. Iacob. Meyerus Annal.
Flãdr. lib. 13. & alibi sæpe. Ioan. Boterus in Re-
lat. vniuersal. lib. 1. cap. 58. Sed omnium melius
351 illam descripsit Iacobus Marchantus † in
Commentar. de reb Flandr. Memorabilibus.
ARTESIAE. Materna illorum lingua, Ar-
352 tois, dicitur Comitatus, sunt † autem isti At-
trebates, prope Piccardiam, vt docet Plin. lib.
4. cap. 17. Ptolom. lib. 2. cap. 9. Albert. Crantius
in Saxonia. lib. 11. c. 25. Vrbs illorum Metropo
lis, est Latinis, ac Cæsari Alexia, vulgo illorum
353 Arras, nostrorum vero † Italorum, Arazzo;
& aliquibus, ex illius nationis Auxerre: de quã
loquitur Diodorus Siculus. lib. 5. In hac Ciui-
tate Panni, quibus Parietes Domorum Magna-
tum, Principum, atque Nobilium teguntur, mi
354 ro artificio, & inuentione † conficiuntur: vt
scripsere Io. Laurẽtius Anania in Fabric. Mun-
di. in Europa. tract. 1. & Ioan. Boter. Relation.
vniuersal. lib. 1. c. 53. In quibus non solum pre-
tiũ admirari conuenit, quàm figuras, atq; ima-
gines, quæ adeo naturalia imitantur, vt ambi-
guum videatur, an à pictoribus colores, melio-
ri, ac elegantiori stilo, penicillo apponi valeãt:
Quãmquã Seruius Maurus ad Vergil. in lib. 3.
Georgicorum, dicat, in Aula Attali Regis Asię
prius fuisse visos, atque repertos: illius, in quã,
qui populum Romanum hæredem scripserat.
vt sequitur Polydor. Virgilius, de Inuento lib.
rer. lib. 3. c. 6. Habet duodecim alias Ciuitates,
vel oppida muris circundata, & octingentos
quinquaginta sex Pagos, seu Villas. Sub Comi-
tatu Flandriæ iam diù erat Artesia, ac postmo-
dũ dotalitij iure data Elisæ, seu Isabellæ, sorori
Balduini Comitis Flandriæ, & Hãnoniæ, ac Im-
peratoris Constantinopolitani, dum datur nu
ptui Ludouico Galliæ Regi: quo tempore diui
sam fuisse Artesiam à Flandriæ Comitatu, scri-
bit Germanographus lib. 2. sub Comitibus Flã-
driæ sub nu. 20. Verum est Elisam, seu Isabel-
lam nupsisse, non tamen Ludouico, sed Philip-
po Ludouici VII. Galliæ Regis filio, vt testãtur
Aemilius lib. 6. Tilius in Chronico Gallorum.
sub anno 1180. Matrimonij huius authorẽ fuis-
se dicunt, Philippũ Auũculum eiusdem Elisæ,
seu Isabellæ, Flandrię Comitem, vt etiam idem
Aemilius est author, quod asseruit etiam Iaco-
bus Regens Mainoldus de Titulis Philippi. in
Artesia. Quo vero ad dotis assignationẽ, quòd
hic Comitatus fuerit datus eidẽ Elisæ, seu Isa-
bellæ, computationi temporũ, ac Historiarum
veritati minimè respondet, asserit enim Ger-
manographus Balduinum Elisæ, seu Isabellæ
fratrem, dùm Adrinopolim obsideret vita fun
ctum anno Domini 1205. ac post eiusdem Bal-
duini fratris obitum, illã nupsisse: & tñ ex Pau-
lo Aemilio, Ioanne Tilio, & alijs Gallicis Histo
ricis constat, matrimonium factum extitisse in
anno 1180. & sic (eisdem authoribus) spatio
annorum viginti sex antea nupserat, quàm fra
tris obitus fuisset; Vnde non correspondet ve-
ritati, voluisse viuẽte fratre, ac ibidem bellum
gerente, & sui gloriam mundo ostentante, illũ
statu, & Dominio priuare. Insuper ab anno
1180. post idem matrimonium superuixit idẽ
Philippus Alsatius Auunculus, vsq; ad annum
1191. & sic per annos 11. quo spacio, nunquam
vel Elisa, vel vir, nisi idem Philippus Attreba-
tes possedit. Quo Philippo mortuo, Margari-
ta Alsatia eius soror, ex Theodorico commu-
ni patre nata, tenuit eundem Comitatum per
tres annos, & vita functa est, successitq; ei Bal-
duinus eiusdem Margaritæ filius, qui per alios
vndecim annos Comitatũ tenuit, ac possedit.
Ex ijs constat Matrimonum iam verè in anno
1180. fuisse contractum, iuxta opinionem Hi-
storicorum Gallorum, sed quoad dotem fuisse
imposturam. Quæ ex alio capite suadetur, quia
dum moritur Balduinus Elisæ frater in anno
1205. iam antea Philippus Auunculus in fatis
obierat in anno 1191. vt dictum fuit: vnde non
poterat mortuus ei Comitatum non suum vi-
uente adhuc Balduino consignare. Hoc solum
mihi coniectura persuadeo, Philippum Galliæ
Regem, fecisse quidem matrimonium, sub spe
Comitatus Flandriæ consequendi, cum respi-
ceret puellam à Philippo educatam, nõ vt ne-
ptem, sed vt filiam; ipsum liberis carere, Philip
pum insuper iactasse puellam fore eius hære-
dem futuram; & vidisse insuper Balduinum fra
trem lõgo terrarum tractu absentem, maximis
bellis implicitum, & ad maiorem gradum aspi
rare, quæ omnia operata fuerint, vt spes fuerit
certa & Flandrici, & Artesij status, ipsum ex
matrimonio futurum dominum (quod non ne-
gat Aemilius) cumq; illum hæc spes fefellisset,
armis autem pro vxoria dote Comitatũ quęsi-
uisse, quod factum extitisse constat, tempore,
quo Margarita Alsatia, & Balduini, ac Elisæ ma
ter, Comitatum possideret, tuncque illum eri-
puisse, vt Aemilius scripsit. Gallorum enim Re-
355 ges † aliquando quæsierunt eorum Imperio
subijcere, non Flandriam solum, sed Artesiam,
Hannoniam, Hollandiã, Northmanniam, Aqui-
taniam, Burgundiam, Brabantiam, & omnia il-
lis adiacentia: siue consortium Impatientes, si-
ue ampliandi Imperij desiderio. Potuerunt au
tem omnia facili via fieri, agẽte Margarita mu
liere, existentibus tum Philippo Alsatio in Sy-
ria, vbi apud Ptolemaidam vita functus est: ac
etiam ibidem stante Balduino nepote, & sic
nemine contradicente. Sed estò quòd Philip-
pus Alsatius Flandriæ Comes, Isabellæ, siue
Elisæ nepoti Artesiam pro dotalitio spopon-
disset,

diffet, quo iure id facere potuisset? Cum Artesia sua non esset, sed Balduini nepotis, quæ vna cum Hannonia à Balduino patre fuerat ei relicta: Hinc Balduinus iste Elisæ frater, mortua Margarita matre, à Syria reuersus, iure occupauit Hannoniam, Attrebates, Flandriam, ac etiam Viromanduos inuasit, vti bona ad eum pertinentia, vt ipse Paulus Aemilius est author. Veriorem tãdem arbitror eam sententiam, quam eodem in loco, paulò inferius idem P. Æmilius protulit, nempè rem cõcordia & transactione finitam, ne Elisa, siue Isabella, absque dote Philippo Regi Augusto nupta videretur, medio vxoris eiusdem Balduini Mariæ, Henrici Comitis Campaniæ filiæ, (vt Germanographus censuit) siue Theobaldi, (vt Æmilius scribit) quæ cum esset eiusdem Philippi Regis ex sorore Nepos, pepigit, vt Regi daretur dos, pro qua assignarentur Attrebates, Odemarenses, Essedinenses, & Lendenses; ac illud totum, quod in occidentem vergebat. Primus verò Attrebatium Comes, fuit Sanctus Ludouicus, Ludouici filius, qui postmodum existens Rex, Attrebatium Comitatum Roberto fratri contulit: qui moriens reliquit Philippum, & Mathildem filios: præmoriens autem Philippus, reliquit Robertum II. primogenitum, ac Mathildam eius Amitam. Inter quos est orta controuersia de iure succedendi, Robertus II. ex persona Philippi Patris Comitatum prætendebat, & debere excludi Mathildã vti fœminam. Ex aduerso illa prætendente Robertum II. excludi, ipsamq; ad successionem admitti, cum tempore mortis Philippi, super viueret Robertus I. Philippi pater, quo stante, non poterat transmisisse ad filiũ, quod nunquã habuit, sed ipsa debebat admitti, cum teneret primum locum tempore mortis Roberti I. patris. Pro qua Matilda fuit Decretum, Philippo Pulchro Galliæ Rege iudicante, in anno 1302. vel vt alij volũt in anno 1309. vt testatur Paul. Aemilius, ac Io. Tilius. Quæ Mathilda tunc tẽporis nupta est Odoni Burgundiæ Duci, cui Attrebatum Comitatus in dotem datus fuit. Ex Odone, & Mathilda nati sunt, Robertus alter, Ioanna, & Blanca Mortuo Roberto sine filijs, succedit Ioanna, quæ nupserat Philippo Lõgo Galliæ Regi. Ex quibus nascitur Ioanna, Margarita, & Maria. Ioãna nubit Odoni Duci Burgundiæ, Margarita Ludouico Niuernensi Comiti Flandriæ, & Maria Viennensi Delphino. Ex Ioanna, & Odone nascitur Philippus, ex Philippo Philippus alter Dux Burgundiæ, & Comes Artesiæ, quo mortuo Ioannes Rex Galliæ succedit in Ducatu Burgundiæ. Margarita verò secunda filia Philippi longi, nupta Ludouico Niuernensi, succedit Comitatui Burgundiæ, & Artesiæ, quæ dum moritur reliquit Ludouicum Malleanum filium. ex Ludouico nascitur Margarita Malleana, quæ nubit Philippo Audaci Duci Burgũdiæ, cui dedit Comitatum Flandriæ, Comitatum Burgundiæ, & Artesiæ, & sic fuerunt vniti cum Ducatu Burgundo: Philippo Audaci succedit Ioannes, Ioanni verò Philippus Secundus Pius, Philippo Carolus bellicosus, Carolo bellicoso Maria nupta Maximiliano, Mariæ Philippus, Philippo Carolus

356 Quintus Augustus & Carolo Philippus† Rex Catholicus, de quorum Hispanorũ nostrorum Regũ successione, & possessione scribit etiam Renatus Choppinus de Doman. Franc. lib. 2. tit. 12. num. 10. & in consuetud. Andegauensi tit. de communib. Gallicar. consuetud. præceptis. cap. 5. num. 3 par. 1. Idcirco idem author in dicto Domanio Franciæ grauiter conqueritur, quòd cum Flandros, & Attrebates Carolus Cæsar possideret, Regius Actor, Capello Patrono Regio causam orante, & Principe illorum cognoscente, decretum fuerit, in ius vocari Carolum, & inijci manum in Agros Gallicæ Coronæ clientelares, & hoc decretum fuisse in anno 1522. & iterum in anno 1536. Sed aliorum iudicum hoc debebat esse iudiciũ, an in Gallia debuisset litigium fieri; Sed quis Imperatorem Carolum in ius vocauit? & si vocatus fuisset, quis paruisset? Vnde quod personę facere nequibant, agris id facere instituerunt. Sed nec istud factum fuit, ne videretur illos prosequi Nubes, aut aquam verberare. De Artesiæ Comitatu agit etiam Philippus Comin. de Gesti Lud. II. capit. 96. fol. 176. Sed omnia hæc prætensa iura ceciderũt, dũ Carolus VIII.

357 Galliæ Rex, Hispano† Principi omnia eadem refutauit, ac restituit, vt retulit Ioan. Francisc. Guicciardin. Historiar. lib. 1. Ex quo in morte Caroli Bellicosi, absentibus veris successorib', Galliæ Rex omnia clanculum inuaserat. Sic eidem renuntiauit Frãciscus I. Rex Galliæ. Lud. Guicciar. Comm. lib. 1.

HANNONIAE. Apud Hannonios, eorum

358 vulgari Idiomate, Hainault appellarũt† Hãnonia suos habet confines, Flandriam, Brabantiam, Campaniam, Piccardiam, Schaldim, Namurcum, & ditiones Episcopatus Leodiensis. Apud scriptores non est adeo clara, eorundem Comitũ, & distincta notitia, vel origo, sed tantum Comitatus Montensis quia mons, est prima Comitatus Ciuitas, vnde prius Comites nomen assumebãt, quod temporum progressu ad totius Hannonię Comitatum, illiusque nomen deduxerunt, ac tamquam nobilius asciuerunt. Sed ex obscuris tenebris hanc tãdem tabulam Hannoniæ Comitum eruimus, omittentes longiora, & præcedentia secula, & ita Arborem Hannonij progressus describimus, inchoando ab anno Domini.

1035. Balduinus Pius Comes.
1067. Balduinus Montensis Balduini Pij F.
1070. Arnolphus Pij F.

Et ex hac serie, crediderim hunc primũ esse, ex

ex quo Richildis Mater, filia Raynerij Comitis Montensis Hannoniæ, nupserat Balduino Montensi; quo mortuo, & Richildes, & Arnolphus filius, cum Roberto patruo contenderunt; cum Robertus statum eisdem eripere conaretur, & idcirco acerrimè dimicarunt, quo in prælio vigintiduo millia hominum occubuere. Vnde cũ peiores haberent partes, & Richildis fœmina, & Arnolphus puer, bellum gerere minimè valentes, pecuniæ defectu, magnam idcirco pecuniæ quantitatem mulier ab Episcopo Leodiẽsi habuit, vt pro Hannonia profiteretur, vt professa est, se esse Ecclesiæ Leodiensis beneficiariam, siue, vt nostri dicunt, feudatariam: & cum iterum bellum acrius renouassent, mulier aliquid minimè obtinuit, sed tandem victor bello, profligato illorum exercitu.

1072. Robertus Frisius.

1093. Robertus Hierosolymitanus Frisij F.

1111. Balduinus securis Hierosolymitani F.

1119. Carolus Canuti Regis Daniç F. hęres Amitinus natus ex Canuto, & ex Adela, siue Adelisa, Roberti Frisij Filia. huius indicibiles sunt virtutes, & tandem Brugis occisus est.

1127. Gulielmus Dux Northmandorum, siue Normandiæ, Balduini pij pronepos, natus ex Roberto filio Mathildis Pij filiæ, & Gulielmi Ducis Normandiæ: Hic Maximas super successione contentiones habuit cum Theodorico Alsatio, & cum Arnulpho Nepote Caroli Canuti ex sorore, & tandem vicit, & Dominiũ Comitatus restituit, & odio tributorum à subditis pessimè tenebatur, tandem pugnans cum Theodorico, sagitta ballistę percussus interijt.

1129. Theodoricus Alsatius Roberti Frisij, ex Filia Nepos.

1150. Margarita Alsatia Theodorici F. Nubit Balduino, qui cũ moreretur, Philippus Alsatius Flandriæ comes, ex Margarita vxore Flãdriam cum Hannonia vniuit, & bella quieuerunt, & hic est ille Balduinus, qui adeptus est Constantinopolitanum Imperium.

1205. Ioanna Balduini, & Margaritæ filia.

1244. Margarita II. Ioanę soror, q̃ nupsit Guidoni Dampetræ ijs successerũt gradatim postmodum alij comites, vt est apud Germanographum lib. 2. & in Tabulis Regentis Mainoldi, dum agunt de Comitatu Flandriæ, de quo, & nos supra egimus, & subsequuntur vsq; ad Phi-
359 lippum Regem Catholicum, nunc † Regnantem: de quorum Genealogia Germanographus vbi supra fol. 122. Philipp. Comini. de Gestis Burgundi, & Lud. XI. cap. 80. fol. 149. & seq. & post Robert. Guaghin. Renatus Choppin. de Doman. Franciæ. lib. 3. tit. 6. nu. 53. Albert. Crantius in Noruegia. lib. 4. c. 12. & 14. Roderic. Toletan. lib. 5. cap 23.

HOLANDIAE. Batauia appellatur Hollandia, & Hollandi ex inde Bataui. de his Cornelius Tacitus de Populis Germaniæ. Omnium
360 harum gentium (ait) virtute præcipui Batavi. & idem Tacitus lib. 2. Annalium. & iterum Historiar. lib. 2. & li. 4. de quibus inquit Lucan. Bellor. ciuil. lib. 1.

Vangiones, Batauique truces.

& Baptista Egnatius.

Contra autem fortem Frisium, Batauumq; ferocem.

361 Illos autem habere crines † coloris Aurei dicit, Sylius Italicus lib. 3. dum ait:

Iam puer auricomo performidare Batauo.

Hollandiæ Comitatus, quando institutus, & à
362 quo, & Comitum successiones † vsq; ad Philippum Caroli Cæsaris filium, nunc Regem, posuit plenè Germanographus. lib. 2. & 3. Cominius de Gestis Lud. II. & Philippi Burgundi. c. 80. fol. 105. Io. Tritthem. Chron. ca. 29. Martin. Chromer. Histor. Polonic. li. 18. Renatus Choppin. de Doman. Franc. lib. 3. tit. 6. nu. 50. Francisc. Hotoman. in disputation. Feudistic. ca. 10. circa finem. & cap. 15. circa medium.

De Hollandibus dicit Albert. Crantius in
363 Vuandalia. lib. 10. c. 28. Quòd magnis † vtuntur nauibus. & lib. 12. ca. 25. dicit Hollandiam ex frugum, quãdoq; Annona in asperissimis necessitatibus adduci, sed nunquã Annonãs sentire, donec Portus Galliæ Hollandis pateant; de quo etiam in Vuandalia. lib. 14. ca. 18 & subiungens. Tum Hollandini (inquit) noxium genus hominum, ꝙ populandis terris natum est, diffusum per Regiones Orientis, Liuoniã, Prussiam, Pomeraniam, coemebant omnia, quæ ibi essent frumenta. Sed hoc eis non debebat à Crantio, vitio verti, ꝙ faciebant eorum negotia, pretio exhibito. Vnde idem Crantius in Saxonia. lib. 11. c. 29. dicit, Hollandinos Nauticæ
364 rei peritissimos † esse. Nec eidem Crantio in Saxonia. lib. 1. ca. 3 assentior, qui censuit, Batauos hodie esse Geldrenses. cum notorium sit esse diuersos, ac diuerso in loco sitos, de his hæc dicit Alexander ab Alexand. Dier. Genial. lib. 1. cap. 28. Bataui (inquit) & Germani, Regem, quem delegere, attollere humeris, & scuto exceptum, subcollare per vices, pro Regio fastigio obseruarunt. Hinc illos Equestri honore delectari, cẽsuit idem Alex. lib. 2. cap. 29. Achæis (ait) Equestris honor, veluti præcipuo semper munere præcelluit, sicuti Germanis, qui Bataui dicuntur. Et in sui corporis
365 † Custodia Batauos adhibuit Caligula Imperator, vt est author idem Alexand. lib. 6. cap. 22. Ob Mare, & Flumina, nauigationibus accommoda, eos diuitijs abundare, scribit Barthol. Anglicus in lib. de Proprietatib. Rer. tit. de Prouincijs: quem sequitur Bartholom. de Cassen. in Consuetud. Burgun. in Proœm. in verb. Hollande. Cuius gens (inquit) elegans est corpore, robusta viribus, audax animo, venusta facie, honesta moribus, deuota Deo, fida hominibus, & pacifica, minus prędijs intendens, & raptibus. Hollandi quandoque cum

Fri-

Frideleuo Danorum Rege, cum Frisijs, & Saxonibus, & cum Hetuillo illorum Principe fuere
366 † confœderati, vt scribit Io. Magnus in Histor. Gothor. & Suenon. lib. 4. cap. 17.

Duo memorabilia, quæ diuersis temporibus in Hollandia acciderunt, referre minimè grauabor. Vnum, quòd in anno Domini 1314. in Hollādia accidisse referunt, Margaritā Hollan-
367 diæ comitē, qua † parte Rhenus Oceanū illabitur, trecentos sexaginta filios viuos, ità vt Baptismi caracterem acciperent, vno partu edidisse: vt scribit Ostenti loco fuisse Baptista Fulgos. lib. 1. cap. 6. Andreas Eborensis Exemplor, Memorab. lib. 2. tit. de Miraculis. Gaudentius Merula in Sylua variæ lection. lib. 3. cap. 21. Et in Monasterio Diui Benardi propè Hayam Bataui ę oppidum, Historiam esse in Marmore incisam terigi in consil. 28. nu. 38. Centur. 1. Alexand. Raudens. de Analogis. lib. 1. cap. 24. nu. 22. qui refert Guliel. Benedict. in Rep. c. Raynutius. in verb. Sobolem, quā gestabat in vtero nu. 3. parte. 2. de testam. qui dicit ipsum hoc legisse in Historia Gallica. Alterum vero, quòd
368 eadem Hollandia † pluties Maris impetu, & tempestate mirum in modum fuit afflicta, quānis aliquando & Flandria, & Frisia, finitimæq; gentes idem damnum perpessę fuerint, & præsertim in anno 1134. & iterum, in anno 1135. de qua inundatione ità inquit Iacobus Meyerus Histor. Flandric. lib. 5. Oceanus iterum se effudit in continentem, bonamque Flandriæ, Hollandiæ, ac Frisiæ partem, subito submersit, magna tum hominum, tum pecudum, multitudine extincta. Et iterum in anno 1334. de quo idem Meyerus lib. 12. Eodem (inquit) anno, in ferijs diui Clementis, mense Nouēbri, Ventus, Fulgur, & tonitrua facta sunt, quanta post hominū memoriam nemo vidit, vel audiuit: quia Cœli intemperię, mare trans omnes se aggeres eiecit, ruptisque omnibus obstaculis, multos pagos, cum hominibus simul, & pecuarijs in Flandris, Zelandia, Hollandia. & Frisia, miserando spectaculo absorpsit. & in anno 1257. idem Meyerus lib. 13. nocte Natalis domini, dicit fuisse Maris inundationem maximam, ac diluuium, & quatuor officia submersa fuisse, hominesq;, ac alia animalia magno numero extincta. Sed memorabilius est illud anni 1377. de quo idem author eodem libro, qui enumerat viginti circiter oppida submersa. In anno 1404. lib. 14. enumerat alia oppida submersa. Sic in anno 1421. vt est author idem Meyerus. lib. 16. Eodem modo in anno 1529. vel vt alij 1530. de qua inundatione Ludouic. Guicciardin. lib. 1. Circa idem tempus (inquit) in Belgio maritimo, puta in Frisijs, Batauis, Zelandis, ac Flandris, qui omnes Imperatori, & Austriadum familiæ hærent; nec nō in Morinis, Atrœ ricis, ac alijs Franciæ subiectis populis, Oceano finitimis, coorta, solito maior, vndarum tēpestas (propter Circium, & Corū ventos, pertinacissimè tunc reflātes sub Septentrionibus, mare fortè insolentius æstuabat) absorptis integris Colonijs, cladem incredibilem hominibus intulit, brutorum, bestiarumq; infinitā stragem ædidit, rerum denique iacturam inæstimabilem vtrobique fecit. Hæc Guicciardinus. de quibus etiam Germanographus. li. 3. Ludouic. Dulcis in Diario. Vtinam ista, ob peccatorum ingluuiem non accidant: deprecandum tamen est, vt ista Dominus auertat, queadmodū Noè cum familia ab aquis vniuersalis diluuij saluos reddidit. Sed tamen ipsi debent Arcæ quę Ecclesiam Catholicam representat, hærere, non vano, ac libero viuendi ritu hæreses amplecti, ità vt totius mūdi facti sint ludibrio, cum sint perduelles Christo, & Domino temporali.

369 Est tamen Hollandia Imperij † beneficium, siue feudum, idcirco nunquā Gallis parere voluerunt: vt scribit Iacob. Meyer. Annal. Flādr. lib. 7. & 14. & patet ex scriptis. Vnde inquit Io. Thritthemius Chronic. cap. 29. Albertus Rex Romanorum (loquitur de Alberto Austriaco) Hollandiæ comitatum Ioanni Comiti Hannoniæ in Feudum semper accipiendum cōcessit. Loquitur autem de Ioanne II. & supranotatā authoritatem, refert, & sequitur.

370 ZELANDIAE. Nomen † Zelandiæ, maritimam terram significat, sed Comitatus hic constat ex quindecim, sine sexdecim insulis: situs est in conspectu Flandriæ, & Brabantiæ, sed ex Orientis parte, & Meridiei duobus Bracchijs fluminis Scaldæ cingitur. Incerti situs insulæ sunt, modo enim maiores fiunt, modo decrescunt, prout fluminis Schaldæ vis, ac impetus, & Maris inundatio, operantur. Præcipuæ vero
371 insulæ septem sunt, tres † Orientales, & quatuor Occidentales. Orientales dicuntur, Scouæ, Duelant, & Tolen. Occidentales Vualachten, Scalden, Zutbeuerlant, Notibeuerlant. Habet proximas insulas Fioniam, Islandiam, & Orcades, quarum præcipua est Selandia, vulgo Sialandia dicta, quæ habet Daniæ Regnum proximum, quam describit Albertus Crantius in Dania. lib. 1. cap. 1. quem sequitur Germanographus. lib. 2. & 3. & aliquid de ea Io. Magnus Histor. Gothor. & Suenon. lib. 2. cap. 22. Ioan. Laurētius Anania in Fabrica Mundi. in Europ. tractat. 1. nouissimè Io. Boterus Relation. vni-
372 uersal. lib. 6. c. 57. Primum Zelandiæ † Comitem fuisse Florentiū Vuilielmi Germaniæ Regis filium, sibiq; datum pro Dotalirio Beatricis Vidi Dampetræ Comitis Flandriæ filiæ in anno 1220. vt scribit Renatus Choppin. de Doman. Franciæ. lib. 3. titul. 6. nu. 5 1. vel, vt alij. in anno 1255. Sed Germanographus. lib. 3. dicit, primum Comitem Selandiæ fuisse Vuilielmum Florentij tertij filium, & Theodorici VII. fratrem. in anno 1205. vnde earundem insularum Comitatus cum Hollandia ad Duces Burgundos

dos Flandriæ Dominos peruenerunt, vt est author idē Choppin. vbi supra. & testatur etiam Cominius de gestis Philippi Burgund. cap. 80. fol. 150. Marcus Guatius Histor. cap. 1. Martin. Chromer. Histor. Polonicæ. lib. 28 Eodem itaq;
373 modo † ad Philippum Regem Catholicum spectant Selandiæ insulæ, vt dictum est in Burgundia. & Flandria, quo in loco habeatur relatio. Comitatus etiam iste feudi Imperium est, vt dictum est in Hollandia, vti allegaui authores hoc dicentes, qui dicunt etiam de Selandia: Sed istæ insulæ graui bellorum mole afflictæ Principis Aurengiæ, ac aliorum adhærentium voluntati assentientes, ductiq; habitatores libertate viuēdi, omissa Christiana ac vera Doctrina, Philippo etiā Regi Catholico, sicut Romanæ, & Catholicæ Ecclesiæ sunt rebelles.
374 NAMVRCI. Ciuitas Namurcensis, † caput est sui Comitatus, propè Mosam fluuium, iuxta Leodienses, Hannoniam, & Brabantiam. Habet arcem fortissimā, in qua se recepit Don
375 Ioannes Austrius, dū alij rebellarent † in Belgio. Habet oppida muris cincta tria, Bouiniū, Carlemont, & Valencurt; habet & pagos cen-
376 tum octoginta duos. Comitatus iste † fide, & nobilitate gentium decorus. Ne noua, ac longa serie Comitum ordinem describam, hoc solum commemoro, fuisse Comitatum hunc em-
377 ptum à Philippo Pio Burgundiæ † Duce, à quo transmissus ad Carolū bellicosum, & ab ipso ad Mariam filiam, & sic deinceps vsque ad Philippum Regem Catholicū nunc Comitem, recta succedēdi via. de quibus Philipp. Cominius de gestis Philippi Burgundi, & Ludouici Vndecimi cap. 80. fol. 150. Martin. Cromer. in Histor. Polon. lib. 28. Anania in Fabric. Mundi. in Europ. Tract. 1. Renat. Choppin. de Doman. Franciæ. lib. 3. titul 6. num. 54. qui allegat. c. Significauit. de rescript. quod loquitur de Comitissa Namurci,

ZVTPHENI. Oppidum hoc apud Gel-
378 drios situm est, eoque modo † ad Philippum Regem Catholicum spectat, quo & Geldriæ, vt supra diximus, quia in anno circiter 910. Vuichardus Geldriæ Dominus, Comitis Zutphaniæ filiam, vxorem habuit, & idcirco regiones fuerunt insimul vnitę, vt testatur Germanographus lib. 3. & deinde ad singulos Geldriæ Dominos, Comitatus transmissus est, vt ibidem dictum fuit. Ioan. Boter. Relation. vniuers. lib. 1. cap. 61. parte 1.

BVRGVNDIÆ. Comitatus iste, prius vnitus erat cum Ducatu Burgundiæ, vt dictum est superius, dum verba fecimus de Ducatu
379 Burgundiæ, † Naythlandia sæpius dicta. vt dicit Germanographus lib. 3. Gulielm. Paradinus de antiquo statu Burgund. cap. 5. Metropo
380 lis illarum Vesontium † Ptolom. Geograph. in Europ. tabul. 3. cap. 9. Ad Imperium spectat
381 † feudum hoc, subditum Conradi II. tempore à Rodulpho tunc Burgundiæ Rege, vt refert Crantius in Vuandal. lib. 2. cap. 10. in fin. Hinc Philippus Audax Burgundiæ Dux, Ioānis Galliæ Regis filius, à Carolo IV. Imperatore, suorū procuratorum, ac legatorum medio eundem Comitatum recognouit in feudum hac formu
382 la. Nos Burghardus Burgrauius † Magdeburgensis, Magister Imperialis Curiæ, & Aegydius de Soycourt, procuratores, & Nuncij Illustris, & Magnifici Principis Domini Philippi Ducis Turonensis, & Comitis Burgundiæ, authoritate procuratoria, qua fungimur in hac parte, Comitatum Burgundiæ à Serenissimo, & Inuictissimo Principe, & Domino Carolo IV. Romanorū Imperatore, semper Augusto, & Boemiæ Rege Illustri, tamquàm Imperatore Romano, ad cuius iurisdictionem, collationem, & proprietatem idem Comitatus esse dignoscitur, in Feudum accepimus, & in ipsa susceptione, in animā præfati Domini nostri Ducis Turonensis, & Comitis Burgundiæ iurauimus, quod Dominus noster prædictus præfato Domino suo Imperatori, & sacro Imperio occasione dicti Comitatus, fidelis erit, & obediens. Datum Nurembergæ 18. Calend. Februar. Indict. 5. Anni 1362. Et dum loquitur de Delphinatu spectante ad Imperatoris collationem, in eo includebatur Comitatus Burgundiæ, vt patet per verba Theodori Nihemensis Histor. lib. 2. Tract. 6. cap. 25. ita scribentis. Idem Carolus huius nominis quartus nobilem Principatum, Delphinatum vulgariter nuncupatum, qui est vna de septem prouincijs Regni Arelatensis, quod etiam Burgundiæ nuncupatur, transtulit in Regem Francorum, sub colore, quòd Primogenitus Regni Fräcię dictum Principatum, tamquam vassallus Imperij, teneret in feudum, & indè Delphinus vocaretur. & idem repetit cap 36. Quod confirmat Ioan. Nauclerus Generat. 45. scribens: Imperatorem Carolum IV. ea conditione consentijsse, vt primogenitus Regis, tamquàm vassallus teneret eundem ab Imperio. Quod nec etiam negauit Gulielmus Paradinus de antiquo statu Burgund. cap. 9. in fin. In hoc Comitatu, qui possidetur à Catholico Rege, iam olim possesso à Carolo bellicoso, iam ad ipsum spectare, vna cum Ducatu, vt supra dictum est, dubium non est, cum sit notoria, & successio, & possessio. Habet hic Comitatus, in tres partes diuisus, tres alias Ciuita-
383 tes, Gray, Salinam, & Dolam, quarum † Dola habet Concilium, seu Parlamentum, & studiorum Academiam; habet Villas, seu Pagos mille, & octingentos. Vesontium autem gerit se pro Ciuitate Imperiali, cuius Rex Capitaneus est, sed omnes sunt natura, & situ fortissimæ, quarum nouissimè meminit Ioan. Boterus Relationum vniuers. lib. 1. cap. 33. parte 1. de Academia Dolensi dico supra cap. 40. & de Parlamento Dolano infra cap. . .

HA-

HABSPVRGII. Austriacam Domum Habspurgi Comitatum retinere debere exploratissimum est: possidetur autem à Serenissi-
384 mis Maximiliani Imperatoris † filijs eiusdem familiæ. Nam alias, omittendo vetustiora secula, supra cap.4. diximus, hanc familiam nobilissimam, atq; antiquissimam, Franconiæ Regum seminarium fuisse, & Galliæ primos Reges ab ea dictos Franciæ à Franconibus quos dixerunt illam eandem Franciam denominando, In Germania iam longissimo temporum curriculo conseruata est, & quamquàm decrementum quoddam passa sit, vt solo Franconiæ postmodum Ducatu, ac Habspurgi Comitatu fuerit contenta, ac pluribus annis eo se Dominatu continuerit. Iterum verò Deo sic benè familiam prosperante, sub Rodulpho primo, Comite, iterum caput altius extulit, vt non modo nitori pristino, sed ad Imperiale culmen euecta sit, & adhuc, Deo volente, conseruatur. Nil
385 mirum igitur, si Philippus † Rex Catholicus eiusdem familiæ planta, fulgentissimo hoc titulo decoratur.

TYROLIS. De Comitatu Tyrolis eadem repetenda erunt, quæ proximè de Comitatu Habspurgij diximus, cum reperiatur apud eos-
386 dem. Peruenit † autem ad familiam Austriacam cum Ducatu Carinthiæ in anno Domini circiter 1291. cum Albertus Victoriosus appellatus, Rodulphi Imperatoris filius, duxisset vxorem Elizabetham Menhardi Carinthiæ Ducis, & Tyrolis Comitis filiam, qui post modum moriens eidem Alberto testamento reliquit Carinthiam, & Tyrolum, vt est author Germanographus. lib. 3 in Alberto Rodulphi filio, quicquid aliqui aliter narrauerint. Hic Comitatus iam diù postmodum conseruatus fuit, vt à modo conseruatur in eorundem Austriadum familia. de quo Io. Laurentius Anania in Fabrica Mundi. Tract. 1. Gulielmus Zenocar. de Repub. Caroli Maximi. lib 3. Renatus Choppinus de Doman. Franciæ. lib. 3. tit 6 num. 58. Et hinc credo motum fuisse Paulum Zieglierum
387 †Episcopum Curiensem ad faciendam Comitatus inuestituram Maximiliano Cæsari, in anno 1516. eiusdem Comitatus Tyrolensis, ob antiquam inuestituram, & antiquiora iura sibi spectantia super Comitatu. de qua inuestitura idem Germanographus. lib.3. vbi de Episcopatu Curiensi egit.

DOMINVS CANTABRIÆ. Hactenus de Comitatibus dictum est, nunc de Dominatibus dicendum erit. Et non immerito Dominatus Cantabriæ præmittitur. Est vero Cãtabria,
388 quam Hispani † Bizcaiam appellant. Memorabilis est enim, & Cantabrorum, & Asturum natio, & gloria insignis, quos hodie Gallecos nominamus. Roderico enim vltimo Gothorũ Rege mortuo, ac deleto, vt supra diximus, dum de Rege Castellæ, & Legionis verba fecimus, apud ipsos conseruatæ extiterunt, & Gothorum, Hispanorum, & Christianorum reliquiæ. Hi enim Pelagio, Fauillæ Ducis Cantabriæ filio Duce, ac Principe, Principes extiterunt, vt Sar-
389 raceni, Arabes, ac Mauri † pellerentur, & eorum nomen in Hispania penitus deleretur. vt dixi infra cap.79. Et ab eodem Pelagio ad Phi-
390 lippum † Regem Catholicum, quemadmodum Castellæ, & Legionis Regnum, & hic Dominatus peruenit, vt ibidem diximus, & supra cap.4. & de his Io. Magnus Histor. Gothor. & Suen. lib. 16. cap. 27. Paul. Æmil. lib. 2. in Carolo Martello.

MOLINÆ. Siue dicat Molinæ, siue Malines, de vtroq; dicendum est. Quo enim ad Mo-
391 linam, dicendũ est, ipsam esse oppidum † nobilissimum, & Memorabile, in Hispania situm, omni rerum, ac bonorum copia abundans, & præsertim, quæ ad vitæ humanæ vsum sunt necessaria, Arietibus, Lanis, Carnibus, Caseo, piscibus abundantissima. Præsertim eo piscium genere, quod nos Itali, Tructam appellamus, Hispani Trucchiam appellãt; quorum piscium copia, Molina satis abundat. alij Latini, Turtures appellant. Est autem piscis iste nobilissi-
392 mus, qui omni ætati, † omniq; complexioni infirmis, à Medicis datur, & exhiberi potest. Hoc experimur in patria mea, quæ hos pisces loco alteri in Italia nemini inuidet. de ijs latè Donatus Antonius Ferrus Triuicanus de Podagra. Tract. 3. cap. 14. & ante ipsum Hierony. Cardanus de sanitat. Tuend. lib. 3. c. 7. De oppido Molinæ latè Lucius Marineus de Histor. Hispanic. lib. 3. cap. 2. Si verò de oppido Malines, siue Ciuitate regitur ferè proprio regimine, est tamen in Brabantia, ideoque de ea, vt de Brabantia Philippus Rex Catholicus meri-
393 to † titulari potest, tãquàm Dominus. Habet inter cætera extra Ciuitatẽ Memorabile Monasterium monialium, vbi permanent circiter millæ, & quingentæ. Quomodo verò hæc Ciuitas regatur describit nouissimè Io. Boter. Relation. vniuersal. par. 1. lib. 1. cap 59.

FRISIAE. De Frisijs fit mentio in c. Volumus 11. q. 1. Ij diuiduntur in Orientales, & Occidentales. Orientalis ex se regitur, & in ea
394 Philippus † Rex Catholicus, quasi Dominiũ, & possessionem retinens, habet oppidum Linghen, licet paruum: habet tamen territorium, & arcem validissimam. Occidentalis vero Frisiæ Philippus Rex Catholicus est Dominus, illamq; possedit Carolus pater, alijq; prædecessores, vt dicam. Patet autem ab Isela, seu extremo Rheni ostio, vsq; ad Amasum fluuium. Diuiditur in tres status, videlicet Vuestergoam, Ostergoam, & Septem siluas. Enumerat Ciuitates in eis tresdecim, & villas quadringentas nonaginta. Io. Boter. Relation. vniuersal parte 1. lib 1. c. 68. Sed in Vuistergoa est Stauera Illu-
395 stris quondã † Metropolis Frisiorum, nunc

op-

396 oppidum. Franeca Musarum † domicilium, vrbs Amœna,& munditiæ nitida. Sneca, Hatlinga, Slota, Hindelopa, Vuorcumum, Ilsta, & Bolsuerclia. Villas habet, seu Pagos centum viginti septem. Ostergoa, habet Groningam, de qua infra dicam: habet Leoardiam quæ Ciuitatum Frisiæ maxima,& splendidissima, ædificijs sacris,& profanis, publicis, & priuatis, nobilium præsertim Attijs magnificis Illustris: vicis tersa, nitida,& munda, opulenta, populosa cultu, & moribus hominum præcellēs. munitionibus
397 in ambitu cincta, sedes† summi Senatus Frisici. Habet etiam Docuam, cum portu commodo, ac alias duodecim præfecturas. Habet, & villas, siue pagos centū viginti septem. Tertia verò pars septē syluarū, palustris est,& sabulosi soli. Habet & syluas quasdā, q̃ ei nomen dederunt. Oppida, siue pfecturas habet octo,& villas septuaginta septē, quorum omniū numerus ad numerum trecētorū sexaginta trium ascendit, vt nouissimè optimè descripsit Vbbo Emmius Historiarum Frisicarum lib. 1. qui per de-
398 cem libros Frisicarū gentium, ac rerum† antiquitates à temporum iniuria ad annum vsq; 1256. vindicauit; à quo spero scripta alia subsequentia ad ætatem vsq; nostram, habiturum. de eadem Frisia, sic Iacobus Dauentrius apud Germanographum lib. 3. in Frisia. Ad quam tñ (inquit) differentiam, occidentalis à nonnullis vocatur, patetq́; ab Isela, seu extremo Rheni ostio ad Amasum vsque fluuium, Ostergoiam, Vuistergoiam, septem syluas, Groningam inclitam vrbem, cum circumiacenti territorio complectens; pecore, pascuis exuberās, & pagis, ac ædificijs, plusq̃ vlla alia regio exculta; cui Fransiselana, cum Drenta, Tuentaq; iungitur, quæ omnes Cæsaris Caroli V. hæreditario adiectæ Imperio, fœliciter florescunt sub eius Dño. Hæc ille. Habuit tñ antiquorum memoria Frisia suos Reges. Hinc de Radbodo Rege legitur, quòd cum ab Vuolfranto Episcopo, vellet sacris Baptismatis aquis lustrari, in anno Domini 718. teneretq́ue pedem vnum in aqua, & alterum eleuarūm, ad Vuolfrantum conuersus,
399 De maioribus†(inquit) meis, Episcope, quid sentis? plures ne eorum in Paradiso, an apud Inferos esse credis? Ad quæ Episcopus, cum plures apud Inferos esse respondisset; subiecit, Satius igitur mihi est, vt plures, quàm pauciores sequar. Simulq; pedem à lauacro retulit,& propositum mutauit, ac pristinæ superstitioni se dedit: sed triduo post, admirabili Dei Opt. Maximi iudicio, subita morte Radbodus interijt, & Episcopus suæ prædicationis officiū incessanter prosequens, totam prouinciam
400 †ad Christi cultum reduxit. vt in supra allegato loco retulit Germanograph. lib. 3.& Vbbo Emmius Histor. Frisicar. lib. 4. sub anno 718.
401 Frisij fuere Ciuitate Romana donati à † Nerone, dum Romæ Frisiorum legati essent, vt scribit Cornel. Tacit. Annal. lib. 13. quo in loco refert illos dixisse; Nullum mortalium armis, aut fide ante Germanos esse. Quod deridet alio forte odio, Albert. Crantius in Vuandalia. lib. 10. cap. 32. & in Saxonia. lib. 11. cap. 6. Habuit ante Saxoniam Christi fidem, prædicante Diuo Bonifacio Archiepiscopo Moguntino; post cuius prædicationem S. Ludgerus Frisius
402 †ab vtero sanctificatus prædicationis sanctæ officio, tam ardenter incubuit, vt meritò in Saxonia prædicans, Saxonum Apostolus memoretur. vt dicit idem Crant. in Metropol. lib. 1. c. 5. & 7. Tritthemius de viris Illustrib. ord. sanct. Benedicti. lib. 3. cap. 196. cuius magnanimos pro Christi fide labores scribit idem Emmius Historiar. Frisicarum. lib. 4. & 5. Negari tamē nequaquàm potest quod ipse Emmius scribit, Frisios ab Carolo primum Martello. & demum Carolo Magno in sua libertate positos: solum tamen illis relictum fuisse aliquando præfectum, ac Antistites; habuisseque proprias patrias leges ab eisdem vel formatas, vel confirmatas, quas retulit idem Vbbo. lib. 5. licet Albertus Crantius eius gentis (vt præ se ostendit,) inimicus in Vuandalia lib. 10. c. 32. dicat hæc esse fabulosa, ac vana, & à Quarto Carolo, tantum habita, cui nequaquàm accedo. Iactati tamen pluries Frisij, Danorum, ac Saxonum incursionibus; vt meminit Germanograph. lib. 4. Tamen Flandriæ Comes Frisiæ partem cœpit Robertus, qui idcirco Frisius appellatus est, in anno 1063. vt scribit Meyerus Annal. Flandr. lib. 3. Tandem in anno 1248. Gulielmus Secundus Comes Hollandiæ, Florentij IV. filius, cum Frisijs bellum gerens anno Dominij sui septimo occubuit. Postmodum in anno 1304. Gulielmus III. Ioānis Hannoniæ Comitis, ac Hollandiæ II. filius, factus est Frisiæ Dñs. Quem sequutus est Gulielmus IV. illius filius in anno 1337. Quo mortuo sine filijs successit Margarita soror, vxor Ludouici Bauari Imperatoris. Post eum Gulielmus Quintus Margaritæ, & Bauari filius. Et demum moritur Gulielmus absque filijs,& illi succedit Albertus Bauari filius: & eidem Alberto succedit Gulielmus VI. filius; post Gulielmum Iacoba filia; qua defuncta sine prole omnem eius ditionem, præser-
403 tim Frisios, sibi vendicauit Philippus † Pius Dux Burgundiæ in anno 1435. ex persona Margaritæ matris, filiæ Alberti, ac sororis Gulielmi VI. Philippo succedit Carolus bellicosus; Carolo Maria, Mariæ Philippus, Philippo Carolus Quintus Cęsar; Carolo, Philippus Rex Catholicus. vt per Genealogiam refert Germanograph. lib. 3. Qui lib. 4. dicit in anno 1230. fuisse magnam inundationem, & multa hominum millia, ac animaliū fuisse deleta, ex Iacobo Dauentriensi: quod retulit etiā in annum 1233. Vbbo Emmius Hist. Frisicar. lib. 10. Vnde de Flandris, Hollandis, Selandis, ac Frisijs,

has tempestatum procellas, ac maris æstus, & inundationes patientibus Gerardus Geldenhaurius Nouiomagus in parua Histor. Germaniæ inferioris. Constat (inquit) inter maritimos Flandros, Selandos, Hollandos, Frisios, colles illos auenarus (Duni vulgo dicuntur) quos rerum parens Deus, terminum Mari circumdedit, olim non tam latè per ruptos, ac distitos fuisse, quàm nunc sunt. Cœlestis enim pater, peccatis nostris, ad iracundiam pronocatus, horridis tempestatibus, terras admodum fertiles in salsissimum mare intra ducentos annos conuertit. Sed nos infœlices planè, & vecordes, naturæ ascribimus, quod solis sceleribus nostris imputandum erat. Hæc Nouiomagus. Frisiam vero ad Duces Burgundiæ, ac Flādriæ Comites pertinere, scripsit Bartholom. de Cassæn. in Consuet. Burgundiæ. in proœm. in verb. de Frizc. de inundationibus Hadrian. Barland. in Histor. Brabantic. cap. 85.

MECHLINIAE. Ciuitas est Mechlinia Brabantiæ, de qua sic inquit Hadrianus Barlandus, in Chronica Ducum Brabantiæ. in fin.
404 †Mechlinia situ, & opere munitissima, quæ ipsa quoque suas habet, minimè vulgares dotes. Aeris multam clemētiam, & salubritatem; in colas sermone blādos, moribus mansuetos, comes, ciuiles, bellicosos etiam, vbi res exigit. Placet in hac vrbe vicorum amplitudo, placet
405 munditi es. Habet Concilium† Regium, habet, & ædes sacras complures, sed duas, quæ longè cæteris antecellunt. Deiparæ vnam, & alteram diui Rumoldi, ornatissimam, cum Turri, quæ, & magnifica est, & altitudine spectabilis. Hæc Barlandus. Tamen in anno 1333. Ludouicus Niuernensis eandem Ciuitatem, vti Comes Flandriæ, emit ab Adolpho Episcopo Leodiensi, & à Reginaldo, siue Reinoldo Principe Geldrensi. de quo actu sic Iacob. Meyerus Annal. Flandriæ lib. 12. inquit: Eodem anno postquàm Ludouicus Comes emisset oppidum Mechliniam, ortum bellum Brabanticum. Emit autem ab Adolpho Episcopo Leodiensi, & Reginaldo Comite Geldriæ, qui tum coniuncti, id oppidi possidebant: vsus ea in re consilio intimi sui aulici Gulielmi Auxonij. Centum millia nummū Turonensium pretium erat. aliter centum sexaginta millia regalium monetæ Franciæ. Sed Brabantiæ Dux Ioannes, quo minus Mechliniani in verba iurarent Ludouici, intercessit. Nempe ea pars, quam Geldrius vendiderat, quando eius esset beneficium, absq; eius assensu, vendi illam posse negabat. Alteram item partem, ære antistiti persoluto, retinere contendebat; propterea, ꝙ ad sui Principatus corpus, totam Mechliniam, pertinere asseuerabat: Hęc Meyerus. Vnde orta sunt bella inter Comitem Flandriæ, & Ducem Brabantiæ. Controuersia autem concordia oblitterata est, qua Ludouicus Comes Flandrię cessit Ioanni Duci Brabantię totam Mechliniam, pro octoginta sex millibus aureorum regalium, iuramento à Clemente Pontifice solutus, quo tenebatur id oppidi nunq̄ alienare. Sed priusq̄ Ioānes numeraret, Ludouicus in viuis esse desijt. vt dicit idem Meyerus in dicto lib. 12. sub anno 1346. Sed Iacobus Marchātius de Rebus Flandriæ memorabilibus. cap. 21. aliter sentit, dicens: Ludouicum Maleanum supradicti Generum, duabus ex causis bellum restaurasse: Mechlinium enim esse sui iuris contendebat, atq; occupabat, decemq; millia nummum Florentinorum in dotem promissa quotannis pet solui, assignarique cupiebat; belloq; illato hostes vicit, totamque Brabantiam, assumpto ditionis titulo vendicauit, donec ita transactum fuit, vt Mechlinia Flandriæ annecteretur, & dotis nomine Antuerpiam possideret, titulumq; Ducis Brabantiæ ipse quidem ascriberet, sed ad hæredes nō transferret. Hæc Marchantius. Peruenit tandem Flandria, & Brabantia penes vnum Principem, medio Margaritæ Maleanæ, & idcirco ad Regem Catholicū legitima suc-
406 cessione † peruenit. Concilium, siue Parlamentum ibidem instituit Carolus bellicosus. vt scribit Iacob. Meyerus Hist. Flandr. lib. 17. Sed tamen, siue sit sub Flandria, siue Brabantia ad eundem Dominum spectat: Neutri autem ipsorum hodie connumerari, vel annecti, sed ex se ipsa separatim appellari censeo, ex his, quæ semper satis optimè scribit idem Iacob. Marchantius in loco supra allegato. in d. c. 21. in fi. Quòd Philippus Bonus Brabantiæ Dux, vt Amorū occasiones amoueret, effecit, vt Mechlinia à Flandriæ nexu libera, regionem per se efficeret. Et idcirco separatim Philippus Rex Catholicus, se Mechliniæ Dominum appellat, tam obseruator est suorum maiorū promissis.

VLTRAIECTI. Hanc Ciuitatem Hollādiæ, aliqui tribuunt, dicitur ab alijs latinè Traie-
407 ctum, † vulgari illorum idiomate dicitur Vtrecht, situm inter Hollandiam, & Geldriam. Episcopi Traiectenses erant in temporalibus, & spiritualibus Principes totius Comitatus, magnumq; terrarum, oppidorum, ac Comitatum spacium possidebant. Alij sub Frisia illam ponunt: vt cumq; tā res se habeat, haud dubiè Ciuitas est nobilissima, & publicarum, & priuatarum ædiū pulchritudine, & clero conspicua. Habet celeberrima Canonicorū Collegia, in quibus Principē locum tenet, quod est Diui Martini. Habet Antistitem, qui in sacris latissimè imperat. Qui tam Diues, ac potens erat, vt si quando opus erat, quadraginta hominum millia ad bellum potuisset armare. Ex hac vr-
408 be fuit † Hadrianus Papa Sextus, supremi nominis Pontifex. A Traiecto non longè si-
409 ta est Dauentria, † in qua floruit, ac floret bonarum omnium litterarum Schola. Henricus tandem Bauarus Episcopus Vltraiecti-

nus

nus, cum à Carolo Geldriæ Duce, nimijs afficeretur molestijs, Caroli Quinti Austriaci Cęsaris, Brabantiæ Ducis, & Hollandiæ Comitis auxilia, atque suffragia petijt, & cum illo de suorum Principum spiritualium, & temporalium consilio maiori parte conuenit, vt Henricus quod iuris temporalis haberet in Principatu Vltraiectino, & in omni Regione, etiam vltra Iselam fluuium eidem Carolo Imperatori,
410 vti † Brabantię Duci, & Hollandiæ Comiti, cederet, eiusque hæredibus, & successoribus vtriusque sexus. Vnde Imperator Ciuitatem, & nonnulla oppida à Geldrio occupata recuperauit. Episcopus omnē iurisdictionem temporalem à se abdicauit, & Carolo vti Brabantiæ Duci, & Hollandiæ Comiti concessit, prouentus, bona, agros, montes, colles, syluas, flumina, omnia ad tēporalitatem spectantia transtulit; reseruando sibi tantum modo spiritualia iura, super quibus Clementis Papæ Septimi consensus accessit in anno 1527. & seq. de quo latissimè Germanographus lib. 3. Hadrianus Barlandus in Chron. Brabantiæ in fin. nouissimè Io. Boter. Relation. vniuersal. parte 1. lib. 1. cap. 61. à Carolo Imperatore transijt ad Philippum Regem Catholicum filium.

TRANSILVANIAE. Quia status Traiectensis, complectitur loca Cis Isalam fluuium, &
411 habet etiam trans Isalam, idcirco, ne † illud quod est vltra flumen verteretur in dubium, cessio facta ab Henrico Episcopo Vltraiectino Carolo Cæsari, fuit etiam Trans Isalam, & hæc ditio vocatur Transisselana, eorum vero lingua, Ouetissel. Continet autem iste Dominatus, plures Ciuitates, ac oppida muris circumdata, quorum pręcipuę Dauentria, & Campea.
412 Dauentria nobilis etiam litterarum † Academia, haber etiam centum viginti circiter Villas, siue Pagos, de quibus supradicti scriptores loquuntur.

GRONINGAE. Ciuitatis huius Groningæ, se dominum profitetur Rex Catholicus,
413 † vt ostendat maiorem vrbis nobilitatem, atque excellentiam: alias enim necessarium minimè foret, cum enim illa in Occidua Frisiæ ora sit, & Rex Catholicus illius Dominus sit, omnium interiacētium vrbium, & oppidorum, villarum, & pagorum, dominus erit. Ad Philippum autem Burgundiæ Ducem olim peruenit, à quo recta via in Philippum Regem peruenit. Hanc olim durante vita ad Carolum Geldriæ Ducem peruenisse, & concessam fuisse constat, quo mortuo, & Carolo Cæsari, &
414 Philippo Regi Catholico † peruenit. De ea Germanographus lib. 3. in Frisia. Iacobus Dauentriēsis apud eum Martin. Nauar. de reddit. benefic. Ecclesiasticor. q. 1. num. 95. Ptol. lib. 2. cap. 11. Boter. Relat. vniuersal. parte 1. lib. 1. c. 62. Sed omnia, quæ pertinent ad vrbis eiusdem decorem, administrationem, authoritatem, & statum, nouissimè plusquàm eleganter, si dici potest, prosequitur Vbbo Emmius Histor. Frisicar. lib. 1. ad quem sufficit remissio, quia luculentissimè hoc præstitit. Hæc de Philippi Regis Catholici titulis prodire in publicum volui, in quibus enucleandis magno adiumento mihi fuit opus eiusdem Domini Iacobi Maynoldi de titulis Philippi Regis, vt nō immeritò virtutū suarum gratia, à Rege in suum supremū Italicū Consiliū Regens assumptus fuerit ad ipsius Regis latus in Hispania.

ARGVM. CAP. XLVII.

Catholicum Regem, vti Hispaniarum, Neapolis, & Sicilię Regē, Imperatori, alterive humano, & laico Principi nō esse subditū. An Rex Galliæ subiaceat Imperio? Num pro Regno Neapolitano, & Siculo, Rex Catholicus Sūmum Romanum Pontificem recognoscat? Regnum Siculum, à Neapolitano an diuersa sint? Quis sit Census annuus, qui pro eis datur? Quando Summus Pontifex, Imperia, Regna, & Dominia de gente in gētem transferat? Auenionensis Ciuitas, quo modo reperiatur penes Ecclesiam Romanam? Quomodo Ciuitas Beneuentana? Pro Archiducatu Austriæ, Ducatu Burgundiæ, Comitatu Flandriæ, an recognoscatur Rex Galliæ?

COMPENDIVM.

1 *Rex Hispaniarum liber est, & alteri laico Principi non subiacet.*
2 *Rex Aragonum liber est.*
3 *Reges Hispani eadem Regna à Maurorū manibus eripuere.*
4 *Gallia Imperio minimè subdita. nu. 8. 9.*
5 *Rex Neapolis, & Siciliæ liber est.*
6 *Rex Indiarum, & Noui Orbis ab omni Dominio temporali liber est.*
7 *Rex Hierusalem liber est.*
10 *Imperator Pontifici subditus est.*
11 *Imperio ad Germanos translato, omnes prærogatiuæ Imperiales fuere ibidem translatæ.*
12 *Hungari, & Boemi Imperio subditi.*
13 *Reges Neapoli, & Siciliæ, Ecclesiæ Romanæ personam sustinent.*
14 *Noui orbis acquisitio, Imperio ignota.*
15 *Regna Neapoli, seu Siciliæ de patrimonio Ecclesiæ Romanæ fuerunt.*

16 *Regnum Neapolitanum appellatur etiam Sicilia.*
17 *Regnum Siciliæ intelligitur ne tantummodo de insula Siciliæ?*
18 *Regnum Neapolitanum, & Siculum Roma rerum potiente sub eius imperio erat.*
19 *Diuisio facta inter Imperatores Orientis, & Occidentis.*
20 *Donatio à Constantino facta Syluestro Summo Pontifici.*
21 *Donationis præfatæ, exemplar sequitur.*
22 *Ludouicus Pius Imperator, non solum donationem à Constantino factam confirmauit, sed altam etiam clariorem fecit.*
23 *Donationis Ludouici Pij exemplum.*
24 *Regnum Neapolitanum ad manus Roberti Guiscardi Northmanni.*
25 *Robertus Guiscardus Regni Neapolitani concessionem habuit non solum ab Anacleto, sed à Nicolao Secundo, & alijs Pontificibus. nu. 26.*
27 *Robertus Guiscardus acerrimè defendit Gregorium Septimum Summum Pontificem à Clemente Antipapa.*
28 *Census pro Regno Neapolitano fuit mille* Fartorum; *alij dicunt esse quadraginta octo mille aureorum annuorum; alij tantum quadraginta mille. Hodie est ductorum septem mille. nu. 29. 30. 31. 32.*
33 *Rex ab alio Regnum tenens in* Feudum, *censetur Dominus supremus.*
34 *Feuda omnia singularia in Regno Apuliæ sunt de Dominio Regis, licet totum Regnum recognoscat Rex ab ecclesia.*
35 *Reseruatis aliquibus in concessione, cætera concessa intelliguntur.*
36 *Rex in Regno, concedit, infeudat, reuocat, & facit quodlibet.*
37 *Reges omnes de Feudis particularibus disponunt.*
38 *Dum Rex infeudat Duces, Marchiones, Comites, & Barones retinet ipse directum Dominium.*
39 *Maius, efficaciusq; donum, quod à maiori datur.*
40 *Maius bonum est habere dignitatem ab Imperatore, quam ab alio inferiore.*
41 *Doctor creatus à Papa, vel Imperatore præcedit creatum ab alijs inferioribus.*
42 *Habentes inuestituras à Pontifice, vel Imperatore, habent supremas potestates, suprema tantum recognitione concedentibus remanente, vt sunt, Duces Mediolani, Ferrariæ, Mantuæ, Vrbini, & similes.*
43 Christo *cælestis, & Terreni Imperij claues concessæ.*
44 Christus *Petro omnem potestatem spiritualem, & temporalem concessit.*
45 *Papa est super Regna.*
46 *Imperatores à Summo Pontifice coronantur.*
47 *Lotharius Imperator ab Innocentio II. Romæ coronatur.*
48 Fridericus *primus coronam cœpit ab Adriano IV. Summo Pontifice.*
49 *Carolus Magnus a Leone III.*
50 *Ludouicus Pius, & Emẽgarda vxor à Stephano IV.*
51 *Ludouicus Lotharij filius à Sergio II. & ab Adriano II.*
52 *Carolus* Caluus *à Ioanne VIII.*
53 *Carolus* Crassus, *ab eodem.*
Vido, à Stephano V.
Lambertus à Formoso.
Ludouicus III. à Benedicto IV.
54 *Berengarius à Ioanne X.*
55 *Otho Magnus à Ioanne XII.*
56 *Otho Tertius à Gregorio V.*
Henricus primus à Benedicto VIII.
Henricus II. & Agneta coniux à Clemente II.
Henricus IV. à Pasquale II.
Carolus *V. à* Clemente *VII.*
57 *Summus Pontifex Romanus transfert Imperium de gente in gentem.*
58 *Imperium ab Oriente fuit translatum in Occidentem.*
59 *Summo Pontifici spectat examinare personam electam in Regem Romanorum.*
60 *Imperium cur translatum fuit à Græcis in Germanos? remissiuè.*
61 *Summus Pontifex ex causa deponit Imperatorem.*
62 *Zacharias Summus Pontifex Regnũ Galliæ eripuit Chilperico, siue Childerico, & contulit Pipino.*
63 *Philippum primum Galliæ Regem diris affecit Vrbanus II. Summus Pontifex, & Aqua, & igni interdixit.*
64 *Summus Pontifex comminatus est Regi Vngariæ, ni votum impleret Regno priuaturum.*
65 *Summus Pontifex in Regnis, in quibus proceditur per electionem, an possit priuare?*
66 *In Regnis Angliæ, atque Hyberniæ Pontifex potestatem habet.*
67 *Pius Quintus Pontifex Elizabetham Angliæ Reginam diris affecit.*
68 *Cultus diuinus Angliæ olim restitutus per Philippum Regem* Catholicum, *& Mariam coniuges.*
Vrbanus Sextus Pontifex Carolum *Vngariæ Regem* Regno *priuauit.*
69 Iulius II. *Pontifex* Ioannem *Allebretum Nauarræ* Regem Regno *priuauit.*
70 Regnum *Scotiæ mutare, ac auferre vni, dareque alteri, potest Summus Pontifex.*
71 *Henricus* III. Imperator *à Gregorio VII. depositus.*
72 *Sententia Summi Pontificis, dum deposuit Henricum Tertium* Imperatorem.
73 *Alexander* III. *Fridericum* Imperio *amouit.* Innocentius III. *Othonem Gregorius IX. & Innocentius IV.* Fridericum II. Ioãnes *XXII. & Clemens VI. Ludouicum Bauarum.*
74 *Sixtus Quintus Pontifex Max. Henricum Principem* Condensem *damnauit.*
75 *Principes optimi, Summo* Pontifici *colla submittunt.*
76 *Theodosius* Imperator *se humiliauit D. Ambrosio Archiepiscopo Mediolani.*
77 Constantini *Magni* Imperatoris *in Prælatos* Concilij *Nicens. humilitas, nu. 78.*
79 Philippi Pulchri *Galliæ* Regis *in Summum* Pontificem *temeritas.*
80 Philippus *Pulcher miserabili morte occubuit. nu. 81.*
82 *A Summi* Romani *Pontificis gremio se eximere, inexpiabile est.*

Peccat

164 *Promissio, etiam sola fide præstita seruanda.*
165 *Infidum quod est, stabile non est.*
166 *Fideles sumus, si quod verbis promittimus, operibus complemus.*
167 *Fracta fidei in quosdam Gallos, & ipsorum Regem inuehit Barlaudus.*
168 *Principum sola verba debent esse firmissima.*
170 *Periurij exceptio à limine iudicij repellit agētem.*
171 *Iudicis, & partis, quis personam sustinere nequit.*
172 *Ex iuramento causatur exceptio fori declinatoria.*
173 *Flandriam, Artesiam, ac alias ibi Regiones pacificè, vt liberas possedit Carolus Imperator, & nunc Philippus filius.*
174 *Capto Francisco I. Galliarum res erant labefactata.*
175 *Caroli V. Cæsaris, quoad auiditatem capiendi totam Italiam modestia, qua omnium Principum qui id malè conceperant, iudicia fefellit.*
176 *Italiæ status unnquam adeo tranquillus, & quietus, quàm cum primum Dominati sunt Austriaci.*
177 *Rex Galliæ, an possit alienare aliquam Ciuitatem Regni Gallici. nu. 178.*
178 *Bald. in c. in generali. si de feud. defunct. declaratur.*
179 *Subditorum quandoque interest non mutare Dominum.*
180 *Regnum Galliæ post Clodouai mortem, & pluries, in partes diuisum.*
181 *Rex Galliæ potest inuestituras facere feudales, & priuilegia concedere. nu. 182.*
183 *Pax inter Carolum Cæsarem, & Franciscum Regem, fuit toti Reipublicæ Christianæ vtilis.*
184 *Publica vtilitas maior attenditur.*
185 *Philippi Pulchri Galliæ Regis actus, quibus Guidonem Dampetram Flandriæ Comitem dolo opprimeret. nu. 186. 187. 190. 191.*
188 *A Flandro Comitatu nulla antiquitus data appellationes, quia est Principatus supremus. nu. 189.*
192 *Flandriam Carolus Quintus Cæsar ab omni nexu superioritatis exemit.*
193 *Regem Catholicum pro Regno Maioricarum, falsò sibi persuasit Carolus de Grassalio, sub esse Regi Galliæ.*
194 *Maiorica Ciuitas suum habet Episcopum, suffraganeum Archiepiscopi Tarraconensis.*
195 *Comitatus Rusciononensis Galliæ subditus non est.*
196 *Italia dicitur sui iuris, non autem prouincia. Comitatus Rusciononis, & Ceredaniæ oppigneratione olim à Gallis detentus.*

CAP. XLVII.

NOn solum apud nostræ professionis authores, sed apud alios quoscunq; communiter probatissimum illud est, Hispaniarum Regem Catholicum, absolutum, liberumq; Domi-
1 num esse, nec idcirco Imperio, alteriuè† humano laico Principi subditum esse. vt voluit Glos. in c. Adrianus. il 2. 63. Distinct. & in c. Et si necesse. de donat. int. vir. & vxot. Glos. 1. in c. 1. in princip. de pac. inter subdit. tenend. vbi dicit, omnes Reges vltramōtanos subditos non esse Imperio. Io. de Turrecremat. in c. In Apibus. 7. q. 1. qui expressim censuit Regem Hispaniarum, non recognoscere Imperatorem. Oldrad. in consil. 69. nu. 9. Panor. post alios. in c. Per venerabilem. nu. 9. 37. Qui fil. sint legitim. & in c. Nouit. sub nu. 16. de Iudic. in c. Quanto. nu. 6. in fin. de iureiurand. Feli. in c. Cum non liceat. sub nu. 13. de præscript. Matth. de Afflict. in d. c. 1. in princip. nu. 1. de pace tenend. Nicol. de Vbald. in tract. de successiõ. ab intestar. parte 1. colum. 28. vers. vltimus modus legitimandi. Andr. Barbat. Sicul. in Addit. ad Bald. in d. c. 1. in princip. in Addition. prima de pace renēd. Ioan. de Imol. in c. Super specula. nu. 3. de priuileg. Gaspar Vallaschus in rep. l. Imperium ff. de iurisd. omn. iudic. Roderic. Sanctius de origin. potestat. Regal. par. 1. col. 5. vers. primo repetimus illud. Io. Lopez. de Donat. int vir. & vxor. in introd. num. 18. Alphonsus Aluarez in Specul. Rom. Pontific. cap. 41. sub versicul. Imprimis igitur. & cap. 63. vers. Præmitto. Didacus de Couar. in Regul. Peccatum. in secunda parte relectiõn. §. 9. in fin. Gabriel Biel in tract. de Mouetis. conclus. 5. Marian. Socin. Nepos in cons. 68. nu. 188. vol. 3. Iosephus Gonzalez variar. quæst. iuris. c. 30. nu. 78. Ludouic. Gomez in §. Fuerat. nu. 5. Instit. de actionib. Glossator in consuetud. Parisiens. in princip. nu. 20. Ioan. de Firmo de Gabell. par. 1. quæst. 5. Cardinal. Alexand. in c. Ius quiritum. 2. distin. Ant. Corset. de potestat. & excellēt. Regia q. 22. Guitel. de Monteferrat. de success. Regū. Dubio 1. col. 8. nu. 40. Lud. Montaltus de reprobat. sententię Pilati. artic. 4. §. 1. in princ. Petr. Belluga in Specul. Princip. Rub. 6. num. 3. rub. 11. §. Ijs igitur. num. 1. 2. & Rub. 14. §. Veniamus per totum. in quibus locis ego dixi in Apostillis. Restaur. Castald. de Imperat. q. 53. nu. 13. cū pluribus seq. Thomas Grammat. in consil. ciuil. 169. Iacob. Menoch. in cons. 2. nu. 102. vol. 1. Ioan. de Imol. & Gemin. in c. Grādi. nu. 10. de supplen. neglig.
2 prælat. Vbi dicūt, Regem† Aragonum liberum esse. & Alphonsus Montaluus in proœm. legum Fori Noui. in verb. Don Alphonso.

Rationem præfati Doctores assignant, præsertim Glos. in dicto c. Adrianus. qa Hispania-
3 rum† Regna ab infidelium manibus eripuerūt. Bald. in l. Ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Roderic. Sanct. de origin. potestat. Regal. parte 1. fol. 57. vers. Tertio acquisita. & in specie inquit Alphonsus de Cartagena Episcopus Burgens. In Anacephaleosi Hispan. Regum. in prologo, vbi ait: Deniq; Romanorum Imperatores, quibus, licet non subsimus, cum Hispani Romanum Imperium, supra se non recognoscant: eruerunt enim, Deo adiuuante, de faucibus infidelium Regnum. de quibus nos fusissimè diximus supra cap. 38. & 39.

Tunc

Tunc verò arbitror, Hispanias, & Gallias, de quibus statim dicam, ab Imperij seruitute liberatas, cum Alaricus Gothorum Rex in Italia existens, prius à Stilicone ibidem frustratus, promittente Honorio sedem ei, vt Gothis in Gallia, tandem mortuus, cũ Vuallia Rege perfectũ fuit, qui fœdus insimul coierunt, ac Vualliæ Hispaniæ Regna concessa, vt cõtra Alanos, & Sueuos, qui illa occupabant, bellum dirigeret: quo facto, Hispanijs libertas ab Imperio data est, vt scribit Paulus Orosius Histor. lib. 7. c. 29. & Ioannes Magnus Archiepisc. Vpsalensis Histor. Gothor. & Suenonum. lib. 15. ca. 15. 16. & 17. vbi in specie inquit: Vnde satis apparet, quantis calamitatibus, & vexationibus opprimebatur inclita natio Hispanorum, ante Gothorum Imperium, sub quo non solum liberata fuit ab omni exterarum gentium incursu, sed in eam amplitudinem, & gloriam ascendit, vt nunc aut præcipua, aut inter præcipuas totius Orbis nationes, meritò existimetur. Nec dissentire videtur Albert. Crantius in Saxonia. lib. 3. c. 3. qui dum meminisset de Honorio Imperatore inquit: Gothi Italiam peruagati, Vrbem Romam capiunt, prouinciæ cæteræ ab exteris occupantur, Galliæ, & Hispaniæ amittuntur, Hæc dicit Crantius, qui Imperatorum acta describens, non aliud dicere voluit, nisi has ab Imperio iam separatas fuisse. Hoc idem latissimè prosequitur Carol. Sigonius de Imper. Occidental. lib. 11. Quæ dicta de Regnis Hispaniæ fuere, idem de Gallia afferunt, illã Romano
4 no Imperio † minimè subijci. dicto ca. Per venerabilem. Qui fil. sint legitim. Latè Cassæn. in Gloria mundi. consil. 27. consid. 30. par. 5. post Oldrad. in d. consil. 69. nu. 1. Carol. de grassalio. Regal. Franc. iur. 1. & 6. Io. Ferrault. de iurib. & Priuil. Regn. Franciæ. Iur. 1. Qui ad satietatẽ. & latius diximus ad Bellug. in Specul. princip. Rub. 11. § His, & Rub. 14. § Veniamus. in verb.

Eodem modo Rex noster, vti Rex Neapolis,
5 & Siciliæ ab Imperio liber† est. Latissimè Andr. de Isern. in Proœm. feudor. nu. 28. & in c. 1. in princ. num. 5. versic. Idem de Rege Siciliæ. de his, qui feud. dar. poss. Marin. Freccia de subfeud. Baron. lib. 1. tit. de Origi. Baron. nu. 35. Iosephus Cumia in Proœm. rituum Siciliæ. nu. 6. Præceptor meus Io. Bolognet. in cons. 2. nu. 10. Matth. de Afflict. in Prælud. Cõst. Regni. q. 1. sub nu. 4. Card. Paris. in cons. 27. nu. 7. 8. 9. vol. 1. Annibal Troysius in proœm. ad Pragmat. Regni. in princip. Iacob. Philipp. Portius in cons. 106. nu. 12. & dum dicimus Siciliam, etiam Neapolim dicimus; sic Regnum appellatur: insulam enim Siciliæ à Sarracenorum manibus ereptam per Northmannos Principes, vt diximus.

Sic etiam, vt cætera omittam, Rex Catholicus, tamq; Rex Indiarum, & noui Orbis, ab
6 omni† temporali dominio liber est. vt testatur Dominicus de Soto de iust. & iur. lib. 4. q. 4. art. 2. & dixi supra. c. 46. dum scripsi de Dominio insularũ Indiarũ, Terræ firmæ, & Maris Oceani.

Multi super hac quæstione, multa dixerunt, volẽtes aliquos Principes ab Imperatoris dominio subtrahere. super qua multa scribit Oldrad. in d. cons. 69. plura etiã Belluga in Spec. princip. Rub. 14. §. Veniamus. Restaur. Castald. de Imperat. q. 4. & 5. Lancellot. Conrad. in tẽpl. iudic. lib. 1. cap. 1. §. 1. in verb. Imperator est Dominus. Super quo ego nunc nihil certi statuo, cum scripserim ad Bellugam in eisdem locis. Et plenè etiam in peculiari cõtrouersia, quam ad Illustris. & Reuerendiss. Domini Cardinalis Vincentij Iustiniani petitionem diffusè dixi: An potestas temporalis mediatè, vel immediatè à Deo dependeat? Quantum tamen ad ea, quæ scripsimus, tractanda in præsenti capite, breuiter pro nunc hæc profero. Catholicũ Regem ab Imperatoris subiectione liberũ esse
7 dijudico, habito respectu† ad Regnũ Hierusalem, ex rationibus supra in præcedenti capite dictis, dum scripsi de Regno Hierusalẽ. Sic etiã quoad acquisitionem noui orbis per proximè ibi dicta. Eodem pacto ob Regnum Neapolis, cum fuerint de patrimonio Romanæ Ecclesiæ, vt statim dicam. Sic pariter de Hispaniarum Regnis, quia absq; Imperatorũ suffragio, proprijs ipsorum bonis, ac sanguine, quæsierunt, illorumq; dominium liberũ pleno iure possederunt. Quæ rationes in alijs non militant, vt ex historiarum lectione apparet. Benè verũ videtur, quòd multa Regna de facto Imperatorem non recognoscunt, vt Regnũ Galliæ. Si autẽ vellent rationibus inniti, friuolæ illæ essent, & dubium esset, an militarent. Galliæ enim Re
8 gna, tunc hoc iure libertatis vsa fuerunt, dum apud illos, per quandam † annorũ seriem, Imperatores aliqui à Carolo Magno subsequuti, illa possederunt. Galli enim, cũ apud ipsos Imperatores haberent, illorũ prærogatiuis, & præsentia non solum lætabantur, sed sui iuris quodammodo se profitebantur, & nõ idcirco Galliæ Regna, dicebantur ab Imperio libera. Non enim idcirco, quia Roma, quia Italia, quia nõnulli Principes in illis habent Papam præsentem, Principes suos stãtes, ideo Romano Pontifici non illa obsequitur, vel subdita est, & ijdẽ Principes nõ idcirco superiori nõ subiacẽt.

Si enim loquimur de Monarchia Romanorum, nulli dubium est, & Hispanias, & Gallias, fuisse populo Romano, eiusq; Reipublicæ subditos, vt qui tantummodo primis labris Historiarum lectionem nouerũt, & in illa diù versati sunt, decernere potuerunt.

Si verò, dum fuit, in vnum Principem translata Imperij Maiestas, nulla tunc Galliæ Regibus ab Imperatoribus Romanis, aut per Pontifices Romanos est exemptio tributa, nulla data libertas, sed tantum Francis: & Carolo † Ma
9 gno, non vti Galliæ Regi, sed vti Imperatori, eius-

eiusdem Romanæ Ecclesiæ, & sic semper loquitur de Carolo, tam text. in cap. Venerabilem. de elect. quàm etiam text. in c. Per uenerabilem. qui fil. sint legit. Iniustũ enim, & irrationabile videretur, Imperatorem alicui humano Principi subditum esse, præterquàm Summo Romano Pontifici, à quo eius dignitas, & potestas immediatè dependet. † vt cõcludit Bar-
10 tol. in extrauag. Ad reprimendum. in verb. Subiecta. Castald. & Conrad. in locis supra allegatis. Dederat enim Ecclesia Romana eidem Carolo in suarum actionum præmium Imperij Maiestatem. Duo igitur vera Axiomata inde eliciuntur. Primum, quòd hi Canones loquuntur in personam Caroli Magni, vti Imperatoris, tunc Gallorum Regis, cui etiam si modo viueret, Pontifex diceret nulli Principi subditũ esse, cum creasset illum Imperatorem. Alterũ, quòd loquuntur de Carolo, vti Francorum Rege, ac de illius persona, qui Franci nõ sunt Gallicani, sed Francones: vt diximus latè suprà c. 4. & voluit August. de Ancon. de potest. Papæ. q. 37. art. 4. Vndè dum apud eosdẽ Gallos perseuerarunt Imperatores per annos circiter cẽtum, & tres, vt alibi tradidimus, quasi existentibus ibi Dominis, ac Imperatoribus, ijdẽ subditi minimè videbantur, cum Imperatores ijs dominarentur. Postquàm verò ab eis ablatum fuit Imperium, & ad Othonem Magnum Saxoniæ Ducem Germanum deductum fuit, & ad
11 eosdem Germanos Principes, † omnia, quæ asserunt, libertatum priuilegia cessauerunt; vt è nostris voluit Cardin. Zabarell. in d. c. Venerabilem. nu. 5. & nouissimè B. Ioannes à Capistrano de potestat. Papæ. par. 2. secundæ partis. vers. Et nota secundum Dominum. & habetur apud Carol. Sigon. de Regn. Italiæ. lib. 6. & 7. & nos diximus ad Bellugam in d. § Veniamus. in verb. Archiepiscopus Moguntinus. Et ideo sine dubio Galliarum Regna sub Imperatorum Romanorũ potestate remanserunt; vt per prius erant, dum eis sui Imperatores dominabãtur, vt cuique intuenti patet. Nam Hungari, & Boe
12 mi, qui nunc † sub Rodulpho II. Augusto, non idcirco sunt ab Imperio liberi.

Quantum verò attinet ad Regna Hispaniarum, cum à tempore Honorij Imperatoris, vt hoc eodem capite diximus, ab Imperio se subduxerint, illaq; per nationes Barbaras, Sarracenos, ac Mauros occupata recuperauerint, dici necesse est, libertate potiri, & in illa de iure, & de facto conseruari. Quò verò ad Regna Hierusalem, & Siciliæ, citra forum, siue Neapolis, cum fuerint Ecclesiæ Romanæ, à qua nostri Reges causam habent, cum ipsa eadem Ecclesia nulli in hoc mundo subiaceat (vt nemo etiam stultus negabit) sic etiam Reges nostri,
13 qui eiusdem † Ecclesiæ personam sustinent, alicui non subiacebunt. Cle. Pastoralis. §. Cæterũ. de re iudic. Restaur. Castald. de Imperat. q. 74. nu. 4. Afflict. in prælud. Feud. sub nu. 17. Quò verò ad Noui Orbis acquisitionem, iam dictũ
14 est, cum noua sit acquisitio, † Imperio penitus ignota, nec alicui Imperatori, vt Imperatori, subdita, sic etiam remanet libera.

Quatenus verò insurgunt aliqui, opponẽtes Regem Catholicum liberum nõ esse, vt qui beneficiarius, ac feudatarius sit, pro Regno Neapolis, Summi Romani Pontificis, atque Ecclesiæ Romanæ. Responsio in promptu est, hoc minimè opponi posse, nec idcirco sequitur argumentum: Est feudatarius Summi Pontificis, ergo subditus Imperatoris. Verum enim esse fa-
15 temur † Regna Neapoli, seu Siciliæ Ecclesiæ Romanæ patrimoniũ fuisse. c. Ad Apostolicæ. de re iud. in 6. Bart. in l. lex 12. Tabularum. nu. 1. ff. ad leg. Iul. Maiest. nec Doctores Regni Neapolitani negant: ità dicit Andr. de Iser. in Prolog. feudor. nu. 28. Afflict. in decis. 77. num. 2. Marin. Freccia. de subfeud. Baron. lib. 1. tit. de offic. Magni Cancellar. nu. 25.

Dum iunior scriberem ad Bellugam in Specul. Principum. Rub. 1. in verb. Siciliæ. Ibi dixi per quorũdam nostrorum Regum abusum, Re-
16 gnum Neapolitanum † appellari etiam Siciliæ, cum antiquitus vna simul cum Brutijs per angustum terræ spatium, esset prius coniuncta insula, ex authoritate Virgilij, Diodori Siculi, Plinij, Tucydidis, Cassiodori, & aliorum, qui asseruerunt Maris impetu segregatam, aut terræmotu. Quod quando id actum fuerit, nullus author tempus huiusmodi casus describit. Et minus probabile est, quod dicit Thom. Facellus rerum sicul. Decade. 1. lib. 1. cap. 2. hoc fuisse diluuij tempore vniuersalis, cum & si possit esse, factum tamen, & cõsideratio diuinationem sapit; cum si fuisset ante diluuium, vel in ipso diluuio, quis author illi reuelasset, cum ante diluuium, nullum præter Moysem, authorem, aut scriptorem habeamus?

Veram tamen in eodem loco non profiteor esse ipsius Facelli opinionem, quòd Regnum Siciliæ dicitur tantummodo de insula ipsius Si
17 ciliæ, † cum per Pontifices, & Reges huius Regni fuerit impositum nomẽ vtriusq; Siciliæ. nã si omnes videantur Græcorum, atque Latinorũ Historiæ, in quibus alicuius partis Regni Neapolis fit mentio, Sicilia fuit pars Regni appellata, licet apud antiquiores, Brutij, Lucani, Peucentij, fuerint nominati, atq; aliæ partes Apulia, Magna Græcia, Samnites, & similia locorũ, eiusdem Regni nomina, atq; Prouinciarum. Vt cũctis igitur de cætero, hæc omnia sint clariora, altius, ac vlterius rem exordiar, distinctèq; procedendum est, quemadmodum Regna Siciliæ, seu Neapolis ad Romanam Ecclesiam peruenere. Cum verò Regnum Neapolitanum nomino, Regnum Siciliæ semper intelligo, cũ sic semper appellatum fuerit, Neapolitanum sortitus modico hinc tempore.

Nulli dubium Regnum Neapolitanum, seu Siculum, florente non solum Romano Imperio, illorumq; Republica, sed ipsis etiam Imperatoribus rerum potientibus, sub eisdem eadẽ
18 Regna fuisse, sicut † totam Italiã, & orbis omnes partes. Labente autem in deterius postmodum eodem Romanorum Imperio, & ex vno Monarchico, bicipiti facto, & quandoque quatripartito, & eorundem Imperatorum authoritas, & dominium diminuta fuere. Diuiserũtque sibi ipsis Imperij Regna, quod plenè † im-
19 pletum fuit tempore Constantij Chlori, & Galerij, quia Galerio Illyricum, Asia, & orientis Regna contingerunt; Constantio vero, Italia, Galliæ, & Aphrica. vt Eutropius testatur rerum Romanar. lib. 11. cap. 1. & 2. Io. Zonaras Annalium lib. 3. Cum vero ad Constantinum Magnum Imperij summa peruenit; Is primum
20 Beato Syluestro † Summo Romano Pontifici, Vrbem Romam, & Italiam, donauit, cuius donationis tenorem inferam, qui talis est.
21 In Nomine Sanctæ, & Indiuiduæ † Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Imperator Cæsar Flauius Constantinus in Christo Iesu, vnico eiusdem Trinitatis Saluatore, Domino, & Deo nostro, fidelis, mitis, beneficus, Alemanicus, Gothicus, Sarmaticus, Germanicus, Britannicus, Hunnicus, Pius, fœlix, victor, ac triumphator semper Augustus, sanctissimo, & Beatissimo Patri Patrum Syluestro Episcopo, & Papæ Magnæ vrbis Romæ, & omnibus Pontificibus eius in Cathedra Beati Petri, vsq; ad consummationem seculi sedentibus. Item omnibus Reuerendissimis, & Religiosis Catholicis Episcopis, huic sacræ, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ per hanc nostram imperialem constitutionem subiectis, Gratia, Pax, Amor, Lætitia, Magnanimitas, Misericordia, ab Omnipotente Deo, & Patre, & Iesu Christo filio eius, & Spiritu sancto cum omnibus vobis. Sequitur narratio miraculorum in eius persona factorum à Beato Syluestro Summo Pontifice, ac nonnulla ad plenum narrantur, quæ omisimus, cum non faciant ad casum nostrum. versus finem sequũtur hæc verba. Vnde ne Pontificalis apex vilescat, sed magis quàm terrenum Regnum ipse dignus, & gloria, & potentia decoretur. Ecce Palatium nostrum, (vt ante dictum est,) & vrbem Romam, & totius Italiæ, & occidentaliũ regionum Prouincias, loca, Ciuitates, sæpenumero prædicto Beatissimo Patri nostro Syluestro Catholico Papæ tradentes, & cedentes, huius, & successoribus eius, Pontificibus, potestati, & iudicio, & per diuinum nostrum Pragmaticum Edictum, decreuimus disponenda, atq; manenda. Vnde cõgruum iudicauimus nostrũ Regnum, & huius gloriam ad Oriẽtales regiones transferre, & in vrbe Byzantio, optimo loco in nostro nomine vrbem ædificantes, illic nostrum Imperium constituere: Vbi Sacerdotũ principatus, & Christianæ Religionis caput à cœlesti Rege est constitutum, non esse iustum, illic potestatem habere terrenum Regem. Hæc igitur per hanc nostram sacram scripturam, & alia Diualia decreta, determinata, & roborata, vsque ad mundi consummationem, illibata, & inconcussa permanere decernimus. Vnde coram viuente Deo, qui nos regnare præcepit, & corã terribili eius iudicio, obtestamur omnes nostros successores Imperatores, vel cunctos optimates, Satrapas, etiam amplissimum Senatum, & vniuersum populum in toto orbe terrarum, nũc, & in posterum, nulli eorum quoquomodo licere, aut confringere, vel in quo quam conuelli. Si quis autem (quod non credimus) in hoc temerator, aut contẽptor extiterit, æternis condẽnationibus subiaceat innodatus, sentiatq; sibi ipsi contrarios sanctos Dei, & Principes Apostolorum Petrum, & Paulum, in infimo inferno cruciandus; deficiatque cum diabolo, & omnibus impijs. Huius autẽ Imperialis decreti paginam, proprijs manibus roborantes, super venerandum Corpus Principis Apostolorum, Beati Petri manibus proprijs imposuimus. Illic Dei Apostolo promittentes, illibata nos hæc omnia conseruare, & nostris successoribus, & Imperatoribus per nostra mandata conseruanda relinquere, & Beato Patri nostro Syluestro, & Catholico Papæ, & per ipsum omnibus eius successoribus Põtificibus, Domino, & Deo, & Saluatore nostro IESV Christo placidè annuente, æternè, & fœliciter his hæc in possessionem futura, Imperiali subscriptione. Diuinitas vos conseruet in multis annis, Sanctissimi, & Beatissimi Patres. Datũ Romæ. 3. Calendas Aprilis, Domino nostro Flauio Constantino Augusto, & Gallicano viris Consulibus, & Clarissimis. Quod non solum ex inserta donatione probatur, sed ex c. Constantinus. 96. dist. Et illam eandem referendo ex omni scriptorũ genere confirmat, ac vltra omnes probat Francisc. Bursat. in cons. 124. per totum vol. 1. quibus adde Francisc. Hotoman. in disputat. feudistica. ca. 8. in fi. Iacob. Menoch. in cons. 149. nu. 39. vol. 2. Rol. à Vall. in cons. 88. num. 29. vol. 1. Hierony. de Monte de finibus regund. c. 11. nu. 11. Paul. Fusc. de visitat. lib. 1. ca. 21. Hieronym. Vlcur. de regimin. mũdi. par. 2. q. 4. Petrus Magdalen. de numer. test. in testamento. par. 1. c. 12. nu. 20. & alios nos induximus ad Bellug. in Specul. princip. Rub. 9. in verb. Beato Syluestro. & hos, atque alios nouissimè referens Petrus Cenedo in Collectan. iuris Canonic. par. 2. collectan. 109. nu. 4. & nouissimè dũ hæc prælo traduntur Petr. Ant. Petra de fideicom. q. 12. num. 296. cuius donationis vigore quæsitũ fuit ius Ecclesiæ Romanæ, eiusq; Summis Pontificibus super eisdem Regnis, vt specialiter de Regno Siciliæ loquitur Eguinar. Baro de benefic. ad Hortens. lib. 2. cap. 1. Mortuo ex inde Constantino

tino, relictis Cōstantino, Constantio, & Constātе filijs, & ex ijs Constanti, cæsit Illyricum, & Italia, & post eius mortem ad Iulianum Apostatam; & demum per successores Orientis Imperatores, eorumq; Exarchos cōtra ius, ac fas administrata fuere, vsq; ad Gothorum, ac Longobardorum aduentum; apud quos longo tempore steterunt, quamdiù in Italia, ac Sicilia versarūt; quousq; ꝓ Imperatore Cōstantinopolitano ob negligentiam defensionis Ecclesiæ Romanæ, vocatus fuit Carolus Magnus, qui superato desiderio Longobardorum Rege, Imperium obtinuit, ac Pontifici reliquit Exarchatū Rauennatem, Pentapolim, Ducatum Romanū, Perusinum, Tuscum, & Campanum, iure Principis sibi retento. Sibi etiam reseruauit Apuliam, & Calabriam: quamquam hæc Regni Neapolitani loca Imperiò Constantinopolitano, vnà cum insula Siciliȩ contigisse, dum fuit inter Carolum, & Eyrenem facta diuisio, voluit Platina in Leon. III. Ludouicus autē Pius
22 Imperator in anno† Domini Nostri Iesu Christi 817. non tā Paschali Primo, & Ecclesiæ Romanæ donauit, quantum donationes antea factas verbis clarioribus confirmauit. Quam refert Carolus Sigonius de Regno Ital. lib. 4. Lōgiori stilo, quam prius retulerat Raphael Volaterranus lib. Geograph. 3. Qui hoc modo, iisque verbis illam refert. In nomine Domini Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus
23 sancti S. Ego Ludouicus Imperator, concedo tibi Beato Petro, Principi Apostolorum, & pro te, Vicario tuo Domino Paschali Sūmo Pōtifici, successoribusq; eius in perpetuum, Ciuitatem Romanam cum sua iurisdictione; omnibusq; circa terris, Ciuitatibus, Portubus, ac Maritimis locis Hetruriæ. In ea denique Mediterranea Vrbem veterem, Balneoregium, Viterbium, Soanam, Populoniam, Rosellas, Perusium, Maturanum, Sutrium, Nepet. Versus Campaniam, Ananiam, Signiam, Ferentinum, Alatrum, Patricum, Frusinonem, cum omnibus circa oppidis, & vicis. Nec non Exarchatum Rauennæ integrum, sicut piæ recordationis Carolus Pater, & item Pipinus Auus noster B. Petro dudum concessere. Videlicet Rauennam, Bouiū, Æmiliam, Forum populi, Forum Liuij, Fauentiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, Adriam, Ceruiam. In Marchia, Pisaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Auximū, Humanam, Esium, Forum sempronij, Feretrum, Vrbinum, Territorium Balnense, Callium, Luceolos, Eugubium. In Campania, Soram, Aquinum, Arpinum, Theanum, Capuam. Patrimonia quoq; ad nostram pertinentia ditionem, Beneuentanum, Salernitanum, Calabriæ interioris, & superioris, ac Neapolitanum. Ducatū insuper Spoletinum, Tuder, Otriculum, Narniam, reliquaq; eius ditionis. Insulas quoque inferi Maris, Corsicam, Sardiniam, Siciliā. Quæ omnia piæ memoriæ Pipinus Auus, deinde Carolus Imperator, genitor noster per Attheriū, & Maynardum Abbates ad hoc spontè missos B. Petro, eiusq; successoribus, scripto concesserunt: Nos item probamus, atq; concedimus. Hanc igitur nostram voluntatem scripto, ac iureiurando firmamus. Et per legatum S. R. E. Theodorū, Domno Paschali misimus; manuq; propria me subscripsi: EGO LVDOVICVS. Quam etiam retulit Francis. Hotoman. in Disputation. feudistica. cap. 8. Ex quibus apparet, Pipinum, & Carolum Magnum antea, & postmodum Ludouicum pium eadem confirmasse, & quatenus opus erat, de nouo concessisse: Hinc ob Principum Auaritiam modici temporis postmodū successu, turbata fortè in eius possessione Romana Ecclesia, his verbis conquæritur Nicolaus I. Magnus appellatus, Sūmus Pontifex, scribens ad Michaelem Imperatorem Cōstantinopolitanum, dum ait: Præterea Calabritanum Patrimonium, & Siculum, quæq; Ecclesiæ nostræ concessa fuerunt, & ea possidenda obtinuit, & disponendo per suos familiares regere studuit, concessionibus reddantur, quoniam irrationabile est, vt Ecclesiastica possessio, vnde luminaria, & concinnationes Ecclesiæ Dei fieri debent, terrena quauis potestate subtrahantur: Sed domui Dei restituta, meritum redditionis multiplicent, & suscipiētis votum spiritalis desiderij lucris exerceatur. Quæ retulit etiam Carolus Sigonius de Regno Italiæ. lib. 5. Cū verò tam Siciliæ, quàm Regni Neapolitani, partes essent à Sarracenis, & ab alijs occupatæ, ob Constantinopolitanorum Imperatorum in curiam, qui dissidijs inter se dimicantes, ac ob itinerum longinquitatē, aliasue causas, desides facti: ea Regna à Sarracenorum tandem manibus per Northmannos fuere recuperata. Inuicto enim marte, ac insigni victoria illos profligarunt, & idcirco Re-
24 gnum Neapolitanū venit† ad Roberti Northmanni potestatem, qui fuit Dux Apuliæ, & Calabriæ, qui habebat inter alios auxiliares Rogerium eius fratrē, qui Bossus fuit appellatus; qui cum in obsidione Regij apud Brutios, miram animi vim, & militiæ actus ostendisset, à Roberto fratre, fuit Comes Mileti, & Scyllaceus factus: Cumq; Robertus illi promisisset, æqua lance diuisuros quicquid iuris acquirerent, tandem Robertus vocatus à Bettumeno Sarraceno, & alijs in insula Siciliæ ad opprimendos eosdem Sarracenos, hoc onus Robertus, Rogerio imposuit, qui illud suscepit; Cūque Messanam prius vrbem cępisset, alacrior factus, insimul cum fratre ad recuperationem totius insulæ omnes vires intenderunt, illamque paulatim inuicto animi robore ab infidelium manibus abstulerunt. Vnde Robertus pro sua sede, sola sibi Panormi Vrbe reseruata, totū insulæ residuum fratri cessit, ac Siciliæ Comitem titu-

titulauit: vt scribit post alios Facellus Histor. Sicul.Decade.1.lib.6. cap.5. Ipse verò sub Ducatus Apuliæ, atque Calabriæ titulo Regnum Neapolitanum sibi seruauit.Et quãquã discordias aliquas habuerit cum quibusdam Roma-
25 nis Pontificibus.& inuestituras eiusdem †Regni obtinuerit ab Anacleto Antipapa, vt dicit Albert.Crantius in Noruegia.lib.4.c.16.Tamẽ antea à Nicolao II. Summo Pontifice eandem
26 inuestituram obtinuerat cum † Ducatus titulo, & honore . vt retulit Pandolphus Collenucius.Histor.Neapol.lib.3. Facell. Histor. Sicul. Decad.2.lib.7.cap.2.Bernardin.Corius Histor. lib.1.Quod Melphi in Apulia factum fuisse memorat Carol.Sigonius de Regno Italiæ. libr.8. & 9. vbi asserit fuisse per Alexandrum II. confirmatum . Qui Robertus Papam , Gregorium
27 † VII. acerrimè defendit à Clemente Antipapa,& ab Henrico Imperatore eius confœderato: vt dicit Baptista Platina in eodem Gregorio. Facell.Histor.Sicul.Decade.2 lib.7. cap.2. Mortuis verò Gregorio Pontifice, & Roberto Guiscardo Duce,relictis duobus filijs Boemundo, & Rogerio,quorũ hic vltimus,ille primus, vt dicit Collenuc.lib.3. absente primo, Rogerius vltimus Ducatum occupauit, quos tãdem dissentientes , Vrbanus II. Melphi accedens , concordes fecit,ac Statum,Ducatumq; confirmauit. In Comitatu verò Siciliæ Rogerius Bossij filius perseuerabat,Roberti ex fratre Rogerio Bosso,Nepos,ad quem postmodum,& Apuliæ Ducatus peruenit , quia mortuo Rogerio Roberti filio,res ad Gulielmum filium accessit, cui Ducatus fuit confirmatus à Calisto II. vt per Tho.Facell.Histor.Sicul. Decade.2.libr.7. cap.3.Hoc demum iter faciente Constantinopolim versus, Alexij Comneni Imperatoris filiæ nupturo, dum reuersus est , Rogerius Siciliæ Comes Regnum inuaserat, atq; occupauerat,etiam ex priuilegio eiusdem Vrbani II. & Calisti II, (qua ex causa,alibi forsitan primus proferam.) Acquisito itaque vtriusque Regni per Rogerium Comitem,Dominio,rerum fœlici successu,factuq; eleuatus,Comitatus Siciliæ, Ducatusq; Apuliæ, & Calabriæ non amplius titulũ sustinuit,sed vltro se Regis titulo insigniuit . Hoc ægrè tulerunt idem Calistus , & post eũ Honorius II. Qui tandem eidem Rogerio præfatorum dominiorum omnium inuestiturã confirmauit, & hoc idem Innocẽtius II. sequutus est.Titulum verò Regium iam prius habuerat ab Anacleto Antipapa, tempore eiusdẽ Innocentij II. creato : vt dicit Platina in eodem Innocentio II. Facell. vbi supra Decade.2. lib. 7.cap.3. Collenucius lib.3.vbi ait,eundem Regium titulum à Cœlestino II.vel Lucio II. confirmatum: & idem longa serie postmodum seruatum fuit, vt amplissimè scripsi supra c 46. & etiam modo seruatur. Sed ab Innocentio Secũdo eundem Regium titulum cõfirmatum fuisse eidem Rogerio, scribit Carolus Sigonius de Regno Italiæ. lib.11.

Census Annuus,Ecclesiæ Romanę pro Regno promissus , vsq; ad Fridericum Imperatorem
28 † fuit mille Fartorum,vt in dicto c.Ad Apostolicæ. de re iudic. in 6.quæ est species Monetarum,cuius rationem huc vsq; rectam habere nequiui. Quia mille Squifatorum,dicit Sigonius de Regno Italię.lib.15.vt sexcenti Squifati pro Apulia,& quadringenti pro Marchia tribuerentur . Sic etiam dicimus de alia monetæ specie, quam Sarraceni, appellant. vt in capit.2. extr. de confess. & de Moneta Tarinorum. habetur in c. Ad nostram de empt & vẽd.Hæc enim nomina ad placitum ponuntur,prout Principibus, Rebus publicis,& alijs Dominis facientibus videtur; prout regionum consuetudo etiã, ac patriarum vsus seruare consueuit. Vnde ex illo textu certificari non possumus, ad quam summam quantitas census asceuderet, lector quispiam si sciet addat.

Tempore verò, quo Carolus I. Comes Andegauensis,& Prouinciæ fuit ab Vrbano IV.Pontifice vocatus , ac postmodum à Clemente IV.
29 fuit alia diuersa † quantitas pro censu stabilita. Nam Pandolphus Collenucius.Histor.Neapol.lib.4. dicit ab eis fuisse statutum censum, ducatorum Annuorum quadraginta octo mille.Quibus concinit illorum opinio,qui censuerunt, quòd dum Iulius II. Pontifex fecit inuestituram Ferdinando Regi Catholico,Philippi Regis nunc Regnantis Proauo materno , promissum, stabilitumq; fuisse censum annuum,Ecclesiæ Romanæ soluendum,vnciarum octo mille,qui iuxta Regni Neapolitani vsum,ad rationem aureorum sex pro vntia , facerent summã ducatorum quadraginta octo mille: vt factum fuisse refert Bodinus de Republ. lib.1.c.9. Sed communis scriptorum traditio, est,quòd census fuerit ducatorum annuorum quadraginta
30 milliũ:†Sic enim dicit Baptista Platina in Clement. IV. Hac cõditione,vt Carolus Sacramento adactus , quotannis feudi nomine quadraginta millia nummum Aureorum Ecclesiæ Romanæ persolueret.Quod firmarunt etiam Paul. Æmil.in Diuo Ludouico.Ioan.Baptista Carrafa Histor. Neapol.lib.4. Thom. Facell. Histor. Sicul. Decad.2.lib.8. c. 3. Mambrinus Roseus Historiar.par.3. lib.2. Michael Ritius de Regibus Siciliæ. lib.2. in fin. nouissimè Ianus Iuuenis de Tarentin. Histor. lib.7. cap.3.& Stephanus Forcatulus de Gallor. Imperio. lib.2. Hodie vero solutio census annui pro eisdem Re-
31 gnis, est ducatorum septem mille , † vt patet ex libris Regiæ Cameræ Summariæ, & sic mihi
32 pluries oretenus † confirmauit Regens Ferdinandus Fornarius I. C. celeberrimus Collateralis Consiliarius, & Magni Camerarij locũtenens,& per Leonem Decimum Summi Pontificem fuit redactus census ad ducatos septẽ

mille,

mille, & vna Chinea, vt dicit Mambrin. in dicta Histor. lib. 1. par. 3.

Non sequitur idcirco conclusio, Rex est vectigalis Summi Pontificis, ergo est subditus Imperatori Non enim tenet huius argumenti cõ-
33 sequentia. Si Rex † aliquis insuper ab alio Regnum teneret in feudum, Rex tamen est supremus Dominus, quoad totum Regnum, & omnes alios ibidem existentes: vt scribit Bal. in procem. digestor. nu. 11. & in l. 1. C. vnd. legit. in fin. Vbi in specie inquit: Est argumentum, quòd singularia feuda, quæ sunt in Regno Apuliæ, sint de Dominio Regis, licet maior ipsa vni-
34 uersitas, scilicet totum † Regnum sit feudale Ecclesiæ. Et ità tenuerũt antiqui Doctores Regni, & optimè; inter quos credo, quòd Bald. voluit allegare And. de Isern. in cap. 1. §. Præterea si inter duos. nu. 15. de prohibit. feud. alien. per Fed. vbi dicit: Censeri inuestitos Reges de regnis eo modo, quo erant apud Ecclesiam, & Pontifices, vt quicquid iuris in illis habebant, & ipsis datum, & concessum censeretur. l. Emptor. C. de Hæred. actio. vend. Maximè dum in concessione, vel infeudatione, aliqua sunt re-
35 seruata, quia cætera † concessa intelliguntur. l. Nam quod liquidè. ff. de Penu legat. Cum ergo, solo censu, & Ciuitate Beneuentana reseruatis, concessio facta extiterit, vtique omnia alia concessa videntur, vt postmodum dicam. Nec idcirco supremus Rex, censebitur alicui temporali Domino subditus: Ideoq; Ecclesiam Romanam, eiusque pro tempore Summos Pontifices, particularium Feudorum, puta Ciuitatum, oppidorum, & Castrorum, Dominus minimè interim censeri: Absurdum enim sequeretur Regem inuestitum, alijs infeudare Dominis, vel Principibus minimè posse; & sic inuestitura ei facta, esset inutilis, & infructuosa: cuius contrarium patet de iure verum esse. Agit enim Rex omnia, vt verus Regni Dominus, in-
36 feudat, reuocat, † & concedit excadentias, & de Domanijs, & allodijs, vt sibi videtur, disponit, & ita seruandum est. l. Minimè. l. De interpretatione. ff. de legib. & voluit Andr. de Isern. in Prologo Const. Regni col. fi. vbi dicit, ad hoc facere text. in d. c. Ad Apostolicæ. de re iud. in 6. vbi Papa cancellat omnes concessiones, & innestituras factas à Friderico Imperatore post depositionem. Ergo ante depositionem non negat sibi licuisse. Vnde omnibus eorundem Regnorum Regibus licet, licuitque
37 disponere de omnibus Feudis † particularibus, vt comprobat Sigismund. Loffred. in consil. 4. num. 1 Habet enim, vt concluditiuè loquar, Ecclesia Romana generale, directum Regni dominium, cum Rex sit Feudatarius, vtile dominium retinens, quoad totum Regnum. Directum verò, habet idem Rex, quoad concessio-
38 nes, & subinfeudationes, † quas facit Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Baronibus: & ita hæ opiniones cõciliantur, ne videantur inuicem aduersari. arg. d. l. 1. C. vnd. legit. voluit Matth. de Afflict. in prælud. Const. Regni. q. 22. quem sequitur Ioan. Anton. de Nigris in prælud. Capitulor. Regni. nu. 11. Vnde vltimo loco, ad nihil aliud teneri Regem, nisi ad præstandum annuum censum ecclesiæ Romanæ, voluit Marin. Freccia de subfeud. Baron. lib. 1. titul. de antiquo statu Regni. num. 58. vbi dicit, ipsum vidisse plurium Regum Regni, inuestituras, & ab omni, & quocunq; alio, esse liberum, & exemptum, dicit nouissimè Ioan. Vincent. de Anna in Rep. Const. Constitutionem diuæ memoriæ. nu. 7.

Nec debet insuper obesse Regi Catholico, quòd Regnum Siciliæ, seu Neapolis habeat à Summo Põtifice: quia cum Summus Pontifex, nullum habeat in terreno orbe, à quo, dignitate, præeminentia, & authoritate superetur; vt hoc minimè ambigi posse dijudico, esset enim intellectus sanitate carere; sequitur eò magis Principibus alijs præstare, qui ab alio terreno, quouis Principe, statum, vel Dominiũ habent, dum Rex noster à Papa causam habere digno-
39 scatur, & sic à † digniori. §. Eos autẽ. vers. Cuncti enim. Auct. vt iudic. sine quoq. suffrag. Maius enim, efficaciusque donum est, quod à maiori habetur. l. Restituendæ. in fin. C. de aduoc. diuers. iudic. ibi. Nam qui nobis digni iudicati sunt, ij multò magis in anterioribus quoq; sunt adiuuandi. vbi glos. dicit. Maiorem honorem
40 deberi ijs, qui electi sunt ab Imperatore ad † dignitatem aliquam, quàm ijs, qui ad eandem dignitatem ab alijs inferioribus electi sunt l fin. ff. de Albo scribend. facit tex. in c. Filium verum 1. q. 1. c. Dominus noster 93. distinct. vbi etiam glos. & habetur. in c. Per tuas. de Maior. & obed. Specul. in tit. de citation. §. Iam de citatione. nu. 12. vers. Porro. Martin. Laudens. de dignitat. §. 32. Hinc Doctor creatus à Papa, vel Imperatore, præcedit alios ab inferioribus
41 † creatos. idem Laudens. in dicto tract. §. 16. Iacob. Philipp. Portius in consil. 167. num. 77. Vnde in controuersia maxima dixit; Ducem Ferrariæ præcedere Ducem Florentiæ, quòd ille sit inuestitus à Papa. M. Anton. Nat. in cons. 638. nu. 21. vol. 3. & in eadem facti specie idem Portius in dicto cons. 167. num. 73. 77. vbi inquit, vassallum Sũmi Pontificis præcedere vassallum Cæsaris. Vnde illi, qui habent inuestituras à Summo Pontifice, vel Imperatore concedentibus, sunt Principes supremi, solo supremo recognitionis iure cõcedentibus remanẽ-
42 te. † vt de Duce Mediolani, Ferrariæ, Mantuæ, & Vrbini, loquitur Io. Iacob. de Leonardis. in cons. 117. inter cõsil. Albert. Bruni. quem sequitur Iacob. Menoch. in cons. 92. nu. 32. vol. 1.

Subesse autem Summo Pontifici, atque illius Ecclesiæ apud Christianos, summa libertas est. Nec enim nouũ est, vel incõgruũ Sũmo Põtificĩ Ro-

Romano, Imperatores, Reges, Principesque
quoslibet subijci, illiq; obedientiã, reuerentiã,
ac subiectionẽ habere oportere. Nec ea iniu-
ria videbitur Secularibus, Principib⁹, dicẽte Ie
remia.cap.1. Ego constitui te super gentes, &
Regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, &
dissipes, & ædifices, & plantes. Et iterũ Ierem.
cap.18. Repente loquar aduersus gentem, &
aduersus Regnum, vt eradicem, & destruam, &
disperdam illud. Christo enim à Deo Cęlestis,
43 atque terreni Imperij claues † traditæ sunt, dũ
dicit Matth.c.28. Data est mihi omnis potestas
in cęlo, & in terra. & Io.cap.17. Sicuti dedisti
ei potestatem omnis Carnis. Vnde idem Chri-
stus prius dixit Simoni filio Ioannis: vt habe-
tur Io.ca.1. Vocaberis Cephas, quasi omnium
caput: & habetur Matth.cap.16. Marci c.3. Lu-
cæ cap.14. Petra autem erat Christus: vt dicit
Paul.1.Corinth. cap.10. Cui Petro, cum omni-
modam potestatem reliquerit, sequitur omnẽ
44 potestatem spiritualem, ac temporalem † illi
subiecisse: vt quandoque diximus ad Bellug.
in Specul.Principum.Rub.6.in verb. A cœlesti
maiestate: & in extrauag.Super gentes.de cõ-
suet. in cõmunib. Ex quo sequitur Summũ Ro-
manum Pontificẽ habere primatũ in Imperato
res, Reges, & alios mũdi Principes. Inde Israe-
litæ à Samuele Sacerdote, ac Propheta, Christũ
ejusq; Vicarium repręsentante, petierunt; Da
nobis Regem: vt patet lib.1.Reg.c.8. Deus etiã
proiecit Saul, ne esset Rex super Israel, & à Sa-
muele vngere fecit Dauid in Regem: vt habe-
tur 1.Reg.cap.15.& 16. Hinc Dominus dixerat
Moysi Exodi c.7. Ego constitui te Deum Pha-
raonis. Nam, & Dauid, qui Typus Christi, &
Pontificum extitit, dictum fuit. . . . Firma-
bo Regnum tuũ, & vniuersus populus seruiet
tibi. Dabat autem Deus Omnipotens, vt acci-
pientis fieret.l.Vbi.§.fin.ff.de verb. oblig.§.Sic
itaque. Instit. de actionib. Et idcirco dicitur
45 Papam esse † super Regna, idest super illorum
Principes: vt in d.c.Ad Apostolicæ.§.Nos ita-
que. Et super Imperatorẽ, & omnes Reges ter-
ræ: vt in cap.Nouit.de iudic. c.Per venerabilẽ.
§.Rationibus.§.Sunt autem. qui fil. sunt legit.
46 Hinc Imperatores à Summo Pontifice † coro-
nantur.c.Venerabilem. vbi Hostiens. Io.Andr.
& Panor.nu.6.de elect. & habetur in cap. 1. in
princip. tit. de statut. & consuetud. contr.lib.
eccles. Augustin. de Ancon. de potestat. Papæ
q.38.articul.3.& post antiquiores alios, volne-
runt Restaur. Castald. de Imper. q.25. & q.32.
Lancellot. Cõrad.in templo iudic.lib.1.cap.1.
q.2. cum duabus seq. Vnde Lotharius Impe-
rator Romæ in Lateranensi Palatio, est in pi-
47 cturã relatus ab Innocentio II. Romano † Pon-
tifice coronam accipiens, cum inscriptione
horum versiculorum.

Rex venit, ante fores, iurans prius Vrbis honores
Post homo fit Papa, sumit, quo dante coronam.

De quo Platina in eodem Innocẽtio. meminit
Radeuicus Histor.lib.1.c.9.& 10. Carol.Sigo-
nius de Regno Italiæ. lib.11.& è nostris Hoto-
man.in disputat.Feudistic.cap.8. Fridericus I.
similiter coronam Imperij accepit ab Adriano
48 IV. † Summo Pontifice. Io. Auentinus Histor.
lib.6. Restaurus Castald. de Imperator. q.33.
num.11. Platina in Adrian.4. Sic antea Carolus
49 Magnus à Leone III. † Ludouicus Pius, & Her
50 mingarda vxor à Stephano † IV. Ludouicus al-
51 ter Lotharij filius † à Sergio II. & iterum ab
52 Adriano II. Carolus Caluus à Ioanne † VIII.
Carolus Crassus ab eodem. Vido à Stephano
53 V. † Lambertus à Formoso. † Ludouicus III. à
54 Benedicto IV. † Berẽgarius à Ioanne Decimo.
55 † Otho Magnus à Ioanne Duodecimo. Otho
III. à Gregorio V. Henricus I. à Benedicto
VIII. Henricus II. & Agneta coniux à Clemen-
te II. Henricus IV. à Paschale II. & sic dein-
ceps alij, vsq; ad Carolum Quintum Austrium,
qui coronatus fuit à Clemente VII. in anno
1530. in Ciuitate Bononiæ. Restaurus Castal-
dus de Imperatore q.15.nu.7.
Sic Imperium transfert Romanus Pontifex
57 de gente in gentem. † Hinc requisitis à Sum-
mo Pontifice Constantino, & Leone Imperato
ribus Constantinopolitanis, vt Ecclesiam Ro-
manam, & eius statum Ecclesiasticum contra
Longobardos, atq; quosdam hæreticos tueren
tur, idq; facere negligentibus; ab Oriente in
Occidentem Imperiũ translatum fuit ad Fran-
58 cos, seu † Germanos in personis Pipini, & Ca-
roli Magni, vt latè dixi ad Bellugam in Specul.
princip.Rub.14.§.Veniamus.in verb. Archiepi
scopus Moguntinus. Ius etiã eligendi Roma-
num Imperatorem Germanis Principibus fuit
ab Ecclesia tributum. Innocentius III. in c.Ve-
nerabilem.de elect.& dixi ad Bellugam vbi su-
pra. Quibus in locis dicitur ad eundem Ro-
59 manum † Pontificem spectare ius examinan-
di personam electam in Regem Romanorum,
promouendam postmodum ad culmen, & fa-
stigium Imperij, qui eum iniungit, consecrat, &
coronat, vt ibidem patet. Hoc latè prosequitur
Aluarus Pelagius de Planctu Ecclesiæ. lib. 1.
cap.41. vbi reddit causas plures, quare ad Ger
60 manos Principes fuit translata, & cõcessa † eli-
gẽdi potestas, præsertim dicit: Pipinum, & Ca-
rolum Magnum ex Germanorum gente fuisse,
qui Ecclesiam à Longobardorum, & aliorum
oppressionibus tunc tutati sunt, & ex Franco-
nibus editum. Iacobus Vuempheling us Rer.
Germanicar.c.9.& 10. diximus nos supra c.4.
Ipse autem Summus Põtifex ex causa Impera-
61 torẽ deponit † c.2.de re iudicat. in 6. Hoc etiã
facit in Regibus, ac Regnis. vt voluit Augustin.
Berous in consil.147.num.22.vol.3. Hinc Chil-
perico, vel, vt alij vocant Childerico Zacha-
rias Summus Pontifex Galliæ Regnum eri-
62 puit, coque demum † vita interim sublato,

Stephanus Secundus Summus, & ipse Pōtifex, Galliæ Regnum, Pipino Martelli filio tribuit, eodem Chilperico in Monasterium detruso,ac gente,& familia Pharamundi ibidem cessante. vt est author idem Aluarus vbi supra in dicto cap.41. Quam Historiam in Pipino Paulus Aemilius recitauit.& Gelasius Pōtifex in c. Alius 15. q. 6. Sigebertus sub anno 750. Aymoinus lib.4. cap.61. Ado Viennensis. Aetate 6. Ottho Phrisingensis.lib.5.cap.23.Bernard.Saccus Histor.Ticinens.lib.10.in præfat.Michael Ritius. de Regib.Galliæ.Similiter,aqua,& igni, ac di-
63 ris affecit Philippum † primum Galliæ Regem Vrbanus II. vel vt alij dicūt,Paschalis II. quòd cum Bertam Balduini, Hollandiæ Comitis filiam,vxorem duxisset,ex qua filios susceperat, Ludouicum Crassum,& Constantiam,eam non repudiarat solum, sed Montrolium oppidum Maritimum ablegauerat,super inducta Bertrada pellice, cuius libidine, atq; arbitrio cuncta administrabat, ac omnia Gallici Regni negotia peragebat: vt sunt testes Paulus Aemilius lib. 3. in Philippo I. Michael Ritius de Regibus Galliæ lib.2.Ioan. Tilius in Chronico Galliæ. anno 1086. Hinc Pontifex Regi Hungariæ comminatur, si votum Hierosolymitanum non adimpleat, ipsum nō modo excommunicationi subiecturum, sed etiam Regno iure primo-
64 geniture priuaturum. † c.licet.de voto. cuius textus intuitu dicitur, Regē priuari posse per Pontificem, aut alium superiorem ex causa, in Regnis, in qbus proceditur per successionem,
65 non per electionem,† vt dicit Innoc.in c.Grandi.de supplend. neglig. prælat. Eandem potestatem Pontifex exercet in Regnis Angliæ, &
66 †Hyberniæ, per ea, quæ supra c.46. latè diximus, dum de Regno Angliæ loquuti fuimus.
67 Hinc Pius V.† Pōtifex Maximus,Elizabetham Angliæ Reginam,quòd Ioannis Caluini, aliorumq; Hæreticorum ab Ecclesia damnatorum, pestiferas sectas sequeretur, diris execratus est,eiusq; Regnū occupanti permisit,per suam Constitutionem incip.Regnans in excelsis. factam in anno 1569.Quod antea quodammodo cōditionaliter factum fuerat à Paulo III. Summo Pontifice in anno 1535.dum citauit Henricum VIII. Angliæ Regem,excommunicauit,ac Regno priuauit, ac subditos ab eius obedientia absoluit. Quod plenius postmodum in anno 1538.per eundem Pontificem confirmatum fuit. vt plenè tradidit Nicolaus Sander. de Schismat. Anglican. lib. 1. Tacitè autem per Summos Romanos Pontifices, quadam conniuentia recessum fuerat à priuatione pro fidei Christianæ zelo, vt restitueretur Christianus cultus, vt postmodum Henrico mortuo,relicta Maria, fides Christiana est dilatata, & restitutus Insulæ Iesu Christi cultus, cooperantibus
68 Philippo ipso Austrio Rege Catholico, † & Maria coniugibus. Vrbanus quoq; Sextus Pontifex,Carolum Hūgariæ Regem. Iulius II. Ioan-
69 nem Allebretum Regem † Nauarræ priuauit. vt supra cap.præcedenti retulimus, dum de Regno Nauarræ egimus, & scribit Alphonsus Aluarez in Specul.Rom.Pontificis. c.16. Martin. Nauar.de Finib.humanor.actuum.in fi. de quo etiā scripsi supra.c.46.vbi egi de Regno Nauarræ,&dixi quodāmodo Doctorē Nauarrū luctare cū laruis. Ità de Regno Scotiæ inquit Polydorus Virgilius.lib.17.Bonifacius interea Pontifex à Scotis præterea fatigatus, interdixit Eduardo Regi, ne amplius posthac Scotos bello vexaret, quod id Regnum antea in Romani Pontificis fidem, & potestatē à Scotis ipsis permissum fuisset: & ideo asseuerabat, sibi soli in-
70 tegrum esse,cuicumq; † liberet, dare,aut auferre. Sic de Regno Poloniæ scribit Albert.Crantius in Vuandalia.lib.8. c.2. Lakoldus autem à Pontifice Rex nominatus,& consecratus, vt videretur ecclesiæ gratus, omne Regnum fecit B.Petro tributariū,vt per singula quotannis capita soluatur numus vnus,q appellatur S.Petri: Quò verò ad Imperatores à Pōtificibus depositos, insigne patet exēplū Henrici III. Impe-
71 ratoris,† quē Gregorius VII. Sūmus Pontifex cū tali sententia deposuit. Audi me Princeps Apostolorum Petre, tu mihi, Beatusq; Paulus,
72 † optimi,pter cęteros,testes esse potestis,me inuitū ad sāctę tuæ ecclesię gubernacula esse protractū, ob eā rē mihi persuadeo,tibi placere,vt ego populo Christiano, tibi præcipuè à Deo commisso,præsim,ac summam ligandi, atq; soluendi in Cœlo,& in terra potestatē obtineam, tibi præcipuè à Christo Dn̄o nostro delatam. Hac igitur fiducia nixus, pro Ecclesiæ tuæ honore,ex parte omnipotētis Dei,Patris,& Filij, & Spiritus sancti,iure authoritatis tuæ,Hērico Regi, Henrici Imperatoris filio, qui aduersus tuam Ecclesiā inaudita superbia insurrexit, toto Regno Germaniæ,atque Italiæ interdico,& omnes Christianos vinculo sacramenti, quo se illi obstrinxerūt,exsoluo. Et ne quisq̄ ei,vt Regi, obtemperet,veto.Æquū est enim,vt qui studet honorem Ecclesiæ tuæ minuere,ipse honore dispolietur,quē videtur habere. Et quoniā, vt Christianū decet,authoritati meę nō paruit, neq; ad Deū reuertit,quē reliquit, abstentorū consuetudine vtens,ac salutaria mea præcepta despiciēs,atq; Ecclesiam tuā tentans scindere, oīno se ab eius corpore separauit:ob eā rē tuo noīe vinculo Anathematis ipsum alligo,vt Gētes sentiant,ꝙ tu es Petrus,& super tuā Petrā, filius Dei ædificauit Ecclesiā suā, & portæ inferi nō præualebunt aduersus eā. Qđ Decretū retulit Carolus Sigonius de Regno Italiæ.li.9. Licet sub alia forma reperiatur apud Platinam in eodē Greg. VII. Hinc Germani Principes, mādāte Pōtifice, illū Imperialib. insignib. denudarūt,& demū miserè mortuū, insepultum, Pontifice vetante, per quinquennium in quadam

dam

dam cella deſerta tenuere. Et nō ſolum à Gregorio, ſed alijs ſucceſſoribus, fuerat Anathematis vinculo innodatus: de quo ſcribit Iacobus Vuimphelingus Rerum Germanic. c. 28. & antè eum Albert. Crantius in Metropoli. lib. 5. c. 20. cum pluribus ſeq. & in Saxonia lib. 5. c. 20. vbi
73 plenius. Eodem modo † Alexander III. Fridericum amouit, Innocentius III. Othonem, Gregorius IX. & Innocentius IV. Fridericum II. Ioannes XXII. & Clemens VI. Ludouicum Bauarum, vt traditum eſt in dicto c. Ad Apoſtolicæ. & poſt alios ſcribit Albertus Pighius Hollandus de Eccleſiaſtica Hierarchia. cap. 14.
74 Sic non ità pridem fecit Sixtus Quintus † in Henricum Principem Condenſem. Omnes autem Principes optimi Summo Pontifici colla
75 † ſubigere non ſunt veriti. Henricus IV. Imperator Gregorio VII. Lucchinus Vicecomes Dux Mediolani Benedicto XI. Philippinus Gonzaga pro Dño Mantuę, Martinus de Scala pro Dño Veronæ, ac Vicentiæ, Albertinus pro Dño Regij, Carrarienſes pro Dño Patauij. de quibus, & alijs multis Antonius Polus in Lucidario Papæ. lib. 1. Aymoinus. lib. 4. c. 61. Crantius in Noruegia. lib. 4. c. 16. Rodericus Sāctius Zamorenſis de origine Principatus. lib. 1. verſicul. Demum de iure diuino. D. Thom. de Aquino de regimin. Principum. lib. 3. c. 10. & lib. 2. ſentent. diſt. vlt. in fi. Thom. de Vio de Author. Pap. q. 12. & 64. Lancellot. Conrad. in templo omn. iudic. lib. 2. c. 1. §. 4. in verb. Pontificis præſtantia. Ioan. de Capiſtran. de poteſtat. Papæ. lib. 1. parte 1. in princip. & nouiſſimè Ioſephus Stephanus de adorat. Pedum Pontificis. cap. 7. & 8. Quàm optimè Theodoſius Imperator D.
76 Ambroſio, non Summo † Pontifici, ſed Mediolanenſium Archiepiſcopo obedientiam præſtitit, cum prius ante eius faciem Eccleſiæ fores occluſerit, nec ingredi fecerit templū, donec non feciſſet diſpoſitionem. l. Si vindicari. C. de Pœnis. Summum verò humilitatis, iuſtitiæ, & modeſtiæ exemplum omni æuo memo-
77 rabile, Conſtantinus † Magnus Imperator exhibuit; dum in Sacratiſsimo Oecumenico Niceno Concilio intereſſet: non enim ibidem ſedit, niſi prius de eorundem Epiſcoporum licentia ſibi locus aſſignaretur, ſedemque minorem, & inferiori loco poſitam voluit. Cui cum traditi à Concilio libelli eſſent; in quibus, de cauſis, quæ inter eoſdem erant, agebatur; vt idem Imperator, tamquàm ſupremus Iudex, & Arbiter illas iudicaret; à Spiritu ſancto edoctus, ea verba protulit, quæ Principum Temporalium omnium cordibus deberent affigi: DEVS (inquit) vos conſtituit Sacer-
78 dotes, † quibus, & poteſtatem dedit, de nobis quoque iudicandi, & ideò nos à vobis rectè iudicamur, vos autem iudicari ab hominibus non poteſtis. Propter quod Dei ſolius inter vos expectate iudicium, vt & veſtra iurgia, quæcunq; ſunt, ad illud diuinum referuentur examen. Vos enim nobis à Deo dati eſtis Dij: conueniens non eſt, vt homo iudicet Deos, ſed ille ſolus, de quo ſcriptum eſt; Deus ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat (vt Dauid Pſal. 82.) De quo Theodoritus Hiſtor. Eccleſiaſti. lib. 1. cap. 11. Sozomen. in Hiſtor. Eccleſiaſtic. lib. 1. cap. 17. Ruffin. lib. 1. cap. 17. ac nouiſſimè Ludouic. Mayorana in Clypeo Militantis Eccleſiæ. lib. 3. capit. 23. Hunc tamen imitatus minimè fuit Philippus Pulcher Rex Galliæ, quē aſſerunt Bonifacio VIII. Pon-
79 tifici Maximo † ſcripſiſſe ipſum in temporalibus alicui non ſubeſſe. Cui Pontifex reſpōdit. Deū time, & mandata eius obſerua: ſcire te volumus, ꝙ in ſpiritualibus, & temporalibus, nobis ſubes: vt referunt Nicolaus Gillius Hiſtoricus Gall. & author Chronicorū Britanniæ Armoricæ. lib. 4. cap. 14. Ideoq; ab eodem Pontifice eſt excōmunicatus, & declaratū Regnū Galliæ Imperio ſubdītū, & Eccleſiæ: vt dixi ad Bellugam in Specul. princip. Rub. 11. §. His igitur. in verb. Non recognoſcentis: vnde miſerabili
80 † tandē morte occubuit, de qua melius eſt audire ſcribentē, q̄ aliquid dicere, Iacobum Meyerum, qui Annalium Flandriæ. lib. 11. in anno 1314. ità ſcribit. 3. Calend. Decembris Pulcher Rex aprum in Sylua Vaſtinienſi dum ardentius inſequitur, equus eius, ità grauiter à beſtia feritur, vt in pedes anteriores cadens, Regē in terrā à ſuis elongatū, effunderet, hęrenteq; altero pede eius in ſtapeda ꝑ longū traheret, laceraretq; adeo, vt tandē ſemianimis inuectus, & ad fontē Belial dū relatus, ſtatim ſpiritū exalarit. Sed hoc Galli in hiſtorijs ſuis prætereunt. Cæterū alij memorant, & Boccatius lib. 9. de caſibus meminit hoc modo. Erat inter alios ab Apro deiectus, inter opaca nemorū Francorū Rex, tā exitū ſuum, q̄ damna, atque dedecora à Flandrēſibus ſuſcepta deplorans; Et cū eo tres pariter filij execrantes immaturas mortes, & vxorū adulteria incidebāt. Hæc Boccatius. Ità Pulcher, qui tot author fuerat mortium, in miſerū, & ipſe tandē incidit fatū. Nec ſemen eius ſuper terram longeuū erat. Nulla eius filijs regnandi fęlicitas: oēs ante diē breui poſt, abſq; vlla virili ſobole aſſumpti ſunt; vt manifeſti Numinis ira, ceu tacti videātur de cęlo, propterea ꝙ non modo in ſummi Sacerdotis Bonifacij,
81 ſed etiā in ſummi † Principis Henrici, eminentiſsimi viri, mortem tam turpiter conſpiraſſet. Philippā innocentiſsimā Flandriæ virginē ſuā Anagonam, omneſq; eius neceſſarios tātis affeciſſet iniurijs. Romam, Italiamq;, ſumma ſacerdotali dignitate in morē ſchiſmaticū ſpoliaſſet. In Galliamq; niſus eſſet trāsferre, & Imperialē apicem. Templarios oēs promiſcuè abſq; vllo diſcrimine necaſſet, cū certū eſſet, multos fuiſſe inſontes. Populū nouis vectigalibus, & iniuſtis exactionibus, abſq; aliquo Regū exēplo

oppressisset. Litibus, rixis, calũnijs, totã Galliã per suum nouũ Parlamentũ replesset. Ad hæc ꝙ summi Sacerdotis censuras, & fulmina nihil æstimasset, quarum tamen rerum contemptum, nullo non seculo, grauiter à numine punitum constat. Hæc Meyerus, & alia longius prosequitur. A Pontificum itaque gremio se eximere,
82 †semper fuit inexpiabile. Hinc Accursius in c. 1. in verb. Imperio. de pac. iuram. firmand. dicit Regem Galliæ esse Imperio subditũ. Quod nec ibi negauit Bal. nu. 1. vbi dicit, de facto tñ subiectionem non obseruare, & ideo peccare
83 nõ faciẽdo, qđ† de iure tenetur. dicit Nicola. de Neapol. in lectura Bart. in l. Si duas. §. Grammatici. nu. 2. ff. de excus. tut. sic dixerat ante illum Oldrad. in cons. 69. col. 1. Abb. Panor. in c. Per venerabilem. num. 9. 37. Qui fil. sint legit. & in c. Nouit. nu. 6. post Innocẽt. de iudic. quibus concinunt, q̃ scripsit Sfortia Oddus de restit.
84 in integrum. q. 91. nu. 95. lib. 2. Status† Delphinalis autem subditus est Imperio. voluit Petrus Messia. in Carolo IV. fol. mihi 1002. Vtinam verò perseuerarint omnes Galli Principes (salua bonorũ pace) & sequuti essent Cõstantini Magni exempla, Pipini, & Caroli Magni, aut fortè
85 è viuis non defecisset Carolus IX.† inuicti viri animi, & de fide Christiana, & Ecclesia Catholica optimè meriti, quia fortè Regnum illud, antiquum Christianæ religionis exemplar, non hodie tot vexaretur cruciatibus, & erumnis. Sed Deus Opt. Max. illorum corda Principum
86 †moueat, suoq; rore perfundat, qui alios Catholicos, & fidei zelatores opprimere conantur, & illorum exẽpla sequantur, qui in eodem Regno, prauorum cõsortia diffugiunt, ac à pietate Christiana minimè auertuntur, vt pristinã religionis obseruantiã prosequantur. ijs concinunt, q̃ scripsimus in extrauag. Super gentes. de consuetud. in communibus. Si tamen Deus Opt. Max. spatium mihi dare dignabitur, vt cęptum commentandi opus omnes extrauagantes communes, & Ioannis PP. XXII. perficere valeam. Sed cęptum iter per agamus.

Nec verò illud amplectendum est, pro ut aliqui dixerunt, pro censu annuo Regni Neapolitani, fuisse permutatã vrbem Auenione à Regina Ioanna, & Summo Pontifici datam: inde
87 coniectando, censum †non deberi, vt quidam scripsit; miror quem hunc lapidem, quasi petram scandali in medium produxisse, credens fortè ex hoc Reges nostros mouere, vt à Pontificum nexibus eximerentur, indignum fortè iudicantes ecclesiæ Romanæ iugum sustinere. Ego autem potius placere studeo Deo Opt.
88 Max. †& eius ecclesiæ, quæ me Christianum fecit, aluit, & seruat, & mortuum habebit; Sũmo Pontifici, qui illam regit, in cuius gremio omnes fouemur, q̃ alteri cuilibet terreno Principi, & præsertim Philippo Regi nostro, cuius illetutelam, & curã gerit, ac defensionẽ semper susceperit, qui ob hanc Christianam pietatem vltra omnes mundi Principes à Deo est sublimatus, & hæc minimè curat.

Quantũ verò attinet ad dictũ authorẽ ei sic breuiter satisfacimus: Vrbs Auenionẽsis, lõgo antea tempore, fuit Ecclesiæ Romanæ, ac Sum-
89 mis† Põtificibus tradita, nempè à Trophinio, vel vt alij dicunt, à Trophino Burgũdiæ Rege, vt est testis Albertus Crantius in Vuandalia. lib. 2. cap. 10. dum ait: Nam Trophinius Rex Ecclesiam in Auenione fundatam cum circumiacẽte agro, sedi tradidit Apostolicæ. hoc idem fatetur Gulielmus Paradinus de antiquo statu Burgundiæ. cap. 12. Huc (inquit) pertinet, quod quidam scribunt, Trophimum Burgundiæ Regem Basilicam insignem Auenione excitasse, vrbis ditionem, adiacentisq; agri dominatum in ius, potestatemq; Romani Pontificis transtulisse. Hæc Paradinus. ex quibus patere posset longo antea tempore, quàm author præsupponit, Auenionem ad Apostolicam Sedem pertinuisse. Vel secundò dicendum est, esse verum quidem Reginam Ioannam Dñam fuisse vrbis Auenionensis, quæ erat Roberti Regis neptis ex Carolo filio, quę cum nephariè Andream Regem, suum virum in Ciuitate Anuersæ strangulari fecisset, intelligens minas Ludouici Regis Vngariæ, fratris eiusdem Andreæ mortui, ac eius cum exercitu aduẽtum, fugam arripuit cum Ludouico altero eius nouo viro Tarenti Principe, & in Gallias perrexit, vbi intercedente Clemente V. Sũmo Pontifice, tunc Auenione existente, pax inita fuit, vt Ioanna, & Ludouicus Princeps Tarẽti, iterũ Regnum Neapolitanum acciperent, pro ut iterũ redierunt: quòdq; Ludouicus Regis titulo non vteretur, sed tantum Principis Tarenti, & Regina mortuo, Vngariæ Regi Ludouico sua iura seruarentur, cuius beneficij ergo Reginam de-
90 disse Pontifici Ciuitatem Auenioni † in Gallia Narbonensi sitam. cuius Rei meminit Martin. Cromerus Histor. Polonicæ. lib. 12. Vbi Ioannæ, & Regni mentionem faciens inquit: Nec multò post adnitente Pontifice Maximo, Ioannæ id certo pacto restituit. Illa vero Auenionem vrbem, Narbonensis Prouinciæ, loco mercedis, iure sempiterno donauit. Vel potius id esse verum fateor, vrbem iam dictam, locaq; adiacentia, Romanæ ecclesiæ, loco mercedis, siue census decursi, pro Neapolitano Regno, ac
91 per plures † annos non soluti, fuisse concessa. Quod & fatentur Pandolph. Collenucius, Histor. Neap. lib. 5. & Carrafa lib. 5. & nouissimè Ianus iuuenis de Tarentinor. Histor. lib. 7. cap. 3. Quod nec negauit Renatus Choppinus de Doman. Franciæ. lib. 1. Titul. 12. nu. 9. in fin. & fatetur Mambrinus Roseus Histor. lib. 2. par 3.

Mihi etiã haud ineptè arridet, Sũmos Romanos Põtifices Spiritusancto ductos, hanc Auenionẽsis Ciuitatis donationẽ ꝓcurasse, vt esset in

92 in Regno Galliæ† Asylum, seu refugij Ciuitas. Sic olim Deus oĩpotēs Mosi decreuit. Numer. c.35. vt in Dominio Læuiarū essent, dū ait: De ipsis autem oppidis, quæ Læuitis dabitis, sex erūt in fugitiuorum auxilia separata, vt fugiat ad ea, qui fuderit sanguinem. & paulò post. Quando transgressi fueritis Iordanem in terrā Chanaam, decernite quæ vrbes esse debeant in præsidia fugitiuorum. Et iterum Deuteron. cap. 4. Tunc separauit Moyses tres Ciuitates trans Iordanem ad Orientalem plagam, vt con fugiat ad eas, qui occiderit nolens proximum suum. & Deuteron. c. 19. Cum disperdiderit Dñs Deus tuus gentes, quarum tibi traditurus est terram, & possederis eam, habitaueris q; in vrbibus eius, & in ædibus; Tres Ciuitates sepa rabis tibi in medio terræ, quā Dñs Deus tuus dabit tibi in possessionem, sternens diligenter viam, & in tres æqualiter partes, totam terræ tuæ prouinciā diuides, vt habeat è vicino, qui propter homicidium profugus est, quo possit euadere. Et Iosuæ cap. 20. Separate vrbes fugitiuorum, de quibus loquutus sum ad vos per manū Moysi, vt confugiat ad eā, quicunq; animā pcusserit nescius: Et paulò post. Hæ Ciuitates cōstitutę sunt cūctis filijs Israel, & aduenis, q habitāt inter eos, vt fugeret ad eas, q animā nescius percussisset, & non moreretur in manu pximi. de qbus etiā Iosephus antiqnit. Iudai. lib. 4 cap. 7. & Philo Iudæus in lib. de Profugis. Carolus Sigon. de Repub. Hebręor. lib. 1. c. 2.

93 Ciuitates autē refugij hæ erāt. In Tribu† Nepthalim, Cedes Neptalim, quā Iosephus appellat Ceedesa, Cedesis, Cydida, Sesesecha, Cades, & Tarsa diuersisque nominibus appellatur. In Tribu Iuda, Hebron, siue Chebron, dicta pri' Arbee, à Gręcis Arboc. In Tribu Ephraim,

94 Sichem, q̃ & Sichima, & Sichimi, & Christi tem pore, corruptè Sichar appellabatur. In Tribu

95 †Ruben, vrbs Bosor. In Tribu Manasse, Gaulō,

96 †q̃ alias dicitur Galan, Gholan, & Galon, & à Iosepho Gaulana, Gaulane, Gaulademan, Gau-

97 latim, appellata. In Tribu† Gad, Ciuitas Ramoth Galaad appellata, quā Iosephus Ariminum, alias Ariminā vocat. de quibus vltra ꝙ in pfatis scripturæ locis fit mentio. Habetur etiā Paralip. lib. 1. c. 6. De alia Ciuitate refugij, quæ

98 appellabatur Bethsura, †scriptum est Machab. lib. 1. c. 10. Erant autem hæ Ciuitates præsidia, & Asyla diuino iudicio destinata, in quibus illi tantum, qui citra recentem inimicitiam, nec sponte, sed præter voluntatem, homicidiū com misissent, effugiebant, ne à proximo, vel occisi cognato ad effusi sanguinis vindictam, occide

99 rentur, ibiq; tutò manerent: Ijs Exilium† statu tum erat tantisper, dum is Pontifex viueret, cu ius tēpore, homicidium patratum fuerat. Post verò illius obitum, redire in patriam eis libitum erat. Exilij autem tempore cuiuis occisi cognato, licebat homicidam interficere, extra tamen refugij vrbem depræhensum, vt in locis supra notatis scriptum est. Sic etiam vrbs Beneuenti in hoc Regno Neapolitano, data

100 †dicitur ab Henrico Imperatore Sūmo Pontifici, pro affrancatione census Ecclesiæ Bāber gensis: vt est author Platina in Leone IX. Fuit hic Henricus I. qui Benedicto VIII. Sūmo Pontifici, ob ecclesiam S. Georgij, quam Bambergæ construxerat, & dotauerat, quotānis dare cōsti tuit, pollicitusq; fuit, ei & successoribus equū vnum album, & argenti Marchas centenas. vt dicit Carolus Sigonius de Regno Italiæ. lib. 8. Promissionē Beneuenti postmodum fecit Henricus II. vt in eodem libro, retulit idem Sigonius. Nec desunt qui asserant, nō modo vrbem Beneuentanam, sed totum Ducatum, relictum liberum pro termino diuisionū Imperij Orientalis, & Occidentalis. Sub neutro tamen ipsorum hoc reperio dum facta extitit diuisio inter Nicephorum Imperatorem Constantinopolitanum, & Carolum Magnum Imperatorē Occidentis: quod testatur Pandulph. Collenucius Histor. Neap. lib. 2 Carrafa lib. 2. Sed tamē dum Clemens IV Regno Neapolitano inuestiuit Carolum Comitem Andegauēsem, reseruauit

101 †sibi Ciuitatem Beneuenti. vt retulit Facellus Histor. Sicul Decade 2. c. 3. Sed antiquioris Dñij esse hāc vrbem sub Ecclesia Romana, iam diximus; quæ hodie refugij loco est in hoc Regno Neapolitano. Sic omnes Reges in eorum Regnis facere deberent, vt ostenderent se Ecclesiæ Romanæ beneficos esse.

Doctores, & scriptores aliqui Galli, dixerūt; Regem Catholicum, eorum Regem Gallum recognoscere in causis appellationum, tamq̃ superiorem, pro Archiducatu Austriæ, Ducatu, & Comitatu Burgundiæ, Flandrię, & Artesiæ. Hoc vidēdum esse dijudico, nec dum ista discutiuntur, quicquam detrahatur tantorum Regum authoritati, & potestati.

De Archiducatu Austriæ, vt supra proximè diximus, loquitur Frācisc. Marcus in decis. Delphinal. 163. vol. 1. De Ducatu Burgundiæ, & Comitatu, quia iam coniuncti erant, cum sit ex Paris Franciæ, quinimmò Parium Decanus, vt dicit Rob. Guaghin. Histor. lib. 9. cap. 1. Iacob. Philipp. Bergomas supplementi Chronicor. lib. 8. ꝙ Dux Burgundiæ est post Reges, primus & alios omnes præcedit: Et Burgundionū Prouinciam in Francorū ius cessisse. Quos refert Barthol. de Cassen. in Gloria mundi. p. 5. Consi derat. 44. Vbi dicit procuratorem Ducis Burgundiæ in Concilio Basiliensi præcessisse Electores Imperij. Hinc dicit esse Franciæ beneficiarium, siue feudatarium Renat. Choppin. in Consuet. Andegauens. in Præceptorio libello, parte 3. nu. 2. lib. 1. Et incorporatam Burgundiam Regnis Galliæ, cōcludit idem Choppin. de Doman. Franciæ. lib. 1. titul. 2. num. 8. Idem Francisc. Marc. in dicta Decis. 163. vbi dicit appel-

pellationes deuolui ad Senatum Parisiensem: & sic dicit etiam de Comitatu Flandriæ.quem sequitur Anton.Scappius de iure noo scripto. lib.2.cap.2.nu.5.

Satisfaciam ex ordine oppositionibus addu ctis:& primo quoad Archiducatum Austriæ,di cendum est;Marchiones primum fuisse,& post modum Duces, vt supra cap. 46. demonstraui, dum de Archiducatu Austriæ memini.Quibus
102 addenda sunt,quòd semper† stetir Archidu- catus sub Imperio,& in anno 1225. Fridericus Secūdus, creauit Fridericum vltimum Austriæ Ducem, Regem cum omnibus cęremonijs, & solemnitatibus requisitis, ac necessarijs,vt scri bit Germanographus lib. 3. de qua in Regem erectione sic loquitur idem Fridericus Imperator apud Petrum de Vineis. Epistolar. lib.6. cap.26.Ducatus(inquit) Austriæ,& Stiriæ cum pertinentijs suis ad nomen, & honorem Regium transferentes, te hactenus prædictorum Ducatuum Ducem,de potestatis nostræ plenitudine,& magnificentia, promouemus in Regem,eisdem libertatibus,immunitatibus,& iu ribus prædictum Regnum tuum dotantes, quæ deceant Regiam dignitatem:vt tū sicut hactenus ramquam Dux, Princeps, & fidelis noster extiteras;sic in posterum Regio decoratus ho nore,tu,& successores tui, legitimi Principes, fideles,&deuoti,nobis,& successoribus nostris in Imperio,perpetuo persistatis.Hactenus pro hac re Petrus de Vineis. Ex quibus notorium est, tam tēpore Ducatus,q̄ Regni sacro Romano Imperio subdirū fuisse Austriæ Principem, non autem Regi Galliæ.Hinc postmodum Rodulphus Comes Habspurgensis Imperator in anno 1274.congregatis Principibus apud Nurembergam,destinauit legatum Henricum Bur grauium Nurembergæ ad Ottocarum Boemiæ Regem,vt Austriā, Stiriamq;, quas tenebat indebitè,restitueret Imperio;licet teneret ex do te Margaritæ sororis eiusdem Friderici vltimi Ducis,& Regis,vt diximus creati;cum eādem, senio iam confectam vxorem idem Ottocarus morientem absque filijs veneno extinxisset, & proinde ram ex delicto, q̄ defectu successorū, Feuda erant aperta, ac deuoluta Imperio. Ottocarus autem,non modo non restituit,sed legatum ludibrio, & contemptui habuit.Idcirco
103 Rodulphus† Cæsar, exercitu congregato,in eūdem bellum direxit, Ottocari exercitū profligauit,vicit, ipsumq; occidit,ac post modum ex Principum consensu, Albertum eius filium, Habspurgensem Comitem,Austriæ,Carinthiæ, & Carniolæ Ducem creauit,vasallumq; Imperij fecit, vt restatur idem Germanographus: à quo Alberto recta linea descendunt omnes Austriaci,& qui nūc Austriæ Archiduces sunt, ac Rodulphus II. qui nunc Imperio præest, & Philippus Rex Catholicus,qui nunc regnat, vt patet in arbore, quam fecimus supra. cap. 4.

Vnde euacuatum remanet dictum Francisci Marci, qui prætendebat Regem Galliæ recognoscere Archiducem Austriæ, cum recognoscat Imperium.Nec verū est assumptum, q̄ cognoscat de appellationibus ex supradictis; Et ex alio etiā, quia ab Archiducatu Austriæ nul-
104 la† datur appellatio: est enim Tribunal supremū,vt voluit Ioachim.Minsinger. obser.58. centur. 5. quem nouissimè refert, & sequitur Hieronym. Trentlerus Disputation. Selectar. parte 2.Disput.33.Thesi.4.

Quò verò ad Ducatum Burgundiæ, quæ ad responsionem necessaria sunt, ea repetenda sunt,quæ supra diximus cap.46.dum de Ducatu Burgūdico scripsimus. Quibus illud addendum erit, quòd antequàm in anno 420. Galliæ dominia sub vno Rege Pharamundo deducta
105 essent,habebant & Burgundi † Reges suos, præsertim in anno 414. suum Regem Gundiochum, aliosq; postmodum vsq; ad Gundemarum, vltimum Regem ex linea Gundiochi. vt scribit Gulielmus Paradinus. de antiquo statu Burgundiæ.cap.5. Germanographus. lib.2.Habebat autem tunc temporis Burgundia latiores fines sub se; Burgundiam superiorem, Sequanos, Allobroges, qui nunc Sabaudi dicuntur,Delphinatum, & circa vrbem Arelatensem adiacentia. Et tamen Lotharingorum, & Burgundionum Reges sub Imperatoris Romani fide,obsequio, ac iuramento fuerunt, vt in anno 930.Rodulphus Rex Burgūdiæ,(qui etiam fuit Italiæ Rex) Othoni Primo, se & regnum subiecit, vt dicit Germanograph.lib.3. vel potius Cōrado Othonis filio,vt ibi dicitur;à quo non dissentit Gulielm. Paradin.in dicto cap.5. & Bodin. de Repub. lib.1. cap. 3. Et quatenus de facto hodie causæ Burgundici Ducatus de-
106 ducerentur† ad Parlamentum Parisiense; esset contra ius; sicuti cōtra ius eriam retinetur Ducatus ipse, vt in dicto cap.46.diximus.Quæ tum maximè vera sunt,cum Burgundiones iu-
107 ris† Italici fuerint. habetur in l. In Lusitania.ff.de cēsib. Italia autem nunquàm fuit sub Gallorum Regibus,eorumque Parlamentis ob noxia. Quò verò ad Comitatum Burgundicum
108 in dicto c. 46.annotauimus esse feudum† Imperiale: ob quod in hoc nullo iure fulciuntur, qui retinuerunt causas appellationum ad Gallos deuolui. Quæ tantò facilius procedunt, quantò à Francisco Rege Galliæ omni iuri, & superioritati Burgundicæ Carolo Cæsari Au-
109 strio facta cessio† plena fuit. Ioan. Francisc. Guicciardinus Histor.lib.16.Galeatius Capel. in Histor.Mediol. lib. 5. & dicam infra. & voluit Arnoldus Ferron.Histor.Gallic.lib.8.Hinc
110 Rex Galliæ tractauit cum† Landoio Sulmonæ Principe,vt Carolus Cæsar pretium recipe rer pro Burgundia;quod facere recusauit,quia contra pollicita id erat. Insuper nec à Bur-
111 gundia dari † appellationes, voluit idem Ioachim.

Ioachin. Minsinger. obseruat. Imperial. 58. Centur. 5. sequitur nouissimè Hieronym. Treurlerus disputationum selectar. lib. 2. disputat. 33. Thesi. 4.

Quantum ad Flandriam attinet, dum sterit penes Reges Gallos. vtique appellationũ causæ ad Senatum Parisiensem deuoluebantur, & hoc non negamus: Et pro eis etiam facit di-
112 ctum Bald. in auct. statuimes.† nu. 2. C. de Episcop. & cleric. qui ex relatione Petri, dicit: Flãdrenses debuisse ad Francorum Regem recursum habere contra Flandriȩ Comitem, quòd iustitiam non faciebat. Hoc tamen dictum nõ idcirco arguit, quòd Rex ipsum priuauerit, & quòd hanc potestatem in Comitem exercere potuisset. Estò vero, quòd quis corã vno superiore quæreletur de aliquo Domino, non ex hac quȩrela ille constituitur superior, nisi iura superioritatis, & exerceat, & habeat.

Ijs etiam iuribus, Gallicis Regibus spectantibus, quoad deuolutiones causarum appellationum ad Senatum Parisiensem, facta est cauta cessio, & renunciatio ab eodem Rege Francisco primo ad fauorẽ Caroli Cæsaris Austriaci; ad quem cũ dominia peruenerint, alijs suis
113 legibus vsus est. Cuius cessionis † meminerat Arnold. Ferron. Histor. Gallicæ. lib. 8. & 9. in Francisco primo. Qui de eadem renunciatione, ac cessione Francisci Regis Galliæ, facta Carolo V. semper Augusto, meminit dicens. Rex (inquit) Cæsari, quæcunque obsequia debita, iuraq; patronij, professiones, iusiurandum fidei, omneq; supremum dominium, fines summæ ditionis, potestatem summæ, & vltimæ cognitionis, quam olim exercuit in iudicijs, Imperium summum, & quæcunq; iura supremi Imperij, quæ olim exercuit in FLANDROS, Cæsari, suisq; reddito. Et ibidem ponitur renunciatio omnium adiacentium ditionum, & omnium capitulorum, inter eos inhitorum. Cuius cessionis, ac renunciationis meminit etiam Renatus Choppinus in consuetud. Andegauens. in præceptor. libello. par. 2. § 6. nu. 4. in fi. Carolus de Grassalio Regal. Franciæ. lib. 1. iure. primo. Io. Bodin. de Repub. lib. 1. c. 9. Io. Frãciscus Guicciardin. in d. lib. 16. Galearius Capella. lib. 5. Gulielm. Zenocar. de Repub. Carol. lib. 3. lo. Lucius Placitorũ Curiæ Parisiẽsis li. 7. tit. 1. c. 5.

Franciscus Rex Galliæ, libertati restiturus,
114 quæsiuit à Senatu Parisiensi cõsilium, an † cõditiones, & pacta, in conuentione inhita cum Carolo Cæsare, ratas, ac rata habere deberet?
115 Ioannes de Selua, magni† tunc nominis vir, ac etiam modo, vt sui labores inuulgati demõstrãt, in Ducatu Mediolani, tunc Præses, statim Regi respõdit: illas ratas minimè esse debere, nec ad obseruationem illorum teneri: ex Authoritate Cardinal. Zabarellæ in consil. 137. vbi
116 dixit promissiones † vi, ac metu extortas, & proinde Regem non cogi ad illorum obseruationem: exemplo Ioannis Regis Cypri, qui & si Genuensibus, à quibus captus fuerat, ac illis filium obsidem dederat pro obseruatione promissorum, Rex tamen ille, promissis non stetit. Vnde inquit, Regem Galliæ statim ingresso Regno nõ teneri ad pactorum ratificationem: & consequẽter ratificatione minimè facta, nec etiam teneri ad carcerem redire. Et hoc fuit illius consilium, quod sequuti alij consiliarij, ex quibus Rex promissis non stetit. Quos sequitur, ac refert Carolus de grassal. Regal. Frãciæ. lib. 1. iure. 1. Cui concinunt, quæ scripsit Andr. Alciatus de Singular. certamine. capit. 44. vbi
117 nonnulla, † inducit, quæ faciunt ad hãc controuersiam, quæ crediderim ab eo scripta, tacitis Imperatoris, ac Regis nominibus, ex professo pro Rege scribens; obtegisse tamen, ne videretur contra Dominum scribere: nouissimè eandem opinionem comprobat Ioannes à Reberreria Topicorum. lib. 2. cap. 14.

Sed tamen etiam Galli scriptores Io. de Selua dictum improbarunt, videntes falsum Regi persuasisse. Nec etiam debebat Rex ambiguitatem in medium ducere, quã vti Princeps virtutum cumulo ornatus, sciebat indebitè proponere. Cum, & si pactionem promissam ratã non haberet, adhuc promissionis, & fidei vinculum non erat sublatum. Regiæ namq;, ac Principis fidei candor, illæsus esse debebat: nec decens erat, illum in iudicialem disputationẽ deducere, nisi ex professo, vt ostenderet causam non seruatæ fidei, & promissionis à suo Senatu procedere, non ab ipso: quia & si honestum, & decorum Principi sit, vt suorum consiliariorũ,
118 ac Senatorum authoritate moueatur, † non tamen cogitur id Princeps facere: vt latè dixi ad Bellugam in Specul. Principum rubr. 1. in verb. Sine consilio. & in verb. Principaliter. & rub. 2. in verb. Procerum. & in rub. 10. sub nu. 10. verb. Vita. Quæsiuit autem Rex occasionẽ, qua se à pollicitis, & conuentis retraheret. Quàm lapidè huius facti meminit Antonius Sebastianus Minturnus Episcopus Vxẽtinus hoc Epigrãmate de Carolo, & Rege Galliæ, dũ ait.

Cedite Romano, externi concedite Reges
Tuq; ò Galle, bonis cede superbe Deis.
Quis neget hũc ipsum Iouis omnipotentis Alumnũ,
Et meliora pia, iura fouere manu?
Victis sæpe tuis Ducibus, Tu denique captus,
Bella paras, nec te fœdera Sancta tenent.
Omnia, quid quæris? turbaras milite multo,
Sola repugnabat Regia Parthenope.
Res tamen ostendit, Fatis, & Numine Diuum,
Non Armis fretum, vincere, non opibus.

Nec etiam dici poterat metum induxisse, solã Cæsaris præsentiam ob dignitatem: quia sola
119 personæ dignitas metum inferre non † præsumitur. l. Ad inuidiam. C. de His, quæ vi met. caus. fiunt. Nam, & si Imperator, in suprema sit omnium dignitate positus, nõ præsumitur idcirco,

120 circo, alicui vim, mætum, aut violētiam † inferre. l. Non est verisimile. ff. eo. tit. cum per legitimos tramites, calumniantium iniquitates expellat: vt inquit Iustinianus in Proœm. Inst.
121 in princ. Dignitas enim non est alicui † nociua: vt dicit Salycet. in d. l. Non est verisimile. l. Si longius. in fin. ff. de iudic. & Bart. in l. De pupillo. §. Si quis ipsi. nu. 14. ff. de oper. noui nunt. Cardin. Parisius in consil. 5. nu. 170. vol. 4. Marc. Anton. Natta in consil. 589. vol. 1. Maximè cum nemo inficiare possit, Carolum Cæ-
122 sarem, fuisse iustitiæ † fontem, ac nephariorū scælerum vindicem: ob quod non præsumitur alicui, tanto minus tanto Regi vim, aut mætū intulisse. Bart. in l. fin. ff. Quod mæt. caus. Cardinal. Parisius in cons. 135. nu. 12. vol. 4. Prosp. Pasethus in consil. 147. nu. 7. vol. 1. Et hinc est
123 exceptionem mætus non allegari, † dū quis agit in Curia Papæ, aut Imperatoris: vt inquit Roffred. Beneuentan. in sum. libellorum. rub. De vtili rei vendicat. nu. 3. in fin.

Profitētur etiam Gallici Doctores, ipsorum Regem Imperio subditum non esse, vt supra retulimus hoc eodem capite: hoc præsupposito sequitur, non præsumi in eum mętum aliquem cecidisse; cum illi præsumatur mætus inferri, quem aliquis in superiorem recognoscit, & cō-
124 sequenter, † cui replicare non audet. Francisc. Aret. in cons. 24. num. 6. quem referendo sequitur alios allegans Iacob. Menoch. de arbitr. iudicū quæst. lib. 2. casu 136. nu. 6. Centur. 2. Quis enim dicere poterit Franciscum Galliæ
125 Regē † inuicti animi Principē mætu aliquo potuisse terreri? Cum illorū tēporum scriptores asserant, vnoq; ore fateantur, illum in angustijs, in quibus reperiebatur, nunquam animi vigorem, aut corporis robur amisisse; licet in manus Cæsaris, eiusque Principum, vt Belli occasio, & Fortuna tulerat, ac Dei numen permiserat, venisset. Vnde quis mætus is fuerit? Cuiusq; rectum arbitrium iudicare poterit, an validus, tamq; grauis fuerit, vt dici possit tan-
126 tum Regem, considerata personæ † qualitate, mætu captum: iuxta tradita ab eodem Menoch. de arbitr. iudic. quæst. lib. 2. casu 135. Cent. 2. Si enim Imperatori non subiacet, iam ambo Reges erant, & contentiones quodam modo inter pares præsupponebantur ex parte ejusdem Regis; quia iam prætenderat in Imperio, quo tempore illi prælatus fuit Carolus; vnde nullus mætus inter paris potentiæ Reges
127 † allegari posse. notatur in c. Lotharius. 31. q. 2. & ibi gloss. in verb. Repræhensibile. Inanis igitur mętus figurari non debuit inter tam supremæ Nobilitatis, & potentiæ Reges; quia nō caderet in virum Cōstantissimum, cum præsertim abesset timor cruciatus corporis, vel mor-
128 tis; quo stante omnis mętus † allegatio euanescit. l. Mętum. vbi Ang. & l. seq. ff. De eo, quod mæt. caus. gest. l. Interpositas. C. de Transact. l. Mætum. C. Quod mæt. caus. Ias. in cons. 72. col. 1. vol. 1. Quis timor, corporis, vel cruciatus induci potest, quando Carolo Cæsari nil fuit dulcius, nil amabilius, nisi, vt infirmitate grauatū Regem, præsentia, promissis, ac omnibus benignitatis officijs coleret? ità vt penè suo congressu animum sumpsisse, vitam, vim, ac salutē recuperasse, scripserint Galeatius Capella Histor. Mediol. lib. 5. Io. Francisc. Guicciardin. Histor. lib. 16. Nec enim Carolus Cæsar Philippū Galliæ Regem, & Ludouicū eius filium est imitatus, qui per annos duodecim cum dimidio
129 iniusto in bello † captum Ferdinandum Sanctij Regis Lusitaniæ fillium, nunquam è carcere liberarunt donec ipsum, vti Flandriæ Comitem, ad pretensas pactiones coegissent: de quo latè Iacob. Meyerus Annal. Flandr. lib. 8. Eodē modo Philippus alter Pulcher, qui graue faci-
130 nus in Guidonem Flandriæ Comitem † cōmisit, ac eius vxorem; qui cum eorum filiā virginem despondissent Eduardo Vualliæ Principi, Eduardi Regis Anglorū filio: Nam egrè ferens Philippus Comitis cum illo Rege coniunctionem procurari: (illū enim oderat) ad Corbelium verbis simulatis, ac blandis, ad se vocatos Comitem, & vxorem, quod illud matrimoniū contraxissent, acri custodiæ tradidit, nec illos libertati reddidit, nisi intercedente Pontifice, & sub praua conditione, & inter cæteras, quod eadem Virgo Philippa appellata, sibi obses daretur, (quod nec Barbari fecissent) aliaq; iniustissima sibi promitti fecisset. Cumq; data esset puella obses, & Pontifex Maximus esset inter eos discordiarum arbiter factus; neque Pontificis dicto stare voluit, nec persuasione puellā restitui, aut illi libertatem dari vnquam permisit; abiectis humanis, & penè diuinis monitionibus. Vnde multa mala, ac ruinæ processere, ac puella ibidem, & dolore, & animi tristitia in fatis concessit, decimo captiuitatis anno, nec voluit recordari illud Virgilij, quòd

Nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna est.

Et ibidem etiam Comes Guido non sine violētia, & veneni suspitione contabuit, & spiritum reddidit: vt scribit idem Meyerus. lib. 10. 11. & 12. Hoc facinus comprobatur ex matrimonio postmodū subsequuto inter Isabellā eiusdem Philippi filiam, & Eduardum illi Virgini Philippæ designatum, cuius rei actum sic explicat ibi Meyerus. Et hanc (inquit) quidem fa-
131 cem suæ peperit Galliæ, adultera † illa Isabella, quæ Flandræ honestissimæ Virgini, Lutetiæ necatæ, sponsum intercępit. Hæc ille. Non tamen illa immunis à scælere permansit, vt alibi dico. Nunquid Carolus Cæsar seruitia, vel obsequia homini, ac Regi libero digna, ac debita, dum illum captū habuit, denegauit, aut à suis denegari passus fuit? Nūquid carceres arduos
132 illi adhibuit, quemadmodum olim † Ludouicus

uicus XII. Galliæ Rex, Ludouico Sfortiæ Mediolani Duci fecit, atq; Cardinali Ascanio eius fratri; quos tam diu in carcere tenuit, donec Ludouicus Carcerũ squalore emarcuit, & spiritũ reddidit? De quibus Paulus Iouius in eorum vitis. Nũquid captum Regem veluti alter
133 Carolus Comes † Andegauensis, qui Regno Neapolitano potitus, nihil antiquius, nihilque celebrius habuit, quàm vt Cõradinum Regem Imperatoria stirpe genitum, atque Henricum Austriæ Ducem, violenta morte subuerteret? de quibus egi in meis Declamationibus Academicis. Nunquid autem contra iustè captum, carceratum, ac detentum, (vt inferius dicam) Regem, debeat mætus in medium opponi; qui
134 non alias inducitur, nisi iniusto † carcere intercedente? vt post alios deducit Riminald. Sen. in cons. 140. nu. 2. vol. 1. Quando igitur hæc omnia militant, non est quod cõtractum inter eos initum labefactent.

Fæcialia etiam, ac bellica iura sciebant. Captũs enim Rex Galliæ, & in manibus Caroli Cæsaris existens, pollicitationibus liberatus, ab illis discedere nõn debuerat; quia iam obnoxius erat Victoris. Vnde cum datis filijs obsidibus, sacratissimo iureiurando pepigisset, pacta seruaturum, & in primo loco Galliæ cum peruenisset, statim promissa ratificaturũ, aut in captiuitatem redditurum: Iá ea omnia obseruare debuerat; quinimò, cum facta liberatione Rex peruenisset ad villam dictam, San Giouãni di Lus, & demum Baionam, vt Guicciardinus dicit lib. 16. in istis locis, seruata forma cõuentorum, ratificationẽ facere debuerat: quare excusari non potest, illum nõ adimpleuisse ex Senatus Cõsulto Parisiensi; quia antequàm Parisius peruenisset illam facere necesse erat; & ideo excusatio non admittitur, quia ex seipso iam non impleuerat. Nec nouum est iure belli, Victores hostem deuictum, & in suam potestatem redactum, vltima quæq; victoris arbitrio
135 facturum esse: victum † etiam victoris seruũ fieri, eodem belli iure: habetur in l. Hostes. ff. de captiu. Quod antea placuerat etiam Aristoteli Politic. lib. 7. cap. 14. Et bona etiam in bel-
136 lo capta, capientium † fieri. l. Naturalem §. fin. ff. de Acquir. rer. dom. Latè Connanus Commentar. iuris ciuilis lib. 3. cap. 3. nu. 4 ante eum Corn. in cons. 191. vol. 3. Anton. Contius disputation. iuris ciuil. lib. 1. cap. 12. Hancq; omniũ
137 gentium legẽ, vt bona † capta in bello fiant capientium, esse voluit Aristotel. in loco allegato. Licet Bart. in .l. siquid in bello. num. 3. ff. de Captiu. dixerit; eadẽ bona fieri Ducis exercitus bellum inuadentis; quod certo modo ibi addentes declararunt. Eius tamen dictum improbatur, & rectè à Vaconio à vacun. Declarat. iuris ciuil. lib. 2. declar. 35. per totum Ad præfatorum omnium confirmationem facit illa
138 lex. 12. Tabularum. Aduersus † hostẽ æterna authoritas esto: cuius Cicero meminit lib. officior. 1. Ludouic. Charond. c. 5. Aymar. Riuall. Pardulphus Prateius, Franc. Hothoman. & cæteri. De iure etiam diuino, Principis fiunt, quę
139 in bello quæruntur. patet † Genes. capit. 14. vbi cum Abrahã percussisset Chodorlahomor Regem Elamitarum, dixit Baræ Regi Sodomorum, pro quo pugnauerat. Leuo manum meam ad Dominum Deum Excelsum, possessorẽ Cæli, & terræ, quòd à filo subtegminis, vsque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt. Et ex Ambrosio de Patriarchis. lib. 1. c. 3. habetur in c. Dicat. 23. q. 5. & ex Isidoro in cap. Ius militare. 1. distinct. & nouissimè plures allegans Petrus Nauarrus de restit. ablator. lib. 2. cap. 3. nu. 287. & Armilla in. §. Bellum. nu. 23. sed Bartol. non respexit supradicta.

Hæc autem iure belli, ac Fæciali licuisse, testis locupletissimus est Marcellus Consul, qui
140 † aduersus Siculorum legatos, causam suam in Senatu dicens, quòd illi conquęrebantur, captis Syracusis nonnulla illis grauia onera, & afflictiones intulisset, apud Liuium. lib. 26. Ego (inquit) P.C. Syracusas spoliatas si negaturus essem, nunquàm spolijs earum, Vrbem Romã exornarem. Quæ autẽ singulis victor, aut ademi, aut dedi, cum belli iure, tum ex cuiusq; merito, satis scio me fecisse, ea vos rata habeatis Patres cõscripti, necne; magis Reipublicæ interest, quàm mea. Mea quippe fides exoluta est: ad Rempublicam pertinet, ne acta rescindendo, alios in posterum segniores Duces faciatis. Hinc quoad idem negotium Cicero in Orat. pro M Marcello. Nam cum (inquit) victoriæ conditione, iure omnes victi occidissemur, clementiæ tuæ iudicio conseruati sumus. Et Iosephus de bello iudaic. lib. 3. c. 25. inducit Iosephum Iudęorum Ducem, dicentem: Eum mori lege belli, qui trucidatur à victoribus. Cuius iuris Gallia plenè informata est à Cæsare, suorum Nunciorum medio, dum ad Hæduorũ Ciuitatem, eos conseruatos docuit suo beneficio, quos belli iure interficere potuisset: vt docuit idem Cæsar in Commentar. lib. 7. dum inducit Centurionem illum 14. legionis dicentẽ ad Scipionem. Tibi gratias (inquit) ago, quòd mihi vitam, incolumitatemq;, belli iure capto polliceris: vt docuit Hircius de Bello Aphricano. Sic Ariouistus olim in Gallia respondit: Ius esse belli, vt qui vicissent ijs, quos vicissẽt,
141 quemadmodum † vellent, imperarent: vt testatur Cæsar de Bello Gallico. lib. 5. Hinc apud Romanos Victores Duces, eorũ qui victi erant
142 † spolia opima asportabant, & triũphos agebant, Reges victos cathenis cinctos ducentes, prædamq; seruatam in triũpho afferebant, Hostium arma, Machinas, Naues corruptas, comburebãt: sic leges victis, tributa, cẽsus, & onera imponebant, vt quorundam meminit Alex. Sardus de Moribus Gentium. lib. 3. c. 9. Exempla

pla etiam non desunt, quibus patet, victis à victoribus conditiones, & quoad bona, & corpora, pro libito positas fuisse. Hinc Lucius Cornelius Sylla contra Prænestinos, quòd iuniorē Marium recepissent, dum cum eo ille bellum gereret, rigore vsus est, in deditionem illos P. Cethego coegendo, eosq; extra mænia Ciuitatis ductos, occidi mandauit, & ipsorum Cada-
143 uera per agros spargi; quo † diro spectaculo, & crudelitate, quinq; millia hominum consumpsit. Vnde de Alexandrinorum deditione inquit Hirtius: Omnis multitudo oppidanorū, armis proiectis, munitionibus suis relictis, veste ea sumpta, qua supplices dominātes deprecari consueuerant, sacrisq; omnibus prolatis, quorum religione præcari offensos, iratosque animos Regum erant soliti, aduenienti Cæsari occurrerunt, seq; ei dediderunt. Eodem modo
144 † faciebant Athenienses contra Thasios, de quibus Tucydides Belli Peloponensiac. libr. 1. Thasij (inquit) tertio, quàm oppugnari cępti sunt, anno, Atheniensibus sese dediderunt, muris dirutis, Nauibus traditis, pecunijs in præsentiarum, quidem quanti pēdi debebant, solui iussis, in posterum reliquis, relicta eis continente, & metallo. Hinc Carthaginensium legatos, missos ad Scipionem, introducit sic abiectè, & suæ Reipublicæ nomine humillimè deprecantes Franciscus Petrarcha lib. 7. Aphricæ dum dicit.

145 *Aspice placatos † tandem, & miserere præcamur*
Afflictis, liceat pro te sperare salutem,
Quam ciues rapuere feri; si parcere pulchra est
Vltio.

Et paulo post:

Satis est miseros sperare salutem
Et veniam petijsse Reos.

Quibus extemplo respōdit idem Scipio apud eundem F. Petrarcham:

Non Pacis tractator ego, sed Victor, & Vltor

Et apud Plautum in Amphitruone habetur:

Deinde vtrique Imperatores in medium exeunt,
Extra turbam ordinum colloquuntur, simul
Conuenit, victi vtri sint eo prælio, Vrbem,
Agrum, aras, focos, seque vti dederent.

Ac post pauca inquit:

Postridie in castra ex Vrbe ad nos veniunt flentes
Principes,
Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum.
Deduntq; se, Diuina, humanaq; omnia, Vrbē, et liberos,
In ditionem, atq; in arbitriū cuncti Thebano populo.

Hinc Tamburlanus Scytharum Rex, cum in bel-
146 lo Baiazetem Turcarum Principem † vicisset, victum caueis inclusum, & catenis vinctū, tenuit sub mensa Canis instar, & equum ascendens, pedibus supra caueā positis, ascendebat, pro Scabello illo vtēs, & sic in Ludibrium per totam Asiam circumduxit: vt testatur Cælius Augustin. Histor. Sarracenicæ. lib. 3. & Vuolphgagus Drechslerus in Chronico de Rebus Turcicis. Sic Aurelianus Imperator scribens Cæsonio Basso, quòd Palmyrenis victis pœnas intulisset, & proinde gloriatur his verbis: Non
147 oportet (inquit) vlterius † progredi militum gladios, iam satis Palmyrenorum cęsum, atque occisum est. Mulieribus non pepercimus, infantes occidimus, senes iugulauimus, rusticos interemimus, cui terras, cui vrbē deinceps relinquemus. Parcendum est ijs, qui remanserunt: credimus enim paucos, tam multorum supplicijs esse correctos. Hęc Aurelianus de quibus Fla. Vopiscus in Aureliano. Eodem
148 modo antea Romani cum† Samnitibus bellum gerentes, victi turpes à victoribus conditiones accipere coacti fuere. Samnites enim victoria potiti, vniuersum Romanum exercitum captum, turpiter armis, vestimentisq; nudatū, tantum singulis vilioribus operimentis, ob verecundiam corporum tegendam, concessis, sub iugo missum, seruitioq; subiectum, longum agere pompæ ordinem præceperunt: vt sunt authores Historici, præsertim Eutropius rer. Romanar. lib. 2. c. 2. Sic Magnus Pompeius, Mau-
149 ritania superata, † Hiarbam illorum Regem in triumpho duxit. Paulus Æmilius Perseum
150 † Macedoniæ Regem: vt infinitos propemodum alios omittā casus, quibus apparet, victos victoribus paruisse, & conditiones quasdam victores pro libito posuisse. Omissis vero profa-
151 nis exēplis, videamus sacra: Nā Pharao† Nechao Rex Babilonię, qui cępit Ioachaz Regē Hierusalem, & portauit illum in Ægyptum, vbi tandem mortuus est, & mulctā à Ciuitate exegit, talenti vnius in auro, & centum in argēto; Et creauit Regem Eliacim filium Iosię, quē vocauit Ioachim, cōtra quem temporis successu, cum tributum Ægyptio non solueret, Nabuchdonosor bellum intulit, & illos in Babiloniam asportauit. Sic etiam fecit contra Sedechiam
152 Regem, † quem captum, portauit primo in Reblata, & coram eo occidi fecit eius filios, & ipsi oculos eruere, cęcumq; in Babiloniam duxit, & medio Naburzadan militiæ suæ Principis, Domos Dei, Regis, aliasq; succendit, muros Hierusalē disiecit, secumq; asportauit vasa aurea templi, omnemq; eiusdem templi, & totius Ciuitatis substantiam, ac diuitias, & secū duxit populum, & præsertim omnes adolescentes ex progenie Regia, inter quos fuere, Daniel, Ananias, Azarias, & Misael, dicti sua lingua postmodū Baldasar, Sidrach Misach, & Abdenago: vt habetur 4. Reg. ca. 23. & 24. & lib. 2. Paralipom. c. 26. voluit Philo de temporib. lib. 1. in fin. Io. Zonaras Annal. lib. 1. & ego dixi in Apologia in sententiam Pilati, Aquilæ reper-
153 tam. Similiter Amalechitæ ceperunt† Vrbem Siceleg, & captiuas duxerunt mulieres. patet 1. Reg. cap. 30. Antiochus cœpit Hierusalem, & omnia spolia ciuitatis, & succēdit illā igni, destruxit domos eius, ac muros eius in circuitu,

tu, & captiuas duxit mulieres, & natos, & pecora: vt patet lib. 1. Macchabę. cap. 1. Et moris Romanorum hoc fuisse constat, vt etiam op-
154 pressos vi bellica in seruitutē † redigerent: vt testatur Iudas Machab. lib. 1. cap. 8. Omittā ex professo multa exempla ex sacra pagina, quibus demonstrarem, vsui fuisse belli iure, cōditiones victis à victoribus semper impositas. Sic nouissimè de Northmannis vincētibus Frisios inquit Alber. Crantius in Noruegia. lib. 2. cap. 19. Dant terga Frisij, leges accipiunt victo-
155 ris, quas, † visum est: conditiones imposuit, tributa cum censibus impositis volentes accepere. Hinc dum Andromache repellere conatur Vlyssem, Astianacta Hectoris filium petentem, ac sibi dari quærentem, post multa Vlysses idem apud Senecam in Troade c. 6. respondet.

Neue crudelem putes
Quòd sorte iussus, Hectoris natum petam,
Petissem Orestem. Patere, quod victor tulit.

Et de captis belli iure Pyrrhus cum Agamemnone verba faciens apud eundem Senecam in Troade. cap. 4. inquit:

Lex nulla capto parcit, aut pęnam impedit.

Vnde Virgilius lib. 6. Æneidos concludit.

Vna salus victis, nullam sperare salutem.

Nec noua res dicitur, quòd conuentio inita fuerit; quòd si ratificatio non subsequeretur, rediret Rex ad locum, à quo discedebat; nam de iure, captiui redire debent, quando dimis-
156 si sunt, † quia hosti fides: (vt diximus,) seruanda. l. Conuentionum. vbi DD. ff. de Pact. & hoc voluit Gloss. in c. Ius gentium 1. distinct.
157 vbi dicit † Captiuum cogi ad redeundum argum. capit. Si quis seruum. 17. quæst. 4. vbi dicitur hoc procedere dum bellum sit iustum. Verum aut ex parte Regis Galliæ iustum erat bellum, & etiam ex parte Imperatoris, & secundum præfatam limitationem redire debe-
158 bat ad locum promissum: † quod voluit Lancelott. Conrad. in Templo omn. iudic. in tract. de Duell. par. 5. conclusion. 100. nu. 14. & ante eum Alciat. de singular. certam. cap. 44. vbi semper nititur fauere Reg. Galliæ, subfictis coloribus nominum, & quęstionum & sine dubio, vt supra dixi, censui illum tractatum ex professo ab eo confectum ad fauorem Regis Galliæ. Iam enim eius Epistola ad eundem Regem facta in Ciuitate Auenione in anno 1529. ostendit, quia gliscentibus difficultatibus post bellum, quod fuerat in anno 1526. iam ipse scri-
159 pserat. Nam Attilij Reguli speciosissimi † victoris exemplo vti debuerat, qui in sedijs Asdrubalis, & Xantippi Lacedemonij Ducis à Carthaginensibus captus, ad Romanos missus, fide præstita, vt internuncius cum sua libertate aliquos Pęnos captiuos Romanorum commutari procuraret, & nisi captiui redderentur, se rediturum promiserat. Re infecta, intrepido animo ad efferos illos redijt, qui indebitū eius obseruatæ fidei piaculum reddere voluerunt, perpetua illum gloria cumulantes, seipsos autē feris, non hominibus, pares reddentes, quas ità crudeles inuenire, difficillimum erit. cuius acta refert Cicero in orat. contra Pisonē. Liu. lib. 28. Valer. Maxim. lib. 1. c. 1. & lib. 9. cap. 12. Quàm speciosum aliud exemplum proferam.
160 Petrus Aleres Comes, cū Alphonso VI. † Regi, atque Vraccæ vxori, matrimonium contrahentibus iurasset pro more, vti Dominis; postmodum cum essent diffidia inter eos orta, & Vracca à Viro diuertisset, à Petro Arces, & Loca quædam, quæ in sua manu erant, obtinuit. Videns verò Petrus vtriq; iuramētum dedisse ad Alphonsum accedens: Loca (inquit) quæ fidei meæ credita erant, quia in Castulonēsi Regno posita, Reginæ Vraccæ, vtpotè, quæ mihi Domina est, hæreditario iure debebantur, ab ea iussus, tradidi. Verum, vt nosti, cum eam duxisti vxorem, tibi quoq; fidem pro eis locis sacramento obstrinxi; itaque pro ea tibi fide, corpus meum, manusq; illas, quæ iurauerunt, tibi præsens assigno, vt veluti eorum Dominus, in ipsa, quod pro æquitate, ac iustitia tua, duxeris, statuere valeas. Cuius rei fidem admiratus Rex, non sine magna animi vi, iuramento solutum, dimisit. Quam Historiam (vocando illum Petrum Assurij, Rodericus Archiepisc. Tolet. Histor. lib. 7. cap. 1.) Si considerasset Franciscus Rex, facinus Philippi similiter Galliæ Regis, cui Pulchri agnomen dederunt, ab inobseruantia abstinuisset. Hic cū haberet Guidonē Flandriæ Comitem, ac Robertum, & Gulielmum filios captiuos, hiq; pro sedandis populorū animis, in eundem Galliæ Regem propensis, licentiam sub conditione reditus habuissent, cumq; nihil pro Regis desiderio obtinuissent, ad eundem Regem in Gallijs redierunt, à quo in carcerem tetrum coniecti sunt, vbi tabidus Guido obijt. Hoc vno à Carthaginensibus differens, q͏̃ illū non ità acri, ac publica morte peremerit, vt illi Attilium: de hoc Paul. Aemil. & Io. Tilius in eodem Philippo: & pulchrè Germanographus. libro 2. Iacob. Meyerus Annal.
161 Flandr. lib. 10. Vnde de Caroli Cæsaris † pactione minimè demirētur. Quæ igitur Rex verbis testatus fuerat, obseruare debuerat. Huic pertinet illud Terentij in Andria.

Immo enim nunc maximè abs te oro, atque postulo Chremes,
Vt beneficiū verbis initū dudū, nūc re comprobes.

Et idem Terentius similiter in Andria:

Attamen vbi fides,
Si roges, nihil illos pudet, hic vbi opus est, nō verētur,
Illic, vbi opus non est, ibi verentur.

Vnde Silius Italicus Belli Punici Secundi. lib. 2. inquit.

Cerno equidē, nec pro nihilo est, mihi fœdera rūpi,
Statque dies, ausis olim iam tristibus, vltor.

Et Ouidius lib. 2. Fastorum ait:

Surgit

Surgit cui dederat clarum Collatia nomen
Non opus est verbis, credite rebus ait.

162 Hinc frangenti fidem † has pœnas imminere inquit Silius Italicus Belli Punici II. lib. 2.

Qui frangere rerum
Gaudebit pacta, & tenues spes linquet Amici,
Non illi domus, aut coniux, aut vita manebit
Vnquã expers luctus, lachrymaq; aget æquore sẽper,
Ac tellure premens, aget ægrum nocte, dieq;
Despecta, ac violata fides.

De quo etiam Tibullus lib. 1. Elegia 9. inquit.

Ah miser, & si quis primo periuria cęlat,
Sera tamen tacitis, pœna venit pedibus.

163 Vnde de pœna promissionis † iuratæ, ac minimè adimpletę dicit Iuuenalis Satira 13. dũ ait:

Spartano cuidam, respondit Pythia Vates:
Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret
Depositum retinere, & fraudem iure tueri
Iurando: quærebat enim, quæ Numinis esset
Mens, & an hoc illi facinus suaderet Apollo.
Reddidit ergo metu, non moribus, & tamen omnẽ
Vocem aditi dignam templo, veramq; probauit
Extinctus tota pariter cum prole, domoq;,
Et quamuis longa deductis gente propinquis.

Ad promissionum, itaq; obseruantiam tenebatur, & præsertim tenebatur redire ad locũ, vnde discesserat: ex distinctione Gloss. in d. c. Ius gentium. Quia ex parte Regis Galliæ, qui bellum inferebat, illud fortè iniustè mouebat, dũ aliena quæreret. quid enim sibi cum Italia pręsertim in Ducatu Mediolani, & in Regno Neapolitano? Iam pluries dictum est in capite pręcedenti. Vnde Carolus Cæsar, & pro Regno Neapolitano, & pro Ducatu Mediolani, ad se spectantibus, prouocatus iure bellum gerebat, quo stante redire cogebatur. Nõ rediJt, promissa fregit: notum est enim non modo promissionem iureiurando, sed sola fide, conuentam,
164 seruari† oporteret. c. Peruenit ex. de fideiuss. latè Abb. Panor. in c. Ad aures. §. Ex hoc. col. 2. de his, quæ vi met. caus. fi. quæ etiam hosti seruanda est. c. Noli 23. q. 1. Vnde benè Cicero de
165 amicitia, inquit, nihil esse stabile, qđ est † infidum. Et propterea fidem, stabile, & æternum facere Imperium, inquit Q. Curtius. de Gestis Alex. libr. 8. Hinc Gregorius Homel. 26. Tunc (inquit,) veraciter fideles sumus, si quod ver-
166 bis† promittimus, operibus complemus. Idcirco rectè in Prouerbijs Seneca. Fidẽ, qui perdit, nil potest vltra perdere. Vnde, Adrianus Barlandus in Histor. Brabantiæ. cap. 181. eosdẽ
167 Gallos, ac† Regem fractæ fidei reprehendit, ꝙ cum Turriculam in ripa Ticini, Hispani quidam milites tuerentur aliquandiù, tandem se tradidere sub fide, de ipsos incolumes seruando: demũ fide neglecta, suspendio necati, quod nec Arnold. Ferronus in Francisco I. lib. 7. negauit: & tamen hoc facinus olim punitũ à Deo extitit, dum Saul promisisset incolumes seruare Gabaonitas, quos postmodum gladio necauit: Vnde fames ob hoc durauit tribus annis, vt nec terra herbam virentem produceret, & hoc est rogitu Dauid expiatum: vt patet lib. 2. Reg. c. 21. Periurium verò in omni homine graue, in Principibus vero grauissimum; quorum
168 † verba absq; iureiurando firmissima esse debẽt: vt dicit Martin. Laudens. de Princip. §. 258.

Parui etiam refert, quòd Rex Galliæ, pacẽ, fœdera, & promissiones illas Carolo Cæsari, facere non poterat, nec factas tenebatur adimplere, vt quòd essent toti Regno Galliæ præiudiciales: vt dicit Renatus Choppinus de Doman. Franc. lib. 2. tit. 12. nu. 10. Non enim tractabatur de præiudicio Regni Gallici, quia promissiones non erant de Regno Galliæ, sed erant tantummodo, quòd restituerentur, quæ
169 Regni Gallici† minimè erant, Ducatus enim Burgundiæ, vt iam diximus in capite præcedẽti, non erat Regni Galliæ, & sic alia iura, vt etiam dicemus. Nec refert, quod dicit idem Renatus Choppin. vbi supra: Regium actorem contra Carolum Cæsarem, cognoscente Rege, in frequenti Gallicæ Nobilitatis Senatu, fuisse decretum, pro Comitatu Flandrico, & Attrebatensi vocari in ius Carolum, & interim in iji ci manus in Agros, coronæ Gallicæ clientelares, sub die Pridie Calend. Iulij anni 1522. & & iterum. 18. Calend. Februarij. 1536. Tũ quia obstant supranotata, & allegata in obiectum; tum etiam quòd cum Carolus Cæsar, vigore iuratæ promissionis, & exemptionis Regiæ ab eo receptæ, palam est, iudicium nõ substitisse: quia Rex contraueniens in Periurium incide-
170 rat; quæ periurij exceptio, ipsum† à Iudicij limine expellebat, cum sit litis finitæ. l. 1. ff. de iureiur. cap. 1. de litis contestat. in 6. cum mille simil. cum præsertim Iudex esset incompetens, quia abdicauerat à se iurisdictionem cognoscendi appellationes, & carebat Iurisdictione, & vertebatur lis cum eodem Rege, de suæ promissionis obseruantia: ob quod cum es-
171 set pars litigans, non poterat ipse † cognoscere, & fungi partis, ac Iudicantis officio per iura notoria. Tum etiam cum esset Carolus Cæsar Imperator, & sic superiori gradu constitutus, non poterat Rex cognoscere, cum esset minor, qui in maiorem non habet Imperium, vt Iura sunt vulgatissima. Ideoq; ex eodem iura-
172 mento oriebatur † exceptio fori declinatoria: vt post Innoc. in c. Cum venissent, de Institut. & Bald. in l. Postquam liti. C. de Pact. voluit Vendelin. Schellinch. de Exception. Forensi. tit. de except. iuris iurand. col. 3. vers. Nota primò. & voluit Petrus Termineus in processu iuris scripti, & non scripti. cap. 47. Insuper prætensa decreta nullam habuerunt exequutionẽ. quis illum citauit? quo in loco? Steterunt itaque prætensa illa acta intra Galliæ Cãcellos inclusa. Cur non potius id fecit Carolus Cæsar in citando eundem Regem ad conuentionum ob-

obseruantiam? non ne poterat facere decreta contraria? obseruauit tamen, vt tantum Principem decuit, sub totius Mundi iudicio negotium relinquens, ex quo appareret eius animi magnitudo,& præstantia, satis sibi videri
173 Regem à promissis defecisse. Ipse autem † cótinuauit possessionem Flandriç,& Artesiæ liberam, sicq; vsq; modo illã tenet Philippus Rex Catholicus. Vnum tamen perpetuò notandum esse censeo, Carolum Cæsarem tunc temporis suam fortunam temperasse, & comiter se gessisse. Si enim iniquo fuisset animo, non ne habens Regem in sua manu,& exercitum eius flo
174 rentem, Gallorum autem res tunc † temporis labefactatæ cum essent, poterat,& suo iure, nõ solum Burgundiæ Ducatum recuperare, sed omne penè Gallicum Regnum subijcere, & in vitam tanti Principis, saltem suorum medio insidiari? Verum fides ipsius fuit semper candore illæsa, & benignitate,& clementia vsus est, proprijs bonis contentus, aliena minimè appetens: & quo die Mediolani Imperium sub eo fuit, Pontificum, Venetorum, aliorumq; Italiæ
175 Principũ opiniones in quiete † firmauit; cum arbitrarentur omnes, illum ad totius Italiæ dominationem aspirare. vt scribit Ioan. Francisc. Guicciardin. Histor. lib. 15. & 16. cuius intentionem fuisse contrariam, ipse rerum euentus confirmauit, quia ex eius parte, ac demum Philippi Regis, nunc regnantis apparet, vllis vnquàm sub Principibus, adeo florentem,& tran
176 quillum Italiæ statum † fuisse, quàm ipsis dominantibus.

Nec illud obest (vt iterum repetam) q̃ cótra publicam Regni vtilitatem, non poterat fœdera, ac pacis conditiones promittere; cum Rex Galliæ potestatem nõ habeat, alienandi vnam
177 de Ciuitatibus, & † oppidis Regni Gallicani. vt dicit Bal. in c. In generali. n. 2. si de feud. defunct. fuer. controuers. int. dom. & agnat. vassal. post Hostiens. in c. Dilecti filij. extr. de Maior. & obed. Carol. de Grasal. Regal. Franc. lib. 1. iure 2. Quia, vt diximus, nihil iuris Gallici, vel status Regni, alienabat, sed ea, quæ separata à
178 Regno erant. Bal. etiam dum dicit supra † allegata, innititur Historiæ Cõstantini, de donatione facta B. Siluestro Sũmo Pontifici, in qua dicit consensum populi intercessisse, alias fortè donatio, fuisset infirma, cuius rei historia nõ ita processit, vt ipse dicit. Et non debent trahere, quæ illi dicunt de Imperio, ad Regnum Galliæ: quia in Imperatore inducũt dictum, q̃d debet augere Imperiũ; illud tñ ego intelligo, quoad infideles,& exteros, non quoad Ecclesiam; quia cum donat Summo Põtifici,& ecclesiæ Romanç Imperator, donat suo superiori, cũ ab ecclesia Romana dependeat: In Rege autẽ illud solum poterant allegare, q̃ interest subdi
179 torum, non † mutare Dñm, & è contra. vt dicit Innoc. in c. Auditis. de præscript. & in c. In nostra. de iniur. & damn. dat. Tamen videmus in Rege Galliæ obseruari contrarium; quia facit inuestituras, atque alienationes pro libito, alias pro Rege nõ haberetur. Sunt enim feuda in Gallia alienabilia, & diuisibilia ad instar patrimoniorũ. Sic etiam post mortem Clodouçi
180 Regis, etiam ipsum Regnum † diuisum fuit, inter Childebertum, Clotarium, Clodamirum, & Theodoricum. Nam Childeberto Parisienses, Clotario Suessiones, Clodamiro Aurelianẽses, & Theodorico Mediomatrices obuenere. vt fatetur Paul. Aemilius in Childeberto. & Io. Tilius in Chronic. Regni Galliæ, & sic alias pluribus vicibus factum fuit. Quamquàm Franciscus Rex Galliæ, & si facere potuisset, nihil Regni, vt supra dixi, alienauit. Nec enim negabunt (vt diximus) posse Regem Galliæ inuestituras facere, iurisdictiones concedere, & causas appellationũ (quas Ressortus ibi dicũt) à se abdicare, vel alteri cócedere exemptionis
181 † priuilegium. vt dixi supra cap. 39. Præsupponunt enim temporali vlli Principi eum Regem subditum, & alium in superiorem non recognoscentẽ: & idcirco causas appellationum,
182 si ipsas habebat † cædere, cum sint Domini perpetui. Deci. in c. Pastoralis. col. 2. de appell. Roland. à Valle. in consil. 86. nu. 16. cum pluribus seq. vol. 1.

Nec curãdum est, quòd vertebatur eo casu, totius Gallici Regni damnum, & quòd in fœdere non seruando aderat publica Regni vtilitas. Ex quo, sicuti ex eorum assertione publica, vtilitas sit spectanda, nulli dubium, illam declarationem facere pro Imperatore, quia ex fœderibus,& pace inita inter Carolum Cæsarem, &
183 Regem † Galliæ, resultauit non solum publica Regni Gallici vtilitas, sed omnium Regnorum totius Christiani orbis, quia intercedebant bella in pluribus Regnis Imperatoris, & quies, ac tranquillitas status Ecclesiæ Romanæ, ac Summi Põtificis, ac ipsius Regni Galliæ, vt ex lectura Historicorum eorundem temporum apparet. Vnde sequitur vtilitatem totius
184 Christiani orbis præferri debuisse † vtilitati Regni Gallici. arg. l. Sancimus. C. de sacrosanct. eccles. Doctor. in l. Nullus. C. de sum. Trinit. & Fid. Cathol. Bartol. in l. 1. num. 26. ff. solut. matrim. bonus text. in l. 1. §. Cum autem. C. de caduc. toll. Nec tractabatur, vt diximus de damno Regni Gallici, cum iura cessa non essent illius Regni, sed separata.

Sed vt veritati sit locus, & ostendam, nullum Regibus Galliç ius competere super Flandricis rebus, nec super causis; Rẽ ab antiquiori origine repetam, ex cuius relatione controuersia clarior effulgebit. Cum Gandenses in anno 1287. grauiter dissiderent cum Guidone Dampetra illorum Comite, & Domino, Phi-
185 lippus † Rex Galliæ, pulcher dictus, nullum opportunius tempus ratus est aptius esse, vt suo

desiderio, aliena vsurpandi, satisfaceret, quàm
vt Trigintanouẽuiratus Gãdensiũ sub ipsius tu
tela pertraheret; & illius defensionẽ, ac patro-
ciniũ aduersus Comitem, illorum Dominum,
susciperet; & in illũ insidias moliretur, vt iam
pollicitus est; hoc solum velle simulans, vt in
Galliæ curiam appellationis causas deduce-
rent: sed alia maiora corde gerebat, quæ Gal-
lici Historici subticuere. Sed audiamus scripto
rem sic loquentem Iacobum Meyerum Histor.
Flãdr. lib. 10. Philippus (inquit) Gallorum Rex,
186 † vt Flandros, maximè autẽ Gandensiũ, cum
Comite tũ dissidẽtes Trigintanouemuiros ad
suũ attraheret conuentum iuridicum, quẽ sta-
bilem instituerat ad Lutetiam Parisiorũ, mul-
ta fecit, nihil non pollicitus, nihil intentatum
prætermisit. Accepit hoc anno (erat aũt 1287.)
Trigintanouẽuiratum illum in suam fidem, ac
protectionem, omniaq; iura eorum, ac consue-
tudines incolumes se ꝓmittit obseruaturum,
dũmodo, se Curiæ Gallicæ, Ressortioniq; sub-
mitterent, tradiditque inde litteras suas, quæ
Gandaui in Archiuijs etiamnum seruãtur. Hęc
Meyerus. & paulò post. Porrò (ait) Gandauen-
ses (vt liceat intelligere absq; consensu multi-
tudinis neminem regnare) cum Valesio occul
tum fecere fœdus, seq; deserto Comite, in po-
testatem dediderunt, pactis conditionibus, vt
eos Rex teneret pro suis cliẽtibus, ac propria
sua Ciuitate, nec tangeret eorum corpora, le-
ges, consuetudines, & vsus, seque submiserunt
eum in modũ Ressortioni Curiæ Parisiẽsis. Hæc
idem Meyerus. Vnde violentus hic ingressus
fuit, qui nullum Gallo Regi ius tribuit. Quid
enim facere poterant Gandauenses aduersus
iura Comitis eorum Domini? Eorum prætere a
perfidia, quod præiudicium, aut quem iustum
illi titulum transferre poterant, quem non ha-
berent? Sequutus igitur hanc violentiam con-
tra Comitem à suis desertum, ac derelictum:
tantumque abfuit, vt idem Rex eundem Comi
187 tem ad se sub spe pacis tractandæ † tractum,
cum omni Equitum Comitatu Carceri manci-
pauerit, & Compendij, (vt dixi) senectute, ac
pędore tabidum mori fecerit; & ante eius mor
tem Flandriam, iam eo dolo captam, debaccha
tus. Capto autẽ statu, & ipso Rege Gallij, agen
te, sui occisi sunt; quod ægrè ferens Rex, exer-
citu comparato, credens improuidos Flandros
opprimere, illi pro eorum personis, propin-
quis, pro familijs, domibus, sanguine, bonis, fo
cis, laribusq; militantes, magnam Gallicæ no-
bilitatis partem occiderunt, & ad duodecim,
vel viginti millia Gallorũ (vt aliqui voluerunt)
deleuere. Donec fide sola Guidonem Comi-
tem pro populis pacandis dimisisset, vt ad car
cerem reuerteretur, vt post modum fecit, &
188 inibi mortuus est. Antiquissimi tamen † iuris
erat, à Flandrorum Comitum iurisdictione, nul
las dari appellationes, vti Magistratibus supre

mi Principis. Sed vt clarius rei veritas innote-
scat, audiamus Iacobum Marchantium de reb.
Flandrię memorab. cap. 15. dicentem. Præterea
(inquit) antiquissima cõsuetudine positũ erat,
vt Reipublicæ administratæ rationes, non red-
derent, antequàm Guidus Dampetrus aliter
decreuisset, & obtinuisset. Postremò ab illorũ
189 † sententijs appellare non licebat. Etenim in
causis ciuilibus, leges Principum, & consuetu-
dines patrias sequebantur. In criminalibus ve
rò, confessioni delinquentis, & idoneis proba-
tionibus insistebant. Itaq; irrita erat prouoca-
tio, & qui iudicio contradicebat, mulctam pe-
cuniariam Comiti, iudicibusque dependebat.
Verũ Philippus pulcher, Galliæ Rex, cum Lu-
tetiæ Parisiorum Parlamentum sæpe, παραλλῶν
erexisset, vsum subortitionis (quam Ressortum
vocant) introducere, & omnibus modis, Flan-
190 dros illuc attrahere est conatus; primũ † do-
lo, atq; blanditijs, deinde Imperio, cum Gui-
191 dum Dãpetrum † iniquissimæ custodiæ man-
cipasset. Huic instituto Flandri sæpissimè forti
ter restitere, sed Philippus Austrius primus, &
eius mater ad amouẽda bella, omnino consen
serunt, vt Flandris ad Senatũ Parisiensem, pro-
uocare liceret. At Carolus V. Imperator, omni
192 nexui, atque obligationi † regionem exemit.
Hæc Marchantius. Non mirentur itaque Galli
Reges, si ad pristinum libertatis decorem, pro
uocandi ius Flandrorum populis, ad suos pri-
stinos Principes, veluti ad propriam naturam,
redijt.

Regem Catholicum subesse Regi Galliæ pro
193 Regno Maioricarum scribit † Carolus de
Grassalio Regal. Franc. lib. 1. iure 1. ex Petro Ia
cobo de Aureliaco in pract. tit. de success. Re-
gni Francię. sub nu. 13. vers. Item non aduertũt
bene consiliarij. Vbi dicit à pauco tempore ci-
tra, Rex acquisiuit ab ecclesia Magalonensi ius
vassalli, quod habebat in Regẽ Maioricarũ, qđ
ius ecclesia tenebat à nullo. Hoc dictũ non est
Petro Iacobo dignũ, licet duorum Apostolo-
rum nomine ꝑfulgeat; ex quo nullã dicit cau-
sam, vel rationem, nec particularem authorita-
tem, alicuius Doctoris, aut scriptoris assignat:
ex quo dictum suum rectè fundatum appare-
ret, nec diceretur figuratum sua fantasia præ-
tensum ius vassallagij. Nam si erat ius ecclesiæ
Magalonensis, subesse ecclesiæ, non esset sub-
esse terreno Principi, sed Deo. Nec constat
de alienatione Ecclesiæ Magalonensis, ac ip-
sam factam Regi, Summi Pontificis authorita-
te, atque assensu accedente. Vnde hæc sua as-
sertio tamquàm obscurissima, & incerta pro
nihilo habenda erit. Maximè cum pateat Re-
gnum Maioricarum nunquàm Episcopo Maga
lonensi subditum fuisse, sed habere suum pro-
194 prium † Episcopum Maioricarum, vt pa-
tet ex Prouinciali Romanæ Curiæ, qui datur
suffraganeus Archiepiscopo Tarraconensi in

Re-

Regno Aragoniæ quod & scribit Francisc. Gra
tianus in Compendio iuris Canonici. parte
3. distinct. 1. & sub Aragonia, insulam Maiori-
cæ posuit Claud. Ptol. Geograph. lib. 2. cap. 6.
in fin. In Regnis autem Maioricarum nullum
ius habere apparet ex his, quæ diximus supra
cap. 46. Potuisset autem Magalonensis Ecclesia
in Regno Maioricarum habere aliquos reddi-
tus, aut census annuos Ecclesiæ relictos iure
legati, alioue modo; & ex hoc non sequitur, er
go Regnum est illi subditum. Idcirco contem-
nendum videtur præsuppositum.

Nec minus ridiculum est aliud dictum, eius-
dem Caroli de Grassalio. in dicto loco. vbi di-
cit. Subesse Regem Catholicum Regi Galliæ ob
395 Comitatum † Ruscinonensem, tamquàm sub-
ditum Prouinciæ Narbonensi. Hoc argumen-
tum mihi non videtur, vt reiectione indigeat.
Non enim sequitur, est positus Comitatus Ru-
scinonis sub Narbonēsi Prouincia, ergo est sub
ditus Regi Galliæ, qa ista situatio est facta de-
monstrationis gratia à Ptolom. lib. 2. c. 10. & à
Strabone. lib. 4. & à Pomponio Mella. lib. 2. c. 3.
vt declararetur, cuius nam rationis esset. Nec
ipse demonstrauit aliquam dictæ subiectionis
rationem, vel causam aliquam assignauit, quo
iure id asserat. Cum autem Prouinciæ à Roma-
nis distinctæ essent, vt procul victæ, sub Narbo-
næ Prouincia Ruscinon. posita. vt de Prouin-
cijs latè dixi ad Bellugā in Specul. Principum.
Rub. 11. § Iam supra. in verb. Prouincia. Vnde
396 Italia † potius dicitur sui iuris, quàm Pro-
uincia. Plin. lib. 3. c. 4. Quo verò ad Comitatum
Ruscinonis, ac Cerdaniæ dixi supra in dicto
cap. 46. vbi ex eis apparet, nunquàm Comita-
tum hunc Regibus Galliæ subditum fuisse, præ
terquàm oppigneratione, à qua demum fuit
releuatus, & ad dominos reuersus suos. Hic
autem Comitatus, veluti æmulus Galliæ sem-
per fuit.

Ex ijs constat Regem nostrum absolutum
Principem esse, vt iam sæpe dictum est.

ARGVM. CAP. XLVIII.

Monarcha est in Regnis suis Rex Catholicus. Resoluitur obiectum, quòd subiaceat Romano Pontifici.

COMPENDIVM.

1 *Rex Siciliæ Monarcha est in Regno suo.*
2 *Monarcha dominus est solus.*
Μόνος idest solus, ἀρχὸς idest Princeps.
3 *Rex Catholicus dicitur Imperator in Regno suo.*
4 *Rex Catholicus exercet omnia iura Imperatoris.*
5 *Reges liberi in suis Regnis exercent iura Imperij.*
6 *In Regibus, vt in Imperatore committitur crimen læsæ Maiestatis.*
7 *Rex Neapoli, & Siciliæ legem facit.*
8 *Rex in Regno suo potest plusquàm Imperator in Imperio.*
9 *Dux Mediolani in suo statu potest omnia, quæ Imperator in Imperio; sic Dux Ferrariæ, & Dux Vrbini. nu. 10. 11.*
12 *Papa dum Regnum confert, dat omnem potestatis plenitudinem.*
13 *Duci Mantuæ Imperatoris Feudatario, potestatis plenitudinem concessisse dicitur, dum ei fecit inuestituram.*
14 *Papa Duci Vrbinati omnia superioritatis iura contulisse videtur.*
15 *Regi Catholico Papa beneficiario omnia concessa videntur.*
16 *Papa aliquem inuestiens omnia Regalia concedere videtur.*
17 *Petr. de Anchar. in consil. 332. opinio, ac dictum declaratur, quomodo procedat.*

CAP. XLVIII.

EX dictis in præcedenti capite, perspicuum
est, Catholicum Regem Monarcham esse
in suis Regnis, vt specialiter de Rege nostro,
1 vti Siciliæ Rege † dixit Marinus de Caramani-
co in glos. Const. Regni. in proœm. vbi idem te-
nuit Andr. de Iser. quos sequitur Matth. de Af-
flict. in decis. Neapol. 120. nu. 6. arg. c. Scitote 6.
q. 3. & c. In apibus 3. q. 1. & voluit idem Isern.
in c. 1. in princ. nu. 6. in fin. vers. Rex est. de His,
qui feud. dar. poss. Paris de Put. in tract. Syndi-
cat. in verb. Sententia. cap. An si dictum capitu
lum. il 1. in fi. Anton. Corset. de potestat. & ex-
cell. Regia. in pluribus locis. Francisc. Marc. in
decis. Delphin, 455. num. 9. vol. 1. Matth. de Af-
flict. in prælud. Constit. Reg. q. 1. num. 4. Nicol.
Pernus Sicul. in tract. de Regina, & Rege col. 3.
vers. Item Princeps habet. Alphonsus Aluarez
in Specul. Roman. Pontif. c. 11. & 54. col. 7. vers.
Item est notādū Marinus Freccia de subfeud.
Baron. lib. 1. tit. de origin. Baronū. n. 35 Io. Vin
cent. de Anna in rep. Constit. Constitutionem
2 Diuæ memoriæ. nu. 4. 5. Monarcham verò † esse,
nil aliud designat, nisi esse Dūm solum, atque
absolutū, græcè enim, Μόνος idest solus, & ἀρχὸς,
idest Princeps, de qua Monarchia plenè scripsi
supra c. 3. & Idcirco Rex Catholicus dicitur
3 Imperator † in Regno suo, vt post Andr. de Iser.
voluit Iosephus Cumia in ritibus Siciliæ. c. 5.
nu. 6. & ante eum Barthol. Camerarius in c. Im
perialē. § Præterea Ducatus. col. 1. de prohibit.
feud. alien. per Frideric. & idcirco dicitur ha-
bere ius Imperatoriū. vt voluit Cyn. in l. Benè
à Zenone. C. de quadrien. pscript. Bal. in l. Exē-
plo. n. 4. C. de probat. Nō quod sit verè Imperator,
cū sit vnus. d. c. In apibus. arg. l. 2. §. Nouissimè.
ff. de origin. iur. latè Io. Lecerier. de primogen.
lib. 1. q. 7. col. 1. Restaur. Castal. de Imper. q. 69.
& faciūt, quæ dixi in d. c. 3. Sed habet Rex om
nia iura Imperialia, & Imperatori spectantia,

maximè in Regibus superiorem non recognoscentibus: vt de Rege nostro diximus in cap.
4 præcedenti. Et Ideo exercet omnia † iura Imperatoris. Innocét. in c. Cum P. de fid. instrum. & in c. Per venerabilem. qui fil. sint legit. Hinc
5 Reges liberi in suis Regnis† exercent iura Imperij. vt dicit Bartol. in l. Hostes. ff. de capti. & postlim. reuers. Rex Catholicus est liber à Dominio Temporali. dixi in præcedenti capite, & voluit Paris de Puteo in d. cap. An si dictũ capitulum. in fin. Ergo sine dubio exercere potest iura Imperialia, & in illo, sicut in Imperatore
6 committitur crimen lęsæ Maiestatis.† Andr. de Iser. in c. 1. in verb. Bona committentium crimen lęsæ maiestatis. nu. 9. quæ sint Regal. Luc. de Penna in l. 1. C. de cond. & proc. lib. 11. & in l. 1. C. Vt nemo priuat. eo. lib. & dixi latè supra
7 cap. 26. Hinc Rex huius Regni † Neapolitani, seu Siculi facit legem generalem, vt dixi supra c. 31. Quinimmò omnes dicunt posse Regem
8 in Regno suo,† plusquàm Imperator in Imperio. Andr. de Iseru. in c. 1. col. 2. de vassall. decrep. ætatis. & in cap. 1. §. Valuassores. col. 1. de his qui feud. dar. poss. & in c. 1. in fin. de noua form. fidelit. Hinc dicunt, quòd est quasi Deus in terris. Bald. in c. Imperialem. in princip. de prohibit. Feud. alienat. per Frideric. Albert. Brunus in consil. 45. num. 14. Paul. de Castro in consil. 225. circa finem vbi concludit Ducem
9 † Mediolani in suo Dominio posse omnia, quæ Imperator in Imperio. Sequitur Rolan. à Vall. in consil. 86. nu. 19. 20. volum. 1. & ante ipsum Alexand. in consil. 87. vol. 2. Andr. Barbat. in consil. 34. col. 2. vol. 2. Curt. iunior. in consil. 61. num. 9. Riminald. senior in consil. 103. num. 19.
10 vol. 1. Sic† de Duce Ferrariæ dicit idem Riminald. in consil. 444. num. 5. vol. 3. De Serenissimo
11 Domino Duce† Vrbini, Iacob. Menoch. in consil. 92. nu. 32. 33. vol. 1.

Minimè autem refragatur, non posse Monarcham appellari, cum sit Summi Pontificis beneficiarius, siue Feudatarius; Quia omnes Christiani Reges, quoad subiectionem, sunt Papæ subditi; & etiam Imperator ipse, qui supremus est Princeps, & dicitur Rex idcirco, ac Imperator Romanorum, cum ab Electoribus eligatur, ab Apostolica Sede potestatem habentibus, & eius ordine, vt diximus in capite præcedenti. Coronatur etiam, inungitur, comprobatur, & deponitur. ex quibus argumentum non officit. Insuper & si Rex Pontificẽ recognoscat, Papa tñ contulit ei omnem Regiæ potestatis plenitudinem, cũ ijs prærogatiuis, & superio-
12 ritatibus, quemadmodũ† erat apud ecclesiam Romanam. vt dixi supra capite præcedenti, vt
13 de Duce Mantuæ Feudatario Imperatoris† voluit Barthol. Socin. in consil. 66. col. 3. vol. 3. & M. Anton. Natta in consil. 487. nu. 9. vol. 3. Ioan. Petr. Surd. in cons. 1. nu. 12. vol. 1. & in cons. 210. n. 22. & in cons. 178. vol. 2. & in decis. Mãtuan. 1. nu. 1. 3. Rolandus Cauagnol. in proœm. Decret. Montisferrat. §. 1. num. 6. Et de Duce Vrbini
14 † idem dicit Menoch. in dicto consil. 92. nu. 32. vol. 1. qui alios nonnullos allegant. Sic de Re-
15 ge Catholico Ecclesiæ Romanæ† beneficiario dicit Paris de Puteo in dicto verb. Sententia. in dicto cap. An si dictum capitulum detestantes. in fin. Io. Vincent. de Anna in d. Const. Constitutionem. num. 7. & Hinc dicitur, quòd dum Papa concedit alicui, Regni cuiuspiam inuesti
16 turam, censetur† omnia ei Regalia concedere. vt post alios voluit Barthol. Cępolla de seruit. Vrban. prædior. cap. de Portu. col. 1.

Nec obstabunt, quæ dicit Petr. de Anchar. in consil. 332. dum ait: Quòd quamuis aliquis sit factus Dominus perpetuus, tamen in eum non censentur translata Regalia. quem sequitur Abb. Panor. in consil. 61. vol. 2. Vnde idcirco dicũt: Legitimare spurios non posse. vt in specie de Rege Siciliæ dicit Ludouic. Sardus. de legi
17 timation. q. 8. Ex quo illa procedunt † si esset facta concessio Magistratui temporali: secus verò perpetuo, puta Ducibus, Marchionibus, & similibus, vt in casu nostro: quia tunc in eum omnia translata fuisse cẽsentur. vt voluit Alex. in consil. 2. col. 3. versic. Quinimmo plus. vol. 1. Barthol. Soci. in consil. 3. nu. 15. vol. 3. & plenius Syluester Aldobrandin. in consil. 722. Inter consil. Riminald. senior. vol. 4.

De hac potestate Regis dixi supra. cap. 42. nu. 47. & dicam infra cap. 53.

ARGVM. CAP. XLIX.

Rex Catholicus non solum vti Rex Hierusalem, & Siciliæ, sed tamquàm Rex Hispaniæ, oleo sancto inungitur. Quando Regum vnctio inuenta sit? Quo oleo fiat? Quis personæ locus inungitur? A quo fiat vnctio? Quid illa significet? Quot sint sanctorum oleorum species, declarantur. Quibus modis, & quibus concurrentibus fiant? quid sit balsamum, quouè in loco reperiatur? Qui sunt alij Reges, qui vnguntur? Multa tradita sunt de vnctione Pontificum, & Prælatorum, Imperatorum, atq; aliorum.

COMPENDIVM.

1 *Rex Catholicus tamquàm Rex Hierusalem, & Siciliæ, oleo sancto inungitur.*

2 *Reges Galliæ, & Angliæ, inunguntur, alij verò minimè, nisi consuetudine id obseruatum fuerit.*

Oleum

CAP. XLIX.

REx Catholicus, tamq̃ Rex Hierosolymitanus, & tamq̃ Rex Siciliæ sancto oleo inungitur,

& consecratur, quod multis alijs Regibus mi-
1 nimè†conceditur. Vltra Imperatorem Romanorum, quatuor tantum Reges vngi, scripsere nonnulli, Regem Hierusalem, Regem Siciliæ, Regem Galliæ, & Regem Angliæ, cæteros autem minimè; nisi ex priuilegio id obtinuerint,
2 aut consuetudine hactenus† seruatū fuerit. voluit Alberic. de Rosat. in prima Rub. Codicis. Martin. Laudes. in tract. de Princip. §. 76. Iacob. Aluarot. in c. 1. num. 17. Quis dicatur Dux, vel March. vbi inter Reges, qui vnguntur, nō enumerauit Angliæ Regē. & similiter. Io. Lecerier de primogenit. lib 2. q. 13. num. 3. Quoad istos quatuor Reges, idem tenuit Anton. Corset. de potestat. & excellent. Regia. lib. 2. q. 14. & 23. Paris de Puteo de re militar. lib. 7. §. Quomodo. & de reintegrat. feudor. c. 2. incip. Pro clariori. nu. 7. fol. 2. qui non enumerat Regem Hierusalem. de his agit Restaur. Castaldus de Imperator. q. 18. per totum. Lancellot. Conrad. in templ. Iudic. lib. 1. cap. 1. §. 4. versic. vigesimo quinto. sub nu. 2.

Sed pro totius materiæ intellectu, vidēdum erit, quo oleo vnctio fieri debeat? Secundò, quando fuerit inuenta? Tertiò, in quo personæ loco inungatur? Quartò, qui illos inungant? Quintò, quid significet ista inunctio?

Ad primum, dicendum est, in Catholica Ecclesia, plura sancta olea dari. Primum dictum
3 est Oleum † Chrismatis, idest vnctionis, quia Chrisma græcè, latinè vnctio dicitur. Istudque ex oliuarum oleo, ac Balsamo cōficitur. Oleum oliuarum ab omnibus cognitum est. Balsamum
4 †nō intelligitur de arbore, vel Balsami frutice, sed de succo balsami, qui opobalsamum dicitur, de quibus infra dicam, hoc eodem capite. Hoc Chrismatis oleum per Episcopum, nō per
5 †alium conficitur; & in die Cœnæ Domini, non alio. vt in c. Omni tempore. Dist. 4. vbi glossa.
6 Hoc oleo benedicitur Fons Baptismatis, † Ecclesia, altare, Episcopi in capite, & manibus; pueri baptizandi in fronte; & quando ipsi, ac omnes fideles baptizati confirmantur; Calices, & Patenæ. Et istud singulis annis cōficiendum est, eodem tempore. vt inibi dicit Gloss. Hoc oleo singulis annis cōfecto vti debet sacerdos.
7 alias†punitur. c. Si quis de alio. de consecrat. Dist. 4. c. Literis. de consecration. dist. 5. cap. Te referente. de celebrat. Miss. habetur per Gloss. & Hostiēs. in sum. de sacra vnction. Io. Frācisc. Pauin. de visitatio. p. 2. q 4. vers. Sequtur videre. Armilla in summa in verb. oleum. nu. 1. Paulus Fuscus de visitat. lib. 1. cap. 6. nu 2. & 3. Michael Timoth. in Praxi visitand. ecclesias. lib. 2. c. 22. Secundum est oleum Sanctum infirmorum quo
7 vtitur † S. Dei Ecclesia pro infirmis, in vltimo mortis discrimine cōstitutis; & idcirco vnctio extrema dicitur, quam Iesus Christus Dñs noster, exeuntibus è vita, dereliquit; quod fecerunt Apostoli vngentes multos infirmos, qui sanabātur. vt patet Marci. c. 6. Et ideo Iacobus in sua Canonica Epistol. c. 5. ait: Infirmatur qs in uobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orēt super eum, vngentes eum oleo in nomine Dñi, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dñs. & si in peccatis sit, remittentur ei. de hoc habetur in Concil. Florent. Tit. de extrem. vnct. & nouissimè in Trident. sess. 14. c. 1. cum pluribus seq. Io. Sotteallus in summa Pontific. §. Vnctio extrema. per totum Paul. Grysald. decision. Catholicar. §. Extrema vnctio. nu. 1. cum
9 pluribus seq. Tertium oleum † dicitur Cathecumenorum, & isto oleo inunguntur Baptizandi in pectore, & scapulis; Vnguntur etiam manus sacerdotis, dum ad sacros ordines ordinatur. vt per Gulielm. Durandi in rationale Diuinor. officior. lib. 6. c. 74. nu. 21. Et eodem oleo
10 inungūtur Imperatores Reges, ac† Principes. Hostiens. vbi supra. §. Qui, & à quo. Armilla in d. §. Oleum. Paul. Fusc. & alij supra allegati in locis supra notatis. & habetur in c. 1. §. Vnde. de sacr. vnction. M. Anton. Cucch. instit. Canonic. Maior. lib. 5. titul. 9. nu. 24 25.

Ad secundum, quando inunctio fuerit inuen
11 ta? dicendum est à Deo fuisse ordinatā † Sanctam inunctionem, summi Sacerdotis, templi, altaris, vasorum, vestium, ac aliorum, ad Sacrorum ministerium destinatorum, dum Moysi Exod. cap. 29. inquit; Indues Aaron vesti-
12 mentis suis, idest Linea, & Tunica, & † superhumerali, & rationali, quod cōstringes balteo, & pones Tyaram in capite eius, & Laminā sanctam super Tyaram, & oleum vnctionis fundes super caput eius, atq; hoc ritu consecrabitur. Et de eodem Aaron cap. 40. inquit; Et assum-
13 pto vnctionis oleo, † vnges tabernaculum, cū vasis suis, vt sanctificentur. Altare Holocausti, & omnia vasa eius, labrum cum basi sua, omnia vnctionis oleo consecrabis, vt sint sancta sanctorum. Applicabisq; Aaron, & filios eius ad fores tabernaculi testimonij, & lotos aqua indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi, & vnctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat. Hæc ibi. Istud verum Oleum
14 † sanctum, quo summus Sacerdos, Altare, & vasa vngebantur, factum erat, iuxta præceptū Domini, Moysi datum, Exodi cap. 30. vbi dicit: Sume tibi Aromata, primæ Mirrhæ, & electæ, quingentos siclos; & cinamomi medium, idest ducentos quinquaginta siclos; calami similiter ducentos quinquaginta; Casiæ autem quingentos siclos in pondere sanctuarij; Olei de oliuetis, mensuram Hin; Faciesque vnctionis oleum sanctum, vnguentum compositum opere vnguentarij, & vnges ex eo Tabernaculum testimonij, & Arcam testamenti, mensamque cum vasis suis, candelabrum, & vtensilia eius, altaria Thimiamatis, & holocausti, & vniuersam supellectilem, quæ ad cultum eorum pertinet; sanctificabisq; omnia, & erunt sancta

cta sanctorum; qui tetigerit ea sanctificabitur. Aaron, & filios eius vnges, sanctificabisq; eos, vt sacerdotio fungantur mihi. Et iterũ Exo. c. 31. Dominus elegit fabros pro vasis,& candelabris faciendis,& pro conseruãdo oleo,& Thimiamate Aromatum in Sanctuario. De eiusdẽ vnctione, habetur Leuitici.cap.6.Hæc(inquit) est oblatio Aaron, & filiorum eius,quam offerre debent Domino in die vnctionis suæ.& Leuitici cap.7. Hæc est vnctio Aaron, & filiorum eius in cæremonijs Domini. & pluries Leuitici cap.8. & 21. Numeri.cap 4 Ecclesiastic.cap. 45. Et hæc de vnctione vasorum, templi,ac Sacerdotum.Quò verò ad vnctionem Regum,Pri-
15 ma † apud scripturam sacram inunctio facta fuit à Samuele in personam Saulis Regis 1.Regum.cap.9. 10.& 15. secundo loco, de vnctio-
16 ne in personam Dauid † per eundem Samuelem; vt habetur lib. 1. Regum cap. 16. & lib.2. Reg. cap.2.& 3. in fin.5.& 12 & lib. 1. Paralip. cap.11.& 14.Et de se ipso idem Dauid Psal.88. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo
17 vnxi eum.Tertiò,in personã Salomonis † eius filij per Nathã Prophetam,& Sadoch Sacerdotem. patet. lib.3. Regum. cap.1. & 5.& lib.1.
18 Paralipom. cap. 29. Quarto † vnctus est Hazael Rex super Syriam, & Iehu filius Namsi in Regem Israel: vt habetur lib.3. Reg.cap.19. & lib.2.Paralip. cap.22. Et sic deinceps Ioas.lib. 4 Reg.c.11. sic etiam de Ioiade filio Iosiæ lib. 4.Reg.cap.23. & lib.2. Paralipom. c. 23. & 24.

Ad tertiũ, quo in loco personæ vnctio fiat? Dicendum est quoad Summos Pontifices apud
19 Hebræos, † capita inungi solitos Sacerdotum
20 verò † manus. de Capite habetur Exodi in d. cap.29. & oleum vnctionis fundes super caput eius, atque hoc ritu consecrabitur. Sed Imperatores, & Reges vnguntur in brachio, in hu-
21 mero, vel in Armo: vt dicit text.in d.cap.1.§. Vnde. de sacr.vnct.Quàmquam Saul fuerit vnctus in capite. Intelligitur autẽ de brachio dextro:iuxta illud Sapientiæ.c.5 Dextera sua Dominus teget eos, & in brachio sancto suo defendet illos: & habetur in Pontificali, vbi dicitur de brachio, & scapulis.

Ad quartum autem, de illis, qui inunctionẽ ministrant, & qui eo munere fungi debent.
22 Summus Pontifex inungitur à Cardinali † Hostiensi, qui alios omnes Cardinales præcedit, vt est nunc Dominus meus Cardinalis Gesualdus, Archiepiscopus Neapolitanus:vt dicit alter tunc Cardinal.Hostiens. & Ant. de Butr. in cap. Antiqua. de Priuileg.Martin.Laudens. de Cardinalib.lib.1.§ 38. Cucchus institut.Canonicar.maior.lib.2.tit.4.nu.16.17.nouissimè editus Io.de Capistran.de potest.Papæ. par.3.primæ partis princip.col.1. & Antonius Paganus de Ordine iurisdict.& resident.Episcop.sect.3.
23 Imperatorem verò vngit Summus † Pontifex. cap.Venerabilem.de elect.Specul.in tit.de delegat.§.Nunc ostendendum.vers.39. Bald.in 1. Rub.Codic.col.2. vers. Venio ad tertiam glossam.Cardin.in Clem.vnic.§. Nos itaque notab. 21. de iureiur.Bald.in tit. de Pace Constant.in verb.Concessimus.in fi.vers. Sed hodie.Et ante eos Iacobus Ardizonus in Summ.c.137. in fin. Sed aliqui dicunt ex antiquissima consuetudine Imperatoris vnctionẽ fieri soluisse per Cardinalem Hostiensem, sed per Papã imponi coronam:vt post Io.Andr.& Hostiẽs.quos refert, voluit Abb.Panorm.in d.c.Venerabilem. nu.6. Cardin.Zabarell.in Clem.vn.in princ. notab.9.
24 de iureiur.vt fuit factũ in unctione Caroli † V. Imperatoris, quem inunxit Alexander, Farnesius Cardinalis Hostiensis, qui postea fuit Summus Pontifex, Paulus III. appellatus. scribit. restaut.Castald.de Imperator.q.26.num.3.Reges verò vnguntur à Metropolitanis in eorum
25 Regnis, iuxta † morem hactenus seruari solitum,& consuetudinem solitam. c. Quanto. de translat.Episcop.c.1.2.& 3 25.q 2.Vt Rex Nea-
26 polis ab Archiepiscopo Neapolitano;Rex † Siciliæ ab Archiepiscopo Panormitano, vt seruatum fuit in Manfredo,Federico II. & alijs.Rex Alemaniæ ab Archiepiscopo Coloniensi: Rex Galliæ ab Archiepiscopo Remensi:rex Angliæ ab Archiepiscopo Cantuariensi: vt scribit Hostiensis in summa de sacr.vnct.§ A quo,& qualiter.versic.Vnctio Regis. Rex Poloniæ ab Archiepiscopo Gnesnensi: vt dicit Martin. Cromer.Hist.Polonicæ.lib.2.

Ad quintum autem, quid significet hæc inunctio?distinguendum est, in Summo Põtifice, Sacerdote,& Imperatore,ac regibus. Vngitur Pontifex in capite, vt ipsum caput,siue Principem supremum omnium esse appareat: repræsentat enim Summus Pontifex personam capitis,idest Iesu Christi Dñi nostri,de quo Paulus Apostolus ad Ephesios. c. 1. Qui credimus secundum operationem potentiæ virtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis,& constituens ad dexteram suam in cælestibus supra omnem Principatum,& potestatem,& Virtutem, & Dominationem,& omne nomen,quod nominatur, non solum in hoc seculo,sed etiam in futuro:& omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius, plenitu-
27 do eius,qui † omnia in omnibus adimplet.de quo longè antea dixerat Dauid Psalm.17.Constitues me in caput gentium. & iterum idem Paulus ad Ephes.c.4.Crescamus in illo per om-
28 nia, qui est caput Christus. † & iterum cap.5. Quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ. Et idem Apostolus ad Colossenses.cap.1. Et ipse est caput corporis Ecclesiæ,qui est principium. & cap.2. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis Principatus,& potestatis. Ipse demum

tam-

tamquam caput totius Principatus, constituit
Petrum Summum post se Pontificem, cui Prin-
cipatus potestatem contulit, dum Io.cap.1.in-
quit: Tu vocaberis Cephas.
In Sacerdotibus autem, per manuum vnctio
nem data est illis potestas, quòd obsequium, &
29 ministerium † Dei sint exequuturi, ac functu-
ri. Hinc in scriptura dum agitur de ministerijs
à Deo per manum Moysi operatis, dicitur Exo
di cap. 35. Quæ iusserat Dominus per manum
Moysi: & Leuitici cap. 10. Ad eos, per manum
Moysi: & capit. 26. In monte Sinai per manum
Moysi. Sic etiam Numer. ca. 4. & 36. Deuteron.
cap. 14. Iosuæ cap. 17. 20. & 21. & alibi sæpe in
scriptura. Vel quòd per sanctam vnctionem in
manus, accipiant gratiam Spiritus sancti, qua
effugant Dæmones; vt dico de Magistratuum
edictis. lib. 1. cap. 14.
In Imperatore verò, ac Regibus, brachij in-
unctio facta est ab Ecclesia Dei, qa (vt inferius
dicã) Christus, quasi vnctus dicitur, & inũctio
30 brachij, illum † in Christi, virtute, ac fortitu-
dine speraturum cognosceret, cum, vt plurimũ
31 in sacra scriptura pro brachio, Christus† deno
tetur. Inde illud Dauid Psalm. 76 Donec annũ-
ciem brachium tuum. & Psal. 97. & brachium
sanctum eius. & Esaiæ cap. 40. Brachium eius
dominabitur: & c. 51. Consurge, consurge in-
duere fortitudinem, brachium Domini. & cap.
52. Parauit Dominus brachium sanctum suum
in oculis omnium gẽtium. & c. 62. Iurauit Dñs
in dextra sua, & in brachio fortitudinis suæ.
Sic etiam Lucæ c. 1. Fecit potẽtiam in brachio
suo. Plures reddit vnctionis brachiorum in Re-
gibus causas Aluarus Pelagius de Planctu Ec-
clesi. lib. 1. c. 56. in fi 1. quarum illa mihi verior
32 arridet, quia Pontifices, vnguntur in † capite,
& manibus. dicto c. vnico. de sacra vnct. quia in
illis debet esse perfectio contemplatiuæ, &
33 actiuæ† vitæ c. Si quis 36. distinct. & cap. Nisi. §.
nec putes extr. de renuntiat. Principes verò in
34 brachio, quia inactiua † se debent principali-
ter exercere. In Humero etiam vnguntur, quia
35 Humerus Principatum designat, † iuxta illud
Deuteronom. cap. 33. Et Beniamin ait Amatissi
mus Domini, habitabit confidenter in eo, quasi
in thalamo tota die morabitur, & inter hume-
ros illius requiescet. & Esaiæ cap. 9. Paruulus
enim natus est nobis, & factus est Principatus
super humerum eius. Vnde dicitur, humiliare
36 humerum; pro ijs, qui non sunt in † Principa-
tu, sed ducti sunt in seruitium alterius. iuxta il
lud Baruch cap. 2. Inclinate humerum vestrũ,
& ceruicem vestram, & opera facite Regi Babi
lonis. de quo etiam antea dixerat per Hiere-
miam c. 27. Quibus concinunt verba Ciceron.
in Orat. pro L. Flacco. Respublica (inquit) quã
vos vniuersam in hoc iudicio, vestris humeris,
vestris, inquam, humeris, iudices, sustinetis.
Quò verò ad vnctionem armi, iam Deus omni-
potens in sacrificio arietis Moysi ordinato, in-
37 ter cætera, Armum, † Arietis, Dextrum, Aaron,
Sacerdoti summo reseruauit. Exodi. cap. 29. Et
ideo Leuitici c. 7. inquit: Pectusculum enim ele
uationes, & armum separationis tuli à filijs Is-
rael de Hostijs eorum Pacificis, & dedi Aa-
ron Sacerdoti, & filijs eius lege perpetua ab
omni populo Israel. & cap. 9. Pectora eorum,
& Armos dextros separauit Aaron, eleuans co
ram Domino, sicut præceperat Moyses. Idem
dicit Leuitici. capit. 10. Numeri capit. 6. &
15. Deuteron. cap. 18. Itaq; summi Sacerdotis,
atq; Pontificis erant hæc omnia, quorum iam
partẽ, non absq; misterio fecit, Reges in Hume
ris, & Armo vngi, vt statuerent, quasi portionis
à Domino illis reseruatæ, participes fierent à
Pontificibus. Et ne sine authoritate, vel à me
ipso id dicere, vel asserere videar, inuictissimã
authoritatem habeo. lib. 1. Reg. cap. 9. vbi dici-
tur: Dixitq; Samuel coco: Da partem, quã de-
di tibi, & præcepi, vt reponeres seorsum apud
te. Leuauit autem cocus armum, & posuit ante
Saul. Dixitq; Samuel: ecce, quod remãsit, pone
ante te, & comede, quia de industria seruatum
est tibi, quando populum vocaui. Et comedit
Saul cum Samuele in die illa. Ex quo videtur
38 portionis suæ † Saulem participem fecisse, &
futuri Regni eidem potestatem cõmunicasse,
quia in eodem capite prius dicitur; Assumens
itaq; Samuel Saulem, & puerum eius introdu-
xit eos in Triclinium, & dedit eis locum in ca
pite eorum, qui fuerant inuitati: erant enim
quasi triginta viri. Hæc erat authoritas vnctio-
nis Regum Hierusalem, cuius titulum nunc te-
nens Rex Catholicus, primatũ vltra Reges om
nes habere dignoscitur. Vngi verò Reges, in
sacra scriptura, vigoris etiam, & salutis signi-
39 ficationem habere, † & ipsa docet experientia;
cum Dominus percussit omne Primogenitum
Ægyptiorum, in quorum domibus, ac in porta
rum superliminaribus, & in vtroq; poste, non
esset vnctio sanguinis Agni. vt patet Exodi. c.
12. & ex Hesychio, docuit Pierius Hierogly-
phicor. lib. 35.
Balsamum, quod ingreditur oleum, quo Pon
tifex, alijq; inunguntur, est frutex duorum cir-
40 citer † cubitorum, in Engaddæ Ciuitatis olim
territorio nascens, quæ in sacra scriptura Asa-
sonthamar dicebatur. Genes. cap. 14. quasi vrbs
Palmarum, eo quòd Palmis, ac Balsamis flore-
ret. Sicq; Vineas Engaddi Salomõ vocauit Cã-
tic. cap. 1. & Hieronym. in Ezechiel. cap. 27.
Adeo, vt soli vni Iudeæ in toto terrarum Or-
be, concessa Arboris, ac fruticis species. Hæc
si ferro lędantur, emoriuntur, ferro semper
inimicæ. Si uitreis tantum acutis, lapide, vel
osseis cultellis incidantur, succum stillant pre
tiosissimum eximiæ suauitatis, qui cunctis odo
41 ribus præfertur, & is succus Opobalsamũ † di
42 citur; Calobalsamum lignum appellatur, † à
Calo,

Calo, ideſt ligno. Semen, ſiue fructus, Carpo-
43 balſamum † dicitur, à Carpos, ideſt fructus.
Præcipua gratia datur lachrymæ, ſecũda Semi-
ni, tertia Cortici, & quarta Ligno. Olim in In-
dia, loco ante dicto erant, qui frutices, tamquã
vineæ colebantur. In Mõtibus Engaddi adſunt
frutices, ſed virtute carentes ſua; licet antiqui
44 tus ſuis† virtutibus eſſent perſpicuæ. de his la
tiſsimè Plin. lib. 12. cap. 25. Illa loca, & Hortus,
in quibus Balſami frutices erant, ſub Herodis
45 Magni Aſcalonitæ Dominio, erant, † cui inui-
dens Cleopatra Regina Ægypti, Marco Anto-
nio concedente, Hortum cum fruticibus in
46 Ægyptum tranſtulit. †Ibi inter Heliopolim, &
Babilonem, locus eſt in quem reperiuntur, à
patuo, vbereq; fonte irrigãtur. Maximo etiam
cultu, ac veneratione locus habetur, in quo fa-
ma peremnis eſt, Beatiſsimam Virginẽ, & Bea-
tum Ioſephum, dum in Ægypto fuerunt, bibiſ-
47 ſe, † & Puerum Ieſum Chriſtum Dominũ fuiſ
ſe lotum. Folia dicitur habere parua, Rutæ fo-
lijs ſimilia, Albiota tamen. Hortus hic conſi-
48 tus io Alcairo eſt. Latè † hæc omnia habentur,
& plura longè apud Plinium in loco allegato,
& latius apud Bartholom. de Saligniaco in Iti
nerario Hieroſolymirano. Tom. 10. ca. 6. vri illũ
refert Chriſtianus Adtichomius in Theatro
Terræ ſanctæ: multa ſcribit Pelbartus à Theme
ſuuar in Roſario Theologię. lib. 3 §. Balſamum.
per totum: & Leo Apher in Hiſtoria Aphricę.
lib. 8. & ante eos Ioſephus Antiquit. Iudaicar.
lib. 8. c. 2. & lib. 15. cap. 5. Bernard. Corius Hi-
ſtor. lib. 1. Non mirum igitur, ſi Balſamo inun-
gatur Summus Pontifex, & Sacerdotes, isque
naſcatur, & alatur ex fonte, in quo IESVS
49 † CHRISTVS lotus eſt, vnde eis virtus tribua
tur, quæ à Summo omnium Pontifice Chriſto,
50 tributa eſt. Balſamum enim non mixtũ, †Chri-
ſtum ſignificat: iuxta illud Eccleſiaſtici. ca. 24.
Quaſi Balſamum nõ mixrum odor meus. Quia
Sophiſticatum, & alijs commixtũ, prauis Chri-
ſtianis aſſimilatur: vt dicit ibi Pelbartus. Ideo-
que cum Summus Pontifex, Chriſtianorum om
niũ ſit Princeps cõſtitutus, & Sacerdotes Chri
ſtiani, odorem bonorum operum, atq; exẽplo-
rum alijs exhibere debeant; non mirum, ſi eo
inungantur. Hinc illud Pauli 2. Corinth. cap. 2.
51 Chriſti bonus † odor ſumus. quem locum ad-
huoc effectum expendit Staniſlaus Oſius Car-
dinalis Varmienſis de Sacrament. cap. 38. Sed
hodie ex Dei omnipotentis gratia, etiam in no
uis inſulis Catholici Regis reperitur perfectiſ-
52 ſimum balſamum. vt † ſcribit Garzias Hortus
Simplicium Aromatum. lib. 2. cap. 7. Nicolaus
Monardes. lib. 2. cap. 7.

Quò verò ad oleum, ſiue reſpiciamus ad oli
uæ arborem, ſiue ad oleum ipſarum, magnũ in
omnibus deſignat myſterium. Oliua enim diui-
53 nam ſapientiam† denotat. & ita accipi debet
illud Iudicum c. 9. Ierunt ligna, vt vngerent ſu
per ſe Regem, dixeruntq; oliuæ: Impera nobis.
Quæ reſpondit: nunquid poſſum deſerere pin-
guedinem meam, qua, & Dij vtuntur, & homi-
nes, & venire, vt inter ligna promoueat? Et
54 Eccleſiaſt. c. 24. † Quaſi oliua ſpecioſa in cam-
pis. & cap. 50. Quaſi oliua pullulans. Capi etiã
ſolet oliua pro Eccleſia. hinc illud Oſeæ. ca. 14.
Et erit quaſi oliua gloria eius. Et Pauli ad Ro-
manos. cap. 11. Quòd ſi aliqui (inquit) ex ramis
fracti ſunt, tu autem, cum Oleaſter eſſes, inſer-
tus es in illis, & ſocius radicis, & pinguedinis
oliuæ factus es, noli gloriari aduerſos ramos:
vbi plura alia. Oliua etiam pro iuſto accipitur:
55 † vt patet Iob. cap. 15. Quaſi oliua proijciens
florem ſuum. & Dauid Pſalm. 51. Ego autem ſi-
cut oliua fructifera in domo Dei. Ramus oliuæ
olim Noæ in Arca à columba portatus, pacis
56 † Symbolum fuit, & cum humano genere pla-
catam fuiſſe Dei iram ſignificauit. de quo Ge-
neſ. cap. 8. & de columba dicitur. At illa venit
ad eum ad veſperum portans ramum oliuæ vi-
rentibus folijs io ore. ſuo. vnde illud Virgilij
lib 8. Æneidos.

Paciferaq; manu, ramum prætendit oliuæ.

Cui aſtipulatur Baptiſta Mantuanus dum ait.

Vimina pacifica per templa legantur oliuæ.

57 Idcirco in Seueri †Alexandri Imperatoris Nu
miſmatè eſt imago talari veſte induta, oliuæ ra
mum manu tenẽs, cum in ſcriptione. Fundato
ri Pacis. Sic & Numiſma Philippi Cæſaris, in
58 quo eſt in ſcriptum. † Pax Aeterna: vt latè di-
xi in Apologia Catholica in ſententiam Pilati,
Aquilæ repertam. Ibidem aſſerui, Victoriæ ſi-
gnum oliuam pro tẽdere. Sic olim victores Du-
ces ex Oliuatum ramis in triumphis coronas
gerebãt. Eo modo Athenieſẽs, eo modo Roma
ni Equitũ turmas olea coronabãt: vt dicit Plin.
li. 15. c. 4. Diuinã itaq; ſapientiã, & conſiderẽt,
& ſequi procurẽt Põtifices, Regeſq;. Põtifices,
qui Eccleſiæ præſunt, Sacerdotes, qui in ſortẽ
59 Domini electi ſunt, † Eccleſiam foueant, &
tueantur. Pontifices, ſacerdotes, ac Reges, quæ
iuſta ſunt amplectantur. Pacem procurent, &
ipſi Pacis authores efficiantur. Nam Põtifices,
& Sacerdotes, calcatis vitiorum ſordibus, gre
gem eis creditum, deuictis hoſtibus, Mundo,
Carne, & Diabolo: Reges, de bellatis terræ mõ
ſtris, hæreticis, ac fidei Chriſtianę hoſtibus, Ec-
cleſiæ pugiles efficientur, ipſam tuebuntur, in-
uicto Marte, & brachio forti, in cœlo, gloria
ſempiterna fruentur. Oleum etiam, quod oli-
60 uæ fructus exiſtit, diuinam † gratiam præſe-
fert. & huc ſpectat illud Deuteron. cap. 32. Vt
ſugeret mel de petra, & Oleum de ſaxo durifsi
mo. Et Dauid Pſal. 44. Propterea vnxit te De⁹,
Deus tuus, Oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.
quod, & retulit Paulus Apoſtolus ad He-
bræos cap. 1. ſic idem Dauid Pſalm. 88. Inueni
Dauid, ſeruũ meum, oleo ſancto meo vnxi eũ.
vt multis comprobat Cardinalis Hoſius de ſa-
crament.

cramentc.cap.38.verſ.Neque verò quia. Et mi-
61 ſericordiam † etiam deſignabit oleum,qua ſu
periores, & Principes, miſericorditer, & cle-
menter,quum ſpirituales, tum temporales, vti
debent. de quo Dauid Pſalm.22. Impinguaſti
in oleo caput meum. & Eccleſiaſtes.c.9.Omni
tempore ſint veſtimenta tua cādida, & oleum
de capite tuo non deficiat. Vnde Eſaias.cap.1.
Vulnus,& Liuor,& plaga tumens, non eſt cir-
cumligata, nec curata medicamine, nec fota
oleo. Et iterum.cap.10. Computreſcet iugum
à facie olei.& Lucę.cap.10.Et appropriàns al-
ligauit Vulnera eius, infundens oleum, & vi-
num. quod è noſtris retulit etiam Gul. Bene-
dict.in rep.c Raynutius.in verbo. Condidit. il
1.nu.58 de teſtam. Oleum inſuper diuitias ſi-
62 gnificabit,† quibus Dominus abundare facit,
tam Eccleſiaſticos,& ſpirituales, quàm laicos,
& temporales Principes. vt dicit Iob. cap. 29.
Et petra mihi fundebat riuos olei. & Dauid
Pſalm.4.A fructu frumenti,vini, & olei ſui mul
tiplicati ſunt. & Salmon Prouerb.cap.21.The-
ſaurus deſiderabilis,& oleum in habitaculo iu
ſti. Et Ieremiæ.c.41.Noli occidere nos,quia ha
bemus theſauros in agro,frumenti, & ordei, &
olei, & mellis. Et Oſeæ cap. 2. Quia ego dedi
ei frumentum, & vinum, & oleum, & replebi-
mini eis, & non dabo vos vltra opprobrium in
gentibus. Oleum etiam bonam,ac optimā fa-
63 mam denotabit,cui † ſtudere debent:iuxta il-
lud Salomonis Canticor.cap.1.Oleum effuſum
nomen tuum Hinc Auguſtin.de verbis Domi-
ni. ſermon.23. authoritate Pauli 1. Corinth. c.
13.Si linguis hominum loquar, & Angelorum,
charitatem autem non habeam,factus ſum ve-
luti æs ſonans,aut Cymbalum tinniens.Subdit
Auguſtin. Charitas ſupereminet, meritò oleo
aſſimulatur;omnibus enim humoribus oleū ſu-
pereminet.Mitte oleum,ſuper infunde aquam,
oleum ſupereminet. Mitte aquam, & ſuper in-
funde oleum,oleum ſupereminet. Si ordinem
ſeruaueris vincit : ſi ordinem mutaueris, vin-
cit:charitas numquam cadit. Vnde armati di-
uina gratia, & miſericordia circūdati, diuitijs
abundantes,ijs vtantur benè operantes, vt eo-
rum bonæ famæ ſtudioſi,charitatem pręferē-
tes,& præſenti ſeculo ſint admirationi,& futu-
ro per benè,ac rectè operata,mercedem repro
miſſionis accipiant. Hinc his comitati virtuti-
bus, vncti appellati ſunt, Chriſti nomine, vt
Moyſes omnium primus, ſic appellauit. vt di-
cit Euſebius de Præpar.Euangelica.lib.4.c.25.
Propterea.lib.2.Reg.cap.1.dicitur,Quare non
timuiſti mittere manum tuā,vt occideres Chri
ſtum Domini? & lib 1. Paralipom.c.16. Nolite
tāgere Chriſtos meos, & in Prophetis meis no
lite malignari. quod repetijt Dauid Pſal. 105.
In tantum autem inualuit, oleo vngēdi Reges
64 ritus,vt multi † certarint Apoſtolicæ ſedis be
neficio,vnctionem obtinere:vt de Rege Scotię
ſcribit Hoſtienſ.in Summa tit. de ſacra vnctio.
Hoc etiam ſummo, ac laudabili ritu,etiā apud
65 † Sereniſſimos Noruegiæ,& Septētrionis Re-
ges fieri docet Olaus Magnus de Hiſtor. Se-
ptentrionali lib. 14.cap.5.& 6.

Quatnor itaque ſunt enumerati Reges, qui
ſancto oleo vngi debent,Hieroſolymitanus,Si-
66 culus,† Gallus, & Anglus. de ijs dici poteſt
illud Auguſtin. de quæſt. veter.& noui teſtam.
lib.primo. cap.14. Apud maiores (inquit) no-
ſtros, qui in Reges vngebantur, Chriſti voca-
bantur, habentes imaginem Chriſti venturi.
Qui natus de Deo patre in Regem,non imme-
rito Chriſtus appellatur,quia quod iſtis Chriſ-
ma, illi dedit natiuitas. Quorum quatuor Re-
gnorum, duo Catholici Regis exiſtunt. Hi
Reges fuere, qui tamquàm Eccleſiæ pugiles,
tali honore dignati ſunt. Sed proh dolor,Re-
gnum Hieruſalem apud Barbaros eſt, & ſo-
67 lo honoris titulo † Rex noſter decoratur. Re-
gnū Angliæ ab Eccleſia Catholica, & fidelium
communione diuiſum eſt.In hoc Elizabeta Re
gina rerum moderatur, quæ dum Regnum au-
ſpicata eſt, ouis modum figurans, ſtatim intus
68 lupum ferre demonſtrauit.Dum enim† ſancto
oleo perfunditur,quid dixerit,quidue fecerit,
melius eſt,vt audiamus Anglum,& ipſum Nico
laum Sanderum, virum vndequaq; optimum,
& de Chriſtiana Eccleſia,& fide optimè meri-
tum.Is enim Sanderus de Schiſmate Anglica-
no.lib.3.Iuſiurandum (inquit)tamen Chriſtia-
nis Regibus,lege, & more maiorū præſcriptū,
de fidei Catholicæ defenſione,Priuilegiorum,
ac libertatum Eccleſiaſticarum conſeruatione;
ne fortè de Regno minus ritè adepto, poſtea
fieret quæſtio;ſuorum ſuaſu, qui Regni cauſa,
quiduis ſimulandum,diſſimulandum,iurādum,
periurandum, ſenſerant, in ſua inauguratiòne
ſolemniter pręſtitit;permiſit ſe quoque oleo li
niri,ſed non ſine irriſione,& faſtidio; nam ſub
papilionem parumper pro more ad Regales in
duendas veſtes,diuertens, nobilioribus circū-
ſtantibus ancillis dixiſſe fertur;Abite,ne fętor
huius olei vos offendat.Hæc Sanderus.Imitata
traditiones Lutheranorū,& præſertim Bugen-
hagij Pomerani,qui æquè ſanctū, & honeſtum
69 eſſe dixit,Regem † inungi tamquàm oleo be-
nedictionis,adipe coquinario Raparum more.
quorum meminit hoc admodū dānans Olaus
Magnus in Hiſtor. Septentrional.lib. 14.cap.5.
Regnum Galliæ ſuis vacillans incendijs, inte-
ſtina retinet bella, quæ vertuntur inter Catho-
licos,& fidei Chriſtianæ veros aſſertores, & hę
reticos,& eiuſdē fidei hoſtes.Ita quòd ex qua-
tuor ſolus Rex Siculus noſter Catholicus pro
fide,& eccleſia Romana quotidie vigilat. Dñs
illum,eiuſq; ſucceſſus pro totius Chriſtiani po
puli gloria,diutiſſimè conſeruet, & actus ſuos
ſecundet.

Nec ijs arrideo, qui dicunt, hanc vnctionem
ope-

70 operari, ꝙ Reges vncti, vassalli † Ecclesiæ fiāt. arg.c.Intelleximus. de iureiur. & voluit Bald. in c.Pastoralis.de rescript.quem referens, sequitur Martiu.Laudens. de Princip.§.23.& Lācellott.Conrad.in Templo omn.iudic. lib.1.c. 1.§.4. in verb. Iudex est competens. Quod si idcirco dictum putent, vt omnia vassalli, ac feu datarij munia subire teneantur, id non amplecterer. Quia si omnes Reges, qui inunguntur, vt sunt hodie plures, fierent vassalli Ecclesiæ, quod sanè intelligi oportet. Non negauerim enim omnes Christianos Reges, (vt iam dictū est supra.c. 46. dum egi de Regno Nauarræ, &
71 de Regno Angliæ. & cap.47.) debere † Summo Pontifici colla submittere, alias in uanum Christiani Principes appellarētur, si Christi vices gerenti, non obtemperarent. Minusq; propterea verum est illud, ꝙ idcirco Rex habeat beneficiorum collationem, siue potius nominationem, quia sacro oleo vngitur. vt censuit Minadous in rep Const. In aliquibus. In verb. Comitum. nu.10.11. vbi errauit, dū inquit, vn-
72 gi sacro Chrismate, † cum illo oleo non vngatur, sed oleo Cathecumenorum, vt dictum est. Nec ob causam vnctionis, competit ei beneficiorum nominatio, sed alia, vt dicam infra.ca. 50. Sed illam esse causam arbitror, Regibus, & Principibus congruentem, quam ex somnio ad Machabæum dictā scimus. de qua habetur lib. 2.Machab. c. vlt. ACCIPE SANCTVM GLADIVM, Munus à Deo, in quo deijcies aduersarios populi mei Israel. Vt hoc debeant Christiani Principes, pro Ecclesia, & Christiano populo operari.

Hispaniæ Reges, nihil dignius, nihilq; sanctius purarunt, quàm vt cæterorum supradictorum Regum more, sancto oleo vngerentur,
83 vt fuit vnctus † Bamba Rex per Archiepiscopum Toletanum, Hispaniæ Primatem. de quo Io.Magnus in Historia Gothorum, & Suenonū. lib.16. cap.22. Nec passus est (inquit) se Regem nominari, donec sanctorum Regum exemplo, per manus Pontificum inunctus, & coronatus esset. Facta est ea coronatio Toleti per officium Primatus Archiepiscopi Toletani. Quod ante eum dixerat Rodericus Archiepiscopus Toletan. Histor. Hispanic.lib.3.cap.1. dum ait: Decreuit se à Regis nomine temperare, donec in maiori Ecclesia, vrbis Regiæ, vnctionis reciperet sacramentum. Mox igitur à Principibus Toletum ducitur, & in Primate Ecclesia Beatæ Virginis, à Quirico eiusdem Pontifice, in Regem omnibus annuentibus cōsecratur. & paulòpost idem Rodericus refert, in eius inūctione hoc miraculū accidisse. Et in ipsa hora (ait)
74 qua à Pontifice vngebatur, cunctis † cernentibus, visus est vapor ab eo loco, vbi vnctionis oleum fundebatur in modū virgæ fumeæ ascendisse; & visa est apis de eius capite prosiluisse, & ad cęlos cōtinuo volitasse. Hæc Rodericus. de quo Miraculo scripsit etiam Baptista Fulg. lib.1.c.4. Cuius miraculi vim eam esse magnam nemo prudens negabit: non æquale solum, sed quasi excedens miraculum, quod Galliæ accidit, dum in Regem vngeretur Clodouæus, vt referunt dixisse Robert. Guaghin. lib.1. quòd Beato Remigio Archiepiscopo Remensi fuerit asportata ampulla oleo plena per Colum-
75 bā, quo † dicunt inungi Galliæ Reges. vt retulit Guido Pap. in Decis. Gratianopol.14. in fin. Carolus de Grassalio Regalium Franciæ.lib.1. iure.1.& iterum. iure.2. Francisc. Marc. in decis. Delphin.456.nu.15.vol.1.& nouissimè Stephanus Forcatulus de Gallor. Imper.lib.6. Qd oleum fuit asportatum tempore, quo Clodo-
76 uæus baptizabatur, non † autem tempore inunctionis, vel coronationis: Fuitq; hoc baptismi tempore ad augendam Christi fidem in Rege tunc Ethnico vt miraculo securior redditus, vigilantius perseueraret in fide; ac videns numina in eum operari tam altè, Idola respueret, & alij etiam, tutè ad eandem fidem accederent.

Quantum attinet autē ad Bambæ Regis miraculum in coronatione, atque inauguratione factum, è cuius capite Apis, vapor, & fumus
77 ascendebant † in cœlū, Admiranda Dei Optimi Maximi potentia enucleatur, qui sibi complacere Catholici Regis actum ostendens, per fumum, & vaporem è capite ascendentem, demonstrauit. Sic Exodi.cap.19. dicitur: Totus autem mons Sinai fumabat, eo quòd descendisset Dominus Deus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo, quasi de fornace, eratq; omnis mons terribilis. Voluit etiā ostendere gloriam Regis: iuxta illud Salomonis Canticor.c. 3. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex Aromatibus Mirrhę, & Thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? Sic etiam illud Isaię.c.4. Vbi per splendorem fumi, & ne-
78 bulę in die, denotat gloriam, † vt ibi dicit Hieronymus. ad quod facit, quod dixerat Dauid Psal.143. Qui tangit montes, & fumigant. Ac si diceret, quòd per tactum Domini, resultat fumus gloriam designans. Ità etiam Apocalyps. ca.19. Et fumus eius ascendit in secula seculo-
79 rum. Per vaporem enim † designatur sapiētia Dei, & claritas, & fuisse operatas in illo sic Sapientiæ. cap.7. Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera. & Ezechiel cap.8. Et vapor nebulæ de Thure consurgebat. Ascensus autem va-
80 poris † sursum, nihil aliud designat, nisi, quòd ad dignitatem magnam, & alijs excellentissimam, ex diuina dispositione ascendebat. & sic capi solet Genes.c.45.& 46. Ascendam, & nunciabo Pharaoni. & Numeri.cap.33. Ascenditq; Aaron sacerdos in montem Hor, iubente Domino. Et illud Deuteronom. c.10. Ascende ad me in montem. Sic intelligitur illud lib.1. Paralip.ca.11. Ascendit igitur primus Ioab filius

Saruiæ,& factus est Princeps. Non mirum etiã
81 si Apis ibidem ascendit,cuius natura† illa est, vt Regem habeat sine aculeo,ad populi clemẽtiam,& opera subditorum intentum,vti de eis retulit Plotinus in lib.de suo cuiusq; genio. de quibus Clemens Romanus Constitut. Apostolicar.lib.2.cap.67. Et accede (inquit) ad Apẽ, & disce quàm sit operatiua, & opus quàm graue negotietur,cuius labores Reges, & Idiotæ ad sanitatem adhibent: est autem desiderabilis,& gloriosa, quemamodum est viribus infirma. Omitto alia, quæ apud Horũ Apollinem, Pieriũ, aliosq; Hieroglyphicorum, Emblematum,ac Symbolorũ scriptores reperiũtur, quia apud eos videri poterunt: ne fortè mihi illud accidat, quod illi Philosopho euenit, qui triginta annos in solitudine stetit,vt Apis naturã
82 addisceret;† cuius nouissimè meminit Cornelius Mussus Episcopus Bitontinus serm. Quadragesimal. 12.

ARG. CAP. L.

Catholicus Rex in suis Regnis, & Dominijs habet nominationes Prælatorum in vim iuris Patronatus. A quo tempore hoc ius habeat? Ex qua causa? Discutitur opinio quorundam Gallorũ scriptorum, qui contrarium asseuerarunt. Qui alij Reges, ac Principes hoc ius habeant? A quibus debẽt abstinere, qui has prærogatiuas habent.

COMPENDIVM.

1 *Sacerdotia,& Ecclesiastica beneficia ad laicorum collationem minimè spectant.*
2 *Samuel, cum vidisset Saulem qui obtulerat Domino Pacifica,& Holocausta,ipso non expectato,sui Regni perditionem illi prædixit.*
3 *Ozias Rex in contemptum Azariæ Pontificis,voluit, ingresso Domini templo, adolere incensum super altare Thimiamatis, & statim lepra percussus est.*
4 *Rex Catholicus in Regnis Neapolis, Siciliæ, Hispaniæ, Mediolani, Brabantiæ,in Flandria,in nouo Orbe,nominat, & præsentat Prælatos. num. 5. 21.*
6 *Regi Galliæ competit ius nominandi ad Sacerdotia, abolita Pragmatica sanctione per concordata inter Leonem X. Summum Pontificem, & Franciscum Primum.*
7 *Reges Vngariæ, & Angliæ habent nominationes ad prælaturas.*
8 *Summum Pontificem non disponere de iurispatronatibus, quomodo intelligendum?*
9 *Laicum posse beneficium conferre, Summi Pontificis authoritas requiritur. num. 10.*
11 *Rex Catholicus ex priuilegio Papæ habet ius præsentandi in Regno Apuliæ.*
12 *Electio Abbatis Cassinensis ad quem spectat?*
13 *Nominationes an fiant,sine Papæ priuilegio,sed uirtute præscriptionis?*
14 *Actus actiuorum sunt in patiente benè disposito.*
15 *Præscriptio nulla currit, data præscribentis incapacitate.*
16 *Prælati mortem Regi nunciari, consuetudine introduci potest.*
17 *Prælati solemnem præsentationem, an sit necesse Principi seculari notificari.*
18 *Electio, an retractetur,si Principi seculari facta non fuerit notificatio.*
19 *Prælatus non debet esse laico Principi suspectus,ne sui status secreta rimetur.*
20 *Apostoli docebant, Regem timeri, Magistratum in honore haberi.*
22 *Regnum Neapolitanum, Apuliæ Regnũ prius dictũ.*
23 *Rex Apuliæ priuilegium habet, vt in qualibet Ecclesia vnum ponat.*
24 *Reges Neapolitani in quadraginta Ecclesijs Cathedralibus Episcopos ponunt.*
25 *In insula Siciliæ omnes prælati à Rege Catholico præsentantur.num.26.*
27 *Prælati Status Mediolani à Rege nominantur.*
28 *In Belgia, siue Flandria Rex Prælatos præsentat.*
29 *Apud insulas Indiarum,& nouum orbem Rex Catholicus præsentat prælatos.*
30 *Reges plurimi qui exprimuntur prælatos nominant.*
31 *Rex Alemaniæ prælatos nominat ex concessione Pontificis.*
32 *Institutio, & confirmatio Prælati ad superiorem Ecclesiasticum, non ad laicum pertinet.nu.33.*
34 *Reges Hispanos à Carolo Magno ius habuisse nominandi Prælatos, falsum est.nu.35.& 36.*
37 *Duodecimum Concilium Toletanũ,quo tẽpore fuerit?*
38 *Hispaniæ Reges ius nominandi Prȩlatos Gallis Regibus communicauere.*
39 *Reges omnes nominare debent,vt Philippus Rex Catholicus ad Prȩlaturas.*
40 *Concil. Trid.confirmauit omnia priuilegia Imperatoris, ac Regum super iurepatronatibus.*
41 *Regis Hispani consensus exigitur, si prȩlatura, aut pensio in Hispania per Pontificem daretur.*
42 *Nominandi ad prȩlaturas non sint coniugati.*
43 *Non desponsati per verba de prȩsenti.*
44 *Non bigami.*
45 *Non Scismatici.*
46 *Non Sortilegi.*
47 *Non Sacrilegi.*
48 *Non furiosi.*
49 *Non rei criminis lȩsȩ Maiestatis.*
50 *Non falsantes literas Papȩ.*
51 *Non Sodomitȩ.*
52 *Non Apostatæ.*
53 *Non homicidȩ.*
54 *Non periuri.*
55 *Non vsurarij publici.*
56 *Non per saltum ordinati.*
57 *Non Simoniaci.*
58 *Non excommunicati.*

Non

C A P. L.

Sacerdotia, Prælaturas, aliaq; iura Ecclesiastica, ac spiritualia, ad laicorū collationem
1 minimè spectare, † exploratissimum est, sed ad solos Ecclesiasticos, iam inde antiquum est, à principio nascentis Ecclesiæ sub sanctis Apostolis, à quibus Canon huiusmodi emanauit. Si quis Episcopus, secularibus potestatibus vsus, Ecclesiā p ipsos obtineat, deponatur, & segregetur, omnesq; , qui illi cōmunicant. Hinc Gregorius VII. Sūmus Pontifex inquit: Si quis deinceps Episcopatū, vel Abbatiā de manu alicuius laicę psonæ susceperit, nullatenus inter Episcopos, vel Abbates habeatur, nec vlla ei, vt Episcopo, vel Abbati audiētia cōcedatur. Insuper, & gratiam B. Petri, & introitum Ecclesiæ interdicimus, quo vsq; locum, quem sub crimine, tā inobedientiæ, quàm ambitionis, ex qua scælus Idolatriæ cæpit, resipiscendo non deseruerit. Similiter ēt de inferioribus Ecclesiasticis dignitatibus constituimus. Item si quis Imperatorū, Regum, Ducum, Marchionum, Comitū, vel quilibet secularium potestatum, aut personarum inuestituram Episcopatus, vel alicuius Ecclesiasticæ dignitatis dare præsumpserit, eiusdem sententiæ, vinculo obstrictum esse sciat. Et postmodum. Quoniam (inquit) inuestituras contra Sanctorum Patrum authoritatē à laicis in multis partibus cognouimus fieri, & ex eo plurimas pturbationes in Ecclesia (immò ruinā sanctæ Religionis) oriri, ex quibus Christianæ censuræ religio cōturbatur: decernimus, vt nullus clericorum inuestituras Episcopatus, vel Abbatiæ, vel Ecclesiæ, de manu Imperatoris, vel Regis, vel alicuius laicæ personæ, viri, vel fæminæ suscipiat: q̄ si præsumpserit, recognoscat, inuestiturā illā, Apostolica authoritate, irritā esse, & se vsq; ad dignā satisfactionē, excōmunicationi subiacere. vt plenè habetur in c. Si quis deinceps. c. Qm̄. c. Si qs Episcopus 16. q. 7. Hinc Saul volens procedere ad bellandum contra Philisthijm, non expectato Samuele sacerdote, obtulit ipse Dn̄o pacifica, & holocaustū: aduenięte
2 postmodū Samuele, † & factum redarguente, audire meruit: Stultè egisti, nec custodisti, mādata Dn̄i Dei tui, q̄ pcepit tibi. Quod si nō fecisses, iam nunc præparasset Dn̄s Regnū tuum super Israel in sempiternum, sed nunq̄ regnū tuū vltra consurget. vt patet lib. 1. Regū. c. 13. Ozias etiam Rex ingressus Templū Dn̄i, voluit adolere incensum super altare Thimiamatis. Vnde ingressus post eū Azarias Pōtifex, & cum eo Sacerdotes Dn̄i, viri fortissimi octoginta, restiterunt regi, atq; dixerunt: Non est tui officij Ozia, vt adoleas incensum Dn̄i, sed Sacerdotū, hoc est filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiuscemodi ministeriū; Egredere Sanctuario, Ne contempseris, quia non reputabitur tibi in gloriā à Dn̄o Deo. Vnde iratus Ozias, & tenēs in manu Turribulū, vt adoleret incensum, mina
3 batur Sacerdotibus: statimq; est orta † lepra in fronte eius coram Sacerdotibus in domo Dn̄i, vnde proiecerunt eum. vt patet lib. 4. Regum. c. 15. & plenius lib. 2. Paralip. cap. 26. & scribit Ignatius in Epistola ad Magnestos. Latius prosequitur Clemens Roman. Constitutionū Apostolicar. lib 2. c. 31. Quibus adstipulantur dicta Oldrad. in cons. 1. num. 12. & per totum.

Secus tn̄ est in Rege Catholico, qui in Regnis
4 Hispaniæ, Neapolis, † Siciliæ, in Brabantia, Flādria, in Insulis Indiarū, alijsq; Dominijs, habet ius eligēdi, seu nominādi, ac præsentādi Prælatos, ad prælaturas, beneficia, ac sacerdotia. in Ducatu verò Mediolani aliquos tantū. Et de Hispanijs habetur expressè in c. Cū longè. 63. dist. vbi Gloss. tenuit, quod sicut olim Rex Hispanię
5 eligebat, sic etiā hodie. † Sequitur Io. de Selua de benefic. lib. 2. q. 23. col. 8. Ioan. Ferald. de Priuileg. Regni Frāc. iur. 9. vt de ijs, & alijs scripsit Anton. Corset. de potestat. & Excell. Regia. q. 11. & q. 55. in fin. Frācisc. Marc. in decis. Delphin. 456. sub nu. 32. vol. 1. Didac. Couar. in c. Quamuis. in 2. parte relect. § 10. sub num. 5. Alphons. Aluarez in Specul. Roman. Pontific. c. 41. col. 2. vers. & dicunt Doctores. & iterum cap. 51. § 9. vers. sed animaduertendum. Matth. de Afflict. in prælud. Const. Regni. q. 18. Restaur. Castald. de Imperator. q. 100. nu. 16. Ioan. Thom. Minadous in Const. Regni. In aliquibus. in verb. Comitum. nu. 11. Gulielm. Benedict. in Rep. cap. Raynutius. in verb. Et vxorem nomine Adelasiam. Decision. 2. nu. 70. cum seq. de testament. & Ferdinand. Vasq. Controuers. Illust. cap. 22. nu. 15 Sic etiam maiori ex parte dicunt supradicti Doctores, competere Regi Galliæ in sa-
6 cerdotijs † eiusdem Regni, abolita, & antiquata Pragmatica Sanctione per concordata inter Leonem X. Summum Pōtificem, & Franciscū I.
7 Regem Galliæ. Sic etiam de Regibus † Hungariæ, & Angliæ, de quibus etiam Speculat. in titul. ne sed. vacant. Compostellan. in c. Quod sicut. col. fi. vers. sed nunquàm illi. ext. de elect. & Collectar. in c. Cum dilecta. in princ. de concess. præben. Bal. in l. Rescripta. col. 2. C. de præcib. Imperat. offer. Oldrad. in d. consil. 1. Alex. in consil. 74. col. 2. vol. 4. Æneas de Falconibus in tractat. Reseruation. quæst. 3. in princip. sub nu. 13. nouissimè Arnulphus Ruzeus in tracta. de iure Regalior. per totum. & post eū Philipp.

Probus Regalior.q.2. & quæst.3. sub nu. 12.13. Petr. Rebuffi in tract.nomination. q.1.num.31. Ioan.Nicol. Gimonteus in pract.Beneficial.tit. 3.cap.3.nu.4. & Ioan. Corasius in Sacerdotior. Paraphrasi.parte 4.cap.4.nu.2. & per totum.Et
8 de his intelligitur illud quòd† Summus Pontifex non disponit de beneficijs patronalibus.vt post Felyn. in tract. Quomodo litteræ Apostolicæ. dicit idem Ruzeus priuileg. 14.nu.7.

Quantum verò attinet ad ius conferendi sacerdotia vacantia, videtur quoad illos Reges, qui non habent ius suum fundatum ex priuilegio, non posse dicto iure vti. Requiritur enim
9 speciale Summi Pontificis priuilegium, † quo minus possit etiam laicus beneficium conferre. Archidiacon. in c. Hortamur.col.4.71.dist.Eli-
10 gēdi enim personam†in beneficio, potest Pontifex ius laico tribuere. Anton.de Butr.in c.Dilecta.circa princ. de testib. & in c. In nostra.q. 2.de rescript. Martin. Nauarr.in conf.43.nu.10. 17. de Simon.lib.2. Prout est Rex noster Catho
11 licus,præsertim in Regno Apuliæ, † qui super hoc habet priuilegiū à Papa. vt testatur Matth. de Afflict. in prælud.Const.Regni. q. 18. col.2. vbi dicit:ipsum vidisse priuilegium Hērici VI. Imperatoris,dum erat Regni Rex, factum Aceris,Calendis Augusti,Anni Domini nostri Iesu Christi 1191. in quo asserebat post longam inter ipsum, & Pontificem Maximum dissensionem super electione Abbatis Cassinensis, & tandem
12 Pontificem declarasse, dicti Abbatis † electionem ad ipsum spectauisse,& de cætero sibi spectare,ac successoribus in Regno. Cuius rei testis est etiam Glossator. in summa. 16. q. 7. in verb.Ecclesias. quam gloss. probauit Io. Andr. in Specul. tit. de legat. §. Nunc tractemus. sub nu.5.vers. sed nunquid legatus.in verb.cōtulit. Alexand. in consil.74.col.2. vers.Et pro hoc facit.volum.4. Lancellot. Conrad. in Templo iudic.lib.1.cap.2.§.3.num.10. & lib. 2. cap.5.§.1. & Francisc. Bursat.in consil. 126.num.25.vol.2. Et ante eos Innocent. in cap. Quod sicut.col.1. vbi Panor.num.6. & alij. de elect. Ioan. de Selua de benefic. in dicta quæst. 23. Vbi dicunt ex Summi Pontificis priuilegio, id fieri posse.
13 Quod ampliant procedere† etiam vbi per Reges in cōcedendis beneficijs, & prælaturis, est legitimè præscriptum. vt dicit Ioannes Monachi, & alij. in c.2.de præbend.in 6.vt id, quod est concessibile per verbum Papæ, possit esse etiam præscriptibile. vt ibidē dicit Geminian. Quoad vltimum dictum hoc concludunt communiter.Nullo pacto licere per aliquod temporis transitū. Per hanc præscriptionem, ius istud conferendi, posse per Principem laicum quæri, cum in eis similia iura spiritualia cōferendi non cadat.c. Sacrosancta.c.Messana. de elect.&
14 actus agentium operantur in patiente † benè dispositio. vt dicit Aristotel. lib. 2. de Anima. 24. Data enim incapacitate, sequitur non dari æqualitatem priuilegij, & consuetudinis præscriptæ,quia eadem concurrente incapacitate,
15 præscriptio† nulla currit. Ioan. Andr. Gemin. & alij in dicto c.2.de præb.in 6.Cardinal.Zabarell.in consil.58. & alios referens Ioan. de Selua de benef. dicta quæst. 23. Benè tamen consuetudine induci potest, quòd Prælati mors
16 nuncietur Regi,vel Principi seculari, vt † electum confirmet. iuxta tradita in c. Lectis 63. distinct. & c.Abbatem. il secundo 18.q.2. quorum authoritate,sic cēsuit Innoc. in d.c.Quod sicut. col.1. cuius opinionem,communiter amplecti censuit ibidem Panor. nu. 7. Solemnem
17 Prælati electionem, fore†Principi seculari præsentandam. dicit Glos.in d.c.Abbatem.Et si talis notificatio facta non fuerit, eleuationem
18 † retractari, scripsit Innoc. in d.c. Quod sicut. Quamquàm Panor. ibidem dicat, non idcirco electionem retractari. Nec absona est conclusio,quod hæc notificatio sit seculari Principi facienda,cum posit suas exceptiones opponere, puta ꝙ sit sibi suspectus, nec Prælatus sit odio-
19 sus Principi in suo statu, & secreta† Regni, ac Dominij timetur, aut de proditione formiter. l.Si quis aliquid.§.Trāsfugæ.ff.de pœnis.l.Omnes. §. Exploratores. ff. de re militar. & ex hac causa fore admittendum,cum sua intersit. Voluit Innocēt.in c.Super his.col.2. de Accus.Panor.in d.c.Quod sup.§.Super eo.nu.7.Io.Igne*. in l. Necessarios.§.Non alias.nu.331.ff.Ad Syllan. Barthol.de Cassæn.in Catalogo Glor.mūd. par.5.Considerat.24. vers. 194. Didac. Couar. in d.§ 10.num.5. in fin. Vnde inoleuit, vsus,& practica in Regno Neapolitano, vt non admittantur Bullæ, rescripta,& collationes sacerdotiorum, Prælaturarum, aut beneficiorum à Sede Apostolica emanatorum, nisi interponatur Regium brachium, siue exequatur, ex eadem causa intuitionis secretorum: vt latius dicam infra cap.seq. Sedes autem Apostolica,& Summi Pontifices Romani, concomitati à Spiritu sancto, ne qua sit diffidia inter ecclesiasticum, & seculare Imperium, probè id agere solet, vt prælati ponantur,qui Ecclesiastico digni seruitio sint,ac temporali dominatui minimè pertinaces. Nam ipsa secularis potestas apud Prælatos non debet esse ludibrio.Vnde Episcopos
20 † docuerunt Apostoli dicētes:Regem timeto, sciens Dñi esse electionem; Magistratus eius in honore habeto,vt ministros Dei; vltores enim sunt omnis iniuriæ, quibus penditore Tributū, vectigal, atq; omnem collationem grato animo: vt ad verbum refert Clemens Romanus Apostolicar. Constitut.lib.7.cap.17.

Rex Catholicus itaq; in Hispaniæ Regnis de
21 iure intentionem habet†radicatā, vt tm̄ ab eo nominati ad omnes Prælaturas admittantur: tum ex tex.dicti c. Cum longè.63. dist. approbato per Sedem Apostolicā, expresso,& tacito cōsensu per approbationē illius Cōcilij Tole-
tani

tani Duodecimi, apud qđ c. 6. id annotatur. & voluit alia allegãs Martin. Laudens. in tract. de priuileg. & rescript. § 2. Tum ex dotationibus, & erectionibus earundem Ecclesiarum, & redditũum, atq; introituum illis per Reges passim concessorum. Tum etiam ex recuperatione regnorum, & ecclesiarum præfatarum de manibus Maurorum, ac Sarracenorum, proprijs eorum sumptibus, bonis, ac sanguinum effusione, & iterum ad Christianam pietatem reintegratorum: quod Regibus Aragonum concessum est ab Vrbano Secundo, & præsertim Petro Regi: vt scribit Franciscus Taraffa de Regibus Hispan. in Alphonso VI. sequitur Petr. Gregorius Syntagmat. iuris vniuers. lib. 17. c. 7. nu 11. confirmatum à Calisto III. in anno 1455. & à Paulo III. in anno 1539.

In Regno Neapolitano similiter Rex nominat Prælatos, (& si non omnes) quod fuit Re-
22 gnum Apuliæ prius † nuncupatum. vt dicit gl. supra allegata 16. q. 7. in Summa. Afflict. in dicta q. 18. Ioan. de Selua in d. q. 23. Marin. Freccia de subfeud. Baron. lib. 1. tit. de Prouinc. & Ciuitat. Regni. vbi enumerat Prælaturas Cathredales, quæ ad Regis Catholici præsentationem pertinent; licet causas nõ dicat, nec rationes inducat. & post Alex. in cons. 74. col. 2. vers. & pro hoc facit. vol. 4. voluit Lancellot. Conrad. in Templo iudic. lib. 2. cap. 1. de Pontificib. Max. § 4. in verb. Dignitates, & ordines. nu. 11. Hinc dicit Gemin. in c. Is cui. sub num. 5. de præbend. in 6. quòd Rex Apuliæ priuilegio
23 † potitur, quòd in qualibet ecclesia potest ponere vnum, quod plus est. Et omnes inuestituræ ab Apostolica Sede factæ Regibus huius Regni, sunt, cum iurispatronatibus, beneficijs, sacerdotijs, & alijs ad eorundem Regum, collationem, electionem, & nominationem, ac præsentationem spectantibus, & pertinentibus. Regesque Neapolitanos, Pontificum beneficio, nominandi Episcopos facultatem habuisse in quadraginta primarijs Ecclesijs, quas
24 Cathredales dicimus, scribit Cæsar † Lambertin. de iur. patron. lib. 1. q. 11. quem refert. & sequitur Anastasius Germonius de sacror. immunitatib. lib. 3. cap. 12. nu. 30.

Quò verò ad sacerdotia, siue prælaturas Siciliæ vltra pharum, dictum est supra, eidem Regi
25 † Catholico spectare ius præsentandi prælatos, etiã ad Cathredales Ecclesias: ex Anton. Corseto, & alijs. Cum expulsis ab eadem insula Sarracenis, Episcopi positi fuerint, atq; electi, & nominati à Roberto, & Rogerio Northmannis Dominis, eisdemque confirmatum ius
26 perpetuo per Vrbanum Secundum † Sũmum Pontificem, vt post alios testatur Thom. Facellus Histor. Sicul. Decad. 2. lib. 7. cap. 1.

In Ducatu Mediolani eodẽmodo Rex Catholicus Prælatos aliquos præsentat, vt dicit Ae-
27 † neas de Falconib. in d. Tract. reseruation. q. 3. in princip. nu. 13. sequitur Restaurus Castald. de Imperator. q. 100. nu. 25.

In Dominio Belgiæ, siue Flandriæ similiter Rex, tãq; Comes, Prælatos nominat, & præsen-
28 tat, † quod etiam iure fundatur, ipsum in eis iura patronatus habere. notatur in c. Dilecto. de testib. & attestat. & in c. fin. ext. de concess. præben. & vbique in dictis locis Panor. voluit etiam Felin. in d. c. Dilecto. Selua in dicta q. 23. Renat. Choppin. de Doman. Franc. lib. 1. titul. 4. sub nu. 15.

Prælati etiam insularum Indiarum, ac Noui
29 orbis, similiter ab eodem Rege Carholico † nominantur, & præsentãtur. In his enim Rex Catholicus ex concessione, & priuilegio Pontificum, ius habet fundatum, vt dixi plenè supra. c. 46. dum de insulis nouis, ac Nouo orbe memini. Nam in illis quærendis Rex Catholicus, effudit, bona, opes, ac sanguinem; vt Ecclesiæ Catholicæ, cuius nomen gerit, ampliet Principatum; alios ibi aggreget, & Ecclesias ibi nouas constituat, erigat, & dotet. Sic enim executus est, & exequitur, noua templa construi mandando, ecclesias ædificari faciendo, dotes cõgruas, & redditus illis tribuendo, fidei Christianæ ibidem seminaria sustentando. Vndè nõ immeritò, vti optima mater, sancta Sedes Apostolica, grato animo, Prælatos ex Regia nominatione constituit, instituit, ac fouet.

Illud verò in Summa notandum erit, non solum eosdem Principes, sed alios etiam hoc iure vti, nonnullos esse, vt Alemaniæ Regem,
30 Boemiæ, † Vngariæ, Poloniæ, Suetiæ, Noruegię, Daciæ, & aliorum Regnorum: vt de rege Ale-
31 maniæ specialis concessio facta apparet † in anno circiter 1112. à Calisto Secundo Summo Pontifice, Henrico IV. Imperatori, cuius diplomatis tenor talis est. Ego Calistus seruus seruorum Dei, dilecto filio Hẽrico Dei gratia Romanorũ Imperatori Augusto, concedo electiones Episcoporũ, & Abbatũ Teutonici Regni q ad Regnũ pertinent, in præsentia tua fieri absque Simonia, & aliqua insolentia: vt si qua inter partes discordia emerserit, Metropolitani, & Prouincialium Consilio, vel iudicio saniori, parti assensum, & auxilium præbeas. Electus autem Regalia per sceptrum à te recipiat. De quibus verò querelam ad me detuleris pro ratione officij mei, auxilium meum præstabo. Do tibi veram pacem, & omnibus, qui in parte tua sunt, vel fuerunt tẽpore huius discordiæ. quod retulit Carolus Sigonius de Regno Italiæ lib. 10. Hi verò, & si ius nominandi, ac præsentandi habent, intelligi tamen debet, id solum eis concedi, non autem extendi ad ea, quæ spiritualitatem concernunt, confirmationem, & institutionem, & ijs similia: cõfirmatoris enim, & instituroris id iuris spiritualis esse, & non
32 laici, notũ est. ità ex Bonifacio de Vitalin. in Cle. vnica. de concess. præb. voluit Petr. Rebuff.

in tract. Nominatiõn. q. 15. sub nu. 10. dicens: Laicũ habere ius conferendi beneficia ex priuilegio Papæ; & si cõfert, nõ conferre aliquod ius spirituale; quia ipse non habet; sed inuestitus consequitur ius spirituale à confirmatore, vel alio ministro Ecclesiastico. vt refert, & sequtur Anastas. Germon. de indultis. §. In quibuscunq; nu. 13. Sed ante omnes istos, ijs verbis, quæ referam, dixerat Innocent. in c. Quod super. col. 1. de elect. Dicimus (inquit) ꝙ ex inue-
33 stitura Regum, † vel electione non habebant instituti ab eis aliquod ius spirituale, puta ꝙ possent conferre ecclesias, vel Canonicatus, vel ordinare clericos, vel huiuscemodi: potestatẽ autem horum recipiebant à confirmatore, vel consecratore, vel quocunque alio ministro spirituali, & Ecclesiastico. Per inuestituram autẽ laicorum potest recipere vassallagia, & alia temporalia. Hæc Innocentius.

Aliqui scriptores, præsertim Galli, asseruerunt, Reges Hispanos hoc ius nominandi, præ-
34 sentãdi, atq; † eligendi Prælatos à Carolo Magno habuisse, qui eiecto Desiderio Longobardorum Rege, & ab eius iugo liberato Adriano Summo Pontifice, Hispanias Maumeticha prauitate imbutas, Christianas fecerit. Potitis illis, Hispaniæ Rex insinuatus est, & ità istud regaliæ ius consequutos esse. Hoc dixerunt Ioan. Feraldus vbi supra priuilegio 9. & post eum
35 Carol. de Grassalio † Regal. Franciæ lib. 1. iure 3. Io. Igneus in d. §. Non alias. nu. 336. Quibus & si optimè satisfecerit Didac. Couar. in d. c. Quamuis. in 2. par. relect. §. 10. sub nu. 6. quem nouissimè sequitur Petr. Cenedo Collect. iuris canonici. 51. nu. 31. par. 1. Hoc ego corroboro ex alio, ex quo perperam tempora computauerunt, ac Historias, quæ si rectè essent calculatæ, fortè illud non dixissent. Carolus enim Magnus, si, vt ipsi dicunt, post Desideriũ, eiusq; eiectionem, Hispanias, vt ipsi asserunt liberauisset, id non fuisset, nisi in anno Domini 800. vt Paul. Aemilius, Io. Tilius, & alij Gallici scriptores dixerunt: ius verò præsentandi, ac Prælatos nominãdi, & eligendi, Hispanis Regibus,
36 fuit in anno circiter 679. † in anno primo Agathonis Papæ, qui modico tẽpore sedit in Papatu, quo tempore fuit facta illa declaratio per Duodecimum Cõcilium Toletanũ, in quo iam dicitur, longo antea tempore id ius Hispaniæ Regibus competijsse. Hoc autem Concilium
37 † fuit in primo anno Regis Eruigij, qui regnauit tempore eiusdem Agathonis Pontificis, ac aliorum in anno 679. & sic per centum viginti vno circiter annos, anteq̃ Carolus Magnus potiretur Imperio, Reges Hispani hoc ius habuerunt, quod adeo verum est, vt vlteriori replicatione minimè indigeat: si videantur Alphõsus de Carthagena Episcopus Burgensis in Anacephaleosi Hispanor. Reg. c. 40. & Roderic. Toletan. Archiepiscop. de Regib. Hispaniæ. lib. 3. cap. 12. Ioan. Magnus Archiepiscop. Vpsalẽsis. Histor. Gothor. & Suenon. lib. 16. cap. 23. & ipsa eadem Concilia Ecclesiastica demonstrant: quod nec negauit Carolus de Grassal. Regal. Franc. vbi supra. in finalibus verbis: Nisi veli-
38 mus † dicere è conuerso Gallis Regibus id cõmunicatum fuisse per Hispaniæ Reges, præsertim dum Gallias, excepta Narbonensi Prouincia, Theodoricus Hispanorum, & Gothorum Rex subegit. vt post Procopium, & alios antiquiores patet ex Aurelio Cassiodoro lib. 3. variarum. cap. 1. & 16. ad Gemellum: virum spectabilem, Vicarium Præfectorum Galliæ scribens. & cap. 17. ad Prouinciales Galliæ cap. 31. 34. 38. & 40. cum duobus seq. & Carol. Sigon. de Imper. occidental. lib. 12. de quo Theodorico etiam scripsit cõplura Platin. in Simplicio. Fælice III. Gelasio I. Anastasio II. Simmacho. Hormisda, & Ioanne I. Sic etiam de Thorismũdo, Euricio, & alijs Regibus Gothis quoad Gallias pertinet, scribit plenè Ioan. Magnus Histor. Gothor. & Suenon. lib. 15. cap. 20. cum pluribus seqq. sed primæ responsioni me referam, hanc vltimam suspensam à modo relinquendo, cum id perfunctoriæ dixerim.

Omnes itaq; Principes, qui has habent prærogatiuas, magna circumspectione ad electiones, nominationes, & præsentationes Prælatorum procedant, ne fortè eorundem nominatorum vitæ impuritas, morumque peruersitas, nominanti imputetur. Hoc optimè aduertit Philippus Rex Catholicus, de cuius electionibus, ac nominationibus ad Prælaturas, ne fortè Regi meo succensere credar, inducam, quæ scribit Alienigena, vir tamen, & Morum, & scientiæ grauitate conspicuus Anastasius Germonius Taurinensis de sacror. immunitatib. lib. 3. cap. 12. nu. 40. Vtinam (inquit) omnes tale ius
39 habentes, † tales nominationes facerent, vt PHILIPPVS Hispaniarum Rex, & verè Catholicus, non enim statim nominat, neq; ad cuiuscunque præces, sed matura adhibita deliberatione, habitoq; personarũ delectu, tales offert viros Pontifici Maximo, non in Hispanijs solum, sed & in Indijs, in Neapolitano, & in Siciliensi Regno, qui Episcopali dignitate merito ab omnibus digni existimentur. Et ob hanc vnam potissimum causam, semper putaui, omnia illi Potentissimo Regi fœliciter succedere. Parum siquidem prodest, bonum esse Principem, Pium, Religiosum, Fortem, Potentem, diuitijs affluentem, Prouincias, & Regna plurima habentem, nisi habeat, qui subditos in officio contineat, & sermone, & moribus, & authoritate, in Christi, suæ Ecclesiæ, atque Principis fide retineat, conseruet, & iam deperditos ad rectam viuendi normam reducat. Hæc Germonius.

Nouissimo Tridentini Concilij iure, firma-
40 ta sunt omnia priuilegia iurispatronatuũ † Impe-

peratoris, ac Regum in Cathedralibus, ac alijs
locis, quæ obseruari Patres mandarunt: vt in c.
Sicuri. 9. de Reformat. sess. 25.

Inque Regijs Iurispatronatibus Hispanicis,
illud etiam animaduersione dignũ esse digno-
scitur, quòd qui illorum beneficiorum pensio-
nes obtinuerint à summo Pontifice, nõ admit-
41 tantur, nisi eiusdem Regis Hispani † consen-
sus accesserit. vt in specie annotauit Didacus
Couarruuias Pract. quæst. cap. 36. Sub nu. 9. vers.
Secundo est obseruandum, & dicam infra c. ...

Ij, quorum Curæ est, nominationes Regias
in publicum exhibere, aduertant suos Princi-
pes, vt se Ecclesiæ sanctæ desiderio, ac inten-
tioni satisfacere, Diuinis obsequijs obtempe-
rare, & eorum animabus consulere procurent,
vt nominari faciant viros, qui non sint coniuga
42 ti. † c. 2. cap. Cum decorem. de Cleric. con-
iugat. cap. 1. eod. tit. in 6. Non desponsati per
43 † verba de præsenti. cap. 1. De cleric. coniug.
44 in 6. Non Bigami † cap. Vnico. de Bigam. in 6.
45 Non † schismatici. ca. Quia diligentia extr. de
elect. c. Nos consuetudinem 12. distinct. Non
46 † sortilegi, de quibus post alios nonnullos,
quos allegat, scribit Simon Maiolus de Irregu-
47 laritat. lib. 5. cap. 31. Non sacrilegi. † c. Vene-
rabilem. de elect. latè Diaz in Pract. Crimin.
48 Canon. cap. 81. Non † furiosi: vt latè Maiolus
de irregular. lib. 2. cap. 14. Petr. Rebuff. de Pa-
cific. Possessor. nu. 185. Non rei Criminis læsæ
49 Maiestatis † c. Satis peruersum. 56. distinct. Nõ
50 falsantes literas Papæ. † c. Ad falsariorum. de
51 crimin. fals. Non † Sodomitæ. c. Mulier 15. q. 1.
52 Non Apostatæ. † c. pen. c. fin. 50. distinct. Non
53 homicidæ. vt † latissimè Maiol. vbi supra lib. 5.
54 cap. 48. Per plura seq. Non periuri † c. Quære-
lam de iureiur. c. Constitutus 2. de Appell. iux-
ta. c. Cum non ab homine. de iudic. Non vsura-
55 rij † Publici, ac Manifesti. c. De petro. 47. dist.
56 Non per saltum ordinati, † aut extra tempo-
ra, aut vnica vice plures ordines recipientes.
c. Quidã. c. Dilectus. c. Literas. de Temp. ordin.
Præpositus in c. Solicitudo. 52. distinct. Non Si-
57 moniaci. † c. Nobis. & seq. de Simon. c. Cum cle
58 rici. vbi Panot. de pact. Non † excommunicati.
c. Postulastis. de cleric. excommunicat. Non pu
59 blici † concubinarij, moniti, nec emendati.
Maiol. de irregul. lib. 1. c. 12. Non milites, qui
60 bellũ † frequentauerũt. Præposit. in c. Mirot. 50.
61 dist. Non suspensi ab † officio, & beneficio. c. Cũ
dilectus. de cõsuet. c. Cũ bonæ. de ætat. & qual.
& alij de iure diuino, & Canonum prohibiti ..

Doctores itaq; nominandi sunt, Magistri, vel
62 licẽtiati in sacra Theologia, vel iure † Canoni-
co promoti, aut publico alicuius Academiæ,
vel vniuersitatis testimonio ad subditos alios
docendos, opere, & exemplo idonei, præponi
debent: vt decernit sancta Synodus Tridenti-
na. sess. 22. de reform. cap. 2. incip. Quicunque.
Ob quod decretum, sublata est controuersia,
qs præferri debeat in Episcopatu, Theologus,
an Canonista: quam nõnulli Doctores agitarũt,
63 † vt ijs enumeratis optimè aduertit Petrus Ce
nedo in Collectan. iuris Canonici 51. nu. 5. p. 1.

Nominãdi verò, an debeant esse præsentes?
64 videtur quòd non ex scriptis † nouissimè dum
hæc transcribuntur per Antonium de Gamma.
in decis. Lusitanic. 173. nu. 9.

Quinimmo institués Maioratum, siue Capel
laniam pro cõsanguineis instituentis, si omnes
cõsanguinei extincti sint, Rex Catholicus, in
65 Regno † Lusitaniæ, eligere potest administra-
torem, non tamen perpetuũ, sed ad vitam ele-
cti. vt pluribus probauit idem Anton. Gamma
in decis. Lusitan. 193. per totum.

ARGVMENT. CAP. LI.

In Hispaniæ Regnis Alienigenæ, atque exteri ad prælaturas, sacerdotia, atq; beneficia non admittuntur, sed eorundem Regnorum naturales, & qua ratione id fiat?

COMPENDIVM.

1 *In Hispania ad prælaturas, & ecclesiastica beneficia, alienigenæ, & exteri non admittuntur.*

2 *Papa non confert prælaturas in Hispania, nisi prius à Rege naturalitatis codicillos impetrauerit beneficiarius.*

3 *In Gallia exteri non admittuntur ad beneficia iure Albinatus, idest Alibi natus.*

4 *In Ciuitate Veronæ indigenę, non autem exteri, admittuntur ad beneficia.*

5 *De ipsius Ciuitatis clero Episcopus ordinandus, nu. 7.*

6 *Clerici de alienis Episcopatibus non instituendi.*

8 *Ordinatus ad prelaturam debet scire linguam, & idioma subditorum, vt possit adimplere suum officium.*

9 *Assuerus edictum misit suis subditis populis secũdum cuiuscunque linguam.*

10 *Ioseph rediens de Aegypto intelligebat linguam Iudæorum, quod pro miraculo retulit Dauid.*

11 *Nabuchdonosor nobiliores Iudęorum pueros instrui fecit linguam Caldęorum.*

12 *Ecclesiarũ Rectores, & Parochiani confessiones animarum suę Paręcię audire debent, & scripturam interpretari. nu. 13.*

14 *Christus missurus in vniuersum mundum Apostolos per Spiritus sancti gratiam, illos linguarum diuersitatem docuit.*

15 *Deus Opt. Max. vt in principio nascentis superbię opus imperfectum redderet, linguarum, ac idiomatum confusionem induxit.*

16 *Patronus pręsentare debet in patronatu clericũ eiusdem diœcesis, qui intelligat, & intelligatur.*

17 *Exterus alieno, non erit hominis vice.*

18 *Regula Cancellariæ, ordinat, vt præficiendus sciat idioma.*

19 *Philippus Rex Catholicus suorum Regnorum omnium linguas intelligit.nu.20.*
21 *Philippus Rex Catholicus, Philippum iuniorem Hispaniarum Principem eius filium,linguis omnibus instrui fecit.*
22 *Bonorum virorum optima conuersatio, testis vita fidelis est.*
23 *Neophiti debent cum Christi fidelibus conuersari, vt in fide, & moribus proficiant.*
24 *Dominarum studia,plerunq; ex Ancillarum Comitatu iudicantur.*
25 *Christiani cum Iudæis in conuiuijs,& balneis conuersari non debent.*
26 *Ioannes Apostolus balneum ingressus vidit Cherintum hæreticum,statim cum suis aufugit.*
27 *Claudo vicinus ambulans, & ipse claudicare discit.*
28 *Romanis ex Asia multa mala mutuata.*
29 *Anglia defecit, & Gallia patitur ob conuersationes Lutheranorũ,Caluinistarũ,aliorumq; hæreticorum.*
30 *Erasmi Rotherodami libellus de sarcienda Ecclesia concordia, tollendus vti hæreticus.*
31 *Exteri euitandi ad Ecclesias Regendas,ne de pauperentur Ecclesiæ.*
32 *Veneti Prælatos ex illorum statu procurant.*
33 *Apud Deum personarum exceptio non reperitur.*
34 *In Regno Neapolitano, quoad prælaturas, quæ sunt ad Regis nominationem, medietas Regnicolis cedet, & alia prælatorum medietas exteris.*
35 *Sacerdotes Salij apud Romanos,indigenæ, non exteri esse debebant.*
36 *Subditi præsumũtur fideliores Domino, quàm exteri.*

CAP. LI.

SEquelam quandam eorum,quę dicta sunt in præcedenti capite facientes, quasi ex eodẽ fonte riuulos ducimus, ꝙ Rex Catholicus,
1 & Hispanię populi,in Sacerdotijs,†Prelaturis, beneficijs,alienigenas,exterosq; nõ admittũt: sed tñ eorum indigenis, originarijs, & vt ipsi dicunt,naturalibus illa tribui,nec Papam dare
2 extraneo†sacerdotia,ni prius à Rege, naturalitatis codicillos impetrauerit.Gloss.in regula Cancellariæ 19.vbi inquit: Sixtum IV. Sũmum Romanum Pontificem, motu proprio Bullam Regi Hispaniæ concessisse, ꝙ in Regno suo nemo forensis habere beneficium possit absq; suo consensu. sequitur Guliel. Benedict. in c.Raynutius. in verb. Et vxorem nomine Adelasiam. in decis.nu.483.de testament.Couarruu.pract. quæstion.cap.35.nu.5.versicul. Secundo adnotandum. nouissimè Petr. à Nauarra de restitut. Ablator.parte 1.lib.2. cap.2. num.168. Renatus Choppin.de Doman. Franciæ. lib.1.tit.12. sub nu.10.in margine.Sic etiam in Gallia,vbi istud ius vocant Albinatus, quasi quòd Alibi natus
3 † in Regno Galliæ ad beneficia nõ admittatur. & hoc per concordata inter Leonem X. Summum Pontificem, & Franciscum I. Galliæ Regem,vt dicũt Guliel.Benedict. vbi supra.& Io. Corasius in Paraphrasi Sacerdotiorum. par.5. c.5.nu.12. & Io. Nicol. Gimonteus in Enchiridio Benefic.tit.3. c.3.nu.4. Arnulphus Ruzeus de iure regaliorum.priuileg.29.nu.7.Et indigenas tantum admitti,non autem exteros,serua-
4 ri etiã†in Ciuitate Veronæ scripsit Bal.in consil.46.vol. 1. & idem obseruari Bononiæ voluit Andr.Barbat.in consil.23.vol.1.

Nec desunt dispositiones iurium, ac rationum etiam momenta ad id comprobandum, quia Innocentius III.in c.Bonæ.il 2.§. Intelleximus.de postul. prælator. cum tractaretur de electione Archiepiscopi Stridoniẽsis,dicit ibi: quia vero nõ plenam de personis illius Regni notitiam habeamus,ideoq; non poteramus salua conscientia eidẽ Ecclesiæ in alia persona, q̃ de Regno Hungariæ originẽ duceret, cõgruè prouidere, nec vellemus ei præficere alienum. Simile habetur in c.Qm̃ in plerisq;. de offic.ordi.ibi,Pontifex loci Catholicum Præsulem,nationibus illis conformẽ, prouida deliberatione constituat. & ex Augustino in c.Hortamur. 71.distin.Vt in ecclesijs (inquit)à nobis fundatis,aliunde veniens Præsbyter non suscipiatur. Vnde Cęlestinus Papa in c. Nullus inuitis 61. dist.inquit:Tunc autem alter de altera eligatur ecclesia, si de Ciuitatis ipsius clero, cuius est
5 Episcopus†ordinandus, nullus(quod euenire non credimus) dignus poterit reperiri. Et Gregorius de Creando Panormitanæ vrbis Antistite.in c.Obitum 61.distin.Commonemus (inquit) etiam fraternitatem tuam, vt nullum de alia eligi permittas ecclesia, nisi fortè inter Clericos ipsius Ciuitatis,in qua visitationis im pendis officium, nullus ad Episcopatũ dignus (quod euenire nõ credimus) poterit inueniri. Ità etiam Honorius III Episcopo Rhegino,di-
6 cit:ꝙ nõ†instituant clericos de alienis Episcopatibus.in c.fi.de cleric. peregrin.gl. notabilis in c.Si proponente.in verb. de hoc mẽtionem. de rescript. ibi,Si de terra illa est oriundus. Et de iure ciuili ad ecclesiam promouendi sunt
7 illi,qui sunt de illa Ciuitate, †vel oppido. vt in l.In Ecclesijs.C.de episcop.& cler.

Plures assignantur rationes, quarum prima est,quia oportet eum,qui ecclesiæ præest,scire linguam,& idioma subditorum, & eorum, qui eius gregi sunt cõmissi, vt posfit debitè suum
8 ministeriũ, atq; officium† explere. Hinc Moyses dum populum doceret,vt seruaret mandata, & præcepta Domini, inter cętera mala in casu inobseruantiæ, quæ ei prædixit; adducet (ait)Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus in similitudinem Aquilæ volantis, cum impetu, cuius linguam intelligere nõ possis. Et Assyriorum Rex cum cõminaretur Ezechiam Regem, lingua Iudaica cum clamore magno,contra illum,& habitatores Ciuitatis,vt terreret eos,vtebatur.vt patet lib.2.Paralipom.c.32. Sic Assuerus,dũ misit

edi-

9 edictum suum, illud † secundum linguã vniuscuiusq; Prouinciæ cõcepit: vt habetur Hester.
cap. 1. 3. 8. & 9. Sic pro miraculo narrat Dauid, quòd Dominus fecerat Ioseph intellige-
10 re linguam Iudæorum † rediens de Ægypto: vt patet Psalm. 80. Testimonium in Ioseph posuit illud, cum exiret de terra Aegypti, linguã, quam non nouerat, audiuit. Hinc dicit Eliacim ad Basbacem, loquere ad seruos tuos Syra lingua, intelligimus enim, ne loquaris ad nos Iudaicè. patet Esaiæ. cap. 36. Eodem pacto dicitur Ieremiæ cap. 5. Ecce ego adducam super vos gẽtem de longinquo, domus Israel, ait Dominus, gentem robustam, gentem antiquam, cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur. & Baruch. cap. 4. Adduxit enim super illos gentem de longinquo, gẽtem improbam, & alterius linguæ. Vnde Ezechiel. cap. 3. dicitur. Non enim ad populum profundi sermonis, & ignotæ linguę tu mitteris, ad domum Israel: neq; ad populos multos profundi sermonis, & ignotæ linguæ, quorum non possis audire sermones. Propterea Nabuchdonosor Rex Babilonis, dum captiuos duxit Regem Iuda, & Hebræos, vt intelligerẽt idioma, decreuit pueros
11 nobiliores doceri linguam † Caldæorum. vt habetur Daniel. cap. 1. Cum enim Pastores, siue Ecclesiarũ Rectores debeant à Paręciæ homini
12 bus † confessiones audire. c. Omnis anima. de Pœnit. & remissionib. Verbum Dei, & sacram
13 scripturam interpraetari. † c. Inter cætera. de offic. ordin. c. Ecce. 95. distincti. cum concord. Debeãt Diocesim, & Parochianos visitare. Prouerb. cap. 27. in Extrauag. Sedes Apostolica. Ioãn. XXII. de cõcess. præbẽd. Idcirco ijs opus est scire idioma eiusdem Ciuitatis, & Parochorum, alias inane esset eorum officium, & ministerium. vt rectè inquit Paulus. 1. Corinthior. cap. 14. Si nesciero virtutem vocis, ero ei, cui loquor Barbarus; & qui loquitur, mihi Barbarus. vnde Augustin. de Ciuitat. Dei lib. 19. c. 7. dicit: Facilius animalia quæuis diuersi generis sibi sociari, quàm diuersæ linguæ, eiusdem speciei homines. Christus itaq; Euangeliũ sanctum prædicari desiderans in vniuersum mun
14 dum, per † sancti spiritus missionem, sanctos Apostolos prius linguarum diuersitatem edocuit. vt scribit Lucas Actuum. cap. 2. Sic in principio propagãtis superbiæ, vt opus cæptum ad ædificandam, erigendamq; Turrim, vanum, imperfectumq; fieret, & minimè perficeretur con
15 fusionem idiomatum, ac linguarũ † Deus induxit. vt habetur Genes. cap. 11. Rectè itaque Cardin. in c. Significasti. de iur. patron. refert Hugonem antiquum iuris interpretem dicere
16 solitum: Patronũ debere † præsentare Episcopo, clericum eiusdem Diocesis, qui intelligat, & intelligatur. Rocch. de Curte in tract. iuris patronat. in verb. Honorificum. q. 18. Disparitas enim linguæ, & idiomatis, faciet, quod Rector non erit sic acceptus populo. Externus
17 enim † alieno, non erit hominis vice. vt inquit Plin. lib. 6. cap. 1. Vnde allegata regula Cancellariæ Apostolicæ de idiomate, quæ est numero mihi 19. de hoc expressè loquitur dicens: Item voluit, quòd si contingat ipsum alicui personæ de parochiali Ecclesia prouidere, seu mandare prouideri, vel gratiam expectatiuam concedere; nisi dicta persona intelligat, & intelligẽ
18 ter loquatur Idioma loci, vbi Ecclesia † huiusmodi consistit, prouisio, seu mandatum, & gratia desuper, quoad parochialem Ecclesiam, nullius sit roboris, vel momenti. Quam dispositionem esse iuri consonam, voluit Ioan. de Selua de benefic. par. 3. q. 26. latissimè Ludouic. Gomez in dicta Regul. q. 2. per totũ Petr. Rebuff. in Pract. Benefic. Regul. Quòd quis intelligat idioma. Gloss. 1. Alphonsus Hoieda de Benefic. cõpatib. & incomp. par. 1. cap. 24. nu. 43. cum pluribus seq. Petrus à Nauarra de restitut. ablatorum. lib. 2. cap. 2. nu. 168. & seq. Io. Baptista Ferrett. in cons. 279. nu. 4. vol. 2. vbi inquit: Patere notorium exemplum in Christo Domino, qui elegit Apostolos ex Iudæa, & multos ex eis cõsanguineos, & coniunctos. Hinc Rex Catholicus maiori ex parte omnium eius Regnorum
19 linguas cognouit, intelligit, † & colloquitur. Quinimò si accidat alicui eidem Regi scribere, nec scribat proprio scribentis idiomate, ægrè ferre nimium solet. Et in eius supremis Concilijs apud eum existentibus, Senatores habet, & Consiliarios eorundem Regnorum, vt dum casus occurrerit de illius Regni, & Domi
20 nij negotijs, valeant † differere, & à populis illius Regni intelligi. Sic etiam audio eius filiũ Philippum Iuniorem Hispaniarum Principem
21 alijs † omnibus linguis instrui fecisse, quem Deus Opt. Max. diutissimè nobis conseruet incolumem, ac pulchra faciat, & perenni tempore, prole parentem.

Secunda ratio assignatur, admitti Regnicolas, potiusquàm exteros, & alienigenas, ne fortè sint exteri malorum morum, aut aliquorum vitiorum sordibus infecti, & timeant, ne ijsdẽ vitijs sui Regnicolæ, ac indigenæ afficiantur: optima enim bonorum virorum conuersatio,
22 bonæ vitæ, testis † fidelis est. c. Valentinianus. vbi gloss. 61. dist. Hinc Dauid Psal. 17. Cum sancto sanctus eris, cum peruerso peruerteris, seu cum innocente innocens eris. & Ecclesiastici. cap. 13. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit. Idcirco Neophiti conuersari debent cum
23 Christi fidelibus, vt in fide, & moribus † proficiant. c. Iudæorum. 28. quæst. 1. & Hieronym. in Epistol. ad Demetriadem. Semper (inquit) in comitatu tuo, graues fœminas habeas, mores
24 enim, & studia dominarum, plerunq; † ex ancillarum, & comitantium moribus indicantur. Quia, vt dicit Isidorus lib. Soliloqu. 2. Sancta conuersatio, confundit inimicum, ædificat pro

ximum,

ximum, & glorificat Deum. Conuersatio autem malorũ, semper bonos mores corrumpit. c.Sæpe.28.q.1. Hac de causa Christianis laicis, & clericis prohibita est cõuersatio cum Iudæis
25 in conuiuijs, & balneis, ità vt nec† medicinas ab eis recipere admittantur. c.Nullus. 28.q.1. Vnde Ioannes Apostolus Balnea ingressus cũ discipulis, vt Euãgelium doceret eos, qui illuc
26 conueniebant, cum inter Lauantes † Cherinthum hæreticum vidisset, relato statim gradu, ad suos cõuersus, fugiamus hinc ait, ne Balnea nos opprimant ruina, in quibus Cherintus lauat, veritatis inimicus. vt refert Marcus Ma-
27 rull.lib.3. Si claudo enim vicinus † ambulaueris, & ipse claudus ambulare disces. vt inquit Plutarch.de liber. educan, ca.2. Vnde Ouidius lib.3.de Ponto,

Quis non è timidis ægri contagia vitat,
Vicinum metuens, ne trahat inde malum?

Et Iuuenalis Satyra 2. ait:

Dabit hanc contagio labem,
Et dabit in plures, sicut grex totus in agro
Vnius scabie cadit, & porrigine porci,
Vnaq; conspecta, liuorem ducit ab vna.

Et Ouidius lib.2. de Remedio amoris:

Si quid amas, nec vis, facies contagia vites;
Hæc etiam pecori sæpe nocere solent.
Dum spectant oculi læsos, læduntur, & ipsi,
Multaq; corporibus transitione nocent.
In loca nonnunquam siccis arentia glebis
De propè currentis flumine manat aqua.

28 Sic ex Asia multa mala† Romanis mutuata asseruit Liuius. lib. 39. Luxuriæ enim peregrinæ (inquit) origo ab exercitu Asiatico inuecta in vrbem est. Hi primum lectos æratos, vestem stragulam pretiosam, plagulas, & alia textilia, & quæ tum magnificæ supellectilis habebantur, menopodia, & Abacos Romam aduexerunt. Tunc Psaltriæ, Sambucistriæ, & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis. Epulæ quoq; ipsæ, & cura, & sumptu maiore apparari cæptæ. Tum coquus vilissimũ antiquis mancipium, & æstimatione, & vsu, in pretio esse, & quod ministerium fuerat, ars haberi cæpta: vix tamen illa tum conspiciebantur, semina erant futuræ luxuriæ. Hæc Liuius. Sic
29 Anglia à fide defecit, † sic Gallia nutat, ob inuectionem Lutheranorum, Caluinistarum, Hugonistarum, & harum pestiferarũ infirmitatũ, quas vtinam inter ipsos nunquam introduxissent. Hoc enim illud erat, quod Christus Dominus aduertit Matth. cap.6. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt Lupi rapaces. Hanc pestem omni Christianæ Reipublicæ sub ficta verborum simulatione, clanculum introducere tentauit Erasmus Rotherodamus in li-
30 bello de † Sarcienda Ecclesiæ concordia. Quæ tamen benè aduertit, & optimè illi respondit, ac eius versutias refellit Ruardus Tapperus in oratione Theologic.6.

Tertia, ac vltima assignari ratio poterit: quòd idcirco bonum sit, indigenas, & non exteros præfici, beneficijs præsertim animarum
31 curam habentibus, ne † Ecclesiæ ad necessitatem, ac paupertatem redigantur, cũ bona transeant ad extraneos, qui nõ sic faciliter, nec ità commodè poterunt residere, vt oriundi: quod optimè considerauit Abb. Panormit. in c. Ad decorem.nu.4. de instit. vbi dicit etiam, quòd facilius residebunt inde geniti, quàm aliundè. quod refert, & sequitur Ioan. Baptista Ferett.
32 in cons.279.nu.4.vol.2. Vbi pro † Serenissimo Venetorum Dominio quoad Episcoporum electionem in eorum statibus, & Dominijs ità faciendum consuluit.

Hæc omnia intelligi oportet, si in loco idonei fuerint, vt præfati intelligunt: alias enim, via minimè præcludi poterit extero, vt ad beneficia aspiret; cum apud Deum nulla sit perso-
33 narum † acceptio. vt considerarunt Abb. Panorm.in d.c. Ad decorem. & alij ferè omnes supra allegati. & præsertim Petr. à Nauarr. de restit. ablator. lib.2.c.2.nu.165. cũ pluribus seqq. & antea Dominicus de Soto de iustit. & iur. lib.3.q.6. artic.2. alias complures rationes dũ hæc prælodantur vidi apud Philipp. Probum Regalior.q.35.nu.2. cum pluribus sequentibus.

Non omitto commemorare, Carolum V. Regnis, Siciliæ, & Neapolitano, concessisse, vt Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatiæ, Prioratus, Canonicatus, Præbendæ, & cætera benefi-
34 cia, quæcunq; pertinentia † ad collationem, seu nominationẽ & præsentationem Regiam; conferantur pro mediate Regnicolis, pro alia verò ad suæ Maiestatis beneplacitum: & cũ vacauerint prouidentur alternatim, vt in priuilegijs constat, vrbi Neapolitanæ concessis ab eodem Imperatore, datis Bruxelles die 12. Maij 1550. & habetur in prag. 1. incip. Item atteso. §. Placet. Cæsareæ, & Catholicæ Maiestati concedere. sub Rub. de Officiorum prouisione.

Sic olim apud Romanos Sacerdotes Salij in-
35 digenæ illi, non autem exteri † esse debebant, vt latè ex Historicis tradidi infra cap.57.

Nec etiam tam iuri dissonum videatur, vt homines Regni, potius quàm exteri ad Sacerdotia admittantur; ne exteri, Regni scrutentur arcana, vt dixi in cap. præcedenti nu.16. cum plu-
36 ribus seq. Subditus enim Domino fidelior præsumitur, quàm exterus. arg. Const. Regni. Cum Hæreditarium. vbi Matth. de Afflict. not. 1. & nouissimè Petr. de Gregorio Siculus de Concess. Feud. par.8. q.7. nu.5.6.

ARGVMENT. CAP. LII.

Quando Papa iuripatronatus laicorum, & præsertim Regis Catholici in Hispania derogare valeat?

COM-

COMPENDIUM.

1 *Iuripatronatus laicorum Summus Pontifex derogare potest, num. 8.*
2 *Iurispatronatus communicatio, laicis fuit facta ex gratia.*
3 *Summum Pontificem velle derogare iuripatronatus laicorum non præsumitur. num. 6.*
4 *In Hispania, an admittantur collationes, & expectationes beneficiorum spectantes ad Reges?*
5 *Impetrans beneficium spectans patrono nihil agit.*
7 *Laici retrahendi non sunt ab ędificatione Ecclesiarum.*
8 *Summus Pontifex expressè præiudicare potest Iuripatronatus laicorum, quia potestas eius aliquo termino non limitatur. & vide num. 9.*
10 *Papa exprimere debet esse de iurepatronatus laicorum.*
11 *An debeat exprimi, quòd ad tales Principes spectat.*
12 *Derogatio Iuripatronatus laicorum valet, vbi post collationem laicus tacuit per quatuor menses.*
13 *Iuspatronatus laico spectans consuetudine, vel præscriptione, confertur à Papa, & illi derogat.*

CAP. LII.

1 IVripatronatus laicorum Summus † Pontifex derogare potest. c. Cum dilectus. vbi Panorm. & alij de iur. patron. Archidia. in c. Piæ mentis. 16. q. 7. & post eosdem, ac Gemin. Philip. Deci. Felyn. Aymon. Crauett. Rocch. de Curt. Cæsar. Lambert. Quint. Mandos. & Alphonsum Hoiedam scripsi in consil. 25. nu. 12. cum pluribus seq. Centur. 1. Quibus nunc addo August. Beroum in cons. 12. nu. 11. vol. 1. Didac. Couar. pract. quæst. cap. 36. vbi latissimè Syluest. Aldobrand. in consil. 1. nu. 29. vol. 1. Ioan. Coras. in Sacerdotior. Paraphras. par. 4. cap. 6. nu. 32. Reddunt rationem Doctores, quòd lai-
2 cis fuit facta communicatio † Iuris patronatus ex gratia. arg. c. 1. extr. de iur. patron. c. Quod autem. eod. tit.

Hispani tamen Reges, eiusq; Magistratus, non admittunt quoad Prælaturas, ac beneficia, quæ spectant ad collationem Regis, Ducum, & aliorum laicorum, quia nõ censetur Summũ
3 Pontificem velle derogare † Iuripatronatus laicorum. c. Ex parte. c. Super eo. de offic. deleg. Lapus sancti Miniati in c. Si postquam. nu. 2. de præbend. in 6. Io. Baptista Ferrett. in cons. 290. nu. 7. Riminald. Sen. in cons. 462. num. 10. vol. 3. Hac de causa in Hispania, non admittunt colla-
4 tiones, reseruationesq; beneficiorum † spectantium ad Reges, vel alios laicos, factas per Summum Pontificem: vt volunt Io. Lopez in tract. de benefic. vacant. in Curia. §. 10. & 11. Didac. Couarru. in d. ca. 36. in princ. & nouissimè Flaminius Parisius Episcopus Bitontinus de resignation. beneficior. lib. 2. q. 4. num. 42. 43. Nam Couarr. vbi supra, dicit, Carolum V. Cæsarem edicto cauisse in ijs Regnis, Regijsq; Magistratibus, vt diligentissimè curent, ne authoritate literarum Apostolicarum fiat derogatio Iuripatronatus laicorum: & ideo Regios Magistratus suspendere exequutionem litterarum Apostolicarum, donec per supplicationis auxilium fiat Summus Pontifex certior, quantum detrimenti Reipublicæ immineat, & quàm graue scandalum suboriatur ex his derogationibus, & edictum præfatum factum fuisse in anno Domini Nostri Iesu Christi 1525. & idem factum fuisse per Philippum Regem Catholicum nunc regnantem in anno 1558. Idq; confirmatur ex
5 eo, quod impetrans beneficium † spectans patrono, nihil agit. vt voluit Cardin. in c. Dilectus. vers. Et in eo. quod dicit gloss. de offic. deleg. sequitur Io. Bapt. Ferrett. in cons. 211. in causa. num. 11. Hinc Hostiens. in d. c. Dilectus. de Iurepat. dicit, se vidisse literam Papalem, directã Prælatis Angliæ, in qua ordinabatur, quod quando Papa scribit pro aliquo beneficiando, non est
6 suæ intentionis, quod ei † conferatur Ecclesia, in qua patronus laicus, obtineat patronatũ. quod sequitur Io. And. ibi. & Lud. Gomez. in Regul. Cancell. de Annali. q. 27. nu. 4. in fin. quod censuit etiam Rota in antiq. in Decis. 266. incip. Nota quòd Papa. latè. Ioan. de Selua. in Tract. de benefic. p. 3. q. 11. col. 6. vers. Vndecima qualitas, cũ seq. Cæsar Lambertin. de iurepatron. lib. 1. par. 1. q. 9. Artic. 3. nu. 27. 28. & lib. 2. par. 1. q. 6. artic. 22. nu. 4. & ante eos voluit Lapus in allegat. 96. Causam, ac rationem proferunt Do-
7 ctores, ne laici retrahãtur † ab ædificatione, dotatione, vel erectione ecclesiarũ. vt dicit Lap. in dicta alleg. 96. sub nu. 3. Andr. Barbat. in consil. 33. sub nu. 1. vol. 2. Hieronym. Gigas de pension. q. 37. nu. 12. Cardin. in Clem. Per litteras. q. 3. de præben. & in Cle. 1. q. 7. Vt lit. pendent. Deci. in consil. 126. sub num. 4. & in cons. 149. col. fin. Io. de Selua in dicta q. 11. nu. 13. Couar. Vbi supra. Io. Nicolaus Gimonte. in Enchirid. Benefic. titul. 2. cap. 1. in fi. Ioan. Coras. in dicta Paraphras. parte 4. cap. 6. nu. 33.

Declara non procedere, vbi Summus Pontifex declararet velle præiudicare iuri patrona-
8 tus † laicorum; quia potestas eius nullo termino limitatur; quia si id expresserit; præiudicabit, quia tunc non tractatur de ambigua, vel dubia intentione Pontificis interpretanda, & est seruanda declaratio Papæ. vt voluit Lap. in dicta allegation. 96. sub nu. 3. argu. Glos. in dicta Clem. 1. in verb. Apostolicis de præbend. & Couar. vbi supra col. 1. Ioan. Paulus Lancellot. institut. Canonicar. lib. 1. Titul. de collat. §. Ex legationis. & in tit. de institut. & iur. patr. §. Legatus. Martin. Mesnartius in Epithom. legum Pontifical. lib. 3. titul. 5. §. Deniq; si quibus. Rota in nouis in Decis. 331. supposito facto. col. 2. vers. Quartum. & col. fin. Angel. in l. Sed si hac. §. Patronum. ff. de in ius voc. Gulielm. Cassador. in Decis. 4. in titul. de probat. Io. Coras. in d. c. 6. nu. 32. Quãuis in impetrationibus huiusmodi, re-

requiratur, quòd apponantur verba: quòd ta-
le beneficium tanto tempore vacauerit, quòd
9 eius collatio † est ad sedem Apostolicam legi-
timè deuoluta; vel ad id patronorum accedat
assensus. vt habetur in Regul. Cancellariæ de
Triemali. §. 8. Debet tamen declaratio, dice-
10 re, quòd sit iurispatronatus † laicorum, per ea,
quæ dicit Anton. de Butr. in cap. Dilectus. col.
4. de offic. deleg. vbi inquit: quòd si in literis
Papæ dicatur, beneficium spectare ad præsenta-
tionem cuiuscunq;, non includetur iuspatro-
natus laici, nisi illud exprimatur.

Declara secundò; summum Pontificem, cum
vult derogare iuripatronatus Regum, Ducum,
Marchionum, & aliorum Principum, debere in
concessione, & litteris, expressim asserere ad
11 tales Principes spectare, alias † non cēsebitur
illis derogatum: vt per Regulam Cancellariæ al
legatam cuius hæc verba sunt. Et si per ipsum
(loquitur de Pontifice) iuripatronatus huius-
modi derogare contingerit; si ius huiusmodi
ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel
aliū Principem pertineat, & hoc in literis pro-
uisionis, vel mandati, de prouidendo de dicto
beneficio mentio facta non fuerit, non censea-
tur iuri huiusmodi quomodolibet derogatum
fore. Cuius Regulæ authoritatem inducit Fe-
lyn. Quando liter. Apostolic. col. 6. vers. amplia-
tur octauo. nu. 18. Cæsar Lambert. de iurepat.
par. 1. lib. 3. q. 9. art. 11. Io. Lopez de Benefic.
vacant. in cur. in d. §. 11. quos refert, & sequi-
tur Couar. vbi supra. in d. cap. 36. Arnulph. Ru-
zeus de iure Regalior. Priulleg. 9. Barthol. de
Cassæn. in Catalog. glor. mundi. par. 8. conside-
rat. 46. in fin. Paulus Fusc. de Visit. lib. 2. ca. 10.
nu. 14. Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2. different.
30. nouissimè Petr. Cenedo collect. iur. Cano-
nic. 79. nu. 2. par. 2.

Declara tertiò, censeri derogatum iuripatro
natus laicorum, quando post collationem pa-
12 tronus laicus tacuit † per quatuor menses, ni-
hil opponēdo, ità Cardin. in cle. 1. col. 15. vers.
Sed post longam. de supp. neglig. prælat. quem
refert, ac sequitur Felyn. in d. tract. quand. lit.
Apostolic. nu. 3. vers. limita Decimò.

Declara quartò, & vltimò, secus esse, vbi Pa-
13 pa conferret iuspatronatus laico † competēs,
Priuilegio, consuetudine, vel præscriptione. vt
fuit originalis opinio Feder. de Senis in Con-
sil. 65. Infrascriptæ quæst. quem sequitur Card.
in consil. 61. Vacante in 2. dubio. quos refert,
& sequitur Felyn. vbi supra sub nu. 32. vers. li-
mita vndecimò Gulielm. Cassiod. in decis. 4. tit.
de iur. patr. Io. Coras. in d. cap. 6. nu. 34. Quia
tunc cæssat ratio præfata, ne laici retrahantur
ab Ecclesiarum fundatione.

ARGVMENT. CAP. LII.

In Regno Siciliæ Catholicus Rex est Summi Pontificis atq; Apostolicę Sedis legatus de latere: & cognoscit de appellationibus Ecclesiasticorum ordinariorum per suum Regium tribunal, Monarchiæ appellatum. Quo tempore, quoue Pontifice sit facta dicta concessio? quæ sit potestas legati de latere?

COMPENDIVM.

1 *Reges Siciliæ sunt legati de latere perpetui, Sedis Apostolicæ.*
2 *Vrbani II. Summi Pontificis priuilegium Legati de latere concessum Domino Siciliæ.*
3 *Rex Aragoniæ habet cognitionem super prælatos exemptos.*
4 *Summus Pontifex concedit laico iurisdictionem sapiens spiritualitatem quandam.*
5 *Rex Catholicus habet intentionem fundatam ex priuilegio quo ad iurisdictionem Legati de latere.*
6 *Priuilegium in vim contractus concessum est irreuocabile.*
7 *Priuilegium in vim contractus; an prætextu ingratitudinis sit reuocabile.*
8 *Pontificis authoritate cuncta reguntur.*
9 *Vrbanus II. concessit priuilegium Rogerio ex iustis causis, narratis ibi.*
10 *Pelagius Summus Pontifex alias Commisit Crescenio viro illustri in Sicilia negotia Ecclesiastica.*
11 *Gregorius Magnus Pontifex commisit similiter Romano defensori Siciliæ.*
12 *Papa in vniuersa orbe, habet plenitudinem potestatis.*
13 *Pontifex omnium animarum curam gerit.*
14 *Catholica, & Apostolica Ecclesia per orbem vniuersum, sunt vnus Thalamus.*
15 *An soli Cardinales possint creari legati de latere, num. 17.*
16 *Alexander II. Summus Pontifex Simoniacorum, & fornicatorum Sacerdotum causas commisit Ducibus Bertoldo, & Rodulpho.*
18 *Ecclesia quandoque indiget Principibus laicis, & eorum brachijs.*
19 *Ecclesia Romana permisit quandoque vt Principes seculares scirent Summorum Pontificum electionem ob Tyrannorum feroctã, quod postea ob quietem temporũ Ludouicus Pius Imperator refutauit.*
20 *Cardinales Legati de latere, qui non sunt Episcopi, à Summo Pontifice filij appellantur.*
21 *Creator pater dicitur, nos filij.*
22 *Ecclesia dicitur mater nostra, & nos filij.*
23 *Summus Pontifex in Ecclesia pater est.*
24 *Legati de latere, quod faciunt, Papa facere intelligitur.*
25 *Legati de latere possunt facere omnia, quæ non sunt reseruata.*
26 *Legatus de latere gerit vices Pontificis.*
27 *Papa committens alicui Prouinciam, omne Imperium*

rium censetur illi committere.

28 *Legatus de latere habet plenissimam iurisdictionem, cui adhæret merum Imperium.*

29 *Legatus de latere prouintialium causas per appellationem ad ipsum deuolutas audit.*

30 *Legatus de latere de appellatione ad Papam facta, non se intromittit, nisi illis renunciantibus.*

31 *Papa potest adiri per simplicem querelam.*

32 *Legatus de latere intromittit se de causis per querelam intentatis coram Papa. num. 33.*

34 *Legatus de latere cognoscit de omni causa ad forum Ecclesiasticum spectante, etiam inter laicos.*

35 *Legatus de latere habet etiam iurisdictionem in exemptos.*

36 *Vbi quis possidet pracedente titulo, & bona fide per priuilegium, debet in possessione manuteneri.*

37 *Consuetudo longissima, est fidelissima interpres priuilegij.*

38 *Alphonsus de Taboada Pardo Regens in Concilio Italico rogauit authorem, vt scriberet, super Monarchia Sicilia.*

CAP. LIII.

NOrthmannorum Principum obsequijs, & actibus deuincti Summi Romani Pontifices, diuersis eos pro tempore, ac rerum euentu, ornarunt dignitatibus: & ob id Vrbanus II. Summus Pontifex, Rogerio Northmanno, tunc Comiti Siciliæ, & Calabriæ, eiusq; filijs, & hęredibus, & successoribus in perpetuum concessit
1 priuilegium, vt † legati de latere Sedis Apostolicæ essent. vt latius patet ex Priuilegio expedito in anno Domini Nostri Iesu Christi 1099. quod priuilegiũ tale est, illudq; subijciã.
2 Vrbanus Episcopus seruus seruorum Dei, charissimo Rogerio Comiti Calabriæ, & Siciliæ salutem, & Apostolicam benedictionem. Quoniã prudẽtiam tuam supernæ Maiestatis dignatio, multis triumphis, & honoribus exaltauit, & probitas tua in Sarracenorum finibus Ecclesiam DEI plurimum dilatauit, & sanctæ Sedi Apostolicæ deuotam se multis modis semper exhibuit: Nos in specialem, atq; charissimum filium eiusdem Ecclesiæ te assumpsimus. Idcirco de tuæ probitatis sinceritate plurimũ confidẽtes, sicut verbis promisimus, ità litterarum authoritate firmamus. Quòd omni vitæ tuæ tẽpore, vel filij tui Simonis, vel alterius, qui legitimus tui hæres extiterit, nullum in terra potestatis vestræ: præter voluntatem, aut consilium vestrum, Legatum Romanæ Ecclesiæ statuemus. Quinimmò, quę per Legatum acturi sumus, per vestram industriam, Legati vice, cohiberi volumus, quando ad vos ex latere nostro mitteremus ad salutem sanctarum Ecclesiarũ, quæ sub vestra potestate existunt, ad honorem B. Petri, sanctæq; eius Apostolicæ Sedis, cui deuotè hactenus obedisti. Si verò celebrabitur conciliũ, & tibi mandauero, quatenus Episcopos, & Abbates tuæ terræ, mihi mittas, quot, & quos volueris mittes, alios verò ad seruitium Ecclesiarum tuarum retineas. Omnipotẽs DEVS actus tuos in beneplacito suo dirigat, & te à peccatis absolutum, in vitam æternam perducat. Datum Salerni per manus Ioannis S. R. E. Diaconi, Tertio Nonas Iulij, Indictionis 7. anno Pontificatus nostri, vndecimo. Quod priuilegium ad viuũ refert Thomas Facellus Rerum Sicul. Decade. 2. lib. 7. cap. 1. vbi dicit, ex eo tempore semper viguisse idem priuilegium, & vsq; modo viget, ac in pacifica illius possessione Rex Catholicus permanet, & tenet Tribunal, quod Monarchiæ appellatur, in quo introducuntur appellationes ab ei' Regni Prælatis, & ad suos Regios Magistratus deuoluũtur, ibiq; vti à Legatis de latere causæ deciduntur. Eodem modo in Regnis Valentiæ, & Aragoniæ, Regem habere ius cognoscendi, etiam super Prælatos
3 † exẽptos, antiquissima, & immemorabili consuetudine, ac ita seruari refert Petrus Belluga in Specul. Princip. Rub. 11. §. Videndum. vbi nos diximus in verb. Probamus. ad ibidem scripta relationem haberi volumus.

Potuit itaq; Summus Pontifex Rogerio Comiti Calabriæ, & Siciliæ tale priuilegium concedere, ac ipsum, & successores de latere Legatos facere. Potest enim Pontifex laico iurisdi-
4 ctionem, etiam eorum, quę concernunt † spiritualitatem quandam: vt voluit Glo. in verb. Ecclesias. in summa. 16. q. 7. quæ loquitur specialiter de Rege Apuliæ. Quamuis ego nõ videam ab officialibus Regijs præsupponi hoc ius, & hanc iurisdictionem in hoc Regno; licet priuilegium prefatum concernat vtrunq; : ipsi tamẽ videant. Gloss. similis est in c. Imperiũ. in verb. Administratoribus. in fin. 10. distinct. quod, & voluit Io. Andr. ad Specul. in tit. de leg. §. Nunc tractemus. sub nu. 3. vers. Sed nunquid legatus, in Addit. incip. Contulit illa. idem Io. Andr. in Specul. tit. de præben. §. Restat. num. 7. & iuxta illa, quæ amplè tradidimus supra, in capitibus præcedentibus. & voluit Martiñ. Nauar. in consil. 6. nu. 2. de offic. ordin. lib. 1. Nouissimè dum hæc Typographo dantur ad materiam scribit Barthol. Vgolinus de censur. Ecclesiastic. cap. 1. Tabula 1. §. 10. nu. 3. & seq. Ob istud itaque pri-
5 uilegiũ, & concessionẽ, Rex Catholicus † suam habet intentionem, titulo, ac bona fide fundatam. arg. c. Porrò. cap. Recepimus. de priuileg. Bald. in l. 1. §. Si is qui. de exercit. act. Idem Bal. in consil. 355. vol. 1. Paul. de Castro in cons. 34. col. 1. vol. 2. Petr. de Ancharan. in consil. 171. Francisc. Beccius. in cons. 36. nu. 5. vol. 1. Iacob. Menoch. in cons. 46 nu. 2. vol. 1. Io. Petr. Surd. in consil. 140. nu. 21. vol. 2. Fabius Turrett. in cons. 99. nu. 9. vol. 1. Maximè cum idem priuilegium concessum fuerit ob remunerationem, ac merita gestorum pro fide Christiana, ac Ecclesiæ Dei; vt Pontifex in eodem priuilegio narrat.

quo

6 quo casu resultat in vim † contractus, & est irreuocabile,& perpetuò durat. l.Si pater. §.fin. vbi glos. ff.de donat. plures allegans Andr. Tiraquel.de reuoc.donat.in verb.Donatione largitus.nu.14.Thom.Grammat.in decis.65.nu.24. Octauian. Cacheran.in decis.Pedem.139.n.28. Menoch.in consil.2.nu.139.vol.1.M.Anto.Natta in cons.122.num.14.volu.1. & in consil.268. nu.5.7.vol.2. Latè Surdus in dicto consil.140. nu.38. Elbertus Leoninus in cons.25. num.5.6. vol.1.Regens de Ponte in consil.60. numer.22. vol.1. Quorum aliqui asserunt etiam prætextu
7 † ingratitudinis esse irreuocabile, (quod ego non affirmo.) Dictum priuilegium itaq; factum à Summo Pontifice, seruandum, cum eius au-
8 thoritate omnia ad eius libitum regantur. † c. Cuncta.c.Per principalem 9.q.3. Cui nemo dicere potest,cur ità facis?c.In memoriam.19.distinct.c.Quamuis. de pœnit. distinct.3. Vbi dicitur: In Papa volūtatem sufficere pro ratione. Quamuis in concessione eiusdem priuilegij motus fuerit Summus Pontifex, optima ratio-
9 ne, & causis validissimis;quia † cum Sicilia Saracenis,ac Mauris esset subdita, sublata Idolorum cultura, & Maumethanæ fidei impuritate, ecclesiam Dei, & Christi fidē ibidem restituit, vt de eodem Rogerio,& alijs successoribus amplè diximus supra. cap.42. Nec nouum videatur hanc cognitionem dari laicis Principibus, cum Pelagius siue primus, qui fuit anno Do-
10 mini 556. per annos † sexdecim, siue Pelagius II. qui fuit in anno 579. per annos decem, in Pontificatu, id commisit Cresconio Illustri in
11 Sicilia.in c.fin.10.q.3.Et Gregorius Magnus † in anno 590.per annos 13. scribit idem Romano defensori Siciliæ in c.Peruenit.11.q.1.quæ iura ad hunc finem à nemine huc vsq; perpēsa fuere. Disputare verò de hac concessione,esset potestatem Pontificiam in ambiguum deducere, & in crimen Sacrilegij incidere;cum in vniuer-
12 so orbe Papa plenitudinē habeat † potestatis. ex illo Exodi. cap.18. & ad materiam diximus supra cap.50. Tractat autem Pontifex in dicto Priuilegio de prælatorum cura, & tamen omnium animarum ad illum cura pertiuet, eiq;
13 commissa est,ipsatumq; tutelam gerit. † c.1.in princip. de Immunit. Eccles. in 6.ca.1. de præbend.in 6.latè B.Ioannes de Capistran. de potestate Papæ.pat.3.Secundæ partis princip.col. 1. Et sicuti vniuersæ Ecclesiæ Catholicæ, atque
14 Apostolicæ per † orbem, sunt vnus thalamus Christi. vt in c.3. distinct.21. Ità, & Papa, qui eiusdē Ecclesiæ Primas est, & Christi Vicarius.

Et licet aliqui dicere soleant, solos sanctæ
15 Romanæ Ecclesiæ Cardinales posse creari † legatos de latere. vt dicit Abb. Panormit.in c.1. in fin. de offic. legat. Tamen per supradicta, etiam seculares ac laici,legati de latere à Papa creari possunt.arg.c.1.de offic.legat.in 6.& notatur in c.Præter §.verum.32. distinct.vbi Alexander II. Papa dicit: Gregorium eius prædecessorem, commisisse causas Simoniacorum,&
16 fornicatorum † Sacerdotem, Ducibus Bertoldo, & Rodulpho.vbi gloss.latè.& voluit Andr. Sicul. in tract. de Cardin.à Later.in Præludijs. col.1. Angel. de Clauasio in summa.§.Legatus nu.2. vers. Secundi sunt.vbi tamen dicit,quòd hodie fiūt tantummodo Cardinales,(& sic nō antea) ex Panor. in d.c.1. & voluit Armilla. in §. legatus.num. 2. & potest quis creari legatus
17 † de latere,etiam non Cardinalis,cum potestate tamen legati de latere. Æneas de Falconib. in tract.reseruation.par.2.q.1.in fin. Lācellott. Conrad. in templo omn.iudic.lib.2.cap.3.§ 3. nu.8.Nec mirum, quòd tunc temporis Ecclesia Principibus secularibus hanc potestatem tribuerit, quia ob Sarracenorum, & Paganorum tyrranidem, Ecclesia secularium, ac tempora-
18 lium Principum brachijs indigebat.† vt dicit Anastas. Germonius de Sacror. Immunit.lib.2. cap.12.nu.27.Sic etiam quandoq; permisit Ecclesia,quòd seculares Imperatores,Summi Pontificis scirent electionem, ne à tyrannorum ferocia, & crudelitatibus opprimerentur: quam
19 postmodum, † quiete temporum tributa, Ludouicus Pius resutauit. vt in c. Ego Ludouicus.63.dist. Et quemadmodum Cardinales,qui legati de latere sunt,cum non sunt Episcopi,fi-
20 lij à summo Pontifice † appellantur.c.1.de supplend. neglig.prælar. gloss. in c.1.de offic.leg. in 6. Andr. Barbat. in c.In præsentia. col.4. de probat. & nouissimè Anastas.Germonius de in
21 dult.Card.§.Dilecto.per totum.Sicuti † Creator pater dicitur, nosq; filij appellamur, vt testatur Dauid ex diuina reuelatione de Salomone filio suo.lib.1.Paralipom.cap.28.dicens:Ipsum mihi elegi in filium,& ego ero ei in Patrē.
22 Et Ecclesia etiam mater nostra, & nos † filij: vt de vtroq; inquit Salomon Prouerbior. c.1. Audi fili mi disciplinam patris tui,& ne dimittas legem matris tuæ. & Canticor.cap.3. Egredimini, & videte filiæ Syon Regem Salomonē in Diademate, quo coronauit illum mater sua. Eodem modo Vicarius Christi Summus Ponti-
23 fex.qui caput à Christo positus,& pater in † Ecclesia Dei,nos appellat filios, qui lux est,& nobis dixit Io.c.12.Dum lucem habetis, credite in Lucem, vt filij Lucis sitis.

Legatorum vero de latere potestas,maxima
24 est,vt quæ ab eis fiunt, à Papa facta † censeantur.c.1. §. Hi qui de præbend. in 6. & deduxit Aym.Crauett.in cons.177.sub nu.3.vol.1. Pos-
25 sunt enim facere omnia.quæ non † sunt reseruata c. 2. c. Quoad translationem.de offic.leg. c. Frater.15.q.1.Gloss.in c. Si abbatem de Electio. in 6.Goffred.de Trano in summa de offic. leg. & Hostiens.in summa eiusdem tit.§.Quod pertinet. vers.Gerunt enim Franc.Marc.in decis. Delphin.317.nu.28.& in decis.975.num.6. vol. 1. & ideò est honorandus tamquam Papa.

c.fin.

c. fin. 93. distinct. c. 1. 94. distinct. & gerit vices
26 † ipsius Pontificis. Specul. in tit. de legat. §. Nūc tractemus. In princip. Eo enim ipso, quòd Papa, vel Princeps, suas vices alicui, aut legationis officium committit in aliqua Prouincia, vel regno, omnem illi iurisdictionem, omneq;
27 Imperiū in illo loco, videtur † illi commisisse. c. Mandata. extr. de præsumpr. c. Valdè. 94. dist. Specul. in dicto tit. de legat. §. Qualiter. nu. 4. vers. Debet autem. & §. Nunc ostendendum. sub nu. 52. 53. vers. Legatus igitur. & vers. Alia autem. vbi asseruit: Legatum plenissimam iuris-
28 dictionem habere, cui adhæreret merum † Imperium, sicut olim habebat Proconsul. l. Non alias. §. fin. ff. de offic. Proconsul. & legat. & ipse post Principem, in loco sibi delegato, habet maius Imperium. vt in l. Et ideo. ff. eod. tit. l. Nec quicquam. ff. de offic. Præsid. Ad eius officium spectat, Prouincialium causas audire, quę
29 per appellationem deferūtur † ad illum. c. Decreto. 2. q. 6. c. 1. extr. de offic. legat. Glos. in cap. Cupiens. in princip. de elect. in 6. Licet non se
30 intromittat de appellatione † interposita ad Papam, nisi partibus renunciantibus. c. Studuisti. vbi Glos. de offic. legat. Franc. Marc. in Decis. Delphin. 344. nu. 2. vol. 1. & possunt cotam ipso tractari dum est in prouincia, omisso medio. Glos. in c. romana. de appellat. in 6. Et si-
31 cut Papa potest adiri per † simplicem querelam. c. Si quis 2. q. 6. & c. Cunctā per mūdum 9. q. 3. c. Dilectis. de appell. Sic, & legatus, qui honoratur, vt dictum est, tamquàm Papa. Hinc se intromittit in causis per querelam intenraris
32 coram † Papa. c. Quoties 2. q. 3. Aut saltem ratione legationis, per querelam aditur, vt lega-
33 tio † operetur. l. 1. in fin. ff. Ad municip. quod dicit etiam hodie per consuetudinem probari Hostiens. in dicta summa, titu. de offic. leg. §. Quid pertinet. sub num. 3. vers. Spectat autem. quod expressim tenuit Francis. Marc. in decis. Delph. 432. num. 2. vol. 1. cognoscit insuper de
34 omni causa ad forum Ecclesiasticum † spectante, etiam inter laicos. Specul. in tit. de legat. §. Superest. in princ. & § Nunc ostēdendum. vers. 19. Francisc. Marc. in decis. Delph. 350. num. 3.
35 vol. 1. Habet etiam hodie legatus de latere † iurisdictionem in exemptos. cap. Si abbatem. de elect. lib. 6. c. 1. de verb. signific. in 6. Glos. & Doctor. in c. 1. de offic. legat. Marc. in decis. 344. & in dicta decis. 350. sub nu. 3. vol. 1. Multa eidem permittuntur, multaq; similiter interdicuntur eisdem legatis, de quibus scribere desisto: possunt tamen videri apud eosdem supra allegatos. Omnis autem illorum potestas, pēdet à potestate eis per Pontifices tributa, ad quam oculus debet se referre.

Apparet ex ijs ad titulum Regi tributum, bonam fidem adesse, & possessionem; in qua teperitur vigore dicti priuilegij pacificè & quietè
36 continuasse; in qua absq; dubio, † manutenendus erit. Paul. de Castro in cōs. 323. col. 1. vol. 1. Ægydius Bossius in titul. de Fisco, & priuileg. eius. nu. 60. Tanto plus cum procedendi vsus, per consuetudinem, quingentorum annorum curriculo ductam, à data expeditionis priuile-
37 gij, quæ consuetudo fuit eiusdem † priuilegij hactenus fidissima interpres. vt post Deci. in consil. 156. in fi. Laurentius Syluanus in consil. 66. nu. 19. & alios allegādo Barthol. Bertazzol. in consil. ciuil. 97. nu. 25. vol. 1.

Super hac causa Monarchici Tribunalis Si-
38 culi, dum erat in Regno Neapolis † Doctor Alphonsus de Taboada Pardo, regens supremi Concilij apud Catholici regis Maiestatem rerum Italicarū, multis sermonibus, mecum colloquutus fuit, mihique imposuerat, vt pro Rege scriberem; ac mihi promisit ex Insula Siciliæ, transmitti facere multa scripturarum exempla, aliaq; in facto consistentia, quibus habitis, scribendi onus acceptaueram. Cumque Hispaniam nauigasset, & ad curiam Regiam peruenisset, multas mihi super eodem negotio, & alijs, litteras dedit, quibus scripturas, expectabam. Tandem paucis post tedium mensibus exactis, infirmitate oppressus migrauit ad cœlum, cui Deus Sedem illi præparet, ob incorruptam fidem, eiusdemq; integritatem, ac vitam, macula indemnem. Cuius mortem nō possum, non ægro ferre animo, ob propensum eius in me amorem, quo vsq; ad summum me diligebat; Tum etiam ob morum, scientiæ, ac animi dotes, ex quibus ab incepto destiti. Quis autem Romanorum Pontificum non concederet similia, ac maiora priuilegia, cū armis inuictis regnum illud à Sarracenorum manibus per plura secula occupatum, eripuerint, & omnes illos radicitus extirpauerint? de quo Petr. de Gregorio Siculus, de concess. Feudor. parte 1. q. 1. nu. 14. & pluries in hoc opere dixi.

ARGVMENT. CAP. LIV.

Episcopi manus Regum Hispaniæ, antiquissima obseruatione osculantur. Reprehenditur Aluarus Pelagius, qui obseruantiam hanc damnat.

COMPENDIVM.

1 *Episcopi Hispanis Regibus manus osculantur. nu. 9. 20.*
2 *Rex Episcopatuum patronus in Hispania.*
3 *Præsentatus, honorificè, ac studiosè patronum, & in processionibus, illum honorat.*
4 *Principi patrono venienti ad ecclesiam, præsentatus exit obuiam.*
5 *Patronus in sessionibus præ alijs honoratur.*
6 *Patroni sunt bonorum ecclesiæ defensores, & agunt contra patronos alienantes.*
7 *Patronus reuocat bona informiter alienata.*

8 *Caroli V. Cæsaris modestia cuidam patrono in ecclesia montis Oliueti Neapoli.*
9 *Viles appellat Hispanos prælatos, qui osculantur manus Regis, Aluarus Pelagius.*
10 *Aluarus Pelagius dicit timore ipsum oscula dedisse manibus Regis Portugalliæ.*
11 *Adorationem significat osculatio manuum.*
12 *Aluari Pelagij opinio reprobatur. nu. 25.*
13 *Apostolus statuit subiectionem fieri Regibus vti præcellentibus.*
14 *Apostoli in ecclesia primitiua, dum Episcopos ordinabant, vt Regem timerent, statuebant, & Magistratum honorarent. nu. 15.*
16 *Prælati reuereri debent Reges, nec dicere quid mihi & Regi?*
17 *Isaac osculum à filio suo petijt in reuerentiæ signum.*
18 *Pacem Christianam Christus reliquit.*
19 *Moyses cognatum suum Iethro osculatus est, & adorauit eum.*
21 *Manuum eleuatio misericordiam designat.*
22 *Episcopi ecclesiam referunt.*
23 *Episcopi Apostolorum sunt successores, & illorum vices gerunt.*
24 *Sisenandus Hispaniarum Rex in Quarto Concilio Toletano humi se prostrauit coram patribus Concilij.*
26 *Seruilis timor, repellendus est.*
27 *Quod est in excelso fastigio positum, vt sit venerabilius, debet esse humilius.*
28 *Robertus Northmannus Carolum Simplicem Galliæ Regem, resupinauit.*
29 *Antistitum, & prælatorum officium nobile, quo modo se gerere debeant.*

CAP. LIV.

HIspaniæ Regibus, hoc pro quadam singulari, atq; optima prærogatiua tribuunt, vt
1 eorum manus † Episcopi osculentur: quod dixerunt Archidiac. & Lauren. in cap. Duo sunt 96. distinct. & referunt Aluarus Pelagius de Planctu Eccles. lib. 2. cap. 18. & 30. & Francisc. Marc. in decis. Delphinal. 455. num. 13. vol. 1. ad hoc inducere solui text. in l. 1. C. de domestic. & protect. lib. 12.

Consuetudinem hanc osculandi manus Regum Hispaniæ per Episcopos introductam arbitror ex eo, q cum Rex sit Ecclesiarum, atque
2 Episcopatuum † patronus, vt dixi supra ca. 50. Videtur Prælati eo casu osculari manum patrono, exhibendo illi hoc studiũ, & modestiam honoris gratia, per ea, quę dicit Rocch. de Curte de iure patron. in verb. Honorificum. q. 63. vbi dicit, quòd præsentatus honorificentius recipit patronum, & studiosè ei seruit, & in pro-
3 cessione præ alijs illum † honorat. quod etiam voluit Abb. Panor. in rub. de iure patron. nu. 4. & in c. Nobis, nu. 5. eo. tit. dicens: quòd cum patronus venit ad Ecclesiam, debet Prælatus cum clericis obuiam sibi ire processionaliter; saltem vsque ad ambitum Ecclesiæ, maximè quando
4 persona est talis, cui hæc cõueniant, puta † Rex, vel magnus Princeps: & hoc seruatur Venetijs in Ecclesia Sancti Marci, in qua Dux habet ius patronatus, & Primicerius cum alijs Canoni-
5 cis exeunt † sibi obuiam. Item debetur honor, quia præ cæteris laicis est honorandus, in sessionibus, vel alijs. Hæc Panormitanus. Debetur etiam patronis honor, quia ipsi sunt defen-
6 sores bonorum Ecclesiæ, cuius sunt † Patroni, & possunt agere contra Rectores alienantes. cap. Si quis præsbyterorum. vbi Glos. de rebus Eccles. non alienand. Abb. Panormit. in dicto cap. Nobis nu. 7. Petr. de Anchar. in consil. 122. Deci. in consil. 174. in fin. Rocch. in dicto verb. Honorificum. quæst. 3. Ioan. Baptista Ferret. in
7 consil. 294. num. 7. Vbi dicit, patronum † habere potestatem reuocandi bona informiter alienata. Et hoc honore, patronis debito, procedere arbitror. Hinc Monasterium montis Oliueti ordinis diui Benedicti, quod erectum, ac dotatum maiori parte asseritur à quibusdam de Domo Orilia obseruat, ex Summi Põtificis authoritate; vt proximior illius familię, fundatori, in quibusdam anni solemnitatibus, sella in loco anteriori seruetur honoris gratia, in qua assistat, etiam præsente Principe; & idcirco retulit mihi R. pater quidam illius Monasterij, q alias Carolus Quintus Imperator, cũ die qua-
8 dam † solemnitatis esset, illum familiæ locum deputatum, non solum non exturbauit, sed asseruauit.

Ijs se opponit Aluarus Pelagius in dicto lib. 2. cap. 18. Ex Lauren. in dicto cap. Duo sunt.
9 dicens: Viles esse † Prælatos Hispaniæ, qui osculantur manus Regum. Vbi fatetur ipsum potius timore, quàm amore, osculatum fuisse dexteram Regis Portugalliæ: & dicit iam non fe-
10 cisse, quia timore † fecisset. argum. c. Qui ex timore. de regul. iur. & subiungit: Hæc fieri non debere, cum in hoc sęculo, nihil sit excellẽtius Sacerdotibus, nihil sublimius Episcopis. & alia ibidem dicit, quibus sacerdotum, & Episcoporum altitudinem enarrat, quam possem longè pluribus corroborare. Debuit dicere quòd
11 osculatio manuum, creaturæ illius † adorationem significet: vt dicit Hieronym. in Ezechiel. cap. 8.

Sed salua tanti viri grauis pace, dicamus:
12 hanc manuum ex osculationem, † non prætendere Reges Hispaniæ ex debito, sibi ipsis fieri debere ab Episcopis, ac illorum ordine; cui scimus, & Imperatores, & Principes Christianos succensere, ipsisque subesse, & præsertim Reges Hispanos, qui in tantum Episcopali dignitati, & Ecclesiasticis ordinibus semper tribuerunt, vt merito sit illis Catholicorum Regum, nomẽ tributum. Ex causa enim supra narrata solitos fuisse Episcopos Reges Hispanos sic honorare, Prælatorum ipsorum moris, ac mo-

modestiæ fuit, vt Reges de Catholica Ecclesia, tam optimè meritos, eadem gratitudinis, & obsequij reuerētia magnificarēt. Sciūt namq; Antistites, Prælati, & Ecclesiarū Episcopi, præceptum Petri Apostolorum Principis 1. Petri cap. 2. Subiecti estote omni humanæ creaturæ
13 propter Deum; siue† Regi, quasi præcellenti; siue Ducibus, tamquàm à Deo missis, ad vindictam malefactorum, ad laudem verò bonorum. & ibidem Petrus post pauca. Regem (inquit)
14 honorificate. † Sic Apostoli olim in primitiua Ecclesia, Episcopos ordinarūt, vt Regem timerent, tamquàm electum à Domino; & Magistra-
15 tus eorum in honore † haberent, vt ministros Dei. vt docet Clemens Romanus Constit. Apostolicar. lib. 7. cap. 17. quorum authoritate fretus Augustinus. in Ioan. c. 1. tract. 6. inquit: sed dicitis; quid nobis, & Imperatori? Sed vt iam dixi, de iure humano agitur: Apostolus voluit seruiri omnibus Regibus, voluit honorari Reges, & dixit, Regem reueremini. Nolite ergo
16 † dicere, quid mihi, & Regi? habetur. in c. 1. §. Item tolle iura. 8. distinct. Nec enim tam magnum quid est, quòd tantam nauseam causauerit Aluaro, quòd Prælati dignentur Regum manus osculari, quando sanctorum Apostolorum, & Ecclesiæ Doctorum sapientia moneat, Reges reuereri, atque honorari. Sic in signum
17 reuerentiæ Isaac † osculum petijt à filio suo. Genes. cap. 27. & Lucæ cap. 7. dicitur: osculum mihi non dedisti. Dantur enim oscula in si-
18 gnum pacis Christianæ à Christo † relictæ. de his 1. Petri. cap. 5. Salutate inuicem in osculo sancto. quod & repetijt etiam Paul. ad Roman. cap. 16. & 1. Corinth. cap. 16. & 2. Corinth. cap. 13. Nec enim datur vitio Moysi, Dei viro acceptissimo, quòd occurrit Iethro cognato suo, & adorauit, & osculatus est, salutauerintque
19 † se mutuò verbis pacificis. vt dicitur Exodi. cap. 18. in quo non tam cætera, quàm adorationem magnifacio, humilitatem etiam Moysi, & osculum pacis. Nec etiam piaculum id
20 habeatur, quòd Reges Hispani dexteram† manum Episcopis porrigant, quando sciunt illos adeo Christianæ fidei zelo ductos fuisse, & nunc etiam ducantur, vt Hispaniæ Regna ab hostium, Arabum, Sarracenorum, ac Maurorum manibus, effuso sanguine vendicauerint: vt modo etiam id testari cupiant, in omnibus Ecclesiæ, & fidei Christianæ necessitatibus, candem fidem per dexteræ porrectionem testatam velint: idq; Prælatis testimonium per illius exhibitionem profiteantur se auxilium præstituros. sic illud Virgilij lib. 6. Aeneidos:

Dà dextram misero, & tecum me tolle per vndas.

Et iterum idem Virgilius:

Dà dextram, atq; anim.ũ præsenti pignore firma.

Manum etiam Reges, dum Prælatis exhibent, misericorditer cum eis tunc agere ostendunt; candemque manum liberalem in eorundem Prælatorum paupertatibus futuram. Sic intelligi oportet illud Dauid Psalm. 140. Ele-
21 uatio manuum † mearum sacrificium vespertinum. vt testatur Hieronym. in Isaiam. cap. 13. in princip. Vel etiam Reges dextram manum
22 † porrigunt Episcopis, quia cum Episcopi Ecclesiam referant, & Christi Vicarij sint. cap. Mulier 33. quæst. 5. & Apostolorum sint succes-
23 sores, & illorum vices gerentes. † cap. In nouo. 21. distinct. cap. Quorum vices. 68. distinct. Illud tantum significate velint, ab Ecclesia Dei, & eius Pastoribus illam gubernantibus, nunquàm discessuros. Iuxta illud Moysis, qui cum manum tenebat in sinu suo lepra erat effusa: iterum retracta, erat curata; nil aliud sentientes, quàm velle semper cum Christo, eiusque Pastoribus iugiter conuersari; & idcirco illas Episcopis porrigere, quorum tactu, & osculo, & honoratæ, & omni sorde, ac immunditia curatæ intelligantur.

Nunquam etiam Hispanorum Regum moris fuit, hanc superbiæ gloriam sibi aucupari, vt humano quodam fastu ab Episcopis voluerint adorari, cum legamus in actis Concilij Quarti Toletaui. Sisenandum Hispaniæ Regem
24 † ad Concilium cum Clarissimis, & Nobilissimis viris ingressum, coram Sacerdotibus Dei, humi prostratum, cum lachrymis, & gemitibus pro se interueniendum Domino postulauit. Vnde legitur in Codice Diui Benedicti vetustissimo (quem Leo de Castro in Isaiam cap. 49. dicit appellari de moribus Ecclesiæ) olim Reges Hispaniæ, cum adirēt Episcoporum Synodum, procumbere solitos, toto corpore terra ante ipsos Episcopos, & terram osculari, neq; prius se attollere humo, quàm hi suis sedibus surgerent, & Reges eorum pedibus circumfusos, brachijs attollerent, & in Sella Regia, pro dignitate, collocarent. vt testatur nouissimè Iosephus Steuanus de Adoratione pedum Pontificis. cap. 4. De quo antea Alphonsus de Cartagena. in Anacephaleosi Hispanor. Regum. cap. 34. & Ioan. Magnus in Histor. Gothor. & Suenon. lib. 16. cap. 17. Temporibus etiam nostris, Hispani Reges, maximo in honore, sanctissimos Ecclesiarum Antistites, reuerentur: quorum omnium palmam gerit Philippus Rex Catholicus, qui tantum tribuit ijs ecclesiæ Romanæ Prælatis, vt accedenti ad eius curiam Antonio Carrafæ Sāctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali ad tria passuum millia ei extra oppidum Madridi, obuiam perrexerit, ab equo descenderit, reuerentiam maximam exhibuerit, ad dextrum latus illum ad domum vsque perduxerit, porta Regia, omnique fastu, ac reuerentia cumulatum.

Aluarus itaque Pelagius, quod ipse fecit, alijs non faciendum scribit: debebat autem ip-
25 se prius, † si hoc sibi videbatur erroneum, ab ipso abstinere, nec prębere exemplum, vt quòd ipse

ipse tanta scientia ornatus fecisset, alij itidem sequerentur. Et dum dicit ipsum, non amore, sed timore Portugalliæ Regis manum fuisse osculatū, ipse correptione dignus est. Doctissimè Præsul facere hoc non debueras: Te timore mūdano fecisse asserens, quod fieri debere impium iudicabas. Quid nō cōmemorabas Christi præceptum. Matth. cap. 10. Nolite timere (inquit) eos, qui occidūt corpus, animam non possunt occidere, sed potius timete eum, qui potest, & animam, & corpus perdere in Gehennam. Hinc illud Deuteron. cap. 31. Viriliter agite, & confortemini, nolite timere. Sic Petrus, cum Claudum sanasset, & congregati essent Saducæi, & Principes templi, & Magistratus, & manus iniecissent in eum, & alios discipulos, & interrogassent in qua virtute, & nomine id fecisset? audacter respōdit: Notum sit omnibus vobis, & omni plębi Israel, quia in nomine IESV CHRISTI Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deum suscitauit à mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. vt habetur Lucę Actuum cap. 3. & 4. Seruilis itaque timor
26 tuus fuit, qui repellendus est, teste † Gregorio in cap. Nec autem 13. q. 4. Maximè cum stares coram Rege Catholicissimo, nec illum actum à te postulante: sed quia tibi placuit, & placere voluisti, & cōcupiuisti, Dño, propterea alios immeritò ad bellum armas, in quo tu inermis esse voluisti. Obseruandum itaq; censeo illud Diui Bernardi, super Cantic. Sermon. 3. Hominibus quidem ità esse videmus, seruos videlicet offensores Dominorū, osculari pedes, cum ab eis veniam petūt: & pauperes diuitum manus, cum ab eis munus accipiunt: ac Reges debent ab hoc osculo temperare: nam quicquid
27 † in Excelso fastigio, positum est, humili & trita consuetudine, quò fit venerabilius, vacuum non esse debet. Pulchrum Roberti Northmanni facinus referam, qui Regum Neapolis, & Siciliæ seminarium fuit. Hic cum pacem inijsset,
28 cum Carolo Simplici † Gallorum Rege, pedem osculaturo porrigente. At ille pedem cœpit, & Regem resupinauit. Sic illud factum refert Albertus Crantius in Noruegia. lib. 1. c. 26. Aderant (inquit) ex Francis, Regi blādientes, qui hortarentur Robertum procumbere, Regiaque osculo, vestigia honorare. Horrebat liber animus, & Dux inuictus, seruile miuisteriū: alium ex instantibus ex officio vicarium dedit, Rex illi pedem protendit (erat is Carolus simplex, Balbi filius) ille mordicus apprehēso pede, Regem resupinat. sequitur Baptista Fulgos. lib. 6. cap. 4. Pandolphus Collenucius lib. 1. Io. Baptista Carrafa. lib. 1.

Super hoc autē capite, si meū expectatur iu-
29 diciū. Hoc assero, vt Antistites, † nunq̄ eorū vilipendi ministeriū patiantur, sed studeant placere Deo, potius q̄ hominibus, ac Principibus. In actibus eorum ordini spectantibus Ambrosium cum Theodosio sibi assumant. In actibus autem charitatis, ac morum, in quibus Episcopali muneri non detrahitur, humilitatem amplectantur, quam Christus Magister noster, & Dominus, edocuit, vt nisi pusilli efficerētur, nō intrarent in Regnum Cœlorum. Reges in honore habeant, Catholicos, & Christianos: hi enim sunt, qui eos, & Ecclesiam Dei à manu venientiū in vestimentis ouium, & Pseudo Christianorum Regum, ac Barbarorum incursionibus tuentur. Hæc, cęteraq; omnia Ecclesiæ iudicio remittens, vt deleuda deleat, & quæ illi aduersa essent oblineet, eidem enim semper obsequentissimus ero.

ARGVM. CAP. LV.

Catholicus Rex, diuina virtute, sanat à dęmonibus oppressos. Galliæ, & Angliæ Reges strumas. traduntur aliqua ad hanc rem ex sacris litteris.

COMPENDIVM.

1 *Caroli Tapla I.C. Regij Consiliarij Laudes.*
2 *Reges Catholici, diuina gratia suffragante, demones effugant ab obsessis.*
3 *Reges Galli sanant strumas.*
4 *Reges Angli similiter strumas sanant.*
5 *Saul obsessus à spiritu domini malo, quiescebat à spiritu, dum Dauid pulsabat Cythara.*
6 *Adolescentes tibicine Phrigio in furorem acti, insana peragentes, Cantu Dorico à Demone sedati sunt.*
7 *Asclepiades mirabili experimento, sonorum concentu, Phreneticos, & immutata mente laborantes ad sanitatem reuocauit.*
8 *Vespasianus Imperator cæcum illuminauit, & Claudum sanauit.*

CAP. LV.

CArolus Tapla Iureconsultus, non solū Aegidij patris sui, olim Regiæ Cameræ Præsidentis virtutes, sed proprias, animi, & corporis sui dotes præseferens; qui iuuenis plures Regni Prouincias, Auditoris Regij Magistratu optimè functus est, & Magnæ Curiæ Vicariæ in causarum capitalium consessu Iudex sedit, &
1 nūc Regij Consiliarij † in Senatu Neapolitano, munere fungitur; quem amaui semper, & colui, amo, coloq;: Is (inquā) de Constit. Principum. in Rub. cap. 1. nu. 3. scribit: Catholicos Reges diuina virtute adiutos, ea opetari, quòd Dæ-
2 mones humana † corpora obsidentes, effugere faciant. Eodem modo Galliæ Reges, morbum sanare strumarū, (les escrouelles) Galli dicunt,
3 eorum † contactu. vt testantur Io. Monach. & Dominic. de sanct. Gemin. in c. 2. de præbend. in 6. & alij relati per Carolum de Grassalio

Regal.

Regal. Franciæ. lib. 1. iure 4. & Barthol. Camerar. in dialog. de Orat. cap. 5. Eisdem morbis, iisdẽ miraculis mederi solitos Reges Angliæ,
4 refert † Polydorus Vergilius Histor. Anglicar. lib. 8. Solebat, (inquit) Rex Edouardus diuinitus solo tactu sanare strumosos, hoc est, Strumam patientes, est enim Struma morbus, quem Itali, Scrophulam vulgò vocãt, à Scrophis, quę ea mala scabie afflictãtur. Id est humor, in quo subtus concretæ, quædam ex putre, & sanguine, quasi glandulæ oriũtur, ac vt plurimum per pectus, & guttur serpit, quod quidem immortale munus, iure quasi hæreditario ad posteriores Reges manauit. Nã Reges Anglię, etiam nunc, tactu, ac quibusdam hymnis, non sine ceremonijs prius recitatis, strumosos sanant. Hęc Polydorus, quæ omnia confirmat Alanus Copus Dialogor. lib. 3. cap. 28. Non mirum si Dęmones à Regibus Catholicis, virtute Diuina pellantur. Nam videmus, quòd dum Saulem ar-
6 ripiebat † Spiritus Domini malus, Dauid tollebat Cytharam, illamq; percutiebat manu sua, & interim refocillabatur Saul, & læuius habebat, recedebat enim ab eo spiritus malus. vt habetur lib. 1. Regum cap. 16. cuius meminit Ioan. Laurentius Anania de Natura Dęmon. lib. 4. Miracula ista sunt supernaturalia, quæ diuina voluntate operantur, quorum plura operatus est ad prædecessorum Regum Catholicorum gratiam: de quibus dicam infra cap. 66. Sic olim adolescẽtes Phrigio Tibicine in furorem acti, & insana peragentes à Dęmone, Cantu
6 Dorico sedati sunt, nec † amplius spiritus commotus est insulso eo motu, sed concinno, ac venusto. causam, & rationem reddit Bernardinus Telesius de rerum natura. lib. 7. cap. 36. Asclepiades fertur publico testimonio, quòd Phre-
7 neticos, † & mente imminuta laborantes concentu sonoro, mirabili experimento ad sanitatem reuocauit. vt testatur Cælius Aurelianus Chronicor. lib. 1. cap. 5. Censorinus de die Natali. Martianus Capella. lib. 9. cap. 6. Sic dicunt
8 † Vespasianum illinitu saliuæ oculos cæci illuminasse, & pede Iesum sanasse apud Alexandriam, ex prædictione Serapidis illius gentis Dei. vt testatur Cornelius Tacitus Annalium. lib. 20. sed hoc qui voluerit, credat.

ARGVM. CAP. LVI.

Regna, & Dominia Catholici Regis sunt hæreditaria, ad quorum successionem admittuntur, inter masculos primogẽniti, inter fœminas masculus.

COMPENDIVM.

1 *Regna Catholici Regis hæreditaria sunt.*
2 *Regnum Aragoniæ hæreditarium est. nu. 3.*
3 *Regnum Maioricarum, hæreditarium est.*
4 *Regnum Lusitaniæ, hæreditarium est.*
5 *Regnum Castellæ hęreditarium est.*
6 *Regna omnia Hispanię, hęreditaria sunt.*
7 *Regna Neapolis, Apulię, & Sicilię, iure hęreditario deferuntur. nu. 8. 9. 10. 12.*
9 *Const. Regni. Cum hęreditarium. intellectus.*
11 *Marinus Freccia Historiarum peritissimus.*
13 *Regna Neapolis, & Sicilię Ecclesię Romanę Feuda sunt.*
14 *Concessiones feudorum concessionum principia habuerunt, succedunt propterea in illis hęredes.*
15 *Sigismundus Rex Polonię, & Suetię, electus à populo, & proceribus omnibus spiritualibus, & temporalibus populis.*

CAP. LVI.

Dominia, status, ac Regna Catholici Regis omnia sunt hæreditaria, tam in Hispania, Neapoli, ac Sicilia, quàm alia quæcũq;: & sicuti
1 ad ipsum successorio iure † obuenerũt; vt dictũ est supra. c. 46. vbi latissimè de omnibus dictum est; ità etiam ad suos hæredes transmittuntur, vt dicam cap. seq. Quoad Regna Hispaniæ esse
2 hæreditaria † exploratum est. De Regno hæreditario Aragoniæ scribit Oldrad. in cons. 94. & in cons. 95. Et de Regno Aragoniæ, & Maioricarũ.
3 † scripsit idem Oldrad. in consil. 231. Petr. de
4 Ancharan. in cons. 339. De Regno † Lusitaniæ. habetur in c. Grandi. de supplend. neglig. plat. Philipp. Deci. in consil. 443. in princ. de Regno
5 † Castellæ. Andr. Barbat. in cons. 10. col. 2. & plu-
6 ries ibidem. vol. 2. De omnibus Regnis † Hispanicis dicit Cardin. Alex. in c. Ius naturale. col. 3. distinct. 1. Paul. de Castro in cons. 164. Abb. Panor. in consil. 85. vol. 1. Andr. Sicul. in dicto consil. 10. col. 7. Philipp. Deci. in cons. 397. col. 2. vers. 2. principaliter. Sic etiam Hispanis legibus cauetur. in l. 2. titul. 15. partita 2. in hæc verba. *Pusieron que el señorio del Reyno heredassen siempre à quellos, que veniessen por linea derecha.* Hoc etiam tenuerunt Doctores Hispani Roderic. Suarez in allegat. 10. Michael Cifuentes in l. Tauri. 40. vers. 16. Dubitatur. vbi etiam Ant. Gomez. num. 72. vers. Primò quia succedit. Iacob. Simancas institut. Catholic. cap. 9. nu. 262. Gregor. Lopez in l. 9. tit. 7. partita 2. nouissimè Michael ab Aguirre de success. Regni Portugalliæ. parte 1. num. 16. Cum pluribus seqq.
7 In Regnis † Neapolis, Apuliæ, & Siciliæ similiter, iure hæreditario deferuntur. Bald. in consil. 275. colum. 3. volum. 2. & ante eum Andr. de Iser. in cap. 1. in fin. De eo, qui sibi, & hæred. suis Idem Bald. in l. Cum antiquioribus. colum. 4. vers. Et quia tales. C. de iur. delib. Idem Bald. Martin. Laudens. & Cardin. Alexand. in cap. 1. de fil. nat. ex matr. ad Morg. Ias. in l. Quoties. nu. 42. C. de rei vendic. post Nicol. de Vbal. de.

succeff.ab inteftat. par.1. col.14. & tenent Doctores huius Regni.Andr.de Ifern.in cap. 1. §. Quid ergo.in fin.de inueftitur.de re alien.fact. qui dicit : hoc cautum fuifte per inueftituram factam Regi Carolo I.ei,& hæredibus fuis:fed non dicit quòd ante illa tempora fic etiam fer uabatur in fuccedendo in Regno, vt ad hære-
8 des†tráſferrétur: nec aduertit ad Côſt. Regni.
9 Cû† hæreditarium. vbi Fridericus Imperator. Cum hæreditarium (inquit) Regnum noftrum Siciliæ,cuius præclara nobis hæreditas,laudabiles mores fuorum incolarû confueuerit enutrite: quam ad hoc nemo expendit,nifi Barth. Camerar.in cap. Imperialem. fol.47. littera F. de prohibita Feud. alien. per Frider. Illud ta-
10 men effe†hæreditarium tenuit Ioan. Vincent. de Anna.in Rep c.1.nu.171 de vaffall.decrepit. ætat. & ad longum fcribit Marin. Freccia de fubfeud. Baron lib.3. q.16.per totum.vbi dum intendit aliqua noua tradere tanquàm Hiftor
11 riarum peritifsimus, † in Caroli inueftitura fe fundat, redditq; quæftionem inuolutam, vt ex eius dictis nulla certa elici poffit côclufio: nec. confiderauit præcedentia tempora fupradicta. Infuper confideranda funt verba Vrbani II. Summi Pontificis, in priuilegio inferto fupra
12 cap.53.vbi apparet eundem Pontificem†illud hæreditarium habere.ibi(Simonem tuum filiû, & alios filios, & hæredes)hoc idem fentit Castellian.Cotta in Memor.§.Primogenitus.quem fequitur Ioan. Lopez in rub.de donat.int vir. & vxor.§.69.fub nu.34.Ioan.Anton. Cannerius Sicul.in rep.c.Si aliquem.Regni Siciliæ.in §.Et quia.nu. 5. 6.fol. 169. & faciunt omnia notata per Tho. Gram. in decif. Neapol.1. licet in fine dicat, quòd Regnum Neapoli fit Feudum Ecclefiæ, & quod non habeatur iure fucceffionis, fed ex conceffione. Quo dicto nihil poteft dici
13 infulfius,quia non†negamus Regnum Neapolis.feu Siciliæ,effe Feudum Ecclefiæ Romanæ, tranfmittitur tamen ad hęredes.quia côceffio-
14 nes aliæ Feudorum † femper habuerunt principia conceffionum, fuccedunt propterea in illis hæredes,vt dicam.cap. feq. Sic etiam dicendum eft, quoad alia Regna, atq; dominia Regis Catholici, vt dictum eft in dicto cap.46. in quo de omnibus eius Regnis, ac Dominijs loquuti fuimus, per lineas fuccedentium traditas.idcirco non oportet rem claram,aliquibus ambiguitatum inuolucris obumbrari, & cum per tot fecula fic fuerit res deducta,nunc accidat in dubium reuocari.

Nec eft fpeculationis huiufmodi tractare, aut fcribere de Regnis, in quibus datur electio, quia nullû eft Regi Catholico in fuo Imperio fimile,vt eft Regnum Poloniæ, cui nûc optimè
15 moderatur Serenifsimus † Sigifmundus Rex Poloniæ,ac Suetiæ, quorum Regum electio ad primores quofdam Regni proceres, fpiritua-les,temporales, Senatum, populumq; Poloni-cum fpectat.vt monftrat pluribus in locis Martin.Cromer.in Hiftor.Polonica. defcripta poft Albert.Cranti.in Vuandalia.

ARGVMENT. CAP. LVII.

In Regnis Catholici Regis, etiam fœminæ fuccedunt. Agitur incidenter de lege Salica apud Gallos, & multa circa illam noua aperiuntur.

COMPENDIVM.

1 *Regna Catholici Regis ad proximiores tranfmittitur.*
2 *Regna Hifpaniarum tranfmittuntur ad fucceſſorem Primogenitum,etiam ad fœminas. nu.23.*
3 *Mulier etiam primogenita admittitur ad fucceſſionē Regnorum Regis Catholici nu.4.*
5 *In Regno Neapolitano,& Siculo fuccedit primogenitus,& primogenita feruata fexus prærogatiua, vt femper mafculus fœminam excludat, num.7.*
6 *Intellectus Conſt. Regni.Comite.*
Intellectus Conſt. Regni.Comitibus.
Intellectus Conſt. Reg. In aliquibus.
Intellectus Conſt. Vt de fucceſsionibus.
Intellectus c.Regni.Confiderantes.
8 *In Regno Hungariæ fimiliter fuccedunt Primogeniti mafculus, & fœmina data fexus prærogatiua.*
9 *Regnum fui natura eſt quid indiuifibile.*
10 *Regi per vnum melius eſt.*
11 *Regnum diuifum defolatur.*
12 *Regnū indiuifum, & folidum, tutius, & fecurius eſt.*
13 *Diuifit Deus inimicos Dauid.*
14 *Diuifio Regni fuit comminata Balſaſar filio Nabuchdonofor.*
15 *Diuifionis Regni Iudeæ inter Ariſtobolum, & Antigonum mala.*
16 *Macedoniam, ne quando in eot caput attolleret, Romani diuiferunt in quatuor partes.*
17 *Gallia dum fuit in quatuor partes diuifa, magnum fenfit detrimentum. num.19.*
18 *Numidarum Regno diuifo, à Iugurtha attritus Adherbal.*
20 *Diuifio Regni Polonici facta per Boleſlaum III. Regem,bellorum cauſa fuit. num.21.*
22 *Primogeniti Regna, alij vitā, & militiā recipiant.*
24 *Galli ex lege Salica à Pharamundo Rege facta, fœminas excludunt à Regno.*
25 *Legis Salicæ conditores qui?*
26 *Ius diuinum fœminas ad fucceſsionem admittit, defectu mafculorum. num.27.*
28 *Lex omnis facta contra ius diuinum eſt nulla.*
29 *Legis Voconiæ difpofitio qualis?*
30 *Caroli de Graffalio error.*
31 *Ius naturale æquilibrio admittit Mares, & fœminas ad fucceſsionem.*
33 *Lex.12. Tab. fine difcretione admittit cognatos ad fucceſsionem.*

Lex

33 Lex Solonis erat, vt cuilibet liceret successionem suam da e, si filios non haberet.
34 Patri æquè successisse fœminas, & mares lege 12. Tabul. quæ refertur.
35 Iure nouissimo Codicis, & authenticorum, fœminæ ad succedendum admittuntur.
36 Lex Salica fuit facta apud Sicambros.
37 Franci Rhenum incolentes.
38 In Regno Galliæ successit quandoque fœmina. nu. 39.
40 Nauarræ Regnum datum fuit Ioannæ, & Carolo.
41 Odoardus III. Rex Angliæ ex persona matris Isabellæ prætendit Regnum Galliæ.
42 Angli quando victores, & Galli victi.
43 Odoardus Regni Gallici titulo se ornauit.
44 Catherina Caroli Sexti Gallorum Regis filia pactis conuentis in matrimonio Henrici V. Regis Angli fuit pacta Regnum Galliæ sibi dari. nu. 47. 48. 49.
45 Henricus Angliæ Rex Catherinæ filius ex persona matris Angliæ, & Galliæ Rex fuit.
46 Carolo Sexto Bituricenses tunc temporis solum paruerunt.
Capitula matrimonialia Catherinæ dum nupsit Henrico V. Angliæ Regi, lingua gallica. num. 47.
49 Catherina Lutetiæ coronata Regina Galliæ.
50 Carolus VII. Galliæ Rex perfidia occidit Ioannem Ducem Burgundiæ. num. 53. 54.
51 Caroli VI. edictum, ne quis pro Galliarum Regente Carolum Septimum agnoscat, cum proscriptione, & declaratione proditionis facta contra Ioannem Ducem Burgundiæ. num. 53. 54.
52 Henricus V. Rex Angliæ, fuit Rex Galliæ coronatus. Henricus Quintus Rex Galliæ, & Angliæ erexit studium Cadomense.
55 Simon Pollitus Compendianus, quia dixit, Potiora esse iura Regis Angli, quam Philippi Valesij in Regno Galliæ, truncatis manibus, pedibusq; fuit Cruci positus.
56 Gallia infatuata, lege Salica.
57 Legis Salicæ verba, quæ de Regno Galliæ non loquuntur.
58 Terra Salica, an dicatur terra quæ adhæret coronæ.
59 Lex Salica loquitur de terra Frãciæ orientalis. nu. 64.
60 Salica vnde dicta? nu. 61. 63. 65. 67.
61 Terra Salica inter Massilienses, & Ligures.
63 Salij qui sint? num. 64. 68.
66 Salix dicitur frugiperda.
69 Intellectus c. 1. de filijs natis ex matrimon. ad Morganat.

CAP. LVII.

PEr ea, quæ in præcedenti capite scripsimus,
apparet Regna Catholici Regis esse hæredi
1 taria, † & idcirco ad proximiores hæredes il-
la transmitti: in quo firmando sufficerent suc-
cessiones, & transmissiones factæ per tot anno-
rum sæcula, vt latè descripsimus suprà cap. 45.
Et cum sic legitimo annorum curriculo fuerit
obseruatum, id sufficeret. arg. l. de interpræta-
tione. ff. de legib.

Deferuntur autem Regna Hispanica ad suc-
2 cessorum Primogenitum, vt de eis † sentit Ol-
drad. in consil. 94. 95. & 231. Alberic. de Ro-
sat. Statutor. par. 1. quæst. 44. idem Alberic. in
l. Donationes quas. circa princ. C. de Donat.
int. vir. & vxor. Anchar. in consil. 339. Castrens.
in consil. 164. & Panor. in consil. 85. vol. 1. Andr.
Sicul. in consil. 101. volum. 2. Deci. in consilio
397. & 443. Et si non adessent, etiam mulier
3 primogenita † admittitur, ijs masculis deficiẽ-
tibus, quod expressè cauetur per leges eiusdẽ
Regni. Partita. 2. tit. 15. l. 2. Ijs verbis. *Que el Se-
ñorio del Reyno no lo ouiesse sino el hijo mayor, e po-
rẽde establescieron, che hijo Varon no ouiesse, la hija
mayor muriesse ante que heredasse, si dexasse hijo, ò
hija, che ouiesse de su muger legitima, que à quello,
ò quella lo ouiesse, e no otro ninguno.* Quæ nil aliud
dicunt, nisi quòd Dominium Regni non sit, ni-
si filij maioris, & si filium non haberet, filia ma-
ior, tamquam hæres succedat in Regno, & si fi-
lius maior moreretur antequàm in Regno suc-
cederet, si filium relinqueret masculum, aut fœ-
minam ex legitima vxore, quòd filius, vel filia
4 † succederent, & nemo alius, quod probarunt
Michael Cifuentes. & Anton. in d. l. Tauri. 40.
& post eos ad satietatem Lud. de Molina de Hi
spanor. Primogen. lib. 1. cap. 1. & 11. vbi tractat
quæstionem, si nascerentur duo eodem tempo-
re; si filius primogeniti præcedit secundogeni-
tum? si admittuntur transuersales deficiẽtibus
descendentibus? si successio durat perpetuo? si
attenditur proximitas vltimi decedentis, an
primi inuestiti? & alia complura, quæ possunt
apud illum videri.

Eodem itidem iure, atq; vsu, vtimur in Re-
gno Neapolis, & Siciliæ, vt primogenitus succe
dat, siue masculus ille sit, siue fœmina, seruata
sexus prærogatiua, ità quòd Masculus semper
5 fœminam excludat: † ità. & pro vt diximus de
successione Regnorum Hispaniæ, vt scripsit
Andr. de Iser. in c. 1. De eo, qui sib. & hæred.
mascul. & voluit Francisc. Curt. de Feud. par.
3. in princip. Fallent. 8. vbi dicit, de Regno Si-
ciliæ, & est expressum in Regno per iura eius-
6 dem Regni: vt in Const. Comite. † Const. Comi-
tibus. Const. In aliquibus. & in Const. Vt de suc
cessionibus. & in c. Regni. Considerantes. & de
7 eiusdem † Siciliæ Regno scribit Cannerius, in
Rep. c. Si aliquem. Regni Siciliæ in verb. Fran-
corum. fol. 67. & iterum in d. c. Et quia. fol. 269.
Gemin. in c. Grandi. col. 2. de suppl. negligent.
Prælator. in 6. Io. Lecerier. de Primogenitur. q.
19. nu. 5 Paris de Puteo de finib. feudor. ca. 35.
incip. An in bonis. nu. 1. Et in cap. 40. Nunc vi-
dendum. fol. 176. Io. Thom. Minadous in rep.
Const. In aliquibus. Notab. 3. nu. 130 Nicol. de
Neapoli, & Io. Ant. Niger in d. c. Regni. Consi-
derantes. Marin. Freccia de subfeud. Baron. li.
1. cap. De origin. feudor. num. 88. 89. & lib. 3. q.
16. Petr. Rebuff. in declarat. feudor. Diuisione
15.

15.num.33. Iacobin. de sanct. Georgio in Inuestit. feudor. §. In feudum. nu. 31. Simile † est in
8 Regno Hungariæ, vt habetur in cap. Licet ext. de voto.

Optimum est, quòd Regnum non diuidatur, cum Regnum sui natura Feudum sit indiuisi-
9 bile, quia † contradiceret publico bono. c. Intellecto. de iureiurand. d. c. Licet. de voto. & dicit Fridericus in d. c. Imperiale. §. Preterea Ducatus. de prohib. feud. alienat. per Frider. Doctor. in d. c. Licet. Tiraquell. de primogenit. q. 4. nu. 13. Oldrad. in consil. 231. Lud. de Molina de Hispan primog. lib. 1. c. 11. nu. 6. par. 1. Iacob. de Ardizon. in Summa feudal. cap. 7. vers. Quodam est etiam. Io. Berber. in Viator. iuris. par. 2. tit. de feud. nu. 25. cum pluribus seq. Iacobin. in d. §. In feudum. diuis. 11. Curt. Iun. in tract. feudor. par. 4. q. 40. Iacob. Aluarot. inter cons. Neuizan. consil. 60. nu. 4. 6. & Petr. Rebuff. in declarat. feud. num. 25. 26. diuision. 12.

Rationes plures à Doctoribus adducuntur,
10 sed ex omnibus illa sufficit, quòd † melius est regi per vnum, & quia vires vnius regni vnitæ, sunt fortiores. Primum caput respicit regimē Monarchicum, & vnius Principis, quod omnibus esse melius, atq; vtilius probaui supra c. 3. ad quod me referam, ne idem in medium reducam. Alterum caput respicit Dominum, & subditos, ne in plures partes Regnū diuisum,
11 desoletur, † iuxta dictum Christi Matth. cap. 12. & Lucæ cap. 11. Et habetur in d. c. Intellecto. & voluit Innocent. in d. ca. Licet. Solidum
12 enim, atque † indiuisnm regnum, tutius, atq; securius redditur, & iura Maiestatis in vno sunt maiora, & tāquàm duplicatus funiculus, difficile rumpitur. Ideo, dū Iacob ventura prædiceret filijs, Simeon, & Leui appellauit vasa iniquitatis bellantia, & dixit: Maledictus furor eorum, quia pertinax; & indignatio eorū, quia dura. Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel. Hinc Dauid, cum percussisset Philistheos, lætatus est dicens. lib. 1. Paralipom. ca.
13 14. Diuisit Deus inimicos meos † per manum meam, sicut diuiduntur aquæ. Et iterum rogauit Dominum, vt inimicos suos diuidat idem Dauid Psal. 16. Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorum. Adeo quòd diuisio regni ruinam, & translationem prædicit. Et ideo cum Balsasar Nabuchdonosoris filius interpretari fecisset à Daniele scripturam in muro scriptam, MANE, Thecel, Phares, malum illi prædicens. Phares, inquit, diuisum est regnum
14 tuum, & † datum est Medis, & Persis. vt patet Daniel. cap. 5. Sic etiam diuiso Iudææ Regno inter Aristobolum regem, & Antigonum fratrem, cum maximo Regni, ac subditorum detri-
16 mento, Antigonus † ab Aristobolo fratre occisus est. Ioseph. antiquit. Iudaic. lib. 13. ca. 19. Romani, nequando Macedonia simul vnita, cōtra ipsos, caput attolleret, nihil melius putarunt, quàm vt illam in quatuor partes diuide-
16 rent (authore Liuio,) & quatuor † vrbes cōstituerent; quarum vnicuique parti, vna caput esset. Vrbes fuere Amphipolis, Pella, Thessalonica, & Pelagonia. Magnum sentijt Gallia detrimentum, cum fuit in quatuor partes diuisa:
17 dum † Lothario Gallia, Pipino Aquitania, Ludouico Bauaria obueuit, de quib' Paul. Æmil. & Io. Tilius in Chronico Galliæ. Carolus Sigonius de regno Italiæ. li. 4. Eodē modo diuiso
18 Numidarū regno, inter Iugurthā, † & Adherbalem, attritus à Iugurtha Adherbal. vt est author Sallustius in Iugurthino. Sic iterum factū
19 de Gallia. Nā † Clodoueo mortuo, quatuor filij in quatuor partes regnū diuiserūt: Childebertus enim Rex Parisiorū; Clodoueus iunior, quē Clodomirū alij vocant, Aurelianorum; Clotharius Suessionum, & Theodoricus Metensium. vt docet Aemil. in Clothario. Aimoinus lib. 2. Gregorius Turonens. lib. 3. Ioan. Lecerier. de primogenit. lib. 1. quęst. 11. conclus. 3. nu. 25. Sic postmodum ijs extinctis, Clothario solo superstite, huic alij quatuor filij succedunt, & similiter Reges omnes fuere. Cherebertus, quē alij Aribertum vocant, Parisiorum; Chilpericus Suessionum, Gontrannus Aureliorum, & Sigebertus Metensium. vt ijdem sunt authores. & Aimoinus lib. 3. Gregor. Turonensis lib. 4. & Io. Lecerier. vbi supra. nu. 25. Boleslaus III. Rex
20 Poloniæ, æquis portionibus Regnū † quatuor filijs diuisit, nec aliquid Cazimiro filio iuniori reliquit, sed summam rerum ad Vuladislaum natu maiorem esse statuit. Cæteros verò tres filios Boleslaum, Crispum dictū, Mieceslaum, & Henricum ex æqua portione diuisit. Vnde grauissima ex partitione bella suborta sunt. Vuladislaus enim natu maximus, Craccouiensem, Siradiensem, Lenciciensem, tractū habuit, ac Silesiam. Boleslaus, Massoniam, Cuiauiam, Culmēsem, ac Dobrinensem. Miecislaus, Gnesnensem, Posnaniensem, Calissiensem, & Pomeraniam. Henricus Sendomiriensem. Cazimirus sine portione apud Vuladislaum educandus datur. Miris idcirco bellorum conflictibus Po-
21 lonorum Imperium † est agitatum. vt scribit Martin. Cromerus Histor. Polonicæ lib. 5. & 6. Ex ijs paucis exemplis (quia omittimus alia, q̄ ad rem facerent) patet, quàm benè consultum, vt regna apud vnū permaneant indiuisa. Alijs
22 verò Principum filijs concedenda est † rerum quædam conueniens copia, vt vita militia, vel Appanagium, vt apud Gallos. de qua loquuti sumus de Compromiss. §. 2. glos. 1. nu. 129. cum pluribus seq. & aliquid per Ioan. Thom. Minadoum in decision. Neap. 3.

In regnis Hispaniæ etiam fœminas succe-
23 dere clarum est, & fatentur etiam exteri, † vt Francisc. Connanus Comment. iuris ciuil. lib. 1. ca. 8. num. 7. in fi. Sic etiam in omnibus alijs, per ea quæ ex singulorum Dominiorum regia

Catholici successione amplissimè tradidimus
supra.cap.46.
Abhorret Gallorum Imperium,hāc mulierū
in eisdem Regnis successionem,ex vulgatissi-
ma apud illos lege Salica,quam fecisse Phara-
24 mundum † Primum Galliæ Regem,in anno de
cimo sui Regni,scribit Robert. Guaghin.lib.1.
cap.3.Paulus Æmil. in Histor.Galli.lib 8.in Lu
douico Hutino. licet Ioannes Tilius in chro-
nico Regum Gallię,dicat fuisse factam in anno
tertio.Eius legis meminit Iacob.Aluarot.in c.
1.§.Mulier. Si de feud. fuer.controuers.Io.Le-
cerier.de Primog lib.1.q.12.nu.4. cum pluribi
seq.Guliel.Benedict.in cap.Raynutius.in verb.
Duas habens filias. num.74.& 75.& in verb. Et
vxorem nomine Adelasiam.num.30. de testam.
Carolus de Grassal. Regal. Franciæ. lib. 1. iure
17. Marc.Ant. Peregr. de iure fisci, tit. De his,
qui iura Fiscal.hab.nu.49. Io. Ferald.de iurib.
& priuileg.Reg.Franc.priuileg.20.Dicunt legē
hanc per quosdam peritissimos Sicambros fa-
25 ctam fuisse,Pharamundo † mandante, vocatos
Vuisogastem, Bodogastem, Salogastem, & Lo-
zogastē. vt dicunt Carol. de Grassal.& Ferald.
vbi supra. quorum ante ipsos meminerat Ado
Viennensis Chronicorū Ætate 6. in anno 375.
vbi illos nominat Vuisouastum, Vuisogastum,
Atrogastum, & Salegastum. Sed non meminerunt
Adonis, ratione, inferius dicam. Ab his
dissentit Stephanus Forcatulus de Gallorū Im-
perio.lib.5. apud quem vocantur, Morganus,
Egybus, Solegasus, & Atrogasus. de hac lege
Salica fit mentio in c.1. de fil. natis ex matrim.
ad morg.cōtract. & in capitulis Caroli Magni,
tit.de Allodijs. cap.62. Et meminit Iacob.Ar-
dizon.in summa feud.cap.137.
Illa tamen lex Salica,quam ipsi dicunt, & si
aliena res sit, & ad nos minimè pertinens, vt
tamen videamur iure moueri, ex infrascriptis
dicerem, nec in Gallia seruandam fuisse.
Primò,quia illa est contra ius diuinū, quod
26 permittit successionem etiam filiabus † fœmi-
nis,defectu masculorum. vt patet Numeri cap.
27.vbi de filiabus Salphaad dicitur. Retulitq;
Moyses causam earum ad iudicium Domini,
qui dixit ad eum: Iustam rem postulant filiæ
Salphaad: da eis possessionem inter cognatos
patris sui, & ei in hæreditatem succedant. Et
deinde Deus legem sanciens generalē subiun-
git. Ad filios autem Israel loqueris hæc.Homo
27 cum mortuus fuerit † absq; filio,ad filiam tran
sibit eius hæreditas.Si filiam non habuerit,ha-
bebit successores fratres suos. & iterum idem
cautur Numer. cap. 36. & Iosue. cap. 17. Sed
28 omnis lex facta † contra ius diuinum est nul-
la.vt latè cōclusi de Magistratuum Edictis. lib.
2.cap.1.ergo & cæt.Huic capiti concinit illud,
quod scriptum est de lege Voconia,quam sua-
dente M. Catone,tulit C.Voconius Saxa trib.
Plæb. vt post Ciceronem, & alios dixi in cons.
49.nu.59. Centur.1. hac lege statutum erat,ne
29 quis † hæredem mulierem institueret: cuius
iniquitatem in loco supra allegato tetigi, ex
Augustino de Ciuitate Dei.lib.3.cap.21. Inter
primum (inquit) & secundum Punicum bel-
lum, legem Voconiam esse latam, ne quis hæ-
redem fœminam faceret, ne vnicam quidem
filiam:qua lege (ait)quid iniquius dici,aut co
gitari possit, ignoro.Sequitur Anton. August.
in Voconia. Vnde grauiter miror,cur Carolus
30 † de Grassalio Regal. Franc.lib.1. iur.18. pro
lege Salica, allegauerit text. Numeri cap.27.
cum dicat penitus contra legem illam.
Secundò eadem lex est contra ius naturale,
per ea,quæ dixi in dicto consil.49.nu.68.Quia
31 † æquilibrio, & Mares, & fœminas ad paren-
tum successionem optima ratione vocari, per-
spicuum est:nā naturale ius,Agnationis,& co-
gnationis discretionem facere minimè potuit.
Tertiò eadem Salica lex,est contra leges.12.
32 Tabul.quæ nulla sexus discretione† adhibita,
cognatos ad successionem admittit. vt post
alios tradidit Anton. August. in d. l.Voconia.
Sed & prius Solonis lex erat.Cui voluerit quis,
33 bona sua dandi, nisi filios † habeat, ius esto:
quam etiam ad fœminas porrigi ex Demosthe-
ne cēsuit Pardulphus Prateius.in l.Solonis.11.
& l.13.dixit ex eadē lege intestato patri æquè
successisse fœminas,ac mares, idem Prateius.
34 In 12.tabulis autem ita † erat, Filia vti patri,
ità defuncto viro,hæres estò.
Quartò est contra ius nouissimum Codicis,
35 & Authenticorum,quibus fœminę † admittun
tur.l.Maximum vitium.C.de liber.præteritis.l.
lege duodecim tabularum.C. de legit. hæred.
§.Reliquum. authent. de Hæred.ab intestat.ve
nientib. cum alijs similibus adductis per Ludo
uic. de Molina de Hispan.Primogen.lib 3.cap.
4. num.2. 3. par.2.
Quintò eadem lex Salica nō fuit facta inter
36 Gallos,nec pro eodem Regno.Fuit enim† cō
posita apud Sicambros,qui sunt Germaniæ Po
puli.vt scribit Strabo. lib.14. ab vtraq; Rheni
parte incolentes: de quibus optimè scribit Al
bert.Crantius in Vuandalia. lib.2. cap.3 Vnde
non fuit facta pro Regno Gallico. Quod pro-
batur ex scriptis per Adon.Viennens. Ætate 6.
Valentiniani (inquit,) & Valentis tempore,re-
bellantes Alamannos,Franci inter Danubium,
& Meotidas Paludes, iuncti Romanis, supera-
uerunt. Francos lingua Attica, Valentinianus
Imperator à feritate duricia, atq; audacia ap-
pellari primus voluit, qui post paululum cum
tributa Romanis negarent,ac Romanorum im-
petum ferre non possent, egressi à Sicambria,
peruenerunt in extremas partes Rheni flumi-
nis in Germanorum oppida; ibiq; aliquot an-
nos cum Principibus suis Marcomiro, & Sun-
none resederunt. Vbi primum Regem Phara-
mundum sibi constituunt,legibusq; se subdūt,
quas

quas priores eorum, Vuisouastus, Vuisogastus, Abogastus, & Salegastus inuenerunt. Hæc Ado. Ex quibus percipitur legem illā, si qua lata esset, apud Francos Rhenum incolentes † factā extitisse, & neutiquam probari, ac vllibi scriptorem reperiri, fuisse pro Gallici Regni successione per latam.
37

Sextò, in successione Regni Gallici, contrarium fuit obseruatum, quia in eo successit fœmina, & † quantum ex Historicis percipere potui à principio sic seruatū extitit: Mortuo enim Clodione Crinito sine hæredibus Masculis, sed solum fœminis, & ex fœminis alijs masculis, omnes successerunt in Regno, & ob ætatem minorem, delata fuit tutela, & cura Dominij Mæroueo, de quibus ità scribit Francisc. Belforestius Magnorum Annalium. lib. 1. cap. 4. Tomo 1. in lingua Gallica. En l'an Donc de grace. 448. Meroue fuit faict tuteur, & regēt, & des enfans, & des terres, & subiects de Clodion. idest; In anno igitur gratiæ 448. Meroueus factus est tutor, & rector, cum filiorum, tum etiam terrarū, & subditorum Clodionis. hæc Belforestius. Et tamen prius cap. 1. dixerat, Clodionem absque mascula prole decessisse: quod si verum est Merouecum non fuisse filium Clodionis, (de quo latè dixi supra. cap. 4.) vbiq; à principio delatum est Regnum Galliæ ad fœminas, cum tamquam ipsarum Rector, & tutor administrasset. Similiter dū moritur Ludouicus Hutinus Rex Galliæ, reliquit Clementiam vxorem, quæ grauida erat, peperitq; puerum Ioannem, qui intra dies octo moritur: in cuius morte, aspirabat ad Regni successionem Ioanna Hutini filia pupilla, ex prima vxore Margarita filia Roberti Ducis Burgundiæ, quam defendebat Otho Dux Burgundiæ Auunculus: vnde vt cæssarent discordiæ, Philippus Lōgus Regnum obtinuit, cum desponsasset primam eius filiam eidem
38

39 Othoni Duci, ob quorum † matrimonium corruptus Otho, causa fuit, vt Ioannæ pupillæ inter morerentur iura. Hæc eadem Ioanna nupta est postmodum Carolo Comiti Eburonum, ne plus pro Galliæ Regno, Philippo Longo contradiceret, quasi transactionis quodā iure, Ioānæ, & Carolo Nauarræ Regnū datum fuit, qua

40 † transactione, quieuit. Philippus Pulcher demum Galliæ Rex, habuit filios Ludouicum Hutinum, Philippum Longum, & Carolū Pulchrū, & Isabellam. Mortuis itaque Hutino primogenito, Longo secundogenito, & Carolo, Isabella nupserat iam Odoardo. II. Angliæ Regi, ex qua natus est Odoardus. 3. qui ex persona Isa-

41 bellæ † matris, mortuis patruis, prætendit Regnum Galliæ ad se spectare, bellumq; mouit, quod per temporum interualla, circiter centū annis durasse, scribit Iacob. Meyer. Annal. Flād. lib. 12. in anno. 1335. Quod bellum malè cessisse Gallis, scripsit è nostris Bald. in l. 1. num. 3. ff. de Senatorib. vbi loquitur de hac successione Odoardi nati ex filia Regis Galliç, dicens: Et si malè successit Regibus Francorum, fortè fuit propter aliam causam, quæ erat in mente Diuina. Adeo quòd Bald. (quem Doctores Galli pro eorum opinione adducunt) fatetur Anglos

42 Victores, & Gallos † victos, ex mente Diuina: credo illum dicere voluisse ex causa, Philippi Pulchri, qui tam infestus fuerat Ecclesiæ, & contemptor Summi Pontificis, & eius clauium. & Bald. allegat etiam Antonius Corset. de potest. & excell. Regia. q. 66. sequitur Carolus de Grassalio Regal. Franciæ. lib. 1. iure. 17. Licet ipsum alleget Baldum pro sua opinione. Hinc idem

43 Odoardus, Regni † Galliæ, & Angliæ titulo se ornauit, vexilla, signa, ac numismata, & monetam Liliatam cōfecit. vt est author Paul. Æmil. Histor. Gallic. lib. 8. in Philippo Valesio. & Meyerus. lib. 12. in anno 1339. Similiter Catherina Caroli VI. Gallorū Regis filia, Henrico V. An-

44 glorum Regi, dum † nuptui tradita est, pactis cōuentis deferebatur ad eos Regnum: de quo Guaghinus in Carolo VII. sic inquit pactū fuisse. Vt si superstite Henrico, vita decederet Carolus VI. Franciç Regnum Henricus adiret: sin contra, idest, quòd Henricus prædecederet, & ex Henrico virilis proles superstes esset, Carolo deficiente, Henrici filius, Franciæ Principatum haberet. Mortuo demū Henrico, alter Hen-

45 ricus eius filius in Ciuitate † Parisiensi, Regiū sibi Galliæ nomen assumpsit, & ex inde Galliæ, Angliæq; Rex, publicis, priuatisque literis, & Forensi sigillo, monetaq;, quam nouam cudi fecit, appellabatur. Et ijsdem temporibus Caro-

46 lus VI. iam dictus Bituricensis † tantum Rex, cum ei tantum Bituriges parerent, nominabatur. De his etiam Paul. Æmilius lib. 10. in eodē Carolo VI. Præterea (inquit) in Tricassibus, Catherina, patre (qui nec sui, nec Regni, nec mentis potens foret) nihil detrectante, nubit Henrico his legibus, vt Rex gener, si socero superstes fieret, liberive ex Catherina procreati in Regnum Franciæ succederent. Interea rem Francicā administraret gener Anglus, Rectorque Frāciæ diceretur. Hoc idem dicit Michael Ritius de Regibus Galliæ. libro 3. Carolus de Grassalio in dicto iure 17. & nouissimè Petr. Greg. sintagmat. iuris vniuers. lib. 45. ca. 4. nu. 10. & Francisc. Hotoman. in disputation. feudistica. cap. 7. refert, ex Enguerrantio Gallico Historico in lingua Gallica. Itē que apres nostre trespas les dicts Princes, & Barons, & Estas de Frāce Seront feaux hommes, & liges du dit Roy Henry nostre fils, & hoir, & iceluy nostre fils Leur Seigneur Souuerain, & Lige, & Vray roy de France sans aucune opposition. Quæ latinè sic sonant. Post nostrum è vita excessum,

47 Principes, Barones, & status Frāciæ, erunt † fideles homines, & ligij, prædicti Regis Henrici, filij, & hæredis nostri. Idemq; filius noster erit summus Princeps, ac Dominus Ligius, & verus

Fran-

Franciæ Rex sine vlla controuersia. De quo
Ioannes Tilius in Chronicis Galliæ, in anno
1432. inquit: Henricus Sextus ex Anglia tradu
ctus in primario Lutetiæ Templo, Franciç Rex
coronatur. Et Iacob. Meyerus Annal. Flandriæ
lib. 16. Catharina (ait) filia Caroli, Henrico Re-
48 gi† despondetur, in illamq;, & legitimos eius
hæredes, ius Regni transferrur, exhæredato
Carolo Pontacensi, omniq; sexu virili Caperi-
ci Stemmatis. Et iterum post pauca. Regina Ca
49 therina† ex Anglia redit Lutetiam ad Regem,
coronaturq; maxima pompa. Omnis nobilitas
deserto Carolo Rege, Henricum respicit, ad
Henricum cōfluit. Carolus agit instar hominis
priuati, relictus ab omnibus, vnde grauiter do
lebant plures cordati. Hæc Meyerus. Nec ab
re, aut iniustè Carolus Sextus, Carolum Pon-
tacensem Septimum, tunc Delphinum exhære
dem fecit, eumq; per suum edictum, tamquam
latronem, damnasset, ac proscriptum declaras
set, ob facinus, ac parricidium commissum in
50 Ioannem† Ducem Burgundiæ, quē sub collo-
quij specie, contra pacem, ac fidē iureiurando
firmatā, ac pluribus vicibus iteratam, Monstro
lium arcessisset, illum ob fidem iuratā, nihil ta
le facinus arbitrantem, miserè ibidem occidit.
Edicti autem verba hoc demonstrant, quæ ità
describit Meyerus in loco supra allegato. Ita-
que edicit Rex, nequis pro Regēte Galliarum
51 † Carolum illum agnoscat, sed tamquàm dam-
natum, & proscriptum latronem, omnes exti-
ment, qui tam inhumaniter, tam atroci latroci-
nio, pacem omnem sustulerit, omnem concor-
diæ mentionem extinxerit, specie boni, specie
pacis, prætextu obliuionis æternæ iniuriarum,
velamine abolitionis, tam lōgæ simultatis, sub
vmbra fidei, tantam, ausus sit committere per-
fidiam: cui quidem perfidiæ non modo in Gal-
lijs, sed in nullo orbis terrarum tractu, similis
possit inueniri. Victos hic omnium seculorum
atrocissimos dolos, si quis cū hac perfidia com-
ponere quampiam aliquam memoria studeat,
operam certè illum omnem suam ludere. Nam
hanc non inter Ethnicos, sed eos, qui se Chri-
stianos dicunt, factam, centies Christus in te-
stem vocatus, centies, si falleret, Regnum cælo-
rum, pars Paradisi cęlestis, renunciata, remota.
Centies ipse Christus, nisi fide agerent, abnega
tus, partiq; ipsius vale dictum. At Deo Opti-
mo Maximo nullam esse grauiorem perfidiam,
quàm quæ sub pietatis, religionis, ac fidei præ-
textu, sub mente hypocritica, sub simulatione
nephanda, committitur. Iudæ proditoris Caro
lum perditissimum esse discipulum. Non posse
illi hærere, non posse eius tutari partes viros
vllos nobiles, aut probos (quicunque sint) nisi
suam nobilitatem, & honorem prorsus commit
tant, commaculent, infament, atq; in æternum
prostituant, nisi fures, latrones, per iuri, fidefra
gi, omniq; honore cassi, velint vnà cum sua po-
steritatē appellari, & haberi. Cōstare, omnibus
modis, omnium grauissimæ esse reos perduel-
lionis, quotquot conscij sint tam nephariæ, fæ-
dæ, & abhominandæ perditionis: omnem si fal
lerent, ecclesiæ cohertionem, censuras, anathe-
mata sibi esse precatos: fefellisse turpissimè,
prodidisse perfidissimè: extra ergo omnem ec-
clesiam, reiectos esse, repulsos ab omnibus, sa-
cris abstentos, excommunicatos, anathemati-
zatos, ipsosq; esse anathemata vniuersos. Nec
in Cœlo, nec in terra partem habere vllam, aut
locū. Omnia commisisse, omnia suis ipsorum
votis, præcationibus, conceptisq; falsissimis iu
ramētis, perdidisse, repulisse, & abnegasse. Deo
Creatori suo, Christo redemptori suo, fœdissi-
mè esse mētitos, Spiritui sancto pacis præsidi,
pacis custodi, pacis conciliatori, mendaces, &
execrabiles esse inuentos, cum vt socordem,
& vesanam suam, omnibus seculis inauditam
pet fecerint proditionem, nullam cum Cęlo,
nullam cum Christo, nullam partem cum Deo
habere, præeligant, æquum est, iustū est, par est.
Nec vllam in hoc Regno partem obtineant.
Censemus itaq;, ac iudicamus, prædictum Ca-
rolum, qui se falso audet adhuc se nominare
Delphinum, omnesq; eius fęderatos, atq; per-
nitiosos latrones, omnibus suis ditionibus, do
minatibus, ac Clericis per totum hoc Regnū,
per totum hunc Christianum orbem, prorsus
excidisse: illa omnia vacare, alijsq; esse distri-
buēda. Quòd si submissis clam percussoribus,
Ducem interemissent, multò tolerabilius vide-
ri posset eorum facinus. Videri posset Burgun-
dio tallionem accepisse ab Aurelianensi Cęso;
quamq; vt id faceret, multæ, & graues causæ
hortabantur. At nunc intollerabilem, atq; irre-
missibilem esse eorū perfidiam. Vocarāt enim
multis Nuncijs Ducem ad commune cōsilium,
ad commune Regni commodum, pro salute (vt
dicebant) Reipublicæ. Venit Dux bona fide, ne
Reipublicæ de esse videretur, ne Delphino mi
nus parere pararetur, ne pacem fugisse quoli-
bet modo diceretur, ad omnia quæ Delphinus
imperasset, præsto, ac paratus. Igitur cum nullo
vnq̄ iure, memoratus Carolus Pontaçensis, ad
soliū Regni, ad ius coronæ, aspirare vltra pos-
sit, cum pro reiecto, pro damnato, à rerum na-
tura, à Deo, à parētibus omni ratione sit; æquū
esse, vt in æternum, isto sua spoliato hæredita-
te, Anglorum Rex Henricus, pacis, ac quietis
gratia; quæ alioqui nullo posit modo parari;
Rex Gallorum pronuncietur, filiam Caroli Re
gis vxorem ducat. Parricidæ, quia nihil quàm
cruciarij sint, vbicūq; inuenti, vbicunq; capti,
crucibus, patibulisque suffigantur: quotquot
nephariæ proditionis rei, comperiantur, simul
quotquot illis adhærere, vel auxilij quicquam,
aut fauoris præbere audeant. Quamq̄ Delphi-
nus iuuenis adhuc esset, excessit tamen eius
Vesania, & prauitas ingenij omnē ætatem, plus
om-

omnibus dolosus,& perfidus ad decipiendum nostrum cognatum fidelissimum, Ducem Burgundię,arguitur. Datum Trecis die 27. Ianuarij 1419. Regni nostri anno quadragesimo. Vult tamen esse data in anno 1420.ob errorem Typographorum,quia pax erat antea inita,sub die 29. Iulij 1419.delictum verò patratum fuit post pacem,& inde factum fuit edictum in mēse Ianuarij anni sequentis 1420. Posui totum huius edicti tenorem, pro eis,qui in promptu historicos non habent;ac etiam,quia patet publicè declaratum Henricum V.Angliæ Regem, fuisse & Galliæ successorem,ob vxorē.Sic postmodum Henricus VI.vt supra dixi,ex Tilio,& alijs Historicis,Henrici V. filius in anno 1432.
52 fuit Rex Galliæ coronatus;† erexitq; studium Cadomense in Normandia in anno 1433.vt dicit Renatus Choppin.de Doman. Franciæ. lib. 3.tit.27. nu.17. De huius Ducis Ioannis morte Hadrianus Barlandus in Chronico Braban-
53 tiæ.cap.91. inquit:Quidam hunc tradunt † in oppido Galliarum,cui Monstrolium nomē est, interemptum; quo loco dies Principum conuentioni dictus erat. Cædis authorem fuisse Delphinum, qui postea Rex factus,Caroli VII. nomen accepit.De hoc etiam Iacobus Marchātus de Reb.Flandriæ Memorabilib.cap.17.Cu-
54 ius (inquit) ex filia nepos,Io.Diuionius, † cū Monstrolij ad Sequanæ,& Ionæ confluentem, præsente Carolo Delphino Viennensi, à quo amicitiam, fidemq; sanctissimè iurato,illuc vocabatur,trucidatus est.Et Guliel.Paradinus de antiquo statu Burgundiæ. cap.16. Ijs (inquit) enim, quibus Ludouicum exceperat insidijs, cęcidit apud Mōsteriolum, id oppiduli nomē, ad cōfluentem Ionæ,& Sequanę,quorum Principum cædes, nobis vix æstimandis constitit cladibus: illorum siquidem vulnerum diù luit Gallia vniuersa cruorem. Et sic veritas extitit, quàmuis ægrè ferant Galli,etiam narrare prætendentias Anglorum Regum, in Regnis Galliæ,cum nec auribus id audire permittant,quia
55 Simon Pollitus†Compēdianus,cum semel Lutetiæ palam dixisset super Regno Galliæ, esse potiora iura Odoardi Angli, quàm Philippi Valesij, fuit captus, & truncatus manibus, ac pedibus ad paribulum tractus, ibiq; suffixus, vt refert Meyerus Annalium Flandriæ. lib. 12. in fin.vnde rectè idem Historicus: At postquā, inquit, (malo, nescioquo, Gallorum Genio) soli inter alios semper Franci dominari conati sunt, omnia conturbata,omnia tristia, omnia luctuosa,omnia seditiosa, nusquàm pacem,nusquàm quietem hactenus vidimus. Optatissimam visa est Anglia offerre occasionem, sed Gallicana illa hebetudo, & Infęlicitas per Sa-
56 licam † infatuata,arripere nequiuit. Hæc Meyerus.

Septimò,dicta verba legis Salicæ,minime lo-
57 quūtur de Regnis Galliæ,eius enim verba†itā feruntur. DE TERRA VERO SALICA nulla portio hæreditatis mulieri veniat,sed ad virilē sexum tota terræ hæreditas perueniat.vt in titul.de Allode.cap 62. Quæ sit autem istā terra Salica, ad huc non constat, & idcirco est Diuinatio illa, quam facit Carol.de grass.Regal. Franciæ. lib.1. iure 17. vers.primo. Quòd ter-
58 ra Salica dicatur † terra, quæ adhæret coronæ. & Ioan. Feraldus Priuileg.20. Qua expositione,quid dici possit magis ambiguum, non inuenio:est enim mera declaratio diuinatiua, & textui minimè congruens, ideo repellenda. Maximè cum dicta lex facta fuerit in prima Francia, quam Orientalem Galli,seu Franconiam dixere, & idcirco suam Franciam dixere, vt supra diximus cap.4. Vnde,& si ponatur verè legem hanc factam extitisse, attento loco, in quo facta fuit, adhuc loqui de Francia illa intelligēdum erit,potius quàm de Gal-
59 lia: vt post Eguinarthum † in Carolo Magno. Hermannum Comitem in lib. de Origi. Francorum. dicit Francisc. Hotom. in indice verb. Feudalium.in verb.Salica lex.vbi repræhendit Claudiū de Seysello,& Vitum Amberbacchiū, dicentes Salicam idest Gallicam: in quem errorem, miror cæcidisse Franc. Connan. Commentar. iuris ciuil. lib. 1. cap.8. num.4. exponētem Saliorum idest Gallorum. Sed Io.Feral. in dicto Priuileg.20.dicit,Salicam appellatam
60 à loco Saletham, vbi condita est. † Vel à Sale; quia sicuti Sal condimentum est cibi, sic Salica lex condimentum fuit Francis vitæ melioris.Tamen vtraq; etymologia sapit diuinationem,& contradicit eidem legi,quæ dicit TERRA SALICA. Vnde declaratio facienda erat, quod nam istud territorium Salicum sit. Sed dum ipsi diuinant, discamus, & nos similiter ad etymologiam diuinare,& pro eis dicamus,
61 Salicam dici à Salogaste, † vno ex illius legis conditoribus. Vel melius ipsi tueri possent, terram Salicam illam esse, quæ est inter Massi-
62 lienses, & Ligures,†de quibus loquitur Strabo lib.4. quos Plin.lib.3.cap.5.quasi sub Liguribus inter Italos eos enumerat, & describit, à quibus Salijs dicit ortos fuisse Vercellenses. Idem Plin.lib.3. cap.17. à quibus legem Salicam appellatam fuisse, ac istud didicisse à magni nominis viro Gulielmo Bellaio Langeo, Gulielmus Paradinus de Antiquo statu Burgūdiæ cap.7. 10. & 16. sed ante eos id Bellaium didicisse crediderim à Liuio lib.5. Vel potius dicant, Salios esse eosdem Francos Orienta-
63 les, quos Francones nunc appellant, † à Sala fluuio ibidem existente. vt voluit Andr. Althamerus in Commentar. ad Cornel. Tacitū, quem sequutus est Andr. Alciatus, dicens inde Salicam appellari. de his Franconibus expressim de Constantino scribens Ammianus Marcellinus lib.17. Quibus (inquit) paratis,
64 petit primos † omnium Francos; eos videlicet,

licet,quos cõsuetudo Salios appellauit. quod, & firmat Iacob. Meyerus Annal. Flandriæ. lib. 11.& Albert.Crantius in Saxonia lib.2.cap.18. vbi agit de Flumine Sala. Vnde cum dicat lex illa, Terram Salicam, ista loca iam nominata, iam in illa prohibitione venirent; & inuanum, ac diuinatiuè ad omne Regnum Galliæ protraheretur; tam malè etiam inter se, ipsi.net dissentiunt. An porius dicatur Salica, à Sali-
65 ce,quia rum salix antequam † ad maturitatem perueniat, semen amittat, & ob id apud Ho-
66 merum salix † dicitur Frugiperda, semenque ipsius salicis, mulieribus sterilitatis medicamentum esse constet: vt scribit Plin. libro 16. cap. 26. Hinc forsitan Salicam dici voluerunt, quasi succedendi sterilitatem mulieribus pariat. Vel Salicam à Salijs Sacerdotibus dictam,
67 ac eam legem, de † Terra Sacerdotibus data loqui, vt in ea fœminæ non succedant; quasi à Sacerdotum consortio arceantur, & ad solos sacerdotes perueniat,nõn autem ad Sacerdotum filias. Salij autem Sacerdotes apud
68 Romanos † Marti Gradiuo duodecim fuere à Numa Pompilio instituti, salij à saltando appellati, quòd quotannis in comitijs, ornati tunicis versi coloribus per vrbem incedentes tripudiabant, succincti baltheis æneis, Togas fibulis nectebant, quas Trabæas appellabant; Pileosque in capite gerebant, quos apices nuncupabant; Gladio accincti, dextra lanceam siue Virgam, Læua Thraciam Peltam, Ancyle vocabant, quæ cœlestia erant arma. Indigenæ illi, habentes viuentem vtrunque parentem, ac liberos:quorum Sacerdotum inuentionem,& officia describit Liuius lib. 1. Lucius Fenestell.de Magistratibus sacerdot. cap. 6. 7. Pomponius Letus cap. 8. plenius Alexand. ab Alexan.Dier.Genial.lib. 1. cap.26. Alexan.Sardus de Moribus gentium.lib.13. cap.17.Carolus Sigon.de antiq.iur. ciu. Roman.lib. 1. c.19. Francisc. Connan. Commentar. iuris ciuilis. lib.1.cap. 12.num.3.Et idcirco illam legem Salicam non pro Gallis,sed Sacerdotibus factam fuisse,asseuerari potest.

Nec text.in dicto cap. primo de filijs natur. ex matrimon. ad Morganatic. contract. loqui-
69 tur † de lege Salica. Nam Andr.de Isern.antiquus Feudistarum Doctor, intelligit rex.vt dicat, lege solita. non lege Salica. Quasi textus dicat, quod soli primi filij succedant ex solita lege,non autem secundi filij, quem ibi simpliciter sequuntur Iacob. Aluarot. & Matth. de Afflict.

ARGVMENTVM Cap. LVIII.

Catholici Hispaniarum Reges in Imperatorem eligi possunt.

COMPENDIVM.

1 *Ludouici Tertij Imperatoris dictum de Adelberti Marchionis Lucæ diuitijs.*
2 *Adelberti Marchionis Lucæ domus instructa.*
3 *Imperio quilibet eligi potest, dum tamen eligi possit, suaque requisita habeat.*
4 *Eligendus in Imperatorem, prius videndum est, num Imperio dignus sit.*
5 *Eligentes debent in eligendum in Imperatorem consentire.*
6 *Electores Imperij à Summo Pontifice eligendi ius habuerunt.*
7 *Schisma dum fuit electus Imperator Alphonsus Decimus Hispaniæ Rex, & Ricardus Northumbriæ Comes, Angli Regis frater.*
8 *Alphonsus Decimus leges Hispanicas composuit, & Astronomicas tabulas edidit.*
9 *Alphonsus Decimus in nuptijs Ferdinandi filij, & Blanchæ congiarium populo dedit, & pauperibus viritim vestes.*
10 *Alphonsus Decimus Imperatorem Constantinopolitanum à Soldano captum, ingenti pecunia redemit.*
11 *Alphonsus cessit iura imperij, quia occupatus Hispaniæ Regnis; Imperium capere minimè potuit. num. 12.*
13 *Ricardus ab Archiepiscopo Moguntino, & Comite Palatino tantum fuit electus. Alphonsus verò à cunctis alijs.*
14 *Ricardus in acquirendo Imperio pecuniarum aceruo usus.*
15 *Carolus Quintus Rex Hispaniarũ Imperator electus.*
16 *Hispania habuit suos Imperatores Romæ, & Constantinopoli.*
17 *Papa eligit Imperatorem negligentibus electoribus.*
18 *Imperium tam diù durabit apud Germanos, quamdiù Ecclesia expediens iudicauerit. Et si electores,vel eligere nollent,vel concordare non possunt. num. 19.*
20 *Electores in eligendo negligentes, electio deuoluetur ad Papam.*
21 *Iustus Lypsius,nostro æuo litterarum cultor egregius.*
22 *Alphonsus Rex Neapolis, non vnius tantum orbis, sed plurium, si fieri posset, Imperio dignus.*

CAP. LVIII.

Hispaniarum Catholici Reges,& si nulli humano Imperatori, aut Principi inuideãt, cum eis conueniat illud,quod olim dixisse fe-
1 runt Ludouicum † III. Imperatorem: hic enim cum esset Lucæ in omnem Regiæ magnificentiæ speciem effuso apparatu exceptus ab Alde-
2 berto † Lucæ Marchione,vidésq; lectissimas hominum militum cohortes, summam domus dignitatem,ac maximas familiæ impensas; inuidia tumẽs, amico ad aures dixit: Nimirum hic Regis potius, q̃ Marchionis nomine potest dignari, neq; enim vlla in re mihi, nisi titulo ce-

dit, vt refert Carolus Sigonius de Regno Italiæ. lib. 6. Hac tamē prærogatiua lætantur, q in Reges. ac Romanorum Imperatores eligi possunt. Quilibet enim in Principem eligi potest,
3 dum † tamen Imperio dignus sit, & sua habeat requisita. cap. Venerabilem. de elect. Prius tamen vident, an eligendus, Imperio dignus
4 † sit. l. Fin §. Quæ omnia. C. de quadrien. præscript. Bald in tit. de Pace Constant. in verb. Concesserimus. quæst. 3. vbi inquit: quemlibet posse in Principem eligi, in quem eligentes
5 consenserint: † vt latius scribit Restaur. Castald. de Imperator. quæst. 9. Et quamquam electores Imperij ex Germanis Principibus, electionem facere soliti sint, subsequente tamen licentia, & annuente id Romano Pontifice à
6 quo electores, † eligendi ius habuerunt, vt scripsi ad Bellugam in Specul. Principum, Rub. 14 §. Veniamus. In verb. Archiepiscopus Moguntinus. Elegerunt tamen quandoque exteros Principes, prout fecerunt vacante Imperio ob mortem Friderici Secundi Imperatoris; quo tempore Electores Imperij Schisma fecerunt: aliqui enim ipsorum Richardum Northumbriæ Comitem, Angliæ Regis fratrem: alij
7 verò Alphonsum Decimum † Hispaniæ Regem elegerunt. Nec immeritò Alphonsus electus fuit, cuius gesta domi, forisq; maxima memorantur. Hic leges Hispanicas, (partitas nomi-
8 nant) in sua volumina digessit, & † ordinauit. Canones Astrologicos (quos Alphonsinas tabulas appellant) composuit, ex quibus Astrologi cognomen adeptus est. Magna demum liberalitas, atq; munificentia apud eum fuerat quippe qui in Ferdinandi filij, & Blanchæ nu-
9 ptijs congiarium populo dedit, † in quo vicitim pauperibus vestes exhibuit. Imperatorem insuper Constantinopolitanum à Soldano captum ære ingenti † exhibito, liberalissimè redemit. Et quamquam neutri ipsorum Imperium fuerit delatum, vt dicit Baptista Platina, in Clemente IV. tamen ibidem asseruit, magnam hominum partem eidem Alphōso Imperium detulisse. Et idem Platina in Gregorio X. inquit, post mortem Richardi, Alphonsum Pontifici in Italiam venienti obuiū, Rodulpho tunc electo Romanorum Imperatori, omnia Imperij iu
11 ra sibi spectantia cessisse. quod fatetur † etiam Albert. Crantius in Saxonia. lib. 8. c. 30. & Bernardin. Corius. Histor. lib. 2. de quo Alphonsus de Carthagena in Anacephaleosi Regum Hispanorum. cap. 84. dicit: Neq; Richardum, neque Alphōsum habuisse Pontificis benedictionem. Quinimmo occupatum Alphōsum in Hi-
12 spaniæ † Regnis, vacare non potuisse, vt summi ius obtineret. voluit Lucius Marin. de Reg. Hispan. lib. 7. cap. 1. Germanographus. lib. 3. dixit, Richardum ab Archiepiscopo Moguntino, &
13 Comite Palatino tantum fuisse electum: † Alphonsum verò cunctorum aliorum eligentium Principum suffragijs, eundemque Richardo maximo pecuniarum accruo, Imperium qua-
14 si venale habere † voluisse. Eodem pacto Electores Carolum Quintum Austriacum, Hispaniarum, Neapolis, aliorumque Regnorum Re-
15 gem in Romanorum † Imperatorem elegerūt; quo vllus vnquam, vel maior, aut vigilantior extitit. Nec nouum id fuit: habuerat enim Hi-
16 spania † suos Imperatores Romanos, & Cōstantinopolitanos, Neruam, Vlpium Traianum, Helium Adrianum, Antoninum Pium, & M Antonium Imperatores Romanos: Theodosium seniorem, Archadium, Honorium, ac Theodosium iuniorem, Imperatores Constantinopolitanos, quorum virtutes alios prędecessores tūc Imperatores obumbrarūt: vt Historici omnes fidissimi testes erunt; ex quibus liquet dubium nō esse Philippi Catholici Regis familiam eligi posse ad Imperij culmen.

Negligentibus verò Imperij Electoribus, in eligendo Imperatore, electio spectabit ad Papam, à quo illi potestatem habuerunt. vt cen-
17 suit † Alphonsus Aluarez in Specul. Rom. Pontific. cap. 56. col. 1. Quia Imperium tam diù durat apud Germanos, quàm diù ecclesia expe-
18 diens † iudicauerit: vt inquit D. Tho. de Aquino de Regimin. Princip. lib. 3. cap. 18. & 19. sequitur Lancellot. Conrad. in templo omn. iud. lib. 1. cap. 1. q. 2. nu. 9. dixi ad Bellugam in loco supra allegato. Quod procederet, etiam si Electores eligere nollent, vel cōcordare non pos-
19 sent: iuxta † dispositionem. cap. Venerabilem. supra alleg. Vnde quia de iure non est præfixum tempus certum ad Imperatorem eligendum, Papa non poterit eligere, nisi prius illos admoneat: & si post statutum ab eo diem, Electores in eligendo negligentes fuerint, electio
20 deuolueretur ad Papam; † quia statuta dies interpellat, & facit contumaciam. cap. Potuit. extra. de locat. & sentit Ioan. Andr. in cap. Ad Apostolicæ. de sent. & re iudic. in 6. & Beatus Ioan. de Capistran. de potestat. Pap. secunda parte, 2. partis princip. versic. Nunquid Papa posit. Philippi Regis Catholici virtutes totius orbis Imperio dignas, prætercam; sufficit vsurpare, quod de Alphonso Neapoli Rege, scribit litterarum bonarum cultor æuo no-
21 stro † Iustus Lipsius. Epistolicar. quæst. libro 2.
22 Epistol. 23. Non vnius † tantum orbis, sed plurium, si fieri posset, Imperio dignus.

ARGVM. CAP. LIX.

Hispani Reges ex Papæ permissu habent decimarum concessiones à quo Pontifice concessio facta extitit? Quo tempore? Cui Regi? Quid de decimis beneficialibus, quæ passim imponūtur?

COM-

COMPENDIUM.

1 *Decimarum Ecclesiasticarum concessio laico Principi in feudum fieri nequit.*
2 *Laicus Decimas possidere nequit.*
3 *Regi Hispaniarum Decimarum concessio Ferdinãdo, à Summis Pontificibus facta fuit, ex causa legitima. num. 4.*
5 *Regibus Hispania antiquior concessio Decimarum facta fuit per Vrbanum Secundum Summum Pontificem. nu. 7. & 8.*
6 *Reges Hispani, Regna illa de Maurorum manibus eripuere.*
9 *Fructus Decimarũ laicis Principibus concedi possunt.*
10 *Decimæ concedi poterant laicis ante Concilium Lateranense.*
11 *Regibus Hispanis Decimæ concessæ fuerunt ante Lateranense Concilium.*
12 *Lateranense Concilium quo anno fuit. num. 13.*
14 *In Lateranensi Concilio fuerunt Patres mille trecenti octoginta quatuor.*
15 *Pontifex potest laicum facere capacem iuris spiritualis.*
16 *Decimis infeudati ante Concilium Lateranense sunt tuti. num. 17.*
18 *Priuilegium concessionis Decimarum, quomodo probabitur fuisse concessum ante Concilium Lateranense.*
19 *Decimarũ Priuilegiũ si hodie concederetur, requireretur expressa derogatio Constitutionis Lateran.*
20 *Decimarum, quis sit iudex competens?*
21 *Papalium Decimarum, quæ in dies imponuntur, medietas, ex Papa permissu, in hoc Regno Neapolitano, datur Regi.*
22 *Decimarum Papalium indictio, appellatur Collecta Papalis.*
23 *Decimæ Papalis impositio, an fieri possit iure ordinario, vel fiat de absoluta potestate. num. 24.*
24 *Papa potest imponere Decimam Ecclesijs, & clericis. num 25. 28. 30.*
25 *Papalis Decimæ impositio, est de iure diuino.*
26 *Aaron summo Sacerdoti est data potestas, ut caperet Decimam ipsius Decimæ à Leuitis.*
27 *Decima Papalis imponitur ex vrgentissima causa. nu. 29. 30. 32.*
31 *Decima Papalis non debetur de capellis, quæ nõ excedunt valorem viginti librarum.*
33 *Decima Papalis exigitur temporaliter, nõ perpetuò.*
34 *Decima Papalis exigitur per Principes laicos, si illis concessa esset.*
35 *Regibus Catholicis, & Regibus Galliæ sæpe à Pontificibus concessa fuit Decima Papalis. nu. 36.*
37 *Serenissima Respub. Venetorum fuit concessa quandoque Decima Papalis.*
38 *Quis teneatur ad solutionem Decimæ Papalis?*
39 *Pensionarius, an qui soluit Pensionem teneatur ad Decimam Papalem.*
40 *Priuilegium non soluendi Decimas concessum Monasterijs ad Aquas Lupias, & Lucis.*

CAP. LIX.

Decimarum Ecclesiasticarum à Deo institutarum exactionem laico Principi, hominiuè
1 † dari, aut concedi in Feudum non posse, statutum est ab Innocẽtio Tertio, in c. 2. extra. de locat. & conduct. glos. magna in cap. Quamuis. extr. de decim. Hinc dicitur: Laicum
2 decimas † possidere non posse. cap. Causam quę. extra. de præscript. cap. i. 16. quæst. 7. c. Prohibemus. de decim. c. Cum Apostolica. de his, quæ fiunt à prælat. fin. consens. capit. & dixi latissimè de compromiss. §. 2. glos. 1. num. 314. cum pluribus seqq. vbi plures causas assignaui: ibi me remitto.

Hispanis autem Regibus, ius percipiendi, atque exigendi decimas Ecclesiasticas ex priuilegio beneficiario, Regibus Ferdinando, & Elizabethæ coniugibus à Summo Põtifice con-
3 cessas, scribit † Didac. Couarr. Pract. quæst. cap. 35. sub num. 2. vers. Tertio. quem sequitur Anastas. Germonius de sacror. immunitat. lib. 3. cap. 19. num. 90. Quorum Regum tempore, fuere Sixtus Quartus, Innocentius Octauus, Alexander Sextus, Pius Tertius, Iulius Secundus, & Leo Decimus. Nouissimè vero Ioannes Mariana Rerum Hispanic. lib. 15. cap. 9. tradidit, in anno Domini 1310. per Clementem. Quintum, illas Regi fuisse concessas, in sum-
4 ptus erogandos in bellis contra † Mauros. & iterum cap. 15. fuisse in eandem causam concessas per Ioannem XXII. Ego verò, & si dicam, præfatas concessiones ab ipsis relatas, factas fuisse, ad confirmationem tamen concessionum longo antea tempore factarum, dixi enim ad Bellugam in Specul. Principum Rubric. 13. §. Tractemus. in verb. Restat. & in verb. Sanctio, & Petro, antiquius concessum fuisse illud priuilegium exigendi decimas Re-
5 gibus † Hispaniæ per Vrbanum Secundum, Summum Pontificem, qui fuit in anno 1088. & sedit annis circiter duodecim, ex Lucio Marineo de Reb. Hispan. lib. 8. cap. 13 vbi inserit tenorem Bullæ Pontificiæ. Concessio autem facta extitit Petro Sanctij Tertij filio, qui fuit ab anno 1098. vsque ad annum 1108. Nec immerito per sanctam Apostolicam Sedem hæc concessio Hispanis Regibus facta extitit, cum
6 † omnia Hispaniæ Regna à Maurorum, ac Saracenorum manibus eripuerint: vt in capitulo Adrianus. vbi Gloss. 63. distinct. Quam etiam probat Petr. Gregor. Sintagmat. Iuris vniuers. lib. 17. cap. 7. & Thom. Campeggius Episcopus Feltrensis. de Annatar. institut. colum. 3. vers. Præterea potest Romanus Pontifex. Martin. Nauarr. de Reddit. bonor. Eccles. quæst. 1. Corollar. 35. in princip. vbi ipse inquit: Regem no
7 strum habere tertiam † partem decimarum in Regno Castellæ, & bonam partem Regni Gra-

natæ, & insularum Fortunatarum, & aliarum Prouinciarum noniter quæsitarum. Et qui dicit decimarum priuilegium fuisse concessum post Lateranense Concilium, ipse probare debet: vt fuisse conclusum in Rota romana dicit Paul. Aemil. Verall. in decis. 376. nu. 4. parte 2. Et ob hoc contra Reges Portugalliæ inuehit
8 † habentes decimas super quibusdam piscibus. Aluarus Pelagius de Planctu Ecclesiæ lib. 2. cap. 30. versicul. nono. Decimarum concessio Henrico Castellæ, & legionis Regi confirmata extitit per Pium II. Pontificem anno 1462.

Hinc Decimarum Ecclesiasticarum fructus,
9 laicis Principibus concedi possunt, † & per eos legitimè possideri. cap. Decimas Deo. 16. quæst. 7. vbi gloss. Dictaque concessio fieri potest ex causa, puta, vt Ecclesiam defendant, vt in dicto capit. 2. de locat. voluit Gloss. in dicto cap. Quamuis. dicens olim fuisse factas Decimarum cōcesiones, vt defenderent Ecclesiam ab Hæreticis, & alijs oppressoribus, & illas ab antiquo concessas ad huc possident. vt scribit Paul. de Roma in tract. de pension. eccles. c. 6. num. 10. Abb. Panorm. in dicto cap. Cum Apostolica. not. 2. de his, quæ fiunt à prælat. Deci. in consil. 341. num. 11. Dominic. de sanct. Gemin. in c. 2. sub num. 12. de præb. in 6. Ioan. de Vanquel in Breuiario. in cap. statuto. §. Sanè. conclus. 1. de decim. in 6. vbi dicit: Fuisse solitum concedi decimas laicis in Feudum, vt ab oppressionibus Ecclesiam defenderent. Hæc autem permissio fieri poterat ante Lateranense
10 † Concilium, quo prohibitum fuit, ne in homines laicos hoc ius transferatur. cap. Prohibemus. extra. de decim. & dicto cap. Cum Apostolica. de quo Lateranensi Concilio habetur. in cap. Cum & plantare. de priuileg. in 6. & in dicto §. Sanè. Concessio autem Hispanis Re-
11 gibus † facta longo interuallo ante Lateranense Concilium per Vrbanum Secūdum, vt supra diximus; Nam Lateranense Concilium fuit fa-
12 ctum tempore Alexandri † III. Summi Pontificis in anno 1179. vt scribit Archidiacon. in dicto §. Sanè. & Ioan. Andre. in dicto c. Quamuis. & Guido Papæ in Decis. Gratianop. 288. in fin. Capella Tholosan. in decis. 439. Frācisc. Duaren. de sacr. eccles. minist. lib. 7. cap. 1. & dixi ad Bellug. in Specul. Princip. Rub. 13. in
13 verb. In expugnabilem. Siue fuerit † aliud Lateranense Concilium factum sub Innocentio Tertio in anno 1215. Cui interfuerunt Patriarcha Hierosolymitanus, & Constantinopolitanus, Archiepiscopi Metropolitani septuaginta, Episcopi quingenti, Abbates duodecim, Priores Conuentuales octingenti, qui ascen-
14 dunt † ad numerum mille, trecentorum, octoginta quatuor, vltra legatos Regum Hierusalem, Hispaniæ, Galliæ, Angliæ, & Cypri. Vrbanus Secundus, vt dictum est, fuerat in anno Domini 1086. vel vt alij 1088. de quo Platina, & Albert. Crantius in Metropol. lib. 9. Michael Bucchinger. Histor. Ecclesiastic. Nouæ fol. 237. Genebrardus, Adrichomius, & alij.

Posse verò Papam ius percipiendi decimas Ecclesiasticas, laicis concedere, indubitabile est. Facere enim potest laicum capacem iuris
15 † spiritualis. cap. 2. vbi Doct. extra. de iudic. & in specie, quoad decimas scribit Ioan. Paul. Lancellot. Institut. Canonic. lib. 1. titul. de decim. §. Ex contrario. in verb. A potestate clericali. ad quod facit tex. in dicto cap. Cum Apostolica. in fin. vbi decimæ erant datæ perpetuo in Feudum. sic in dicto cap. fin. § Sanè. de decim. in 6. Collectar. in cap. Ad hæc. in fin. de decim. Hostiens. in summa eiusdem titul. §. Fin. versicul. Tertio quæritur. Guido Pap. in decis. 288. num. 3. Capell. Tholosan. in decis. 439. vbi dicitur. Quòd infeudati de decimis ante Con-
16 cilium Lateranense † sunt tuti. Sic etiam concludit Petr. Rebuff. in tract. de decim. quæst. 13. num. 110. Bertrandus Argentreus articul. 266. Titul. de decimis. num. 8. fol. 349. & ante eos Domini de Rota in Antiq. decis. 498. vbi dicunt posse tueri priuilegium concessionis de-
17 cimarum concessarum ante † Lateranense Concilium. & in Nouis decision. 46. Incip. Capitulum. & Arnulphus Ruzens de iure regalior. in præfat. parte 5. num. 7. nouissimè dum hæc typis dantur Io. Petr. Bimius in consil. 185. num. 41. vol. 2.

Quomodo autem probabitur decimas fuisse cōcessas ante Lateranense Concilium? Dicendum est copulatiuè requiri probationem præscriptionis immemorabilis, & concessionem per priuilegium, factam fuisse ante idem Concilium, & hoc per famam constet priuilegium,
18 & † concessionem factam fuisse per Summum Pōtificem: vt latius ista, ac alia in materia prosequor ad Bellug. in Specul. Princip. Rub. 13. vers. Restat. in verbo. Inexpugnabilem. & Ioan. Francisc. Balb. in tract. præscript. par. 1. quintæ part. princip. q. 7. num. 14. Cum pluribus seq. Francisc. Duaren. de sacr. eccles. Minister. lib. 7. capit. 1. Franc. Bursat. in consil. 50. volum. 1. Francisc. Sonsbech. in Commentat. Feudor. parte 8. num. 10. Cum pluribus seq. Et nos in loco supra allegato disseruimus, an decimæ ante Lateranense Concilium in Feudum datæ, ad Ecclesiam deuolutæ, iterum concedi valeant.

Sed si hodie decimarum priuilegium concederetur, etiam cum clausula derogatoria, ad huc generalis non sufficeret, sed requiritur
19 expressa † derogatio constitutionis contentæ in cap. Nuper. de decim. quæ est Constitutio Conciliaris facta in Concilio Lateranensi ab eodem Innocentio III. vt concludit Rota Romana, & pluries ibidem conclusum esse asserit Christophor. Robusterius in decis. Nouissima Rot. 121. nu. 1. Cum pluribus seqq. & in decis. 123. num. 1. volum. 1.

Quis

Quis autem decimarum sit Iudex compe-
20 tẽs:& à laicis Iudicibus,an† cognosci posśit;
latè dico infra. cap.71.casu 54.
Quo verò ad decimas Papales, quas Summi
Pontifices imponunt, Rex Catholicus, præser-
21 tim in hoc Neapolitano Regno, hoc † supre-
mum ius obtinet, vt illarum medietatem ipse
habeat:& sic passim seruari, & in Camera Re-
gia annotatum fuisse pluries retulit mihi Fer-
dinandus Fornarius I. C. celeberrimus; olim
regens in Consilio Italico supremo apud Ca-
tholicam Maiestatem, & Locumtenens Magni
Camerarij in regno Neapolitano, & hoc ex
permissione Papiæ,& non aliter.
Hoc nouum non est,cum Rex Catholicus in
eisdem Hispaniæ Regnis habeat ius exigendi
decimas Ecclesiasticas, vt supra diximus; Eo-
dem modo,& huius decimæ Papalis impositio
(sic enim eam appellant,) quæ à Summo Ro-
22 mano Pontifice imponitur,†appellaturq; col-
lecta Papalis.vt dicit Bald. in l. Neminem.in fi.
C.de sacros.eccles.
Hanc Pontificalis decimæ impositionem, or
23 dinatio iure, fieri non posse, sed tantum,† de
absoluta potestate, censuit Abb.Panor.in cap.
2.in fin. ext. de decim. cuius contrarium cen-
suit ibidem Hostiens. qui dixit, posse Papam,
24 eam imponere, Ecclesiæ, & † Clericis; quia
ipse habet curam omnium. c. Cuncta per mun-
dum.9.quæst.3.& in extrauag. Vnam sanctam.
Bonifacij Octaui.
Sed posse Papam illam imponere, etiam iu-
25 re ordinatiæ potestatis, apparet †ex sacris lit-
teris Numeri. cap.18. & 2.lib. Esdræ.cap.10.in
fin. Vbi data est potestas ipsius decimæ impo-
nendæ Aaron Summo Sacerdoti, vt caperet
26 decimam ipsius † decimæ à Leuitis: in cuius
locum, & modum, decimam Papalem imponi
posse, censuit Pett. Rebuff. in tract. de decim.
quæst. 3. sub num. 3. nouissimè Ludouic. Car-
bon.de legib. lib. 15. cap.3. Non enim obser-
uarunt Summi Pontifices illam sine magna, &
27 vrgentissima † causa imponere: puta pro bel-
lo contra infideles,ac alios Christianæ fidei ho
stes gerendo. De hac decima Papali,& eius im
positione habetur in Cle. 2, vbi Gloss. & Doct.
de Decim. & habetur in Extrauag. Bonifacij
Octaui. Incip. Declarationes. sub rub. de de-
cim. in communibus. Hanc opinionem com-
muniter probatam esse apparet ex omnibus,
qui de illa tractauerunt, vt sunt Hostiens. in
dicto capit. 2. de Decim. Rebuff. vbi supra. la-
tè Stepha.& Gul.de Monte Laudun. & Petr.de
Anchar.in Clem.2.de decim. Domin. de sanct.
Gemin.in cap.Præsenti.§. Porrò.num.4.de of-
fic.ordi.Lap.in allegat.135. Ioan.Andr.ibidem
in alleg.140.tangit Martin.Nauar.in consil.49.
num.1. sub titul.de præben.lib.3.Marc.Anton.
Cucch.Institut.Canonic.Minor. lib.2. titul.14.
In fin. Ioan. Baptista Ferrett. in consil. 124.&
in consil. 138.vol. 1. Quod comprobat Diuus
Thom. Aquinas in secunda secundæ quæst. 87.
artic.vlt. vers. Ad tertium.vbi formaliter dicit:
vnde nunc eadem ratione tenentur Clerici
28 Summo Pontifici † decimam dare, si exigeret:
naturalis enim ratio dictat, quòd illis, qui ha-
bent curam animarum, de communi multitu-
dinis statu prouideatur, vnde possint exequi
ea,quæ pertinent ad communem salutem. Hæc
Thomas. Quod sequutus est Dominic. de So-
to de Iust. & iur.lib.9. quæst.4. articul.4. Dum
ait:Congruens fuit Dei præceptum,vt decima-
rum decimam Summo Sacerdoti penderent:
qua vtique nunc ratione Summus Pontifex, iu
29 sta ingruente necessitate, † decimam decima-
rum à Clero exigere valet. Immo verò vtinam,
vniuersalis, eademq; perpetua toti Clero im-
poneretur. Hæc Soto cum alijs,quæ sequuntur.
hoc idem dicit Anastas. Germonius de sacro-
rum immunitat.lib.3.cap.19.sub nu.46. Roma-
nus vero(inquit) Pontifex, licet ab inferiori-
bus sacerdotibus quotannis decimarum deci-
mam non exigat, cum tamen aliqua vrget ne-
cessitas, aliquodue Ecclesiæ imminet pericu-
30 lum,decimam† imperat:quandoq; etiam, non
semel, sed iterum, & tertiò,& pluries, vt libet,
quæ libenti animo, vti iure debitæ persoluun-
tur. Hæc Germonius. Vnde istius decimæ im-
positio per Summum Pontificem,nõ per alium
facienda est:denuncianda insuper super bene-
ficijs Ecclesiasticis, non autem super Prælato-
rum, seu Religiosorum proprijs bonis; & ta-
xanda est, vt in eisdem iuribus; nec augetur si
fructus essent augumẽtati, vt voluit Collectar.
in dicto cap. Nuper extra. de decim. vbi etiam
31 subiunxit; non † deberi hanc decimam,de ca-
pellis, quæ nõ excedunt valorem viginti libra-
rum. Quod voluit etiam Hieronym. Gigas de
pensionib. eccles.q.91. nu.13. Quamquam hoc
non seruatur; quia etiam de minimis introiti-
bus exigitur decima,cum imponitur. Et supra-
dicta omnia habentur in dicta Clem. 2. & in di
cta. Extrauag. vnica. de decim. & voluit Rebuff.
in dicta q.3.vbi in hac materia refert Alphon-
sum Tostatum in Matth. cap.23. q. 74. De hac
Papali decima ità scriptum est sub Martino V.
in Concilio Constantiensi, sess. 43. Martinus
& cęt. Præcipimus,& mandamus, Iura, quę pro
32 hibent † inferioribus à Papa decimas, & alia
onera ecclesijs, & personis Ecclesiasticis impo
ni, districtius obseruari. Per nos autem nullate
nus imponãtur generaliter super totũ clerum,
nisi ex magna, & ardua causa, & vtilitate vni-
uersalem ecclesiam concernente, & de consi-
lio, & consensu, & subscriptione fratrum no-
strorum sãctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium,
& Prælatorum, quorum consilium commodè
haberi poterit. Nec specialiter in aliquo Re-
gno, vel Prouincia, inconsultis Prælatis ipsius
Regni, vel Prouinciæ, & ipsis non consentien-

tibus, vel eorum maiori parte, & eo casu, pro personis Ecclesiasticis, & authoritate Apostolica dumtaxat, leuent. Hæc Martinus in Concilio Præsidens.

Exigitur autem decima hæc per summum
33 Sacerdotem, temporaliter, non † autem perpetuo. vt habetur Numer. dicto cap. 18. & notatur in supra allegatis iuribus. Et etiam exigitur
34 per Principes laicos, † quibus forte ob iam narratas causas, concessio facta esset. vt dicitur in dicta Clem. 2. vbi glos. in verb. Cui vis. & in verb. Ad tempus. vbi Ioan. de Vanquel inquit, Principi laico concedi posse. Sic pluries Regibus nostris facta fuit, & quotidie fit. Sic olim
35 Philippo † Pulchro Regi Galliæ. Et alijs vt scribit Robert. Guaghin. lib. 6. & 9. Paul. Æmilius lib. 8. & 10. Iacob. Meyer. Annal. Flandr. lib. 6. Renatus Choppin. de Doman. Franciæ lib. 3. cap. 21. nu. 7. vbi inquit: Fuisse concedi solitas Principibus laicis ob expeditiones sacras, nūc (ait) proh dolor, neglecto sacrarum expeditionum consilio, decimæ nihilo secius in annuas Fisci rationes, patrimonij instar, referuntur. In Regibus nostris Summi Pontifices proni sunt,
36 cum † (vt pluries supra diximus) Reges Hispani, Neapolis, Siciliæ nō hæc solum modica adiutoria, sed redditus omnes, omniaq; ipsorum bona profusè effuderint in bellis in hæreticos, ac Christianæ fidei hostes. Sic etiam Summi
37 Pontifices, pluries concesserunt † Serenissimæ Venetorum Reipublicæ. vt scribit Ioan. Baptista Ferret. in dicto consil. 138. vol. 1. Sic olim à Calisto II. ex causa, ratione subsidij, concessio facta fuit Hispanis Catholicis Regibus.

Ad hanc materiam, quis teneatur ad solutionem decimæ Papalis, is, qui habuit fructus, & translatus est ad aliam Ecclesiam, an verò
38 † successor in beneficio? Successorem in beneficio teneri, post Ioan. de Monte murlo. & Ioan. Andr. voluit Frideric. de Senis in consil. 209. Incip. Capitulum vacante sede. Et ad illius solutionem teneri pensionarium, non autem il-
39 lum, qui soluit † pēsionem; concludit Hieronym. Gigas de pension. ecclesi. q. 62. nu. 14.

Notandum, etiam fore arbitror ꝙ per Martinum Quintum, & Innocentium Octauū Summos Romanos Pontifices, exemptionis spiritualium decimarum priuilegium concessum fuit venerabili Monasterio sanctæ Mariæ ad
40 aquas † Lupias, Hispanorum idiomate vulgari dictum (Guadalupe) sito in Regno Castellæ, in qua libertate antea fuisse asserunt. Quod & confirmarunt supradicti Pontifices. Idem priuilegium cōcessit Alexander Sextus Monasterio Lucis, vulgo dictum (de la Luz,) voluit Verall. in decis. 378. parte 2.

ARGVM. CAP. LX.

Peculiare est Neapolitanorum, ac Siculorum Regum, appellari, sacram Maiestatem. Assignatur rationes. Maiestas, quid sit? quare dicatur sacrū Regium Concilium Neapolitanum?

COMPENDIVM.

1 *Regi Catholico, vt Regi Hierusalem, Neapolis, & Siciliæ, dicitur SACRAE REGIAE MAIESTATI.*
2 *Reges, cum innunguntur, videntur quodammodo esse homines sacri.*
3 *Roma ijdem dicebantur Pontifices Maximi, & Imperatores.*
4 *Rex Catholicus est Rex Hierusalem. nu. 5.*
6 *A maiori Principe dignitatem habens, maiori gradu, & prærogatiua lætatur.*
7 *Canonicus à Papa creatus præfertur canonicis ab alijs creatis.*
8 *Rex Hierusalem, & Rex Siciliæ à Papa Regnum tenent.*
9 *Res sacræ, & sanctæ in nullius bonis sunt.*
10 *Iuxta Deorū templa, maxima prærogatiuā, Iudicum subsellia constituebant Romani.*
11 *Athenienses in templo Martis Areopagitarum concilium constituerunt.*
12 *Romani in templis Senatum habebant.*
13 *Senatus Romanus in Templo Castoris, & Pollucis.*
14 *Aliquando Senatus erat in templo Martis, aliquando in templo Bellonæ, & quandoque in templo Apollinis. nu. 15. 16.*
17 *Caius Consulatu Gallia, Scipio consulatu Corsica priuati fuerunt.*
18 *Consilio Neapolitano, sacri nomen additum est.*
19 *Maiestas per Antonomasiam intelligitur de diuina.*
20 *Humana etiam Principis persona dicitur Maiestas.*
21 *Maiestas conuenit Prætori, Regi, Imperatori. nu. 23. & 25.*
22 *Maiestas Regia dicitur.*
24 *Maiestas populi Romani dicebatur.*
26 *Maiestas dicitur summa potestas.*
27 *Maiestas, honoris, & reuerentiæ filia.*
28 *Maiestas à maioritate dicitur.*
29 *Maiestas à Maia dicitur. nu. 30.*
31 *Maia magna mater Deorum dicitur.*
32 *Maiestas peculiariter Regi Catholico conuenit.*
33 *Sacra oracula Principum Romanorum responsa appellabantur.*

CAP. LX.

A Deo Catholici Regis authoritas suprema est, quòd dū ei tamquàm Regi Hierusalem, Neapolis, atq; Siciliæ scribi contingerit, hoc peculiari titulo insignitur, vt ei † dica-
1 tur: SACRÆ REGIÆ MAIESTATI. vt scripsit Marinus de Caramanico, Glossator, antiquus Doctor in proem. Constitut. Regni. quem ibidem

ibidem sequitur Andr. de Iser. & Marinus Frec
cia de subfeud. Baron. lib. 1. titul. de offic. Ma-
gni Cancellar. sub nu. 26. & 27. Volens causam
assignare Marin. Glossator. col. 3. vers. Quinim-
mo ante Reges. dicit quòd Reges cum inun-
gantur, & consacrentur, vt in c. vnico. de sacr.
2 vnction. videntur quodammodo † esse homi-
nes sacri, & sacerdotes, ad similitudinem Sa-
cerdotum, ac Regum, & qui erant Pontifices, &
Reges in sacra scriptura. Sic etiam apud Ro-
3 manos erant Pontifices † Maximi, & Imperato-
res insimul. Quod sequitur Freccia in loco su-
pra allegato. Vbi reddit ipse aliam rationem,
quòd tempore, quo fuerunt inuestiti hoc Re-
gno Fridericus Imperator, & Carolus Comes
Andegauensis, specifice à Sede Apostolica po-
testatem habuerunt, vt in Capellanos Regios,
vnum deputarent Iudicem, qui Regius Capel-
lanus maior vocaretur, & de causis illis co-
gnosceret.

Harum tamen rationum nulla mihi satisfa-
cit. Si enim prima ratio militaret, Reges Gal-
liæ, & Angliæ, qui & ipsi oleo sancto inungun-
tur, vt latè dixi supra cap. 49. & illi eodem ho-
noris encomio vterentur, quod alienum ab ef-
fectu est, & ideo aliunde videtur quærenda ra-
tio. Secunda verò ratio, quam assignant, non
illa est, vt euacuatione indigeat.

Rationem ego illam assignarem, quòd cum
4 Rex Catholicus sit Rex Hierusalem, † in qua
Ciuitate ante Christi Natiuitatem Dei Eccle-
sia stetit, ibidemq; primo loco per sui sangui-
nis effusionem IESVS CHRISTVS fundauit,
quemadmodum ibi Christus, id est vnctus Rex
Sacerdotium nouæ legis instituit, ac Petrum
Ecclesię Vicarium firmauit, & Rex noster eius-
5 dem sacri ac sancti Regni † sit Rex, vt supra di-
xi cap. 46. Idcirco illi Sacræ Maiestatis titulus
non inconuenit. Alteram verò dicerem, quòd
cùm qui à maiori Principe dignitate aliqua or
6 natur, ei maior † gradus, & prærogatiua tribui-
tur: arg. notatorum per Abb. Panor. & Felin. in
c. Per tuas. col. 2. de maiorit. & obedient. vbi
dicunt: Canonicum à Papa creatum, præferri
7 † Canonicis ab alijs creatis. Bartol. in l. 2. vbi
Alexand. in addit. ff. de Alb. scriben. Petrus de
Monte in Monarchia. q. 5. Latè Ferdinandus
Vasq. in præfat. Controuers. Illustr. nu. 136. &
8 seq. Idcirco cū Rex Siciliæ, & Hierusalem † ab
Ecclesia, & Papa Regnum teneat, & in Regno,
(vt sæpius dictū est) Papam repræsentet, dicen
dum est ea ratione, dum illi scribitur, Sacri no
mine insigniri, ac honorari, vti repræsentanti,
ac illum referēti, qui sacrarum rerum omnium
in Christiano orbe Principem locum tenet, om
nium sacratissimum. Quibus appositissimum,
atq; conuenientissimum est illud Ouidij. lib. 5.
Fastorum, dum ait:

Hinc Sacra Maiestas, quæ mundum temperat omnem,
Quâq; die partu est edita, magna fuit.

.Cumque Maiestas sacra appelletur, & sacrum
nulli sit humano Principi, aut homini subditū,
sed res sacræ, ac sāctæ liberæ illæ sint, & in nul
9 lorum † patrimonio, atq; Dominio esse possint.
§. Sacræ res. & §. Sāctæ quoq;. Inst. de rer. diuis.
cum simil. sic Rex Catholicus nulli homini lai-
co subditus intelligatur, & ideo sacra Maie-
stas ille appellatur.

Hinc factum est, vt Magistratuum Regiorum
Senatus in hoc Regno Neapolitano, priscis
etiam temporibus, sacrum Neapolitanum Cō-
cilium sit appellatū, & passim nuncupetur; Con
cilium sanctæ Claræ prius dictum, in cuius Ec-
clesiæ, ac Monasterij palatio, Concilij tribu-
nal regebatur. Plato enim in lib. . . de legibus
10 voluit, iuxta Deorum † templa, iudicum, ac
Magistratuum tribunalia constitui oportere;
vt tamquam iudicantium Deorum ibi sint De-
lubra, Deosq; iudiciorum suorum speculato-
res, & censores, homines confiderent. Idcir-
11 co Athenienses, Areopagitarum † Senatum in
templo Martis constituerunt, in quo iudices,
sententias disceptabant, eorumq; iudiciū ex-
quisitissimum habebatur. Hoc verò iudicium
principium habuit, cum Halirthorius Neptu-
ni filius in Alcippem Martis filiam vitium fecis
set, à Marte interfectus, causa à duodecim Dijs
ibidem cognita, sex illorum sententijs absolu-
tus traditur; cuius rei post Hellanicum Histor.
lib. 1. meminit Pausanias. lib. 3. Alex. ab Alex.
dier. Genial. lib. 3. cap. 5. lib. 4. cap. 11. lib. 6.
cap. 11. Ludou. Cælius Rhodigin. Antiquar.
lection. lib. 7. cap. 19. & è nostris Io. Philipp.
in lib. Responsor. in Præfat. nu. 3. Apud Ro-
12 manos † itidem in templis, ac sacris ædibus
Senatum haberi consueuisse certissimum est.
Templa verò erant per Augures constituta, &
proinde in curia Hostilia, in Pompeia, & post
Iulia, cum profana essent loca, templa per Au-
gures sunt constituta, vt in his Senatus con-
sulta more maiorum iusta fieri possent. vt post
M. Varronem ad Oppianicum lib. 4. Epistoli-
cat. quæst. scribit Aulus Gellius noctium atti-
car. lib. 14. cap. 7. post eum Fenestell. de Magi-
strat. Roman. cap. 1. Quandoq; autem Senatus
13 habebatur in templo † Castoris, & Pollucis:
14 aliquando verò in templo † Martis. vt est au-
thor Sueton. tranquill. in Caligula. Cicero in
15 Verrem Action. 7. In tēplo † Bellonæ. vt resta-
16 tur Liuius. lib. 38. & 39. In templo † Apollinis,
vt restatur Cęlius apud Cicer. Epistol. Famil.
lib. 8 Hinc illud Virgilij lib. 7. Æneidos.

Hic sceptra accipere, & primos attollere fasces,
Regibus omen erat, hic illis curia, Templum,
Hæ sacris sedes, epulis, hic ariete cæso,
Perpetuis soliti, patres considere mensis.

Nec obest, quòd Caius consulatu Galliæ, &
17 Scipio Consulatu Corsicæ, à Senatu † priua-
ti fuerint, quòd in tēplis, ac Sacris ædibus Par-
lamēta fecissent, vt ex Valerio retulit Gemin.

in

in cap. Decet.num.3.12.15.de immun. Eccles. in 6. Illi enim loquuntur de parlamentis, seu adunantijs ciuium, non autem de iudicum decurijs, vel sententijs, quæ sunt longè diuersa.

18 Cōsilio itaq; Neapolitano sacri † nomen additū, quāuis multi nouissimi, etiā alijs Senatibus hæc tribuant, iustè ne, an è cōtra ipsi iudicent.

Maiestas autem per Anthonomasiam intelli-
19 gitur de DEI Maiestate. † l. Non distinguemus. §. Sacerdotio. ff. de arbitr. l. Vnica. C. Nulli licet. in fren. lib. 11. Itā habetur Exod. c. 40. Nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & Maiestate Domini coruscante. & Numeri cap. 14. Attamen omnes homines, qui viderūt maiestatem meam, & signa, quæ feci in Ægypto. Et Deuteron. cap. 5. Ecce ostendit nobis Dominus Deus noster Maiestatem, & magnitudinē suam. & lib. 2. Paralipom. cap. 7. Maiestas Domini impleuit domum. & lib. 3. Esdræ. cap. 4. Et non in iudicio eius iniquum, sed fortitudo, & Regnum, & potestas, & Maiestas omnium æuorum. Et Thobiæ c. 13. Quoniam ostendit Maiestatem suam in gētem peccatricem. & Hester. c. 13. Dominus omnium es, nec est, qui resistat Maiestati tuæ. & Dauid Psalm. 28. Deus Maiestatis intonuit. & iterum Psal. 71. Et benedictum nomen maiestatis eius in æternum, & replebitur Maiestate eius omnis terra. Et Salomon. Prouerb. cap. 25. Sic qui scrutator est Maiestatis, opprimetur à Gloria. & Sapientiæ cap. 7. Speculum sine macula Dei Maiestatis, & imago bonitatis illius. & Isaiæ c. 2. A facie timoris Domini, & à Gloria Maiestatis eius. & capit. 3. Vt prouocarent oculos Maiestatis eius. & cap. 60. & domū Maiestatis meæ glorificabo. & cap. 63. Qui eduxit ad dexterā Moysem brachio Maiestatis suæ. Et Ezech. cap. 43. Et terra splendebat à Maiestate sua. & lib. 2. Machab. c. 2. Et apparebit Maiestas Domini. & Matth. c. 24. Et venientem in nubibus Cœli, cum virtute multa, & Maiestate. & c. 25. Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua. & Lucæ. c. 9. Filius hominis erubescet, cum venerit cum maiestate sua. & cap. 21. In potestate magna, & maiestate.

Sed quia, vt inquit Poeta, componitur orbis, Regis ad exēplum. Maiestatem, humāna iactan-
20 tia, non ad Diuinam solum traxit, sed † ad humanam. vt in l. Gazaros, C. de Hæret. Hinc conuenire Imperatori, conuenire Regi, & potesta-
21 ti Prætoriæ, censuit † Marian. Socin. senior. in
22 consil. 22. nu. 4. vol. 1. Quoad Maiestatem † Regiam. notatur in l. 1. C. Vt nemo priuat. ibi, Ro-
23 giæ Maiestatis. de maiestate Prætoris. † in l Si familia. ff. de iurisd. omn. iudic. ibi, Prætoria Maiestas contempta. Sequitur Lancellot. Conrad. in templo Iudic. lib. 1. cap. 1. §. 1. in verb. Orbem vniuersum. sub nu. 6. Populi tamen Ro-
24 mani † Maiestas antea nominabatur. vt per Cic. Philippica 3. & alibi sæpe apud scriptores. & de Maiestate populi Romani habetur. l. 1. ff. Ad leg. Iul. maiestat. A quo populo translata potestate in vnum Principem, non mirum, si populi
25 titulo insignitur. De quā Maiestate † Imperiali, ac Regia, latissimè scribit Restaur. Castald. de Imperator. q. 2. per totum.

26 Vnde Maiestas cum dicatur † summa potestas: vt dicit D. Thom. in commentar. ad Hebræos. cap. 2. Idcirco dicitur honoris, & decoris suprema, ac maior dignitas. Hinc Poetæ fabulantur, maiestatem esse honoris, ac reueren-
27 tiæ filiā, † de qua vlotа omnes diffusissimè scripsit Ouid. lib. 5. Fastorum, vbi illius authoritatem à Regibus cultam describit, dicens:

His benè Maiestas, armis defensa Deorum.
Restat, & ex illo tempore culta manet.
Assidet inde Ioui, Iouis est fidissima custos,
Et præstat sine vi, sceptra tenenda Ioui.
Venit, & in terras, coluerunt Romulus illam,
Et Numa, moxq; alij, tempore quisque suo.
Illa patres in honore pio, matresq; tuetur,
Illa comes pueris, virginibusq; venit.
Illa datos fasces commendat, eburq; curule,
Illa coronatis, alta triumphat equis.

Quod, & scribit Plin. lib. 35. c. 10. Augustin. de Ciuitate Dei lib. 4. cap. 21. & 24. Quos refert Claudius Minos. ad Alciatū Emblemate 9.

28 Dicta itaq; videtur Maiestas, † ab ipsa maioritate: iuxta Rubricam de maioritate. & obed. quasi maiorem locum obtinens. Vel maiestas, quasi dignior, & maior status, veluti supremus, idest maior stans, maiorem gradum veluti præseferens. Et ità conuenit Deo, Summo Pontifici, Imperatori, ac Regibus. Alijs autē, puta Duci Sabaudiæ, Magno Duci Hetruriæ, Duci Ferrariæ, Duci Mantuæ, Duci Vrbini, Duci Parmæ, & Placentiæ, ac similibus, non datur, ac tribuitur ista sublimitas Maiestatis, sed Celsitudo, quam vulgus (Altezza) vocat.

29 Sed dicamus Maiestatem à Maia † etiam dici, ac appellari posse; cum, & ipsam Maiam Piso, & post ipsum Festus Pompeius, & Seruius
30 Maurus, † Maiestatem vocent. Quam magnam Deorum matrem Poetæ dixerūt, & Terram ob suam amplitudinem, ac magnitudinem, appellarunt: Cui prægnantem porcam in sacrificijs offerebant, vti fœcundissimi animalis Symbolum. Nil aliud indè significantes, quām quòd Terra dicatur Maia, magna mater Deorum, id-
31 est Principum, vel potentum, ob eius † magnitudinem, fertilitatem, & fœcūditatem, Maiam, ac Maiestatem appellari. Quasi quòd DEVS Optimus Maximus, sua ipsius Maiestate, ac fœcūditate, omnia impleat, & cuncta, sua magnitudine, gubernet, regat, fœcūdet, & compleat: sic ad eius similitudinem, faciant Pontifices, Imperatores, faciant & Reges. vt Authores supra allegati asserūt, ac scripsere Pierius in Hieroglyph. Cartar. in Imaginibus, & nouissimè Natalis Comes Mythologię lib. 3. cap. de Ioue,

Maia

Maia antiquis Bona, Dea, Opis, Fauna, Farua, Idæa, Pessinuntia, Cybeles, Rhea, & Phrygia nuncupata, quia hominibus fauet, opem liberis præstat, quòd infantes in lucem editos, fandi modos, & verba edoceat Strabo lib. 10. Liuius lib. 39. Varro de lingua latin. lib. 4. Macrob. Saturnalior. lib. 1. cap. 12. Fulgent. Mythol. lib. 1. cap. 3.

Specialiter uerò conuenit Regi Catholico,
32 & peculiariter, Maiestas. vt voluit † nouissimè Io. Redin. de Maiest. Principis in verb. Maiestatē. nu. 34. 50. vbi dicit. Sacra Maiestas Regi Catholico cōsonat. Quis enim ità facer, q̃ sacra colat, qui sacra extollat, qui sacra tueatur, q̃ leges sacras Populo tribuat, vt Rex noster sacratissimus? Principū eriā Romanorum rescripta,
33 & responsa sacra oracula † dicebātur: quinimmo eorum iussa, eorum ore prolata, & absq; rescripto, & annotatione emanata, oracula appellabantur. l. fin. C. de Diuers. rescript. l. Iubemus. C. de Sacros. Eccles. Ipsi enim Principes Romani aliquid Maiestatis super humanæ attribuerūt, Deorumq; se in numero esse, falsò sibi persuaserunt. vt author Cicero in topicis. de his habetur. in §. Illud proprium. Inst. de adopt. ibi. Per sacrum Oraculum.

ARGVM. CAP. LXI.

Austriaca Regis Catholici familia, plures habuit Comites, Duces, Reges, & Imperatores, quàm alia quæpiam.

COMPENDIVM.

1 *Austriaca Familia plures habuit Comites, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores.*
2 *Non octo secundum aliquos, sed vndecim habuit Imperatores Austriaca familia. num. 3.*
4 *Ludouicus Bauarus Schismaticus.*
5 *Rodulphus Secundus Imperator, strenuissimè militat cum Turcarum Principe.*
6 *Author Arboris Austriacæ separatam molitur commentationem.*

CAP. LXI.

HAc prærogatiua singulari lætatur Catholici Regis, Austriaca familia, cum supra alias quaslibet familias, plures habuerit Comites, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores,
1 † vt amplissimè dixi supra. cap. 4. vbi longa serie per arborem paternæ lineæ, quor supremi Principes in illa fuerint, declaratum fuit. Ha-
2 buit itaq; vsq; ad præsentem † diem, octo Romanorum Imperatores, vt testatur Renatus Choppin. de Doman. Franciæ. lib. 2. Sed tamen
3 vndecim Imperatores † ex ea linea fuere. Horum I. Rodulphus. Albertus eius filius I. in Imperio hoc nomine, ex eius familia. Fridericus III. contra Ludouicum Bauarum, qui dictis execratus est à Ioanne XXII. Summo Pontifice, rum ob Imperij fasces, eo renitente susceptos, rum etiam, quia creare ausus fuit Petrum de Corbaria Minoritam, Nicolaum V. appellatum, Antipapam. vt dicunt Germanographus lib. 3. Albert. Crantius in Saxonia. lib. 9. cap. 8. 14. &
4 22. Quem schismaticum declaratum refert † Aluarus Pelagius de Planctu Eccles. in Proœm. & lib. 1. cap. 65. vbi latissimè, & Iacobus, Vuimphelingus Rer. Germanicar. cap. 44. Item Fridericus IV. post Vuenceslaum electus, paulò post moritur. Albertus II. Fridericus V. Maximilianus I. Carolus V. Ferdinandus. Maximilianus II. & Rodulphus II. qui nunc rerum Imperialiū moderatur, qui tam diù strenuissimè militauit, ac militat cum Turcarum Imperatore,
5 † contra quem, multas, illasq; notabilissimas victorias, reportauit quem Dominus Deus dignetur pro suæ Christianæ fidei exaltatione, longo temporum curriculo conseruare, actusq; suos in eiusdem fidei gloriam prouehere. Vltra præfatos scriptores, horum meminere Vuolphgangus Lazius in Genealogia Austriaca lib. 1. Io. Bodin. de Republ. lib. 4. cap. 1. Vuimphelingus vbi supra. cap. 49. Genebrardus, Adrichomius, alijq; Historici, & Chronographi. & supra nos diximus in d. cap. 4. Vbi Genealogiæ Austria-
6 cæ Arborem, posuimus; cuius † commentarios separata tractatione ab hoc volumine, si Deus dignabitur ocium tribuere, moliemur.

ARGVMENT. CAP. LXII.

Licet Rex Catholicus habeat Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Barones Feudatarios, cum plenissima iurisdictione, mero, mixtoq; Imperio, & gladij potestate: cognoscit tamen in pluribus casibus, qui enumerātur, qui ad solam eiusdem Regis curiam, & Magistratus, pertinent.

COMPENDIVM.

1 *Rex Neapolis, suiq; supremi Magistratus, pupillis Baronum, ac titulatorum morientium, constituit tutorem, seu Balium.*
2 *Is tutor ratione bonorum feudalium Balius dicitur. Intellectus Const. Regni. In aliquibus. Intellectus Const. Regni. Comitibus.*
3 *Tutor, seu Balius durat vsq; ad annum pupilli decimumquintum.*
4 *Senatus Romanorum, tutorem dabat personis Clarissimis, & illustribus.*
5 *Prætor se ipsum tutorem constituere non poterat.*
6 *Quando Baro, vel Feudatarius, reliquisset tutorem, aut Balium, tunc non datur à Curia.*
7 *Intellectus c. Regni. Feudatarius.*

8 Ba-

8 Balius,seu tutor datur,quãdo Baro moritur intestatus. Mater potest relinquere filio tutorem,seu Balium.

9 Feudatarijs habentibus Feuda quaternata datur per Curiam Regiam Balius, secus in habentibus feuda, plana,& de tabula.

10 Pupillus Feudatarius habens Feuda quaternata, & de tabula, ac bona burgensatica, omnia administrat per Balium.

11 Balius debet facere inuentarium,& finito Baliatu rationes reddere.

12 Rex ipse,si Baliatum administrat, nec inuentarium, nec alias solemnitates faciet.

13 Mater in Baliatu praefertur, dum tamen sit persona honesta,& sobria, ac industriosa.

14 Balius in vendendis rebus pupillaribus decretum non exigit,quia sufficit aliqualis informatio de necessitate, & vrgentia vendendi,& licentia Regis, Proregis,vel Concilij.

15 Balio salarium constituitur.

16 Rex, & eius Magistratus procedunt in causis lesa Maiestatis humanae,etiã in Consiliariot. nu. 18.

17 Intellectus Const.Regni. Statuimus. nu.20.

19 Rex, & sui Magistratus cognoscunt de crimine falsa Moneta.

21 Rex,suiq; Magistratus,cognoscunt de causis Feudorum quaternorum.

22 Feudales causa requirunt maiores iudices.

23 Causa Feudorum non quaternatorum, cognoscuntur à Regijs Iustitiarijs prouinciarum.

24 Intellectus Const. Regni. Iustitiarij nomen, & normam. nu.27.31.

25 Feudalium causarum cognitio hodie spectat ad sacrum Concilium.

Intellectus Prag. Incip. Deficiente aliquo. sub tit. de offic. sacr. Reg. consil.

26 Feuda quaternata, sunt feuda magna,Ciuitates,Castra, & Baroniae.

28 Quaternata appellantur,quia sunt posita in quaternionibus, seu libris Regia Camera.

29 Feuda quaternata, an dicantur feuda data à Rege, & si à Rege itã non appellentur.nu.30.

31 Feuda quaternata secundum quid,vt dicit Camerar. Intellectus Const Regni,Constitutionem diuę memorię.

32 Defenditur Afflict. ab Impugnatione Camerarij,cuius dictum improbatur. num.33.

34 Libri,siue quaterniones,conseruantũr in Regia Camera,vbi etiam Feudorum refutationes annotantur.

35 Intellectus Prag.14. incip. Molte volte.Marchionis Mondesaris.

36 Rex, & sui Magistratus, cognoscunt de causis Curialium, & illorum, qui in curia assistunt.

37 Intellectus Const.Regni. Statuimus vt magna Curia. §.Et de quaestionibus.

38 Rex, & sui officiales, cognoscunt de Bannitis,publicis viarum turbatoribus,ac latronibus.

39 Contumax non opponit exceptionẽ fori declinatoriã.

40 Banniti,& contumaces carent eorũ Priuilegijs.

41 Banniti,& contumaces Forum amittunt.

42 Rex,& sui Magistratus cognoscunt de inobseruantia Saluę Guardię,securitatis,& similiũ.nu.44.45.

43 Priuilegia, qui concessit, ille de in obseruantia cognoscit.

44 Violator salua guardia, siue securitatis, committit crimen Maiestatis.

45 Ignorans saluum conductum, & securitatem, non punitur, si non obseruat.

46 Rex cognoscit, si vellet experiri contra Ciuitatem, vel castrum immediatè sibi subditum.

47 Magna Curia, dum est in aliqua Ciuitate, vel loco, cognoscit de omnibus delictis, qua ea praesente, committuntur.

48 Intellectus Const. Regni. Capitaneorum. nu.78. 79.

49 Intellectus. Const. Regni. Honorem. num.53.

50 Guerra tempore factum dicitur, quod immediatè, ante, & post factum fuerit.

51 Factum quando censeatur tempore guerra, Iudicis arbitrio remittitur.

52 Magnus Iustitiarius vbi est, silent alij Iustitiarij,etiã Regij Prouinciarum. num.53.

54 Magna Curia, & alij officiales Regij supremi, torquent inquisitos ex officio, non datis defensionibus, ex praerogatiua quadam, quam praeminentiam vocant.

55 Intellectus. cap.Regni. In accusatis.

Intellectus. cap. Regni. Tormentis.

Intellectus. cap. Regni. Prouisioniris sanctio.

Intellectus. cap. Regni. Iuris censura.

Intellectus. cap. Regni. Diu iam, & pluries.

Intellectus. cap. Regni.Si cum sceleratis.

56 Regij Magistratus cognoscunt de causis Virginum,pupillorum, viduarum,& miserabilium personarum. num. 58.59.

Intellectus Const. Regni. Statuimus.

57 Persona miserabiles, quae?

60 Magna Curia cognoscit de delictis commissis per officiales, & in officiales.

61 Intellectus Const. Regni. Magister Iustiarius.nu.81.

62 Officialium appellatione, an veniant Actuarij, siue Notarij stãtes pro cõficiendis actis ad bancũ Iudicis.

63 Baiuli, an veniant officialium appellatione.

64 Regij Magistratus cognoscunt de causa, vbi denegatur iustitia. num.65.

66 Magna Curia cognoscit de praesentatione, seu liquidatione instrumentorum Guarentigiatorum, siue ad formam ritus.

67 In liquidatione instrumenti, an opponatur fori declinatoria?

68 Magna Curia Vicaria citat ad recognoscendum scripturam priuatam, manu alicuius scriptam.

69 Consilium, etiam lapsis temporibus appellationis introducenda, cognoscit causam ex eisdem actis. numero 70. 73.

71 Stylus Curiarum seruandus.

72 Consilij sententia sub persona Regis proferuntur.

74 Magna Curia cognoscit de homicidijs, & damnis clandestinis.

75 Intellectus Const. Regni. Super incisionibus.

Intellectus Const. Regni. Si damna clandestina.n.80.

76 Prouinciarum custodia in Regno commissa est Barrigello Regio.

77 Ma-

CAP. LXII.

PLures Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Barones, habet sub se Rex Catholicus, præsertim in hoc Regno Neapoli inuestitos de Feudis, cum Mero, mixtoq; Imperio, & Gladij potestate; in pluribus tamen casibus contra eorum vassallos, Regia tribunalia procedunt, in quibus iidem Barones nõ se intromittunt.

Primò in hoc Regno Neapolitano, moriente aliquo ex dictis Feudatarijs, idem Rex, siue
1 † eius Locum tenens, suumq; supremum collaterale Concilium, dat, & constituit Pupillis, morientium Baronum, ac titulatorum tutorem eius nomine, quem Balium appellant, in bonis Feudalibus, vt in Const. Regni. In aliquibus. in
2 fin. & in † Const. Minoribus. Quod Balij officium durat vsq; ad cœptum annum pupilli deci
3 mum quintum. † vt in dictis locis tradidit Afflict. & idem in Decis. Neap. 183. nu. 6. Anton. Capic. in c. Imperialem. col. 10. vers. Constitutio regni. de Prohibit. feud. alien. per Feder. Marin. Freccia de subfeud. Baron. lib. 2. Author. 39. Niger in cap. Regni. Feudatarius. D. Præsidens de Franchis in Decis. Neap. 10. nu. 1. Iosephus Cumia in Ritibus Sicil. c. 19. nu. 46. 48. Ioan. Vincent. Annius in allegat. 118. nu. 5. Vnde Rex se ipsum constituit protectorem, tutorem, ac Balium pupillo, quod speciale est in Principe. Sic Senatus Romanorum dabat tuto
4 rem clarissimis, ac personis † Illustribus. vt in l. 1. C. de tutor. & curat. Clariss. Prætor tamen
5 se ipsum tutorem constituere minimè † poterat. l. Prætor. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. voluit etiam Io. Thom. Minadous in dicta Cõstit. In aliquibus. notab. 5. in princip. num. 1. & seq.

Declara primò, eadem Iura, & cõstitutiones non procedere, quando idem Baro, vel Feudatarius reliquisset suis Pupillis, tutorem, vel Balium,

llum;tunc enim Rex,& sua Curia conquiescũt.
6 † ità cauit rex Carolus II. in d. c. regni Feu-
7 datarius. † & voluit Afflict. in dicta Decis. 183.
nu.6.vers. Quinto,& vltimo.Iuribus etiam in-
sulæ Siciliæ cauetur similiter.vt per cap.Regis
Alphonsi.388. vt retulit Cumia. in d. cap. 19.
nu.47.Ioan. de Arnon. in Epitho.36.Et sic so-
8 lum quando moritur † intestatus,vel eo non re
licto.Quod procedit etiam in matre relinquen
te filio Balium: vt post Isern. voluit D.Regens
de Ponte in consil.31.nu.6.vol.1.

Declara secũdò,procedere in Baronibus ha
bentibus Feuda quaternata, non autem Feu-
da Plana, seu de tabula,quia in illis Regia cu-
9 ria † in dando tutore non se intromittit, sed
proceditur attẽto iure communi.vt post Andr.
de Barulo. in dicta Const. Minoribus. voluit
ibidem Afflict.nu.2. Niger in d.c.Feudatarius.
nu.13.Sed secus esset si pupillus haberet feuda
quaternata, & Plana,ac bona burgensatica,tũc
10 enim Balius dabitur,& administrabit † omnia.
vt concludit Afflict.in dicta const.Minoribus.
nu.2.& Niger vbi supra nu.14.

Et hic Balius bonorum pupillarium inuen-
tarium facere debet, ac Baliatu finito,admini-
11 strationis † rationẽ reddere.vt in dicta Const.
Minoribus. vbi hoc voluerunt Andr. de Baru-
lo.& Andr. de Iser. & Afflict.num.7. Cumia in
d.cap.19. nu.48. Niger in d.c.Regni.Feudata-
rius.nu.10. Sed dũ Baliatus administratur per
Regem,non inuentarium,non rationes redde-
12 re,† nec aliorum solemnitates obseruare te-
nebitur.vt concludit Minadous in dicta const.
In aliquibus. notab.5. nu.3. cum pluribus seq.
In Baliatu,vt in Tutela , mater alijs coniunctis
13 præfertur, dum tamen sit persona † sobria,in-
dustriæ, & honestatis plena. vt per Afflict. in
dicta decis.183. in fin. & iterum in dicto col-
laterali consilio idem decisum fuit.teste D.Præ
sidente de Franchis in dicta decis.Neap.10.Et
in vendendis bonis pupillaribus Balius nõ de-
bet aliud decretum de vendẽdo exigere, dum
per aliqualem informationem constet de ne-
cessitate, & vrgentia vendendi, & habeatur li-
14 centia, à Rege, Prorege,† seu Locumtenente,
vel eius Consilio,teste D.Regente de Ponte in
consil. 1.nu.117.vol.1.Præsumuntur enim ij om
nia rectè ordinare. Huic Balio constitui Sala-
15 rium,bis decisum fuisse † ab eodem Consilio,
refert idem Præsidens de Franchis. in decis.
Neap.122.nu.5.

Secundò Rex,& eius Curia procedit contra
omnes iniquisitos de crimine læsæ Maiestatis
16 † humanæ.vt dixi supra.cap.26. & habetur in
l. 1.C. Ad leg.Iul.Maiestat.& habetur in Con-
17 stit. Statuimus. † de offic. nost. iusti.vbi Mat-
theus de Afflict. nu.3. qui ampliat procedere
etiam si delinquentes essent septem supremi
officiales. Idem Afflict. in Const. Regni. Lite-
ras. nu.9.Ioseph.Cumia in Ritib. Siciliæ. cap.
82.nu.22. Quinimmo etiam si conspirassent in
18 Curiam supremam,vel † aliquem Senatorem.
Petr. Rebuffi in concord. Franciæ. in Proœm.
in verb.Summis.vers.14.& dixi vbi supra.

Tertiò,Rex, eiusq; officiales cognoscunt de
19 crimine falsæ monetæ. vt † exactè dixi supra.
cap.12. ibi me remitto.

Quartò supremi Regij Magistratus cogno-
20 scunt omnes feudorum causas † quaternatorũ.
vt in dicta Const. Regni. Statuimus. de offic.
21 nostri † Iustit.vbi tex.dicit:de Feudis quater-
natis, & de quota parte ipsorum cognoscere
Magistrum iustitiarium.quod sequitur ibidem
Andr. de Iser. col.3. vers. Item quid si pupilli.
Matth. de Afflict.ibidem nu.4. Cumia in Riti-
bus Siciliæ. cap.36.nu.25. & cap.82.nu.23.Re-
buffi in Proœm. concord.Franciæ in verb.Sum
mas. col.3.vers. Decimo tertio. Quia istæ cau-
22 sæ etiam de iure communi,requirunt † maio-
res iudices. vt dixi de compromiss.§.2. Gloss.
1.sub nu.128. vbi tractaui , An causa Feudalis
debeat,vel possit compromitti. Et nouissimè
eandem quæstionem formauit Ioan. Vincent.
Annius.in Const. Constitutionem Diuæ memo
23 riæ.nu.284.286. De † feudis verò non quater-
natis nec magnis cognoscunt etiam Iustitiarij
24 Regij Prouinciarum, vt in Const. † Iustitiarij
nomen, & Normam. in fin. vbi Isern. & voluit
idem Isern.In dicta Const.Statuimus col.3.Ho
die vero cognitio hæc spectat ad regium Con
silium.vt in Prag.Regis Ferdinandi I.incip.De
25 ficiente † aliquo. sub rub. De offic. sacr. Reg.
consil.voluit Petr.Foller.in dicta constitut.Sta
tuimus.nu.6.

Quaternata feuda in hoc Regno appellan-
26 tur, feuda magna,& Baroniæ, † ciuitates,& ca
stra. vt inquit Imperator in dicta Const. Iusti-
27 tiarij † nomen, & Normam.in fin. & ibi hoc
voluerunt Marinus Glossator, Isern. & Afflict.
in quibus locis dicitur appellari quaternata ,
28 cum sint † posita,& annotata in quaternioni-
bus Regiæ Curiæ . Quamquam Andr.de Isern.
in c.1.de contr. inuestit.apud Par. termin. te-
near, quòd quando Feudum conceditur à Re-
29 ge , dicatur , & appelletur quaternatum: † &
idem dicit in Cõst. Post mortem.& in const.Si-
baro.Tamen Consilium decreuit,tunc feudum
collatum à Rege,appellari, vel dici quaterna-
tum, quando idem rex sic illud appellaret,vel
30 dici † vult in inuestitura. vt per Matth.de Af-
flict. in decis.Neap.282. nu.3.4. Vnde verius
est illud, quod dicitur in d. Constit. Iustitiarij
31 nomen,† & normam.in fi. quòd quando Feu-
dum est appositum, atq; annotatum in quater-
nionibus Regiæ Curiæ dicatur quaternatum.
Quod & voluit Paris de Puteo de Reintegrat.
Feud.cap.19.Incip.Et aduertendum.nu.7. fol.
14. Non enim describuntur Feuda in quinter
nionibus, nisi dentur à Rege:vnde fateri neces
se est,quòd Feuda quaternata dicantur statim,

quòd

quòd dantur à Rege. Hoc autem videtur mihi ridiculum disputare, ex quo inuestitus à Rege aliquo Feudo, per priuilegium, vel alio modo, illius priuilegij exemplum registratur, & remanet penes Cameram Regiam, & insuper in Regno producitur priuilegium, seu inuestitura in Regia Camera, in cuius libris describitur, & sic dicuntur quaternata, & in quaternionibus, seu libris Regijs posita. Aliqua etiam dicuntur quaternata secundum quid, puta quando aliquis Princeps, vel Baro Regis Feudatarius, vellet in quempiam esse gratus, vel donare in remunerationem feudum aliquod; cumque alienatio minime absque Regis assensu sit permissa. argum. dictæ
32 Constitut. Constitutionem diuæ memoriæ. † Quo casu alienante Barone, assensu Regis interrecedente, dicetur quaternatum quoad Regem, & semper ità iudicabitur. vt reprehendendo Afflict. censuit Barthol. Camerar. in Rep. cap. Imperialem. fol. 68. Littera M. versic. Prima conclusio sit. cum pluribus sequen. de prohibit. feud. alien. per Frider. Marin. Freccia de subfeud. Baron. lib. 2. titul. de Differ. int. Feud. titul. & alia. num. 14. Ioan. Anton. Cannet. in Rep. cap. Si aliquem. Regni Siciliæ. §. In qua Constitutione. num. 2. cum pluribus sequen. fol. 210. Petr. Foller. in Constit. Statuimus. num. 11. 13. 14. & in cap. regni. Item statuimus quòd vassallis. num. 7. Robert. Maranta in consil. 79. num. 1. cum pluribus seq. & nouissimè Magnus Feudista Francisc. de Amicis in Rep. titul. de his qui feud. dar. poss. §. Pro complemento. num. 1. fol. 54. & §. Quaternata. num. 1. folio 55. & antea declarauerat Iacobut. de Franch. in Rep. Eiusdem titul. numero 274. cum pluribus sequen. Nec meo iudicio fuit rationabilis reprehensio facta per Ca-
33 merar. contra Afflict. † Quia sufficit illud appellari quaternatum, quod fit à Rege concedente, vel consentiente, si enim Rex alienationi non consentiret, alienatio non fieret, & ideirco recipit nomen à Rege confirmante, non à Barone concedente. Vnde vtcumque sit dum Rex, vel inuestit, vel consentit, dicitur quaternatum verè, non secundum quid, & ità declaranda erant dicta Afflict. Hi quaterniones, erant in magna Curia Siclæ, vt dicit Cæsar Vrsill. in decis. Afflict. 282. in princip. Sed re uera conseruantur, & annotantur ho-
34 die in Regia † Camera, in quibus fiunt annotationes etiam feudorum refutatorum. vt in Pragmat. 14. Marchionis Mondesaris. Incip.
35 † Molte volte. facta die 18. Iulij 1579. Hoc vero nomen Feudi quaternati, de iore communi est incognitum, & credo posse poni in illa diuisione feudorum, quorum aliud est Regale, aliud non regale.

Quintò in Regno Magistratus Regij, cognoscunt de causis curialium, & eorum, qui assi-
36 stunt, † & commorantur in Curia, è qua absque Regis licentia discedere nequeunt; quorum quæstiones, Magister iustitiarius, seu eius magna Curia cognoscit. vt placuit Friderico
37 Imperatori. in dicta Constitut. Statuimus, † vt Magnæ curiæ. §. Et de quæstionibus nostrorum curialium. vbi Doctor. præsertim Foller. nu. 16. post Matth. de Afflict.

Sextò cognoscit curia Regia indistinctè de Bannitis, ac publicis viarum turbatoribus, atque latronibus, in publicis, ac Regijs vijs fur-
38 ta, latrocinia, ac alia † delicta patrantibus: quod dictum in eo fundant, quòd viæ publicæ sunt de regalibus. vt in cap. 1. Quæ sint regal. & dixi plenè supra capitulo 7. & voluit in simili Barthol. de Cassen. in Catalog. Gloriæ Mundi. parte 5. considerat. 24. num. 2. Quia Magna curia habet iurisdictionem ordinariam fundatam in toto Regno. vt dicit Carauita in Ritu 230. num. 8. & eodem modo procedunt Regiæ audientiæ Prouinciales, & Commissarij Latrunculatores, quos Commissarios contra delinquentes appellant, quorum iurisdictio ob amplas potestates sibi concessas, omnes alias iurisdictiones Baronales occupat: quo autem iure, ipsi viderint; hoc dicterium in promptu proferentes, quod ad modum belli procedant, quod bellum pro eis, vt plurimum facit, cum absque delinquentium extirpatione, totum Regnum perturbent, ac deuastent: & nisi malefactores inter ipsos ex Proregum ordine se colliderent, & extinguerent, commissariorum intuitu semper efflorescerēt, quia vt plurimum mali Commissarij (Bonos, ac Dei, & iustitiæ timoratos semper excipio) potestate in eorum diplomatibus eis concessa abutuntur, in maximam, atque inenarrabilem subditorum iacturam, ac Regni ruinam. Pro curiæ autem iurisdictione dici posset, quòd similes viarum turbatores, & latrones, contumaces effecti, ac banniti, non possint opponere exceptionem fori declinatoriam, qua regulariter
39 † contumax priuatur., vt dico de contumacis vindicta. Pęna .... Et isto casu, quoad ipsos delinquentes sine dubio transiret eadem opinio, quia quoad Dominos iurisdictionum, & Barones, aliud censerem. Insuper ijdem banniti, & contumaces effecti in tribunali Regio, tunc sine dubio, tamquam Curiæ regiæ inimi-
40 ci, & tamquam spoliati eorum † priuilegijs. argum. l. Is qui reus. ff. de pub. Iud. Forum etiam perderent, ac apud Regios officiales conueni-
41 ri possent, ac eorum † causæ ibi tractari. vt in simili dicit Andr. Gail. practicar. obseruat. lib. 1. obseruat. 1. num. 38.

Septimò, si Princeps concessit alicui securitatem, saluo conductum, seu saluaguardiam,
42 † vel vti dicunt, Guidaticum pro suis delictis,

aut alia ex causa; visoq; priuilegio, principalibus, ac Regalibus codicillis, aliqui verò idem priuilegium non obseruarent, vtiq; cōtra eosdem inobseruātes, ac non obtemperantes, Magistratus Regij procedere possent, quia is, qui codicillos, ac priuilegia concedit, de eorum
43 obseruātia, & declaratione † cognoscit. l. Cum de nouo. C. de legib. Bal. in prælud. Feud. n. 18. c. Cum venissent. vbi gloss. in verb. Iudicari. de iudic. c. 1. de leg. Conrad. in feud. & in specie de violante securitatem Principis, Princeps co
44 gnoscit, tamquàm contra committentem † crimen læsæ Maiestatis l. 1. ff. ad leg. Iul. Maiest. Guid. Pap. in decis. Gratianop. 418. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 179. nu. 1. Menoch. de arbitr. iud. q. lib. 2. Cent. 4. casu 337. & 338. nu. 3. & casu 346. Barthol. Bertazol. in cons. crim. 11. n. 17. vol. 1. Io. Grandis de Bello Exulum. in prædicamento quantitatis. cap. 2. nu. 8. Contra eos autem nō proceditur, si securitatis, aut salui con-
45 ductus † notitiam non habuerint. Ludouic. Carrer. in pract. crim. §. 6. nu. 204. Ludo. Gozadin. in consil. 61. Deci. in consil. 327. Marian. Socin. Nepos in cons. 58, nu. 12. vol. 1, Francisc. Bursat. in consil. 134. num. 19. vol. 2. Ioseph. Mascardus de probat. §. Bannitus. conclus. 162. nu. 18. 20. & dixi plura ad materiam supra. cap. 38. vbi ad hoc, vt ista concedi valeant, quæ requirantur, plenè tradidi.
46 Octauò, si Rex vellet experiri † in Ciuitatem, siue Castrū, aut oppidum, immediatè sibi subditum, quod est sub ipsius Regis, non autē Baronis, Domanio; vt sūt quàmplures Ciuitates, & oppida in Regno, vtiq; non censetur publica Ciuitas, sed habetur loco priuatorū. vt in l. Eum, qui vectigal. ff. de verb. signific. vbi plura ad propositum optimè inducit Guliel. Fornerius. & habetur in l. Nihil interest. ff. Ad Senatus consult. Macedon. Ideo contra eam experitur in Tribunalibus Regijs, nec remittetur causa ad tribunal propriæ Ciuitatis.

Nonò, Magister iustitiarius, eiusq; magna Curia, dum est præsens in loco aliquo, aut Ci-
47 uitate † cognoscit de maleficijs omnibus, eo præsente, aut parum ante commissis. vt in Cōst.
48 Regni. † Capitaneorum. vbi hoc dicit Afflict. nu. 4. procedere, vt non possint alij Magistratus procedere in causis ciuilibus. Cui licet ibidem contradicat Foller. num. 16. tandem residet cum opinione Afflicti, quem sequor ob ver
49 ba Const: † Honorem. ibi, silere debebunt. vt statim dicam. Quomodo autem intelligantur verba illa, (vel parum antè aduentum ipsorum) videnda sunt notata à Bald. in cap. 1. in princ. num. 4. de Pace tenend. vbi dicit, de fa-
50 cto tempore guerræ, dicens includi, † quod factum est immediatè ante, & immediatè post guerram. argum. l. Diuortio. vbi eum sequitur Alexan. num. 6. ff. solut. matrim. quem simpliciter retulit in dicta Const. Capitaneorum. nu. 5. in fin. faciunt notata per Angel. in Auct. de hæred. & Falcidia. in princip. colum. 2. hoc ta-
51 men remitti Iudicis arbitrio censendum † videtur. arg. eorū quæ scribit Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. Cent. 2. casu 9. 24 & 25. & ibi pluries.

Decimò, Regij Magistratus, & præsertim Magister Iustitiarius, eiusq; magna Curia, vbi reperitur, silent alij iustitiarij Prouinciarū, etiam
52 † Regij. vt in Const. Honorem. dicens, alias curias vti luminaria minora offuscari, & obūbrari per præsentiam magnæ Curiæ, quæ dicitur luminare maius; cum iuxta Philosophum, Excellens sensibile, corrumpat sensum. Vnde respectu illius, silent omnes aliæ Curiæ: vt dicit Ritus 48. & 59. quos ad hunc finem allegat Carauita in prag. Filiorum familias. §. 1. num. 11. & istud est ferè idem cum capite superiori.

Vndecimò, magna curia Vicariæ procedit contra delinquentes, latrones insignes, stratarum grassatores, ac disrobatores, incendiarios, raptores violentos, ac facinorosos homines, contra quos laborat infamia, & contra eos ex processu informatiuo, non datis adhuc defen-
54 sionibus procedit ad eos torquendos ex † prærogatiua, per quandam præ eminentiam, data, & concessa soli eidem magnæ Curiæ Vicariæ, argumento capitulorum Regni. c. In accusatis.
55 c. Tormētis. c. Prouisa † iuris sanctio. cap. Iuris censura. cap. Diū iam, & pluries. & cap. Si cum scęleratis. de qua magnæ Curiæ Vicariæ præeminentia. scribit Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 391. & in Cōst. Item diram, & Duram. in fin. Paris de Puteo in tract. syndicat. in verb. Tortura. cap. Quia plerique. Thomas Grammat. in consil. crim. 64. nu. 4. & in voto 3. nu. 30. cum pluribus seq. & in decision. Neapol. 34. num. 31. cum seq. de qua latè Niger in dicto c. Si cum scæleratis. Ludo. Carrer. in pract. crim. in rep. l. Obseruare. nu. 188. & nouissimè D. Pręsidens de Franchis in decis. Neap. 145. per totum. In ijs locis explanatur tota hæc materia.

Duodecimò, tribunalia Regia, in Regno indistinctè, siue per viā electionis, siue per viam perhorrescentiæ, in causis viduarum, pupillorum, ac aliarum miserabilium personarum eli-
56 gentium forum, † cognoscit de eorum causis, non solum vigore iuris communis. l. Vnicæ. C. quand. imper. inter vid. sed etiam de iure Regni. in dicta Const. Statuimus. supra allegata, vbi Lallus de Tuscia, Afflict. & Foller. Qui de-
57 clarant, quæ dicuntur † personæ miserabiles. & ad hanc materiam faciunt notata per eundem Afflict. in decision. Neap. 257. & Anton. Capic. in decis. 160. Didac. Couar. Pract. q c. 7. Andr. Tiraq. de priuileg. piæ causæ. in præfat. vers. Et videtur hoc comprobare. Guid. Papæ in decis. Gratianop. 566. Idem Tiraq. de reuoc. donat. in verb. Omnia. num. 30. Roland. à Valle de

de lucr. dotis. quæst. 12. num. 8. & in consil. 20. vol. 2. Pace Scala de consil. sapientis. lib. 2. c. 7. & nouissimè Ioan. Petrus Surd. in consil. 152. num. 52. vol. 2.

Quod ampliatur procedere, ità vt non valeant hæ miserabiles personę alios Iudices eligere, q̃ ordinarios Regios: puta si pro causa feudali, vellet virgo, vidua, pupillus, vel alia miserabilis persona eligere aliũ Iudicem Re-
58 gium, quàm ordinarium deputatum, vt† non possit. vt post Bal. in cap. Imperialem. §. Prætere. il 3. de prohibit. feud. alienat. per Frideric. voluit Paris de Puteo de reintegrat. Feudor. cap. 198. An citatus. nu. 44. cum pluribus seq. fol. 108.

Declara secundò non procedere in miserabilibus personis subditis, ac vassallis alicuius Domini, habentis priuilegium speciale derogatorium dictæ. l. Vnicæ. ac priuilegio electionis fori, spectanti miserabilibus personis; quia
59 tunc Princeps non cognoscet, sed tunc† fit remissio ad illum Dominum. vt post alios consuluit Deci. in consil. 165. num. 5. & sic fuit decisum in Regio Consilio. vt per Thom. Gramm. in decis. Neapol. 20. per totum. latè Prosp. Carauit. in ritu 233. Petr. Belluga. in Specul. Princip. rub. 23 §. Sed pone. & Rub. 38. vbi aliqua dixi in addit. & D. Præsidens de Franchis in decis. 192. quam refert, & sequitur Antoninus Tessaur. in decis. Pedem. 177. sub nu. 11. Fabius de Anna nunc Regis Consiliarius ad patrem in allegat. 146. vbi retulit Decisionem factam in anno 1583. Ad materiam Francisc. Viuius in decis. 65. & alios allegans Senator Carolus Tapia de Constit. Princip. par. 2. cap. 9. num. 106. Sic etiam vidi priuilegia à Rege Ferdinando concessa Consaluo Ferdinando de Corduba magno Capitaneo, derogantia priuilegijs miserabilium personarum.

Decimo tertiò, cognoscunt Magistratus Regij eiusdem magnæ Curiæ Vicariæ, de omnibus delictis commissis, & per officiales, & in
60 officiales† Regni. vt in Const. † Magister Iusti-
61 stitiarius. vbi Matth. de Afflict. num. 1. & habetur in cap. Regni. Iniunxit. in vers. Nec non. & in Ritibus magnæ Curiæ Vicariæ. Ritu 49. 51. & 61. Marin. Freccia. de subfeud. Baron. libro primo, titul. de offic. Magistr. Iustitiar. num. 40. versic. Sexto. & omnia verba Marini antea dixerat Anton. Capic. in inuestitur. Feudal. in verb. Feudorum clausulæ. §. Cognitione etiam causarum, quæ ex prærogatiua ad magnam Curiam. in fin. Idem Capic. in decision. Neapol. 27. num. 11. & dixi in consil. 23. nu. 65. Centur. 1. & latissimè Carauit. in dicto Ritu 49. vbi in specie tractauit, an in casu huiusmo-
62 di, officialium appellatione, veniant, & † contineantur Notarij sedentes ad bancum Iudicis, siue actuarij? vbi dicit quòd non. Et tamen contrarium dicit fuisse determinatum, per magnam Curiam Vicariæ, cognosci debere has actuariorum causas: & ità per Consilium fuisse iudicatum. vt refert Ioan. Vincent. de Anna in singular. 48. vbi disputat: An baiuli di-
63 cantur officiales, † ità quòd teneantur stare syndicatui? dicens nunquàm Consilium hoc voluisse determinare.

Decimo quartò, Regia Tribunalia ob denegatam ab aliquo inferiori magistratu iustitiam, cognoscunt quoad illam causam. Ob de-
64 negationem enim † iustitiæ, priuatur quis illa causa, & à superiore cognoscitur. cap. Ex transmissa c. Ex parte B. cap. Ex tenore. extra. de For. competent. & in §. Si tibi igitur. Auct. de mandati Princip. & §. Statuimus. Auct. de statutis. & consuet. & in Auct. Statuimus. C. de Episcop. & Cleric. Bartol. in l. De pupillo. §. Si quis. num. 1. vbi Alexan. num. 2 ff de oper. nou. nunt. Quod procedit etiam in Feudalibus. cap. 1. vbi Afflict. num. 97. de milit. vassall. qui contum. est. Quod intelligitur ante cœ-
65 ptum iudicium † primæ instantiæ: vt si supplicatum sit Domino, vel Iudici, & sit denegata iustitiæ administratio: quia alias si cœptum esset iudicium, & adiretur superior, tunc aditus esset per viam grauaminis, aut appellationis.

Decimo quintò, magna Curia cognoscit de præsentatione, seu liquidatione instrumentorũ ad formã ritus, etiamsi creditores, & debitores
66 essent† originarij, vel ciues aliarũ, Ciuitatum, seu terrarũ, existentium sub dominio aliorum Baronũ, vel Dominorũ. iuxta tradita per Ant. Capic. in inuestit. Feudal §. Feudorũ clausulæ. in verb. Cum cognitione etiam causarum, quæ ex prærogatiua ad magnam Curiã. Quod per eadẽ verba retulit Marin. Freccia de subfeud. Baron. lib. 1. tit. de offic. Magist. Iust. nu. 40. Paris de Puteo in tract. syndic. in § Instrumentũ. in princ. vbi inquit hoc caueri ex Constitutione Regni: quam tamen non allegat, nec reperietur aliqua Regni Constitutio, quæ hoc dicat. Videmus tamen vsu forensi in omnibus regni Tribunalibus instrumenta liquidari, vt dicunt, & fatentur ijdem Paris, & Freccia in loco allegato. Quinimmo facta liquidatione, vel comparente citato, ad hoc vt vocatus vigore in-
68 strumenti non carceretur; opponi fori† declinatoriã ex multis ab ipse allegatis voluit Bernardin. Pand. de exequut. instru. par. 5. declarat. 13. nu. 40. licet ab ipso allegata procedant de iure communi.

Decimo sextò, cognoscit magna curia Vicariæ in dando termino, ac dilatione ad reco-
68 gnoscendam, & probandam scripturam † manu propria alicuius firmatam, seu subscriptam: & si tractatur causæ remissio ad proprios Iudices, nũquam remittitur, recognitione prius non facta. Anton. Capic. & Marinus Freccia in locis proximè allegatis.

Nn 2 De

Decimo septimò, si fuerit appellatum ad Consilium, & introducta ibidem appellatione; nihilominus, illa non pro sequuta, fuerit deserta; producto tamen processu, & actis ad idem sacrum Concilium, etiam post lapsum temporis dari ad introducendam appellationem, qui in Regno est dierum quinquaginta, iuxta text. in Constitut. Regni. Appellatio-
69 num † tempora. idem Consilium ob modicum temporis lapsum, quinimmo indistinctè,
70 procedit ex eisdem actis, causam † terminando, an benè, vel perperam fuerit iudicatum. vt per Matth. de Afflict. in decis. Neap. 79. num. 3. 4. & in decis. 243. in fin. in quibus dicit ità fuisse antiquum S. C. stilum, qui stilus cu-
71 riarum † seruandus est. l. Labeo. versic. More agentium. ff. de statu lib l. 1. § In honorarijs. ff. de var. & extraord. cognit. Bartol. in l. 3. §. Testes num. 1. ff. de Testibus. Nicol. de Neapol. in lectura Bartol. in l. Iurisperitos. in princip. num. 4. ff. de excus. tut. Alexand. in consil. 140. num. 2. volum. 6. Guld. Papæ in Proemio. decis. & in decis. 264. num. 3. Ioan. de Amic. in consil. 42. colum. 3. Hieronym. Gig. de pension. Eccles. quæst. 22. num. 24. quæstio. 88. num. 2. Sed talis S. C. stilus, non potest ab alijs curijs seruari: vt dicit Vincent. Maxilla in proem. consuetud. Bari. num. 148. Rationem stylus huius à Consilio obseruari soliti, illam esse constat, ex quo sententiæ à sacro Consilio sub nomi-
72 ne Regio, ac sub Regis persona † proferuntur: vt dicit Prosp. Carauit. in Ritu 260. num. 4. & sequen. Et idcirco dicit, nec magnam Curiam, nec Regias audientias Prouinciales, aut alios inferiores Iudices, hoc facere posse. Facit tamen hoc Consilium, dum tamen non fuisset antea probatum Decretum, quo fuisset declarata appellatio deserta, quia eo casu nullo
73 pacto reuisionem † admittit. vt scribit Cæsar Vrsill. ad Afflict. in decisio allegata 79. nu. 2.

Decimo octauò, Regij Magistratus eiusdem magnæ Curiæ Vicariæ cognoscunt de homicidijs, & damnis clandestinis, vbicunque, & in
74 † quacunque Regni parte illatis. vt in Constit.
75 Regni. Super † incisionibus. & in Constitut. si damna clandestina. ibi; Officialibus nostris, quærentibus exhibere. & voluerunt Anton. Capic. & Marin. Freccia vbi supra. Hæc autem damnorum clandestinorum cognitio hodie in hoc Regno, minimè est in vsu; quia custodia
76 prouinciarum est commissa, & † constituta Barigello Regio in qualibet prouincia, pro quibus fit solutio, vt post Carolum Tapiam, nunc Regium Consiliarium meritissimum, scripsi in relatione in materia bannitorum Italo Idiomate conscripta ad Illustrissimum, & Excellentissimum Dominum Don Henricum de Guzman Comitem de Oliuares, Regni Neapolitani Locumtenentem & Proregem, ad quam me refero.

Decimo nonò, Regia magna Curia Vicariæ cognoscit de delictis publicè commissis per
77 vniuersitates, † Comites, aliosq; Barones. vt
78 in Cōst. Regni. † Capitaneorum, in princ. Quæ qualitates delicti publicè cōmissi, antè omnia summariè constare debent, vt post multos ab ipso allegatos cēsuit ibidem Matth. de Afflict. nu. 3. quod latius prosequitur Paris de Puteo de reintegr. Feudor. c. 198. An citatus. nu. 17. fol. 108. Nec est facienda vis in eo, quod dicit ibi Afflict. dicens secus esse in delictis clandestinis; quia hāc limitationem frigidam esse, ac extra regulam, voluit ibi Foller. num. 14. 15. &
79 consequendum, d. Const. Capitaneorum † loquitur, magnam curiam procedere in delictis publicè patratis per vniuersitates, Comites, & Barones, declarat casum minimè cōprehensum
80 in Const. si damna clandestina. † quæ loquitur de delictis clā, & occultè patratis. Subsequitur postmodū ista Cōst. Capitaneorum. quæ declarans alium casum, dicit; eādem magnā curiam procedere, & inquisitionē formare de delictis publicè commissis. Et hæc est veritas.

Vigesimò, vbi Fiscus nullo iuris ordine seruato, ac de facto aliquem sua possessione destituit, aut spoliat, priuatus in eadem magna Cu-
81 ria conueniet † Fiscum, & possessionis, ac spolij restitutionem intentabit. vt in Const. Magister
82 † Iustitiarius. vbi hoc annotauit Afflict. nu. 5. ponens ipsum pro speciali casu ad Regiā Curiā spectante, cum re uera ponere non debuerit; quia etiam de iure communi, Fiscus pro causis ciuilibus coram Principis Magistratibus con-
83 uenitur, † & pro criminalibus coram Præside. vt in l. Ad Fiscum l. Si quis aduersus. l. Dominicis l. Cū aliquid l. Vniuersi. & toto tit. C. vbi caus. Fiscal. l. 2. C. de iurisd. omn. iudic. l. Fin. C. vbi in rem act. Afflict. in c. 1. §. 1. nu. 44. de fra-
84 trib. de nouo Benefic. inuestit. Quia in ijs † non iudicatur Fiscus, vt vti debeat iure priuati. quemadmodū latissimè dixi ad Bellug in Speculo Principum. Rub. 5. in verb. Iure priuati.

Vigesimo primò, quando in causis ciuilibus perimitur instātia, quod fit per lapsum triēnij à die litis contestatę in prima instantia. vt in l. Properandum. C. de iudic. de iure communi fiebat restitutio instantiæ ex causis legitimis, vt in l. Sed & si per Prætorem. cum l. Seq. ff. ex quibus caus. maior. In qua instantiæ, siue Ere-
85 modicij lapsu, restituitur non solum † minor, ratione minoris ætatis. l. Si fine § Fin. ff. de minoribus. Cyn. & Bartol. in l. 1. in fin. C. si aduers. libert. Barthol. Socin. in consil. 299. num. 1. & seq. volum. 2. Petr. Rebuff. ad Constit. Galliæ. ricul. de restitut. in integr. cap. 283. Sed etiam concedebatur maioribus, si iustæ impe-
86 dimenti † causæ subsistebant. vt in dicta l. Si fine. §. Fin. ibi constat autem. Gloss. & Cardin. in cap. Auditis. quæst. 2 extr. de rest. in integr. Ioseph. Ludouic. in decis. Perusin. 36. num. 1. quod

quod multis limitatur modis, ac declaratur,
quos ponit Sfortia Oddus de restit. in integr.
quæst. 67. Augustin. Berous in consil. 35. num. 3.
volum. 3. Sed in hoc Regno Neapolitano, tam
87 à Rege, quàm à cõsilio, † atque ab ipsius Con-
silij Præsidente sub Regis nomine, peremptæ
causæ per lapsum instantiæ, conceditur insuf-
flatio spiritus vitæ, ita quòd lapsa iam instan-
tia restituitur. vt authoritate gloss. in l. Ab ho-
stibus. §. Sed quod simpliciter. in verb. Restitu-
tionis. ff. ex quib. caus. maior. Bartol. in l. Si ab
hostibus. nu. 5. C. ex quib. caus. maior. Paris de
Puteo de Syndi. in verb. Sententia. cap. Restat
vnum. nu. 5. Anton. Capic. in decis. Neap. 11. in
decis. 165. per totũ. Matth. de Afflict. in Const.
Regni. Sæpe contingit. circa finem. Tho. Gram-
mat. in decis. Neap. 69. nu. 4. in decis. 91. nu. 1.
Idem Afflict. in c. 1. in princ. Speciali 39. Quæ
sint Regal. Marc. Ant. Natta in consil. 636. n. 76.
vol. 3. vbi dicit inferiores à Principe hoc face-
88 re † non posse. sequitur. Rubert. Marant. in Spe-
cul. aur. parte 5. in verb. Instantia. nu. 35. quos
sequi videtur Anton. Sola in Constit. Sabaud.
titul. de iudic. in Decreto. Ad causam. Gloss. 3.
nu. 7. 8. nouissimè Roland. Cauagool. in decret.
Muntisferrat. 13. §. 6. quæst. 4. in fin. Ioan. Petr.
Surd. in consil. 199. nu. 13. vol. 2.

Conceditur autem insufflatio spiritus vitæ
89 ex mera Principis gratia, † vt dicit idem Gram
mat. in decis. Neap. 103. nu. 117. quem retulit,
& sequitur Roland. à Valle. in dicto consil. 4.
num. 15. vol. 3. Nicol. Boer. in decis. Burdegal.
247. per totum.

In casu verò insufflationis spiritus vitæ, ac
restitutionis instantiæ semper consilium facit
90 reficere expensas petenti, † quod, & iure com-
muni cauebatur l. Nouerint. C. Vt intra cert.
temp. caus. & habetur in dicta l. Properandum.
§. Illo cum. C. de iudic. Alexand. in consil. 66.
visis dubitationibus. colum. 1. vol. 5. Andr. de
Isern. in Constit. Regni. Sponte volentibus. &
Paris de Puteo in loco supra allegato. Gram-
mat. in dicta decis. 91. nu. 3. Prosper Paseth. in
consil. 156. num. 2. vol. 1. Carauita in Ritu. 248.
nu. 1. & seqq. & Ioan. Baptista Asinius in pract.
ciuili. §. 2. cap. 16. nu. 9. & seq. Et in Regno ità
91 cauetur per pragmat. Incip. Instantia † causæ.
ibi (nisi prius refectis expensis) quam Pragma-
ticam in hoc puncto limitat Ioan. de Atno. in
Epitho. 2. non procedere in paupere, quem di-
92 cit restitui ad insufflationem, † expensis mini-
mè refectis.

Vnum tamen aduertendum est, instantiam
non perimi, vbi causa agitatur in concistorio,
93 ac Tribunali, & Senatu ipsius Principis, † vt
in specie de causa, quæ agebatur in Regia
94 Camera † summariæ. dicit Afflict. in Constit.
Reg. Accusatorem. nu. 5. sequitur Carauit. in
95 dicto ritu. 248. num. 1. in fin. Et in † Consilio
voluit idem Afflict. in decis. Neap. 78. num. 3.
seq. Sebastian. Vant. de nullitat. tit. An quælibet
sententia. num. 8. Marc. Anton. Natta. in consil.
383. num. 1. volum. 2. & de Senatu Parisiensi
96 † dicit Ioan. Imbert. instit. Forens. lib. 2. cap. 2.
97 & de Senatu † Sabaudiæ, dicit Antonin. Tes-
saur. in decis. Pedemont. 10. num. 16. Insuffla-
98 tio autem non solum bis, sed ter † concedi-
tur, vt inquit Capicius in decis. 165. num. 4.
Grammat. in decis. 69. num. 4. 6. In qua dicit,
99 nec partem citari debere, cum proueniat † ex
Principis benignitate, & gratia, quod sequitur
Asinius in loco allegato.

Vigesimo secundò, cognoscit Iustitiarius, &
eius magna curia de pœna spretæ defensæ Re-
giæ; & sic etiam Regij Iustitiarij Prouincia-
100 rum. de quo habetur † in Cõst. iuris gentium
in Const. Fidelium nostrorum. in Const. Si quis
in posterum. in Const. Defensas. & in c. Regni.
Terrerij. Et ideò in illius exactione, aliorum lo
101 curum Capitanei, & Magistratus non se † in-
tromittunt. vt voluit Sebastian. Neapod. in d. c.
Terrerij. nu. 1. Matth. de Afflict. in dicta Const.
Fidelium nostrorum. num. 10. Defensa autem
petebatur ab eo, qui dubitabat offendi ab ali-
quo in bonis, vel in persona; & ideo imponeba-
tur defensa eidem, ne de facto in bonis, vel in
persona offenderetur; & ille cui cõcedebatur,
dicere poterat illis, à quibus timebat offendi:
102 Ego talis prohibeo te, ne me offendas † in bo
nis, vel in persona ex parte Regis: erat enim fa
cienda sub inuocatione Regij nominis, vt di-
cunt Afflict. vbi supra. Ioan. Anton. Niget in di
cto c. Terrerij. num. 14. Et in hoc mihi videtur
aliud non fuisse, nisi quòd tuebatur sub prote-
ctione nominis Regij, quòd si ille, facta com-
minatione, offendisset, spretæ defensæ pœna
exigebatur.

Vigesimo tertiò, cognoscit magna curia de
103 Guerra muta p aliquos in Regno. vt in † Cõst.
Regni. Comes. vbi Andr. de Iser. dicit: Tũc dici
Guerram, vel bellum moueri, si armauit quis
milites, ac iuerit cũ vexillis, & banderijs, alias
si quis iret cum hominibus non armatis, erit
104 vis priuata, si delictum † aliquod hoc modo
commisissent. l. 3. ff. Ad leg. Iul. de vi priuat. Si
verò armatis hominibus, & sine vexillis, tunc
erit vis publica, etiam si aliquod delictũ sub-
105 sequutum † non fuerit. l. 1. l. 2. l. pen. ff. ad Iul.
de vi pub. Et in tali casu guerrę motę procedit
Magna curia, per dispositionem reformatio-
nis factæ per Reginam Ioannam Secundam, vt
in suis capitulis. cap. 12. factis in anno 1412.
prout refert Afflict. in dicta Constit. Comes.
num. 7. in fin. Anton. Capic. in inuestitur. Feu-
dal. §. Feudorum clausulæ. in verb. Cognitio-
ne etiam causar. & Marin. Freccia de subfeud.
Baron. lib. 1. tit. de officio Magistr. iustit. num.
40. de hoc latius dico de Magistratuum. edict.
lib. 3. cap. . . vbi me refero.

Vigesimo quartò, officiales, ac Magistratus

Regij in Hispania, præsertim in Catalonia,
106 †sequestrant iurisdictiones, fructus, & emolumenta Baronum receptantium latrones, delinquentes, bannitos, ac facinorosos homines, relictis quibusdam emolumentis, quibus viuāt, vt factum fuisse in Domino Castri de Mosset, in quo turè se recipiebant delinquentes, qui infestabant Comitatum Rossilionis, scribit Don Ludouic. de Peguera in decis. crimin. 35. per totum. vtinam in hoc Regno ita seruaretur.

107 Vigesimo quintò, familiares Regij, † quique familiaritatis priuilegia, & diplomata habent; licet fortè originarij, ac subditi sint aliquorum dominorũ, siue Baronum; tamẽ ab officialibus, & Magistratibus Regijs cognoscuntur, cum eiusdem Principis iurisdictioni subiaceant: vt optimè corroborando concludit Marc. Anton. Natta in consil. 576. In primo dubio. nu. 6. cum pluribus seq. vol. 3.

Vigesimo sextò, Magistratus Regij, auferunt
108 † iurisdictionem Dominis, & Baronibus, ob nimiam eorum sæuitiam, qua vtuntur in subditos, & vassallos. Superiorum namque interest, ne auxilium, contra sæuitiam, famem, vel intolerabilem iniuriam, denegetur, ijs, qui iustè deprecantur: vt Diuum Pium ad Ælium Marcianum Bæticæ Proconsulem, rescripsisse, scribit Vlpianus in l. 2. § Dominorum. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. vbi Bald. num. 1. post Gulielmum de Cun. & Cyn. dicit, quòd ob nimiam crudelitatem potest alicui iurisdictio auferri. Hinc Imperatores Archadius, & Honorius dixerunt, ob incommoda à Vicarianis Apparitoribus data, officialibus Cõsularibus Hellespon
109 ti, ijdem Asiæ Proconsulis potestati † subditi essent, & ab eisdem Vicarianis eximerentur. vt in l. Vnica. C. de offic. Comit. sacri patrimon. alias dicta lex situata est sub titul. C. de offic. Proconf. & leg. l. Officium. Hoc dictum sequitur Ludouic. Roman. in consil. 37. num. 1. allegans text. in §. Sed hoc tempore. & §. Fin. Instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Quo in loco, inquit Ioan. Faber, posse Principem talem
110 vassallum ex toto eximere à Domini † iurisdictione, etiam tacente subdito, & nihil petente. quod sequitur Guid. Pap. in decis. Gratianop. 62. & clarius idem Ioan. Faber. in dicta l. Officium. inquit: Nota, quòd vbi subiectus est
111 grauatus debet eximi à iurisdictione † Domini. l. 1. C. Si quacunque prædit. potestat. l. Si postulauerit. §. Iuber. ff. de adulter. l. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. l. Fin. ff. si quis à parẽt. fuer. manumiss. l. Si lenones. C. de Episcop. audiẽt. Et quamuis ipse subditus quæstionem
112 non faciat, Iudex tñ debet ex officio † prouidere. l. Illicitas. §. 2. vers. Neque innocentibus. ff. de offic. præsid. Specul. in tit. de denuntiat. §. 1. vers. Priuata. Hæc optimè Faber. Hinc Consilium Neapolitanum, ob sæuitiam Baronis Belmontis, post sententiam Magnæ Curiæ Vicariæ, qua erat deportatus in insulam Liparensem, & eius vita durante iurisdictione ciui-
113 li, & criminali † in vassallis priuatus, illam confirmauit: vt habetur per Thom. Grammat. in decis. 104. quã sequitur Ferdinãd. Vasquius controuers. Illustr. lib. 1. cap. 8. nu. 17. cum pluribus seqq. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 275. nu. 3. Curtius iunior in consil. 137. nu. 4. quem refert, & sequitur Quintilian. Mandos. in tract. ingratitud. cap. 61. Causa 73. Andr. Gail Pract. obser. lib. 1. obseruation. 16. Barthol. Bertazzol. in consil. criminal. 281. sub nu. 6. vol. 2.

Vigesimo septimò, magna Curia Vicariæ potestatem habet, & hoc faciunt etiam Regiæ audientiæ Prouinciales, dum ordinant Baronibus, eorum officialibus, ac alijs subditis Magistratibus, vt causam in expeditionis limine
114 existentem, intra breue † quoddam tempus expediant: vt post Matth. de Afflict. in Constit. Iustitiarij nomẽ. voluit Marin. Freccia. de subfeud. Baron. lib. 2. authoritat. 11. per totũ. quem sequitur Anton. Sola in Decret. Sabaudiæ. sub titul. de Castellanis. in Decreto. Quia pluribus Glos. 3. sub num. 3. & nouissimè illum referens Roland. Cauagnolius in Decretis Montisferrati. Decret. 2. §. 1. num. 13. & dum hæc transcribuntur vidi Ioan. Petr. Surd. in consil. 152. nu. 31. 32. vol. 2.

Declarant tamen Freccia, & Sola, non procedere vbicunque Baro, vel Feudatarius haberet cognitionem primarum, & secundarum causarum: quia eo casu, ista comminatio ad su-
115 periorem, qui habet † secundas causas spectaret. argum. cap. Irrefragabili. §. Excessus. de offic. ordin. & per alia iura ab ipsis allegata. Sed ego non sic indistinctè hanc declaratio-
116 nem admitterem. † Quid enim si Baro quispiam, aliquem in carcere mancipatum detineret, de aliquo delicto pulsatũ, & desiderio maximo teneretur, vel ipsum condemnari facere, vel tam diù in carcere illum detinere, donec tędio & maceratione affectũ, ad pecuniariam cõpositionẽ induceret, aut trãsigeret? nõ enim causam expediri faceret, publicè ordinãdo officiali, vt causã expediat, secretò autẽ, & clam pcipiendo pęnitus aduersũ. Isto enim casu malignitas, & superioris negligẽtia, nõ debet esse subdito nociua: ad Principẽ etenim spectat, op-
117 pressos † à grauaminibus releuare c. Ad Ro-
118 manã Ecclesiã. el. 2. 2. q. 6. & habetur † in Cõst. Regni. Cũ circa. Si enim malo Principis animo, aut facto Dñi, causæ expeditio ptoletur, vtiq; vanum erit, secundũ iudicem adire; eodem nãque animo statim mouebitur, & interim inquisitus, vel vexatus, incideret in Scyllam, cupiens euitare Carybdim. Cum præsertim magistratus, & officiales aliqui reperiantur, qui
119 student † placere Domino. vt dicit Andr. de Isern. in c. Imperialem. in princip. col. 7. de prohibit.

hibit. Feud. alien. per Federic. & ideo dicit Cagnol. quòd Domini terrarum amant Placen
110 tiam, non † Veronam. Magna Curia enim Principem, ac Regem repræsentat, qui subditis potest præcepta facere, etiam non expressa causa. Vani enim capitis esse existimatur, iudicare, Principem haud posse, absq; cognitione, &
111 causæ † expressione præcipere. vt dicit Innoc. in c. Ad aures. de tempor. ordinat. sequitur Abb. Panor. in c. Si quãdo in fin. de rescript. Eodem modo poterit, & Magna Curia Regia, principem repræsentans. Ijs accedit eandem Magnam Curiam Vicariæ, prærogatiuam ha-
112 bere, vt ad illam, omisso medio, † appelletur. vt dicit Gloss. Marini de Caramanico in Const. Regni. Cum noua. in verb. Sed ad celsitudinem. quam sequitur Matth. de Afflict. in Constit. Iusticiarijs nomen, & normam. sub nu. 37. in fin. vbi dicit. Et scias, quòd semper ad magnam Curiam Vicariæ potest appellari omisso
113 medio. Ego autem † in vsu Forensi hoc seruarem. Facerem enim mandatum, ac præceptum Baroni, seu Domino iurisdictionis, primarum, ac secundarum causarum, quòd sub cõpetenti termino; habito respectu ad personarum, causæ, ac loci, qualitatem; causam à suis officialibus expediri faceret, alias illam auocarem. Quia eo modo, cum ipse Baro sit Dominus iurisdictionis, si malum non habebit animum, id exequetur: & nunquam præcepta alio modo expedirem, nisi Domino, & suis officialibus prius iussissem. Ex ijs enim perciperem, an negligant, vel oculis conniuentibus dissimulent.

Declaratur secundò, dum tamen processus sit instructus, & causa reperiatur in statu, in quo expediri possit, vt tunc superior manus
114 † apponat, pro celeri causarum expeditione. arg. c. Iurgantium. de re iudic. quod, & Freccia id annotauit. Idem similiter dicerem, quando processus, & si non esset in statu expeditio-
115 nis, tamen pars haberet illum † pro compilato, & concluso: vt fieri solet in criminalibus, dum partes habent processum pro legitimato, compilato, & concluso.

ARGVMENT. CAP. LXIII.

A Sacerdotibus, & clericis, ac personis Ecclesiasticis in nonnullis casibus, Rex exigit collectas, qui discutiuntur.

COMPENDIVM.

1 *Pharao Rex Aegypti, Sacerdotum territoria fecit immunia.*
2 *Artaxers Persarum Regis edictum, quo sacerdotes à solutionibus, & tributis declarauit immunes.*
3 *Clerici, & Ecclesia à collectarum solutione sunt immunes.*
4 *Ecclesia, & alia loca pia, & clerici ab omni solutione, etiam extraordinaria sunt immunes.*
5 *Imponentes, & qui scribunt, & consentiunt, & consilium præstant, incidunt in excommunicationem.*
6 *Ciuitates etiam hoc imponentes clericis, & Ecclesijs, subiacent interdicto.*
7 *Communitates, & vniuersitates excommunicari nequeunt.*
8 *Regia Curia cogit clericos coniugatos ad collectarũ solutiones, num. 11.*
9 *Intellectus Prag. Regis Ferdinandi Primi. Incip. Nuper ad Maiestatem.*
10 *Iniciens manus violentas in clericum cõiugatum incidit in canonem excommunicationis.*
11 *Bona prius perpetuis futuris temporibus donata, vel empta quæ erant tributis, & collectis obnoxia, an teneantur ad collectas.*
12 *Vendens Ecclesiæ, vel personis Ecclesiasticis bona, & iura, censetur vendere, vel donare, quæ obtinet. nu. 13.*
14 *Laici pro bonis collectas, & tributa Regi soluunt.*
15 *Bona, quæ transeunt ad Ecclesias, transeunt cum oneribus annexis.*
16 *Bona semel oneribus ascripta, ità in Ecclesias transeunt.*
17 *Ecclesia, vel persona Ecclesiastica ignorans bona esse oneri submissa, agunt contra venditores si scienter fecerunt. nu. 18.*
19 *Ecclesia acquirens possessionem, quæ pro solido, & libra est affecta collecta, tenetur ad collectam, quia est onus reale affixum. nu. 20. 23.*
21 *Ecclesia tenetur ad tributum de possessionibus tributarijs. nu. 24.*
22 *Prædia, in quibus fundata est Ecclesia, libera fiunt.*
25 *Clerici de bonis patrimonialibus non soluunt tributum, sed de emptis sic.*
26 *Intellectus. c. Regni. item statuimus quod possessiones.*
27 *Intellectus Prag. Regis Ferdinandi in anno. 1473. 3. Martij sub titul. de cler. & diacon. Soluat.*
28 *Intellectus Prag. Ferdinandi Regis Incip. Fælicis memoria quæ est. 2. sub tit. de cler. & diacon. Soluat. §. In quo dicitur, cum inserta Const. Papæ Honorij. num 29.*
30 *Ecclesiam, & clericos non teneri ad collectas pro bonis emptis, & donatis. nu 31. 32. 33.*
32 *Ecclesia, vel clerici ementes, si promittant soluere collectas, tenebantur. nu. 33.*
34 *Vendenti, donanti, aut leganti Ecclesiæ, licet apponere conditiones sibi visas.*
35 *Si fieret statutum, quòd omnia prædia ciuium intelligantur tributaria, & desiruaat pro inostione collectarum, an habens post modum Ecclesia ex illis teneatur ad collectas.*
36 *Argumentatio licita est à pacto ad statutum.*
37 *Argumentum de testamento ad statutum, valet.*
38 *Ecclesia, & clerici, an teneantur ad collectas, cum in fraudem Regiarum functionum facta esset per eos illorum acquisitio.*
39 *Si in fraudem collectarum sit facta alienatio in Ecclesiam, vel clericos, bona amittuntur.*

40 Cle-

40 Clerici, qui clericaliter non viuunt, collectas, soluere debent.

41 Intellectus.c.Regni. Item statuimus quòd clerici, qui clericaliter.

42 Clerici clericaliter non viuentes priuilegium clericale amittunt.

43 Clerici non seruientes in diuinis, fructus beneficiorum non lucrantur, sed illos restituere tenentur.

44 Clericaliter viuere dicitur, qui cunctis relictis, totum se diuinis ministerijs addicit.

45 Ecclesia, & clerici habentes temporalem aliquem vsum fructum, tenentur ad collectas.

46 Ecclesia, & clerici tenentes animalia in pascuis, in quibus ciues soluunt, & ipsi soluere debent.

47. Ecclesia, & Clerici tenentur ad solutionem onerum Feudalium, quæ tenentur à Principe.

48 Ecclesia, & Clerici tenentur ad collectas pro refectione pontium, & viarum. nu. 49.50.51.52.53.

49 Vnde in refectione murorum Brundusij, Hydrunti, Tarenti, Manfredoniæ, Baroli, & Barij in Regno Neapolitano, & Carthaginis nouæ in Hispania, tenentur Ecclesiæ. nu. 50.51.52.53.

52 Princeps secularis non potest facere leges contra Ecclesias.

54 Quando est reficienda via per vicinos, an teneatur Ecclesia tunc vicina.

55 Clerici tenentur soluere collectas, & gabellas pro rebus quas tenent negotiationis grana. nu. 58.

56 Clericis licita est negotiatio pro substentatione vitæ absq; cupiditate lucri.

57 Nemo Deo militans immiscet se negotijs secularibus.

CAP. LXIII.

DVm Pharao Aegypti Rex, subditis per
manus Ioseph, frumenta exhibuit, defi-
1 ciente † illis pecunia pro illorum emptione,
dederunt pecora, & animalia; postmodum illis
deficientibus, territoria, & personas; vt data
semente, præstarent Regi de frugibus colligen
dis, quintam partem. Excepit autem territoria
sacerdotibus data, quos voluit esse immunes
1 ab illius quintæ partis solutione; vt latè patet
Genes. cap. 47. Sic Artaxerses statuit per me-
dium Esdræ Prophetæ. vt patet lib. 1. Esdræ. c.
2 7. Vobis (inquit) quoque notum † facimus de
vniuersis Sacerdotibus, & Leuitis, & Cantori-
bus, & Ianitoribus, Nathinneis, & ministris Do
mus Dei huius, vt vectigal, & tributum, & An-
nonas non habeatis potestatem imponendi su
per eos. Ex quibus patet à principio fuisse Ec-
clesias, & Sacerdotes immunes habitos à tri-
butorum, & collectarum seculariũ, solutione.
Hoc etiam de iure communi cauetur, vt ad col
3 lectarum solutionem Clerici, & Ecclesiæ † mi-
nimè teneantur. Auct. Item nulla communitas.
C. de Episc. & cler. vbi expresse Fridericus pro
hibuit Ecclesias, aliaq; pia loca, & Ecclesiasti-
cas personas, ad collectarum, vel exactionum,
Angariarum, perangariarum onera, minimè co
4 gi, nec etiam ad munera † extraordinaria. vt
in l. 1. C. eo. tit. nec ad munera sordida. l. Om-
nis à clericis. C. eod. tit. & l. Placet. C. de sacro-
sanct. Eccles. vbi etiam dicitur: nec extraordi-
narium, nec superindictũ soluere debere. Nec
aliqua tributa. vt voluit Bartol. in d. l. Placet.
num. 59. Ecclesiæ enim, & Clerici per genera-
lem regulam sunt immunes ab omnibus laico-
rum collectis, & impositionibus: & si moniti
fuerint, qui illas imponunt, vt desistant, & post
monitionem minimè destiterint cum omnibus
fautoribus excommunicantur. cap. Non mi-
nus. vbi latè Panormitanus. de Immun. Eccles.
Alex. in consil. 68. volum. 2. & non solum, qui
5 imponunt, sed scribentes, ac dantes, † consi-
lium, auxiliũ, & fauorem, ipso facto in canonem
incidunt. vt in Clem. 1. de Immun. Eccles. &
6 etiam Ciuitas † incurrit pœnam interdicti. ca.
Clericis. de Immun. Eccles. in 6. & cap. Quam-
7 quam de censib. in 6. cum vniuersitates † ex-
communicari nequeant. c. Romana. §. Vniuer-
sitatem. de sent. excom. in 6. nouissimè Ludou.
Carbon. de legib. lib. 9. cap. 14.

Regià Curia tamen in Regno Neapolitano
8 cogit Clericos ad collectarum † solutionem si
fuerint Clerici coniugati, vigore Pragmaticæ
9 Regis Ferdinandi † Primi. Incip. Nuper ad Ma-
iestatem nostram: factæ 24. Maij 1469. ibi: No-
stri Consilij matura deliberatione, mandamus,
quatenus dictarum prouinciarum singulos cle
ricos coniugatos, cogatis, & compelli man-
detis, & faciatis, quod in collectis omnibus, & Fi-
scalibus functionibus, cæterisq; oneribus, vni-
uersitatum, ciuitatum, terrarum, & locorum di
ctarum Prouinciarum quomodolibet imminen
tibus, contribuant. Hoc etiam cauetur de iure
communi. vt per Abbatem antiquum. in c. Ex
parte. ext. de cleric. coniugat. Hi enim clerici
coniugati, non sunt priuilegiati, nisi quoad fo-
rum, vt ad iudicium seculare non trahantur.
10 Et quando quis † in eos violentas manus inie-
cerit, in canonẽ excommunicationis incidat.
cap. Si quis suadente. 17. q. 4. & hoc idem di-
cit eadem Pragmatica. & notatur in c. Vnico.
de cler. coniugat. in 6. à quo sumpta fuit eadẽ
pragmatica. hoc idẽ voluit Marc. Ant. Cucch.
Instit. Canonic. maior. lib. 3. tit. 9. num. 30. di-
cens. Quare citra excommunicationem qui-
dem, manus in eum inijci non potest, vt dixi-
mus, neq; à Iudice laico distringi, aut iudica-
ri, si in habitu, & tonsura incedat; In cæteris
vero, priuilegium nullum sentit. voluit ante ip
sum Iulius Ferret. de Publican. vectigal. & mu-
nerib. num. 531. ante ipsos Speculat. in tit. de
cleric. coniug. in fin. faciunt notata per Lapum
in allegat. 118. Incip. Quæritur. in fin. vbi de
clericis coniugatis verba faciẽs, dicit, quia im-
ponuntur collectæ, & distringuntur bona ad ip
sas soluendas. Ioan. de Vanquel in dicto c. Vni-
co, conclus. 2. de cler. coniug. in 6. vbi postquã

in

in prima conclusione enumerauit priuilegia clericorum non coniugatorum; In secunda dicit coniugatos gaudere solum illis duobus priuilegijs, concurrentibus tamē necessarijs; alijs
11 autem † omnibus minimè. Angel. de Clauas. in summa in §. Clericus. 14. nu. 3. Panor. in c. fin. nu. 8. de vit. & honest. clericor. Ioan. de Firmo de Gabell. par. 7. col. 5. vers. Item verum. Guid. Pap. in Decis. 85. in fin. ibi: Addentes. Ioannes de Amicis in consil. 146. nu. 3. Petr. Duen. regul. 100. limitat. 10. & dixi ad Bellugam in specul. Princip. Rub. 11. §. Videamus. in verb. Coniugati. vbi latè. quem locum refert Petrus Cenedo in Collectan. iuris canonici. parte 2. Collectan. 105. nu. 4. in fin. & dixi latissimè ad eandem pragmaticam in Commentarijs.

Secundò coguntur clerici ad solutionem collectarum, pro bonis emptis, & donatis, maximè dum similia bona, donata, vel empta ab Ecclesijs, vel Ecclesiasticis personis, fuissent per
12 prius collectis, & tributis Regijs † obnoxia, atq; obligata. arg. c. Ecclesiæ. c. Quicunq; 16. q. 1. vbi Ecclesiæ antiquæ, iura Decimarum, atq; aliorum debitorum minimè perdūt, ob translationem in nouas Ecclesias factam. vt habetur in c. Cum contingat. in c. Nuper. extr. de Decim. c. 1. in fin. de pignorib. qui enim vendit, aut donat Ecclesiæ, vel Ecclesiasticis personis,
13 † censetur donare, ac vendere illa iura, quæ ipse habet, & cum eodem onere annexo. l. Qui tabernas. ff. de contrah. empt. sed cum nulli sit dubium, quòd dum bona sunt penes laicos, Re
14 gi † pro illis tributa, & collectas persoluunt. l. 1. vbi gloss. C. In quib. caus. pign. vel hypoth. tacit. contr. l. 1. in fin. vbi glos. Si propt. pub. pensitat. Bal. in Pace Constantiæ. in verb. Nos Romanorum. Paul. de Castr. in l. apud Iulianū. § Hæ res. ff. de leg. 1. Barthol. Socin. in consil. 311. colum. fin. volum. 2. Angel. in consil. 206. inter ordinamenta. colum. 1. Idcirco dum penes Ecclesias, & personas Ecclesiasticas tran
15 seunt, cum annexis iuribus, atq; solitis † oneribus per trāsibunt. Bald. in consil. 148. Præmisso statuto. vol. 1. Bona enim semel in collectis
16 ascripta, cum eodē onere † ad Ecclesias transferuntur. Archidiac. in c. Si tributum. 11. q. 1. Dyn. Iacob. Butrigar. & Salycet. in l. Placet. C. de sacros. Eccles. Cald. in consil. 2. de censib. & in cons. 7. de constit. Alex. in cons. 130. col. 4. vol. 2. Card. in Cle. 1. oppos. 2. de immunit. Eccles. Iason. in Consil. 83. col. 1. vol. 3. Iulius Ferrett. de Publican. vectigal. munerib. & onerib. nu. 560. Trāseunt etiam cum omnibus suis vitijs. l. Pomponius. §. Cum quis. ff. de acquir. poss. l. fin. C. de exactor. trib. lib. 10. Vbi si prædia fiscalibus functionibus obnoxia, domui Imperiali, Ecclesiæ, vel locis, aut personis, alia prærogatiua munitis alienentur, vt tributarijs functionibus sit consultum, publicè vendi debent facta prius ablatione. Ecclesia verò, aut Ecclesiastica persona, si ignorantes, oneri submissam, emant, vel recipiant, contra vedentes,
17 aut dantes † agere pro interesse non prohibentur. vt in §. Si verò quidam. Auct. de alien. & emphiteosi. l. Vnica. §. Res verò. C. de impon. lucr. descript. lib. 10. Si verò scientes id fecerint, sibi imputent; cum scienti nulla fiat
18 † iniuria. cap. Scienti. de Regul. iur. in 6. Vnde Io. Andr. in cap. 1. de Immunit. Eccles. in 6. dicit: quòd si Ecclesia acquirat possessionem, quæ pro solido, & libra, sit affecta collecta, q̄ transit cum onere suo; quia est onus reale, ad
19 quod tenetur † Ecclesia, & persona Ecclesiastica. vt voluit ibi gloss. in verb. Bonorum. Sequuntur ibidem Philipp. Franc. & Io. de Vanquel in breuiario. Quinimmo Innoc. in d. cap. Non minus. de Immunit. Eccles. dicit; q̄ si Ecclesia acquirat possessionem, ob quam præstatur munus
20 personale, seu militare, puta † hospitium, etiā per Ecclesiam præstandum erit. Ang. in d. cons. 206. col. 1. dicens, q̄ facta impositione tributi, vel collectæ pro tribus annis, & tunc temporis viuebat testator, qui moriēs hospitale reliquit hæredem, q̄ Hospitale tenebitur. Simile est in c. Si tributum. & in c. Magnum. 11. q. 1. vbi dicitur, Ecclesiam teneri ad tributum de posses-
21 sionibus † tributarijs. & habetur in c. Tributū. 23. q. 8. Felyn. in ca. Meminimus. col. 2. in fin. de Accusat. Exceptis prædijs, in quibus fundata
22 esset Ecclesia, quæ sunt † libera. ca. Secundum. vbi Gloss. & cap. seq. vbi gloss. 23. q. 8. Hinc Præposit. in d. c. Si tributum. col. 2. dicit, non esse dicendum, quòd Ecclesia, quæ est mater, & fons iustitiæ, velit negare soluere tributū, & auferre debitum, cui debetur. quod corroboratur ex dicto Christi, dum inquit; reddendū esse, quod Cæsaris, Cæsari; quod Dei, Deo. Matth. cap. 22. Vnde Apostolus Paulus ad Romanos. cap. 13. dicit, esse reddendum omnibus debitum; cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem. Cum non sit à iure extraneum, vt pro rebus collectis, & tributo affectis, Ecclesia, & Clerici te
23 neantur. Hinc Ecclesiam teneri ad onera † ordinaria, merè realia, quę de consensu Principis ponuntur, tenuerunt Bart. Saly. c. & Ias. in l. Placet. C. de sacros. Eccles. & ante eos Archidiac. in c. Placet. 16. q. 2. vbi memoria tenendum est, quod dixit Ias. in d. l. Placet. eam legem non esse correctam per auct. Item nulla communitas. cum d. l. Placet. sit in canonem redacta, & Canonizata in d. ca. Placet. 16. q. 2. & d. auct. Item nulla communitas. loquitur in tributis, & impositionibus extraordinarijs.

Et vltra præfatos iam supra allegatos, hoc idem voluerunt Ioannes Arcamonus in c. Regni. Itē statuimus, quòd clerici. vbi dicit, quòd
24 si prædium † Tributarium donatur Ecclesiæ, tenebitur ad tributū. Matth. de Afflict. in Constit. Regni. Hac edictali. la seconda: Notab. 2. nu. 5.

nu.5. versic. Sic etiam. quo in loco tenuit, quòd
si bona, quæ sunt scripta in Catasto pro colle-
ctis, emantur per Clericos, tenebuntur clerici
pro illis soluere collectas Regias. Idē Afflict.
in Const. Statuimus. la 2. n. 16. Sic etiam tenuit
Petr. Piccollus in forma apretij. in verb. Cle-
rici. vbi dicit, quòd clerici de bonis patrimo-
nialibus, nō debent soluere appretiū, sed de bo
25 nis emptis sic. † Et Luc. de Penn. in l. Hi, qui,
col. 2. C. de Præd. & omnib. reb. Nauicul. lib. 10.
Hoc etiā expeditū est in Regno per Regē Ca-
26 rolū II. in c. Regni. † Itē statuimus, ꝙ possessio-
nes. vbi dicitur: Itē statuimus, ꝙ possessiones q̃
nō sunt Curiæ, vel alijs obligatæ, possint à qui-
buscunq; dari, donari, vel obligari, alias lega-
ri Ecclesijs, dum modo eædem possessiones,
vel res, curiæ non teneantur in aliquo. Si verò
talis obligatio fuerit, propter quam datio, le-
gatio, vel donatio impediri non possit; tunc
res, vel possessiones ipsæ, præfatis titulis, cum
suo onere ad Ecclesias transferantur. Hoc idē
27 cauetur † per Pragmaticam Regis Ferdinandi
factam in anno 1473. die 3. Martij. Sub Rubr.
de cleric. & Diacon. Siluat. qua dicitur; quòd
teneantur soluere clerici, & personæ ecclesia-
sticæ, sicut prius fiebat solutio à venditoribus.
Et quatenus opponeretur; Istud prouisum esse
à Principibus secularibus, qui leges in clerico-
rum, atq; Ecclesiarum præiudicium facere ne-
queunt. Respondetur, hoc idem cautum esse
in Regno per Constitutionem Honorij Papæ
28 I. Incip. Honorius seruus seruorum Dei. † Ad
perpetuam memoriam. Dilectus filius. quæ est
inserta in Pragmatica Regis Ferdinandi Incip.
29 Ferdinandus, Fœlicis memoriæ † Carolus, quæ
est. 2. sub titul. de Cleric. & diacon. Saluat. §. 8.
In quo dicitur. Item, quòd res & possessiones,
quæ non sunt in aliquo curiæ, vel alijs obliga-
tæ, donari possint Ecclesiijs, & legari; sed si ea
obligatione tenentur, propter quam datio, &
legatio, & donatio de iure impediri possit;
hoc casu res, & possessiones huiusmodi, præ-
dictis titulis, cum onere suo ad ecclesias trā-
ferant. Anton. Capicius in inuestitur. Feudal.
§. Feudorum clausulæ. in verb. Collectis. vers.
Clerici. fol. 222. Io. Mauritius in repetit. l. Vni-
cæ. col. 49. vers. Vt quid in patrimonialibus. C.
de Mulierib. & in quo loc. muner. sub lib. 10.
Petr. Duenna in Regul. 100. limitation. 2. & Fol
let. in Const. Prædecessorum nostrorum. nu. 6.
cum duobus seqq. Ex quibus videtur Magistra
tus Regios rectè agere, dum illos cogunt pro
bonis emptis, & donatis ad collectarum solu-
tionem. Quas leges, & si laicas seruare debēt,
vti ab Honorio Pontifice, probatas.

Sunt autem non modica iura, & authorita-
tes, quibus contraria opinio fulciri posset, ꝙ
immo Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ, nec
30 pro bonis emptis, nec † pro donatis, teneań-
tur cum secularibus, & laicis ad Regias colle-
ctas soluendas. vt tenuerunt Nicol. de Neapo-
li, & Sebastian. Napodanus in d. c. Regni. Item
statuimus. Quam opinionem ego latius prose-
quutus sum in consil. 74. per totum. Centur. 1.
in qua ad Clericorum fauorem consului. Hanc
tenuerunt Archidiacon. Io. Andreas, Gemin. &
Philipp. Franc. in d. c. 1. de immunitat. Ecclesię.
in 6. Bartol. in consil. 180. & in l. Rescripto. §.
Sciendum. ff. de Munerib. & honor. Anton. de
Butr. & Ioan. de Imola in cap fin. de vit. & ho-
nestat. cler. Luc. de Pen. in l. Obsistere. C. de An-
non. & tribut. lib. 10.

Tenendo autem, quòd Ecclesiæ, & clerici
teneantur in casu prædicto: declarari potest,
procedere quotiescunq; prædium, vel posses-
sio, quæ ad eos perueniunt, essent antea affectæ
oneri tributi, & collectarum, & sic registratæ,
31 quod onus sit vniforme, & non variabile, † sed
perpetuo simile. vt voluit Abb. Panorm. in d.
cap. fin. num. 12. vers. Tertia opinio. de vit. &
honestat. cleric. & in d. cap. Non minus. col.
3. de immunit. Eccles. Ias. in d. l. Placet. in 2.
lectura. nu. 7. vers. Secundo præmitto. C. de sa-
cros. Eccles. Felyn. in cap. Verum in fin. de for.
compet. Guid. Pap. in decis. Gratianop. 79. An
clerici. Petr. Duen. in dicta Regul. 100. limit. 6.
Angel. in consil. 24. Foller. in dicta Cōstit. Præ-
decessorum. nu. 6.

Secundò declara procedere cum fortè inter
venditorem, aut donantem, emptorem, & do-
32 natarium, esset conuentum de soluendis † col-
lectis per clericum emptorem, vel donatariū:
tūc enim de eisdem bonis, donatis, vel emptis
tenebuntur clerici. Innoc. in d. c. Verum de for.
comp. Ioan. Andr. in d. cap. Non minus. col. 2.
vers. Sed ne tunc. de immunit. Eccles. Bald. in
l. Neminem. C. de sacrof. Eccles. & in auct. Sed
periculum. C. Sine cens. vel reliq. Ioan. de Fir-
mo. in tract. de Gabell. par. 7. col. 6. Astesan. in
summa lib. 6. tit. 30. c. 4. col. 3. Festas. de Æstim.
par. 4. cap. 2. nu. 31. Nicol. Bellon. in consil. 40.
nu. 4. Petr. Duen. Regul. 100. Fall. 6.

Tertiò declara, (& similis est quodammodo
cum præcedenti) procedere similiter in testa-
tore legante, puta aliquod prædium, alicui Ec
clesiæ, vel clerico, cum conditione apposita,
quòd Ecclesia, vel clericus soluant collectas:
33 † quia tunc tenebuntur. vt voluit Petr. de An-
char. in consil. 217. Dubium facit. Felyn. in c.
Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 84. de constit. Lici-
tum est enim cuiq; priuato leganti, aut donan-
ti res suas, imponere conditiones, & onera,
34 quæ sibi videntur, & Ecclesia † donataria, vel
legataria tenebitur obseruare. arg. c. Verum de
Condit. apposit. in tm, ꝙ trāslatis in Ecclesiam
vel Ecclesiasticam personam, bonis, cū illa con
ditione; si onera non soluantur, licitum est lai-
co, authoritate propria, capere. vt tenuerunt
Hostiens. & Ioan. Andr. in d. c. Verum. de for.
compet. Anchar. in d. consil. 217. Felyn. in d.
c. Ec-

c. Ecclesia sanctæ Mariæ,nu.84. Multæ aliæ declarationes, videri possunt apud supra allegatos,quas omittimus .

Ex ijs duabus nouissimis declarationibus, patet,verum dixisse Barrtol. in d.l. Rescripto. §.Sciendum.nu.3.ff. de Mune.& honor.vbi dat cautelam, quòd fiat statutum,vt omnia prædia
35 ciuium intelligantur † tributaria,& deseruiãt indicendarum collectatum causa. Rectè itaq; asseruit sic factum fuisse Perusij; & in Ciuitate Eugubij fuisse melius factum ; quia omnes Ciues donauerunt omnia prædia Ciuitati, quæ illa taxauit pro collectis,& concessit. Nec benè in eum insiluisse Bald. in d. l. Placet. & in l. fin. C. Sin. cens. vel reliq. Panorm. in cap. fin. de vita, & honestat. cleric. Card.in c.Perpendimus.col.30. de sentent. excomunic. Thom. Parpalia.in d.l.Placet.nu.77.quia ex dictis Doctorum, in supra dictis duabus proximis declarationibus, patet, posse fieri per statutum. Et tanto plus,quando in statuto non exprimerentur Ecclesiæ, vel clerici.Cum enim per expressum pactum possit fieri per contractum, vt ecclesia,vel clerici soluant collectas; & sic etiam per dispositionem testamẽtariam, tantum abest, vt fieri valeat per statutum; licita est enim
36 argumentatio à pacto ad statutum. † l. fin.C. de Fideiuss. cum simil.Gloss. in Rubr.C.de Decret. Decur.lib. 10. Florian.de sanct. Petr. in l. Si ædes, in princip.ff. de seruitut. Vrban.præd. Alexand. ad Bartol.in l.Omnes populi. sub q. 4.ff. de iust. & iur. Curti. iunior.in consil.122. nu. 10. Alexand. in consil.50. vol.5. Deci. in l. Nec ex prætorio.ff. de Regul. iur. Marian.Nepos in consil.25.nu.21.vol.1.Maxill.in consuetudin.Bari in Proœm.nu.135.Menoch. in cons. 4.nu.32. vol.1. & Fab. Turrett. in consil. 5.nu. 33.vol.1. Sic etiam de testamento ad statutum
37 valet † argumentum : vt post Bald.voluit etiã Francisc. Veggius. in consil. 63. nu.35. vol.1. Marian. iun. in d. consil. 25. nu.21. vol.1. Vnde quemadmodum fieri potest per pactum, & testamentum, similiter, & fiet per statutum. Vnde rectè dixerat Bartol. quod, & tenuit Angelus in consil.23 Nulla persona,& eundem Bartol. ab impugnantibus vindicauit Io. Maurit. in Rep.l.Vnicæ.col.61.vers.Sed bonè Iuppiter C.de mulier. & in quo loc. mun. sub lib. 10. & antea Bald.in consil.280. præmisso.volum.1. & Barthol. Socin. in consil.12.vol.4.Curti.Iun.in consil.68.vol.4.Andr. Barbat.in consil.1.vol.3. Deci.in dicto c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu.68. de Constit. qui similiter respõdet obiectis contra Bart. Ego tamen id, omniaque Sanctæ Ecclesiæ iudicio, remitto.

Tertiò principaliter Magistratus Regij faciunt,quòd Ecclesiæ, & clerici soluant, quando possessiones,& bona, essent in illis translata in fraudem collectarum, ac onerum Regiarum
38 † functionum.l.Sacrosancta.l. Sub prætextu.C. de sacros. eccles. Bartol. in d.consil. 180. antè ipsum Speculat. in tit. de cleric. coniugat.col. fin. vers. Sed quid si fratres, vbi ponit modum probandi fraudẽ.Quinimmo in casu isto, fraude detecta, teneri ad bonorum amissionem Fi-
39 sco† applicandam.voluit Luc. de Penna in l.fi. in fi.C.de Annon.& tribut.lib. 10. Duen.regul. 100.Fall.6. Vidi multoties Patres donare filijs clericis, ac fratres fratribus, & eo modo curiam Regiam nituntur fraudare,ac vniuersitates: & sic fraudare fiscum procurant in vita,& dum clerici moriũtur Fiscus Apostolicus prætendẽs bona, excluditur ab hæredibus eodem collirio:& sic in vita fraudatur Fiscus,in morte fraudatur Christus.

Quartò, Curia Regia,clericos,qui clericali-
40 ter non viuunt ad collectarum solutionẽ† co-
41 git.per c.Regis Caroli II. incip. Item † statuimus,q̃ clerici,qui clericaliter.vbi volũt Io. Arcamon.Nicolaus de Neap. & Sebastian.Napodanus. & habetur in Bulla eiusdem Papæ Honorij.§.7.Anton.Capic. in inuestitur.Feudal.§. Feudorum clausulæ.in verb.Collectis.vers.Clerici.fol.222.amittunt enim isto casu priuilegiũ
42 † clericale.l. Si qua per calumn.l.Generaliter. C.de Episcop. & cleric. l. 1.C.de Hæretic. Qui enim non seruiunt in diuinis,non debent fructus beneficiorum lucrari,& ad illorum restitu
43 tionem † tenentur tamquam indigni. Vt dicit Bald.in l.1. in princip.C.de His quib. vt in dignis.cap.fin.vbi Gemin.de rescript.in 6.cap.1. Vbi Ioan.Calder.de Cælebrat.miss. cap. Si Canonici.§. Scitum.vbi Gemin. de offic.ordin. in 6. Petr. de Ancharan. in consil.228. primo inquirendum est.Iason.in l.Scriniarios.C.de Testam.milit.Philipp.Franc. in cap.Commissa. §. Porrò.de elect. in 6. dicitur autem clericaliter
44 viuere,qui cunctis relictis, totum † se diuinis ministerijs addicit. Nicol. de Neapoli. in d. c. Item statuimus.

Quintò cogit curia, & clericos, & Ecclesias ad collectarum solutionem, quando eisdem temporariè aliquis vsus fructus relictus esset,
45 † authoritate Angel. in consil.206. Inter ordinamenta. Felyn. in d.c. Ecclesia sanctæ Mariæ. nu.86 & in c. Verum.col.fi.vers. Limita primo. de for. comp.

Sextò easdem Ecclesias, & clericos cogit ad solutionem collectarum, quas laici exigunt
46 inter se pro animalibus, quæ immittunt † in pascuis aliquibus, si forte Ecclesia, & aliquæ personæ Ecclesiasticæ vellent eis vti. Abb. Panor. in cons.6. Casus super quo quæritur. vol. 1. Ias. in d.l.Placet. in 1. lectura.num.19.in fin. & in 2.lectura.nu.25. Nicol. Festas.de Æstimo. par.4.cap.1. num.49.

Septimò Magistratus Regij cogunt clericos ad solutionem onerum feudalium, quæ tenen-
47 tur† à Principe.vt per Hosti. in summa tit. de immunit. Eccles. § A quibus. col.5. vers.Item

hæc

hæc vera. Astesan. in summ. lib. 6. tit. 30. artic. 4. col. pen. Philipp. Franc. in d. c. 1. col. 1. de immunit. Eccles. in 6. Ioan. Fabri in d. l. Placer. nu. 8. Fracisc. de Platea in tract. de excommunic. § 36. nu. 6. Catol. de Grassalio Regal. Franciæ. lib. 2. Iur. 11.

Octauò tenentur clerici, & ecclesiasticæ personæ ad solutionem onerū pro refectione pon
48 tium, & viarum: tunc enim † tendit ad vtilitatem ipsorum, & ad pietatem aliorum: vnde si est imposita collecta pro casibus iam dictis, Ecclesiæ, & clerici tenebūtur. l. Ad instructiones. vbi hoc voluerunt Iacob. Butrigat. Bald. & Salycet. C. de sacrosanct. eccles. Azo in summa tit. de operib. public. in princip. & in summa C. quib. munerib. vel præstat. nem. lic. se excus. & C. de immunitat. Nemin. conced. lib. 10. Anton. Capic. in inuest. feudal. §. Feudorum clausulæ. in verb. Collectis. versic. Clerici. fol. 222. Io. Maurit. in Rep. d. l. Vnicæ. col. 65. C. de mulier. & in quo loc. mun. sub lib. 10. vers. A quo tamen. Ioan. de Amic. in consil. 146. nu. 5. Tho. Grammat. in decis. Neap. 100. nu. 26. Iul. Ferrett. in tract. de publican. & vectigal. nu. 570. & seq. Vn
49 de in refectione Murorum † Brūdusij, Hydrunti, Tarenti, Manfredoniæ, Baroli, Barij in Regno Neapolitano, & Carthaginis nouæ in Hispania, teneri Ecclesias, voluit Alphons. Aluarez in Specul. Roman. Pontific. cap. 63. col. 4. vers. Sed in refectione. Petr. Duen. regul. 100. Falle. 16. M. Anton. Natta in consil. 280. in fin. & in consil. 311. nu. 4. vol. 2. Franciscus Viuius in commun. opin. 42. lib. 2. Ripa in tract. de peste. tit. de remed. ad conseru. vbert. num. 234. & in l. Si se non obtulit. num. 31. ff. de re iud. & respons. 20. num. 5. cum pluribus seq. lib. 2. Benedict. Capra in regul. 95. nu. 69. Cornel. Benincas. de priuileg. paupertat. quæst. 9. Speciali. 6. nu. 21. Francisc. Gratian. in Compend. iuris Canonici. parte 3. distinct. 4. num. 118. & complures alios optimè cumulans nouissimè Petrus Cenedo in Collectan. iuris Canonici 37. nu. 2. parte 1. Barthol. Cæpoll. de seruit. Vrban. præd. tit. de refectione. col. fin. vers. Decimò tertio. vbi inquit, quòd ecclesia, & clerici tenentur ad reparationem murorum, & fortaliciorum, pon
50 tium, † viarum, portarum, & aquæductus Ciuitatis, & similium, arg. l. Ad portus. C. de oper. pub. Bald. in l. Si pendentes. in 2. lect. ff. de vsufruct. Ioan. Petr. Ferrar. in pract. in libell. 1. in Gloss. in verb. Iure dominij, vel quasi. col. fin. Luc. de Pen. in l. Cum ad fœlicissimam. colum. 1. cum multis seq. C. quib. munerib. vel præstat. lib. 10. Vbi latissimè disputat, respondens ad motiua contraria. & Hostiens. in summ. in tit. de immunit. eccles. §. A quibus. colum. 5. vers. Hæc vero. cum seq. Petr. de Anchar. in dicto c. Non minus. Alber. de Rosat. in dicta l. Ad instructiones. Richard. de Media Villa in quolibet 2. quæst. 30. attic. 4. quem refert, & sequitur Astesan. vbi supra articul. 4. Vbi dicit exigi necessitatem, & quod clerici sint diuites. Iacob. de Aren. Bald. & Lambertin. de Ramponib. in d. l. Ad instructiones. Vbi dicunt, teneri Ecclesiam, dum modo muri Ciuitatum fierēt ad ne-
51 cessitatem † ob timorem guerræ, secus si fierent ad ornatū. Sequitur Duen. in dicta Regul. 100. Fall. 16. Quo casu clerici per Episcopum, non autem per Iudicem temporalem cogerentur. Bald. in dicta l. Ad instructiones. Guid. Papæ in decis. 78. An ecclesia.

Non de sunt autem nonnulli, qui tenuerunt contrarium: ecclesias minimè teneri, nec pro refectione murorum, viarum, & pontium, & l. Ad instructiones, fuisse factam à Principe lai-
52 co, qui statuere † non poterat contra Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, nisi fuisset probata per Summum Pontificem. c. Ecclesia sanctæ Mariæ. de Const. c. Benequidem. 95. distinct. & voluit Ioan. Andr. in dicto cap. Non minus. col. fi. dicens, quòd nulla lex, nec Digestorum, nec Codicis, nec Authenticorum, potuit ligare ecclesias. sequitur Abb. Panor. in consil. 3. Videtur, & in cons. 30. Casus, super quo. vol. 1. Andr. Barbar. in consil. 1. volum. 3. Corn. in consil. 72. col. pen. vol. 4. Syluest. de Prier. in summa. §. Immunitas 1. col. 12. in princip. Vbi inquit, hanc esse cōmunem Canonistarū opinionem. Omittam plures alios, huius opinionis assertores.

Tenendo autem primam opinionē vti communiorem, declara illam primo, tunc procedere, & ecclesias, ac clericos teneri ad reparatio
53 nem murorum, † quando vrgeret necessitatis causa ob guerram, vel obsidionem Ciuitatis, vnde timeretur depopulatio, homicidia, & deprædationes: eo enim casu clerici tenebuntur, & Ecclesiæ, maximè pro soluendis stipendijs militum conductorum ad custodiam Ciuitatis. vt supra retuli ex Iacob. Butrigar. Bal. & Lambertin. de Ramp. in dicta l. Ad instructiones. vbi etiam hoc voluerunt Iacob. de Aren. & Cyn. idem voluit Iacob. Aluarot. in cap. 1. §. Illicitas. num. 2. de pac. iur. firm. & asseruit sic factum fuisse in Ciuitate Gratianopoli Guid. Pap. in Decis. alleg. 74. Corn. in d. consil. 72. nu. 16. vol. 4. Nicolaus Festas. de Æstim. par. 4. cap. 1. nu. 25. vbi allegat Castrens. in cons. 423. ex puncto. nu. 4. vol. 2. Duen. in dicta Regul. 100. fall. 12. & Augustin. Berous in consil. 31. nu. 25. vol. 1. Marc. Mantua Dialog De narrat. classe 7. cap. 26. num. 3.

Secundò declara, vbi esset annexum onus rei; puta, quia diceret, vnum quemq; teneri reficere viam, quatenus protendit domus sua:
54 tunc enim † Ecclesia tenebitur. l. fin. ff. de via refic. Bartol. in d. l. Ad instructiones, & Syluester Prier. in d. §. Immunitas 1. post Panor. in d. c. Non minus. de immunit. Eccles. Ioan. Mauritius in d. l. Vnica. col. 70. vers. Qua igitur ratione. C. de Mulierib. & in quo loc. lib. 10. Quo

verò

verò ad pontes, & muros, dicendum est, vt supra.

Nonò principaliter, coguntur clerici soluere collectas, & gabellas, pro rebus negotiationis, ac vsus mercimonij: Clerici enim nego-
55 tiatores † tenentur ad collectas pro illis rebus, vt dicit Specul. de immunit. eccles. in fin. Negotiatio enim clericis est interdicta, cum illos à diuinis ministerijs abstrahat. c. Quamquàm. de censibus. in 6. cap. fin. de vita, & honestat. cleric. & habetur 14. quæst. 4. in summa, & in cap. Negotiatorem 88. distin. Archidiac. Ioan. Andr. Geminian. Philipp. Franc. & alij, in dicto cap. Quamquàm. Frideric. de Senis. in consil. 107. Iul. Ferrett. de publican. & vectigal. num. 572. Andr. Tiraquell. in tertractu consanguin §. 32. Glos. vnica. num. 80. Gregor. Lopez in l. 50. tit. 6. partita prima. Ferdinand. Vasq. de success. progress. lib. 1. §. 10. sub nu. 648. Augustinus Berous in consil. 168. num. 8. volum. 1. Io. Francisc. Pauin. de visitat. parte 1. q. 8. vers. Attendendum est. Io. de Firmo de gabell. part. 7. quæst. 6. num. 11. Panot. in consil. 6. volum. 1. Clericus enim negotiator, vt pestis est fugiendus. d. c. Negotiatorem 88. distinct. Io. Andr. in
56 dicto c. Quamquàm. Quando nō est † negotiatio pro sustentatione vitæ, sed lucri, & cupiditatis causa, quod est illicitū. c. dilecti. Vbi Bernard. & Innoc. extr. de decim. vel ob curam orphanorum, pupillorum, viduarū, vel causarum similium. de quibus D. Tho. de Aquin. in 2. 2. q. 187. §. Ad secundum, dicens hæc verba. Dicitur in decretis, decreuit hæc sancta Synodus nullū deinceps clericum, aut possessiones cōducere, aut negotijs secularibus se permiscere, nisi propter curam pupillorum, aut orphanorum, aut viduarum, aut si fortè Episcopus Ciuitatis, Ecclesiasticarum rerū solicitudinem, eum habere præcipiat. vbi Cardinal. Caietan. prosequitur. quos refert Gulielmus Redoanus de spolijs ecclesiastic. q. 2. num. 43. 45. Latè Iacob. Philipp. Port. in consil. 16. num. 19. cum pluribus seq. Martin. Nauar. in consil. 5. num. 1. titul. de deposi. Petr. Foller. in Const. Regni. De personis.
57 sub num. 7. Nemo enim Deo militans † immiscet se negotijs secularib. Apostol. ad Timoth. cap. 2. aliqua inducit Lelius. Zācus de priuileg. eccles. priuileg. 132. num. 2. & seq. Io. Bernard. Diaz in pract. crimin. Canon. c. 50. Vnde etiam Episcopus pro rebus, quas mercimonij causa
58 ducit, collectam, & gabellam soluere † tenebitur. Io. de Imol. in consil. 183. Visa relatione, in fin. Hinc pro rebus temporalibus teneri sacerdotes ad tributa Regia decreuit Senatus Parisiensis in anno 1287. teste Iacobo Meyero. Annalium Flandr lib. 10.

Cætera, quæ materiam hanc concernerent, tractaui in consil. 74 Centur. 1. hic eadem repetere, iustum non esset, vndè ad ibi scripta relationem haberi volo.

ARGVM. CAP. LXIV.

Prælati Feudatarij præstant Regi iuramentum. Quot iuramentorum in feudali materia species sint? quæ cum alijs, materiam concernentibus amplè enucleantur.

COMPENDIVM.

1 *Prælati in Regnis Catholici Regis habentes ab eo feuda, tenentur illi præstare iuramentum fidelitatis. num. 4.*
2 *Prælati quoad feudum, quod tenent à Principe sunt illo minores.*
3 *Prælati pro alijs rebus non feudalibus iuramentum præstare non tenebuntur.*
5 *Episcopi iurant fidelitatem Imperatori.*
6 *Regalem solum reuerentiam sibi in Episcopis reseruauit Theodoricus Gothorum Rex.*
7 *Iuramentum familiaritatis quod præstant domestici, & familiares Regi.*
8 *Formula iuramenti familiaritatis vbi posita est.*
9 *Domestici, qui sint?*
10 *Vasallus, an dicatur domesticus, & admittatur pro domino.*
11 *Familiarium appellatione qui veniant? nu. 12. 13. 14.*
12 *Familia appellatione qui?*
15 *Caroli Borromei S.R.E. Cardinalis modestia cum familiaribus.*
16 *Seruum puerum appellauit Centuria.*
17 *Philippus Rex Catholicus, etiam subditos, familiares appellat.*
18 *Consiliarij Principum, an familiarium appellatione contineantur.*
19 *Consiliarij ad Principis latus sedere debent.*
20 *Consiliarij Summi Pontificis sedent ad pedes.*
21 *Princeps est de Senatorum numero.*
22 *Iuramentum subditi præstant domino, dum habitant in eius Ciuitatibus, et subditis, & præstatur ratione iurisdictionis.*
23 *Iuramentum præstatur ab habente bona in loco.*
24 *Iuramentū homagij, seu ligij præstatur soli Principi.*
25 *Iuramentum homagij, ac ligij præstans, declarat esse hominem illius tantum cui iuratur.*
26 *Ligius, quasi illius, cui præstatur, ligatus. Iuramentum fidelitatis quod?*
27 *Dominus concedens feudum censetur sibi fidelitatis seruitium reseruasse.*
28 *Vasallus ad iuramenti fidelitatis præstationem tenetur.*
29 *Iuramentum assecurationis quod?*
30 *Intellectus Const. Domini à vasallis.*
31 *Iuramentum assecurationis merum doctorum somnium, cum sit idem cum iuramento fidelitatis.*
32 *Argumentum à rubrica validum est.*
33 *Assecuratio est sequela iuramenti, habens vim à fidelitate iurata.*
34 *Formula iuramenti homagij. nu. 37. & 38.*
35 *Ab homine libero fieri potest iuramentum homagij,* quam-

CAP. LXIV.

PRælati, aliæq; personæ ecclesiasticæ à laicis Principibus feuda possidentes, vt multi sunt in Regnis Catholici Regis, tenebũtur præ-
1 stare eidem Regi fidelitatis † Iuramentum, vt præstant. vt habetur in c. Nimis. de iureiurand. Vnde licet Episcoporum authoritas, maior sit qualibet seculari. vt in c. Solitæ. de maiorit. & obed. Attamen ipsi Prælati tenentes Feuda à
2 Rege, & † sic à Principe seculari, illo respectu, & casu, sunt Principe minores. c. Si Episcopus. vbi gloss. fin. 18. distinct. & notatur in dicto c. Nimis. & ibi per gl. Quia fortè pro alijs rebus, licet temporalibus, non tñ feudalibus iuramen-
3 tum præfatũ præstare non † tenebuntur. vt post Innoc. in d. c. Solitæ. & Hostiens. in d. c. Nimis. voluit Abb. Panor. ibi nu. 1. Idẽ Hostiẽs. in c. Ex diligenti. de Simon. & in c. Veritatis. in fi. de iureiur. & post eum Andr. de Iser. in c. 1. sub nu. 2. vers. Item nota ꝙ quãdo. de noua form. fidelit. dicit, ꝙ Episcopus antecedit Regẽ dignitate, sed si habet feudum à Dño temporali laico, fa-
4 cit ei Sacramentum † fidelitatis, & homagij. Ioan. Blanchi in summa. tit. de sacram. fideli. col. 3. in princip. Ioan. Thom. de Marinis de generibus, & qualitat. feud. lib. 1. titul. 15. nu. 26. ante ipsum Martin. Laudẽs. in c. 1. nu. 16. qualit. iurar. deb. vassall. domin. fidelit. & ante ipsum ibidem. Andr. de Isern. num. 10. & Aluarotus. nu. 4. qui allegat Roffred. parte 8. titul. de offic. iudic. quo subuen. censit. sub Rubricella de Sacramento cuiuslib. vassall. sequitur præposit. de sanct. Georg. in dicto c. 1. col. 4. vers. Quarto an clerici. Qualit. iurar. deb. vass. Anton. Capic. in inuestitur. feudal. §. Feudorum iuramenta. vers. Ecclesia recipiens. Paris de Puteo de reintegrat. feudor. cap. 250. An si aliquis num. 7. fol. 157. Francisc. Bursat. in consil. 4. nu. 11. vol. 1. Iacobin. de sanct. Georg. in inuestitur. Feudal. §. Qui quidem inuestiti. num. 7. Paris de Puteo de syndicat. titul. de regum, & Princip. excessib. num. 14. vers. Septimodecimo. Arnulphus Ruzeus de iure Regalior. Priuileg. 11. num. 14. Priuileg. 37. num. 1. Priuileg. 43. nu. 14.
5 Sic etiam Episcopi iurant fidelitatem † Imperatori. glos. in c. Nullus ex Ecclesiastico. 22. q. 5. Sic modestissimè Theodoricus Gothorum rex (à quo Philippus Rex Catholicus per matris lineam genus ducit) in Episcopis solam si-
6 bi Regalem, quam † exhibere debent reuerentiam, reseruauit. vt in cap. Concilia. § Hinc etiam 17. distinct. quem sequitur Bartholom. de Cassæn. in Catalogo Gloriæ mundi parte 4. considerat. 28.

Plures tamen iuramentorũ species ego tradidi de Magistratuum Edict. lib. 1. c. 12. Nunc verò, faciendo auctarium, vt in hoc ordinatè procedam, hunc ordinem seruabo. Primò quærere, Quot sint iuramentorũ à vassallis præstandorum species, & quis illas præstare teneatur? Secundò, quæ sint illorum formulæ, & præsertim iuramenti fidelitatis, de quo agimus, & an præstetur per Procuratorem? Tertiò an iuramentum fidelitatis debeat præcedere inuestituram feudalem? Quartò, an tale fidelitatis iuramentum remitti valeat? Quintò, an ipsa fidelitas, possit remitti? Sextò, an fidelitatis iusiurandum, sit de feudalis inuestituræ substantia?

Quoad primum, dicendum est, sex esse iuramentorum species, quæ domino à vassallis, ac subditis præstantur.

Prima iuramēti species dicitur familiaritatis,
7 †quod præstare debebunt domestici, & familiares Principi, seu Regi, licet non teneant feudū aliquod ab eodem Principe; vt sunt Secretarij, Cancellarij, Consiliarij, Camerarij, Cubicularij, Pincernæ, Dapiferi, ac similes. de hac
8 †Iurisiurandi formula loquitur tex. in c. 1. §. Si verò qualit. iurar. deb. vass. Dño. vbi Andr. de Iser. Domestici enim dicūtur, qui in eadem domo sunt, & nobiscū habitant. l. Pręsenti. §. Sanè. vbi glos. C. de his, qui ad eccles. confug. l. 2. ff. ad Senat. cons. Syllan. Bartol. & Bald. in l. Respiciendum. §. Furta. ff de Pęnis. vbi appellan-
9 tur† domestici, serui, liberti, & mercenarij, qui operas suas locarunt. Similiter dicūtur domestici, vltro vxor, filij, vassalli, mercenarij, quibus quis imperatur, ratione reuerentiæ, obedientiæ, potestatis Dñicæ, ac iurisdictionis. l. Idonei. vbi gl. ff. de testib. Licet dubium in vassallo, an dicatur domesticus, & admittatur ad testi-
10 monium† pro Dño. de quo Matth. de Afflict. in decis. Neap. 304. Thom. Grammat. in consil. ciuil. 12. nu. 18. Vnde Aristoteles Politicor. lib. 1. cap. 3. Domum, ac familiam constituerit constare, viro, vxore, liberis, ac seruis. Familiarium
11 † etiam appellatio, eosdem compræhendit, quia in ijs venit paterfamilias, materfamilias, filiusfamilias, filiáfamilias, nepotes, neptes, & deinceps: & familiares dicūtur, qui ex eodem sanguine sunt, vt Fabiorum, Corneliorum, & similium: sic serui, liberti, & famuli salariati, ac stipendio conuento operātes. l. Pronunciatio. §. Familiæ. ff de verb. significat. l. fin. C. eo. titul. Vlpianus in Fragmentis, titul. 28. de possessionibus dandis. §. Intestati. & habetur in §. Quinto. §. Cumq;. instit. de bonor. possess. Basilicon Synops. lib. 44. tit. 3. cap. 104. l. Quod si nobis. §. Idem pędius. l. Ædiles. §. Familiæ. ff. de edilit. edict. l. Qui in adoptionem. ff. de adopt. l. Detestatio. ff. de verb. signific. l. Species. ff. de aur. & argent. legat. quæ loquitur de vernis. Iustinianus in Nouell. 60. Hos libertos dicit Iacobus Cuiacius. obseruat. lib. 10. cap. 17. l. Cum de. C. de donat. l. Prædia ff. de fund. instruct. l. 3. l. In adulterij. C. de adulter. l. Si familia. ff. de iurisd. omn. iud. l. Illud. ff. Ad leg. Aquil. In quibus iuribus promiscuè traditum est familiares
12 dici, ac familiæ † appellatione venire, virum, vxorem, dominium habentem, liberos, filios, filias, nepotes, neptes, libertos, ac seruos. de quibus omnibus eleganter scripserunt, ac alia nō parum multa Ioan. Brechæus in dicta l. Pronunciatio. §. Familiæ. Sed & elegantissimè ibidem Gulielmus Fornerius. & antè eos Frācisc. Connanus Commentar. iuris ciuilis. lib. 9. cap. 1. nu. 5. Ex quibus apprimè notandum censeo, &
13 obiter, familiares apud antiquos† dictos etiā seruos; & dominos, etiam illorum intuitu, patres familias appellatos. Vnde miratur Seneca ad Lucillum lib. 6. Epistol. 47. dicens; Ne illud quidem videtis, quàm omnem inuidiam maiores nostri Dominis, omnem contumeliam seruis detraxerint: Dominum, patrem familias appellauerint; seruos, (quod in mimis adhuc durat) familiares. Instituerunt diem festum, non
14 quo solum Domini † cum seruis vescerentur, sed quo vtique honores illis in domo gerere, ac ius dicere permiserunt; & domum Rempublicam pusillam esse iudicauerunt. Quàm optimè ætate nostra id gessit Carolus Borromeus
15 †Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis amplissimus, qui singulis hebdomadis, stata die cum omnibus familiaribus, nec etiam ijs omissis, qui infima seruitia gerebāt, grato animo, in eadem mensa, pijssima, ac integerrimo affectu comedebat, & tunc non solum sibi ab alijs ministrari nō permittebat, quin ipse ijs ministrabat, humillimos Christi Dñi actus imitando. Macrobius lib. Saturnalior 1. c. 11. Nam nostri maiores (inquit) Dñis inuidiam, omnem seruis contumeliam detrahentes; Dominum, patrem familias: seruos, familiares vocauerunt. Quod refert Hotoman. in Comment. verbor. iuris. §. Familiares. & Fornerius in loco supra addu-
16 cto. Huc pertinet illud Centurionis, qui† appellauit, seruum puerum: Puer meus iacet in domo Paraliticus. & post modum iterum. Domine non sum dignus, vt intres sub tectū meū, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. habetur Matthæi cap. 8. Ioan. cap. 4. Lucæ c. 7. Sic Philippus Rex Catholicus, appellat fami-
17 liares etiam † subditos, quibus, iura, priuilegia, & immunitates familiarium suis diplomatibus concedit. Et sui Consiliarij, & seruientes personæ, vti stipendio, aut gratitudine Principum familiæ appellatione veniunt, tamquàm
18 ad eius latus† militantes. l. Quisquis. C. ad leg.
19 Iul. Maiestat. Vnde ad eius latus † sedere debent. vt dicit Bartol. in l. Iurisperitos. ff. de excus. tut. Secus in Consiliarijs Summi Pontificis,
20 qui sedent ad pedes, & quandoque† isti Consiliarij Principes appellantur. l. 1. C. si qua. præd. potest. Paris de Puteo de syndicat. titul. de excess. Consiliarior. nu. 9. & seq. Sunt enim
21 pars Principum: ipse enim Princeps est † de Senatorum numero. l. Ius Senatorum. C. de dignit. lib. 12. Martin. Laud. de Consiliarijs Princip. §. 1. & §. 26. Nicol. Boer. de Auth. magni Concil. ad Ioan. Montaigne. nu. 129.

Secunda iuramēti species illa est, quam præstant subditi suo Domino, dum habitant in eius Ciuitate, vel oppido eius dominio subie-
22 cto. & hoc † præstatur ratione iurisdictionis: de quo Andr. de Isern. in c. Imperialem. §. Præterea si duo. nu. 46. de prohibit. feud. alien. per Frideric. ad quē locū se refert idē Andr. in c. 1. nu. 4. vers. Itē, & qui habitat in terra. qualit. vassal. iurar. deb. & in c. 1. §. Inuestitura. sub nu. 2. vers. vassallus ergo. de noua form. fidelit. argumēto. illius textus. & idē voluit Hostiēs. in d. c.

Ex diligenti. de Simon. sequitur Guid. Pap. in decis. Gratianop. 307. vbi dicit, hoc obseruari fecisse ab hominibus suis sancti Albani. Bald. ante eum in l. Vnica §. Ne autem. num. 20. C. de caduc. tollen. Ant. Capic. in inuest. feudal. §. Feudorum iuramenta col. fin. vers. Vide tamen eundem in decis. Neapol. 9. per totum.

Tertia species iuramenti, quæ præstatur ab hominibus, qui habent ibidem bona, ac res burgensaticas, quia præstant iuramentum domino loci, in quo res sitæ sunt. Andr. de Isern. in dicto cap. 1. §. Inuestitura. num. 2. sub vers. Vassallus ergo de noua form. fidelit. allegat text. in dicto cap. 1. Qualiter iurar. deb. Anton. Capic. in dicto. §. Feudorum iuramenta. colum. 3. vers. Item omnes habentes. Sed contra Andr. tenuit Luc. de Penna in l. Deuotum. col. 2. C. de metat. & epidim. lib. 11. Iacobin. de sanct. Georg. in inuestit. Feud. in verb. Qui quidem inuestiti. num. 9.

23

24 Quarta species, est iuramentum homagij, siue ligij, quod præstatur soli Principi, † videlicet Pōtifici, Imperatori, Regi, ac Principi. Hostiens. in dicto c. Ex diligenti. And. de Isern. in dicto c. 1. §. Inuestitura. sub num. 2. vers. Homagium verò & plenius, quàm alibi, habetur per Specul. in tit. de feud. §. Quoniam, siue est rubricell. de homagijs, & fidelitatibus. num. 1. 4. Qui dicunt, eum qui simile iusiurandum præstiterit, fieri hominem illius ligium, cum in iu-

25 ramento † huiusmodi nemine excepto, contra omnes mundi homines, promittat: & inde di-

26 catur Ligius, quasi † illius, cui iuramentum præstitum fuit; subditus, & ligatus. argum. tex. cū gloss. in Clem. Pastoralis. de re iudicat. Specul. vbi supra. Aluarot. in dicto c. Imperialem. §. Fi. de prohibit. Feud. alien. per Frideric. Abb. Panor. in dicto c. Ex diligenti. nu. 1. de Simon. Bald. in consil. 291. vol. 2. Io. de Anan. in cons. 7. col. 3. Guido Pap. in consil. 213. & in decis. 309. Ioan. Berber. in viator. iur. parte 2. titul. de Feud. quæst. 2. nu. 23. Iason in Prælud. Feudor. nu. 106. Capic. in inuestit. feudal. §. Feudorum homagia. col. 1. vers. Homagij iuramentū. Masuer. in pract. titul. de feud. num. 15. Barthol. de Cassæn. in consuetud. Burgund. tit. des Fiefz. §. 3. in verb. Et homage. Ioan. Sanxon in consuetud. Turonens. Rub. Comment. Homage. artic. 1. conclus. 23. Iacob. Menoch. in consil. 2. nu. 24. 25. vol. 1. & inferius declarabo Ligium.

26 Quinta species est iuramentum † fidelitatis, quod à vassallo feudum habēte à suo domino, præstatur. de hoc habetur in dicto c. 1. Qualiter vassal. iur. deb. domin. & in c. 1. de form. fidelit. & in c. 1. de noua form. fidelit. Dominus enim feudum concedens, fidelitatis seruitium sibi

27 censetur † reseruasse, & idcirco præstādum est. Andr. de Iser. Bal. Aluarot. præposit. & alij in dictis c. 1. Qual. vass. iur. deb. & in dicto c. 1. de forma fidel. & in d. c. 1. de noua forma fidel. Frācisc. Aret. in cons. 14. Corn. in cōs. 16. in princ. vol. 1. Deci. in cons. 11. col. 3. Martin. Laudens. in d. c. 1. de noua form. fidel. Capicius in dicta inuestitura. §. Feudorum iuramenta. col. 2. vers. Iurare debent fidelitatem dño terræ, in primis Feuda ab eo tenentes. Iacob. de S. Georg. in inuestit. Feud. §. Quiquidem inuestiti. num. 1. Io. Berber. in viator. iuris tit. de feud. nu. 39. Masuer. in d. tit. de feud. sub nu. 4. in fin. Cardin. Paris. in cons. 23. nu. 19. vol. 1. ante ipsum Alex. in cons. 30. col. 9. vol. 1. quem refert, & sequitur Io. Cephal. in cons. 151. nu. 24. vol. 2. Ante ipsos Iacobus de Ardizon. in sūma feud. p. 2. c. 142. Supra dictum est. Afflict. in d. c. Imperialem. §. Istud. nu. 27. Vbi inquit: Vassallum sine feudo

28 esse non posse, & † ideo vassallum habentem Feudum, teneri ad huiusmodi iuramenti præstationem. Curt. iunior. in tract. Feudor. par. 2. q. 2. Vdalrich. Zas. par. 7. Guliel. Hannetonius iuris Feud. lib. 1. cap. 9. nu. 1. Francisc. Duarenus in consuetud. Feudor. c. 13. nu. 1. Petr. de Bella pertica. in tract. Feudor. tit. 2. nu. 2. cum pluribus seq. Rol. à Valle in consil. 53. nu. . . vol. 2. & in consil. 90. nu. 29. cum pluribus seq. vol. 4. Io. Ferrar. Montac. in vsus Feudor. lib. 3. cap. 7. Francisc. Sonsbec. iuris Feudorum. p. 11. nu. 3. 4. Anton. Sola in decret. Sabaud. in Decreto. Rempublicam. parte 1. glos. 3. nu. 13. 14.

Sexta iuramenti species, est iuramentum assecurationis, quod præstatur à domesticis, &

29 familiaribus † Regijs, aut Principis, atq; habitatoribus sub eius iurisdictione. de quo in d. c. 1. qualit. vassall. iur. deb. Iacobin. in d. §. Qui inuestiti. nu. 5. 6. Io. Ferrar. Montan. in vsus Feud. lib. 3. c. 7. in fin. Paris de Puteo de reintegrat. feud. cap. 245. nu. 7. 8. fol. 135. & in Regno, de

30 hoc habemus. Cōst. Domini † à vassallis. quæ in specie loquitur de iuramento assecurationis. Capic. in decis. 9. nu. 6. Sed hoc iuramentum, dico fuisse merū doctorum somnium, quia est

31 idem, ac † iuramentū fidelitatis, & ità illud nominat text. in d. c. 1. ibi, Ideo iurat fidelitatem. Tanto plus, quia est positus sub Rub. qualit. vassall. iur. deb. fidel. & sic potest argui à Rubr.

32 Quod † argumētum in iure validū est, ac licitū. l. Imperator. cū simil. ff. de in diem adiect. Perperam enim fecisset Iurisconsultus in rubrica proponere iuramentum fidelitatis, & demum illo omisso, tractare iuramentū assecurationis, à lingua Latina tam alienū. Vnde tam iuramentū hoc, q̄ illud, qđ præstatur ab habitatoribus, & ipsis domesticis, dico esse idē cū iuramento fidelitatis; qa id non facit assecuratio, sed ipsa

33 assecuratio † est sequela vim habēs à fidelitate iurata, sub qua dñs redditur tutus, & securus.

Quoad secundum quæsitum, (vt ordinatè in hac re procedamus) videamus prius de formu-

34 la † iuramenti homagij, quæ præstatur Principi supremo, quam Bald. in cap. Quæ in ecclesiarum. de Constit. dicit esse præter naturam,

 atq;

35 atq; dici quādam seruilem† subiectionē, præsertim in homine libero: Ab homine autem libero fieri posse, salua libertate, scribit Io. Ferrar. Montan. in vsus Feudorum. lib. 6. c. 1. vers. Homagium itaq;. Inducēs obligari Dominum ad illius protectionem, & ad alia, quæ prius
36 †annotauerat Specul. in tit. de Feud. §. 2. nu. 6. cum pluribus seq. Qui ibidem nu. 2. hanc tra-
37 didit formulam EGO. N. † ex causa homicię, siue Homagij, promitto tibi P. esse perpetuus tuus homo, & stare cum meis hæredibus ad tuam maiorem Signoriam, & præstare tibi annuatim tale, ac tale seruitium, constituens, ac confitens me tuum esse hominem; & deinceps me in tui possessione, tamquàm Domini, esse, & stare in tali loco, vel alibi vbicunq; me volueris. Apostillator ad speculator. dicit hāc formam esse Rolandini Rodulphini Bononiensis. Re uera tamen illa non est, sed forma iuramenti fidelitatis. Tamen in istis seruantur locorum consuetudines, quæ solent esse diuersæ. l. Si publicanus. §. 1. ff. de publican. Andr. de Isern. in dicto cap. 1. §. Inuestitura. num. 9. de noua form. fidel. Hanc tamen iuramenti de homagio formulam, sequitur. Martin. Laudens. in cap. 1. num. 52. de his, qui feud. dar. poss. Alia
38 verò est formula, †quā tradidit Andr. de Isern. in dicto. §. Inuestitura. sub num. 2. vers. Homagium vero, quę ità se habet. EGO. N. Iuro Homagium tibi Domino P. vt à modo sim homo ligius vester. Inducit Specul. in dicto §. Quoniam. num. 6. plura ad probandum, quòd præstatio iuramenti Homagij, non sit libertatis priuatio, & inter cætera, quòd potest quis, scri-
39 ptura † interueniente constituere se ascriptitium. vt in l. Cum scimus C. de agricol. & cens. lib. 11. Quæ verba non resoluunt dubium, quia ascriptitij sunt serui per descriptionem facti; quinimmo peioris cōditionis, quàm serui, cum
40 non possint matrimonium† contrahere cum libera l. fin. C. de agric. & censit. lib. 11. & habetur in Nouella 22. vbi hoc eleganter tradidit Iacob. Cuiac. col. 4. Hique ascriptitij sunt vil-
41 lani, & rusticissimi, † vt Festus Pompeius refert. Quia isti ideo obligantur, tamquàm vilissimi, qui trahi non possunt ad exemplum nobilium, qui præstant homagium ipsi supremo Principi. Dicūt insuper, posse quempiam per-
42 petuò se obligare Religioni diuinę. †c. Omnes fœminæ 27. q. 2. Et tamen religioni se dicare
43 †seruitium est. c. Multos 54. distinct. Ijs tamen responderi poterit, hoc oppositum, non militare, quia seruire Deo, non solum non est ser-
44 uire, † sed regnare, ac Dominari: & ideo potest quis eius seruitio perpetuo obligare: vt post multos, quos allegat, voluit Vincent. Carrocius de locat. & conduct. par. 1. tit. de operibus perpetuis. num. 6. Vnde, nec ego censeo præstantem iuramentum homagij, libertati
45 † suæ præiudicium facere; non enim illa iurata, pollicitatio seruilis est, sed tutelæ, defensionis, & obedientiæ signum, quam suo superiori, ob beneficij concessionem ille promittit, qua obligatur id facere, etiam iure diuino ex dicto Petri 1. cap. 2. Obedite superioribus vestris, non solum bonis, & modestis, sed etiam discolis. de quo latè dico de Magistratuum edictis. lib. 3. cap. . Sed redeundo ad rem, de qua agimus; dicimus homagium appellari, aut
46 potius hominium.† Hostiens. in c. Si diligenti. de censibus in cap. Nimis. & in cap. Veritatis. de iur. iur. in cap. fi. de regul. iur. Andr. de Iser. in Const. probationum defectum. vers. Homagium. Paris de Puteo de reintegrat. feudor. cap. 245. Nunc videndum est. nu. 5. fol. 135. dicens appellari ligium, quia ligat ad perpetuam
47 fidelitatem† domino. Nec est verbum cognitum de iure Feudorum, sed benè de iure Ca-
48 nonico.† Clem. Pastoralis. de re iudic. cap. Ex diligēti de Simon. Andr. de Isern. in dicto c. 1. de noua for. fidel. Afflict. in Const. Si vassallus à
49 Domino. nu. 28. est autem hoc verbum† Gallicum, quod apud Italos vassallagium appellatur. Specul. in tit. de feud. §. Quoniam. num. 5. Et respectu iurantis appellatur homo ligius, quia, vt diximus, dicitur homo ligatus seruitio
50 domini: vel ligius, quasi legalitatem † continens: vt inquit Speculat. vbi supra. nu. 4. in fin. Vnde homagiū sic diffinitur à Fran. Hotoman. in disputat. Feudistica. cap. 24. in princip. Ho-
51 magium est veneratio, quam† vassallus patrono, propter beneficium acceptum, tribuit; cum se eo nomine, hominem, id est, clientem ipsius fore profitetur. Ex verbis autem Speculat. homagium dici vassallagium, rectè arbitror dixisse Francisc. Hotoman. vbi supra. c. 7. In ma-
52 teria, de qua agitur, hominem† ligium appellari, eum, qui præstat homagium, quod lingua Germanorum, vassum, & vassallum dicūt. Quibus in hoc Regno Neapolitano ad stipulatur
53 Const. Probationum † defectum. Vbi Fridericus Imperator ait: Ipse autem hominem nostrum esse contendat. Quod clarius redditur ex illo Albert. Crantij in Noruegia. lib. 4. cap. 7. vbi de Roberto ait: Et Guiscardus se se constituens ecclesiæ Romanæ vassallum, vel (quod eius Regionis verbum est) ligium Romano Pontifici, quæcunque peterentur præsidia mittere, ac quando opus videretur, cum omnibus copijs, afferre spópondit præsidium. & cap. 9. inquit: Quo in conuentu Robertus ligium se (quod eius regionis verbum totalem significat subiectionem) Pōtifici, & Eccle-
54 siæ iterum fecit, & B. Petri† vexillo à Pontifice donatus est. & c. 12. Rogerius Melphi ad Vrbanū Pontificē se contulit, & Ligiū se, ac vassallū Ecclesiæ Romanæ, obligans. Ducatus, & Paternæ successionis confirmationem ab illo obtinuit. de quo Carolus Sigonius de Regno Italiæ. lib. 10. Anacletus (inquit) optatissimam

occa-

occasionem adeptus, auidè arripuit: ac re cõposita Beneuẽtum profectus. V. Calẽdas Octobris, ipsum præsentem Siciliæ Regem, Apuliæ, Calabriæq; Ducem, Capuæq; Principem declarauit; ac Feudatarium, siue Hominem (vt vocabant) Ligium Ecclesiæ, confirmauit. & idẽ Sigonius ibidem lib. 11. Rogerius Innocentiũ custodia, Innocentius Rogerium contracta noxia, exoluit. Et ne vlla in futurum belli materia superesset, ipsum Regem Siciliæ, Ducem Apuliæ, & Calabriæ, & Principem Capuæ appellauit, atq; hominem (vt vocabant) Ligium Ecclesiæ confirmauit. & Aimonius. lib. 5. Historiar. cap. 53. Vnde Rex volens (inquit) omnes iustè, ac rationabiliter manutenere, & vnicuique ius suum conseruare, cum magno exercitu Northmanniam aggrediens, & eum pro eadem terra in hominem Ligium accepit. & Antoninus Florẽtinus Histor. par. 2. tit. 17. §. 1. Factus est (ait) ibidem Comes Bertrandus Regis Hierosolymitani homo leugius. Et sic facta est compositio vocabuli vnita, ex homine, & ligio, & quandoq; etiam separatim facta est horum appellatio. Et iterum idem Antoninus c. 9. §. 31. Eodem anno Rex Philippus cum Rege Angliæ colloquium habuit, submonens illum, vt tamquam suum hominem leugium, vt pro Comitatu Pictauensi, & Andegauensi, & pro Ducatu Aquitaniæ, veniret Parisios. & de Arturo Anglo idem Antoninus in d. §. 31. Tradens ei Comitatum Britanniæ, Pictauensem, & Andegauensem, & sic in perpetuum eum hominem leugium accepit. & iterum cap. 8. §. 3. Tũc visum est arbitris, quòd Dominus Princeps apud Imperatorem accederet, atq; cum debita solemnitate debitam homoleugiam exhiberet, & ligiam sibi fidelitatẽ præstaret. & Sigebertus in Chronico anni. 1176. Rex Scotiæ pacificatus est cum Rege Angliæ, hoc modo: Fecit ei Homagium, & ligantiam de omni terra sua, vt proprio Domino. Albert. Crantius in Vuandalia. lib. 3. cap. 36. Apud Cæsarem immẽso auro in satisfactionẽ, & Hominio (quod nunc vocant Homagium) præstito, indemnitatem coemit. Extat etiam Epistola Emanuelis Comneni Imperatoris Cõstantinopolitani ad Fridericum Imperatorem apud Albert. Crant. in Saxonia. lib. 6. cap. 37. Sultanus (inquit) Imperio nostro se dedidit, & missis legatis, misericordiam postulauit, fecitq; Imperio nostro Hominium, & iuramenta: pollicitus est seruire nobis aduersus omnem hominem cum exercitu, ità vt sit amicorum nostrorum amicus, & hostis inimicorum. Et de Gulielmo Siciliæ rege inquit Carol. Sigonius de Regno Italiæ. lib. 12. Ad ædem sancti Martini exijt, (de Pontifice Adriano loquitur) atque ibi, Gulielmum ad pedes procidentem in gratiam recepit, & Ligium de more Homagium facientem, Regem Siciliæ, Ducem Apuliæ, & Calabriæ, ac Principem Capuæ confirmauit.

Is, qui præstat Homagij, seu Ligij iuramentum, illius Principis, solus homo est, nec enim
55 † duorum Principum Ligius esse potest insolidum. l. Si vt certo. §. Si duobus vehiculum. ff. commodat. Specul. in tit. de feud. §. Quoniam nu. 23. Andr. de Isern. in d. cap. 1. §. Inuestitura sub nu. 2. vers. Hoc non fit. de nou. form. fidelit. optima gloss. in d. clem. Pastoralis. in verb. Homoque ligius. de re iudic. Bald. in Auct. Hoc amplius. sub nu. 8. C. de Fideicommiss. faciunt notata per Alexand. in consil. 118. nu. 5. vol. 5. & post alios Lud. Roman. in consil. 47. nu. 6. & per totum. sequitur Sigismund. Loffred. in Paraphrasi Feudor. in d. c. 1. col. 1. vers. Hic igitur titulus. de Noua for. fidelit. Anton. Capic. in Inuestitur. Feudal. §. Feudorum Homagia. vers. Ligium, seu homagium. post Iacobin. de sanct. Georg. in Inuestitur. Feudal. in verb. In Feudũ. Diuision. 7. Quia iuxta illud Euãgelicũ Matth. cap. 6. Nemo potest duobus Dominis seruire. Iacob. Menoch in cons. 2. nu. 24. & seq. vol. 1. Et quando quis est ligius duorum, semper intelligitur excepta authoritas maioris,
56 † ac primi, & habentis ius potentius. vt concludit Lud. Roman. in d. consil. 47. post alios. quàmquam quando hoc modo exciperetur authoritas superioris, non censerem dici verum Homagij iuramentum.

Iuramentum homagij, ac ligij fit, & præsta-
57 tur flexis genibus coram † Principe, complicatis manibus, cum manibus dñi. vt dicit Andr. de Isern. in dicto. §. Inuestitura. Capic. vbi supra. Nicol. Boer. in Consuetud. Bituricens. tit. Des costumes des Fiefz. §. 3. col. fin. & sic vsu fuisse in hoc Regno, ac ipsum ità vidisse, scribit Marin. de Caramanico Glossator in Const. Regni. Domini à vassallis. in verb. Domini. circa finem. Iurisiurandi huiusmodi formulam, seruari solitam in Regno Neapolitano illiusq; exemplum nobile proferam, relatum à Pandolpho Collenucio Histor. Neapolitan. lib. 7. quod
58 est tale. † Ego Vrsus Vrsinus Nolæ, & Atripaldæ Comes, Dominus Asculi, Lauri, Foreni, & eorum territoriorum, tibi Ferdinando Regi, tuisq; filijs, & successoribus in Regno Neapoli, promitto, pro me, filijsq; meis, ac successoribus in eisdẽ Ciuitatibus, terris, ac finibus meis, esse fidelem; & dictos meos hæredes, & successores futuros fideles, tuis mandatis, tuorumq; hæredum, ac successorum omni loco, ac tempore obsequentes; & cum meis Ciuitatibus, Castris, populis, & confinibus, me futurum erga te in fide, & amore constantem. Et si quãdo intellexero, aliquẽ contra, & aduersus te, & tuos hæredes, insidias, vel proditiones moliri, tibi, tuisque manifestaturum. Et vltimo loco, omnia erga te, tuosq; officia facturum, & operaturum, domi, forisque, pace, & bello, erga tuos inimicos, & hostes, & pro tui Regni beneficio

ea me acturum, quibus naturæ legibus, & Homagij rationibus, bonus, ac fidelis vassallus obstringitur. Ità me Deus adiuuet, & hæc sanctæ Euangelia, per quæ scienter, ac mea spõte, nec astrictus, iuro. Interim Rex erat sedens in Regali solio eleuatus, inter magnos Principes, ac Barones positus, circumstabãt Magistratus suo loco stabiliti, Purpureis clamydibus ornati, ad pedes dextra manu, Genuflexus erat Regis Secretarius, læua Ciuitatis prælatus maior, in sinu Regis sacrorum Euangeliorum librum sustinens, in quorum medio Genuflexus stabat Vassallus, iuramentum faciens, cum vtraq; manu librum tenens, ipsas supra librum expãsas, Rex intra manus suas complicabat, iterumq; vassallus reperebat. Ego cum meis filijs, & successoribus, Ferdinãdo meo Regi, ac Domino, suisq; hæredibus, & successoribus, me constituo, ac Dono. Quibus verbis ter repetitis, osculabatur manus Regis: Ille autem osculum illi præbebat in facie. Subiungit ibi Collenueius. Hic est mos iurandi fidelitatem Regibus Neapolis, ab his, qui sunt illorum Ligij, quia dum colligantur digiti iurantis à digitis Regis, intelligitur illum suæ fidei, ac obediẽtiæ colligasse,

Ex his videtur, non esse contemnendam opi
59 nionem Francisci Hottomãni † de verbis Feudalib. §. Liga. qui à liga dicit ligium appellari; quasi eo iuramento ligatus (vt supra dictum est) sit Dominus, & vassallus. Protulit ad hunc effectum, exemplum relatum ab Alberto Argẽtinensi in Chronico. Inter Principem (inquit) & Francum interpositis iuramentis, & confectis literis, liga perpetuò est confirmata; Marchio cum Mastino Veronensi ligam contraxit, eiusq; filio suam filiam desponsauit. Sed Stephanus Forcatulus in commentar. feudor. cap. 3. sub nu. 1. censuit Ligium dici à Francorum
60 Regum † Lilijs, & quòd Gallicè, Lilium, Liz dicitur, & inde ligium appellatur. Cuius dictum miror à tanti viri ore prolatum, qui non iuris modo, sed antiquitatũ, erat diligens, atq; acerrimus perscrutator: quod quantum à vero distet, mea censura refutari non indiget.

Homagij iusiurandum præstatur, pro rebus
61 tantum temporalibus, non autem pro † spiritualibus, Indignum est enim, & à Romanæ Ecclesiæ consuetudine alienum, vt pro spiritualibus facere quis Homagium compellatur. c. fin. extr. de regul. iur. quia omnis promissio esset Simoniaca c. Ex diligẽti. extr. de Simon. Andr. de Isern. in d. §. Inuestitura. nu. 2. vers. Hoc non fit. Capic. in d. §. Feudorum Homagia. col. 1.

Effectus iuramenti Homagij inter cæteros
62 hic est, quòd omnia † bona vassalli, non feudalia solum, sed Burgensatica, sunt sub illius Domini iurisdictione, cui iuramentum præstiterit. Specul. in tit. de Feudis. §. 2. nu. 33. Anton. Capic. in Inuestitur. Feudal. §. Feudorum Homagia. col. 2. vers. Effectus Ligij. Martin. Laudẽn. in c. 1. nu. 51. de his, qui feud. dar. poss. argu. c. Cæterum. de iudic.

Secundus, feudi ligij effectus, quia in Feu-
63 do Ligio non † habet locum pœnitentia. Bal. in dicto cap. Cæterum. Martin. Laud. in d. cap. 1. nume. 52. Iacobin. in Tract. Feud. in verb. sa Feudum. diuis. 7. num. 22. Anton. Capic. in d. §. Feudorum Homagia. vers. Effectus est etiam. Curt. Iun. in Tract. Feud. Parte 1. q. 8. colum. 8. Quia turpe esset frangere fidem Principi; à quo beneficium obtinet, cum Principum bene-
64 ficia † perpetua, ac permanentia illa esse oporteat. §. Illud. Auct. Const. quæ de dignit. licet alias refutatio feudi fieri valeat. c. 1. de vassall. qui contr. Const. Loth. vbi hoc notauit Bald. & in c. fin. vbi Bald. & alij de Capit. qui cur. vendid. Quàmquam non sit indistinctè in omni casu: vt post alios voluit Ias. in Prælud. Feud. nu. 112. vers. Tertius effectus. Io. Sainson in consuetud. Turon. tit. Comment homaige. art. 1. conclus. 23. Catellian. Cotta in Memor. in verb. Feudum Ligium. quos simpliciter sequitur Petr. Rebuff. in declarat. Feudor. Diuision. 23. Quan-
65 do autem, & quibus personis fieri possit † feudi refutatio? Scribit aliqua Io. Anton. Caunet. in Rep. c. Volentes Regni Siciliæ. §. Sed operæ pretium. nu. 1. fol. 161. & in §. Prædictis. nu. 36. fol. 171. Vincent. de Franch. in decis. Neap. 31. nu. 9. & nouissimè hanc materiam exactissimè tractauit Io. Vincent de Anna. in Rep. c. 1. de vassall. de crep. ætat.

Tertius Ligij Feudi effectus est, quia in illo
66 succedit fœmina; † vt scribit Specul. in tit. de Feud. § Quia vers. 21. nu. 41. Alex. in cõs. 30. nu. 4. vol. 1. Curt. Iun. in tract. Feud. par. 3. limit. 10. nu. 13. Io. Sainson. in consuetud. Turon. tit. Cõment hommaige. Artic. 1. concl. 23. vers. Secundus effectus. Marian. Soci. Nepos. in cons. 77. nu. 22. vol. 1. & latius in consil. 1. nu. 36. vol. 4. Anton. Gabrielius com. conclus. lib. 6. tit. de verb. signif. conclus. 6. nu. 55. Ioan. Thom. de Marin. de generib. & qualit. feud. tit. 1. nu. 24. vers. Decimo limitatur. Quia eo casu fœmina præstabit iuramentum fidelitatis pro feudo,
67 & seruiet per substitutum: † vt dicit Specul. vbi supra. Licet hanc Specul. rationem ego nõ ità passim admitterem, quia si fortè pro feudo erit electa personæ industria, & esset personale seruitium, non posset dare, ac exhibere substitutum: minusq; succederet in Feudo, pro quo
68 deberetur illud personale † seruitium, nisi à Domino esset habilitata ad seruiẽdum per substitutum, ex dictis per Bald. in cap. 1. §. Et quia. nu. 19. de his, qui Feud. dar. poss. Ludouic. Roman. in consil. 367. nu. 12. Curt. Iun. in loco allegato. Regul. 1. vers. Quinto limitate. Card. Paris. in consil. 4. nu. 19. in consil. 121. nu. 27. in consil. 23. nu. 30. vol. 1. Matth. de Afflict. in decis. Neap. 320. nu. 5. 6. Alex. in dicto consil. 30. Deci. in l. Fœminæ. nu. 56. ff. de regul. iur. Alber,

Brun,

Brun. in consil. 14. nu. 2. Hierony. Grat. in conf. 9. num. 153. vol. 1. Curt. Senior. in consil. 50.
69 col. 6. Nisi vellemus dicere, quòd mulier † esset armis assueta, possetq; seruire de persona in bello. Aluarot. Laudens. Præposit. & alij. in d. §. Et quia. Iacobin. de Sanct. Georg. in inuestit. Feudal. §. Et fæminis. nu. 8. Petr. Duenn. Regul. 309. nu. 2. Carol. Rui. in conf. 18. nu. 16.
70 & seq. volum. 1. Sed nec isto casu † mulierem admitti censuit Gulielm. Hannetonius iuris Feudor. lib. 2. c. 8. Dicens in bello, Dñm nō egere armorum exercitio solum, sed consilij peritia, qua fœmina incapax est. Hunc tamen ter-
71 rium effectum † improbarunt. Iason in præelud. Feudor. num. 111. & Rui. in consil. 39. num. 8. vol. 1. dicentes valde mirari, de hac Specul. opinione, cū potius deberet succedere in feudo nō ligio, quàm in Feudo ligio. Idcirco ego declaraui procedere, deficientibus masculis,
72 † vt per Anton. Capic. in dicta inuestit. §. Feudorum Genera. colum. 49. in verb. Ligium Feudum est. vers. Nona conclus. 10. & vers. seq. Se-
73 cūdo declaraui † nō procedere, nisi extāte cōsuetudine succedendi in Feudis ligijs: vt dicit Specul. in loco supra allegato. Alex. in cōs. 30. vol. 1. Iason. in Prælud. Feud. sub nu. 111. col. 32. Curt. in d. Tract. Feud. parte 1. q. 8. Iacobin. in Tract. de Homag. col. 1. vbi dicit: Talem consuetudinem fore probandam. Pro vt consue-
74 tudo in Gallia, † vbi Feuda ad instar patrimoniorum redacta sunt. vt dici Io. Fabr. in. §. 1. Inst. de legitim. patron. tut. in. §. Adeo. inst. de locat. in Auth. ingressi. C. de sacros. Eccles. Petr. Iacob. in pract. titul. ex quib. caus. feud. amitt. in addit. & in tit. de success. feud. col. 8. vers. Modo in summa Ioan. Andr. & Panor. in cap. significauit de rescript. Bald. in cap. 1. col. penult. de success. Feud. Secundum quam Galliæ consuetudinem consuluit Philipp. Deci. in consil. 208. & 269. col. 3. vol. 2. Ioan. Coras. in l. Filium. C. Famil. Herciscund. & Miscellaneor. lib. 6. c. 12. nu. 7. Nicol. Boer. in consil. 10.
75 per totum. Et sic seruari † in Delphinatu scribit Guid. Pap. in decis. 9. & in decis. 297. Francis. Marcus in decis. Delphin. 316. nu. 5. vol. 1. & similiter apud Bituricenses, Burgundos, Niuernienses, & Turonenses, testatur. Cassen. in consuetud. Burgund. tit. Des Fiefz. Rub. 43. §. 5. nu. 29. Nicol. Boer. in consuetud. Bituricens. tit. de feud. § 1. Ioan. Sainson in consuetud. Turonens. tit. de Piè de Fiefz. Articul. 2. & Carol. de Grassalio Regal. Franciæ. lib. 1. iur. 7. vers. Pari-
76 ter leges. Et similiter † in hoc Regno Neapoli-
77 tano, ac Siculo. per Constit. † In aliquibus. & Const. Vt de successionibus. vbi Andr. de Isern. & Afflict. per quæ iura deficientibus masculis, fœminæ admittuntur. vt voluit Iacob. Aluarot. in c. 1. de eo, qui sibi, & hæred. Curt. par. 3. princip. Zas. in tract. feudor. p. 8. nu. 41. Sigismund. Loffred. in consil. 39. Io. Tho. de Marin. de generib. & qualit. feud. tit. 11. nu. 23. cum pluribus seqq. Iul. Clar. in §. Feudum q. 33. in fin. Iacob. de Ardizon. in summa Feud. c. 137. Ioan. Tho. Minadous in Rep. dictæ Const. In aliquibus. in Rubr. in verb. Filiorum. num. 25. 27. Iacobin. de sanct. Georg. in dicto §. Et fœminis. nu. 9. Francisc. Duaren. iuris feud. c. 10. nu. 8. Hanneton. lib. 2. cap. 9. Et in insula Siciliæ est. tex. in c. Volentes. vbi Blasc. Lancea. Cannet. & alij. Sic obseruari Patauij, voluit Ioan. Baptista Ferrett. in consil. 87. nu. 20. vol. 1. Curt. post Iacob. de belnis. in dicta p. 3. nu. 10. Iacob. Menoch. in conf. 65. nu. 34. vol. 1. Cephal. in consil. 361. num. 24. vol. 3. Duen. in regul. 309. fall. 1. Quando verò
78 fœmina † admittatur ad feudum amplissimè scripsi de Magistratuum edictis. lib. 1. cap. 2. Quartus ligij feudi effectus est, quòd licet sint pares curiæ iudices Feudorum, tamē secus est
79 in feudo ligio; quia † idem Princeps, cui præstitum est homagij, seu ligij iuramentum, potest etiam cognoscere; nā ipse solus instituit, & ipse institutum destituit. originale dictum Bald. in dicto c. Cæterum col. 5. de iudic. relatum à Ias. in dictis prælud. feud. nu. 112. quem sequitur Catell. Cotta in memor. Feudum ligium. Ioan. Sainson in consuetud. Turon. tit. Comment. Hommage. artic. 1. conclus. 23. vers. Quartus. Nūquam autem feudum ligium dice-
80 tur, vel appellabitur, nisi eo † modo in inuestitura fuerit nominatum. Bald. in cap. Inter dilectos. col. 6. de fid. instrum. Ias. vbi supra. nu. 108.
81 Quoad formulam iuramenti † fidelitatis, de quo dixi supra hoc eodem capite vers. Quinta species. nu. 26. Nulli dubium illam reperiri descriptam in c. De forma 22. q. 5. à quo textu, sumpta est dispositio, ac formula in c. 1. de noua form. fidelit. hoc modo. Ego Titius iuro super hæc sancta Dei Euangelia, quòd ab hac hora in antea vsq; ad vltimum diē vitæ meæ, ero fidelis tibi Caio Domino meo contra omnem hominē, excepto Imperatore, vel Rege. Et post infra subiungit dicens. Ego iuro, quòd nunq̄ scienter ero in cōsilio, vel auxilio, vel in facto, quòd tu amittas vitam, vel membrum aliquod; vel quòd tu recipias in persona aliquam læsionem, vel iniuriam, vel cōtumeliam, vel quòd tu amittas aliquem honorem, quem nunc habes, vel in antea habebis. Et si sciuero, vel audiuero de aliquo, qui velit aliquod istorum contra te facere, pro posse meo, vt nō fiat, impedimentum præstabo: & si impedimentum præstare nequiuero, quàm cito potero, tibi nunciabo, & contra eum prout potero, auxilium meum tibi præstabo: & si contingerit te rem aliquā, quam habes, vel habebis, iniustè, vel fortuito casu amittere, eam recuperare iuuabo, & recuperatam omni tempore retinere. Et si sciuero te vel le iustè aliquem offendere, & inde generaliter, vel specialiter fuero requisitus, meum tibi, sicut potero, præstabo auxiliū. Et si aliquid mihi

de

de secreto manifestaueris, illud sine tua licentia nemini pandam, vel per quod pandatur, faciam. Et si consilium mihi super aliquo facto postulaueris, illud tibi dabo consilium, quod mihi videbitur magis expedire tibi, & nunquã ex persona mea aliquid faciam scienter, quod pertineat ad tuam, vel tuorũ iniuriam, vel contumeliam. Petrus autẽ de Bella pertica in tract. de Feudis. titul. 2. nu. 3. cum plurib. seq. tradi-
82 dit aliam parum dissimilem formã dicens.† Iuro ego P. quod ab hac hora in antea ero fidelis, vt vassallus Domino Ioanni in omni opere. Itẽ iuro, quòd non ero in consilio, neq; in facto, vt ipse Dominus, vitam, vel honorem perdat, aut membra, vel capiatur mala captione, vel munitiones suas perdat, vel bona: quòd si prædicta, vel aliquod prædictorum sciuero, si potero cõtradicam, vt non fiat; alioquin denunciabo Domino, quàm citius potero, per me, vel per aliũ, vt sit Domino meo notum. Item quod eidem Domino erit facile facere, non faciam difficile: quod eidem sit possibile, vt sit impossibile, non tractabo. Item consilium, quod mihi per se, aut per litteras, vel per nuncium manifestabit, seu manifestauerit, ad eius damnum, nulli pãdam; sed postulatus, consilium tribuam bona fide. Item iuuabo, & defendam ipsum Dominum, & omnia iura sua, toto posse meo secũdũ Deum, & iustitiam contra omnes homines huius mundi, excepta persona Imperatoris. Aliam tradi-
83 dit formam Rolandinus† Rodulphinus Bononiensis, Artis notariæ lib. 1. titul. de empt. & vend. cap. 1. Quæ talis est. Promisit dicto Domino Azoni, & corporaliter iurauit ad sancta Dei Euangelia ex nunc sibi, & suis hæredibus fidelem esse vassallum: ipsum quoq;, & suos hæredes, res, iura, & honores ipsorum pro posse fideliter cõseruare, & nullatenus, quod in detrimentum, & periculum, siue damnum personæ, vel personarum, iurium, & honorem sui, & suorum hæredum verti posset, aliquod per se, vel per alium contractare, vel machinari: immò si quos hoc, vel aliquod eorum tractare, vel machinari senserit, quàm velocius poterit, domino indicare: & quicquid sibi sub fide, & credentia eius, sibi ab ipso impositũ fuerit, secretum fideliter retinere, nec non personam, res, & iura, honores suos aduersus quoscunq; (excepto Imperio Romano) & his, quibus prius fidelitatis debito erat astrictus, tueri, & totis viribus, adiuuare, & generaliter puram, & meram fidelitatem sibi, & suis hæredibus reddere, & per omnia impertiri. Aliam
84 verò breuiorem scripsit Gulielmus† Hannetonius iuris Feudor. lib. 1. cap. 11. quæ ità se habet. Ego Titius vassallus ad hæc sacrosancta Euãgelia iuro, quòd ab hac hora in posterum, vsq; ad vltimum vitæ meæ diem, tibi Caio Dño meo, contra omnem hominem, excepto Imperatore, vel Rege, vel priore Domino meo, fidelis ero. Martin. Laudens. in c. 1. nu. 2. de Noua form. fidelit. dicit: quòd forma ibidem tradita seruanda est vbiq;, nisi alia adsit consuetudo. Francis. Sonsbechius in Commentar. Feudal.
85 parte 11. num. 2. hoc modo illam ponit. † Ego Petrus, aut Paulus iuro sanctè, quòd perpetuo ero fidelis tibi Domino meo contra omnes, sicut debet esse vassallus suo domino, neque id, quod sub nomine fidelitatis, mihi commiseris pandam alicui alij in tuum detrimentum me sciente. Formulã, qua vsus est Carolus Magnus & alias duas retulit Carolus Sigonius de Regno Italiæ. lib. 7. Quæ quia in idem coincidũt, & à prænarratis iuribus captæ sunt, non mihi visum est illas, aliasq; per multas apud alios descriptas inserere; in ijs enim quibet suo marte in eis addit, & minuit. Vnde arbitror illam huius, iuramenti formulã seruẽdam esse, quam hactenus inueterata consuetudo introduxerit.

In hoc iuramento fidelitatis illa promissa à vassallo eius Domino intelligũtur, quæ habentur in dicto cap. de forma. 22. quæst. & in cap. 1. de noua form. fidel. Scilicet, incolume, tutum,
86 † Honestum, vtile, facile, & possibile: quæ verba ego non declarabo, quia sunt enucleata in eisdem locis, præsertim ab Andr. de Isern. Martin. Laudens. Bald. Iacob. Aluarot. præposit. & Afflict. in d. cap. 1. de noua for. fideli. And. in const. Comite, & Barone. in fin. Petr. de Bella pertic. de feud. tit. 2. nu. 10. cũ pluribus seq. Iacob. de Ardizon. in sũma Feud. c. 142. Incip. Supra. col. 12. vers. Iurant autem. Gulielm. Hanneton. in d. c. 11. Sonsbechius in dicta par. 11. sub nu. 3. Io. Ferrarius Montanus in Vsus feud. lib. 3. cap. 7. col. 4. vers. Capita autem. Io. Thom. de Marin. de Generib. & qualitat. Feudor. lib. 1. tit. 15. num. 16. Iacobin. de Sanct. Georgio in dicta inuestitur. §. Qui quidem inuestiti. nu. 17. Anton. Capicius in inuestitur. feud. § Feudorum iuramenta. col. 3. vers. Iurans fidelitatẽ. & nouissimè Francisc. de Amic. in c. 1. §. Natura etiam. num. 6. fol. 117. Qui Feud. dar. poss. Nicol. Boer. in Consuetud. Biturig. tit. des costumes des Fiefz. §. 3. col. 1. Simile iuramentum ordinatur in Regno Vassallis, vt illud præstent
87 suis Dominis, vt in Const. Regni. Domini † à vassallis. vbi in fin. Semper excipitur persona Imperatoris, ac Regis.
88 Hoc Iuramentum fidelitatis † speciem esse seruitutis dixit Specul. in tit. de teste. §. 1. vers. Sed nunquid vassallus. arg. l. Si filius. ff. de Probar. glos. in l. Si cuius. §. 1. ff. de vsufruct. Luc. de Penn. in l. Deuotum. col. 2. C. de metat. lib. 11. Sed tamen intelligẽda sunt, vt diximus supra, dum verba fecimus de iuramento Homagij ligij. Et præstandum esse personaliter, nec admit
89 ti procuratorem † ad illius præstationem, voluit Bald. in l. 1. ff. de rer. diuis. & in c. 2. in fin. de ordin. cognition. In hoc autem puncto, contraria sententia, vti verior, est cõmuni calculo

recepta:

90 recepta, vt possit illud iuramentum † per procuratorem præstari. vt sibi contrarius voluit idem Bald. in l. Vnica. § Ne autem. nu. 20. C. de Caduc. toll. & in c. 1. §. Nisi iusta. nu. 6. quo tẽpi miles. Vbi dicit, impeditum vassallum quo minus Dominum possit adire, posse per procuratorem iuramentum fidelitatis præstare; quod tenuit etiam Iacob. Alvarot. ibi nu. 13. Martin. Landens. in c. 1 § Nulla autem. nu. 12. Per quos
91 fiet inuestit. vbi dicit exigi ad hoc † speciale mandatum, eandem opinionem firmat Anton. Capic. in d. §. Feudorum iuramẽta. col. fin. vers. Iuramentum fidelitatis. Ioan. Iacob. de Leonard. inter consil. Albert. Bruni consil. 116. nu. 13. Perr. Rebuff. in concord. Franc. in Rubr. de elect. derogat. vers. Decimus sextus. Arnulphus Ruzeus de Iure Regalior. Priuileg. 43. nu. 2. Afflict. in c. 1. de Form. fidel. & ipsum sequitur dum hæc typis mandantur Flamin. de Rubeis. in consil. 20. nu. 37. vol. 1.

Sed notandum est, præsertim in hoc Regno Neapolitano, quòd emẽtes Feuda pro illis emptis non tenentur iurare Regi fidelitatem, sed
92 tantummodo † succedentes in feudo. vt notat Andr. de Isern. in c. Si minori. nu. 7. in fin. Si de feud. defuncti milit. sequitur Capic. in d. § Feudorum iuramenta. col. 3. Nec ab re, quia cum feuda alienantur, Rex præstat assensum, & ideo censetur Regem acceptasse vassallum emptorẽ ad eius obsequia.

An autem scripturarum Euangelicarum tactus in specie requiratur, in præstatione huius
93 † iuramenti? In hoc fuere diuersæ sententiæ, & tactum requiri eorundem tenuerunt Gloss. in clem. 1 §. Porro in verb. Tactus de Hæret. Ac curs. Bartol. Bald. Abb. Panor. Didac. Couar. Franeisc. Marc. Iacob. Philipp. Portius, & Purpuratus in locis à me relatis in Commentar. de Magistratuum Edict. lib. 1. cap. 12. Contrarium
94 † vero tenuerunt Andr. Alciat. Menoch. Ioan. Baptist. Ferrett. Emanuel Suarez, & Bonacossa. quos retuli in loco supracitato. Vbi feci quãdam distinctionem ibi descriptam. Sed in particulari tenui, quòd vbi fit expressio tactus scri-
95 pturarum sacrarum ità faciundum sit † ex Panor. Andr. Barbatia, Ancharano, Antonio Corseto, Iasone, & Couarruuia. ibi me refero. Sed alios plures nouissimè allegat Petr. Cenedo. Collect. iuris canonic. 108. nu. 6. par. 2.

Et licet Prælati, ac personę Ecclesiasticę, atq; Episcopi non teneantur sacra tangere, dum
96 † iurant. c. Si quis præsbiter. 2. q. 4. Gloss. in c. Vt circa de elect. in 6. tex. in c. fi. de iur. cal. quẽ ad hoc dicit singularem Panor. & Andr. Sicul. & post ipsos Anton. Corset. in Rub. de Iureiur. quæst. 4. Guido Pap. in decis. 615. Tamen specialiter Episcopi dum summo Pontifici fideli-
97 tatis iuramentum † præstant, tactis sacris Euãgelijs, illud faciunt. c. Ego. N. in fin. de iureiur. ibi, & hæc sancta Euangelia. & sic etiam quando præstant omnem fidelitatem. Gloss. in clem. 1. in verb. Tactis. de iureiur. Lancellot. Conrad. in templ. omn. indic. lib. 2. cap. 5. §. 3. de solicitudin. & offic. Episcop. num. 40. Quamquam Bald. & post eum Capic. in d. §. Feudorum iuramenta col. 4. vers. Iuramentum fidelitatis, vel aliud dixerint, sufficere, siue præstetur super
98 veteri testamento, siue super † nouo, aut super altari, vel ligno Crucis, aut sanctorũ reliquijs. Quod ego per præfata, ac per alia plura, quæ inducere possem minimè admitterem. Et ideirco per quàm optimè super ijs, ac similibus iu-
99 ramenta fieri prohibitum † est in Hispania. vt in l. Tauri. 67. Vbi Anton. Gomez. Et in eadem Hispania per consuetudinem expeditum est, quòd Prælati à Rege feuda recipientes, si contraueniunt iuramento, etiam Homagij, quod plus est, vt cõtra proditores proceditur in eos, vt olim seruatum fuisse in personam Magni Ma
100 gistri Equitum † de Alcantara scribit Oldrad. in consil. 93. per totum, sequitur Anton. Scappus de iure non scripto. lib. 1. cap. 6. in fin.

Quantum verò ad formulam sextæ speciei
101 iuramenti assecurationis, cuius suprà † meminimus, habet & illa suos modulos, nam si præstetur à domesticis, & familiaribus, & ab habitatoribus sub Domini iurisdictione, vt dictum est, tex. in d. c. 1. Qual. vassal. iurar. deb. dicit, quòd iurabunt custodire vitam Domini, membrum, mentem, & eius rectum honorem. Vix facere possum in hoc, vt nõ dicam, quod sentio, contra mentem Andr. de Isern. & Aluarot.
102 † qui dicunt, quod tex. in d. c. 1. Loquitur de domesticis, & familiaribus, Puta (ipsi dicunt) de vxore, & filijs. Quod est pœnitus contra textum eiusdem legis, quæ non loquitur, nisi de familiaribus, & domesticis, in quibus, & si vt superius conclusi, veniant supradicti. Attamen tex. dicit de subdito habitante sub eius iurisdictione, & sic vxor, & filius, non possunt realiter dici subditi Domino, Marito, vel patri, rati enim reperiri possent Domini, vel Barones, exercentes iurisdictiones in vxores, & filios; esset enim contra votum coniugalis, ac paterni amoris. Quo vero ad familiares, & domesticos, dicendum est solum loqui textum de familiaribus, & domesticis stantibus ad seruitia, ac de officialibus ei inseruientibus, & non alijs. Et cũ formulam, qua isti domestici tenentur præcauere eorum iuramento, nec Accursus, Isernia, Aluarot. & alij exactè declarauerint, Ego bre-
103 uiter, vt mihi sonare videntur † illa verba, relinquẽdo subtilioribus ingenijs ansã exactius declarandi, sic declarabo. Iurant custodire (vitam) quia cum sint familiares fortè deputati ad perferendas dapes in mensa, ac Epulas, vt sunt hodie apud Magnos Principes, hi, qui prę gustando faciunt Domino credentiam, quos (vulgus scalcos nominat) Ij, ne videantur insidias parare Domino, sed custodire vitam. vt

voluit

voluit Accurs.in cap.1.§.1.Quid sit inuestitur.
tenentur iurare,& sic conseruare ipsum indem
nem à veneni ptopinatione, & ità conseruare,
& custodire vitam. Vt plurimum enim magni
Principes ità moriuntur,sic dicunt Alexandrū
104 Macedonem † ab Iola prægustatore,filio An
tipatri, aspirantis ad Regnum, fuisse veneno
extinctum, quòd Cassander frater in iumenti
105 † vngula attulerat ex fonte Sucystige.vt scri-
psere Quintus Curtius. lib.9. in fin. Arrianus
Nicomedensis.lib 7.ex saxo Nonacridis mana
te aquam scribit Diodorus in Alexandro. hoc
& Plutarchus asseruit in eodem Alexādro. Sic,
106 & Mahometes † Arabs, vastata Syria, & Da-
masco, eiusque regione, veneno à domesticis
exhibito, perijt. Carolus Caluus Gallorū Rex
107 † à Sedechia medico, venenato medicamine
interijt.vt est author Paul.Aemilius.lib.3.& no
uissimè Carolus Sigonius de Regno Italiæ.lib.
5. In finita sunt propemodum exempla, quæ
afferri possent, & ommittuntur.

Sequitur in textu ibi (Membrum) quemad-
modum domestici debent custodire, & con-
seruare Domini vitam, & sic totalem corporis
compagem, sic etiam, & membrum, cū eadem
sit ratio totius quoad totum, ac partis,quoad
108 †partem, vt voluit Aristoteles lib. 1. cap. 1.
l. Quæ de tota. ff.de rei vendicat. Principi ea-
dem est offensa si læditur in membro, sicut si læ
datur in vita; Dedecet enim Principem esse
membris mutilum. Et ideo,quandoq; Agesilao
109 Lacedemoniorum Regi virtuosissimo, † vitio
tributum fuit, quod claudus esset.

Sequitur in textu ibi (mentem) Andr. de
Isern.ibi nu.4.in fine. textum declarat, dicen-
do mentem, scilicet personam Iacob. Aluarot.
ibi corrigit, dicens,si habes in textu, mortem,
procedit de plano.Sed si,mētē, interpræratur,
quòd non reuelabit mentem Domini, idest se-
cretum. arg c.1. de Form. fidelit. Prima ipso-
110 rum correctio,quòd velit † dicere,mortem,
mihi non satisfacit, quia I. C. bis idem repli-
casset post quatuor verba, & Battalogiæ illum
criminaremur,cum prius dixisset, quòd custo-
diret vitam, qui custodit vitam non procurat
mortem,& è conuerso,mortem procurans ma-
lus est custos vitæ; Ità vt mihi magis arrideat,
vt omnes textus dicunt,mentem. Quo sic stan-
te, nec credendum esse arbitror declarationi
111 Aluaroti,qui declarat,†mentem,idest secre-
tum.Quia si de secreti retentione facienda, ac
non patefacienda,loqui voluisset,sicut in eodē
contextu supra dictum fuerat,quod sibi cōmi-
sisset,non panderet. in c.1. de noua for.fidelit.
ibi,& si aliquid mihi de secreto manifestaueris
illud sine tua licentia,nemini pandam.Idcirco
dum de secreto minimè propalando, loqui vo
luit,verbis claris aperuit de secreto non mani-
festando,non autem de mente, sed longè ali-
ter sonat illud verbum,altiorem rem intuitus.
112 Legislator itaq; dicere voluit,de mēte † pro-
priè sumpta, prout est in corpore humano. Est
autem mens facultas principalis ipsius animæ,
idcirco apud Aristotelem lib.7.Politicor.c.15.
dicitur, mentem esse habitum animæ rationa-
113 lis. † Est enim mens in anima,vt visus in cor
pore. Idem Aristoteles.lib.1.Moral.Nichoma-
chior. capit.6.in fi.Et ideo Philo Iudæus in lib.
de Mundi Opificio, dicit, quòd sic est mens in
114 anima, vt † oculus in corpore. Et alibi ap-
pellatur mens animi instrumentum, vt manus
corpori. vt dicit idem Aristoteles. Problem.1.
sect.30. Appellatur ab aliquibus intelligentia,
qua solus homo præditus, cæteris animalibus
antecellit,qua res incorporeas ab omni mate-
ria abstractas, contemplatur. Hinc meliorem,
115 & † diuiniorem partem in anima,mentē esse
dixit Simplicius lib.6. Physicor.3a.de qua Al-
bertus Magnus,Magnor. Moralium.lib.1.tract.
1.cap.1. Et mentis vmbram esse animam,& ani
116 mæ † vmbram corpus, appellauit Marsilius
Ficinus in Philebo Platonis.cap.21.& mentem
cor cordis,& animam animæ à sapientibus ap
117 pellari, scripsit Leo † Hebræus Dialog.Amo
ris.3. Propterea cæteris alijs animæ facultati-
bus animam eminere, nonnulli dixerunt. Vn-
de Cicero Homini (inquit,) siue natura, siue
118 Deus, nihil mente † præstantius dedit. Hinc
ferunt Thaletem Milesium dixisse,velocissimū
119 omnium,quæ sunt mentem † esse,ac tantæ ce-
leritatis, vt vno temporis puncto, Cœlum, Ma-
ria,Terras peruolet. Inde Lactantius Firmia-
nus in lib.de Opificio Dei. c.16. Videtur enim
120 (inquit) mens, quæ dominatum † corporis
tenet,in summo capite constituta,tamquàm in
Cœlo Deus. Quibus alludit illud Virgilij:

Spiritus intus alit,totamq; infusa per artus
Mens agitat molem.

Hinc idem Lactantius lib. 7. cap. 11. dicit,
121 mentis opera soli Deo esse nota. †Quia ipsa
meditatur,& sic capitur verbū os, de quo Da-
uid Psalm.36.Os iusti meditabitur sapientiam.
Et ideo diuinis sensibus, & intellectibus, non
hominis neq; Angelorum, sed Dei ministerio
122 †mens impletur,vt inquit Hierony. in Can-
tica Canticor. Homelia 1.Vnde cū mens idem
sit,atque intelligentia, anima hominis ex hac
tria de constat, ex mente, siue intelligentia,
123 †voluntate, & memoria. Cum enim homini
sit tributa facultas, qua applicatur ad bonum,
vt ad illud sempiternum,ad quod fuit cōditus,
possit applicari, ideo data est ei facultas, qua
bono se cupiat applicare, & ista est voluntas;
Ex petere verò nequit, nisi intelligat, & hoc
operatur facultas alia,quę intelligentia nomi-
natur. Sed cum animus noster non semper in
eadem cogitatione insistat, sed ad actus alios
transeat,fuit illi receptaculo opus, in quo con
deret, ceu in Thesaurum rerum absentium co-
gitata, ne posterioribus subeuntibus, priora
ex-

exciderent, quod vocatum eſt memoria, quas
res, cum vſus expoſcit, repetat, ac depromat,
vt poſt antiquiores voluit Ioannes Ludouicus
Viues. de Anima. lib. 2. cap. 1. Et hæ tres facul-
tates, vt Galenus ait, in Cerebro ſitæ ſunt, ſe-
quitur nouiſsime Vitus Amerbachius de Ani-
ma lib. 3. cap. de ſede Animæ, & nouiſsimè Am
broſius Parçus de Anatome humani corporis.
lib. 23. cap. 11. & de eis ex Ariſtotele loquitur
Hermolaus Barbarus in Compendio ſcientiæ
naturalis. lib. 5. & ex Platone elegantiſsimè
tradidit Stephanus Theupolus Patritius Ve-
netus Academicarum contemplationum lib. 2.
cap. 2. Dum itaq; tex. voluit cuſtodiri mentem
Domini, ad illam conſeruandam reſpexit, ne
familiares, & domeſtici, per Epulas, ac potio-
nes, & illarum exhibitiones, eandem Domini
mentē ab alienent, illiq; per noxias exhibitio-
nes Epularum, atq; potionum Phrænesim indu
cant, dementem, eadem mente captū, amētem
illum reddant, aut mortē ex inde inducāt. Hinc
Ariſtoteles lib. 1. Magnorum moralium, ſcribit,
quandā mulierem cuidam viro poculum ama-
124 toriū porrexiſſe, † ex illo ſubinde illum mor
tuū cęcidiſſe. Benè itaq; Rex Rogerius North-
mannus, in hoc Regno Neapolitano prohibuit
dari amatorias potiones. vt in Conſt. Reg. Po-
125 culum † amatorium, cum ex ijs amatorijs po-
culis mortem oriri ſæpius, cenſuit. Hippolyt.
de Marſil. in l. Eiuſdem. §. Adiectio. ff. de ſicar.
Sic Cæſonia, Caij Caligulæ Imperatoris vxor,
126 dum illi, vt ardentius amaretur, † poculum
porrexiſſet, in furorem adactum, dementem fe
cit, vt eſt author Suetonius in Caligula. cap. 43.
& Ioſephus Antiquitat. Iudaicar. lib. 19. cap. 2.
de quibus Iunius Iuuenalis ſic inquit:

Si non
Et furere incipias, vt auunculus ille Neronis
Cui totam tremuli frontem Cæſonia Pulli
Infudit

127 Eodem modo Lucius Lucullus † poculo ama
torio extinctus eſt. vt dicit Plin. lib. 25. c. 3. At-
danaſtus Grçcus beneficiorum immemor Bābę
Gothorū, & Hiſpaniarum Regi Catholiciſsimo
128 in potu herbā poſuit, qua illius memoria † tur
baretur. vt dicit Roderic. Epiſcop. Toleranus
Hiſtor. lib. 3. c. 11. & Io. Magnus Hiſtor. Gothor.
& Suenonū. lib. 16. c. 21. Hæc itaq; legislatorem
voluiſſe mihi videtur, non autem, quæ Andr. de
Iſer. & Aluarotus comminiſcuntur. Nec enim
eorum declarationi non aſſentior, vt contradi-
cendi ſtudio gloriam aucupem, quod inane mi
hi videtur, ſed vt aperiam meam ſententiam,
alij ſuam dicant, vel inter vtranq;, ſententiam
proferant iudicij melioris, quibus ſemper obe-
diam. Cætera verò illius contextus plana ſunt.

Hoc vnum annotatione dignum eſt in hoc
Regno Neapolitano, minimè poſſe Barones,
aliosq; Principes petere ab eorū ſubditis hoc
aſſecurationis iuſiurandum, niſi licentia deſu-
129 per obtēta † fuerit. vt in Cōſt. Comite, vel Ba-
rone. vbi glo. Andr. de Iſer. Afflict. & alij. alias
130 amiſſione feudi aliorumq; bonorū † punitur
ipſorum quilibet. Andr. de Iſer. in c. Si minori.
nu. 7. Si de feud. defunct. milit. ſequitur Marin.
Freccia de ſubfeud. Baron. lib. 2. Author. 4.
nu. 2. Petr. de Gregorio Sicul. de conceſſ. feud.
parte 8. q. 16. §. Tertio. num. 1. vbi Don Garzias
Maſtrill. in Apoſtillis.

Animaduerſione etiā dignū eſt, q̄ q̄n vnus ha
bet à Rege conceſſionē rerū feudalium, vel Bur
genſaticarū in terra, aut Ciuitate alicuius Co-
mitis, vel Baronis, eo caſu ille Baro, iuramentū
131 † ab illo poſſidente feudū, vel rē, petere non
poſt. vt dicit Andr. de Iſer. in c. 1. nu. 7. qualit.
vaſſal. iurar. deb. vbi ſic concludit per plures ra
tiones. Sequtur Patiſ. de reinteg. feud. c. 248. An
poſſidēs. fol. 136. dicēs, ipſum ità decreuiſſe in
facto in quæſtione tunc vertente inter Ducem
Sueſſę, & Comitē Venafri. Dux enim poſſidebat
feuda in territorio Comitis, Comes p̄tendebat
ab eo iuramentum, decreuit, q̄ non tenebatur,
quia tenebat feuda in capite à Rege, & q̄ Par
in Parem non habet Imperiū. Hoc tū vltimum
132 dictum, quoad † dictam deciſionem ego non
probarem, quia in ſimili caſu, non eſt paritas
iuriſdictionis, quæ impediat præſtari ſimile iu-
ramentum, quia Baro habens à Barone tene-
tur iurare, ſed eſt ratio in propoſito caſu, quia
immediatè poſsidet à Rege, & ideo ratione ſu
perioritatis, non tenetur ſe ſubmittere Baro-
ni, cum teneatur iurare Regi, & dum Rex con-
ceſsit, videtur conceſsiſſe cum eiſdem iuribus
133 † ſibi ſpectantibus. vt dicit Andr. in loco ſu-
pra allegato. quem ſequitur idem Paris in cap.
250. An ſi aliquis. nu. 2. fol. 137.

Quoad tertium quæſitum, an fidelitatis iu-
134 ramētum, feudalem inueſtituram † præcedere
debeat? Hoc dubium eſt terminatum. in cap. 1.
Quid præced. deb. inueſtit. an fidel. in quo con-
cluditur inueſtiturā p̄cedere oportere. Nec ſi-
ne ratione, q̄a ſi iuramentū p̄cederet, eſſet quę-
dam abſurditas, & iuramentum eſſet quodam-
modo vanum, & fruſtratoriū, iuraret enim ſer-
uare fidelitatem tali Domino, pro tali feudo
concedendo, vel inueſtiendo. Quæ inueſtitura
ex multis poſſet fruſtrari, quid enim ſi dn̄us vo
luntatem mutaret? aut alio modo impedimen-
tum inſurgeret, quominus inueſtitura, & con-
ceſsio ſubſequantur? Nonne vaſſallus deriſus
haberetur, cum iurauerit, & ſine feudo rema-
neat? Probari etiam ſupradicta concluſio po-
teſt ex tex. c. 1. in fin. de Noua form. fidelit. vbi
dicitur, inueſtitura vero facta, & fidelitate ſub-
ſequuta, omnimodo cogatur Dominus inueſti-
135 tum in vacuam † poſſeſsionem mittere. Ex
quibus patet inueſtiturā præcedere oportere.

Tamen Andr. de Iſer. Aluarot. Præpoſit. Af-
flict. & alij. in d. c. 1. Quid præced. deb. dicunt
Realem inueſtituram ſubſequi iuramentum,

136 sed abusiuam† Inuestituram præcedere oportere, adeo ut iuramentum præstandum sit in medio vtriusq; inuestituræ; & in hoc nemo dissentit. Hanc tamen inuestituram Abusiuam verbalem, rectius appellauit ibi Bald. & demum dicit subsequi debere iuramentum fidelitatis, & vltimo loco Realem inuestituram. Dic ex-
137 plicatius, fieri instrumentum † concessionis, vel infeudationis rei in feudum datæ à Domino, facitq; dictam inuestiturā verbotenus, per Fustem, Hastam, Anulum, & similia, quæ à Do-
138 mino ipsi† vassallo porriguntur. vt in c. 1. in princip. Quid sit inuestitur. Accipit exēplum huius verbalis inuestituræ vassallus, & in simul, aut alternatim, Fustem, Hastam, Anulum, vel qd simile Domino recognoscendum exhibet in signum factæ verbalis inuestituræ. vt dicitur in c. 1. §. Si duo. de pace tenend. & eius violat. ibi, cum inuestitor Donum inuestituræ cognoscit. Ex hac verbali, vel abusiua inuestitura, neque possessio, nec vtile Dominium Rei nouiter in
139 feudum† concessæ, vassallo tribuitur c. Ex ore de his quæ fiunt à maior. parr. capit. arg. l. Cum hæredes. in princ. ff. de acquir. possess. & c. Per tuas. de donat. Andr. de Iser. in proœm. feudor. num. 43. 44. & in c. 1. in princip. nu. 2. Quid sit inuestit. Marian. Sociu. Nepos in cōs. 75. nu. 36. vol. 2. & in consil. 1. num. 89. vol. 4. Ioan. Cæph. in consil. 468. nu. 74. vol. 4. Dicunt tamen, inue-
140 stito per eādem verbalem, siue abusiuam† inuestituram, tributā intelligi vassallo, licentiam propria authoritate capiendi possessione realem ipsius feudi concessi. Innoc. Panor. & alij. in c. 2. de Consuet. Doctor. in dicto c. 1. Quid sit inuestir. Bald. in rub. C. de contrahend. empt. q. 18. Angel. in l. Papinianus, § 1. ff. de inofficios. testa Iul Clar. in § Feudum q. 26. in princ. ante illū Iacob. Ardizon. in sūma. c. 39. Ex his. Iacob. de sanct. Georg. in d. inuestit. §. Inuestiui. nu. 3. Guliel. Hanneton. de iur. feudor. lib. 1. cap. 7.

Hæc tamen abusiua, verbalis, seu impropria inuestitura, si est dominus præsens in loco Rei in feudum concessæ, vel ità vicinus, quòd corporaliter demonstret, & corporalē, ac vacuam, & expeditam, per verba eidem vassallo possessionem tribuat, operabuntur, ac si vera posses-
141 sio, & vtile dominium verè traditum† esset. argum. l. Quod meo. §. Si venditorem. ff. de acquir. possess. l. Clauibus. ff de contrah. empt. Andr. de Isern. in dicto cap. 1. num. 1. Quid sit inuestit. Hanneton. in dicto cap. 7. Andr. Tiraq. iur const. parte 3. limitat 6. num. 4. Si verò feudum, & res concessa, eiusque demonstratio sit de longinquo, quòd oculis nō faciliter demon-
142 strari possit, vtiq; eius† et dominium, vel possessio, non transferuntur, & intelligenda est opinio Iacob. de Ardizon. in dicto cap. 39. sequitur Iacob. in dicto §. Inuestiui. nu. 3. arg. l. Si aget. ff. de rei vendic. l. fin. C. de sacrosf. eccles. & Hanneton. vbi supra. apud eosdem ha-
143 betur quæstio, quis præferatur† habens possessionem abusiuam, an qui habet realem? & alia in hac materia.

Eadē abusiua, siue verbalis inuestitura pro-
144 batur, vel per Curiæ pares, vel per breue† testatum c. 1. de feud. guard. c. 1. in princ. qui test. sunt necess. c. 1. §. 1. §. Itē vassallus. §. Si quis de manso. Si de inuestit. feud. contro inuest. Andr. in c. 1. in princ. Quib. mod. feud. constit. Quod breue testatum aliqui instrumētum publicum appellant, id tamen non admitto, quia de pro-
145 batione† per instrumentum, habetur in c. 1. in princ. Quid sit inuestit. & in c. 1. Si de feud. vassal. ab aliq. appell. & Andr. in d. c. 1. quib. mod. feud. const. vbi etiam loquitur de priuilegio. Vnde ego dicerem, non esse aliud breue testa-
146 tum, nisi aliquod memoriale, vel aliqua† cartula, in qua breuē attestationē, dñs sua manu fecisset, vel aliena manu scriptam sua manu firmatam, & sigillo munitam, in qua asserat inuestisse Titium de tali feudo, & hāc testationem, probationem vocat Francisc. Hotom. in d. c. 1. in princ. de feud. Guard. Breue testatum, idest testationem literis consignatam, & alibi dicitur, per chartam, per scripturam, per libellum. Et huc spectat breuis ille, cuius meminit Ardizon. in summa c. 78. Sed si dubitetur. Vbi dicit, an probet breuis, in quo sunt scripta nomina possessionum feudi? quem sequitur Paris de Puteo. de reintegr. feud. c. 75. Et iuxta. nu. 5. fol. 47.
147 quamq; quod dicit Ardizon.† ego intelligo, de libro Dñi, in quo sūt annotata nomina Feudorum. de breue vero testato, meminit Io. Ferrar. Montan. in vsus feudor. lib. 3. c. 1. col. 4. vers. Si verò pares. ibi, vnius testimonio, & sigillo ante eos Bal. in c. 1. in princ. nu. 3. cū pluribus seq. de cōtrouers. inuestit. De inuestitura, vero propria, & reali iā nota est omnibus, & ideo de ea vlterius dicendū non erit, cū Inuestitura ppriè
148 nil aliud sit, nisi possessio† c. 1. in princ. quid sit inuest. & ibi Andr. nu. 1. Idem Andr. in c. 1. in princ. sub vers. hoc in Regno. Quib. mod. feud. const. potest. & voluit Ioan. Vincent. Annius in allegat. 144. nu 2 Hieron. Grat. in cōs. 9. nu. 114. vol. 1. Portius in cons. 2. n. 48. An verò inuestitus per Anulū, vel quid simile à Dño, tamen dicente, q talis inuestitura habeat vim Realis, & cor-
149 poralis† possessionis, dicatur realiter inuestitus declarat Afflict. in decis. Neap. 299. p totū.

In Regnis tñ Neapolitano, seu Siculo, loco in-
150 uestituræ, sufficit habere priuilegiū, aut† assecurationis literas à Rege cōcessas. vt in const.
151 Dignū.† voluit Andr. de Iser. in c. 1. nu. 4. vers. Confirmatur. Quo tēpor. mil. in c. 1. in princip. Quib. mod. feud. const. pot. in c. 1. §. Sciendum nu. 4. sub verb. Inuestitura. de feud. cognit. & in Rubr. Quid sit inuestit. in fi. & in c. 1. §. Si minori. num. 7. in fin. Si de feud. defunct. milit. in c. 1. nu. 3. Quid præced. deb. Martiu. Laudens. in c. 1. in princip. nu. 27. vers. Fallit in Regno Sicilia.

de

de his, qui feud.dar. poss. Antonius Capic. in inuestitur.Feudal.§ Feudorũ inuestiturę.col.5. vers.Inuestitura in Regno.Guliel. Hãneton. in lib. 1. de iur.Feud.c.7.in princ. Paris de Puteo de reintegrat.feud.c. 76. Sequitur. nu. 14.cum pluribus seq. fol. 49. Nouissimè Francisc. de Amicis in c.1.§.Habet.nu.9.fol.104 de his,qui feud.dar. poss. Petr. de Gregor. Sicul. de concess. feud.parte 5.q.4.num.22.23.

Sed inuestiente per abusiuam, vel verbalem inuestituram, mortuo, cum sint statuti probationum modi, vt per Doctores supra notatos,
152 pulchrum † probationis exemplum protulit Abbas Vespergensis in Chronico anni 808.Ducatũ Sueuorum(inquit) viuente adhuc Othone Duce,Henricus Imperator, Bertholdo Comiti promiserat,eique Anulum suum, velut huius rei commonitorium dederat,quem ille diligenter seruans post amborum obitum,Imperatoris scilicet, & Ducis, Imperatrici Agneti, Imperium tũc disponenti obtulit, eamq; anulum agnoscentem, pro Ducatu sibi commisso, commonuit. Hæc Verspergẽsis. Sed crederem hoc solo Realem inuestituram minimè concedẽdam,non præcedente breue testato, scriptura,vel priuilegio, aut parium testimonio.

Quoad quartum quæsitum, an fidelitatis iu-
153 ramentum,remitti valeat? Dicendum est,†minimè ambigi à principio inuestiturę à Domino fidelitatis iuramentũ remitti posse, sunt enim
154 feuda nonnulla, pro quibus fidelitas † præstanda nõ est.c.1.§. Est,& alia ingratitudo.Quæ sit prima caus.benefic. ami.cap.1.§. Nulla. per quos fiat inuest.& vtrobiq; Andr.de Isern. Anton.Capic.in inuestit.Feudal. §. Feudorũ iuramenta.col.4.Paris.de reintegr.Feud.c.9.Pone. nu.22.Francisc.de Amic.in c.1 § Natura.nu 8. fol.117.de his,qui feud.dar.poss.Francisc.Duaren.in Consuetud. feudor. cap.13.nu.1. in fin. Abb. Panor.in consil.82. nu.7. vol.1. Francisc. Sonsbech.in vsus feud. parte 2.num. 33.

Quoad quintum,an possit remitti fidelitas?
155 videtur dicendum remitti posse†arg.d. c.1. §. Est,& alia.Quæ sit prima caus. benefic.amitt. ibi, vt pro his fidelitas non sit præstanda. Sed tñ omnes Doctores in præcedenti quæstione descripti tenuerunt cõtrarium,fidelitatem remitti minimè posse, quia ille text. interpretatur de iuramento fidelitatis,vt habetur simile. in c.1.§ Nulla. ibi qui fidelitatem facere recusat. Per quos fiat inuestit.& in c.1.§.Omnes filij. ibi fidelitatem facere debent. Si de feud. defunct.cont.sit.& voluerunt Iacob.de Beluis. in Prælud.Feud.col.2. Iacob. Aluar.& Præpos. in prælud.Diuision.11.& sic intelligenda sunt scripta Iacob.de Ardiz. in summa.cap.4.Dicitur autem.Hoc idẽ voluit Pernus Sicul.in consil.5.in princ. Iacob.Menoch. in consil.1.nu. 29. in cons.65.nu.43. vol.1. Francisc. Sonsbech. in vsus feud.p.2.n.33.Io.Cęph. in cons.549.n.35. vol.4.Causam ego credo, nec dominus remittens fidelitatem,faciat eum in fidelem,ac proditorem, & esset pactum delicti causatiuum,& ex alijs etiam, vt dicam in sequenti quæstione.

Quo verò ad sextũ,& vltimum, an fidelitas sit de feudi substantia? Dicunt oẽs supradicti Doctores,ea de causa iuramentũ fidelitatis remitti posse,fidelitatẽ vero minimè, quia est de
156 substantia ipsius feudi, cũ feudũ† dicatur à fidelitate,qđ dicit textus incauillabilis. in d.c. 1.§.Nulla. Per quos fiat inuestit.ibi, Nulla autẽ inuestitura debet fieri ei, qui fidelitatem face-
157 re recusat,cum à fidelitate†feudum dicatur, vel à fide. cuius authoritate ita voluit Iacob. Ardizon.in summa.c.4.Incip. Dicitur autẽ. Io. Blanch. in summa. Rub. 1. vers. Item feudum. Iacob.de Beluis.in prælud. col.2. Bald. col. 4. vers.Secundo quæritur. Aluarot.colum.4. vers. quarto quæritur.Host.in sum.tit.de feud.§ Vnde dicatur.Martin.Laudens.in c.1.in princ.nu. 23.vers.Quæro vnde dicatur. de his, qui feud. dar.poss. Vnde dicit, non valere pactum inter
158 Dñm, & vassallum, ꝙ vassallus†non cadat à feudo propter Felloniã, quia inuitaretur vassallus ad delinquendum.arg.l.Conuenire.ff.de pact.dotalib.l.Si vnus.§. 1. ff.de pact.Hanc eandem opinionem tenuit Cardin. in c.fi.q.15.de feud.Io.de Imol. in c.2. col.13. vers. Secundo tangit.eo.tit.Ias.in prælud.q.3.nu.28. Sed post antiquiores antè omnes voluit hoc idẽ Andr. in d.§.Nulla.nu.2.in c.1.§ Porro.num.18. vers. Sed si feudetur simpliciter.Ex quib.caus. feud. amitt.in c.1 §.Si minori.num.5.Si de feud.defunct.milit.Panor.in consil.82. nu.2. vol.1. Afflict.in decis.129.nu.2.Deci. in cons.413.nu.2. Marian.Socin.Nepos in cons. 102. nu. 1. vol. 2. Io.Raynaudi in repet. c. Imperialem. §. Illud quoq; præcipimus.nu.7. 12.de prohibita feud. alien.per Frideric.Claud. de Seisell in Specul. feud.& tit.de Diffin.& inuent.feud. colum.76. vers.Et per cõsequens sequitur. & col. 80.vers. Dicitur autem feudum. Francisc. Sonsbechius in vsus feud.par.2.nu.33.Hotom.in d §.Nulla. in verb. Cũ à fidelitate.Barthol. Camer.in d.c.
159 Imperialẽ,col.3.vbi dicit,basim,†fundamentum,substantiã,atq; ipsius feudi essentiam esse fidelitatẽ. & eius Simia, à quo, vt mihi pluries
160 testatus est,feudales riuulos†didicisse.Francis. de Amic.in d.c.1. §.Habet.nu.6. fol. 103.de his, qui feud. dar. poss.qui inquit.ꝙ fidelitas feudo inest,vt calor igni, à quo separari neqt. Iacob. Menoch.in cons.1.nu.32.in cõs.2.n.265. vol.1.in cons.156.nu.13. vol. 2.Afflict. in decis. 320.nu.4. Io.Neuizan.in consil.11. Camerar.in c.1.nu. 50.An agnat.Iul.Clar.in § Feudum q.5. Nicol.Boer.in cõsuetud.Bituric.tit.Des costumes des Fiefz.§ 3. col.fin.Augustin. Berous in cons. 115.nu.8.vol.1.Io.Cęph.in cõs.369.nu.10. vol.3.in cons.549.nu.36.vol.4.Ant.Sola in decret.Sabaud.in decret.Republicã.Glo.3.primę

partis. num. 3. in fin. & nouissimè Marchio de Ponte in consil. 2. nu. 13. in consil. 30. num. 34. vol. 1. Petr. de Gregorio Sicul. de concession. feud. parte 1. q. 9. nu. 7. & 8. vbi Don Garzias Mastrill. in apostill.

161 Alij dicũt, feudum dici à fieri, & sic à faciendo, qa propter fieri datur, vt † scripsisse Henricum Archiepiscop. in summa sua. §. 2. voluit Anton. de Prato veter. in c. 1. de his qui feud. dar. poss. retulit Ias. in prælud. feud. nu. 28. Qua ratione asserunt feudi concessionẽ esse cõtractũ

162 † innominatũ, do, vt facias, & cõpetere actionẽ prẹscriptis verbis. quod etiã asserũt Claud. Seisell. & Camerar. in locis allegatis. Tñ cõtractũ nominatũ esse voluit Bal. in cons. 327. vol. 1. Socin. apud Albert. Brun. in cons. 10. nu. 21. Rubeus Alexandrin. in cons. 130. nu. 8. Io. Cephal. in consil. 302. nu. 121. vol. 3. Io. Baptista Caccialup. in rep. c. 1. de feud. cognit. parte 5. nu. 9.

163 Alij verò dictũ volunt feudũ, † à faciendo, qa vassallus teneatur seruire Dño facto, & dicto. vt ex Odoffred. in summa dicit Ias. in loco allegato. Io. Raynaud. & Seisell. vbi supra.

164 Alij autẽ à fœdere dictum volunt, † cuius fuit author Vdalrich. Zasi. in tract. Feudor. parte 1. tit. de origin. feud. quem sequitur Camerar. vbi supra. Sonsbech. parte 2. num. 31. in fin.

165 Alij nouissimo loco feudũ potius † à Faida denominatum putant, vel à verbo Germanico Feed, quod Guerram significat, cum vassallus

166 † Dñm iuuare teneatur in bello. Vel à Feida quod est inimicitia. vt in Longobard. tit. de homicid. l. Si quis. vbi dicitur, quia filiæ eius, ꝑ fœmineo sexu esse probantur, non possunt ipsam Faidam leuare. Et inde dicitur, diffidatio illa, dum quis ad bellum, aut singulare certamen prouocatur. vt non ineptè plura adducẽs, voluit Francisc. Hotoman. in disput. Feudistica. cap. 1. & in Commentar. verbor. Feudalium. in verb. Faida. Quam Etimon calluit etiam Accurs. in c. 1. § Hoc autem. in verb. Legibus in fin. de his qui feud. dar. poss. vt rectè animaduertit Camer. in dicto c. Imperialem. colum. 3. Ioan. Thom. de Marin. de generib. & qualit. feud. tit. 15. nu. 1. Hinc sumptam arbitror Fi-

167 dam, & Diffidam, quam aliqui † Barones soluere faciunt ab hominibus clandestine damnificantibus eorum nemora, & pascua, de quibus ago in commentar. de Magistrat. edict. lib. 4. Ex quibus apparet fidelitatem esse de substantia Feudi.

ARGVM. CAP. LXV.

Patres in Regnis Catholici Regis, filios habent sub eorum potestate. An Galli, contra quorundam opiniones latè discutitur? De Patriciatus dignitate nonnulla differuntur.

COMPENDIVM.

1 *Filios non esse parentibus subditos nonnulli populi prætendunt.*
2 *Regem Galliæ non subesse Imperio, ex Accursio perperam capit Iason. nu. 3.*
4 *Galli substitutionem pupillarem filijs suis an faciant*
5 *Hispani liberos filios familias habent in eorum potestate.*
Intellectus l. Tauri 48.
6 *Filij familias in Regno Neapolitano sunt sub parentum potestate.*
7 *Intellectus Pragmatica filiorum familias.*
8 *In Ducatu Mediolani filijfamilias sunt sub parentum potestate.*
Intellectus Const. Mediolani. Nemo possit. tit. de acquir. hæred.
9 *Parentum potestas in filios, solum ad Romanos ciues spectat.*
10 *Filios esse sub potestate parentum, maius priuilegium est.*
11 *Parentibus parere iuris naturalis est.*
12 *Potestas parentum in filios iuris naturalis est, non ciuilis. nu. 13. 14. 18.*
15 *Imperat Princeps ciuibus suis, pater liberis, prẹceptor discentibus, Tribunus, vel Centurio militibus.*
16 *Filius dicitur pars patris separata.*
17 *Totum illud est, quod priusquàm sint partes, esse necessarium est.*
Ascanij Clementini error.
19 *Parentum potestas in liberos, ortum habuit à natura, formam, atq; incrementum à iure ciuili.*
20 *Parentum dominatum natura constituit, sed humanitatis plenum, & pietatis.*
21 *Filij nati ex matrimonio, semper præsumuntur sub potestate parentum.*
22 *Patria potestas, an sit probanda?*
23 *Patria potestas, an præsumatur? nu. 24.*
25 *Patriciatus dignitas filium à potestate patris subducit. num. 26.*
26 *Dignitas filium à patris potestate educit.*
27 *Princeps, an iuri naturali deroget? nu. 28.*
29 *Natura omnes etiam ex fornicatione natos filios appellat, ciuilia autem iura diuerso modo illos ad hæreditates admiserunt.*
30 *Honorandi parentes ex præcepto decalogi, & si filij in dignitate positi sint.*
31 *Patritiatus dignitas. nu. 36. 39.*
32 *Accursius defenditur ab impugnatione Budæi, & Alciati. nu. 33.*
33 *Dictio quasi nota improprietatis, & similitudinis. num. 34.*
35 *Christus appellat filiolos.*
36 *Patritiatus dignitas, an æqualis, antiquæ, cum ea, quę erat, Iustiniani tempore.*
37 *Patritij à Romulo electi.*
38 *Consules sub Imperatoribus, non tamen tantæ authoritatis quantæ sub Republica Romana fuere.*
39 *Patritiatus dignitas vnde dicta?*
40 *Patritiatus in remunerationem conferebatur.*
41 *Patritiatus dignitas, consularẽ dignitatẽ excedebat.*

Iura

42 *Iura naturalia apud omnes æquè ſeruanda ſunt.*
43 *Galli in vxores, & liberos, æquè ac in ſeruos poteſtatem habent.*
44 *Arreſtum Gallici parlamenti Pariſienſis, quo declaratum eſt, filios eſſe in poteſtate parentum. nu. 45.*
45 *Roffredus Beneuentanus, Azonis diſcipulus, & Accurſij prædeceſſor.*

CAP. LXV.

ET ſi nonnulli populi, tamq̃ Romano Imperio de facto nõ ſubiacentes, dicere valeãt Imperatorum legibus non ſubeſſe, & proinde
1 filios ipſorum à parentũ nexibus† liberos eſſe, vt de Gallis, inquit Accurſius. Inſtit. de patria poteſt. in fin. in verb. Romanorum. cuius Gloſs. Magni facit Iaſon. illius authoritate dicens,
2 Regem† Galliæ non ſubeſſe Imperio. Hoc autem nequaquàm in tanti viri ore ſentiendum fuit. Nunquam ego in dialecticis, ac Philoſophicis exercitationibus, didici, nec audiui, hoc argumentandi genus. Filij Gallorum non
3 ſunt ſub parentum† poteſtate; Ergo Rex Galliæ non ſubiacet Imperio. Sed ad inſtitutum redeundo. dicit Accurſ. quòd Galli illos tractãt, vt ſeruos, vel vt abſolutos. Hoc tenent pro ſpeciali prærogatiua Galli, quaſi filij ſint liberi, ſed patres, eorumq; authoritas eſt imminuta. Ex eodem fonte manat illud, quod apud eoſdem Gallos, patres ſubſtitutionem pupillarem fa-
4 cere† nequeunt ſuis filijs Iaſ. & alij. in l. Moribus. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. Iſta eſt magna prærogatiua, quà Galli patres priuarentur, ac reſtricta eſt illorum poteſtas, cum pupillares tabulas facere arceantur. Quam Glo. declarat Andr. Alciat. in tract. Diſpũctionũ. lib. 2. c. 22. & Petr. Coſtalius aduerſariorum iuris in l. Itẽ in poteſtate. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iuris.

Hiſpanicarum tamen legum diſpoſitione,
5 parentes habent liberos, ac filios familias † in poteſtate. vt patet ex l. Tauri. 48. vbi Michael Ciſuentes, Anton. Gomez, & Tellius Ferdinãd. & plura ſcribit Ludouic. de Molina de Hiſpanor. primogen. lib. 2. c. 9. num. 12. cum pluribus ſeq. nu. Sic etiam ex diſpoſitione iurium Re-
6 gni† Neapolitani. vt in pragmat. Filiorũ† fami-
7 lias. vbi Proſper Carauita. & Io. Franciſ. Scagl. in Commentarijs. Eodem mode ex Iure Duca-
8 tus Mediolanenſis. vt † in Conſtit. Mediolani. Nemo poſſit. ſub tit. de acquir. hæred. vbi loquitur de acquirenda hæreditate à patre repudiata, an poſſit per filium adiri patre viuente, dicens non poſſe, niſi fuerit emancipatus. Et tamen emancipatio præſupponit patriam poteſtatem. Maxima autem eſt authoritas habere filios in poteſtate, cum dicat Imperator, parentum poteſtatem in filios ſpectare ſolum-
9 modo ad Ciues† Romanos. §. Ius autem. Inſt. de Patr. poteſtat. Romani autem ipſi eo iure vtuntur, quod erat omnibus alijs magis priuilegiatum, vt omnibus innoteſcit. Hinc maxima dignitate honorari dicebatur ea natio, quę iure ciuium Romanorum, ſeu iure quiritum ornabatur. Nec eſt in ambiguitatem redigẽdum, quòd voluiſſent Romani vti poteſtate in filios, quaſi hoc non eſſet priuilegium dignius, & fa-
10 uorabilius, † quod etiam ad Hiſpanos, & Gallos extendi voluit Aſcan. Clementinus de patria poteſt. cap. 2. num. 4.

Quinimmo hac lege teneri oẽs perſpicuum eſt, & omnes locorum quorumlibet parentes, ſuos filios habere ſub poteſtate, quia vt paren-
11 tibus pareamus, iuris naturalis† dictamen ordinat. vt ſcribit Ioacchimus Hopperus vir grauiſſimus Friſius, & Philippi Regis Catholici in inferiori Germania q. Conſillarius de vera iuris prudentia. lib. 5. cap. 4. Poteſtas enim paren-
12 tum† in filios, non iuris ciuilis eſt, ſèd naturalis, idq; rectè docuit Ariſtoteles lib. Politicor. 1. cap. 8. dum ait, naturæ lege, ac præſcripto,
13 † liberos parentum Imperio ſubiectos eſſe, quod enim procreauit, ac genuit (vt præſit) & amicitiæ ratio, & ſenectutis, poſtulat, qđ quidem eſt Regalis poteſtatis. & demum poſt pauca inquit, qua quidem re, & maior natu minori, & procreator natis præſtat. Inſuper idem Ariſtoteles moralium Nicomach. lib. 8. cap. . .
14 inquit, natura pater filiorum, † & Aui Nepotum, & Rex eorum, quibus præſidet, Imperium obtinet. Vnde idem Ariſtoteles lib. 1. Oeconomicor. cap. 3. inquit, filios procreant homines, non ſolum, vt naturæ tributum ferant, verum etiam, vt commoda inde ſuſcipiant, valentes enim ipſi, imbecilles ſuos labore tuentur, & alunt; Mox imbecilles ob ſenium facti à valentibus eadem reportant. Hæc Ariſtoteles. A quo mutuo accepit per diuerſos verborum conceptus, eandem tamen ſententiam concludens Franciſ. Patritius de inſtitut. Reipub. lib. 4. titul. 3. dum ait, Quid? quod naturæ reſtituere debemus, quod mutuo accepimus, vtpotè vitam alijs dare, quam nobis parentes noſtri tribuerunt, qua ex re id nanciſcimur, vt filij nobis per ætatem ſenio confectis, & imbecillioribus factis, id reſtituant, quod à nobis in eorum infirma ætate acceperunt. Alunt nos in ea ætate, in qua baculo nitentes, infirmi, inualidiq; ſumus, ſicut nos illos educauimus in prima eorum ætate, cum noſtris vlnis ſuſtinebantur, vel reptando humi niti conabantur. Et hoc pacto viciſſitudo naturæ perpetuo adimpletur, & quod in ſimplici genere nequit, in ſua ſpecie conſeruatur. Hæc Patricius. Vnde inquit, Seneca de Clementia lib. 1. cap. 16. Non eſt (inquit) vnum imperãdi genus, Impe-
15 rat † Princeps ciuibus ſuis, pater liberis, præceptor diſcentibus, tribunus, vel centurio militibus. Hanc ſententiam ſequitur Vaconius à Vacuna declarat. Iuris ciuil. lib. 3. c. 50. nu. 1. 2. Qui etiam alio vtitur argumento, quòd filius

16 dicatur pars patris separata, † vt voluit Aristot. Morali. Nichomac. lib. 5. c. 6. Et pars separata cum toto est eadem, & sicuti pars natura ipsa subest toti, & à toto regitur, vt nemo negabit, ita filius natura ipsa subest patri, cuius est pars, vt dicit Aristotel. lib. 1. Politicor. Hæc Vaconius. Quod ego cōfirmo ex alio argumen-
17 to. Illud est verè totū, quod prius q̄ sint † partes, esse necessariū est, Aristot. lib. 1. Politic. c. 2. Patrem vero prius esse, ipso filio posteriori, docet Aristot. in prędicam. de relation. & cuilibet est notorium. Ergo patri, vti primo, & toto, filius tamq̄ posterior subesse necesse est. Non recte igitur sentijt Ascan. Clementin. de patria potestat. cap. 3. dum dixit, patriam potestatem
18 de iure ciuili esse. Cum iuris † esse naturalis voluerit Vaconius in dicta declarat. 30. lib. 3. Fracisc. Hotom. in d. §. 1. in verb. Proprium est, Inst. de patr. potest. Quo in loco dixerunt ortum habuisse potestatem paternam à natura,
19 formam † vero, atq; incrementum à ciuilibus legibus. Hoc idem sub ambiguè tamen sentit Franciscus Connanus Commentar. iur. ciuil. lib. 2. cap. 13. num. 4. Paternum (inquit) dominatum
20 † natura constituit, sed dum humanitatis plenum, & pietatis. Huc eleganter spectat illud Plinij iunioris in Panegyrico ad Traianum. Tu quidem Cæsar illam exceptionem remouisti (si modo filius in potestate patris fuisset) inuitus opinor, vim, legemq; naturę, quę semper in ditione parentum esse liberos iussit, nec vti inter pecudes, sic inter homines, potestatem, & Imperium valentioribus dedit.
Hinc filij nati ex matrimonio semper præsumuntur sub potestate, nisi emancipationem,
21 vel manumissionem † probēt. l. Item in potestate. l. Nam ciuium. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. l. Si filius. ff. de probat. quod & tenuit Doctor antiquissimus Roffredus Beneuētanus. de
22 libell. par. 1. tit. de actio. Quod † iussu, n. 1. licet patriam potestatem probandam esse voluerint Raph. Fulgos. & Lud. Roman. in l. Sed & si de sua. in princ. ff. de acq. hæred. & ideirco nō præ-
23 sumi, † vt pbauit Philipp. Deci. in l. Sine emancipati. nu. 3. C. de collat. quem quodammodo sequitur Andr. Alciat. in tract. præsumpt. regul. 2. præsumpt. 2. Quæ opiniones conciliantur, q̄ præsumitur quis sub parentum potestate, quan-
24 do † cōstat de filiatione ex matrimonio. vt probauit Angel. in dicta l. Sed & si de sua. quem sequitur Cor. in consil. 204. littera f. vol. 3. ... Sed iterum opponere poterit, patriam potestatem iuris non esse naturalis, quia per Principem non tolleretur, nihilominus per Patriciatus dignitatem, filius à Principe collatā, is à
25 Patris potestate subducitur. † l. fi. C. de Consul. lib. 12. à qua idem deduxerunt cōpilatores. in §. Sed ex cōstitutione. Inst. qb. mod. ius patr. potestat. soluit. Respondetur minimè obstare, nam Princeps non eximit filiū directo à patris potestate, sed dum illi dignitatem confert, dignitas illa, illiusq; gradus est sequela exemptionis filij à potestate patris, sic eodem pacto dignitas Episcopalis eximit filiū à potestate parentis, non quod id faciat Summus Pōtifex, qui illum Episcopi dignitate exornat sua authoritate, atq; potestate, vt sui iuris illū faciat, sed dum illi dignitatis culmen confert, digni-
26 tas † est, quæ ipsum à parentis manu illum educit. §. Illud. Auct. Constit. q̄ de dignit. vnde sumpta est auct. Sed episcopalis. C. de episcop. & cleric. Bal. in l. Sacrosācta. nu. 1. C. eo. tit. Panor. in c. Cum scimus. nu. 5. de regul. & in c. Cū voluntate. nu. 8. de sentent. excomun. & post Vniuium in commun. opin. 140. lib. 2. voluit Ascan. Clem. de patria potestat. ciuil. nu. 40. Quod & antea voluit Dyn. in c. Decet. vbi Nicol. Boer. de reg. iur. in 6. Nec videtur absurdum dicere, Principem, & si non possit in sui totalitate iuri
27 naturali † derogare, vt voluit Glos. in l. 6. C. si contra ius vel vtilit. publi. Posse tamē illi in par-
28 tem derogare, † vt voluit ibi Salycet. & post eū Constantius Rogerius de potētia legis l. p. 3. §. Pollicitus. nu. 2. Vnde in casu prędicto, nō derogaret prefatæ dispositioni, quando mādaret q in totū tollatur potestas parentum in filios, qd fieri nequaq̄ posset, tolleret enim pietatē, qua vti debent filij in patres, & tolleret etiam charitatem, ac dilectionē proximi, quod esset iniquum, sed cum mitiget dispositionem potestatis paternæ, dicens, q qui habet dignitatem Episcopatus, & Patritiatus, dicatur ab ea parentum solutus, dat honorato priuilegium, non submouens directè totalem parentum authoritatem. Et hinc videmus etiā Deo, & ab hominibus quādoq; ob necessitatem, hominumq; vtilitatem, ex causa fuisse dispensatum. Ioan. de Turrecremat. in c. 1. distinct. 91. & post alios scribit Ferdinandus Vasquius controuers. illustr. cap. 21. num. 10. ... Natura enim omnes filios appellat, siue ex concubitu fornicario quis nascatur, siue modo quouis alio, filius enim dicitur. Tot. tit. de naturalibus liber. & alibi pluries. Tamen Iurisconsulti, Principes, alijque legum latores, illos neque ad hæredita-
29 tem † non admiserunt, vt exemplificat Fraciscus Hotoman. in Comment. verb. Iuris. §. Naturale. & in §. Sed, & naturalia. Inst. de iur. natur. gent. & ciuil. Sed nō idcirco filius Episcopus, aut Patritius factus, non honorem debitum patri dabit, saltim † ex præcepto Decalogi, de ho-
30 norandis parentibus. Hinc Durādus in primo sentent. distin. 47. q. 4. censuit, Quartum, & Quintum præceptum, esse dispensabilia, quem tamen refellit Dominicus de Soto. de iustit. & iur. lib. 2. quæst. 3. articul. 8. Patriam tamen potestatem directo non contineri sub illo præcepto, nō negauerim. Quamq̄ quicunq; filius fuerit potestate prædictus, ex eadē lege, tenebitur patri debitum honorem exhibere. Episcopus

po-

potestatē parentū in filios iuris naturalis esse, vagantem extra tabulas decalogi, & in illa locum sibi vendicare authoritatem Diui Thomæ, quam sequutus est in loco proximè allegato Dominicus Sotus, qui alia præcepta, quæ extra Decalogum vagantur, neq; implicitè in ipso continentur, etiam si sint vires naturæ, nihil vetat, quominus sint dispensabilia, vt ipsi censuerunt.

Non duxi, hoc in loco silentio prætereundum, postquam loquuti fuimus de Patriciatus
31 dignitate, † quòd Gulielm. Budæus in l. fin. ff. de Senat. & Andr. Alciatus in 12. lib. Cod. tit. de cōsulib. grauiter lacerarūt Accursiū, primus de dicto eiusdē Accursij in §. Plebis scitū Inst. de iur. natur. gent. & ciuil. Alter vero de dicto eiusdem in § Filius Inst. Quib. mod. ius. patr. potest. solu. Quòd terminos confuderit, intelligendo de his Patritijs in eisdem locis loquutū fuisse Iustinianū, vt de Patritijs antiquis romanorū, cum sint penitus diuersi. Ego miror
32 duo iurisconsultorum lumina, † Italiæ vnum, Galliæ alterum, taxasse Accursium hac labe eruendū. Budęus dixit, Accursium dixisse in loco allegato quòd ij erant Patres Imperatoris. Hoc Accursius minimè dixit, sed quòd Patricij erant quasi Patres Principis. Quid vero mali fecit hoc dicens? cum motus fuerit tex. in d. § Filius. in quo Imperator protulit similia verba, dicens, quem sibi patrem elegerit. Vnde Budæus hunc errorē (si errare Princeps dicitur legem faciens) debuit Imperatori, non accursio tribuere. Hoc vnum melius dixit Accursius eodem Imperatore, quia hic, Patricios appellauit Patres, Accursius vero, quasi Patres,
33 per illam dictionem, quæ in proprietatis † notā dicitur. l. Si cū dotem. § fin. ff. Solut. matr. l. Si quis cum à fideicom. ff. de Condi. indebit. Corn. in consil. 198. litera. a. vol. 4. & in consil. 224. litera. b. vol. 4. Nil aliud dicere voluit, nisi quòd non sit verè pater, sed ad similitudinē patris, cum dictio quasi sit nota similitudinis,
34 † & similitudinem inducens. l. Posthumorum, in princip. ff. de iniust. rupt. & irrit. testa. Dyn. in consil. 41. nu. 5. Licitum est enim, magnæque modestiæ, causa Imperatori, Patritiū quēpiam Patrem appellare, est enim magnitudinis animi notorium indiciū. Sic omnipotens Deus per Nathan Prophetam dixit ad Dauid lib. 2. Regum c. 7. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Sic Iesus Christus semper appel
35 lauit filios † Marc. cap. 10. Io. c. 13. Sic Paulus ad Galathas c. 4. & Pluries Io. 1. cap. 2. & 3. cum duobus seq. Andr. Alciatus dicit, q Accursi. in d. §. Filius. confundit dignitatem Patriciatus, quæ erat tempore Iustiniani cū vetere. Et tunc dico Accursiū ibidem hoc minime dixisse, sed quod supra dixit, dum in verb. Patriciatus, dicitur enim Patricius, quasi Principis pater. Vnde Sallustius. O Patres conscripti. Hæc sunt verba Accursij. Ex quo sumit tacitum argumentum, quòd dum allegat Sallustium loquentem de veteribus Patricijs, ergo Accursius illos æquiperat. Non autem dicit, quòd sint ijdem, sed quòd cum Imperator, Patricios appellaret Patres, sic etiam Patricij, ac Senatores antiqui Romanorum appellabantur patres, ex dicto Accursij, & ex mille alijs, qbus possem validissimum, atq; optimum Accursij dictum confirmari. Sed estò, quòd Accursius fecisset hanc confusionem, quam illi dicunt, & quam ille nunquàm fecit, nec tamen idcirco erit tam magnū facinus. Quia, & si ego, minimè ambigam, sum-
36 mam Patriciatus † dignitatem, Iustiniani tempore, fuisse diuersam à prima. Non tamen Imperatores, Patricios creauerunt, qui saltim antiquorum Patriciorum quādam semina, ac simbolum haberent. Primi namq; illi tamquam pa
37 tres à Romulo † electi, & eos tamquam patres habuit in Senatum. Sic Imperatores tamē, patres illos tenuerūt, & voces, ac suffragia in Senatu habuisse, permiserunt. Quemadmodum, & in Consulibus est inspicere, quorum authoritas maxima fuit exactis Regibus, & vigente Republica, Tamen sub Imperatoribus fuerūt, & consules in honore quidem habiti, sed non
38 † tantæ authoritatis, ac potestatis. Sed nec solus Accursius eosdem Patricios æquiperasset. Sed & Cassiodorus lib. variarum 6. cap. 2. vbi de Patriciatus formula, verba faciēs, post mul-
39 ta. Patriciatus (inqnit) culmen † ascende, quod quidam iuridicorū, à patribus dictum esse voluerunt. Notanda verò dijudico esse illa verba (iuridicorum) indues fortè semper suo tempore, suaq; ætate, iuridicos ita tenuisse. Vnde idem Cassiodorus lib. 1. c. 3. in personam Theodorici Regis, conferentis illi Patriciatum in-
40 quit, Patriciatus tibi apicem iusta † remuneratione conferimus, vt quod alijs est præmium, tibi sit retributio meritorum. Et inter Senatores Patritios numerari, apparet ex eodem Cassiodoro ibidem cap. 4. dum de honore Patriciat.⁹ ei collato, scribit Senatui, Hinc Patricius Præfectorios, aliarumq; dignitatum viros præcedit. Vt testatur idem Cassiodorus in eadem formula Patriciatus, quod, & confirmauit Iustinianus Imperator l. Nemini. C. de Consulib. lib. 12. Propterea rectè scripsit Suidas Patricios appellari πατρίκιος πατὴρ τῆς πόλεως, idest Patricius pater communis, siue Reipublicæ. Patriciatus
41 verò dignitatem † excessisse consularem notorium est. Erat enim secunda post Imperialem, nam & Consules à potestate parentum non liberabantur, Patricius autem sic, quod, & aduertit diuini, & humani Iurisconsultissimus Ioachimus Hopperus de vera iuris prudentia lib. 8. titul. 3. Qui plura ad hanc materiam desiderat, videbit si Deus permittet, in Commentarijs nostris de feudis dignitatum, quos moliri cepimus, sed interim videat Petr. Fabri Semestr. lib. 1.

lib. 1. cap. 2. Petr. Gregor. Sintagmat. iuris vniuersi. lib. 11. cap. 10. nu. 5. & seq. Alexand. ab Alexand. Dier. Genial. lib. 5. cap. 18. Fenestell. de Magistrat. Romanor. c. 1. Pomponium Lætū de Magistrat. cap. 3.

Ex his diceremus, omnes gentes filios in eo-
42 rum potestate habere, cū iura naturalia † apud omnes æquè seruanda sint; Nec obstare illud, quod de Gallis in loco supra allegato scripsit Accursius. Nam, & Iulius Cæsar, qui tot annorum seculis illum præcessit, in commentar. lib. 6. Galli (inquit) potestatem vitæ, ac necis in
43 vxores, & liberos, æquè, † ac in seruos habēt. Quod non negauit idem Connanus in d. c. 13. sub nu. 6. in fin. & qui veritatem sequuntur id minimè negant. vt inquit Bartholomeus de Cassan. in Consuetud. Burgund. Rub. 6. §. 3. glos. 1. nu. 21. vers. Licet. vbi dicit illo anno per Arrestum Parlamenti Parisiensis fuisse iudicatum, quòd filij Gallorum, & Francigenarum
44 † sunt in potestate patris. quod post eum ingenue fatetur Petr. Gregor. Sintagmat. iur. vniuers. lib. 11. cap. 5. nu. 4. qui allegat Iulium Cæsarem, & Prosperum Aquitanicum, & ante eos Azonis discipulus, & Accursij præcessor noster:
45 Roffred. † Beneuentan. de Libellis. Rub. de Action. in rem præiud. nu. 3. vbi dicit, & Hispanos, & Gallos filios habere in eorum potestate. quod & fatetur Bodin. de Repub. lib. 1. cap. 4. Io. Paponus Arrestor. lib. 12. tit. 4. cap. 1. per quæ redduntur ambigua, quæ aduersus hanc traditionē scripsit Carolus de Grassal. Regal. Franciæ. lib. 1. Iure. 10. Lodouicus Maynus Action. in artem redactar. lib. 2. cap. 44 Sed habeant ipsi, vt fatentur, Galli, filios eorum liberos, & à Parentum nexibus alienos, ipsa enim filiorum libertas, vt in primis annis Parentum in obedientiæ assueti, operabitur, vt alios superiores facilius aspernantur, ex quorum contemptu omnis Reipublicæ neruus, & ordo confunditur.

ARGVM. CAP. LXVI.

Iuridici, ac Senatorum, & Consiliariorum consessus, & conuentus plures Regi Catholico pro ministranda Iustitia inseruiunt. Quot illi, & quibus in locis sint? quæ illis incumbant? Quæ salaria, & stipendia?

COMPENDIVM.

1 *Philippus Rex Catholicus habet consessus, ac Tribunalia, consiliariorū, vltra omnes mūdi Principes.*
2 *Princeps est Reipublicæ animus.*
3 *Reges creati à Deo, vt commissis sibi populis æquo libramine iustitiam faciant.*
4 *Rex ex numero Proborum virorum creatus.*
5 *Reges creati sunt, vt suo terrore populos à malo coerceant.*
6 *Rex, hominum, ac Reipublicæ amore detineri debet, non Equorum, Canum, ac similium.*
7 *Regis officium est publicæ vtilitati, non suæ incūbere.*
8 *Rex Catholicus Philippus spectatissimos eligit viros Magistratus.*
9 *Legum Periti Iudices ordinandi sunt.*
10 *Reges non sibi ipsis, sed Reipublicæ nati sunt.*
11 *Consiliarij Regij omnium peritissimi esse debent.*
12 *Consultationes in Consilijs, fiunt de opibus, de bello, pace, Regionis, & locorum custodia, & alijs; de sacrificijs, legibus, societatibus, fœderibus, & similibus. num. 13.*
14 *Consiliarij scire debent omnia genera rerū publicarū.*
15 *Sapientis actiones iustæ sunt.*
16 *Sapientes debent præcipere, & imperare.*
17 *Madritium oppidum, siue Mantua Viseria, (Madrid) vulgo Hispanorum dicitur.*
18 *Madrid oppidum nobilissimum, Regum Catholicorū inclita sedes, & Damasi Papæ patria, ac Sancti Isidori, non illius Ecclesiæ Doctoris.*
19 *Concilium sanctissimæ Inquisitionis in oppido Madritiano.*
20 *Gaspar Quiroga. S. R. E. Cardinalis, Archiepiscopus Toletanus, Hispaniæ Primas, olim Concilio sanctissimæ Inquisitionis Præsidens.*
21 *Magistratus, & officiales Concilij sanctissimæ inquisitionis quot sunt?*
22 *Concilium supremum Regale, & eius Magistratus; cui olim præsidebat Comes Varascia, nunc vero Don Ioannes à Stunica Comes Mirandæ, & Labagnesæ Marchio.*
23 *Status Concilium, suiq; Magistratus Madritij residentes.*
24 *Concilium Bellicum ibidem, & sui officiales.*
25 *Concilium Cameræ in eodem loco, cum suis Magistratibus. Don Petri de Vera, ab Aragonia Regij Senatoris laus.*
26 *Concilium Italicum, & sui Magistratus.*
27 *Don Ioannis à Stunica Comitis Mirandæ laudes.*
28 *Concilium de Azienda, & sui officiales.*
29 *Conciliū ordinum Equitum, cum suis magistratibus Madritij residentibus.*
30 *Concilium Aragoniæ.*
31 *Concilium Lusitanicum.*
32 *Concilium Cameræ computorum, ac rationum.*
33 *Concilium Indiarum, & Noui orbis.*
34 *Consessus causarum Capitalium.*
35 *Consessus pro statu Belgico siue inferioris Germaniæ.*
36 *Officiales pro insulis Canariæ.*
37 *Concilium in oppido Pinciano, Valladolid, dicunt.*
38 *Concilium in Vrbe Granatæ.*
39 *Conuentus in Regno Nauarræ.*
40 *Conuentus in Compostella, siue Galitia.*
41 *Concilium in Ciuitate Vlissipone.*
42 *Consiliarij in insula Sicilia.*
43 *Consessus Regius in Sardinia.*
44 *Consilium siue Senatus Mediolanensis, cum suis magistratibus.*

45 *In Hetruria ad Portum Herculeum, & Orbitellum Regius Gubernator.*
46 *Concilium apud Dolam in Burgundia.*
47 *Concilia Duo in inferiori Germania, vnum Bruxellæ, & Mechliniæ alterum.*
48 *Groningæ Ciuitati adest Tribunal Regium pro Hollandis, Transisalanis, & Frisijs.*
49 *Tribunalia Regni Neapolitani.*
50 *Regni Mexicani, Insularum Indiarum, Philippinarum, Noui orbis Concilia.*
51 *Magistratuum munus pro iustitia.*
52 *Salaria, & stipendia tribuit Philippus Rex Catholicus, ne mala, ac praua fiant.*
53 *Stipendia, & salaria, & euectiones Magistratuum, quas exhibet Philippus Rex Catholicus vltra Principes omnes.*
54 *Magistratus, qui in altum proueh untur à Philippo Rege Catholico illos ab imò erigente, quid facere debent.*

CAP. LXVI.

TRibunalium conuentus magistratuum iustitiam Ministrantium, plures habet Rex
1 Catholicus, in quo † excedit non solum Christiani orbis, sed totius Mundi Principes alios, & in ijs supremi, ac spectatissimi Principes viri existũt, quorum iudicijs, ac virtutibus totus orbis posset recto tramite gubernari.

Vnde Catholicus Rex, laudibus vltra omnes, hac peculiari prerogatiua cumulandus est, cum ità prudenter, ac ea, qua est suprema diligentia, muneri Regibus iniuncto satisfaciat, quia, vt Seneca de Clementia. lib. 1. inquit. Rei-
2 publicæ † animus, Princeps est. Animo itaq; titubante, tota Respublica corruit. Creati sunt enim Reges à Deo, inter cætera, vt sibi commis
3 sis Populis, æquo libramine † iustitiam faciãt. Hinc Hieronymus in Oseam. cap. 9. Idcirco (inquit) Deus Principes dedit, vt Populum corriperent, & ad rectum iter retraherent. Hæc vero omnia exhibere soli nequeunt, ideo viros graues Senatores, & consiliarios creant, non sapientia solum, sed vsu, experientia, ac gerendarum rerum Prudentia claros, ipsosq; eligũt, vt regum vices gerentes, necessaria subditis munia ministrent. ait enim Aristoteles Politicor. lib. 5. cap. 10. Regnum in præsidium proborum hominum, contra iniurias Popularium
4 esse constitutum, & Regem ipsum † ex numero proborum virorum creatum, vt virtute, aut rerum virtute gestarum magnitudine, aut ob generis excellentiam præstaret. Vnde Isidorus de summo bono. lib. 3. cap. 47. Principes (ait) Regesq; electi sunt, vt terrore suo Populos à
5 malo † coercerent, atq; ad rectè viuendum legibus subderent. Rectè etiam Marius Salomonius de Principatu lib. 3. Nolite existimare (inquit) à Deo creatum Mundum, & in eo homines, vt Principum seruirent emolumentis, absurdum quidẽ est, supra quàm dici potest, propter Principes factos homines opinari; Nam liberos, atq; æquales, nos omnes Deus genuit, Principes solum ad commodum Populorum, quo facilius humanam, atq; ciuilem societatẽ, innocentem custodirent, multis se beneficijs iuuantes, creati sunt. Hinc ad Nicoclem Isocrates in Oratione. 2. dicebat. Hominum, patriæq; amore detineri oportet Regẽ, neq; enim Equo
6 rum, † neq; Canum, neq; hominum, neq; alterius vllius rei possibile gerere curam ipsius intersit, curæ sit tibi, vt multitudini Imperium tuum gratum sit. Et Laurentius Grimalius de optimo Senatore lib. 2. Regis (inquit) officium
7 sciat † esse, non suæ, sed publicæ ciuiũ vtilitati consulere, legibus parere, ius, & libertatem Populi seruare, Senatus authoritatem, & dignitatem defendere, reuereri, & obseruare. Hinc Claudianus de 4. Honorij Consulatu.

Tu ciuem, Patremq; geras, tu consule cunctis,
Nec vbi, nec tua te, moueant, sed publica vota.

Hoc agit Rex, quia in ijs Tribunalibus specta-
8 tissimos viros eligit, attendens consilium † Iethro, quod dedit Moysi, vt iudicaret Populos, Exodi cap. 18. Prouide (inquit) de omni plæbe viros sapientes, timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam. Quibus cũ gubernatur omnis suæ Monarchiæ machina. Propterea Laurentius Grimalius de Optim. Senatore lib. 1. Quis (ait) Prudentius causas, & controuersias decidet, quis ciuium seditiones melius componet, quis Reipublicę leges, Populi consuetudinem, libertatem, mores, sapientius defendit, quàm Iuris, legumq; Peritus? de quo Cassiodorus lib. Variar. 8. cap. 18. inquit,
9 Professionem constat esse iustitiæ, legum † Peritos iudices ordinare, quia vix potest negligere, qui nouit æqualitatem, nec facile erroris vitio sordescit, quem doctrina purgauerit; Fœlix, & certa est conditio negociorum, quando ille sententiam dicit, qui non potest ignorare, quod eligit. Hinc Rodericus Zamorens. in Specul. vitæ humanæ. lib. 1. cap. 1. de Regibus inquit, Qui non sibi sed Reipublicæ nati sunt,
10 † dum discordias pacificant, oppressos à potentibus eripiunt, prouincias pace gaudere faciunt, violentias cohibent, iustitiam seruãt, malos dissipant, & quicquid agendum est siue ad benè, beateq; viuendum, siue ad res ipsas Politicas, fœliciter gubernandum, finemq; debitum dirigendum, legibus, præceptis, ac iustis lationibus disponunt. Et post pauca. Est deniq; Rex Pater patriæ, amans quos regit, proregẽs, quos gubernat. Et Plato lib. 1. de Repub. Qui magistratum gerere debẽt, probi, electiq; sint. Vnde Isocrates in loco supra allegato, Nicoclẽ consulit, vt viros prudentia clarissimos, sibi in consilium, & commertium admittat. peritissi-
11 mos enim scientiarum omnium, † cõsiliarios Regios esse oportet; nam, vt inquit Aristoteles.

les.lib. 1. Rethoric. cap. 4. Consultationes fiūt
12 de opibus de bello, † pace, Regionis. & locorum custodia. de his, quæ inferuntur, & efferūtur, ac de legum latione, & alibi in Rethor. ad Alexand. cap. 2. Fit quandoq; consultatio de
13 † Sacrificijs, legibus, apparatu ciuili, societatibus, fœderibus aduersus alias Vrbes. Vndè necesse est, vt qui benè velit consulere, quid optimum hominibus sit, sciat eligere. vt dicit idem Aristotel. lib. 1. Rethoricor. c. 6. Et ideo consultoris est necesse scire omnia genera re-
14 rum publicarum, † vt dicit Aristoteles in d. c. 4. Quando igitur sapientes eliguntur, sciunt quid, & causas cognoscunt. Aristoteles. 1. Me-
15 taphys. cap. 6. Et cum sapientis actiones † iustæ sint. vt ait Aristot. lib. 12. Metaphys. 52. ęquū
16 est sapientem † præcipere, & imperare, non autem illi præcipi oportet. vt dicit idem Aristotel. lib. 1. Metaphys. cap. 8. Quantumuis enim sapiens Rex habeatur, cum cōsilio tamen procerum omnia disponere debet. vt dicit Alphōsus Mōtaluus in Proœm. leg. Fori noui. in verb. Ouimos confeio. & dixi ad Bellugam. consiliarij autem eligendi sunt. vt tetigi supra. ca. 21.

Primi autem conuentus apud ipsum Regem sunt in oppido Madritio, (quod Madrid
17 † appellant) Mātuam Viseriam dixit Ptolom. lib. 2. cap. 6. Maioritum appellat Lucius Marineus rer. Hispanic. lib. 2. cap. 3. omni celebri-
18 tatis genere oppidum Nobilissimum, † non solum vti sedes Catholicorum Regum, sed etiā vti Damasi summi Pontificis, ac Sancti Isidori, non illius Ecclesiæ Doctoris, sed alterius reliquijs fulgentissimum, cuius situm, & commoditates describit Marineus in loco allegato. Hoc in loco hæc parlamenta, siue consilia reperiuntur. Concilium officij sanctissimæ Inqui-
19 sitionis in quo † non ità pridem viuens præsidebat Gaspar Quiroga, Archiepiscopus Tole-
20 tanus S. R. E. Cardinalis, Hispaniarum † Primas. In hoc resident sex Consiliarij, ac Senatores, Inquisitores Maiores appellati, Secretarij sex, Auditores quinque, Fisci Patronus vnus, Lictor vnus, Alguzerius appellatus, Custodes, siue Valuasores, quòd Valuas, seu Portas custodiunt, quatuor, ij vulgo Porterij appellantur. In hoc tribunali, res, & causæ, Fidē Catholicam concernentes, iustissimo libramine cognoscuntur; Equo tribunali sunt alij conuētus sanctissimæ Inquisitionis in Regnis alijs, ac Ciuitatibus, scilicet Vallis Oleti, (quam Pinciam dicunt) Granatę, Toleti, Lograni, Chōchæ, Hispalis, Murtiæ, Cordubæ, Arenæ, Aragoniæ, Barchinonæ, & Siciliæ. De his Ioannes Vasæus Chronicorum lib. 1. cap. 9. Quotquot (in-
21 quit) in Hispania sunt de rebus fidei † cognitores, ea fide religionem officij seruant, ea integritate, ac vigilantia, vt nemo quisquam hiscere contra sacrosancta Ecclesiæ statuta quicquam audeat: Alibi forsan impiè facere non licebit, in Hispania, ne loqui quidē, nisi piè conceditur. Alibi errores fortè iam nati extirpantur, in Hispania ipsa etiam errorum semina, antequam pululent opprimuntur. Hæc Vasæus. quem refert Iacob. Simancas in Praxi Hæreseos. tit. 1. num. 14.

Secundò, adest Concilium supremum Rega-
22 le, appellatum, in quo nō ità pridem † Comes Varasciæ præsidebat, in hoc Tribunali residēt sexdecim Consiliarij, ac Senatores. Fisci Patronus vnus, Secretarij sex, Relatores causarum quinque, & Porterij duodecim. Nunc dum ista transcribuntur, & Prælo dantur præsidet Don Ioannes à Stunica Comes Mirandæ, & Labagnesæ Marchio, olim Regis nostri sanctissimus Locumtenēs in hoc Regno Neapolitano. Hoc concilium per Antonomasiam supremum appellatur, & dum Rex nominat Concilium suū de hoc excellentiam intelligitur.

Tertiò residet Cōsilium status appellatum,
23 in quo Præsidet Catholica Maiestas, habet † Senatores, seu Consiliarios sex, è quorum numero paucis ab hinc annis erat Antonius Perenotus, S. R. E. Cardinalis de Gran Vela, idem Gaspar Quiroga Cardinalis, Marchio Aquilariæ, Don Ioannes Idiaquez, Don Ioannes à Stunica Princeps Petræ Pertiæ, & Frater Ferdinandus Ciaues, ordinis Prædicatorum, suæ Catholicæ Maiestatis à sacris confessionibus; Habet etiam alios officiales, & Porterios.

Quartò, Concilium Bellicum, in quo præsi-
24 det eadem sacra Catholica Maiestas, † habetq; sex Consiliarios, viros Principes, vsu bellorū, militięq; exercitatos, cū suis secretarijs, alijsq; officialibus.

Quintò consilium Cameræ, in quo similiter
25 sua Catholica Maiestas Præsidet, † Quatuor habet consiliarios, & Senatores, & sunt ex illis, qui sunt in Consilio Regali, de quo diximus supra, vers. Secūdo adest. Habet hoc tribunal suos Secretarios, aliosq; officiales ad illud explendum necessarios. In hoc tribunali tractantur omnes actus gratiam sapientes, qui à Principe emanant, vt mihi retulit Admodum Illust. Dñs Don Petrus de Vera ab Aragonia in sacro Cōcilio Neapolitano Decanus, vir omnium virtutum genere absolutus, & nunc eiusdem sacri Consilij Præsidens incorruptissimus.
26 Sextò; Concilium adest Italicū, † in quo Res Italicæ, scilicet Regni Neapolitani, Sicilię, Sardiniæ, Ducatus Mediolani, Portus Herculis, & Orbitelli, in hoc tribunali defuncto Gaspare Quiroga Cardinali, qui in illo præsidebat, subrogatus fuit à Regia Maiestate nuper Dō Ioānes Fernandez à Velasco Regni Castellæ Comestabilis, qui nunc meritissimè Præsidet. Habet septem Consiliarios, siue Regentes, nunc in viuis optimè moderantes, Saladinum, Scudero, Franciscum Aluarez de Ribera, Iacobum Mainoldū, Lanzam, Celeses, Camillū de Curte,

&

& Io. Thomam Salamancam. Habet sex alios officiales minores eidẽ tribunali inseruientes.

28 Septimò adest Concilium † appellatum Hispanicè de Azienda, in quo præsidebat nuper Don Ferdinandus de Vegha, habet Consiliarios siue Senatores duodecim. Secretarios quatuor, Fiscalem vnum, Relatores causarum quatuor, aliosq; minores officiales sex. In hoc concilio tractatur de omni Regis Patrimonio.

Octauò adest Cõcilium Ordinum Equitum,
29 de quibus ordinibus † latè dicam infra c. 74. Huic præsidebat paulo ante Don Iudicus de Cardona, adsunt Consiliarij, siue Senatores quatuor, Secretarij Duo, alijq; officiales.

30 Nonò Concilium Aragoniæ, † in quo præsidet Vicecancellarius, adsunt Consiliarij quinque, Secretarij quatuor, Fiscalis vnus, scriba mandatorum vnus, Porterij quatuor, ac alij officiales in eodem Senatu inseruientes.

Decimò. Concilium Lusitanicum, siue Por-
31 tugalliæ, † cui Præsidet Don Christophorus Mora Princeps conspicuus, & in eo residẽt Auditores quatuor, Secretarij duo, & alij officiales quatuor. Habet etiam Capellanum Maiorem Regium, cui subsunt sex alij Capellani minores Lusitani, adest sanctissimi Domini nostri Summi Pontificis Nuncius separatim pro hoc Regno.

32 Vndecimò adest Concilium † Cameræ, seu computorum, ac Rationum, in quo sunt Auditores quatuor, Fiscalis vnus, Relator vnus, sed & adest Locũtenens vnus, Rationales Maiores, duo, qui Contadores Maiores appellantur, alijq; rationales viginti, quos Cõtadores de Risolda, appellant, Secretarij duo, & Porterij quatuor.

33 Duodecimò adest Concilium Indiarũ, † in quo affuit olim Præsidens Doctor Don Antonius de Padilla, habet Consiliarios quatuor, Fiscalem vnũ, Relatores duos, Secretarios duos, Rationales maiores tres, quos Contadores maiores dicunt, Porterios tres.

Decimotertiò in eadem Curia adest Confes-
34 sus Causarum Capitaliũ, & Criminalium, † in hoc sunt quatuor Doctores præfecti eisdẽ causis, hos Hispanicè Alcaides nominant, adest Fiscus, adest Carcerarius, alijq; officiales eidem tribunali necessarij.

Decimoquartò pro statu inferioris Germa-
35 niæ, siue Belgico sunt in eadem † Curia Secretarij Regij duo, qui eiusdẽ status negotia tractant, alijq; officiales eidem officio necessarij.

Decimoquintò, adest Regẽs, & consiliarius
36 pro insulis Canariæ, cum † suis alijs officialibus, deputatis pro negotijs earundem insularum. Hæc omnia, aliaq; in curia sita sunt quorum notitiam non habemus.

Extra Curiam per Hispaniæ Regna, sunt alij quatuor iuridici conuentus, siue Consilia, in quibus sunt præfecti, Consiliarij, alijq; Magistratus, sunt autem infrascripti.

37 In Oppido Pinciano, quòd Valladolid † appellant, idq; in Ciuitatem nunc redactum est, cum suo Episcopo, in hoc resident sui consiliarij, siue Auditores, alijq; Magistratus ad illud tribunal necessarij.

38 In Vrbe Granatæ alius, in quo † sunt similiter sui Præsidentes, atq; auditores, & hi maxima prærogatiua vtuntur, ob diuersorum populorum ad illorum tribunal concursum.

39 In Regno Nauarræ est alius † conuentus, in quo pro iustitia ministrãda coram Consiliarijs ibidem deputatis cõcurrunt omnes subditi illius Regni.

40 In Compostella, siue Galitia † similiter est alius conuentus Magistratuum Regiorum de causis ibidem cognoscentium.

Similiter in alijs Regnis habet Rex Catholicus, conuentus aliorum cõsiliorum, & Sena-
41 tuum, vt in Lusitaniæ † habet Senatum totius Regni, in Ciuitate Regia Vlyssipona, in quo sũt Magistratus, ac Senatores regij apud quos omnia Regni iurgia dirimuntur, cum alijs officialibus, ad Regni gubernationem spectantibus, & pertinentibus.

42 In insula Siciliæ adest † sub Locumtenente, siue Prorege totius Regni, consiliarij, Senatores, ac Regentes; Adest Magna Curia. Adest Cõsiliũ siue Monarchia, de qua dixi supra. c. 53.

43 Apud insulã Sardiniæ similiter † adest consessus Regius Magistratum Regiorum, in quo tractantur causæ omnium Insulanorum.

44 Mediolani, adest consessus † Regiorum Senatorum pro toto Ducatu ibidem concurrentes pro litibus grauibus, quæ in eo agitantur.

45 In Hetruria adest Gubernator † Regius apud Orbetellum, ac Portum Herculeum, ab eo tamẽ causæ appellantur ad Concilium Regium Neapolitanum.

46 Apud Dolam in Burgundia † adest similiter tribunal cum pluribus Senatoribus, & Consiliarijs.

47 In Belgio adsunt † duo Senatus plurium cõsiliariorũ quorum alter apud Bruxellas, apud Mechliniam alterum residet, vt Barlandus, & alij fatentur, & de ipsis loquuntur.

Sic etiam apud Hollandos, Transisalanos, &
48 Frisios, hi namq; vltimi apud † Groningam Ciuitatem tribunali Regio subsunt.

Regni tamen Neapolitani, dicam latius, vti
49 alij notitiam habeant. Adest enim sub † Gubernatore, & pro Rege Cõcilium Regni supremum, quod appellatur collaterale, in quo, vt plurimum sunt quatuor supremi Senatores, Cõsiliarij, qui Regente appellantur, qui vti Doctores totum ferè Regnum gubernant, & regunt. Adest ibidem Secretarius Regius, qui habet sub se alios officiales circiter triginta ibidem inseruientes. Adest ibidem Consilium Regium, siue Senatus in quo est Præsidens Sacri Con-

Concilij, ac sexdecim consiliarij,in plures Rotas diuisi. Adest Secretarius eiusdem Sacri Cōcilij; sunt ibidem Actuarij, examinatores, & Scribæ ascendentes ad numerum ducētorum. Sunt Porterij plures,qui stant custodiētes Portas Aularum, siue Rotarum, & ij vocant alta voce quærendo litigantes,& Aduocatos, quo mane ingrediuntur aulam, & est aliqua causa discutienda. Adest etiam Consilium, siue Camera Regia,in qua præsidet Locumtenens Magni Camerarij, ac Decem Consiliarij,siue Præsidentes,sex Doctores, & quatuor alij non Doctores, qui eliguntur ex rationalibus Cameræ pro computorum dispunctione Regiorum,Regij Fisci Aduocatus vnus, & Procurator Regij patrimonij. Rationales duodecim. Quatuor sigilli Regij custodes; Adsunt Actuarij; ac scribæ, & Porterij, alijq; officiales circiter Ducenti. Adest Magna Curia Vicariæ, in quo est Regens causarum Capitalium,ac Criminalium, in quo sunt quatuor iudices criminales Doctores, quorum duo sunt ex nouissimis Consiliarijs,alij duo ponuntur à Locumtenente,& pro Rege, & ij sunt biennales. Adest Regij Fisci aduocatus perpetuus vnus, Aduocatus Regius pauperum, Procurator Fisci. Adsunt Actuarij examinatores Fiscales, & scribæ, qui excedunt numerum Ducentorum. Adest etiam Tribunal Magnæ Curiæ Vicariæ causarum Ciuilium,quas committit idem Regēs,octo adsunt iudices causarum Ciuilium Doctores Biennales in duabus Aulis Actuarij,scribæ,sub actarij excedentes numerum trecentorum. In vtroq; Magnæ Curiæ consessu, magna quantitas Militum, siue Alguzeriorum, qui sunt sub Capitaneis Custodiæ Ciuitatis Neapolis,præsertim tempore Nocturno, ac sub eodem Regente vti Capite, hiq; Alguzerij, siue viatores sistunt litigantes,& carcerandos. Similiter adest Tribunal Magnæ Curiæ Siclæ, cū suis iudicibus duobus Doctoribus perpetuis,sunt Magistri Rationales,Actuarij, alijq; officiales. Qui oēs alijq; qui omittuntur in Vrbe Neapolitana resident. Sunt autem extra Vrbem octo alij Conuentus Iuridici,siue Audientiæ Regiæ,in quarum qualibet, adest Gubernator, siue Iustitiarius Prouincialis,qui maiori ex parte,sunt Duces,Marchiones, Comites, & alij Equites à Rege creati, & sunt biennales,ac triennales, in qualibet etiam ipsarum adsunt quatuor Auditores Regij, similiter biennales, qui ponuntur à Prorege Regni, & vnus Regij Fisci Aduocatus, & Procurator Regius vnus, & hi sunt perpetui à Rege Creati, Habet quælibet ipsarum audientiarum suos Magistros Cameræ, Secretarios, Actuarios, Nuncios, satellites, seu viatores. Hæ vero Regiæ Audientiæ Resident, in Ciuitate Licij in Magna Græcia, siue Hydrunto, in Ciuitate Trani, Salerni, Luceriæ, Theatæ, Consentiæ, Rhegij, ac Montis fuscoli.

Omisi ex professo Concilia, siue tribunalia
50 regia, Regni Mexicani,insularum † Indiarū, Philippinarum, ac noui orbis, ne plus debito lōgior existerem, cum septem consilia ibidem Regis nostri esse scribat Gulielm. Zenoch. de Repub. Caroli.lib.2.

Eorundem Magistratuum Regiorum munus
51 hoc est ad iustitiam litigantibus † exhibendam; quo modo autem id fieri debeat,& à quibus præcauere debent,amplè tradidi sup.c.21.

Stipendia autem, & salaria eisdem debētur,
52 ne mala, ac praua perpetrare † cogantur, de quibus salarijs, & stipendijs plusq̄ alius quispiam vsq; huc amplè tradidi de Magistratuum edictis lib.1.cap.11. Ibi videbitur. Deo permittente. Rex autem Catholicus virtuti deditos
53 ad culmina † Magistratuum extollit,stipendia liberalissimè tribuit, & ob merita aliquorum, quandoq; stipendia duplicat, ex Regio Thesauro,atq; ærario illa exhiberi faciēdo,aliquos etiam prouehit ad Consiliarij,status,ac bellici gradum; Comites creat alios,Marchiones, Duces,ac Principes, virtutē sic erigendo,vt scientia præditi irremunerati non transeant, alijq; discant virtutibus incumbere, Regique fidele seruitij obsequiū exhibere,vt ijs stimuli,quandoq; tumidis, ac superbis allecti mortales, in hoc mundo suā mercedem habuisse,gaudeant. Vtinam aliqui hoc liberale,& Magnificum Re-
54 gis† intentum,non vitio vertant,sed Deo gratias reddant, quòd Regis animum ad eos fouendos mitem reddiderit,ac idcirco populis, se tractabiles, & non asperos exhibeant, considerātes, quòd ex stercore erigerit pauperes, & collocauerit cum Principibus populi sui.

ARGVM. CAP. LXVII.

Bellum indicere potest Rex Catholicus, idq; iure, & authoritate probatur.

COMPENDIVM.

1 *Indicere bellum est de Regalibus, & ad supremum Principem spectantibus.*
2 *Rex Catholicus non recognoscit superiorem in temporalibus.*
3 *Rex Catholicus habet potestatem indicendi bellum.*
4 *Reges de facto Imperatorem non recognoscentes indicendi belli authoritate funguntur.*
5 *Rex Aragoniæ bellum indicere potest.*
6 *Reges Hispaniæ bellum indicunt. nu. 10.*
7 *An liceat bellum indicere pro recuperanda re sua,ac furtiuè accipere.*
8 *Aliena possessio ab aliquo occupari de facto nequit.*
9 *Princeps legibus, & constitutionibus ciuilibus solutus est.*
11 *Principes Christiani, Pontifici Maximo subditi, eo inconsulto, bellum contra alium Christianum Principem indicere non possunt. nu. 12.*

Phi-

13 *Philippus Rex Catholicus nullum vnquàm bellum mouit, nihil vnquàm contra alium egit, vel armis nullum lacessiuit, nisi coram Pontifice Maximo, & Cardinalium Consistorio, causa proposita, & perorata.*

CAP. LXVII.

QVI habet iura Regalia, ac supremo Principi spectantia, ac superiorem in Temporalibus non cognoscens, bella indicere potest. Sed Rex Catholicus habet iura supremi Principis, & neminem recognoscit in temporalibus, ergo Rex Catholicus bellum indicere potest.

Maior probata est supra c.32. In quo traditum est, Indicere bellum, esse de Regalibus, &
1 ad supremos† spectare Principes. Insuper Ca-
2 tholicum Regem non† recognoscere aliquem, dictum est supra c.47. & 48. Vnde sequitur con
3 clusio Regem Catholicum ius† indicendi bellum potestatem habere.

Reges autem de facto Imperatorem non recognoscentes indicendi belli authoritatem ha
4 bere† concludit Oldrad. in cons. 70. incip. An Princeps. Vt in specie de Rege Aragoniæ di
5 cit† Raphael Fulgos. in l. Ex hoc iure. ff. de iust. & iur. astipulantur notata per Bartol. in l. Hostes. nu. 9. 16. ff. de Captiu. & postlim. reuers. voluit Panor. in c. Sicut infra. il 3. num. 8. de iureiurand. Vbi dicit, Reges Hispaniæ posse bel
6 lum indicere, quia† habent iura Principis, nec habent superiorem temporalem, ad quem possint recurrere pro iustitia, ex mente Innocent. in c. Olim il 1. de Restit. spoli. qui dicit, quòd vbi quis rem suam possessam per alium, vel ius suum prosequi non potest, licitum est authoritate superioris, Arma mouere, & bellum indi
7 cere ad recuperandum sua, ac † etiam furtiuè accipere c. 2. 23. q. 2. l. Nullius. C. de iud. Tamen si Principem super se habeat, eius authoritate hoc faciat, & non aliter. c. 1. 24. q. 2. Et hoc iustum videtur, quia nulli licet iura temperare, sine authoritate conditoris iurium. In iure autem continetur, alienam possessionem quem oc
8 cupare† non posse. l. Si quis in tantam. C. vnd. vi. Ipsi autem Principi, qui à Constitutionibus
9 Ciuilibus solutus est, sine† authoritate hoc licet. l. Digna vox. C. de legib. Hæc sũt verba Innocentij. Hanc eandem opinionẽ tenuit Tho. Grãmatic. in decis. Neap. 65. nu. 74. Vbi inquit,
10 Hispaniarum† Regem posse bellum indicere.

Ex iam dictis videtur, nõ solum Regem Catholicum, sed, & alios Christianos Reges, ac Principes, cum Pontifici Maximo subiaceant,
11 illo inconsulto, † bella indicere non posse. Tho. Grammat. in dicta decis. 65. nu. 74. Quam opinionem ego veram sentio, dùm Princeps
12 Christianus contra alium Principem † Christianum bellum mouere intenderet, aut alium Populum, ac Regnum Christianum. Hac perpetua obseruantia vsus est Philippus Rex Catholicus, nullum enim vnquàm Christianum populum, vel Principem Christiano nomine profitentem bello lacessiuit, nisi perorata, ac relata prius causa coram Pontifice Maximo, &
13 † omniũ Cardinalium Collegio, ac factis debitis, & Christiano Principi necessarijs monitionibus, sic in Belgas, ità in Lusitanos, sic in alios quoscunque semper se exercuit. Iustè igitur repræhendi vnquam poterit, si monitis inauditis bellum in aliquos monit, & ob id Dei Optimi Maximi beneficio, semper fęlicissimè omnia ei cesserunt. Ad bellorum Segetem, qui plura desiderat, quæ scripsimus supra. c. 32. videat, & materiam plenam videbit.

ARGVM. CAP. LXVIII.

Antiquiora, & commodiora Regna, ac Dominia possidet Rex Catholicus, antiquitates, & commoditates ad viuum enucleantur.

COMPENDIVM.

1 *Summus Pontifex, seu sancta Romana Ecclesia, quid possideat in Italia?*
2 *Serenissima Respublica Venetorum, Genuensium, & Lucensium, quid possideant in Italia remissiuè.*
Serenissimi Dux Sabaudiæ, Magnus Dux Hetruriæ, Dux Ferrariæ, Dux Mantuæ, Dux Vrbini, possident eorum status Italia.
3 *Rex Catholicus, quos status possideat in Italia?*
4 *Solidum ius quęritur ex temporum prioritate.*
5 *Antiquissimum quod est, hoc est venerabilissimum.*
6 *Antiquitas Italiæ, nulli Orbis parti cędit.*
7 *Kithim idest Italia post Diluuium primo loco habitata, num. 15.*
8 *Iapeto filio Noę Italia contingit.*
9 *Gomerus Gallus Iapeti, siue Iani filius. nu 69. 73.*
10 *Priora Regna hęc nominantur, Armenum, & Italicum. num. 11.*
12 *Italię splendidissima origo, tempore, & origine gentis.*
13 *Ianus sub initium Aurei Seculi in Hetruria lęuum latus Tyberis tenuit.*
14 *Moyses Italię meminit.*
16 *Insulæ Cethim, idest Italiæ.*
17 *Italia insula instar.*
18 *Portus Herculeus, & de eo multa remissiuè.*
19 *Thomas Facellus Siciliæ antiquitates ab omni temporum iniuria vindicauit.*
20 *De Italiæ laudibus multa ex Strabone.*
21 *Italiæ temperies.*
22 *Italiæ longitudo, & latitudo.*
23 *Italiæ Flumina, & Lacus.*
24 *Italiæ Metalla.*

25 *Italiæ materia, esca, pecora.*
26 *Italiæ vbertas.*
27 *Italiæ laudes ex Pomponio Mela.*
28 *Italiæ laudes ex Iulio Solino.*
29 *Italiæ laudes ex Plinio. nu. 30.*
31 *Italiæ laudes ex Varrone.*
32 *Italiæ laudes ex Aeliano.*
33 *Italiæ laudes.*
34 *Italiæ laudes ex Floro.*
35 *Italiæ laudes ex Cassiodoro.*
36 *Scyllaceus sinus apud Bruttios.*
37 *Italię laudes ex Ioanne Boemo.*
38 *Regnum Neapolitanum, est Ambitiosorum, Auarorum, ac Tyrannorum Palestra.*
39 *Italiæ laudes ex Virgilio.*
40 *Insulę Siciliæ fertilitas omnibus nota.*
41 *Galesus Italię Fluuius.*
42 *Mons Hybla, & de suis apibus in Sicilia.*
43 *Croci fertilitas apud Magnam Gręciam, Marrucinos, Marsos, & Aprutinos, ac Siculos.*
44 *Canabis qualitas apud Sabinos, Capuanos, Auersanos, totamq; Campaniam.*
45 *Apulia frumentis abundans.*
46 *Italia digna fuit, tenere Spirituale, & Terrenum Imperium, sanctam Dei Ecclesiam, Summum Christi Vicarium, Petri successorem.*
47 *Paulus Apostolus in Hispania ad prædicandum.*
48 *Hispania habitata à Thubal Iapeti filio.*
49 *Ianus in Celtiberos Hispalos venit.*
Setubal in Lusitania, vel Dubal Ciuitates à Thubale conditas.
50 *Pomponius Mela, num Bethicam in Hispania describserit.*
51 *Contra eos, qui Berosum non habent inter Historicos.*
52 *Berosum Magnifaciunt Iosephus, & D. Hieronymus post Plinium. nu. 53.*
54 *Hispania vnde dicta.*
Celtiberi qui? nu 55.
55 *Celtę qui? nu 56.*
57 *Hispani Galleci à Gomero Gallo dicti. num. 58, 59. 60.*
61 *Brennus Belga Dux in actum transeuntis, non permanentis obsedit Romam.*
62 *Camillus de Brenno, siue eius bello triumphauit.*
63 *Galli à Candore dicti, quia γαλα lac album significat.*
64 *Galathę sic nuncupati à Corporis candore.*
65 *Galactites siue Galaxias Gemmę species, intercurrentibus Venis sanguineis lactei coloris.*
66 *Brennus, suiq; milites deleti dum spoliarent Apollinis Delphici templum. nu 67.*
68 *Gallos Cisalpinos inter Italos enumerat Cicero. n. 69.*
70 *Gomarenses qui?*
71 *Galathæ Gręciæ populi, & à flumine Gallo dicti. num 72.*
73 *Gomerus Gallus Italiam habitauit.*
74 *Hispanię laudes ex Strabone.*
75 *Hispanię laudes ex Suino.*
76 *Hispanię laudes ex Plinio.*
77 *Hispanię laudes.*
Hispanię laudes ex Iustino.
78 *Burgundię, Flandrię, Artesię, Hollandię, Hannonię, Thrisię, Brabantię laudes remissiuè.*
79 *Belgię, & inferioris Germanię fertilitas, & commoditas.*

CAP. LXVIII.

SVmmus Pontifex, sanctaq; Romana ecclesia possidet in Italia partē Insubriæ, quam Lombardiam appellant, in statu Bononiensi, Vm-
1 briam, †statumq; Perusinum, Spoletinum, Marchiam Anconitanam, partem Latij, siue Campaniæ. In eadem Italia, suum habet Imperium
2 †Senatus, & Respublica Venetorum, Respublica Genuensium, & Lucensium; Aliam partem habet Dux Sabaudiæ, Dux Magnus Hetruriæ, Dux Ferrariæ, Dux Mantuæ, Dux Vrbini, Dux Mutinæ, & Rhegij, alijq; Principes. Sed & in
3 ea suos habet Status Rex Catholicus † Regnū Neapolitanum, siue Regnū Siculum, Ducatum Mediolani, ac in Hetruria Herculeum Portum, Orbitellum, & Plumbinum nunc habet, & Regna Hispania, quæ sunt antiquiora, & commodiora omnibus alijs, & sic alia dominia eiusdem Catholici Regis, Idcirco vti possidēs Regna antiquiora, ipse maxima prærogatiua vti-
4 tur, ex temporis enim prioritate solidum † ius quæritur. l. Qui Balneum. l. Qui potior. ff. qui pot. in pignor. hab. cum simil. Quod enim anti-
5 quissimum, hoc venerabilissimum esse † voluit Aristoteles. lib. 1. Metaphysic. cap. 2. cum alijs multis adductis per Bartholom. de Cassen. in Catalog. Gloriæ Mundi parte 4. considerat. 23. & ad saturitatē in eodem casu Iacob. Philipp. Port. in consil. 167. num. 54. cum pluribus seq. Frideric. Scot. in consil. 28 num. 10. cum seqq. lib. 6. tom. 1.

Quātum attinet ad Italiæ antiquitatem, nul-
6 li orbis parti cędere, notum † est: Hinc rectè Virgilius lib. 1. Aeneidos:

Terra antiqua, & potens.

Si enim à veritate non deflectamur, inchoando ab vniuersalis Diluuij initio: Dum Noe secundus hominum parens, tribus filijs Semo, Chamo, ac Iapeto, Aphricam, Asiam, & Europā diuisit; apparebit inter Europæ partes has fuisse primo loco habitatas, Celtiberiam, Cel-
7 tas, & Kithim, † idest Italiam, Tuysconum, & Ioniam, vt est author Berosus lib. 1. Istaq; portio Europæ Iapeto, ac aliquibus ex suis filijs
8 contingit. Hic Iapetus Europam sortitus † in multas creuit gentes, dictusque est Ianus, qui primo regnauit apud Tuscos in Hetruria, tenens Læuum Tiberis Latus, ab hoc descen-
9 dens Gomerus † Gallus eius filius colonias posuit in Regno, quod post Italia dicta est, Porro Aschanez filius Gomer, de quo Genes. c. 10. ante omnia in vltima Italiæ parte apud Calabros in Regno Neapolitano Ciuitatem

ædi-

ædificauit, cui à suo nomine Aschenaz nomen
impofuit, quæ Reghium postea dicta fuit. vt te-
statur Iosephus Antiquit. Iudaicar. lib. 3. dicēs,
Aschanez instituit populos, à Græcis Reghi-
nos appellatos. Hinc Hierony. in quæst. super
Genesim, dicit, Aschenam esse Ciuitatem Ita-
liæ, Reghium à Græcis dictam. Steterat autem
Italia in solitudine ab anno Diluuij vniuersa-
10 lis 108. quo instituit Italicum Regnum † pri-
mum ipse Noë, fuitque Iapetus eius filius Ia-
nus appellatus, qui stetit per triginta tres an-
nos, & post ipsum Gomerus Gallus eius filius,
eiusque posteri aliqui. vt idem Berosus est au-
thor. lib. 4. & nouissimè Gul. Zenocar. de vita, &
Repub. Caroli. lib. 1. Quod hoc vno argumento
solido probatur, quia à Diluuio, hæc duo Re-
gna prius habitata, ac priora fuere, & hæc sola
11 nominantur, Armenum, & Italicum, † vt his ver
bis Berosus. lib. 3. demonstrat, dum de accessu
Noë in Italia, & eius morte loquitur dicens:
Cumq; iuisset ad Regendū Kithim, quam nunc
Italiam nominant, desiderium sui reliquit Ar-
menis, ac propterea post mortem illum arbi-
trati sunt in Animam cęlestium corporum, tra-
latum, & illi diuinos honores impenderunt,
& ob id solum hæc duo regna, Armenum qui-
dem, quia ibi cœpit, Italicum verò, quia ibi fi-
niuit, & docuit, & Regnauit: Naturaliumq; at-
que diuinorum, quæ eos erudiuit, libros ple-
nissimè illis conscriptos, reliquit. Hæc Berosus.
quem nouissimè sequitur Ioannes Magnus Hi
stor. Gothorum, & Suenon. lib. 1. cap. 3. Quibus
cōcinunt scripta à Marco Catone de Origini-
bus in princip. Italiæ (inquit) splendidissima
12 origo fuit, tum † tempore, tum origine Gen-
tis. Cœpit enim aureo sæculo sub Principibus
Dijs, Iano, Chamese, Saturno, gente Phænica,
& Saga, quæ post inundationem terrarum, per
Orbem primas Colonias misit. Hæc Cato. Et
Quintus Fabius Pictor de Aureo Sæculo, &
Origine vrbis. lib. 1. Italiæ (ait) Imperium, pe-
nes duos populos Principes extitit, posterius
Romani, principio Tusci sub Iano cœperunt
In Aureo Sæculo. Aurea ætas primo ortu gene-
ris humani fuit, sic dicta, quòd posterioribus
sæculis comparata, æquè, atque Aurum inter
metalla effulsit. Eam cœpisse sub Ogyge, ante
Ninum annis circiter ducentis quinquaginta
Xenophon, atque maiores prodiderunt: Is Ia-
13 nus sub initium † Aurei Sæculi; Læuum latus,
Tyberis in Hetturia tenuit; Chameses verò, ac
Saturnus circa finem eiusdem ætatis, dextrum
incoluerunt. Hæc Fabius. de his Ouidius lib. 1.
Fastorum sic inquit: (nem,

Causa Ratis superest, Thuscum Rate venit ad Am-
Ante per errato Falcifer Orbe Deus.

Et post pauca idem Ouidius eodem in loco:

At bona posteritas puppim formauit in Aere,
Hospitis aduentum testificata Dei.

De Italiæ antiquitate multi q̃ plura scripsērūt,
q̃ ego vti vulgatissima, & cuiq; obuia, omitto.

Tantæ Molis erat Italiæ nomen, quòd non
absq; magna cōsideratione, eius meminit Moy
ses, testante Propheta Balaam Num. c. 24. Ve-
nient (inquit) in Trieribus de Italia superabūt
14 † Assyrios, vastabuntq; Hebræos, & ad extre-
mum etiam ipsi peribunt. & Isaiæ c. 66. dicitur.
Et ponam in eis signum, & mittam ex eis, qui
saluati fuerint ad gētes in Mare, in Aphricam,
& Lydiam, tenētes Sagittam in Italiam, & Grę
ciam ad Insulas longè ad eos, qui non audie-
runt de me, & non viderunt gloriam meam. &
Ezechiel. c. 27. Quercus de Basan dolauerunt
in Remos tuos, & transtra tua fecerunt tibi ex
Ebore Indico, & Prætoriola de insulis Italiæ.
Et sub nomine Kithim pluries meminit scriptu
ra, sed antequàm locos referam, narrabo diffe-
rentiam, quia in nonnullis codicibus, littera
textuū fuit mendosè apposita dictio Cethim,
pro Kithim. Quia Cethim est nomen proprium
vnius ex filijs Iuan, qui fuit filius Iaphet, & de
hoc habetur Genes. cap. 10. vbi de Cethim, &
Dodanim filijs Iuan fit mentio. Et similiter ha-
betur 1. Paralipom. cap. 1. Sed dum dicit de ter
ra Cethim, credo id fuisse ex impressorum er-
rore, cum dicere debuisset Kithim, vel Chel-
thim, corruperunt dicendo Cethim, de qua di
ctione plurima dixi in Apologia Catholica
Italo Idiomate à me conscripta in sententiam
Pilati Aquilæ repertam.

Quātum verò attinet ad dictionem Kithim,
quàm Italiam interpretati sunt omnes, præser-
tim Hieronymus; ad quod facit illud supra al-
15 legatum Numer. cap. 24. † Quo in loco dicitur,
venient de Trieribus de Italia. Septuaginta in-
terpretes habent de Kithim. Sic Isaias cap. 23.
ibi de Terra Cethim reuelatum est. & ibidem.
In Cethim consurgens trāsfreta, ibi quoq; non
16 erit requies tibi. & Hieremiæ c. 2. † Transite ad
Insulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite,
& considerate vehementer, & videte si factum
est huiuscemodi, si mutauit gēs Deos suos. Vbi
septuaginta interpretes dixerunt. Ite ad Insu-
lam Italiam, quia gens non mutauit Deos suos.
Vnde Titus Liuius lib. 5. dicit, Italia instar in-
17 sulæ, cingitur † supero, & infero Mari. Plin.
lib. 3. cap. 5. & Caius Sempronius in lib. De di-
uision. Italiæ: Sic in illo Ezechielis. cap. 27. de
insulis Italiæ. Septuaginta. verterunt de insulis
Cheltijm. Quam expositionem vbiq; probanit
Hieron. tam apud Isaiam, Hieremiam, & Ezech.
& Berosus ante eum, & ibi etiam Io. Annius. &
Io. Lucidus de temporib. lib. 2. cap. 4. & pleriq;
alij. Nec non Benedictus Pererius in Genesim
lib. 15. tomo 2. & de Aquila Iudæo Pontico,
qui venerat de Italia, meminit Lucas Actuum.
cap. 18. & de Paulo nauigante in Italiam. idem
Lucas Actuum. cap. 27. Quoad Lombardiam,
siue Insubriam, quæ continet Mediolanum,
scribit Plin. libro 3. cap. 17. Strabo, lib. 4. Ac

Nouissimè Bernardus Saccus Histor. Ticinens. lib. 1. per totum. Vbi de tota Italia, ac de Regno Neapolis, & Siciliæ multa loquutus est. De
18 Portu Herculeo † multa Plin. lib. 3. c. 5. Ptolo. lib. 3. cap. 1. Cato in lib. de Originib. De Insula Siciliæ non oportet me laborare ad ostenden-
19 dam † eius antiquitatem, quia nouissimè post multos scriptores ab omni temporum iniuria vindicauit Thomas Facellus in Commentar. Rerum Sicularum.

Quo vero ad eiusdem Italiæ, suorumq; populorum, ac locorum, cum cõmoditatem, tum fœlicitatem, ac fertilitatem, ità inquit Strabo. lib. 1. Et Italiæ promõtoria nouit, eam mediam vocans; Scit etiam Siculos, & Hispaniæ promontoria, eiusq; fœlicitatem. & iterum de eadem Italia loquitur idem Strabo. lib. 5. & lib. 6. vbi in fin. ait, ad verbum. Cum multa à nobis disputata sint (loquitur autem de Italia) nunc am-
20 plissima significabimus, quibus † hoc tempore ad tantum Maiestatis fastigiũ res Romana conscenderit, vnum quidem, q̃ instar insulę, tuta in circuitu maria custodiant, paucis exceptis partibus, quæ tñ inaccessis, vti muro, montibus, vallatæ sunt. Secũdum est maximè ex parte ipsius importuositas, & q̃ sicubi portus existũt, magnitudine, & excellentia mirabiles adstant aduersus externorũ impetus, cõmodi. Nec minus ad inferendas incursiones, & ad ipsã mercaturæ commoditatem, & abũdantiã. Tertium,
21 aeris † vniuersi tẽperies, cui subiacet. Ad quam varietatem, animalia, arbores, & (vt paucis simpliciter dicam) cuncta quibus vtilissimus mortalibus victus suppeditatur, plurimam diuersitatem habent, siue bonum, siue malum dixeris.
22 Ipsius longitudo † à Septẽtrione in Meridiem, vt plurimum extenditur. Cuius longitudini additamentum est Sicilia, talis, & tanta, perinde, ac eius pars. Aeris temperies, & intemperãtia pro caloris, & frigoris, & horum mediocritatis conditione dijudicatur. Itaq; cum tanta longitudine, quæ nunc est Italia, eam in amborũ excessuum medio iacẽtem, plurimam temperatè conditionem, cõtinere necesse est, modisq; plurimis. Id etiam alio illi pacto cõtingit. Nã cum montes Apennini, perpetua longitudine porrigantur, cumq; latus vtrumq; cãpos, & colles frugiferos emittat, nulla pars extat, cui nõ mõtanis, & campestribus bonis frui cõtingat. Ad-
23 de fluuiorum, & lacuum † magnitudinem, & copiam. Ad hæc, & frigidarum, & calidarum scaturigines aquarum, quas ad mortalium salutem, parẽs natura compluribus in locis com-
24 parauit. Quid diuersarum facultates † metal-
25 lorum? Quid materiam, atque escas † hominibus, ac pecoribus attributas? Quid fructuum
26 vbertatem, atque † bonitatem pro dignitate differat? Inter gentes quidem amplissimas, & Græciam ipsam, & Excellentissimas Asiæ partes, media consistẽs, virtutis præstantia, & amplitudine ad circum stantibus ad Imperandum, nata est, ex vicinitate subiugandorum facultatem nacta. Quòd si ad susceptam de Italia orationem, & de Romano populo, cuius ditioni subiecta est, summatim quædam adijcienda sit ratio, quando ipsam Romani ad vniuersi orbis Imperium, perfugium struxerunt, ac propugnaculum. Assumatur, & hæc, quòd post Romam conditam, Romani perpetuo, multas hominum ætates, sub Regio Principatu, integrè, castèque duxerunt. Postea, cum Tarquinium, qui Regum vltimus, improbè, flagitiosèque Imperabat, eiecissent, ac Vrbanam sic mixtam constuere, vt singulas Principatus, & optimates, regerent, accersitis in Regni communicationem, atque vsum Sabinis, latinisque. Quos cum ingratos, sicut, & alios finitimos, assiduè depræhendissent, eorum stragẽ suum amplificare, quodammodo coacti sũt Imperiam. Hoc pacto paulatim ad incrementum progredientibus illis, euenit, vt Ciuitatem repentè, præter spem hominum, amitterent, præterque spem reciperent. Hoc autem Nono, & Decimo, post commissam Naualem pugnam, ad Capræ fluuium, anno gestum est, sicuti Polybius memoriæ prodidit. Postquam factam cum Antialcide pacem, Romani, cum istos propulsassent, Latinos primum omnes subiugarunt, deinde Tuscos, & Gallos Transpadanos ab inuerecunda quadam licentia repræsserunt. Postea Samnites, post quos Tarentinos, ac Pyrrhum debellarunt, reliquumque, nostra ætate, Italiæ, præter circumpadanam Regionem, ea namque ad huc belligerante: In Siciliam transmigrarunt, qua exclusis Carthaginensibus, Padam, Gallosque repetierunt: Vbi consistente adhuc bello: Ecce Annibal irrupit Italiam, hocque secundum bellum incidit Punicum: Nec longè post tertiũ, in quo deleta Carthago fuit, & Romani potiti sunt Aphrica, & Hispania, quas Carthaginensibus eripuere. Græci verò, & Macedones, & Asiæ intra Taurum, & Alyn fluuium, incolæ, nouandis rebus, cum Carthaginensibus conspirarunt. Hos etiam, vt simul in potestatem redigerent, progressi sunt. E quibus Antiochum regem, & Philippum, & Persen, & Illyrios, Thracesque finitimos, Græcisque, ac Macedonibus aduersus Romanos, belligerendi primordia eripuere, & donec vniuersos in stragem darent, qui intra Istrum, atque Alym incolunt, perpetuo dimicare pertexerunt. Eadem, & Hispani, & Galli sunt perpessi, cæterique omnes, qui Romano parent Imperio. Ab subiuganda enim Hispania, nunquàm ab armis cæssatum est, donec vniuersam illatis stragibus, occuparent. Captis deinde Numantinis, & Viriato, nouissimeque Sertorio Mactato, vltimisque vastatis Cantabris, ab Cæsare Augusto exteriorem, & interiorem

rem

rem Galliam totam cum Liguria: Primum quidem particulatim adepti sunt, postea D. Cęsar, de hinc Augustus, communi bello pariter cœperũt. Hoc verò tempore aduersus Germanos belligerant, ab hisce propinquis incitati locis. Vnde quibusdam iam Triumphis, decoratã fecere Patriam. Oram Africæ (nisi quæ Carthaginensibus subiecta est) Regibus, & illis quidem subditis commiserunt, qui cum desciuere, extincti sunt. Nunc sub Iubæ Regno constitit, & Mauritaniæ, & cęteræ Lybiæ partes plurimæ, propter illius in Romanum populum beneuolentiam, & amicitiam. Similia, & de Asia contingere; Si quidem initio per Reges Romanis obedientes gubernabatur. Postmodum cum illi defecissent, vt Reges Attalici, Syri, Paphlagones, Cappadoces, & Aegyptij rebellãtes, ac postea destructi: Quemadmodum, & de Mithridate, & Eupatore casus tulit, & de Ægypti Regina Cleopatra, cũcta sanè intra Phasin, & Euphratem, pter Arabes aliquos, Romanũ possidet Imperiũ, & ab eis Reges designati. Armeni verò, & vltra Colchos iacẽtes, Albani, & Iberi, sola Ducum præsentia indigentes, benè qdem sese cõtinent. Hæc ibidem Strabo, pluraq; alia. Et de Italiæ Regione, quasi illa vulgatissima,
27 omnibusq; nota sit. Pompon. Mela † de situ orbis. lib. 2. c. 2. dicit, de Italia magis, quia ordo exigit, q̃ quia monstrari egeat, pauca dicentur. & Paulò post. Vocat amenæ Campaniæ littora.
28 Vnde de illa Iulius Solinus † in Polyhistore. c. 7. inquit: Sed Italia tanta cura ab omnibus dicta est, præcipuè M. Catone, vt iam inueniri nõ possit, quod veterum authorum præsumpserit diligentia, largiter in laudem excellẽtis terræ, materia suppetente, dum scriptores præstantissimi, reputant locorum salubritatem, Cœli temperiem, vbertatẽ soli, aprica collium, opaca nemorum, innoxios saltus, vitium, olearumque prouentus, ouilia pecuaria, tot Amnes, lacus tantos, bifera violaria, inter hæc Vesuuum, flagrantis animę spiritu vaporantem, tepentes fontibus Baias, colonias tam frequentes, tam assiduam nouarum vrbiũ gratiam, tam clarum Decus veterum oppidorum. Hæc Solinus. De eadem Plin. lib. 3. c. 5. Nec ignaro (inquit) in-
29 grati, † ac segnis animi existimari posse meritò, si breuiter, atque in transcursu ad hunc modum dicatur, terra omnium terrarum alumna, eadem, & parens, numine Deum electa, quæ cęlum ipsum clarius faceret, sparsa congregaret Imperia, Ritusq; molliret, & tot populorũ discordes, ferasque linguas, sermonis commercio, contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breuiterque vna cunctarum gentiũ in toto orbe, patria fieret. Sed quid agam? Tanta nobilitas omniũ locorum, quos quis attigerit, tanta rerum singularum, populorumq; claritas tenet. Vrbs Roma, vel sola in ea, & digna tam festa ceruice facies, quo tandem narrari debet opere? Qualiter Campaniæ ora per se fęlixq; illa, ac beata amenitas? vt palam sit vno in loco gaudentis opus esse naturæ. Iam ea tota vitalis, ac peremnis salubritatis Cœli temperies est, tam fertiles cãpi, tam aprici colles, tam innoxij saltus, tam opaca nemora, tam munifica siluarum genera, tot montiũ afflatus, tanta frugum, & vitium, olearumq; fertilitas, tam nobilia pecori vellera, tot opima Tauris colla, tot lacus, tot Amnium, fontiumq; vbertas totam eã perfundens, tot Maria, Portus, gremiũq; terrarum commercio patens vndiq;, & tamq̃ ad iuuãdos mortales ipsa auidè in Maria procurrens. Neq; ingenia, Ritusq;, & lingua, manuque superatas commemoro gentes. Ipsi de ea iudicauere Græci, genus in gloriã suam effusissimum, quotam partem ex ea appellando Græciam Magnam. Hæc Plinius. Et alibi idem Plin. lib. 37. cap. 13. Quod est vltimum inquit.
30 Et iam per actis omnibus naturæ † operibus, discrimen quoddam rerum ipsarum, atq; terrarum facere conueniat. Ergo in toto Orbe, & quocunque Cœli conuexitas vergit, pulcherrima est omnium, rebusque meritò Principatum naturæ obtinens, Italia, Rectrix, parensq; mũdi altera, viris, fœminis, Ducibus, militibus, seruitijs, artium præstãtia, ingeniorum claritatibus, iam situ, ac salubritate cęli, atq; temperie, accessu cunctarum gentium facili, littoribus portuosis, benigno ventorum afflatu. Etenim contingit recurrentis positio in partem vtilissimã; & inter Ortus, Occasusq; mediam, aquarum copia, nemorum salubritate, montium articulis, ferorum animalium innocentia, soli fertilitate, pabuli vbertate, quicquid est, quo carere vita non debeat, nusquam est præstantius, Fruges, vinum, olea, vellera, lina, vestes, iuueci. Ne equos equidem in Trigarijs præferri vllos vernaculis animaduerto. Metallis, auri, argẽti, æris, ferri, quamdiù libuit exercere, nullis cæssit. Et ijs nunc in se grauida, pro omni dote, varios succos, & frugum, pomorumque sapores fundit. Hactenus de illa Plinius. Ante ipsum Marcus Terentius Varro de re rustica lib. 1. c. 2. inducit Publium Agrasium interrogan-
31 tem. Cum cõsedissemus † (inquit) Agrasius, vos, qui multas perambulastis terras ecquã cultiorem Italia vidistis, inquit? Ego vero Agrius, nullã arbitror esse, quæ tam tota sit culta. Primum cum orbis terræ diuisus sit in duas partes ab Erathostene, maximè secundũ naturã ad meridiem versus, & septemtriones. Et sine dubio, quoniam salubrior pars, septemtrionalis est, q̃ Meridiana, & quæ salubriora illa fructuosiora, dicendum est magis eã fuisse oportunã ad colendũ, q̃ Asiam. Ibiq; Italiam primum, ꝙ est in Europa. Secundò, ꝙ hæc temperatior pars est, quàm interior, nã intus penè sempiternæ hyemes. Neque mirum, quòd sunt Regiones, inter circulum septemtrionalem, & inter Cardinem

Cæli, vbi Sol etiam sex mensibus continuis
non videtur. Itaq; in Oceano in ea parte, ne
nauigari quidem posse dicunt, propter mare
congelatum. Fundaneus, em tibi quicquam na-
sci putas posse, aut coli natum? Verum est
enim illud Pacuuij, Sol si perpetuo sit, aut Nox
flamneo vapore, aut frigore, terræ fructus om-
nes interire. Ego hic, vbi Nox, & dies, modicè
redit, & abit, tamen æstiuo die, si non deffen-
derem meo insiticio somno meridie, viuere
nō possem, illic in semestri die, ac nocte, quem-
admodum quicquam seri, aut alescere, aut me-
ti possit? Contra, quid in Italia vtensile, non
modo non nascitur, sed etiam non egregium
fit? Quod Far conferam Campano? Quod Tri-
ticum Appulo? Quod Vinum Falerno? Quod
Oleum Venafro? Non arboribus consita Italia
est, vt tota Pomarium videatur? An Phrigia
magis vitibus cooperta, quam Homerus appel
lat ἀμπελόεσσαν, quàm hæc? Aut Argos, quod
idē Poeta πολύπυρον, in qua terra iugerū vnum
Denos, & quinos denos culleos fert vini, quòd
quædam in Italia Regiones. Hæc Varro. Aelia-
nus autem de varia Historia lib. . . scribit in
32 hæc verba. Inoleuerūt † Italiam plurimi homi-
nes, & vix est terra, in qua plures fuerint colo-
ni, quàm in Italia, idq; propter summam, & exi
miam eius fertilitatem, dispositionē marium,
& commoditatem Portuum maris. Superauit
etiam mãsuetudo incolarum, omnium aliarum
nationum incolas, & numeratæ sunt olim in
ea, mille centum sexaginta sex Ciuitates. Hæc
Aelianus. Insuper author ille in Cosmograph.
33 lib. 2. inquit, cœpit etiam Italia ante † duo mil-
lia annorum sibi vsurpare dominium in alias
prouincias, eoq; temporis successu peruenit,
vt totius mundi imperium fœlicibus auspicijs
obtinuerit, id, quod suo loco infra dicam, vbi
de administratione Imperij Romani, sermo in
ciderit. Præsefert autē Italiæ situs, Maiestatem
quandam, proinde non quasi sine ratione ad
tantam ascenderit potestatem, quādo quidem
vndiq; sic natura munita sit, vt à nulla parte
pateat ingressus in eam citra laborem, & sudo-
rem. Cingitur æquoribus, ceu magnis fossis, &
à tergo habet montes instar incorruptibilium
murorum. Et post pauca idem de aliqua Regni
Neapolitani parte inquit. Campania pulcher-
rima Italiæ terra, quæ bis floribus vernat, cer-
tamenque dicitur Liberi, & Cereris ob sum-
mam Soli vbertatem, hic amicti viribus mōtes,
Gaurus, Falernus, Massicus, & pulcherrimus om
nium Vesuuius, Aetnei ignis imitator, caput
vrbium reginnis Capua, cōdam inter tres Ma-
ximas, Romani, & Carthaginem numerata. Et
ibidem Venetiæ, reliquis vrbibus opulētiores,
Mediolanum minus, Genua superbior, Floren-
tia pulchrior, Bononia fertilior, Rauenna an-
tiquior, Neapolis nobilior, & Roma caput
Christianæ potestatis vocetur. Hæc ille de qua
antea Cicero de lege Agraria contra Rullum.
Campania (inquit) semper superbit, bonitate
agrorum, & magnitudine fructuum, salubritate
aeris, & pulchritudine regionis. Vnde Lucius
Florus in Epithom. de Gestis Rom. lib. 1. c. 16.
34 Omnium (inquit) non modo † Italia, sed toto
orbe terrarum pulcherrima Campaniæ plaga,
nihil mollius cœlo, denique bis floribus ver-
nat, nihil vberius solo, ideo Liberi, Cererisque
certamen dicitur, nihil hospitalius mari: Hic
illi nobiles Portus Caieta, Misenus, & Tepen-
tes fontibus Baiæ, Lucrinus, & Auernus, quæ-
dam Maris ocia, hic amicti vitibus Montes,
Gaurus, Falernus, Massicus, & pulcherrimus
omnium Vesuuius, Aetnei ignis Imitator. Hæc
Florus. Hinc Cassiodor. sub Attalarici Regis
nomine lib. Variar. 8. cap. 33. de quodam San-
35 cti Cipriani conuentu apud Lucanos † scri-
bens dicit: Est enim conuentus iste, & nimia
cęlebritate festinus, & circumiectis Prouin-
cijs valdè proficuus, quicquid enim præci-
puum, aut industriosa mittit Campania, aut
opulenti Brutij, aut Calabri peculiosi, aut Ap-
puli Idonei, vel ipsa potest habere Prouincia,
in ornatum pulcherrimæ illius venalitatis ex-
ponitur, vt meritò tam ingentem copiam, iu-
dices de multis regionibus congregatam. Vi-
deas enim illic, collucere pulcherrimis statio-
nibus, latissimos campos, & de amęnis frondi-
bus intextas subito momentaneas domos po-
pulorum cantantium, lætantiumq; discursum.
Hæc ille. Et idem Cassiodorus lib. 9. cap. 6. dum
Athalaricus scribit Primiscrinio, qui ob sanan
dam infirmitatem ad Baianos sinus, ac Balnea
ire prædixerat. Inquit, Naturalis siquidem cu-
ra est, ægris dare lætitiam, nam sic inualidum
gaudere, sanatus est. Perge igitur ad amænos
recessus, perge ad Solem, vt ità dixerim, cla-
riorem, vbi salubritate aeris temperata, terris
blandior est natura. Illic miraculis, alta cogita-
tione perpensis, cum arcanis mundi, mens hu-
mana colloquitur, Nec admirari desinit, quæ
ibi agi posse cognoscit. Primum Nęrei fluenta
marinis delitijs esse completa, tot Portus na-
turæ prudentia finibus intermissos, tot insulas
Nobiles, amplexu Pelagi donatas, deinde im-
missum Auerno stagneum Mare, vbi ad volup-
tatem hominum vita tegitur Ostreorum, indu
striaque mortalium fieri, vt res alibi fortuita,
ibi semper appareat copiosa. Quātis ibi Moli-
bus marini termini decēter inuasi sunt? Quātis
spacijs in visceribus æquoris, terra promota
est? Dextra, lęuaque greges pisciū ludunt. Clau
duntur alibi industriosis parietibus, copiosæ
delitiæ, captiui teneātur aquatiles greges. Hic
vbiq; sub libertate viuaria sunt. Adde ꝙ tã amę
na est suscepta piscatio, vt antè Epulosum cō-
uiuium, intuentium pascat aspectum. Magnū
est enim gaudium desiderata cœpisse, sed in
his rebus, gratior est plerunq; amenitas ocu-

li,quàm vtilitas Captionis.Sed ne longius euagemur,inter Neptunnias Gazas habitare creditur,cui ocia Baiana præstantur.Hæc ibi Cas-
36 siodorus.Et de sinu † Scyllaceo apud Brutios idem Cassiodorus. lib. 12. cap. 15. multa profert, & tandem in fin. dicit, alij dicunt insulas ego habitationes tuas.Appellarem potius fortunatas, sic etiam idē Cassiodor. de Laudibus Istriæ multa dicit.lib. 12. cap. 22. de Italiæ etiā laudibus,multa scribens Ioannes Boemus Au-
37 banus de † moribus gentium.lib.3.cap. 19.inquit, est Italia metallis grauida, vbiq; vitalis, & perennis salubritas, eximia cœli temperies, campi fertiles , Aprici colles , innoxij saltus , opaca ne mora, munifica siluarum genera, mira frugum,vitium, & olearum fertilitas, nobilia pecori vellera, opima Tauris colla, perspicui, & piscosi Lacus, flumina. fontesq; saluberrimi, ipsa auidè ad mortales iuuandos,in maria procurrens,& veluti gremium,omnium gētium cōmercio pandens,vt verè dicta sit à quibusdam, terrarum omnium alumna, atq; eadē parens,cælestium prouidentia electa,quæ sparsa cōgregaret imperia , molliretq; efferatarum gētium ritus,discordes ad colloquia linguas , munere literarum,latinoq; sermone congregaret . Hæc Boemus . De his nouissimè Iacobus Vuimphelingus rerum Germanic. c. 71. Ægyptus (inquit) Sicilia,Italia,Hispania,sicut receptissimi authores prodiderunt, sunt quidem Regiones vberrimæ. fertilissimæq;. Hinc Paudolphus Collenucius Histor. Neapolit. lib.3. in princ.Quamobrem(inquit)qui rectè intuetur, res, quæ temporibus his acciderunt.confiteri cogetur,Regnum Neapolitanum esse am-
38 bitiosorum,auarorum, † Tyrranorumq; palestram,rapinis,bellorumq; calamitatibus expositum, ob suam nimiam fertilitatem,aliasq; innumeras eius dotes, sicuti in cæteris bonis assolet, à multis desideratum.Hæc Collenucius.
39 De qua antea Virgilius † lib.2. Georgicorum dixerat:

Sed neq; Medorum Sylua , ditissima terra ,
Nec Pulcher Ganges , atque Auro turbidus Hermus .
Laudibus Italia certent , non Bactra, nec Indi ,
Totaq; turiferas Panchaia pinguis arenis ,
Hac loca,non Tauri spirantes naribus ignem
Inuertere satis immanis dentibus hydri.
Nec galeis, densisq; virum seges horruit hastis
Sed grauida fruges, & Bacchi Massicus humor,
Impleuere. Tenent Oleaq;, armentaq; lata.
Hinc bellator equus, campo sese arduus infert ,
Hinc albi Clitumne , greges,& maxima Taurus
Victima,sape tuo perfusi flumine sacro.
Romanos ad templa Deum duxere triumpho.
Hic ver assiduum, atq; alienis mensibus astas,
Bis grauida pecudes,bis pomis vtilis arbos.

Dum itaq; Italiæ laudes proferunt, & ipsa & Sicilia,& eius partes aliæ,laudari dicuntur. Si-
40 ciliæ verò commoditatem,† atq; fertilitatem, narrare superfluum est,tanta enim vbertas eius narratur,vt in Fabellam trāsierit,Cererē Deam ibi spicas primum inuenisse, cum in illa pateat centuplum aliquibus in locis frumenta producere, sic pingues terrarum glebæ se habeāt, est etiam viniferax,olei,mellis,sacchari , gemmarum,salis,aquarum, fontium, montium, pascuorum , aliarum etiam frugum, ac bonorum. Latissimè scribit Diodorus Siculus lib.6. Plin. lib. 25. c. 15. & lib 14. c.9. & alibi pluries. Strabo.lib.6. Aelian. lib 12. Pausanias lib.6. Atheneus. Dipnosoph. lib. 1. Macrobius lib. Saturnali 5.cap. 15. Tho. Facell. Rerum Sicul. lib. 1. cap. 4. de qua Sicilia inquit Strozza pater :

Aruaq; frugifera pinguia Sicania .

Vnde Italia fertilis Auro, Argento , armentis, fritibus,piscibus, arboribus, oleribus,pascuis, floribus, fluminibus , lacubus, fontibus, riuis, omnibusq; quæ ad cultum , victumq; humani generis , vtile est. Hinc Virgilius lib. 2. Georgiorum.

Hac eadem Argenti Riuos , ærisq; metalla
Ostendit venis,atq; auro plurima fluxit.

41 Et de Galleso† Italiæ fluuio Statius lib. 2 Syluarum meminit, dum ait :

Et Lacedemonij pecuaria culta Galesi.

42 Et de Apibus Hyblæ Montis † Siciliæ , scribit Ouidius dum ait:

Quot Lepores in Atho , quot Apes pascuntur in Hybla.

Et Martialis. lib.7.

Pascat,& Hybla meas, pascat Himettus apes.

De Croco iam notum abundare,tum Neapolitanum Regnum , præsertim magnam Græciam
43 †Mattuccinos,Marsos, & Aprutinos , tum , & multo plus Siculos. Vnde Statius lib. 2. Sylua.

Et tenues Arabum respirant germina sylua.
Sicanijsq; Crocis.

44 In agro Sabino†nasci Canabem,arborum similitudinem æquantem. Scribit Plin. lib. 19. c.9. & in pluribus alijs Regni Neapolitani locis, Capuæ , Auersiæ , totamque ferè Campaniam. Abundat Regnum lino,maxima, quantitate,& excellenti qualitate.Caseo etiam optimi saporis , & odoris , ità vt non inuideamus Caseo Parmensi,vel Lunæ,de quo Martialis :

Caseus Hetrusca signatus imagine Luna
Praestabit pueris prandia mille tuis .

45 Abundat frumentis † præsertim Apulia , de qua is,& qui ipse Appulus erat Horatius lib. 3. Carminum inquit:

Quam si quicquid arat impiger
Appulus,occultare meis dicerer Horreis.

Hinc de vbertate frugum Italię Virgilius lib. 2. Georgicor. inquit :

Salue magna parens frugum,Saturnia Tellus.

Sed omittamus hāc temporis perditionem in describendis rebus, quibus abūdat Italia,quia magna in hoc , opus esset Historia. Hoc vnum

namq;

namq; mihi sufficere videtur,apud Deum Optimum Maximum,adeo gratam fuisse Italiam; quòd à Noè iliam fecerit visitari,, qui Typum Christi gerebat,& figura Arcæ Ecclesia militãs erant, ibi per Christum formanda. vt dixi in Apologia Catholica contra sententiam Pilati Aquilæ repertã.In eadem erat positus Iaphet, cui fuit à patre data benedictio, vt dilataret Deus Iaphet,& habitaret in Tabernaculis Sem. Genes. cap.9. Vnde à Principio constitutum est,vt suum Imperium latius fieret. Hinc, vt supra dictum est, Regi Catholico concessum est,vt eius Dominij dilatatio fieret ad extremas insulas, vt diximus supra.cap.43.

In Italia stabilitum est spirituale,ac terrenũ
46 Imperium est enim ibidem † Constituta Sancta Dei Ecclesia,Summus CHRISTI Vicarius, ac Petri successor,potestas cuius, iudicij diem expectabit. Sic & seculare Imperium, vt Imperator Romanus appelletur, qui ab eodem Romano Pontifice probandus est,quàmquam ab electoribus fuerit is electus; quæ iura horum duorum Principum Italia, vltra omnes nationes retinet potiora. Magna igitur videtur Catholici Regis prærogatiua,qui optimam Italiæ partem possidet.

Hispaniæ Regna,insulæq; eis adiacẽtes, eadem prærogatiua potiuntur,& antiquitatis,& commoditatis. Antiquitas patet ex multis,sed præsertim ex Machabęor. lib.1. cap.8. & per Apostolum ad Romanos.cap.15. quo ex loco
47 patet Paulum † iuisse in Hispaniam Prædicaturus. vt post Dionys. & Nicol.de Lyra voluit Alphonsus Aluarez in Specul.roman.Pontific. cap.66.Habitata autem primum extitit Hispa-
48 nia à Thubal † Iapeti filio, quem Berosus Iubal vocauit.qui lib.5.ità dicit. Anno eius duodecimo,Iubal condidit Celtiberos,& post pauca inquit Samothes, qui, & Dis Celtas Colonias fundauit. Quod, & antea idem Berosus dixerat lib.3. Samothes (inquit) possedit Celtas, & Iubal occupauit, Celtiberos. Ex quo apparet Hispaniam habitatam antequam Gallia habitaretur.ex quo idem Berosus ait,Id ipsum agit Iubal apud Celtiberos,& Samothes apud Celtas.Inde Iosephus Antiquitat.Iudaicar.lib. 1. cap.6. dicit filijs Iaphet in Europa, vsque ad Gades contingisse.& demum paulò post inquit,quin,& Thobelus (quem nos Thubal dicimus)Tobelis sedem dedit,qui nunc sunt Iberi. Quin immo inquit Berosus. Anno Nini Decimo Ianus (idest Noha) pater ex Aphrica in
49 Celtiberos † Hispalos venit, vbi duas Colonias dimisit à se dictas Noelas,& Noeglas,his enim, & antea cognominibus, cognominauerat vxores Iapeti, & Chemesenui.de his etiam suo tempore meminit Plinius lib.4.cap.20.dũ ait, Regio Asturum Noega oppidum in Peninsula Pesici. & paulo post. Oppidum Noela.Insuper ex Thubalis nomine Setubal Ciuitas est in Lusitania, quæ etiam num virescit, & hanc potius crederem ab eo appellatam, quàm Dubal, nisi dixerim mutata T. in D. ità appellari solitam, vt dicit Io. Lucidus de tempor.lib.6.
50 cap.1.vbi allegat † Pomponium Melam in descriptione Bæticæ, cuius contextum cum viderim fateor inuenire non potuisse,quia idem Mela.lib.2.c.4. describens Hispaniam, meminit de Corduba, Astagi, & Hispali. Sed dum hæc exemplo traderentur, & venissent ad manus meas scripta Historiarum Hispanicarum emanata à Ioanne Mariana, & studuissem illa in nonnullis oportunis locis reportare, is lib. 1.cap.7. commentitia dicit esse, ac simulata, & fabulosa, & simulatum esse Berosum,vbi ipse subsequitur,narrans quædam magis fabulosa de Geryonibus,& Herculibus,omnia ex poetarum scriptis extracta, quæ non concernunt Historiarum lucem, ac veritatem, commenti-
51 tia habens omnino Berosi † scripta, cuius tñ Berosi meminit Plin. lib.7. ca.37. vbi dicit,eidem ab Atheniensibus in Gymnasio ob Astrologiæ peritiam,& futurarum rerum prædictiones positã Auream Statuam linguam habentẽ.
52 Quem magnificat Iosephus † Antiquit. Iudaicar. lib.1. cap.3. dum hæc inquit.Namq; & Manetho Aegyptiarum rerum scriptor, & Berosus Caldaicarũ,& ad hæc Mochus,Hæstiæus, Hieronymus Aegyptius,qui Phœnicũ res prosequuti sunt, nobiscum consonant, & iterum lib.1. Contra Apionem. Nunc itaq; (inquit) sunt dicenda ea, quæ apud Chaldæos noscuntur esse conscripta,& de nobis in Historia sunt relata, quæ multam habent concordiam cum nostris voluminibus,etiam de alijs rebus. Testis autem horum est Berosus, vir, genere quidem Chaldæus, notus autem eis, qui doctrinæ, eruditioniq; congaudent, quoniam de Astronomia, & Chaldæorum Philosophia, ipse Græcas conscriptiones addidit. Igitur Berosus,Antiquissimas sequutus Historias, de facto Diluuio,& hominum in eo corruptione,sicut Moyses, ità cõnscripsit; simul de Arca, in qua generis nostri Princeps seruatus est,deuecta scilicet ea in summitate montiũ Armeniorum,deinde scribens eos,qui ex Noe progeniti sunt, & tempus eorum adijcians,vsq; ad Nabulassarum peruenit,Babyloniorũ,& Chaldæorum Regem. Hæc Iosephus. Eundem Berosum
53 † sequendum esse, inquit Hierony. in Esaiam. capit.37. & in Danielem. capit. quinto. Errabo, & ego cum alijs hærens opinioni Iosephi, Hieronymi, & aliorum, cum tot annorum Historiam ab antiquissimo viro conscriptam damnare, non ausim, cum si aliud non agerem supra modum comprobarem.Quoad præfata tamen congruunt,quæ scripsere Rodericus Archiepiscop. Toletan. Hispanic. Histor.lib.1. c. 3. Alphonsus de Carthagena in Anacephaleosi Reg. Hispanorum.cap.3. Episcopus Gerun-

densis in Paralipom. Hispan. lib. 1. cap. 9. Lucius Marineus Rer. Hispanic. lib. 6. cap. 1. & Benedictus Pererius in Genes. lib. 15. vers. 2. Sub nu. 16. Dicta autē fuit Hispania Iberia ab Ibero Thubalis filio, aut Ibero flumine, vel ab Iberia Ciuitate olim ad Iberi fluminis ostia sita. Hesperia etiam ab Hesperio Hispani Regis filio, Hesperus enim, & Italiæ etiam Hesperiæ no-
54 men dedit, vel Hispania ab Hispalo Rege † Celtiberos autē à Celtis, & Hiberis dictos putant, vt sit inde factum nomen ab vtroq; compositū, de quo Diodor. Sicul. lib. 6. Antiquit. inquit, Iberi quiddam, Celtæq; pro agris bello certantes, pace demum constituta, communicataq; inuicem patria, mutua connubia permisissent, dicuntur hac rerum cōmunione, id nomen sortiri; Duæ igitur robustæ nationes, in patria fertili coniunctæ, effecere, vt magnum esset Celtiberorum nomen. quem sequitur Episcopus Gerundens. in Paralipom. Hispan. lib. 1. cap. 10. & 13. Et si Celtæ Galli sint, vt suis locis ostēdunt Geographi. Tamen, quæ dicta sunt de compositione nominis Celtiberorū ex Celtis, & Iberis, non arbitror fuisse Celtas Gallos, sed
55 ex populis Hispaniæ in Lusitania, † de quibus Ptolom. lib. 2. cap. 5. & Strab. lib. 3. qui ait: Inter Anam, & Tagum fluuios Hispaniæ, Celtæ maiori ex parte incolunt, & Lusitanorum pleriq;, quos ex vlteriori Tagi Regione in Coloniam Romani traduxere quod mihi magis arridet, nam Hispalensem conuentum, & eius regiones describens Plin. lib. 2. cap. 1. Celticam inter cæteras ipsorū Ciuitates, & oppida enumerat. Tantoq; plus, quia idem Strabo lib. 3. paulo inferius, quàm supra annotauimus dicit: Neq; Celtis, qui nunc appellantur Celtiberi. probatur, etiam hoc ex Herodoto. lib. 2. dum inquit, Celtæ autem sunt extra Cippos Herculis, Cynesij finitimi, omnium in Europa ad occasum habitantium, vltimi. prout Celtici populi apud Anam fluuium situantur, propè Promō-
56 torium † Sacrum, quod nunc dicitur, Caput Sancti Vincentij, occidētem versus, inter Anā, & Calaspem fluuios. & Iterum idem Herod. lib. 4. de Celtis dicit, qui omnium in Europa ad solis occasum vltimi sunt. Celtiberi vero siti sunt sub Idubedæ Montibus, in quibus sunt Ciuitates plurimæ, quarum omnium antiqua Numantia; de his Celtiberis dico infra cap. 68. Sūt
57 etiam in Hispania Galleci, à Gomero † Gallo dicti, filio Iaphet, qui Italiam tenuit, vt Berosus lib. 4. scribit ibi, Italiā tenuit Gomerus Gallus. & idem Berosus lib. 5. circa principium ait: Anno huius decimo, Gomerus Gallus posuit Colonias suas in Regno, quod post, Italia dicta est. Vnde non credat quis Gallos ab isto, Ori-
58 ginem primam traxisse, † vel propriam, quia cum dicat Berosus fuisse in Italia, intelligendū est de Gallis Cisalpinis, vsq; ad Rubiconē amnem antiquum Italiæ terminum, Hos Insubres nunc Ducatus Mediolanensis appellamus, ab his autem oriri potuerunt, & dici Galli etiam vltra Alpes. Et in hoc decepti videntur, qui crediderunt eos esse Gallos vltra Alpes, cum notum sit ex iam dictis apud eos Samothem consedisse. Et dum dicunt, eosdem Gallos transalpes fuisse, qui Macedoniæ, atq; Græciæ multas clades dedere. Quàmquam hoc negare non ausim, non tamen fatear apud me id dubium, atq;
59 ambiguum non esse. Quando de ijs † Pausanias lib. 1. In Attiacis meminit, dum dicit, eos ad Vastum Mare in Extremis Europæ oris accolere. Ex qua authoritate dici posset intelligenda Pausaniç verba de Gallecis Hispaniæ loqui. Sed paulo inferius idem Pausanias. Horum fines (inquit) amnis Eridanus perlabitur, cuius in Ripis Phætontis casum, solis filiæ, illius sorores, collachrimari creduntur, verum,
60 vt Galli † appellarentur, non nisi sero vsus obtinuit. Hæc Pausanias. Ex hac nouissima authoritate, videtur apertè inferri, quòd loquatur de Gallis Cisalpinis Italiæ populis, apud quos est flumen Eridanus, quod Padū appellamus. Hoc facilius coniectari verè potest, quia ipsorum Dux Euridanus nominaretur, quasi ab eorum flumine sic dictus, de eo meminit Iustin. lib. 24. itaq; in vtramq; partem multa afferri possent. Sed & illud notatu dignum est, quòd cum Du-
61 ce Brenno † Belga, Galli Capitolium ex improuiso, & quasi transeuntis, non permanentis status, obsedissent, ac Romæ grauia damna fe-
62 cissent, à Camillo, qui de eis † triumphauit, fuere pœnitus, quasi deleti, ac prosequuti, tantumq; abest, vt cum se ad Græcos, ac Macedonas contulissent, ex omni gente exercitus redactus etiam ex Italia, in qua reperiebatur, & ab eisdem Græcis, fuerit eisdem Gallorum nomen inditum, ob vultus candorem, quod
63 Græci Gallum dicunt, quia. γαλα. † album significat, quasi lactis colore albos homines vidissent, Galos nominauerint, qui post multiplicata litera, Galli fuerint dicti, vt verificaretur, quod supra ex Pausania retulimus, sero ipsos Gallos appellatos, quasi secundum eorum linguam Candidos. Et huc pertinet, quod ex Varrone scribit Hieronym. in 2. ad Galatas in Epistola ad Paulam, & Eustochium, quòd Galli an-
64 tiquitus à Corporis candore, Galathæ † nuncupabantur. Inde Galactites, siue Galaxias, lapidis Gemmæ species, lactei coloris inter cur-
65 rentibus † lineis sanguineis, seu venis, de qua Plin. lib. 37. cap. 10. Cumq;, vt dictum est, Græciam per rexissent: Apollinisq; Delphici Tem-
66 plum spoliassent, cum à Delphorum † militibus, tum etiam ab insequutis, ob patratum facinus tempestatibus, pluuijs, Grandinibus, Tonitruis, Fulguribusq; sunt pęnitus obtriti, atq; deleti, Brennusq; Dux vulnerum receptorum impatiens, proprio se pugione confodiens, vi-
67 tā, animamq; † exalauit. Gallos insuper nominat

nat Italos Cicero Philippi.c.3.dum ait,nec vero de virtute, constantia,Grauitate Prouinciæ
68 Galliæ † tacere potest;est enim ille flos Italiæ: Illud firmamentum Imperij Populi,Romani,Il lud ornamentum dignitatis.Hæc Cicero . Hæc affirmantur etiam à scriptoribus , qui veritati studere solent, nec maculare eorum scripta mendacijs didicere qualis est inter alios,& ip se Gallus Stephanus Forcatulus lib.1. de Gallorum Imperio de Gomero Gallo sic inquit.
69 Quid non faceret vir† fortis,& Clemens pror sus dignus, qui vel Gallis nomen inderet, vel acciperet, non Cisalpinis tantum , sed etiam Transalpinis, & Italicis: hoc itaq; fatetur Gomerum, & Italos,& Cisalpinos coluisse, quod credo ex iam dictis aduerteret,ob legendi diligentiam,idq; negare non poterat.Sed probare quòd is Gomerus trans Alpes etiam fuerit, hoc opus,hic labor est.Quia inuictà est sententia Iosephi contra ipsos Antiquit. Iudaic. lib.
70 1.cap.6. dum ait Gomarenses apud † Græcos, à Gomar dictos,esse illos, qui Galatæ appellantur. Quo aliud Lucidius dici non potest. Ga-
71 latæ autem sunt Græciæ † Populi,ad quos Epistolam scripsit Paulus Apostolus. & testatur Hierony.in Epistola supra allegata ad Paulam, & Eustochium. dum ait,Gallo Græciam, ab ijs Gallis dici, quos supra diximus. Huius etiam meminit Plin. lib.5. cap.32. dicitq; à Flumine
72 Gallo,eam Regionem † percurrente . & idem Plin.lib.1. cap.1.ac Strabo:lib.12. & habetur. lib.1. Machabe. cap.8. & lib.2. Machab. cap.8. Lucæ cap.16. Actuum. & 1. Corinth. cap.16.& 2.Timoth. cap.4. & 1. Petri.cap.1. Vel potuissent potius nominari à Gomero Gallo Galatę, qui Insulam huius nominis incolunt ad Italiæ obiectum propè Melitam insulam,cuius memi nit Plin. lib.3.cap.8. in fin.& lib.5.cap.7.Ex ijs patet Gomerum Gallum in Italiam habitasse,
73 resedit autem †apud Vmbros propè Tyberim. vt est author M. Cato de Originibus in prine. Cumq; tunc vita essent longeni,ex eiusdē Gomeri filijs, potuisse Gallis, nomē tribuere,quis uetat? Cum certum sit ex Italia etiam commigrasse in Asiam Orientalem , dum cum Gange aliquos misit Ianus pater ad deducendas ibidem Colonias.vt Berosus lib.4. testatur.& alij ex filijs eiusdem Gomeri transierunt ad Bartrianos,ibiq; sedes sibi quęsierunt.vt dicit idē Berosus lib.5. Vnde sicuti ex Italia dispersi sūt ad deducendas Colonias in Asiam , & in Bactrianos,quis prohibuit, vt non idem fecerint, in Galatia,Gallecia, siue Galleco , & in Gallia trans Alpes ? ibiq; ipsorum nomē reliquerint. Ex his satis liquet Hispaniarum Antiquitas.
Commoditas autem ex Hispaniarū Regnis
74 publica est,cuius Hispaniæ Iucunditatem †cælebrat Strabo lib.1.dum dicit, scit etiam Siculos,& Hispaniæ fœlicitatem.& lib.3.dicit,Aeris salubritas, & suauis Zephiri spiritus, eius regionis peculiaris est. Vnde de inducit Homeri versiculos, quo Proteus dicit se Menelaum transmissurum.

Elysium in Campum, terrarumq; vltima tandem
Dy te transmittent , stat flauus vbi Rhadamantus
Existitq; viris, vbi vita facillima durans,
Non Hyemis vis multa,Niues,non ingruit imber,
Stridula, sed semper Zephirorum flamina mittit
Ingens Oceanus lenimina grata virorum.

Vnde Iulius Solinus in Polyhystore.cap.25.in-
75 quit, Terrarum Plaga comparanda † optimis, nulli posthabenda frugum copia,siue soli vbere, siue vinearum prouentus respicere,siue arbotarios, velis omni materia affluit,quæcunq; aut precio ambitiosa est,aut vsu necessaria. Argentum, vel Aurum,si requiras,habet,ferrarijs nūquam deficit,nec cædit vitibus,vincit oleas:
76 Plin.lib.3. cap.3.Metallis (inquit) † Plumbi, Ferri, Aeris, Argenti, Auri, tota fermè Hispania Scortet Citerior, & specularibus Lapidibus, Bœtica, & Minio. Vnde postquam laudes Italiæ effudisset, de Hispania subiungens dicit idem Plin.lib.37. cap.13. Ab ea, exceptis Indiæ fabulosis,proximè quidem dixerim.Hispaniam, quacunq; ambitur Mari. & Aurum,(air) Argentum,& ferrum bonum,& probarum,nullibi in tanta copia, vt in Hispania est inuentū. vbi multa effudir. & Iustinus lib.44. de eadem Hispania,inquit:Hęc inter Aphricam,& Galliā posita,Oceani freto,& Pyreneis mōtibus clauditur, sicut minor vtraq; terra, ita vtraq; fertilior ; Nam, neq; vt Africa violento Sole torretur,neq; vt Gallia assiduis ventis fatigatur,sed media inter vtramq;,hinc tēperato calore , inde fœlicibus, & tempestiuis imbribus, in omnia frugum genera fœcunda est, adeovt, non ipsis tantum incolis,verum etiam Italiæ,vrbiq; Romanæ,cunctarum rerum abundantia suppetat.Hinc enim non frumenti tantum copia ma gna est, verum etiam vini, mellis,oleique;Nec ferri solum materia præcipua est, sed & equorum pernices greges , nec summa tantum terræ Laudanda bona, verū abstrusorū metallorū fœlices diuitiæ. Iam lini , spartiq; vis ingens , minij certè nulla feracior terra . In hac cursus amnium non torrentes,rapidiq;, vt noceant , sed lenes , & vineis, campisq; irrigui , æstuarijsq; Oceani affatim piscosi.& paucis interiectis idem Iustinus subsequitur. Salubritas cœli per omnem Hispaniam , æqualisq; aeris spiritus, nulla paludum graui nebula inficitur.Huc accedunt Marinæ, Auræ, vndiq; aduersus assidui flatus,quibus omnem Prouinciam penetrātibus,euentilato terrestri spiritu,præcipua om nibus sanitas reditur . Hæc Iustinus. In Hispaniæ laudem plura scribit Episcop. Gerundens. in Paralipom. Hispan. lib.1. c.13.& 14.Lucius Marineus Histor. Hispanic.lib.1. cap.3.& plures in tota Historia.de qua breuibus Martianus Capella Europæ (inquit) lumen Hispania

con-

contributum, fertili frugum, optimæq; Prouinciæ, metallorum, auriq; fœtura, meri, marmorum, gemmarumq; muneribus prædicanda.

Quoad antiquitates, & commoditates statuum Burgundiæ, Flandriæ, Artesiæ, Hollan-
78 diæ, Hannoniæ, † Brabantiæ, Frisiæ, ac aliorũ, repetenda erunt, quæ de is supra tradidimus cap. 46. in quibus abunde tractatum est; Sic de antiquitate nouarum insularum, earumq; diuitijs, Auro Argento, Vnionibus, ac lapidibus preciosis, satis supra, ac diffusè dictum est, ideo repetendum forè minimè arbitror. Quo vero ad Inferioris Germaniæ, siue Belgiæ commo-
79 ditatem, † atq; fertilitatem, hoc vnum præ cęteris notatu dignum arbitror, quòd ab anno Domini 1568. vsq; modo, sunt iam circiter anni triginta, quibus semper continuis bellorum turbinibus afflicta fuit, & tamen tam ampla, ac fertilis est ibidem frugum omnium, ac aliarũ rerum ad humanum vitæ vsum necessariarum, abundantia, vt apud Regiones nationum aliarum, ac exteras gentes miraculo quodam habeatur, vt nullius ibidem rei oportunæ copia desideretur, cuius non commoditas statim, affatimq; suppetat, & habeatur.

ARGVMENT. CAP. LXIX.

Expellit Rex Catholicus à suis Regnis, atque expellendi potestate fungitur, Iudæos, idq; optimis rationibus.

COMPENDIVM.

1 *Rex Catholicus à Regnis suis potestatem habet expellendi Iudæos.*
2 *Princeps an absq; peccato expellere possit Iudæos? nu. 3. & pluribus seq. vsq; ad fin.*
3 *Ex Iudæorum conuersatione possumus ipsos lucrari. num. 21. 22. 23.*
4 *Expellens Iudæos an faciat contra præcepta charitatis, & dilectionis. num. 24 25.*
5 *Iudæi enumerantur inter oues Christi, creatione, Redemptione, & gubernatione. nu. 26.*
6 *Iudæos expellere, videtur fieri contra dictum Esaiæ, & Pauli Apostoli. nu 27.*
7 *Terra à Deo omnibus indifferenter est tradita. nume. 28. 29.*
8 *Christiani prohibentur Iudæos offendere, & illorum bona inuadere. nu 30.*
9 *Iudæi expelli de iure an possint? vide.*
10 *Iudæi facti nobis serui per mortem Domini nostri Iesu Christi.*
11 *Domini seruos vendunt, & expellunt.*
12 *Principes, tolerantes Iudæos faciunt ex tolerantia Christiana.*
13 *Christiani cum Iudæis non possunt, manducare, ac alia facere.*
14 *Filij Iudæorum, ne parentum erroribus inficiantur, ab illorum consortio separantur.*
15 *Deus præcepit filijs Israel, vt persequerentur, Amorrhæum, Hethæum, Pherezeum, Chananæum, Heuæum, & Iebusæum, & illos occiderent.*
16 *Sara eiecit de domo sua Agar ancillam, & Ismaelem filium.*
17 *Deus expulit Iudæos.*
18 *Christus expulsis Iudæis, vertit se ad gentes, & possessionem Crucis dedit Symoni Cyreneo.*
19 *Dauit rogauit à Deo expulsionem eorum, qui irritauerant Deum. sic etiam Esaias. nu. 20.*
21 *Cum Hæreticis conuersari non permittitur.*
22 *Picem, qui tetigerit coinquinabitur ab ea.*
23 *Conuersatio mala, bonorum virorum mores sæpè corrumpit.*
24 *Charitas debet esse ordinata. num. 25.*
26 *Pontifex potestate fungitur ligandi, & soluendi.*
27 *Reliquiæ, quæ saluabuntur, quæ sint?*
28 *Nulli homini distinctus locus vitæ, & mortis datus est in terra.*
29 *Patria omnium vna est terra.*
30 *Intellectus l. Nullus C. de Iudæis. & l. Christianis. C. de Pagan.*
31 *C. Cornelius Hispalus Prætor Peregrinus Chaldeos vrbe, & Italia edicto suo abire iussit.*
32 *Apud Berytum Syriæ Vrbem Iudæus Crucifixi imaginem lancea vulnerauit, à quo sanguis exiuit.*
33 *Sanguis, qui exiuit ex Crucifixo vulnerato à Iudæo in Ciuitate Beryti, Mantuæ miraculis clarescit.*
34 *Philippus primus Galliæ Rex Iudæos Gallia expulit.*
35 *In Gallia recepti Iudæi ob pecuniarum inopiam, magno probro id factum est.*
36 *Iudæi è Berna expulsi fuere.*
37 *Iudæi ob scelera eorum Nuremberga, & Herbipoli periere gladio, seruatis Infantibus.*
38 *Rubeaquenses, Iudæos omnes expellerunt.*
39 *In Baioaria ad Danubij Ripam in oppido Dekendorff Iudæi, acceperunt Sanctissimæ Eucharistiæ sacramẽtum, & vilipendijs affectum, in fornace positum, & illæsum extractũ, & Malleis percusserũt in Incude, & similiter illæsum, & miraculis clarum, ob quod ipsi cremati, & dilaniati fuere.*
40 *In Germania sub Imperio Vincesl ai Imperatoris, Iudæi apud Pragam Boemiæ vrbem plura ipsorum milia trucidata, quia puteos, fontes & flumina Tixico infecerant.*
41 *Iudæi in Ciuitate Tridenti, in die Parasceuæ, Beatum Simonem puerum grauibus affecerunt supplicijs, & in flumen proiecerunt, quod facinus repertum, affecti supplicijs, & puer miraculis corruscat.*
42 *Iudæi ob scandalum fidei pellendi sunt.*
43 *Ferdinandus Rex Catholicus, & Emanuel Rex Porgalliæ ab eorum Regnis expellerunt circiter octingentos mille Iudæos.*
44 *Baiazethes Turcarum Imperator Iudæos à Ferdinando expulsos, & Emanuele receptauit, & dixit ipsum demiratam Regis Ferdinandi Regis prudentiam, cur illos expulerit, tantis se viribus priuando.*

CAP.

CAP. LXIX.

Expellendi Iudæos à suis Regnis, præsertim
1 Hispanicis potestatem habet Rex† Catholicus, vt testatur Io. Picus Mirandula in lib. aduersus Astrolog. 5. cap. 12. Iacob. Simancas in praxi Hæreseos. tit. 17. nu. 5. & in Catholicis Institution. cap. 35. nu. 6. Didacus Perez. lib. 8. titul. 3. l. 40. Petr. de Aragon. de Iustit. & iur. siue. 2. 2. q. 10. artic. 8. Dominic. Bannes 2. 2. q. 10. artic. 10. Gundissaluus Illescas. Hist. par. 2. lib. 6. c. 20. §. 2. & nouissimè alios cõplures allegans Petr. Cenedo. collectan. iuris Canonici. 15. nu. 2. 3. par. 2. Thomas Triuisan. in decis. Veneta sub nu. 2. lib. 2. Sunt enim nobis infesti cap. Cum sit nimis. de Iudæ. & inimici Crucis Christi Lancell. Gallia in cons. 123. nu. 41.

Principi vero, an hoc permissum sit, vt absq;
2 peccato e locis suæ Iurisdictionis illos † expellat? Diuersæ fuerunt opiniones, quarum diuersitatem breuiter enarrabo. Tenuerunt nonnulli, expelli eos minimè posse, ex pluribus rationibus.

Primò, quia ex ipsorum consortio, possumus eos Lucrari Deo omnipotenti, & ad Christianam fidem reducere, quod effectum non habe-
3 ret si ipsi † expellerentur. arg. c. Infideles 23. quæst. 4. vbi ex Augustino dicitur, nõ posse nos Christianos, aliquos infideles Christo lucrari, si eorum colloquium vitamus, & conuiuium, ex quo Dominus IESVS cum publicanis, & peccatoribus conuersatus est, vnde ijdem Hebræi CHRISTO ex probarunt, quare cum publicanis & peccatoribus conuersaretur, vt patet Matth. cap. 9. Marci. cap. 2. & Luc. cap. 5.

Secundò, eosdem expellere, dicitur esse cõ-
4 tra præcepta charitatis, ac dilectionis † ordinatæ de proximo diligendo tamquam se ipso, tam in veteri, quàm in noua CHRISTI lege. Leuitici. cap. 19. Matth. cap. 22. Marci. cap. 12. Dilectio autem proximi, malum non operatur, vt dicit Paul. ad Roman. cap. 13. nam charitas nihil agit perperam. idem Apostol. 1. Corinth. cap. 13. Et qui rectam habet diligendi voluntatem, nihil iniquum agit. cap. Charitas. 2. distinct. Sed expellere Iudæos, est ipsos non diligere, & malum, ac perperã agere, rectamq; erga eos voluntatem non habere, ergo vti contra præceptum legis diuinæ factum, expellere Iudæos non licet.

Tertiò, quia, & Iudæi, & omnes infideles enu-
5 merantur inter oues Christi, Creatione, † Redemptione, & Gubernatione, quia dixit CHRISTVS Ioannis. cap. 10. Alias oues habeo, quæ non sunt de hoc ouili, & illas oportet mę adducere. Hinc Papa potestatem habuit Io. cap. Vltimo. dum IESVS Petro inquit, Pasce oues meas. Non distinguens has, vel illas.

Quartò, quia si Iudæi expellerentur, deficeret in eis. Illud Esaiæ cap. 10. & Paul. ad Ro-
6 man. cap. 9. dicentium, si fuerit numerus † filiorum Israel, sicut Arenæ maris, reliquiæ saluæ erunt.

Quintò, quia, terra indistinctè data est omnibus indifferẽter, iuxta illud Dauid Psal. 113.
7 Cælum † Cæli Domino, terram autem dedit filijs hominum; si ergo expellerentur, non haberent quo loci habitarent.

Sextò ista opinio fulcitur authoritate Honorij, ac Theodosij Imperatorum in l. Nullus. C. de Iudæis, & in l. Christianis. C. de Pagan. & eor. sacrif. in quibus prohibentur Christia-
8 ni Iudæos offendere, ac † bona illorũ inuadere.

Septimò expelli non posse probatur Doctorum authoritate, qui censuerũt eos expelli mi-
9 nimè posse † per Principes aliquos, vt latè ex ijs, & alijs censuit Oldrad. in consil. 87. & plenius in consil. 264. Innocent. in c. Quod super. vbi Imol. & Panor. de voto. Ioan. Andr. ad Specul. in Rub. de iud. Idem Ioan. Andr. & Ioan. de Anan. in c. Et si Iudæos. de Iudæ. Petr. de Anch. in c. Peccatum. num. 14. de regul. iur. in 6. Alex. in cons. 99. vol. 6. Iacobin. de sanct. Georg. in inuestit. feudal. §. Dux. q. vltim. nu. 1. Cardin. Patis. in consil. 2. per totum. vol. 4. Marquar. de Susan. de Iudæis. pat. 1. cap. 7. nu. 4. Petr. Gerard. in sing. 59. Roland. à Valle in consil. 25. vol. 3. Marc. Anton. Natta in consil. 620. nu. 22. vol. 3. Iason in l. Apud Iulianum. §. Constat. nu. 29. ff. de leg. 1. Martin. Laud. de Princip. § 9. Nouissimè alios plures allegans Petr. Cenedo collectan. iuris Canonici. 15. nu. 2. par. 2. Io. Baptista Ferrett. in cons. 37. & in cons. 381. per totũ.

Contraria sententia, mihi probabilior videtur, ac pro fide Catholica, turior. Primò, quia per mortem Domini nostri Iesu Christi Iudæi
10 facti sunt nobis serui. vt † in d. c. Et si Iudæos. & c. Consuluit de Iudæ. Sed Domini possunt seruos suos, nõ solum expellere, sed, & vende-
11 re, quod † plus est l. 1. l. 2. C. si seru. expor. vend. & voluit Archidiac. in cap. Qui sincera. 45. distin. Ergo expulsio tanto facilius locũ haber.

Secundò quatenus à Christianis aliquibus Principibus Iudæi tollerantur in eorũ Regnis, aut iurisdictionibus, ista tolerantia est ex pieta
12 te, & gratia † Christiana. vt in dicto c. Et si Iudæos. & voluit Iacobin. de sanct. Georg. in d. §. Dux. q. vltima. in fin. Vnde non debet ad necessitatem induci, vt cogatur quis eos tolerare in suis Dominijs, ac Regnis. l. Non quicquid. in princip. ff. de iudic.

13 Tertiò, cum Iudæis non possumus† manducare, & comedere. vt in cap. Omnes 28. q. 1. Omnes deinceps clerici, siue laici Iudæorum conuiuia vitent, nec eos ad conuiuium quisquàm accipiat. Si igitur, nec manducatio cum eis licita est, quanto minus habitatio. vt ibidem. in c. Nullus. prohibemur recipere eorum Azima, cum eis habitare, eos in infirmitatibus vocare, aut medicinas ab eis recipere, nec in balneis

cum

cum eis lauari. Quod & voluit Gloss. in c. Ad
mensam. 11. q. 3. vbi dicit nō posse cum Iudæis,
Christianos comedere, nec etiam hodie hoc
permitti, etiam cum infidelibus.
Quartò, filia, vel filiæ Iudæorum, ne parētum
vltra inuoluantur erroribus, ab eorum consor-
tio separantur, & deputandi sunt, aut monaste-
rijs, aut Christianis mulieribus, aut viris Deū
14 timentibus; vt † sub eorum conuersatione, cul-
tum fidei discāt, atque in melius instituti, tam
in moribus, quàm in fide, proficiant. vt in quar-
to Toletano Concilio statutum fuit, de quo in
c. Iudæorū 28. q. 1. Si igitur cohabitatio etiam
filijs est interdicta cum patribus, ac matribus,
quantò plus debet esse fugienda, & interdicen
da cum nostris.
Quintò ipsi Iudæi expellendi sunt, cum DEVS
præceperit Moysi, ac filijs Israel, vt perseque-
rentur Amorrhæum, Hethæum, Pherezeum,
Chananæum, Heuæum, & Iebusæum, illosq; oc-
15 ciderent, & ad internicionem † deducerent, &
cum illis non habitarent. vt patet Exodi c. 23.
Tradam (inquit.) in manibus vestris habitato-
res terræ, & eijciam eos de conspectu vestro.
Non inibis cum eis fœdus, nec cum Dijs eo-
rum. Non habitent in terra tua, ne fortè pecca-
re te faciāt in me, si seruieris Dijs eorum, quod
tibi certè erit scandalum. Simile habetur Exodi
c. 24 Obserua, cuncta, quæ hodie mandaui tibi:
Ego ipse eijciam ante faciē tuam Amorrhæum,
Chananæum, & Hethæum, Pherezeum quoque,
Heuæum, & Iebusæum. Caue ne vnquàm cum
habitatoribus terræ illius iūgas amicitias, quæ
sint tibi in ruinam. Et Deuteronom. cap. 7. in-
quit: Non inibis cum eis fœdus, nec misere-
beris eorum, neque sociabis eum eis coniugia.
Ex quibus demonstratur prohibitam esse cum
eis habitationem.
16 Sextò, Sara eiecit de Domo † sua Ismaelem,
& Agar ancillam eius matrem, quod cum Ab-
rahæ displicuisset, dixit tamen illi Deus. Non
tibi videatur asperum super puero, & super
ancilla tua, omnia, quæ tibi dixerit Sara exau-
di vocem eius. vt patet Genes. cap. 21.
Septimò, quos expellit Deus, & nos expellere
debemus: vt dicitur Leuitic. c. 20. Nolite (in-
quit) ambulare in legitimis nationū, quas ego
17 expulsurus sum † ante vos. Sic Christus He-
bræos expulit, dum Lucæ c. 23. dixit: Filiæ Hie-
rusalem nolite flere super me, sed flete super
vos, & filios vestros. Hinc lamentatur Iere-
mias Thren. c. 5. Hæreditas nostra versa est ad
alienos, & domus nostræ ad extraneos. & Oseę.
cap. 9. Omnes nequitiæ eorum Galgal, quia ibi
exosos habui eos, propter malitiam adinuen-
tionum eorum, de domo mea eijciam eos. Et
hinc expulsis Iudæis, se vertit ad gentes, &
18 possessionem dedit † Græcis Simoni Cyreneo.
Vnde Iudæi incedunt toto orbe huc, atq; illuc
peregrini. vt inquit Hierony. in Amos. cap. 8.

Octauò, & vltimò. si expulsio Hebræorum pec
catū esset, ad quid Dauid rogat expulsionem?
dum Psalm. 5. dicit: Decidant à cogitationibus
suis secundum multitudinem impietatum ex-
19 pelle eos, quoniam † irritauerunt te Domine.
& Dauid iterum dicit, quòd expelluntur ope-
rantes iniquitatem. Psalm. 35. Et enarrans Dei
potentiam, qua in præteritum vsus erat, in-
quit Psalm. 43. Manus tua gentes disperdidit,
& plantasti eos: afflixisti populos, & expulisti
eos. Sic ad Sobnam Templi Præpositum in-
quit Isaias. cap. 22. Et expellam te de statione
20 † tua, & de ministerio tuo deponam te. & Ioel.
cap. 2. dicitur: Et expellam eum in terram in
viam, & desertam.
Ad opposita autem, ita posset responderi. Ad
primum, si conuersatio Iudæorum permitte-
retur, ex quo possemus eos ad fidem conuer-
tere, esset etiam licita conuersatio cum Hære-
21 ticis, quia militaret eadem ratio: quod † non
admitto per quæ scripsi ad Bellug. in Specul.
Princip. rub. 11. in princ. in verb. Cum aliqui-
bus reprobis. in fin. quem locum meum nouis-
simè refert. Petr. Cenedo Collectan. iuris Ca-
nonici 15. nu. 1. in fi. p. 2. Secundò respondetur,
quòd quemadmodum ex illorum conuersatio
ne possemus eos lucrari: eodem modo, & ipsi
ex nostris possent ad Iudaismum trahere. quia,
vt dicitur Ecclesiastic. cap. 13. Qui tetigerit pi
22 cem † coinquinabitur ab ea, & qui communica-
uerit superbo induet superbiā. Hinc Salomon
Prouerb. cap. 13. dicit, eum peruerso peruerte-
ris. Nam vt inquit Paulus 1. Corinth. c. 5. Modi-
cum fermentum totam massam corrumpit. Et
Seneca. ad Lucill. Epistol. 82. Salutare est non
conuersari dissimilibus. Mala enim conuersa-
23 tio bonorum hominum † mores sæpe corrum-
pit. c. Sæpe 28. q. 1. Quinimmo nec etiam cum
Parentibus, aut propinquis conuersari debe-
mus, si per ipsos fidem Christi perdere time-
mus. cap. Si infidelis 28. q. 2. Nam, vt dicit Oui-
dius lib. 2 de Remedio Amoris:

Dum spectant oculi læsos, læduntur & ipsi,
Multaq; corporibus transitione nocent.

Hinc Plutarchus de liber. Educandis inquit:
Si claudo vicinus ambulaueris, & ipse claudus
ambulare disces. Quia, vt ait Augustin. de con-
fess. lib. 2. Societas mala est res contagiosa. Nec
obstat, q Christus cū publicanis, & peccatori-
bus conuersaretur; quia hæc fuit exprobatio ei
facta à Iudæis, cui respōsio facta sufficit. q non
est opus benè valentibus medicus, sed malè ha
bentibus: Christus etenim securus erat q pec-
catores illos ex sua conuersatione facilius lu-
craretur, in quo eū esset omnium supremarum
virtutum implementum, cum alijs, etiam reis
conuersando, illorum labe infici non poterat,
cum esset ipse totius salutis author.
Ad secundū, de proximi dilectione non ob-
stat, quia charitas dilectionis debet esse ordi-

Rr nata,

24 nata, cum prius debeat obuiari periculo† Chri
stianorum, qui possent ab ipsis infici, quàm q
ipsi ad fidem reducantur; quia prius oportet
diligere se ipsos, & inde incipit dilectio, post
Deum, vt diligat proximum, sicut se ipsum;
post enim Dei dilectionem seipsum diligit, &
proximum sicut ipsum. Vnde Augustin. in Psal.
118. Vt sciamus (inquit) diligere Deum, sciendus
est Deus, & vt sciat homo diligere proximum,
sicut se ipsum, prius diligendo Deum, de
25 bet diligere† se ipsum. Quod vnde poterit scire
si nescit Deũ, si nescit se ipsum? Hæc August.
& latè Bernard. in tract. de diligendo Deo. quia
illud Terentij vulgatum est. Proximus sum egomet
ipsi mihi.

Ad tertium autem non obstat, quia & si Christus
dixisset ipsum alias oues habere ducēdas
ad suum ouile, non idcirco dixit, illas expelli
non posse. Quia ista intelligũtur de nobis gentilibus,
quos reducere debebat ad suum ouile,
quia nõ eramus de ouili Hebræorum, sed Gentilium,
& Christus iam dixerat nõ esse missum,
nisi ad oues, quæ perierant Domus Israel; quia
illi erant sui, non extranei: & hæc erat hæreditas
vertenda ad extraneos, cum non essemus filij
legitimi, & naturales, sed adoptiui. Quò verò
ad id, quod dixit Petro: Pasce oues meas.
Iam Pontifex habet potestatem Pontificiam
26 † ligandi, & soluendi per ea verba. vt latè concludit
Ioan. de Turrecremat. in tract. de Concilio,
& consequenter quo ad hoc valet illud
Apost. 1. Corinth. cap. 5. Quid enim mihi de
ijs, qui foris sunt iudicare?

Ad quartum, similiter nõ obstat, quia veræ reliquiæ,
quæ fient saluæ, sunt illæ, quæ reperiẽtur
27 † diebus nouissimis, & etiam illæ, de quibus latissimè
egi supra cap. 43.

Ad quintum, similiter respondetur, terram esse
datam hominibus omnibus: nulla autem est
facta loci distinctio propria, cui quis incum-
28 beret† debeat, cum non sit alicui locus mortis
stabilitus. nam iuxta illud Ouidij lib. 1. Fastor.

Omne solum forti patria est, vt piscibus æquor.

Et Statius lib. 5. Thebaidos.

Omne homini natale solum.

Et, vt inquit Seneca de Remedijs fortuitorum.
29 cap. 9. Patria omnium vna est, extra† hanc nemo
proficisci potest. Itaque expulsus ab vno
loco, aliò migrabit.

Ad sextum, nulla fit offensio Iudæis dum expelluntur
à propria expellentis iurisdictione.
nec enim cogitur quis habere secretos Regni,
vel Dñij sui exploratores, maximè cõtrariæ se-
30 ctæ, & factionis.† & tex. in d. l. Nullus. & l. Christianis.
intelliguntur, dum tamen, scandalum
aliquod aliorum non immineat, vt in eisdem iuribus
habetur; & statim dicã. & sic etiam intelligitur
septimũ oppositũ de Doctorũ opinione,
qui contrarium asseruerunt qñ scandalum,
vel aliud legitimum impedimẽtum militaret.

Nec nouum est, quia olim C. Cornelius Hispalus,
Prætor Peregrinus M. Pompilio Lenate, &
L. Calpurnio Coss. Edicto Chaldæos circa de-
31 cimum diem ex† vrbe, & Italia abire iussit. leuibus
enim ac ineptis ingenijs, fallaci syderũ
interpretatione, quæstuosam mendacijs suis
caliginem inijciebant. vt est author Valer. Maxim.
lib. 1. Titul. de Auspicijs. cap. 4. Si igitur
apud Ethnicos, reprobæ conuersationis homines,
ne boni ipsorum consuetudine macularentur,
expulsi fuere; Quantò magis id Principibus
nostris, ne Christiani Iudæorum perfidia
inficiantur, permitti oportet? Quis enim illos
non euitabit, ac eorum cõsuetudinem non abhorreat?
quando IESVM CHRISTVM Dominum
prodere, ad mortem vsq; turpissimam,
non sunt veriti? Hinc in Ciuitate Beriti apud
32 Syriam† in Christianorum vilipẽdium Iudęus
quidã, Dñi N. Iesu Christi Crucifixi imaginem,
lancea suffodit, quo ex vulnere magna sanguinis
copia effluxit, quo impletũ vas fuit, illoq;
cruore magna quãtitas hominum fuit sanitati
restituta. Hic est ille sanguis, qui in Ciuitate
33 Mantuæ allatus, infinitis claret miraculis.† De
hac Crucifixi imagine lancea perforata, & sanguinis
effusione, scribit D. Athanasius. in lib.
de imagine Iesu Christi: Baptista Platina in
Leone III. Paul. Aemil. in Carolo Magno. Carolus
Sigonius de Regno Italiæ. lib. 4. huius miraculi
meminit sancta Romana Ecclesia in Martirologio.
sub die 9. Nouembris, vbi alios assertores
retulit Cæsar Baronius nunc S.R.E. Cardinalis
meritissimus. Quàm optimè in anno
34 1160. Philippus Primus† Rex Galliç, dum per
inquisitionem, Iudæos quotannis accipere solnisse
clam puerum Christianum, illumq; in locis
subterraneis clãculum ducere, quo in loco
in die Parasceues Crucifigebant: quos apprehendit,
& ex illis octoginta viuos ignẽ cremari
iussit Rex Galliæ, quod Ioan. Tilius refert
ad annum 1180. postmodum in anno 1182.
eos è Gallia expulit. Cum tamen postmodum
35 ob bellorum turbines, pecuniæ inopia† laboraret,
magna à Iudæis pecunia soluta, in Ciuitate
Parisiensi, omnique Gallia recepti sunt, ac
lares nõ sine maximo probro aperti. Idemque
post eum fecit Ludouicus Sextus. In anno demum
1287. quia Christianum puerum trucicidarunt
36 è Berna† expulsi sunt. vt testatur. Germanographus
lib. 3. Sic demum ob perperam
ab eisdem Iudæis gesta, Nurembergæ, Herbi-
37 poli, ac† alibi plura ipsorum millia periere, ac
trucidata fuere, seruatis tantũ Infantibus Baptismi
causa, quod fuit in anno 1299. tempore
Alberti Primi Imperatoris. In anno 1309. Ru-
38 beaquenses ob illorũ† facinora Iudęos omnes
expulere. In anno 1337. In oppido Dekendorff
in Ripa Danubij in Baioaria capti fuere Hebrei,
qui acceperant Sanctissimum Dñi Eucha-
39 ristiæ† Sacramentũ, & vilipẽdijs affecerant, ac
demum

demum in Fornacè posuerāt, à qua illæsum extractum est. Idem postea in Incude Malleis
percusserunt, & nihil effecerunt, sed intactum
seruatur in custodiã, miraculis continuis præ-
fulgens. qui carcerati demum igne Cremati, ac
dilaniati fuere. In anno vero 1348. quia reper-
40 ti fuerunt, quod puteos, ac fontes † toxico
inficiebant, ad vnum trucidati fuere in Ger-
mania, & hinc maxima, ac dira pestis exorta,
quæ tam grauis fuit, qua nulla grauior, reperti
que fuere in Fluminibus, Fontibusq; sacculi,
toxico, venenoq; pleni. Et sub Imperio Vinces-
lai Imperatoris apud Pragam Boemiæ vrbem
plura eorundem Iudæorum millia interfecta
fuere, seruatis tantum pro Baptismo paruulis.
In anno vero 1475. Hebræi in die Parasceuæ
41 in Ciuitate Tridenti, acceperunt † puerum Si-
monem, quem grauibus affecerunt supplicijs,
ac in flumen proiecerunt, de quibus maximum
sumptum fuit supplicium: quod corpus beati
pueri nunc etiam maximis coruscat miracu-
lis, cui Tridentini propriam erexerunt Eccle-
siam. Plura facinora à Iudæis perpetrata re-
fert Antonin. Florentin. parte 2. titul. 17. cap.
1. §. 6. Polydor. Vergilius Histor. Anglicæ. lib.
17. Vincent. Beluacens. in Specul. Historial.
lib. 30. cap. 25. & 52. Baptist. Platin. in Clem. 5.
Iacobus Perez de Valentia in Psalm. 67. Ideo-
que maximum ex eorum conuersatione verti-
tur Reipublicæ non solum scandalum, sed pe-
riculum: & in casu scandali euitandi, & immi-
nentis periculi, præsertim quoad fidem, pel-
42 lendi sunt. vt supra † dictũ fuit: vt voluit etiam
Paruom. in dicto cap. Quod super num. 15. Ar-
milla in verb. Iudæi. Iacobin. de sanct. Georg.
in dicta inuestitur. §. Dux. num. 1. Anton. Capic.
in inuestitur. Feudal §. Feudorum officia. col.
2. vers. Rex an possit expellere. Petr. Gregor.
Sintagmat. iuris vniuers. lib. 22. c. 3. sub nu. 23.
Vnde Tiberius Cæsar illos vrbe expulit, illo-
rumque sacrificia, vt dicit Cornelius Tacitus
Annal. lib. 2. Sisebutus etiam Hispaniarũ
Rex in anno circiter 639. ac Dagobertus Rex
Galliæ illos ex Hispania, & Gallia expulerunt.
scribit Iacobus Meyerus Histor. Flandr. lib. 1.
Hinc Ferdinandus Catholicus Hispaniarum
43 Rex, quem † sequutus est Emanuel Rex Por-
tugalliæ, ab eorum Regnis eiecerunt centum
viginti quatuor millia familias Iudæorum, quæ
ascendebant ad numerum, octingentorum mil
lia hominum, qui ad Baiazetem tunc Turca-
rum Imperatorem accurrerunt, qui habitatio-
nes eis concessit, tum Constantinopoli, tũ Tes-
salonicæ, tum etiam alijs in locis, ac dixisse fe-
runt: Illum, de prudentia Ferdinandi Regis
44 † grauiter mirari, quòd id fecerit, se tantis vi-
ribus priuando, eijciens populum, cuius nume
rus, Regnum fortius faciebat. de quibus Lu-
cius Marinæus Hist. Hispan. lib. 19. cap. 21. Io.
Buter. de Repub. lib. 7. c. 11. Leo Affer. Histor.
Afric. lib. 1. Ioan. Nicolaus Dolionus in Compend. Histor. lib. 4. plura tamen ad hanc Remfulciẽdam refert nouissimè Petrus Cenedo in dicto Collectaneo iuris Canonici 15. par. 2.

ARGVMENT. CAP. LXX.

Tam in suis Regnis, quàm alibi natis, Rex Catholicus plures Sanctos viros, quorum memoria, & reliquijs congaudet Ecclesia, ipse habet, qui maiori parte enumerantur. Sanctitatis plures traditæ sunt definitiones ex Theologis, ac Platone, Aristotele, & alijs, quæ plenè discutiuntur.

COMPENDIVM.

1 *Rex Catholicus in suis Regnis, & Dominijs viros sanctitate conspicuos plures habuit, quàm alius quispiam Christiani orbis Princeps.*
7 *Patria, & loca, in quibus nati sunt sancti, aut martyrio coronati sunt, Honore maximo fulgent.*
3 *Ciuitas Toleti quibus sanctis præfulgeat?*
4 *In Ciuitate Hispalensi qui sancti fuerint?*
5 *Ciuitas Corduba quibus sanctis illustretur.*
6 *Ciuitas Compostella, siue Galicia.*
7 *Beati Iacobi corpus, qui ab Herode securi percussus est, in Hispania ab eius discipulis translatum est. num. 8.*
9 *Ciuitas Cæsaraugusta suis sanctis honoratur.*
10 *Ioannis Gasparis Hortigas & Petri Cenedo iurisconsultorum laudes. nu. 11.*
12 *Illiberi Episcopi.*
13 *Illiturgi Episcopus.*
14 *Vergij Episcopus.*
15 *Braccbara sancti.*
16 *Ciuitatis Tarracona martyres.*
17 *Ciuitatis Emerita martyres.*
18 *Charicia Episcopus.*
Zamorensis, & Illerdensis Episcopi.
Episcopi Saguntini.
Episcopi, & sancti Astoricenses.
Episcopus Concha.
19 *Ciuitas Vrgellis, & sui sancti.*
20 *Ciuitas Legiona quos sanctos habeat.*
21 *Barchinona ciuitatis sancti.*
22 *Valentia ciuitas, & eius viri sancti.*
23 *Compluti ciuitas suis sanctis celebris.*
24 *Didacus Complutensis ordinis minorum sancti Francisci sumptibus Philippi Regis Catholici in sanctorum numero relatus.*
25 *Abula, siue Abila ciuitas, & eius sancti.*
26 *Hosca ciuitas suis sanctis nobilis.*
27 *Gerunda ciuitas similiter.*
28 *Burgos ciuitas suis sanctis congaudet.*
29 *Turcassonensis ciuitas.*

CAP. LXX.

HAec est suprema Catholici Regis gloria, hæc summa omnium fœlicitas, q in suis Regnis, ac Statibus, plures viros sāctos habuit,
1 quorum† actionum, morū, virtutum, atq; exemplorum actibus, non suorum tm̄ Regnorum, loca irradiātur, sed totus orbis gloria, & decore præfulget. Referam illos succinctè, vel natiuitatum, vel martiriorum locos assignando, vel vbi sanctæ illorum reliquiæ reperiantur. Non modica enim gloria est, vel sanctorum corpora in loco habere, vel à locis huiusmodi sāctissimos viros natiuitatum originem, ac fundaméta ducere. Hinc de Gordiano martire, ac milite Cæsareæ scribens Magnus Basilius in Psal. 59. inquit: Sicuti arbores, quæ bona ferūt poma propriæ bonitatis nutrienti tribuunt humo; sic iste ex nostræ vrbis prodiens vtero, ad summumq; culmen gloriæ euectus, patriæ, quæ cum produ
2 xit, atq; aluit, honorem gloriosissimi† martirij, tribuit. Iucunda nobis sunt externa poma, modo delectent sapore; sed nostro longè gratiora gustui, propria, q̄ peregrina; præterq̄ quòd gloriam quandam nobis conferre videntur. Hæc Basilius. quē retulit Alardus Aemstelredamus similitudinum. fol. 148. Faciamus, itaq; illorum omnium Breuiariū quoddam, in quo Catalogū illorumq; nomina ad æternā memoriā reducamus, & primo à Regnis Hispanicis, in quibus narrādis, nulli p̄iudicans, ordinem antiquitatū non seruādo, nulli p̄iudiciū afferre intēdimus.
3 Ciuitas enim Toleti plures† habuit Antistites, ac sanctos, sanctasq; virtutū, ac meritorum gloria conspicuos, sanctos enim Bernardum, primum Toletanæ Ecclesiæ antistitem, & Eugenium simili modo Episcopum, sancti Dionysij Areopagitæ discipulum, qui in agro Parisiensi martirij coronā accepit, & post ad Ciuitatem Toleti trāslatus est: Eugenium alterum Episcopum, & Cōfessorem, Idelphonsum, Helladium, Iustum, Iulianū, Epos. Leocadiam, Martianam, Obduliam, Virgines, & martires, & etiam Casillam, siue Casilidam, Regis Toleti Mauritani fi-
4 liam. In Ciuitate† Hispalēsi floruerunt sanctissimi viri Antistites, & Ecclesiæ Summi Doctores Isidorus, Leander, & Laurianus Episcopi. Felix Diaconus, Florentius confessor, Herminigildus, Petrus, Seruādus, Florentina Isidori, & fratrum soror, Iusta, Ruffina, Virgines, & respe-
5 ctiuè martires. In Ciuitate† Cordubæ, plurimi effloruerunt martires, qui fęlicissimo certamine vrbem adornarunt, Eulogius Præsbyter, Felix, Hieremias, Emilas, Abundantius, Acisclus, Christophorus Monachus, Adulphus, Ioannes, Amator, Petrus, Ludouicus, Anastasius, Aurelius, Argymirus monachus, Fandila, Faustus, Ianuarius, Martialis, Georgius, Habentius monachus, Seruus Deus Monachus, Sandalius, Secundinus, Sisenandus, Gunesindus præsbiter, Isidorus Monach', Bouildes, Isaach Monach', Præfectus presbyter, Leonigildus monachus, Ludouicus, Paulus monachus, Rogellus, Paulus Diaconus, Pelagius, Zoilus, & decē nouem alij; Vnistremundus monachus, Vualabonsus Diaconus, Ruidericus, Salomon, Sancius, Theodomirus, Sabinianus; Victoria, Aurea, Columba, Digna, Flora, Liliosa, Natalia, Leocritia, Pōposa martires: Sancta Speciosa, mater, & Tranquilla Perez Virgo. In Ciuitate Compostellæ,
6 † Galiciæ, siue Gallaciæ prouinciæ, est corpus sancti Iacobi, fratris sancti Ioannis Euangelistæ, cuius sanctissimi Apostoli reliquijs, & si
7 orbis totus gaudere debet, Hispania † tamen supra alios, cum in tot contra Mauros, ac Sarracenos congressibus, & Bellis, inuicta manu semper victoriam reportauerit, & persona visus astiterit, & vix anno à CHRISTI passione trāsacto, Herodis mādato, securi percussus est, & capite truncatus, interijt, cuius corpus sanctissimū, non sine mysterio ab eius discipulis in
8 Hispaniam† trāslatū est, ibiq; toto terrarū orbe

notissimus, miraculis claret. Sancti etiam alij
viri Petrus Episcopus Compostellanus,Facun-
dus,& Primitiuus,martires.In Ciuitate Cæsar-
9 augustæ,†Braulius,& Valerius Episcopi,Lam-
bertus,Saturnini quatuor, Successus, Apode-
mius, Caius, Crementius, Cęcilianus, Fronto,
Optatus,Fęlix,Lupercus, Euetius, Primitiuus,
Martialis,Vrbanus, Quintilianus, & Publius.
Iulia, & Eneratis, siue Engratia, Virgines, &
Martires præfulgent. De quam pluribus alijs
10 scribit eleganter Io. Gaspar † Hortigas in Pa-
trocinio pro Gymnasio Cęsaraugustano par. 3.
num. 100. & satis optimè ac diuersimodè pa-
triam suam illustrando refert Petrus Cenedo
11 † in Collectaneo iuris Canonici 43. per to-
12 tum.parte 1.Cæcilius,†& Gregorius Episcopi
13 Illiberi. Euphrasius Episcopus † Illiturgi.
14 Vergij, † Ctesiphon Episcopus ordinatus ab
15 Apostolis. Braccharæ, † fuerunt Fructuosus,
ac Petrus Episcopi; Victor,Martir. Tarraconæ
16 † Fructuosus Episcopus, Augurius Diaconus,
Eulogius Diaconus,Maginus martires.Emeri-
17 tæ, †Germanus,Seruādus,Stercatius; Antigo-
nes,Iulia,Lucretia,Virgines,ac martires.Char
18 teiæ Hesychius†Episcopus.Attilanus Episco-
pus†Zamorensis.Licerius Episcopus†Illerden
sis.Sacerdos,Episcopus† Sagūtinus.Turbidus,
& Gennadius,Episcopi† Astoricenses. Marta,
virgo, & Martir Astoricensis.Iulianus,Episco-
19 pus†Conchensis.Vrgelli,†Iustus,Hermengau-
20 dius,& Odo Episcopi. Legione, † Froylanus
Episcopus, Claudius, Lupercus, Victor,& Vi-
ctorinus Martires, Marciel, & Nona. Barcino-
21 næ,† Pacianus, Seuerus Episcopi, Cucuphas
martir,Eulalia,Virgo,& Martir.Indaletius Epi
scopus Vicensis ordinatus ab Apostolis. Tor-
22 quatus Episcopus Accitanus. Valentiæ†Ciui-
tas sanctorum plurium virorum fulgore illu-
stratur, Eutropio Episcopo, Diuo Vincentio
martire,Xysti Papæ, & Laurentij martirum di-
scipulo,Vincētio altero Ferrerio Ordinis Præ-
dicatorum, summo Theologo, ac Beato Petro
23 Nicolao factore. Compluti † Ciuitas non mi-
nus cęlebris suorum sanctorum decore. Cruo-
rem sanguinis effuderunt ibi Iustus, & Pastor,
martires: & Diuus Didacus ordinis minorum
de Obseruantia Sancti Francisci Asisiatis, qui
24 procurante Philippo Rege Catholico† Secun-
do, fuit per D. N. Sixtum Quintum Summum
Pontificem in Sanctorum numerum relatus,
25 in Anno Domini 1588. Abilæ †. seu Abulæ
etiam Ciuitas clarissima redditur, ob Marti-
rium sancti Vincentij, quem supra nominaui-
mus. Floruit etiam ibi Secundus Episcopus,
Necnon Christeta, & Sabina martires. Apud
26 Hoscam,†Nunilo, Orentius,Patientia, & Alo-
27 dia martires. Gærunda † Ciuitas, clarescit ob
martyrium Ioannis Gothi Episcopi, & Fœlicis
28 Diaconi.Burgos † Ciuitas, congaudet gloria
Sancti Elesmi,& martirij sanctę Helenę.Turias-
29 sinensis † Ciuitas ob Æmilianum præsbyte-
30 rū. Iberia† ob sanctam Christianam ancillam,
& martirem.Calagurum †ob natiuitatem San-
cti Dominici ordinis Prædicatorum instituto-
ris sanctissimi, & ob martirium Chelidonij, &
31 Hemiterij. Vlysipo gloriatur† natiuitate San
cti Antonij ordinis diui Francisci, cuius Cor-
poris sanctissimæ reliquiæ in Ciuitate Paduæ
honorificè venerantur.Gloriatur etiam Veris-
simo,& Marcio martiribus, ac Iulia martire,&
32 Maxima virgine.Ebora, †Irene virgine,& mar
33 tire.Carthago† Noua redditur illustris ob re-
liquias sāctorum Sperati,Natalij, Cirini Betu-
rij, Fœlicis,Aquilini,Lætarij,Ianuarij, Enneco
Abbate Ouetensi, Ferdinando filio Ioānis Re-
gis Lusitaniæ; ac Generosa, Donata, Bessia, &
34 Secunda martiribus. Gaudet Hispania,†Isau-
ro Episcopo Augiensi,ac alijs, quorum patriæ
incertæ sunt, vt Epitatio,& Geruntio Episco-
pis. Basileo,Crispulo, Restituto,Ciriaco,Arca-
dio, Paschasio, Probo, Eutichiano, Euti chio,
Fęliciano, Philiberto, Honorio, Læto,Stepha-
no,Victore, Polixena Apostolorum discipula,
Xantippa, Quiteria Virgine,Vuilgeforti, Pau-
la, Centolla, & Helena martiribus, & Tarasia
35 † Regina. Infiniti propemodum alij sunt,quo-
rum sanctissimis reliquijs Hispania redditur
Illustrissima, quorum meminere Surius, Meta-
phrastes, Lyppomanus, & alij, qui sanctorum
vitas scripsere. Sanctus Eulogius in memoria-
li sanctorum, Alphonsus Villegas in flore san-
ctor. Hispanorum. Petrus in Catalogo. Beda,
Ado Viennensis, Vsuardus, Gregorius Turo-
nensis, Rodericus Toletanus, Alphonsus de
Carthagena, Lucius Marineus, Episcopus Ge-
rundensis, Didacus Valera, Ambrosius Mora-
les, Ioannes Vasæus, Franciscus Tarapha,&
Martyrologium Romanum,vbi Cęsar Baronius
Cardin.Illustrissimus.

In Regno vero Neapolitano, multa repe-
riuntur sanctorū corpora,ibi quiescentia,alia-
que plura. Admodum notanda ac memoratu
36 digna est apparitio†sancti Michaelis Angelo-
rum Principis in Apulia apud montem Gar-
ganum sub die 8. Maij, tempore Gelasij Primi
Summi Pontificis,vt scripsere omnes Historici.
Ad hunc cæleberrimū locum ex diuersis Chri-
stiani orbis partibus Peregrini concurrunt:cu-
ius templi,ac Speluncæ Ecclesia, nō hominum
manu facta in Monte Gargano, non sine admi-
ratione visitur. Ecclesiæ eiusdem dedicatio-
nem, Romana Ecclesia, eiusque festiuitatem
cælebrat sub die 29.Septembris. Eiusdem Ar-
changeli Michaelis,alia Gripta est æquè mira-
bilis, quæ olim reperta fuit in oppido idcirco
37 appellato,SāctusAngelus† Fasanellæ,quod op
pidum magnū est,& nobile,in quo reperta fuit
Caua specus in mōte solido, & intacto,in quo
solum per quoddam formen in altum positum
ingrediebantur columbæ, ad quas capiendas,
cum

cum aucupes nocte illud foramen certo modo rete tetendissent, vt manè aues exeuntes caperent; vnus ipsorum per foramen, in quo Sol oriens radijs introibat, inspiciens, in profundo Antri pauimentum quoddam se videre dicebat: quod cum alijs non nullis retulisset, certarim plures loci inspiciendi causa illuc se contulerūt: cumq; foramen ità angustum esset, vt vix vnus ingredi cum pedibus antè posset, decreuerunt, quòd fune ligatus aliquis ingrederetur; nec audentes ingredi, ob dubium rei euētum, tandē vnus, funibus benè ligatus, lumen manu magnum portans, descendit est, circiter altitudinem quinquaginta passuum emensus, cumq; campanulam pro signo ascensus portasset, locum intuitus Antrum pulcherrimum reperit, ità affabrè elaboratum, vt artificis manu pulchrius designari minimè possit, in quo reperit, quinq; altaria, ex Calce, & Cœmentis facta, in quinque angulis Antri, distātibus quasi æqualiter, & lapidi, siue Monti non hærentibus, sed ab eo separatis, quantum retro transire posset, & in parte posteriori cuiuslibet Altaris in conspectu stantis supra altare in muro Lapidis siue Montis erat pictura antiquissima, quarum aliquæ Deum Omnipotentem, ac Iesum Christum Dominum nostrum, ac Beatissimam Virginem Mariam diuersimodè repræsentabāt. Exeunte itaq; illo, & factum referente, & quod imago magna ibidem erat Michaelis Angelorum Principis, alij plures descenderunt, & locum videntes idem referebant: indeque factum est, vt Ciuibus in Fasanella Ciuitate ibidem proxima factum diuulgatum sit, & certatim rupto monte in parte inferiori magna cum difficultate, facta sit Ecclesia summæ deuotionis, admodum ditata, in qua Abbas per Summos Pontifices creatus est, habens Episcopalia Iura: cuius redditus ad duo millia circiter ducatorum numerum ascendit, soliq; Summo Pontifici subditus est; ibidemque factum est oppidum circiter mille Focalariorū, quorum Ecclesia infinitis coruscat Miraculis.

38 Alia similis est apud Valuas † prope Silarim Fluuiū, in qua in octauo Maij Mirabilis est exterorum concursus, in medio cuius adest fons paruus surgentis aquæ, minimè currens, ità tamen, vt si eodem tempore millæ aquæ lageuæ extrahantur, numquam plus crescat vel decrescat. Alia similis est in nostribus nostris similiter ad mirabilis cum picturis, quæ dicitur, & appellatur, sanctus Angelus de Monte nigro.

39 † Vrbs Neapolitana, Regni Regia, & caput, sanctorum suorum splēdore est fulgentissima,

40 præsertim † sāctis epis, Athanasio, Agrippino, Asprenate, Euphebio, Ioanne, Pomponio, Seuetiano, & Seuero. Similiter sancto Agnello abbate, sancto Gaudioso Episcopo Africano, S. Quod vult Deus. Sanctis, & virginibus, Patricia, Candida Sancti Petri Discipula, Candida Iuniore, Restituta, alijsq; pluribus Sāctorum Reliquijs. Adest Corpus sancti Ianuarij, Corpus Beati Iacobi de Marchia ordinis sancti Frācisci de obseruātia, duo corpora sanctorum Innocentiū, quę sunt in Ecclesia sanctæ Marię Annunciationis. In qua nouissimè dū hæc prælo dantur sunt corpora sanctorum Sabini, Primiani, Firmiani, Paschasij, Alexandri, Eunomij, Tellurij, & Vrsulæ, quæ fuere reperta nouiter in Ciuitate Lesinensi in Monte Gargano, quæ ciuitas est sub Iurisdictione eiusdem Venerabilis Ecclesię Annunciationis, quibus Reliquijs factæ sunt octo Arculæ, Auro, Argentoq; vermiculatæ, & Repositę in Arca magna affabrè facta: quorum sanctorum reliquiæ effuso magna pompa Populo, omniq; Clero, & Religiosis fuere processionaliter translata, cui processioni interfuimus. Adest in Monasterio monialium sanctæ Patritiæ vnus clauus, quo D. N. IESVS Christus

41 Crucifixus extitit. Capuæ Ciuitas, † nō solum sui antiquitate, sed sanctorum gloria eminet, habet enim sanctissimos Episcopos, Bernardum, Paulinum, Pamphilum, Ruffinum, Victorem, Ruphum, Vitalianum, Castrensem, Decorosum, & Germanum. Habet inuictissimos martires, Caniouem, Priscum, vnum ex septuaginta duobus Christi discipulis, Tāmarum, Rosium, Elpidium, Marcum, Heraclium, Secundinum, Adiutorem, Augustū, Vindonium, qui ex Africa Capuæ cum Sancto Castrensi, martirij gloriam compleuerūt, Siç & Aemilius, Antoninus puer, Arontius, Carpophorus, Donatus, Quintus, Rufus, Saturninus. In toto Campaniæ tractu Erasmus, & Siluanus Episcopi, Marcus, & Vindonius cōfessores, Vitalis Martir, Ariston, Crescentianus, Euthychianus, Vrbanus, Iustus, Fęlicissimus, Fęlix, Dion, & Benedictus Monachus, & Diodorus. Similiter, Martia, Symphorosa, Dominica, & octogiuta alij Martires, Sa-

42 lerni, † adest Corpus Beatissimi Apostoli, & Euangelistæ Matthæi, excepto brachio dextero, & vno Dente, quia dens positus est in quadam Cruce, & brachium in quodam Tabernaculo, ibidem existentibus. Corpora sanctorum Fortunati, Gaij, & Anthes, Martirum: Nec non Beatorum Gramatij, Veri, Eusterij, Gaudiosi, & Valentini Episcoporum eiusdem Ciuitatis; Et Elpidij, Cionis, Elpicij, Valenriniani confessorum, ac Cirini, & Quingesij, & Beati Fœlicis Martiris, Corpus Gregorij Septimi Summi Pōtificis. Adest ibi Magnus reliquiarum sanctarum cumulus, scilicet Isaiæ Prophetæ, Zacchariæ patris Ioānis Baptistæ, Simeonis Iusti, Abraham, Isaac, & Iacob; Petri, Andreæ, Iacobi, Philippi, ac Barnabæ Apostolorum, Stephani Prothomartiris, Xysti, Sebastiani, Fabiani, Cataldi, Pantaleonis, ac aliorum. Et sanctarum Virginum, Agnetis, Cœciliæ, Margaritę, Barbaræ, Fęlicitatis, Agathæ, Emerētianæ, & aliarum.

43 Beneuenti, † Corpus Gregorij VIII. & Barbati Epi-

Episcopi: Adest corpus Modesti Leuitæ,& mar
tiris: Adsunt duodecim fratres Afri Martires.
44 Nolæ, † Sanctus Paulinus Episcopus, Sanctus
Fœlix Episcopus,cum triginta martiribus;San
ctus Maximus Episcopus, Fœlix præsbyter mi
raculis Clarissimus, Fœlix alter Martir;Iucun-
da, & Iulia Virgo,& Martir.In Ciuitate Puteo
45 lorum,†martirium passus est Sãctus Ianuarius
Episcopus Beneuentanus, cuius reliquiæ Nea
poli asseruantur, cum ampulla eius sanguine
plena,quæ quotannis ponitur in aliquo ex Se-
dilibus Nobilium Neapolitanorum Magna cũ
Pompa, postmodum eiusdem sancti viri cor-
pus, & reliquiæ asportantur,tota Ciuitate pro
cessionaliter eunte,& vt in conspectu reliquiæ
sunt cum sanguine, statim sanguis, tam longo
temporum curriculo ad modum ferè lapidis
induratus, tamquam cera liquescit, & bullien-
do eleuatur per ampullas:quod cum semel in-
46 spexisset Muleassen Tuneti Rex, † alta voce,
maximum Miraculum se videre asseruit: & sta-
tim corpore transeunte,& à loco distãte in pri
stinam sanguis duritiem,reuertitur. Adsunt ibi
dem corpora Sanctorum Martyrum, Sosij,Pro-
culi,Festi,Desiderij,& Acutij,& Honorati Ab-
batis Fundani, ac Iulianæ Virginis, & marty-
ris.Adest corpus sancti Cęlsi discipuli sancti Pe
tri.In eadem Vrbe passi sunt Abundius Episco
pus,& Fidelis.Adest sancta Nicea,sancti Procu
47 li mater.Apud Misenum† olim Ciuitatem,mar
tyrio Coronati Zosimus, item Eleutherius Epi
48 scopus, & Antia eius mater. Surrenti † adest
corpus sancti Antonini Abbatis Casinensis,
sancti Quinti, Quartillæ, & Quintillæ Marty-
49 rum.Tarenti,† corpus sancti Cataldi Hiberni,
illius Ciuitatis Episcopi, Miraculorum,& vitæ
gloria clarissimi, qui post applicationem, &
prædicationem primam à Petro Apostolorum
Principe, & à Marco Euangelista, primus ex
Domini Iesu Christi mandato ad Vrbem illam
50 perrexit. Brundusij † Sanctus Leucius, & san-
51 ctus Pelinus Episcopi.Interamnæ,† Proculus,
Anastasius,& Valentinus Episcopi.Nec nõ Pro
culus alter, Apollonius, Ephebus Martyres,&
Agapes Virgo, & Martir. Formijs,siue Caietæ,
52 † Gelasius II. Pontifex, sancta Albina Virgo,
53 & Martir.Nusci,† sanctus Amatus Episcopus.
Aquini, Constantius Episcopus,& Clinius con
fessor. Nuceriæ,Fœlix,& Constantia Martyres.
54 Aquilæ,† Raynerius Episcopus,Maximus Dia
conus, & Martyr, & Ioannes Gallus. Valuæ,si-
55 ue Sulmonæ, † Pamphilus Episcopus. Amal-
56 phiæ, sanctus Andreas Apostolus. Bari, † san-
ctus Nicolaus Episcopus Mirensis. Amiterni,
Victorinus Episcopus,&octoginta tres Marty-
57 res. Forconij,† Fœlix,& Florentius Martyres.
58 Theani† Vrbanus Episcopus.Canusij†pars re-
liquiarum sancti Sabini Episcopi. Fundis,†So-
terus Papa,Paternus Martir, Fœlix monachus,
59 & Libertinus Abbas.Iserniæ,† Petrus de Mur-
60 rono,Cœlestinus quintus dictus.Venafri;† Ni
61 cander,& Marcionus martyres.Pinnæ,† Ioan-
62 nes Episcopus Pinnensis. Sinuessæ, † Secun di-
nus Episcopus,Castus Episcopus,& Martyres.
63 Potentiæ,†Gerardus Episcopus.Venusiæ,†Fę-
lix Episcopus Africanus,Ianuarius præsbyter,
Audactus præsbyter, Fortunatus,& septimus,
64 Lectores, & Martyres. Terracinæ † apud Fos-
samnouam,sanctus Thomas de Aquino Doctor
Angelicus, Epaphroditus Episcopus, Linda-
nus Appulus Monachus,Montanus, Fœlix,Eu-
sebius Monachus,Iulianus præsbyter,& marty
res; Flauia, Domitilla, Euphrosina,Theodora,
65 Virgines,& Martyres. Vigilijs in Apulia,† Mau
rus Episcopus,Sergius,& Panthaleemon mar-
66 tyres. Soræ, † Dominicus Abbas, & Restituta
67 Virgo,& Martyr. Consæ,†Herebertus,seu Phi
68 libertus, & Menas solitarius. Olíueti † Patriæ
meæ Natalis, Maccharius Abbas Romanus,il-
le,qui ex officio Vicarię potestatis ad monacha
tũ peruenit, & ex eius miraculis inter Diuos
annumeratur: & quo die ad Monasterium san-
ctæ Mariæ de Paradiso ordinis minorum obser
uantiæ in eodem oppido,ab Abbatia sancti Pe
tri sita extra męnia per duo milliaria,eius san
ctissimæ reliquiæ translatæ sunt, viginti à Ma-
lignis spiritibus vexati, liberati fuere:comitã-
tes verò Pompam processionis ex diuersis lo-
cis numerati fuere sexdecim millia circiter ho
mines, nec à loco cellulæ in Abbatia, in qua
reliquię quiescebant, valuere extrahi:nisi vno
Religioso patuit cellulæ ingressus,quum alijs
circiter quadraginta Monachis,&pręsbyteris,
qui id successiuè vnum post alium ingredi ex-
perti sunt,patuit aditus,sed semper facula,quã
manu ingredi volens gestabat, in ingressu Ho-
stioli,nemine flante extinguebatur.Cuius reli-
quiæ in eodẽ monasterio, cum alijs sanctorum
reliquijs honorificè, & magna deuotione ser-
69 uantur,ac venerantur.Capistrani†in Aprutio,
Beatus Ioannes ordinis Sancti Francisci,Sum-
mus Theologus, & Canonista. In Prouincia
70 †Lucaniæ propè flumen Silaris,qđ nostra ter-
ritoria irrigat, Vitus, Modestus, & Crescen-
71 tia Martyres. In Pelignis, † Peregrinus Epi-
72 scopus, & Martyr. Calabrię, propè † Scyl-
laceum inter Stilum,& Arenam, in Monasterio
Sãcti Stephani,erecto liberalitate Rogerij Gui
scardi Northmanni Comitis Calabriæ, & Sici-
liæ,Bruno Carthusiensis ordinis, institutor,vi-
tæ austeritate, & Miraculorum gloria clarus,
73 ac Beatus Laoninus Northmandus. Paulæ† in
Calabria, Franciscus, ordinis Minimorum In-
stitutor, cuius corpus sanctissimum in Gallia
Celtica apud Ciuitatem Turonensem magno
74 cum honore seruatur.Stili † in Calabria, Ioan-
75 nes Theresti monachus.Cupertini † in Magna
Græcia,Vuerdinus Abbas Hidruntinus, q. vitæ
sanctitate,& Prophetiæ spiritu corruscauit. Gu
76 leti † propè Nuscum,Gulielmus Vercellis ta-
men

mē natus in Sabaudia, Regni Neapolitani ama
tor, Eremita Montis Virginis, cuius corpus san
ctissimum diuisum extitit; caput enim, & pars
vna Guleti, altera in Monasterio Montis Vir-
77 ginis asseruantur. Apud Casfinum Mōtem † S.
Benedictus Monasticæ vitæ institutor, ex quo
infiniti propemodum Religinnū ordines pro-
diere. Ibibem fuere vitæ sanctitate conspicui,
Summi Pontifices, Stephanus III. Stephanus X.
& Gelasius II. Nec non Benedictus alter, Deus
dedit, Ioannes Capuanus, Petronacius, Gui-
nizo, Bonitus, Bertarius, Abbates. Odorisius
Abbas, post modum Cardinalis; Leo Cardina-
lis Ostiensis, Carolo manus Austrasiæ, & Sue-
uiæ Rex; Rachisius Longobardorum in Italia
Rex; Faustus, Simplicius, Constantinus, Gebi-
zo, Adam, Alamannus, Albertus Pelignus, Pau-
lus Capuanus, Petrus Cuculus, Leo Amalphi-
tanus, Aldemarius, Angelus, Ebizo, Azo Cam-
panus, Gayderisius, Guayferius, Sergius Amal-
phitanus; Randisius Comitis Burrelli filius;
Paulinus, & Augustinus ambo sancti Benedicti
discipuli. Sancta Scholastica soror sancti Bene-
dicti; sancta Rectruda vxor Rachisij regis. Ca-
uæ in Monasterio. sanctæ Trinitatis, ordinis
eiusdem sancti Benedicti, Victor III. Summus
Pontifex, Cōstabilis, Petrus Salernitanus, Fal-
co, Petrus Secūdus, Alferius Salernitanus, Leo,
Leonardus, & Simeon: de quibus omnibus, su-
pra allegati Historici sanctorum gesta scriben-
tes, Marcus Antonius Marsilius, Ianus Iuue-
nis, Leo Hostiēsis, & Petrus Diaconus in Chro-
nicis Casinensibus, Paulus Diaconus, Carolus
Sigonius, Cardinalis Baronius, & nouissimus
78 omniū Paulus Regius † Episcopus vici Aequē
sis, vir morum, ac vitæ integrirate conspicuus,
& multæ lectionis, ac diligentię summæ in scru
tandis scripturatum Arcanis. Apud Rheginm
Calabriæ, sāctus Leo Papa, Sanctus Snerus Epi
scopus, & martyr, Thomas Abbas, Cyprianus
Abbas, Agnes, Fœlicitas, & Perpetua Marty-
res. Apud Ciuitatem Rossani Bartholomæus
Abbas, Nilus Abbas, Stephanus, & Theodora
Virgo. Consentiæ Beatus Bonatius, Gerardus,
Lucas Episcopus, Mattheus, Rogerius, Nico-
laus, Peregrinus, & Thelesphorus. Apud Ca-
strouillarum, Sanctus Angelus, Sanctus Donu-
lus, Leo, Nicolaus, Samuel, & Vgolinus mar-
tyres. Petiliæ, Anterus Papa, & martyr. Hera-
cleæ, quam dicunt Ieraci, Antōnius confessor,
Ieiunius confessor, Nicodemus, sancta Venera
virgo, & martyr. Apud Ciuitatem sācti Marci,
Cassiodorus martyr, Senator martyr, Viator
martyr. Bellouiso, siue Beluederi, sanctus Da-
niel martyr, Beatus Cyriacus. Tropeæ sancta
Domenica virgo, & martyr. Bouæ, sanctus Elias
Abbas, Leo monachus. Tauriani, sanctus Fan-
tinus Abbas, Lucas Abbas, Ioannes Episcopus,
Georgius Episcopus. Apud Turium, Theles-
phorus Papa, & martyr. Mesuracæ Zosimus Pa-
pa, Beatus Mattheus. Cerenthiæ, Bernardus
Episcopus. Amantheæ, Beatus Antonius. Cru-
polati, Beatus Bernardinus. Bisiniani, Beatus
Martinus, Proclus. Burrelli, Beatus Randisius.
Crotonæ B. Petrus. Longobardi B. Archange-
lus, & alijs in locis infiniti propemodum.

Insula Siciliæ suis etiam viris sanctissimis
79 decoratur habuit enim Agathonem Leonem
II. & Stephanum III. Summos Romanos Pon-
80 tifices. Messana † Ciuitas habuit Ampelum,
Caium, Corebum præfectum, Donatum mona-
chum, Eutychium, Faustum, Firmanum, Placi-
dum monachū, & socios, Victorinū, Anthiam,
81 & Flauiam martyres. Propè † Panormum, fuit
82 Alexander monachus. Cataniæ, † Berillus, à
sancto Petro Missus, & Leo Episcopi, Attalus,
Cornelius, Euplius Diaconus, Fabianus, Miner
uinus, Pontianus, Quintianus, Sextus, Simpli-
cianus. Stephanus, Agatha virgo, & martyres,
83 ac Angelus monachus. Siracusarum † Ciuitas
habet, Martianum, Maximianum, & Zozimum
Episcopos; Euodium, Hermogenem, & Cali-
stum martyres. Clementem monachum, Mar-
tiam, & Luciam virgines, ac martyres. Taormi-
84 na, † Pancratium Episcopum. Habet insuper
85 Sicilia Agathonem † alterum, Triphinum, Al-
phium, Philadelphum, Cirinum, Angelum prę-
sbyterum ordinis Carmeliti, Albertum, Mer-
curim, & socios milites martyres, ac alios so-
cios septuaginta nouem. Eutaliam, & Triphi-
nam virgines, ac martyres, & Gregorium Epi-
scopum Agrigentinum, aliosq; nonnullos, de
quibus scripsere supra dicti, & Cardinalis Ba-
ronius, & Thomas Facellus nouissimè.

86 Sardinia habet † Symmachum Papam, Be-
nedictum Episcopum, nec non Æmilium, Fœ-
licem, Priamum, Lucianum, Antiochium, Came
rinum, Cisellum, Ephisium, Ianuariū, Politum,
Protum, Saturninum, Crispolum; Crescentia-
nam, Hemeclinam, Iustam, Iustinam martyres,
de quibus vltra præfatos supra allegatos scri-
bit Ioannes Franciscus Fara de Rebus Sardois.

In Mediolanensi Dominio, sanctorum suo-
rum perennis gloria fulget: Sanctissimi enim
87 commemorantur † Episcopi Mediolanenses,
Ambrosius in primis, Summus Catholicæ Ec-
clesiæ doctor, Anatolius, Benignus, Benedict⁹,
Caius, Datius, Antoninus, Auxanus, Calime-
rius, Dionysius, Castritianus, Eustorgius I. Eu-
sebius, Eustorgius Secundus, Clicerius; Hono-
ratus, Magnus, Galdinus, Ioannes, Gerundus,
Mansuetus, Marolus, Martinianus, Senator,
Mona, Maternus, Simplicianus, Cęlsus puer, Ve
nerius, Mirocles, Aquilinus præterea, Faustus
miles, Fœlix, Geruasius, & Prothasius, Iulius,
Matronianus, Nazarius, Nabor, Petrus, Robu-
stianus, ac Victor martyres, Sabina, Matrona,
Valeria, & Marcellina virgo, Ambrosij soror.
88 Papia † Augustino Summo Ecclesiæ doctore
Lætatur, & Syro I. Epō, Anastasio, Armenta-

rio,

rio, Crispino, Ennodio, Epiphanio, Dalmatio,
Damiano, Fœlice, Pompeio, Petro, Maximo,
Iuuentio, Ioanne, Vrcisceno, sanctissimis illius
Ecclesiæ Episcopis. Nec non Guniforte Marty
89 re, & Honorata Virgine. Nouaria vero † Gau-
det, Agapio, Gaudenrio Episcopis, Lauren-
tio præsbitero cum multis alijs pueris. Nouo-
90 comensis Ciuitas, † Abundantio, Fœlice, Amā
rio, Episcopis. Nec non Secundo, Licinio, Fi-
dele, Carpophoro, & Seuerino martyribus,
& Ioanne Meda ordinis Humiliatorum funda-
91 tore, Nec non liberata virgine. Cremona, † Ho
92 mo bono. Laus Pōpeia † Bassiano Epō. Suntq́;
quam plures sanctissimi viri, quorum meminerunt scriptores iam dicti, Beda, Ado, Vsuardus,
Surius, Mambritius in vitis Sanctorum, Sozo-
menus, Socrates, Bucchingetus in Historijs Ec
clesiasticis; Petrus Diacon. Leo Hostiens. Ber-
nardinus Corius, & Bernardus Saccus in Hi-
stor. Ticinens.

Ad Burgūdiam transeundo, Flandriam, Bra-
bantiam, Artesiam, Hannoniam, Hollandam,
Frisiam, omnemq́; Belgiā; nam, & hæc loca san-
ctissimis viris illustrantur. Calysto enim Secun-
93 do Summo Pontifice gaudet Burgundia, † ac
etiam S. Sigismundo Burgundiæ Rege, Gilber-
to, Blithmundo, Romano, Eustasio Abbatibus.
Columbano, & Adone Monachis Luxouiensi-
94 bus. Gulielmo Abbate † Diuionense, Benigno
95 præsbytero. Gandaui adest, † vita, & miracu-
lis clarus Bauo, Gundualdus Episcopus, Liui-
nus Episcopus, Bertulphus, Ausbertus, Lan-
doaldus presbyter, Vulfrānus Episcopus, Amā
tius Diaconus, Vninsialocus monachus, Agel-
trudis virgo, sancti Bauonis filia, & Amelber-
96 ga. Leodij, † Lambertus Episcopus Tungren-
sis, Albertus Episcopus Rhemensis, Vuolbodo-
nus, Remaclus, Humbertus, Notgerus, Theo-
dardus Episcopi Leodienses. Mononus Eremi
97 ta, Maldeberta virgo † filia comitis Hannonię,
Iuliana virgo, & Oda vidua. Attrebatis, Veda-
stus Episcopus, Leodegarius Episcopus Augu-
stensis, Poppo Abbas, Gerinus, Ranulphus, Sa-
turnina virgo, & martyr, Bertilia virgo. Apud
98 Lerinenses † Varanus Episcopus, Marinus, Al
selmus, Agilulphus, Cono, Crapasius, Abbates.
Gummatus confessor, Vincentius præsbyter,
Porcarius Abbas, cum quingentis alijs mona-
chis, martyres. Apollinaris monachus. Vltraie-
99 cti, † Amandus, Vuillibrordus, Benignus, Fri-
dericus, Gregorius, Radbodus, Albericus, Auf-
100 fridus, Episcopi. Namurci, † Gerardus Ab-
bas, Adilia virgo. Alij etiam Belgiæ sancti, Eli-
gius Episcopus, Arnulphus Episcopus Suessio
101 nensis. Aldemburgi † in Flandria, Vuinocus,
Vuandregisilus Abbates, Relindis, Rectrudis
Abbatissæ. Furnis, Vualburga virgo. Andaniæ,
102 † Begga vidua. Niuellæ, Yduberga † vidua.
103 Hannoniæ, † in Hasbanio, sanctus Trudo,
Gislenus Episcopus, Addelinus Abbas, Liber-
tus martyr, & Quinibertus, Lābertus, Berlerius
monachi, Aldegūdis virgo, Ragēfreda, Aia, seu
Agia Hannoniæ comitissa, Amelberga, Hil-
trudis virgo, Vualdetrudis vidua. Similiter
Landelinus Abbas, & Domitianus confessor.
104 In Phrisia, † Bonifacius, Lulgerus Episcopi:
iste enim Frisiorum, & Saxonum Apostolus,
ille Germanorum appallatur. Eobanus Boni-
facij Coepiscopus, siue Cobanus, Adelarius,
seu Adalarius Episcopus, Vuirtrungius, siue
Vutringus, Vualretus, Adhalerus, Stricaldus,
siue Stirchaldus, Hamuntius, siue Hamuudus,
Boso, Vuaccarus, siue Vuattarus, Gundeche-
rus, siue Gunderherus, aut Guntherus, Vuilli-
herus, Hildebrandus, Adolphus, & alij trigin-
ta nouem Monachi, Lebuinus confessor, dictus
105 Apostolus † Transisalanæ. Bruxellæ in † Bra-
106 bantia, Bonifacius Lausāuensis Episcopus,
Gudila Virgo. Similirer in Brabātia, Dympna,
Vuiuina, Gertrudis, & Lutgardes, Virgines, &
107 martyres. Apud Louanium, † Verona virgo,
Duaci, Amatus Archiepiscopus Senonensis,
108 Mauroncius abbas. In Hollandia, † Aldeber-
tus confessor apud Egmundam, & ibidem Hie-
109 ro presbyter, & martyr. In Geldria, † Vuerem
110 fridus monachus. In Artesia, † Idaberga vir-
go. Boloniæ Vulmarus Abbas, longeq́; alij plu
res, de quibus agunt Beda, Ado, & alij. Mola-
nus in Indiculo sanctorum Belgij, Io. Thritthe-
mius de viris Illustrib. Sancti Benedicti. Iaco-
bus Meyerus in Annalibus Flandriæ: Hadria-
nus Barlandus in Histor. Brabantiæ: Democha-
res de sacrificio missæ. Cornelius Kempius de
Origin. Frisiorum. Gulielmus Paradin. de An-
tiquo statu Burgund. Petrus Cratepolius de
Episcopis Germaniæ. Cardinal. Baronius ad
Martyrologiū. Albertus Crātius, Germanogra-
phus, & alij. Vbbo Emmius in Historia Frisica.

Supranarratos monstrasse sufficiat sanctos, nec enim omnium nomina, sic aliud agentes perquirere potuimus, quorū numerus sine dubio longē maior existit, illorumq́; vitam cum sancta militans Ecclesia, magno in honore habeat, illisq́; reuerentiam exhibeat, qui in triumphanti existentes, nos exaudiunt, præcesq́; pro nobis Deo effundunt, non solum, vt à peccatorum nexibus seruemur incolumes, sed si quando, peccatorum eorundem pōdere grauemur (quod humanū est) Spiritus sancti gratia adiuri, resurgamus, ac iustificemur, eorundemq́; tutelarium sanctorum Parrocinio subleuati, misericordiæ gratiam consequamur.

Magnæ igitur sunt Catholici Regis diuitiæ, maximi Regnorum tituli, suprema nobilitatis stemmata, summæ prerogatiuæ, indicibilia virtutum encomia, sed horum nulli, huic sanctorum ordini, ac reliquiarum Thesauro, aliquid contra poni potest. Iddirco Rex Catholicus, & subditi omnes hac immarcescibili gloria lętātur. Benedictus sit DEVS, & Dominus noster, qui,

qui, & Regem, ac subditos suos, tanta dignitate, ac priuilegio decorare dignatus est.

Sāctitas itaq; præcedit omnia. Ne autem in ambiguo aliqui laborent, qui Thelogicarum Lectionum inuestigationi non ità incumbunt, sanctitatis definitionem, ex Theologis, ac etiā ex Philosophis pertractabimus.

Prima definitio ea est: Sanctitas est ab omni peccato libera, & perfecta puritas. † Hanc tradidit Dionysius. de Diuin. nominibus, cap. 12. quā sequutus est Pelbartus à Themsuar in rosario sacræ Theologiæ, Tomo. 1. §. Spiritus sanctus. vers. Sed quare huic nomini.

Secunda apud Theologos definitio tradi-
111 tur, quòd Sanctitas nil aliud est, nisi † illa, quę est virtus heroica, idest Diuina apud Philosophos. vt voluit Francisc. de Mairon. in lib. De virtutib.

Tertia datur definitio, quòd Sanctitas est
112 virtus, siue scientia faciens fideles, & † seruantes ea, quæ ad Deum sunt iusta. Hanc ex Andronico Philosopho Peripatetico, refert & sequitur D. Thom. de Aquino in 2. 2. q. 81. artic. 8. Pelbartus in Rosario. par. 3. in verb. Iustitia. §. 5. vers. Quæritur quæ, & quot. Dominicus Nanus Mirabell. in Polyanthea. §. Sanctitas.

Quarta traditur definitio, quòd Sanctitas sit
113 habitus, quo homines † inclinantur, ea omnia Deo tribuere, quæ Dei sunt. Quam primo loco tradidit Plato. lib. 24. siue in Eutiphrone.

Quinta ibi tradita est ab eodem Platone,
114 quòd Sanctitas sit hominis ad Deum † Amor, vel amicitia.

115 Sexta ab eodem, quòd Sanctitas est † Cura Deorum.

116 Septima eiusdem, quòd † Sanctitas sit vouendi, atq; sacrificandi Deo, scientia.

Octaua, eiusdem, quòd Sanctitas sit, quędam
117 mercatura inter † Deos, & Homines.

Nona, & vltima traditur, quòd Sanctitas
118 sit virtus Heroica, qua † homines fiunt Dij. & hæc traditur ab Aristotele lib. 7. Ethic. c. 1.

Sed agè breuius, quantum fieri potest, disseramus de qualibet ipsarum, generaliter dicentes, difficile, quoddam modo esse, veram sanctitatis definitionem afferre, præsertim, cum clarum sit, vnius rei, vnicam tradi oportere
119 † definitionem. Aristotel. Posteriorum Analiticor. lib. 2. textu. 20. 32. 81. vbi etiam Auerroes.

Prima enim non modicam habet ambiguitatem, quia si poneremus pro constanti, non dari sanctitatem peccato interueniente, nec sanctum cum peccato; sequeretur aduersari dicto Augustini de Ecclesiastic. dogmatibus cap. 86.
120 Nullus (inquit) sanctus, & Iustus † caret peccato, nec tamen ex hoc definit esse iustus, vel sanctus, cùm affectu teneat sanctitatē. Nō enim Naturæ humanæ viribus, sed propositi adiumento per Dei gratiam acquirimus sanctitatē. Et ideo veraciter, se omnes sancti pronunciant peccatores, quia in veritate habent, quod plangant, & si non reprehensione conscientiæ, certè mobilitate, & mutabilitate præuaricatricis naturæ. Hæc Augustin. quod confirmat Hieronym. Aduers. Iouinian. lib. 2. pluribus exemplis comprobans, dicens præsertim. Dauid ele-
121 ctus secundum † cor Domini, qui omnes eius fécerat voluntates, & qui in quodam Psalmo dixerat: Iudica me Domine, in Innocentia mea ingressus sum, & in Domino sperans non infirmabor. Proba me Domine, & tenta me, vre renes meos, & cor meum. Postea tentatur à Diabolo, & post peccatum pœnitens loquitur. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Magnū peccatū magna vult deleri misericordia. Hæc Hieronymus. Et si vetum sit sine labe in vltimo vitæ exitu reperiri debere: iuxta illud Ioan. Apocalyps. cap. 21. Non intrabit in eam aliquod coinquinatum.

Quoad secundam verò definitionem. Ista nō est definitio, sed similitudo potius quædam definitionis, quæ capi potest ex dicto Aristotelis, de quibus infra dicendum est, dum ad no-
122 nam definitionem respondebimus. Tū † præsertim cum non conuertatur cum suo definito, nec cum illo conueniat, vt est necesse, & docet Auer. in lib. 2. poster. 82. Non enim omnis exercens aliquam Heroicam virtutem est sanctus, vt vnicuiq; intuenti patet. Et tantò minus subsisteret hæc definitio, cum nullæ in ipsa diffe-
123 rentiæ † reperiantur, ex quibus, & Genere constare debet. Aristotel. lib. 1. Topicor. cap. 7.

Quoad tertiam. Hæc videtur melior, cum videatur habere sua requisita: constat enim ex Genere, & differentijs. loco enim generis est, virtus, vel scientia. Loco vero differentiarum, est fidelitas, & obseruatio eorum, quæ sunt iusta apud Deum. Cum enim (vt Cicero in Hortensio, docuit) Beati omnes esse velimus, quia
124 Beatitudo † ab omnibus amatur, vt inquit Augustin. de Trinitat. lib. 3. cap. 4. & latè Magister. lib. 4. sententiar. distinct. 49. articul. 2. Ille beatus, ac sanctus erit dicendus, qui illa obseruauerit, quæ sanctitatem inducunt: sunt autem dum ea fiunt, quæ ad Deum sunt iusta, vt infra dicam.

Quoad quartam, quæ Platonis est, verè ipsa redolet Christiani nominis Dogma, insimul cū alijs sequentibus vsq; ad nonam exclusiuè, cōueniunt, vt statim dicā. Quia DEO cōueniunt, quæ nobis immediatè ab ipso proueniunt illa autem sunt, quæ accepimus; scilicet, rationem, & mētem, Parentis nostri similitudinem absq; vllo Angelorum, ac Cœlicolarum ministerio. vnde hæc Dei sunt, & idcirco habitus, quoad reddendam Deo mentem, & rationem, homines inclinantur. sanctitas est: & qui Deo reddit, quæ ab ipso immediatè accipit, opus sanctum operatur, & sanctus appellabitur. Vnde

dum

dum Plato ibidem dicit, Sanctitatem esse gene
ris iustitiæ partem: nil aliud sibi voluit, quàm
quòd cum vnum ex iuris præceptis, sit ius suum
125 † vnicuiq; tribuere. vt post Vlpianum in l. Iu
stitia. ff. de Iustit. & iur. voluit Imperator in §.
Iuris. Inst. eo. tit. & ante eos Aristoteles lib. 5.
Ethicor. dum quis quæ à Deo accepit, illi red-
dit, sanctitatis opus facit, quod redditionis
illius partis iustitiæ existit.
Quò verò ad quintam definitionem ab eo-
dem Platone traditã, quòd Sanctitas sit Amor,
vel Amicitia ad Deum. Hoc idem docuit Do-
minus noster IESVS CHRISTVS illi interrogã
ti, quod esset mãdatum magnum in lege? apud
Matth. cap. 22. Respondens. Diliges Dominum
126 Deum † tuum ex toto corde tuo, ex tota ani-
ma tua, & ex tota mente tua. Et Marci. cap. 12.
Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus
est, & diliges Dominum Deum tuum ex toto
corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota men
te tua, & ex tota virtute tua. Ad interrogatio-
nem Legisperiti interrogantis, quid faceret,
vt posset vitam æternam possidere ex traditio-
ne legis. Lucæ c. 10. Diliges Dominum Deum
tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua,
& ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente
tua. Quod antea dictum erat Deuteron. cap. 6.
Quia charitas fundata est super beatitudine,
cuius obiectum est Deus, & ideo charitas est
127 mutuus † Amor, siue Amicitia hominis ad
Deum. vt dicit D. Thom. in 2. 2. q. 23. artic. 1. &
hoc est, quod Apostolus dicebat ad Timothe.
cap. 1. Finis præcepti charitas. Et idcirco cha-
ritas & dilectio Dei est illa, quæ operatur vl-
tra omnes virtutes. Inde Augustin. in Ioan. c. 1.
Dilectio sola (inquit) discernit inter filios Dei,
& filios Diaboli. Signent se omnes signo Cru-
cis: respondeant omnes, Amen: cantent omnes
Alleluia, baptizentur omnes, intrent ecclesias,
impleant parietes Basilicarum, non discernun-
tur filij Dei à filijs Diaboli, nisi charitate. Qui
habent charitatem nati sunt ex Deo. Magnum
indicium, magna discretio: quicquid vis habe-
re, hoc solũ nisi habeas, nihil tibi prodest: Alia
si nõ habeas, hoc habe, & implesti legem. Hæc
Augustinus. Vnde concludam cum Bernardo
in lib. de Diligendo Deum: O Iugum (ait) san-
cti Amoris, quod dulciter capis, gloriosè la-
queas, suauiter premis, delectauter oneras, for
titer stringis, prudenter erudis. O fœlix amor,
ex quo oritur strenuitas morum, puritas affe-
ctionum, subtilitas intellectuum, desideriorum
sanctitas, operum claritas, virtutum fœcundi-
tas, meritorum dignitas, præmiorum sublimi-
tas. Hæc Bernardus. Hinc Augustinus contra
Manichæos lib. 1. Si voluntatem (inquit) Dei,
quisque desiderat, fiat amicus Deo: quia si vo-
luntatem hominis nosse quisq; vellet, cuius
amicus non esset, omnes eius impudẽtiam de-
riderent. non autem quisq; efficiatur amicus
Dei, nisi purgatissimis moribus. Beatus enim, &
sanctus ille efficitur, cum optima amicitia cum
illo contrahi, qui omnium bonorum longè op-
timus est Deus. Ad quod concinit dictum Pe-
tri Blesensis. in lib. de Amicitia. Vera enim
128 (ait) Amicitia † inter bonos tantum oriri so-
let, & inter meliores proficere, inter optimos
consummari. Concludamus igitur cum eodem
Augustino de Moribus ecclesiæ Catholicæ lib.
1. cap. 25. dum inquit: Diligamus igitur Deum
ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente;
quicunque ad vitam æternam peruenire pro-
posuimus. Vita enim æterna est totũ premium,
cuius promissione gaudemus. Hęc Augustinus.
Vnde sanctis Apostolis Christus inquit: Io.
c. 15. Vos amici mei estis. Sanctus itaq; ille di-
citur, qui recto, ac perfecto modo Deum amat;
& sanctitas (vt Plato rectè ait) ad Deum sit
amor, & amicitia. Amicitia verò ista, vt dixi-
mus, charitas in Deum appellabitur, sine qua
129 † quis est veluti æs sonans, aut Cymbalum
tinniens, & nihil sibi prodest, vt Paulus ait, pri
mæ Corinth. 13.
Quantum ad sextam, septimamq; definitio-
nem, quarum prima dicit, ꝙ sit Deorum Cu-
ra; Altera verò, quòd sit scientia vouendi, atq;
sacrificandi Deo. Has duas ego credo in san-
ctis viris, atque in sanctitate ipsa ingredi. Re-
spicere autem illam curam, Dei Optimi Ma-
ximi cultũ, & quoad vota, & sacrificia, Religio
nẽ, & hunc spectare, quæ dicit Marsilius Ficinus
in argumẽtũ ad Platonẽ in Eutiphrone: Pieta-
130 tẽ præcedere ipsam † sanctitatem, & Religio-
nem subsequi. Est enim pietas (inquit) Dei pa-
rẽtis agnitio. Sanctitas eius, quod Dei est, Deo
agnito, retributio; Religio eius quod Deo red-
ditum est, assidua meditatione, iustisq; operi-
bus cum Deo ipso, indissolubilis religatio: vt
meritò sapiens ille dixerit, Funiculum Tripli-
cem difficile solui. Funiculum, inquam ex Pie
tate, sanctitate, Religioneq; connexum: Pie-
tas sanctitatem excitat, Sanctitas pietatem con
firmat, & sancit. Sanctitas quoq; religionem mo
uet. Religio religat sanctitatem: prius enim
hoc, vel instinctu, vel inspiratione, vel admo-
nitione opus est, quo Deum vnum nostrum es-
se parentem, fide indubia cogitemus, quam
pietatem esse volunt. Cum quis ista concepit,
mox omnem mentis, & rationis intentionem
in Deum noscendum, amandumq; figit. Atq;
hunc in cognoscenda, amandaque diuinitate
frequentem intuitum sanctitatem, Mercurius
quoque definit. Hæc Ficinus. Pietas autem in
131 Deum † principaliter est; vt testatur Hie-
ronym. in Epistol. ad Paulinum. Cui adstipulan
tur dicta Ciceronis. lib. 2. de Natur. Deorũ. Pie-
tate (ait) erga Deos sublata, fides etiam, ac
societas Generis humani, vna excellentissima
virtus, Iustitia tollatur, necesse est. Idcirco Apo
stol. 1. Timoth. cap. 4. dicit, ꝙ pietas ad omnia
vtilis

vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc
est, & futuræ. Vnde August. de Ciuit. Dei. lib.
10. c. 1. Pietas quoq; (dicit) propriè Dei cultus
132 intelligi solet, quam † Græci εὐσέβειαν vocant,
vbi dicit: Idcirco Deũ pium appellari Ex pie-
tate igitur ad diuinum cultum reducta, sancti-
tas oritur, quæ religione completur. Est enim
Religio virtus, per quam homines Deo cultũ,
133 † ac venerationem exhibent. vt scribit Bona-
uent. lib. 3. sent. dist. 9. art. 3. Tho. de Aquin. 2. 2.
q. 81. art. 1. Antonin. Florent. in Sum. par. 4. tit.
5. cap. 7. sequitur Viguerius in tit. de virt. inst.
ca. 5. §. 5. vers. 2. Vnde Bonauent. In loco supra
allegato, dicit: Religionem esse virtutem. qua
colitur, q est superioris naturæ. Sequitur Prie-
rius in Summa §. Religio. nu. 1. Dicitur autem
134 Religio † à Relegendo. vt docuit Cic. lib. 1.
de nat. Deor. Qui (inquit) omnia, quæ ad cultũ
Deorum pertinerent, diligenter pertractarẽt,
& quasi relegerent, sunt dicti Religiosi à rele-
gendo. Hanc autem Religionem dictam à re-
legendo, declarari posse dicerem, quòd is, qui
Religionem habere profitetur, cultus diuini li
bros, cæremonias, Regulas, & sanctorum acta
relegendo, Religiosus euadat. Vel à religan-
135 do † potius. vt inquit Lactant. Firma. libr. 4.
c. 28. Hoc (ait) vinculo pietatis obstricti Deo
religati sumus. vnde ipsa Religio nomen accẽ
pit. Et post pauca. Diximus (inquit) nomen re-
ligionis à vinculo pietatis esse deductũ; quòd
hominem sibi Deus religauerit, & pietate cõ-
strinxerit. Cui concinit August. de vera Relig.
lib. 10. cap. 4. Religet (inquit) nos Religio vni
omnipotenti Deo. Vnde Religionis scopus
Deum respicit. Idcircò idem Lactant. libr. 3.
136 cap. 10. ait: Si Religio † tollitur, nulla nobis
ratio cum cœlo est. & iterũ cap. 11. Cadunt er-
go ad multiplices Religiones, sed ideo falsas,
quia sapientiam reliquerunt, quæ illos docere
poterat, Deos multos esse non posse; sed aut
student sapientiæ, sed ideo falsæ. quia religio-
nẽ summi DEI, omiserũt, qui eos ad veri scien-
tiam, potuit erudire. Hæc Lactantius. Religio
verò non est virtus Theologica, cum Deus non
cõparetur religioni, vt obiectum, vel materia;
sed sicut finis; sed virtus moralis versatur cir-
ca ea, quæ sunt ad finem. Præfertur autem cun-
ctis moralibus virtutibus; nã virtutes ordinan
tur ad proportionem ordinis præceptorũ, sed
præcepta concernentia religionem, tamquàm
principalia, primo loco fuerunt posita. Exodi.
c. 20. Ergo, & ipsa religio moralibus proponen
da est. Tanto magis, quia quæ sunt propinquio
137 ra ad finem, sunt meliora, † cum sint propin-
quiora ipsi fini; nulla autem moralium virtutũ,
ipsa religione est propinquior ad Deum, ergo
ipsa religione, vlla virtus moralis est melior.
In quantum enim ordinatur in honorem diui-
num, quia operatur directè, & immediatè ipsa
religio, vt dicit D. Tho. in 2. 2. q. 81. art. 6. & ità
argumentatur Petr. de Arag. ad D. Tho. de In-
138 stit. & iur. in d. art. 6. Vnde † religio est idẽ Sã-
ctitati: iuxta illud in Cantico Zacch. Luc. c. 1.
Seruiamus illi in Sanctitate, & iustitia corã ip-
so. Sed seruire Deo pertinet ad actũ religionis,
ergo religio est idẽ Sanctitati. Quibus cõcinit
D. Tho. in dicta 2. 2. q. 182. art. 3. Religio (inqt)
& Sanctitas quamq̃ essentialiter idem sint; Ra-
tione tñ distincta sunt, q; Sãctitate mens homi
nis applicat se Deo; Religione verò ei debitũ
exhibet famulatum in his, quę specialiter ad il
lius spectant cultum. Quem sequitur Ant. Flo-
rentin. in summa. Parte 4. titul. 5. cap. 7. § 2. Vn-
de hinc dicitur Religionem operari debere,
non solum per interiores actus. sed etiam per
139 exteriores, & hi sũt, qui apud † Græcos vocã-
tur θεοσέβεια, idest, cultus diuinus, & λατρεία, id-
est exterior seruitus. Et prima respicit virtutes
Theologicas; secunda vero actũ seruitutis, quę
pertinet ad iustitiam, vt dicit D. Bonauent. lib.
1. Sẽt. dist. 9. q. 2. artic. 3. Operatur autẽ religio
per actus interiores, quasi principales, ac p se
140 ad religionem pertinentes; Exteriores † verò
actus, quasi secundarios, & ad interiores actus
ordinatos. vt cõcludit D. Tho. in d. q. 81. art. 7.
probat hoc per illud Dauid. Ps. 83. Cor meũ, &
caro mea exultauerũt in Deũ viuum. Sed sicut
interiores actus ptinent ad cor, ità exteriores
actus pertinent ad mẽbra carnis; ergo Deus co
lẽdus est, nõ solũ interioribus actibus, sed etiã
exterioribus. Hæc autẽ exteriora nõ exhiben-
tur Deo, quasi his indigeat, cum se ipso sit glo-
ria plenus; & nihil à creatura adijci possit; sed
propter nos, quia pro hoc, q; Deũ honoramus,
ac reueremur, nostro superiori subijcimur, qa
mens humana, vt Deo cõiugatur, indiget sen-
sibiliũ manuductione, per illud Apost. ad Rom.
c. 1. Quia inuisibilia Dei, per ea, q̃ facta sunt, in
141 tellecta cõspiciuntur. Et ideo † in diuino cul-
tu necesse est aliqbus corporalibus vti, vt eis,
quasi signis qbusdã, mẽs hoĩs excitetur ad spi-
rituales actus, quibus Deo coniungitur; Et ad
hunc finem exteriores actus requiruntur, non
autem q; Deus ijs indigeat. Hinc Deum amico
142 non † indigere scribit Aristoteles Moralium
Eudemiorũ. lib. 7. c. 16. Deus enim est sua Bea-
titudo, & se ipso solus Beatus. Aristotel. lib. 7.
Politic. c. 1. Et principium primũ fœlicissimũ
est ex se ipso. Idem Aristotel. lib. 12. Metaphys.
c. 4. Eodem modo actibus istis nõ indiget, iux-
ta illud Dauid Ps. 49. Nunquid mãducabo car-
nes Taurorum, aut sanguinem hircorum pota-
bo? Sed exhibẽtur vti signa interiorum, & spi-
ritualium operum, quæ pro se Deus acceptat.
Hinc illud Augustini. lib. 10. de Ciuitat. Dei.
cap. 5. Sacrificium visibile, inuisibilis sacrificij
sacramentum, idest sacrum signum est. Hæc in
effectu concludit Tho. vbi supra. Actus autem
143 interiores sunt duo, deuotio, † & oratio. Ex-
teriores verò alij duo, adoratio, & sacrificij

oblatio. vt dicit Raym.in verb.Religio.cap.7.
& seq. post D.Thom.in 2.2.quæst.81.articul.1.
& 2. Ad deuotionem autem pertinent habere
voluntatem ad exequenda illa, quæ sunt ad di-
uinum cultum, & famulatum, scilicet ad ho-
norem, & reuerentiam exhibendam. Oratio-
ne autem homo subijcit se Deo, & profitetur
orando se indigere Deo, actore, & authore
suorum beneficiorum. Adoratione verò exhi-
betur proprius religionis actus: per sacrificio-
rum verò oblationem, reuerentia Deo exhibe-
tur, qui actus est Religionis. Propterea illorum
hęresis confunditur, qui Latria Deum per ex-
144 ternos actus, nõ esse adorandum† censuerũt,
& eijciendas ab Ecclesia Dei exteriores cære-
monias. Contra quos scribit August. ad Ianua-
rium. Epistol.118. Albertus Carpensis contra
Erasmũ Rotherodam. lib.6. Albertus Pighius.
Controuers.12, & Controuers.13. Alphons. de
Castr. contra hæreses. in verb. Cantus. Conra-
dus Brunus in libr. de cęremonijs. Stanislaus
Osius Cardinalis Varmiensis. de Confess. Polo-
nica. cap.27. Tom.2. Demotius de Instaurand.
relig. lib.9. Demochares. de sacrif. Missæ. c.3. &
4. Latè. Petr. Arag. de iustit. & iur. q.81. artic.7.
& nouissimè Concil. Trid. sess.13. de reformat.
c.5. & Canon 6. vbi agitur de adoratione Eu-
charistiæ. & facit cõtra Ioan. Oecolampadium.
Paul. Grysald. decis. Catholicar. in verb. Adora
tio. in verb. Cæremonia. in verb. Latria. Vbi
damnantur errores Erasmi, Martini Lutheri,
Ioannis Vuiclephi, Vualdésium, Pauperum de
Lugduno, & Sectariorum, contra quos etiam
agit Damian. Roscius de Hęresib. agnoscendis.
§. Adoratio. & §. Cæremonia. & in lib. de sectis
Hæreticor. §. Sectarij. & alibi pluries.

Sanctitas itaque habet pietatẽ præcedentẽ,
& Religionem subsequentem, vt dictum est,
sub qua religione implicatur, & includitur, se-
ptima Platonis definitio, quæ constat exhibi-
tione votorum, & sacrificiorum oblatione. Vo-
145 uendo enim, ac † orando petit; & sacrifican-
do, & sacrificia offerẽdo, atque exhibendo, dat.
Quid enim petit à Deo? se ipsum. Quid Deo
dat? se ipsum. Ideam enim sui, quæ in diuina
mente est, petit. Dat verò naturam suam, quæ
Ideæ particeps est. Quo verò ad octauam eius-
dem Platonis definitionem, quòd sanctitas sit
mercatura inter Deos, & homines, Ità illa intel
ligenda est, non ad modum humanæ mercatu-
ræ, sed conuenit cum proximè dictis, vt homi-
nes orantes, Deo voueant, & petant, vt aliquid
accipiant: Deus, orationes, votaque recipiat,
Illi petita consequentur, & proinde illi laudũ
diuinarum Deo sacrificia offerant.

Quoad nonam, ad vltimam definitionem ex
Aristotele, quòd Sanctitas sit virtus Heroica,
qua homines fiãt Dij. Sub hac virtute Heroica
146 oportet includi † omnes virtutes morales, &
eas, quibus quis possit Deus, idest sanctus fieri;
Et in hac virtute omnes prænarratæ continẽ-
buntur. Huc spectat illud Dauid Ps.81. Ego di-
xi Dij estis, repetitum à CHRISTO Ioan.c.10.
Homines autem fiunt Dij, & appellantur, qui
non vt simplices homines moriuntur, sed su-
sceperunt, ac intellexerunt Euangelium IESV
CHRISTI, pro vt Petrus, & Paulus vocantur à
Hieronymo in Epist. Paul. ad Galatas. cap.1. &
propriè Dij appellantur, qui Christi diuinita-
147 tem† intelligunt. vt dicit idem Hieronym. in
Matth. cap.16. Satis superque quoad Sanctita-
tis definitionem hæc dicta sunt.

Sed non erit tam alienum à Scopo, vt etiam
antiquorum Gentilium errata recenseamus:
quorum enim memoriam laudare volebant
148 † Deos appellabant per quædam figmenta,
ex Poetarum inuentis, vt docuit Lactantius
lib.1. cap.11. Quinimmo idem Lactantius lib.
eo. cap.15. asseruit: Deos appellare, siue ob vir
tutum excellentiam, siue ob adulationem prę-
sentis potentiæ, siue ob beneficia, quibus erãt
ad humanitatem compositi. Apud Romanos
autem ex vitæ integritate, & ex quibusdam
cœlestibus signis, quæ superare naturam vide-
149 bantur, † post mortem in Diuos referebant;
vt in C. Iulio Cęsare scribit Sueton. Tranquill.
in eius vita. cap. penultimo. Perijt (inquit)
sexto, & quinquagesimo anno, & in Deorum
numerum relatus est, non ore modo decernen
tium, sed & persuasione vulgi: Siquidem lu-
dis, quos primò cõsecratos ei hæres Augustus
edebat, stella Crinita per septem dies conti-
nuos fulsit. Hæc autem in Diuos relatio, potius
diuinatoria est, quàm ad aliũ finem fieri apud
eos solita erat. Quoad hæc autem dicere pos-
sumus, quod olim dixerit vnus ex Gymnoso-
phistarum Philosophis. Is enim, interroganti
150 Alexãdro, quemadmodum ex mortali, † quis
Deus euadat? Si quid fecerit, ille respondit,
quod facere denegatum sit homini: vt refert
Plutarchus in Alexandro. Vel illud Hyarchæ
Indorum Philosophorum Principis, quem cũ
Appollonius Thianeus interrogasset, qualẽ de
se ipsis existimationem haberent? Respondisse
ferunt Hiarchã, Deos se esse opinari Interro-
ganti verò, quam ob causam ità putarent? quo-
151 niã † boni viri (inquit) sumus. vt scribit Phi-
lostratus de vita Apollonij. lib.3. c.6. deriden-
da autẽ erat, hæc illorum ex seipsis Deificatio.

Secundum autem Theologos (postquàm de
sanctis sermo incidit) dicere possumus illud, quę
opera illorum sequũtur illos. Quia autem vir-
tus Sanctitatis, summa fęlicitas est; tutissima ad
eam obtinendam cordis puritas, & munditia
exiguntur. Idq; non sine autoritate: Vnum-
quodq; enim tãtò perfectus est, quantò magis
152 est proximus perfectissimo † Enti, q̃ est Deus
Benedictus, & maximè distat à suo opposito,
vt cõcludit Plato in Parmenide. Est enim cõdi-
tio primi principij, vt sit maximè perfectũ. In-
de

desequitur magis, aut minus perfectum dici, Per appropinquationem ad ipsum maximũ bonum. Vndè cum diuina perfectio † consistat in summa simplicitate, & purissima bonitate, omnimodam elongationem ab omni compositione, & malitia. vt inquit D. Thom. par. 1. q 3. Sequitur hominem tunc bonum dici, ac perfectum, pro quanto in modo viuendi imitatur diuinam bonitatem, ac rectitudinem. Hanc verò imitari non potest, nisi puritate, & cordis munditia. Et hoc est, quod Christus docuit Matth. cap. 5. Beati mundo corde, quia ipsi Deum videbunt. Et ideo dicebat Dauid Psalm. 17. Secundum puritatem manuum mearũ in conspectu oculorum eius. Et idem docuit Apostol. ad Philippens. cap. 1. Vt sitis sinceri, & sine offensa in diem Christi. Hinc Petrus Epistol. 2. c. 3 sinceram mentem excitat in nobis. Vide Genesi c. 20. Excusabat se apud Deum Abimelech In simplicitate (inquit) cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc. & ibidẽ Deus subsequitur. Et ego scio, quòd simplici corde feceris, & ideo custodiui te, ne peccares in me. & Ecclesiastic. c. 38. Ab omni delicto munda cor tuum. & Christus Matth. ca. 23. munda prius, quod intus est. & hoc etiã dicebat Paul. 2. Corinth. c. 7. Mundemus nos ab omni inquinamẽto carnis, & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei: Per cordis namque mun-
154 ditiam fiunt † amici Dei. de quo Salom. Prouerb. cap. 22. Qui diligit cordis munditiã propter gratiam laborum suorum, habebit amicũ Regem. Et huc spectat illa prima definitio sanctitatis, quam supra ex Dionysio retulimus; q̃ sit ab omni peccato libera, & perfecta puritas. de qua puritate loquitur D. Thom. in d. 2. 2. q. 81. artic. 8. vbi dicit, quòd mens humana mundi illecebris, & inferioribus ijs non consordescat. Sic etiam illud Plutarchi in lib. de cohibenda ira. In omnibus (inquit) illud Empedoclis magni ponderis, diuinumq; censeam, ieiunare à vitijs. Cum multis alijs quæ sequuntur. Quibus concinit Isaias c. 55. Derelinquat impius viã suã, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dñm. Vndè rectè orabat Dauid Ps. 50. Cor mundũ crea in me Deus. Quod discurrens Io. Cassianus de Monach. destinat. Collat. 1. cap. 1. cum pluribus seq. in personam Abbatis Moysi. cap. 4. ait: Finis quidem nostræ professionis (vt diximus) Regnum Dei,
155 seu Regnum Cœlorum est: destinatio verò, idest scopus, puritas cordis, sine qua ad illum finem, impossibile est quempiam peruenire. In hac igitur destinatione defigentes nostræ directionis obtutus, velut ad certam lineã, cursum rectissimũ dirigemus; ac si paululũ q̃d ab ea cogitatio nostra deflexerit, ad cõtẽplationẽ eius illico recurrẽtes, rursus eã, velut quadã norma rectissima, corrigemus, q̃ semp omnes conatus nostros ad vnũ hoc reuocans signum, arguit statim si à proposito directionis mens nostra, vel paululũ deuiauerit: Hæc Cassianus.

Veritatis Christianæ Doctores, duas cõsiderãt Beatitudines, spei vnam, rei alterã Realis,
156 & vera beatitudo, † in clara constat, ac perpetua Dei visione, ac fruitione in patria. Spei autẽ in cõstante, ac vero Dei cultu in via. Quæ nõ tam vera fęlicitas dici potest, quàm quædã veræ, & futuræ fęlicitatis expectatio. Spe quidẽ inchoatur, Re perficitur. Vna in tempore peregrinationis, altera in æternitate mansionis. Vna in labore, altera in requie. Vna declinat à malo, & facit bonũ, altera nullum habet à quo declinet, malum, & magnũ habet, quo fruatur bonum. Vna cum hoste pugnat, altera sine hoste regnat. Vna flagellatur malis, ne extollatur in bonis, altera in plenitudine gratiæ, caret omni malo. Vna bona, & mala discernit, altera solũ q̃ bona sunt cernit. Vna bona est, & adhuc misera, altera melior, & omnino beata. Vna bene viuitur per gratiã, in altera beatè per gloriam, quam tñ quicunq; sic habet, vt eius vsum referat ad illius finem, quem diligit ardentissimè, ac fidelissimè sperat, non absurdè dici etiam nũc beatus potest, spe ista, potius quàm re illa. De his Chrisostomus in Ioan. Homelia 55. inquit. Hæc relinquenda, illa permansura: hæc tempore cõsumitur, & multis subiecta est periculis, illa perpetuò manet: hanc pauper sibi comparare non potest, illam duobus Obolis, quis emere potest. Et hoc rectissimè præsentit Ouid. lib. 5. Metamorph.

Sed scilicet vltima semper
Expectanda dies homini est, dicią; beatus
Ante obitum nemo, supremaque funera, debet.

Hinc Petrarcha in Epistol. A morte hominis viuere incipit humanus fauor, & finis vitę, principium est gloriæ. Quam nobis concedat sanctissima Trinitas, proq; nobis intercedant Sancti omnes apud Deum omnipotentem; Cui laus, honor, gloria, & imperium.

ARGVM. CAP. LXXI.

Magistratus Regij in statibus Catholici Regis cognoscunt casus descriptos, qui videtur sapere spiritualitatem, vel videntur Ecclesiastici. Discutiuntur ad longum casus.

COMPENDIVM.

1 *Laici ecclesiastica negotia tractare non possunt.*
2 *Summus Pontifex causam ecclesiasticam, vel spiritualem alicui Principi laico in dignitate posito, committere potest.*
3 *Gregorius Summus Pontifex causas Simoniacorũ, & fornicariorũ Rodulpho, ac Bertolao Ducibus commisit.*

78 Cle-

221 Et in Camera Imperiali.
222 Et in statu Mediolani.
223 Et in Ducatu Sabaudiæ.
224 Item vbique gentium.
225 Et in Serenissimo Dominio Veneto.
226 Iudex secularis, num se intromittat nomine possessoris in possessorio recuperanda, & retinenda, num autem adipiscenda? nu. 227.
228 Et sic etiam obseruatur in Lusitania.
229 Laici, qua ex causa in possessorijs beneficiorum se intromittunt 230. 231.
232 Iacobus Aldobrandinus Nuncius Apostolicus in Regno Neapolitano.
233 Clemens Octauus Summus Pontifex ob oppositiones ab authore factas, fecit primam suam Constitutionem in materia negotiationis illicita.
234 Clerico minori, an detur tutor, vel curator à Iudice laico? nu. 235. 236.
237 Clerici ad tutelam, vel Curam gerendam ab Episcopo coguntur.
238 Clericum relinquens tutorem vel Curatorem in suo testamento, an sicut olim, sic hodie careat ecclesiastica sepultura? nu. 239.
239 Intellectus c. Neq; 88. distinct.
240 Clericus depositarius, an cogatur per Iudicem temporalem ad depositi exhibitionem?
241 Clerici emancipatio, an fiat coram Iudice laico?
242 Emancipationis actus, an sit solius patris?
243 In emancipatione, an requiratur filij consensus?
244 Emancipatio est actus voluntariæ iurisdictionis.
245 Emãcipatio coram competenti Iudice facienda est.
246 Insinuatio requiritur in donatione excedente quingentos aureos.
247 Si fit donatio vltra summam aureorum quingentorum clerico, an insinuatio fiat corã Iudice laico?
248 In facienda insinuatione, an requiratur decretum?
249 An sufficiat absq; decreto, Iudicis tantum authoritas in insinuatione?
250 Insinuatio coram quocunq; Iudice fieri potest. sed vide. nu. 251.
In bonis mobilibus, & se mouentibus clericorum per Iudicem laicum, an fiat executio?
251 Bona mobilia, & se mouentia clericorum sunt illis accessoria, & illorum personas sequuntur.
253 Bona mobilia clericorum, eorũdem clericorum prærogatiua gaudent.
254 Clerici non debent fame perire.
255 Bona clerici, quæ tenet gratia negotiationis, exequuntur per laicum Iudicem.
256 Trina monitio an requiratur, vt possint bona clericorum gratia negotiationis, exequi? nu. 257. 258.
258 Monitio trina requiritur, quoad perditionem priuilegij, quoad omnia bona.
259 Clerici bona existentia in domo conducta, an exequantur per Iudicem laicum.
260 Clericus hæres laici, quando teneatur coram Iudice laico litem prosequi. nu. 261. 263. 264. 265. 266.
262 Minor succedens maiori, an vtatur priuilegio suo, quoad forum in lite agitata cum defuncto, & alterorum. 263.
267 Clericus author laudatus ab aliquo, cui fuit mota lis coram Iudice seculari, an teneatur prosequi litem coram seculari, an vero variet forum ex persona sua. num. 270. 271.
268 Venditor tenetur defendere emptorem in foro vocãtis.
269 Author laudatus apud Gallos vocatur Garendum.
272 Intellectus Prag. Dubitationem.
273 Clericus an reconueniatur corã Iudice laico? n. 275.
274 Intellectus ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 67.
276 Clericus, qui perpetrato delicto suscepit clericatũ, quando conueniatur coram seculari iudice? nume. 277. 278. 279.
280 Votum habuisse aliquem de suscipiendo clericatu, an stetur suo iuramento?
281 Clericus pro graui delicto, an possit banniri per Iudicem laicum? num. 282.
283 Clericus, num à iudice seculari cogatur reparare domum minantem ruinam.
284 Vrbis aspectus non deformandus.
285 Clericus repertus in flagranti crimine potest capi per iudicem laicum, & consignari iudici Ecclesiastico. sed vide. nu. 286.
287 Iudex secularis, an inhibeat Iudici ecclesiastico, ne turbet eum in sua iurisdictione, & è contra. nu. 288. 290.
289 Inhibitio quid sit?
391 Concilium collaterale facit litteras hortatorias Regias iudicibus ecclesiasticis, non tamen inhibet.
292 Iudex laicus cognoscit, an agens sit periurus?
293 Iudex laicus cogit ad obseruantiam iuramenti.
294 Laicus Iudex cognoscit de iuramento apposito super contracta simulato.
295 Iudex secularis potest punire periurum pœna iuris ciuilis.
296 Periurij causa, an sit merè ecclesiastica?
297 Iudex laicus cognoscit, an absolutio à iuramento obreptis, vel subreptis precibus fuerit impetrata.
298 Iuramentũ an possit remitti, à parte partis? nu. 299.
300 Periuria, quæ ex contractu proueniunt, criminaliter non puniuntur, nisi quis circumuentatur.
301 Intellectus Const. Regni. Cum iuxta prouidum.
Intellectus Const. Regni. Eos, qui scienter.
302 Intellectus ritus 171. magnæ Curiæ Vicariæ.
303 Periurij instrumentalis pœna in Regno, quæ?
304 Clericatus, an cognoscatur per Iudicem laicum. nu. 306. 308. 309.
Clericus quis minimè nascitur.
395 Clericatu pendente, an quis sit clericus, interim Iudex laicus nihil innouabit. nu. 307.
310 Laicus Iudex summariè se informat de clericatu.
311 Vestes, & habitus, an sint clericales ad laicum Iudicem cognoscere spectat.
312 Ordines, & illorum collatio, qualiter sunt probandi?
313 In hæresis crimine laicus Iudex se intromittere nequit.
314 Hæretici traduntur puniendi Curiæ seculari.
315 Bona subditorum laicorum hæreticorum, an laico superiori debeantur? nu. 316.
317 Cuius sunt bona hæretici in Hispania. nu. 318. 319. 321.

320 Phi-

320 Philippi II. Regis Catholici de exterminandis Hæresibus publicum iuramentum. (tici?
322 Quid in Regno Neapolitano, cuius sunt bona hære-Intellectus. Const. Regni. Inconsutile.
323 Intellectus. Const. Regni. Patarenorum,
324 Cuius sunt bona Hæretici in statu Mediolani.
325 Quid in Serenissimo Venetorum dominio?
326 Quid in Ducatu Sabaudiæ?
327 Quid in Ducatu Ferrariæ?
328 Quid in Ducatu Mantuæ?
329 Quid in Marchionatu Montisferrati?
330 Clerici hæretici bona, confiscanda sunt ab ecclesia.
331 Bona hæretici, commisso crimine dicuntur cõfiscari, facta tamen prius declaratione per Iudicem ecclesiasticum. nu. 342.
332 Laici Magistratus, tunc exequuntur in bonis hæretici, quando est facta declaratio per Iudicem ecclesiasticum.
333 Sacrilegium est crimen Ecclesiasticum aut saltem mixti fori. nu. 334.
335 Vsura, an sit crimen ecclesiasticum, an mixti fori. nu. 336. 337 338.
339 Intellectus Const. Regni. Vsurariorum.
340 Intellectus Prag. Caroli V. vsurariorum.
341 In crimine vsurarũ, an procedatur desistente parte?
342 Laicus debitor, an in ecclesia capi possit. nu. 343.
344 Clericus exercẽs aduocationis officium coram laico, de suis excessibus ab illo cognoscitur.
345 Captus à Iudice laico, ab eo aufugiens ad ecclesiam, an possit inde extrahi?
346 Principium capturæ attenditur, an licitum fuerit.
347 Clericus vendens frumentum, vinum, & oleum, cum falsis ponderibus, & mensuris, an à Iudice laico cognoscatur?
348 Causa decimarum ad quos Iudices spectet?
349 Rex Catholicus in Hispania habet inuestituram decimarum?
350 Rex, & sui Magistratus in Regno Neapolis, an cognoscant de causa decimarum?
351 Clerico Venatori, aut Piscatori laicus Iudex eripiet Canes, aues, retia, & similia.
352 Clericus tenens magistratum, vel officium à Rege, vel Principe laico, si appellatur ab eo, ad officiales Regis, & Principis appellabitur.
353 Clerici, ac sacerdotes prætendentes honoraria, & salaria in funere defunctorum facta coram laico, nõ ecclesiastico Iudice vocabunt laicos, vel hæredes.
354 Clerici pro actionibus realibus coram laicis iudicibus agitabunt, maximè in Regno Nauarræ.
365 Clericus petens legatum piũ, an apud laicum Iudicem conuenire teneatur? (bitur.
356 Actio sepulchri violati, coram laico iudice tracta-
357 Pro sepulchro violato, agitur actione iniuriarum.
358 Pro sepulchro violato pœna vlla irrogatur, nisi quòd gesta irritantur.
359 Violatoribus sepulchrorum, quæ pœna?
360 Violati sepulchri causas author egit.
361 Intellectus Const. Regni. Si quis aliquem occisum.
362 Cadauera punitorum dantur ecclesiasticæ sepulturæ, aliquibus tamen interuenientibus.
363 Damnatorum cadauera, vt dentur ecclesiasticæ sepulturæ debent ostendisse in patibulo, & dum morti traderentur, signa pœnitentiæ.
364 Cadauer damnati recipi, aut sepeliri non potest, licentia Principis non præcedente. nu. 365. 384.
366 Pilatus cõcessit corpus Iesu Christi Domini nostri.
367 Princeps non de facili concedere debet, vt læsæ maiestatis damnatorum cadauera, recipiantur, & sepulturæ tradantur.
368 Cadauera latronum insignium, & disrobatorum stratarum, non debent sepulturæ concedi.
369 Petitio Corporis Domini Nostri IESV Christi, ad quem finem facta fuerit.
370 Corpora, & Cadauera apud Hæbreos non debent stare Sabbato.
371 Iezabeli Reginæ, comminatio facta, quòd nemo eam sepeliret.
372 Facinorosi sepultura asini sepeliebantur.
373 Apud Hebræos corpora ante solis occasum, ac Vesperi accipiebantur.
374 Cadauera punitorum, sepulturæ dantur Principe, vel eius vices gerente, concedente.
375 Magistratus Regij in Regno Neapolitano, quomodo cognoscant de exceptione excommunicationis. num. 376.
377 Excommunicationis exceptio diuersimodè opponi potest, coram ecclesiasticis, & laicis Iudicibus.
378 Iudex secularis non decernet excommunicationem esse validam, sed tantum an sit excommunicatus; & hoc summariè constito, illum repellere debet. nu. 379. 380. 381.
383 Excommunicatus an possit esse Arbiter, vel Arbitrator.
382 Excommunicationis exceptio opponitur contra Iudicem. Et contra actorem. nu. 384. 385. Et contra Procuratorem. nu. 386. Item contra Aduocatum. nu. 387. Atq; contra testem 388. Et tandem contra eum, qui vellet liquidare instrumentũ. nu. 389.

CAP. LXXI.

1 DEcernimus (inquit Põtifex in Concilio) vt laici, † Ecclesiastica tractare negotia non præsumant. cap. 2. de Iudic. vt latè disserui de Compromiss. §. 2. gloss. 1. nu. 72. cùm pluribus seq. Diuersa enim, ac separata est Iurisdictio Spiritualium, & Ecclesiasticarum causarum à Iurisdictione, Laicorum; vt latè dixi ad Bellugam in Specul. Princip. Rub. 6. in verb. à cœlesti maiestate. & Rub. 11. §. Videndum in verb. Probemus, nouissimè Ludouic. Carbon. de legib. lib. 9. cap. 14. quia iuxta illud Virgil.

Diuisum Imperium, cum Ioue Cæsar habet.

Sunt tamen nonnulli casus, de quibus, aut de iure, aut de facto cognoscunt Magistratus Regij, alijq; iudices temporales, quos maiori ex parte, veluti quandam summulam horum faciẽdo, recitabo, qui tales erunt relatiuè illos portando, semper tamen sanctæ Ecclesiæ iudicio illos subijciens, vt probanda probet, & reijciẽda conculcet.

Pri-

Primus ante omnes ille se casus offert, quòd quamuis causa sit spiritualis, vel ad Ecclesiasticum Iudicẽ pertineat; ex aliqua tamẽ iusta, ac rationabili causa poterit illam Summus Pō-
2 tifex, Principi seculari, † alterivè laico, in dignitate aliqua constituto, illam committere, & ex eius commissione, laicus de illa cognoscere. c. Mennam. 2. q. 4. vbi gloss. dicit: hic laico delegatur spirituale negotium. c. Præter hoc. §. Ad hoc verò. 32. distinct. vbi Gregorius, Rodulpho, & Bertoldo Ducib' laicis, dicit, quòd Simoniacos, & fornicarios in officijs non reci
3 piant, & à sanctis† ministerijs illos prohibeãt. Gloss. in cap. Dilecti filij. de Arbitr. & habetur in cap. Si quos. 23. q. 4. Gloss. in c. 1. in verb. Præcipimus. 94. distinct. gl. in c. Benè quidem in verb. Præter. 96. distin. Et idcirco excommu-
4 nicandi etiam facultas † à Papa laicis mandari potest. Gloss. in d. §. Ad hoc verò. in verb. Ducibus. quam esse communem opinionem post Gloss. Hostiens. Petr. de Anchar. Io. de Imol. voluit Deci. in c. 2. nu. 13. de Iudic. & ante eum Abb. Panor. nu. 2. Archidiac. Host. & Gem. in d. c. Mennam. Augustin. Berous in d. c. Dilecti. nu. 36. & in c. Contingit. nume. 8. de Arbit. vbi dicit: Serenissimum Venetiarum Ducẽ habuisse à Summo Pontifice facultatem componendi contationes inter Episcopos Bellunensem,
5 † & Feltrensem, & Ciues Taruisinos: quos refert, & sequitur nouissimè Iacob. Philipp. Portius in consil. 118. & 120. vbi concludit causam matrimonialem fuisse commissam Illustrissimo consilio Decem, Serenissimi Dominij Veneti, vt apud eum est videre. Quod post Steph. Aufrer. de potestat. secul. super Ecclesiast. person. Regul. 1. voluit Lancellott. Conrad. de offic. prætor. in caus crimin. titul. de inquisition. nu. 8. casu 1. & 10. & Io. de Capistran. de potestat. Papæ. par. 3. Secundæ partis princip. fol. mihi. 101. vers. Solus Papa concedit laico.

Secundus casus, quia ex supradictis apparet
6 Regem Catholicum in Regnis Aragoniæ † habere cognitionem super prẹlatos exemptos vt dicit Petr. Belluga in Specul. Principũ. Rub. 11. §. Videndũ. vbi dixi in verb. Exẽpti. & in verb. Probemus. & sic in insula Siciliæ habet autho-
7 ritatẽ legati de latere, & tenet suum tribunal † Monarchiæ in quo agitantur causæ Prælatorũ. de quo dixi supra cap. 53. & nouissimè Petrus Cenedo in Collectan. iuris Canonici. 37. nu. 3. par. 1. vbi refert ad hoc propositum, quæ ego dixeram ad Bellugam. in d. §. Videndum.

Tertius casus est, dum clerici committunt crimen læsæ Maiestatis humanæ; quia illorum causam de facto cognoscunt Principes nostri,
8 aliiq́. laici Principes, in quos tale delictum† patratum fuit. vt dicit Iul. Clarus in Pract. Crim. q. 36. nu. 28. & in §. Læsæ Maiestatis. nu. 7. vbi in fin. dicit: In Ciuitate Florentiæ alias fuisse suspensum pro simili causa, quendam Archiepiscopum. Faciunt notata per Hieronym. Gigant. in tract. de crim. læsæ Maiestat. lib. 1. tit. Quis de crim. læsæ Maiestat. cognosc. poss. nu. 20. vbi dicit. Ipsum vidisse Priuilegia diuersorum Summorum Pontificum ad fauorem Serenissimi Dominij Venetiarum, vt de hoc crimi-
9 ne contra † clericos cognoscere possit. Similiter de Rege Galliæ, quòd habet simile Priuilegium scribit Masuer. in Pract. tit. de iudic. nu. 9. Gulielm. Benedictus in Rep. c. Raynutius. de testam. in verb. Et vxorem nomine Adelasiam. decis. 2. nu. 147. Et in Regno isto Neapo-
10 litano habemus tex. in const. De personis† clericorum; quæ disponit idem.

Sed text. in clem. Pastoralis. §. Rursus de re Iud. facit in contrarium; quòd pœnæ criminis læsæ Maiestatis locum habeant solũ modo cō-
11 tra † subditos. hoc voluit Bartol. in Extrauag. Qui sint Rebelles. in verb. Rebellãdo. in princ. Andr. Barbat. in consil. 21. vol. 3. Cardin. in ca. Vergentis. de Hæret. Martin. Laudens. de Crimin. læsæ Maiestat. Notab 34 Hippolyt. de Marsil. in singul. 164. in fin. Restaur. Castald. de Imperat. q. 118. nu 8. & seq. Rolan. à Valle in consil. 4. in princip. vol. 1. Lælius Zanchus de Milit. sacro, & secul. lib. 2. cap. 20. nu. 8. Qui idcirco dixerunt, non committi crimen læsæ Maie-
12 stas per clericum, cum non sit Principi † laico subditus. quod voluit Afflict. in c. 1. in verb. Bona committentium crimen læsæ Maiestatis. nu. 33. Quæ sint Regal. Thomas Grammatic. in decis. Neapol. 29. nu. 12. & in decis. 61. nu. 17. & nouissimè Petrus Foller. in d. Const. de personis. num. 23. Sed clerici non sunt subditi laico Principi, ergo de eis cognoscere non potest. Quorum opinio communis est, & pro Ecclesia fauorabilior, & pro anima tutior. Aliqua tamẽ lege iuris ciuilis, minimè probatur, committentem crimen læsæ Maiestatis debere subditũ esse: quinimmo inferius dicam, etiam in non subditos cōtrarium obseruatum extitisse. Nec
13 stringit tex. † in d. §. Rursus cum ille respectũ non habeat ad subditum, vel nō subditum, sed quòd sit commissum delictum in districtu, vel extra districtum. ibi, extra districtum Imperij. Sed tenendò hanc vltimam opinionem, quòd Princeps secularis, pro tali crimine in clericũ non procedat, nec sibi permittatur. Hæc opinio recipiat infrascriptas declarationes.

Primò secus esse, vbi locus commissi criminis est laico Principi subditus, & clericus ex eodem loco originarius esset: tunc enim læsa dicetur eiusdem Principis Maiestas, ab origi-
14 nario, & ciue. † ad quod facit tex. in d. clem. Pastoralis. §. Rursus. in verb. Domicilium, & originem. Negari enim non potest, ciues committere crimen læsæ maiestatis, & incolas, clericos autem, Ciues esse, ac ciuium appellatio-
15 ne † contineri, optimè argumentando concludit Oldrad. in consil. 32. quæstio est, notatur

tur in c.Accedens.el.2.extr.vt lit.non contest. vbi Clericus dicitur Ciuis illius † loci, in quo habitat. Et etiam ratione Originis dicitur quis ibidé tenere domicilium. l.pen. ff. de Senator. cuius authoritate ità voluit Gloss.in d.c. Accedens. Hinc Bald.in l.1.§.In initio.nu.3.ff.de offic.præfect.vrb. dicit:clericos esse de laicorum districtu.arg. tex. notab.in c.fin. de offici. deleg. in 6. ibi: Dominio temporali, vel Ecclesiastico. Idem Bald. in l.1.§. Huius studij.ff.de
16 instit. iur.dicit:Sacerdotes † esse partem Reipublicæ,quē sequitur Petr. de Anchar. in c.Dilecti. vbi Card. de for. compet.& nonnulla ad hunc finem adducit Felyn.in c.Rodulphus.nu. 32.cum pluribus seq.de Rescript.vnde habens incolatum, seu Domicilium in aliqua Ciuitate
17 de illa Ciuitate, esse dicitur.† Gloss.notab.in c.Statum. §. Cum verò in verb. Eiusdem Ciuitatis.& in verb. Vnam in fin. vbi hoc ponderat Dominicus de S. Geminian. de Rescript. in 6. Alexand. in l.De pupillo.quam legit cum lege præcedenti.§ Si in publico.sub n.4.ff de oper. noui. nuntiation.-& ante ipsum Bartol. in l.1. nu.11.& seq. ff. Ad municip.de Incol. l. Pupillus.§.Incola.ff.de verb.Signif.l.Ciues.C.de Incol.lib.10.Roland. à Valle in consil.79. nu.51. vol.3. Francisc.Cantucc. in decis. Rot. nouiss. 105. num.1. vol.2.

Secundò declara, sufficere hoc crimen commissum fuisse intra fines, ac districtus Iurisdictionis illius Principis laici.Ratione enim loci, in quo facinus patratum est, quis sortitur
18 forum † Auct. qua in prouincia.C. vbi de crimin. agi oport. cum multis à me traditis ad Bellug. in Specul. Principis. Rub.11.§. Ex quo prædiximus. in verb. Amissiones; vbi posui Regulam, in materia remissionis in criminalibus facienda ad locum delicti. vbi posui triginta vnam declarationes,quæ videri possunt.

Tertiò declara, posse Principem laicum, seu secularem, contra clericum, inquisitionem, & processum formare,sic & aliam Ecclesiasticam personam simile facinus committētem;non tñ ipse puniet,sed ex illo ꝓcessu, & inquisitione, seruatis de iure seruādis,talis clericus, vel religiosus, à suo Epo,alioue Ecclesiastico superio
19 re,deponi,aut † etiam actualiter degradari,& tradi etiā Principi laico,debitis pœnis puniēdus. vt dicit Imperator. in §. illud palam est. Auct. vt Cleric.apud propr.Episcop.ibi: Prius hūc spoliari à Deo Amabili Episcopo,Sacerdotali dignitate,& ita sub legum fieri manu.& in §. Si verò crimen. & §. Si verò prius. Auct. de Sāctiss.Episcop.ibi:Tunc ipse Episcopus, hunc secūdum regulas ab honore, siue gradu, quem habet, separet, iudex autem vltionem ei inferet congruentem. Hoc etiam cauetur per Augustin.in c. Si quis laicus 22. q. 5. ibi: Episcopus,præsbyter, Diaconus, si hoc crimen com-
20 miserit, degradetur, Et quatenus † Præposit. in c.Imprimis.2.q.7.in § de persona.nu.37.Ex posuerit illud verbum,degradetur,idest deponatur,verbo tenus non actualiter; Hæc esset diuinatio,& violatio textus,& verborum,de quibus formaliter scriptum est in c. Degradatio.
21 de Pœn. in 6.in quo apparet diuersitas † verbalis depositionis ab actuali degradatione,nō obstante opinione Iulij Clari in dicta q.36.nu. 28.qui censuit, verbo tantum deponi,& dicit esse communem opinionem ex Curt.Iunior.in cons.159.nu.1.qui nihil de hoc,nec alibi,quod ego viderim,dicit, & corruptè allegatur à Io. Baptista Villalobos. in commun. opin. §. Episcopus.num.99.quia,vt videmus,opinio communis, est potius in contrarium per supra allegata, quam tenuit Abb. Panor.in c. At si clerici.num.41.in fin. de Iudic.Ioan. Bernard. Diaz in Pract. criminal. Canonic.cap. 110. per totū, Hierony. Gigas de crimin.læsæ Maiestat.lib.2. q.30.nouissimè Simō Maiol.de Irregularit.lib. 5. cap.19.nu.3. & Anton. Capic.in decis. 130. nu.75. & sequitur Foller. in dicta Constit. de Personis.num. 34.Maximèq; procedit in Rege huius Regni, Siciliæ, & Neapolis, qui recognoscit idem Regnū ab Ecclesia Romana,quo
22 casu videtur crimen læsæ Maiestatis† in Pontificem, & Ecclesiam Romanam:vt optimè considerauit Gigas, quem sequitur Foller. vbi supra. Et opinionem Panor.in d. c. At si clerici. tenet etiam Lud. Roman.in cons.365.& in singul.701. Incip. Dicam tibi, Qui,& si loquatur de degradatione, tamen per degradationem
23 efficitur Curiæ secularis,† & intelligitur traditus eidē,vt perpendit Diaz.Et mirum est,quòd Archidiacon. in d.cap. Si quis laicus.& Andr. Barbat.in d.c.At si clerici. dicant dictum. cap. Si quis laicus. non habere Canonis authorita-
24 tem, sed illud esse Paleæ: † quia apparet esse dictum Diui Augustini, ibidem à Cōpilatore Gratiano positum,non autem,vt ipsi dixerunt.
25 Per exempla etiam res obscuræ † clarescūt, & decisio dubij resultat Illustrior. Videbantur super esse exempla,quòd etiam non subditi læsæ Maiestatis Rei fuerint puniti. Sic Dorieus Rhodius cū circa Peloponnesum peregrinando captus esset, Spartam in vinculis est deductus, ibiq; à Lacedemonijs Maiestatis damna-
26 tus, capitali supplicio † noxam luit;vt est author Pausan. in Eliacis.siue libr.6. Hoc tamen exemplum rem non afficit,cum nō iure, sed facto id violento fecerint.

Quò verò ad personas Ecclesiasticas Maiestatis insimulatas,& à laicis superioribus punitas,S. Desiderius Episcopus Viennensis,se offerre videtur.Hic enim Andij Episcopi Lugdunensis,& Brunechildis Reginæ factionibus,Ma
27 iestatis pulsatus,Theodorici Regis † iussu, lapidibus obrutus est.vt meminit Aimoinus Histor.Gallicæ.lib.3.c.93.Hunc esse credo Sanctū Desiderium, quem, Ado Viennensis Chroniq

Aetate

Ætate 6. in anno Domini 583. à Brunechildis Comitibus captum asseruit,& super flumen Ca laronam,in territorio Lugdunensi,eadem iubẽ te,peremptum. Hoc similiter Violentia factum extitit, nullo canonum, alteriusuè iuris, ordine,vel dispositione seruatis; & idcirco ad exẽplum non est aliquo modo trahendum. Exemplum octo monachorum Frãciscanorum ,quos vti læsæ Maiestatis reos, supplicio affectos refert Polydorus Virgilius in Histor. Anglic. lib. 21. plura sunt huiusmodi exempla, præsertim facta sub Impiæ Elizabethæ Reginæ Angliæ ty
28 rannide,† & suis Magistratibus. Compræhensi enim,capti,tracti, inclusi lacubus ,carceribus, turribus, ac torti equuleis, innumerisq; tormentis, tandem diros cruciatus, mortes, & crudelissima pro fide Christiana, pro Romana Ecclesia Martyria consummarunt Edmũdus
29 Campianus, Rodulphus† Geruinus, Alexander Briantus, Thomas Forclus,Iohannes Shertus, Georgius Haddocus,Ioannes Mundinus, Ioannes Nutterus, Iacobus Fennus, Thomas Emerfordus, Iacobus Bellus, Vnodosius, Gulielmus Lacius, Riccardus Kirkmannus, Iacobus Tomsonus, Gulielmus Hartus, Riccardus Terkellus,Ioannes Paynus,Hugo Taylerus,Robertus Ionsonius, Gulielmus Philbæus, Lucas Kirbeus, Laurentius Riccarsonus,Thomas Cotamus, Ioannes Nelsonus, Euerardus Ansius, Cubertus Maynus, Thomas Alfeldus, Odoardus Transamus,& alij infiniti,quorum non modo meminerunt scriptores Catholici Anglicani. Nicolaus Sanderus de Schismat. Anglican. lib. 3. & Andr. Philopatrus in Edictum Elizabethæ. Sect.4. & alibi pluries. Sed etiam illius impurissimæ fœminæ scriptores,& Historici hæretici, nullam aliam Martyrij causam proponẽtes,præterquàm figuratæ Maiestatis læsæ. Huiusmodi verò nequissima exempla, non modo ad veram iuris dicendi normam non sunt trahenda,sed pœnitus eliminanda. Cum enim omnipotentem Deum, & Iesum Christũ omnemq; Christianam cõgregationem, Ecclesiamq. reliquerit,& Sathanicam, ac Diabolicam sibi potestatem arrogauerit, quæ vnquam iura pro Ecclesijs,proq. Ecclesiasticis personis, seruabit?

Sequenda sunt exempla Christianorum,atq;
30 Catholicorum Principum;nam Egidius†Rhemensis Episcopus,Maiestatis suspectus,à Childerico Galliæ Rege, præhendi iussus, increpato tandem Rege, fuit ab Episcopis, non à laicis iudicatus. vt scribit Gregor. Turonens. Histor. Gallic.lib. 10. cap. 19. Sic legimus Prætextatum Episcopum Rorhomagensem,Fredegundæ Reginæ odio, Maiestatis falsò imperi-
31 rum, in exilium † missum, cognoscente Prouinciali Cõcilio,à Chilperico, Gũtramno reuocatũ scripsit Aimoin.Histor.Frãcor.lib. 3. c.27. & 64. codẽ modo Salonius,Ebrodus,& Sagittarius Vapingenses Episcopi, vt Maiestatis Rei,
32 per † conci um Lugdunense, sedibus pulsi, à Ioanne Summo Pontifice ad proprias sedes restituti fuere. Aimonius in d.lib. 3. cap. 28. Sisbertus etiam Toletanus Episcopus, quod Fla-
33 uium†Egicam Regem, à quo fuerat ad sedem sublatus,occidere,ac Regno priuare statuisset, & cum alijs consilia inijsset, in Decimo sexto Concilio Toletano,congregatis sexaginta vnũ Prælatis, à Patribus, Honore, Gradu, ac Beneficijs deturbatus,perpetui exilij ergastulo dãnatus, ni eum Rex à pœna voluisset reddere immunem. vt scribit Bernard. Diaz. in Pract. Crimin. Canonic. cap. 110.& nouissimè Io.Mariana Historiar. Hispanic.lib. 6. cap.27.Ex his liquet Prælatos, virosq; Ecclesiasticos, læsæ Maiestatis reos laici Principis,ab ecclesiasticis viris, atq; Iudicibus fuisse cognitos, & postmodum ipsis in casu necessario de iure degradatis, tunc licere ex traditione curiæ seculari facta,laicis Magistratibus in eos animaduertere.& non alias. Et ita resideo.

Neq; laicis Magistratib' opitulatur dispositio d. Const. De personis. quia illa fuit lex, & constitutio Principis laici, quæ Ecclesiasticarum personarum iura offendere non potuit. arg. Auct. Cassa, & irrita. C. de Sacros. Eccles. pro vt in simili inquit. Petr. Pechius in tract. de iure sistendi. cap. 4. nu. 1. dum inuehit contra eos, qui causas Ecclesiasticas ad laicorum Iudicum Tribunal,trahunt. de quo etiã Alphons. Mõtaluus in leges fori Noul.lib. 1.l. 2. tit. 2. De la Guarda del Rey. in verb. Quier.clerigo.Vbi inquit, illam legem, imponentem pœnam clerico maledicenti Regi, fieri minimè potuisse.

Quò verò ad exempla ex aduerso relata, tã illius Archiepiscopi Florentini suspensi,quàm aliorum inductorum,potius alicuius violẽtiæ, ac Tyrannidis vim sapiunt, quàm illud, iure, lege, aut ratione factum fuisse. Vnde ad consequentiam trahi minimè possunt. Et dum exemplis res agenda foret,tutiora, ac potiora sunt, quæ pro Ecclesiasticis personis adducta fuere.

Quartus casus principalis est in persona Ecclesiastica,laicum Magistratum administrante, quia Iudex laicus ipsum punire poterit, vel per captionem temporalium,vel bonorum Immobilium venditionem. Cum enim immiscent se clerici secularibus administrationibus,indi-
34 gnum est eos † ab Ecclesia in ipsa fraude subueniri. c. Sacerdotibus. Ne cleric. vel Monach. quasi sua propria ex causa id patiantur. Hinc lege prohibitum est, non lugeri eum, qui ad patriam delendam, parentes,ac liberos interficiendos, accessisset. l. Minimè. ff. de Relig. & sumpt. fun. Et idcirco Clericus officialis, Re-
35 gium officium administrans, & si in eo † delinquit, ab ipso seculari Principe punitur. vt voluit Stephan. Aufrer. de potestat. secul. Regul. 1. fall. 17. Gullelm. Benedict. in cap. Raynutius. in verb. Et vxorem nomine Adelasiam.

decis.

decis. 2. num. 155. sequitur Petr. Foller. in dicta Const. Regni. De personis. num. 9. & in Senatu Parisiensi sic decisũ refert Io. Gall. quæst. 235. refert Choppinus de sacra Politia Forens. lib. 2. titul. 1. num. 17. in fi. Lancellot. Conrad. de offic. Prætor. in caus. crimin. §. 3. titul. de inquisit. num. 7. vers. 17. Iul. Clar. in pract. Crimin. q. 36. num. 25. Petrus Plaza in Epithom. Delictor. c. 14. nu. 23. & nouissimè voluit Petr. Cenedo in Collectaneo iuris Canonici. 37. nu. 16. par. 1. Hæc tamen conclusio plures recipit declarationes.

Prima erit declaratio. Tunc demum procedere, quando per Episcopum facta erit publica monitio, sub amissionis clericalis priuilegij pęna, in officijs, aut Magistratibus secularibus
36 non se intromitterent clerici. In casu † enim contrauentionis, secularis iudex cõtra eos poterit procedere. vt post Gloss. in d. cap. Sacerdotibus. voluit ibidem Hostiens. Vbi dicit hãc publicam monitionem, vim habere trinæ mo-
37 nitionis. † arg. cap. A nobis. de sent. excõmun. & melius secundum Panor. in d. cap. Sacerdotibus. num. 8. facit text. in l. 2. C. Quomod. & quand. iud. & glos. in cap. consuluit. de offic. deleg. Hanc tamen minimè probauit Panor. ibidem.

Secunda declaratio sit: Quòd præcedente
38 trina monitione si post illam, † clericus aliauè persona ecclesiastica, laicali Magistratui se immisceat, tunc rectè poterit laici Principis Iudex contra illum procedere. hoc probauit gl. in dicto c. Sacerdotibus arg. c. Ad audientiam. de sentent. excommunic. Quia ad priuilegium
39 fori perdendũ † trina monitio exigitur. vt scribit. Abb. Panor. in d. c. Sacerdotibus. nu. 8. licet ipse ibidem. nu. 7. dicat, hoc nõ probari in illo textu, cum in eo nõ fiat aliqua monitionis trinæ mentio. Mihi tamen videtur trinam monitionem sufficere, ex quo, quàmquã Abb. in d. loco, asserat in illo textu hoc non probari, nihilominus videtur sibi contrarius, dum in tertio intellectu, dicit per trinam monitionem fori priuilegium amitti.

Tertia declaratio sit; quòd ista coactio, & districtio clerici, non fiat per iudicem laicum,
40 sed per † Ecclesiasticum, vt placuit eidem gloss. in d. c. Sacerdotibus. & hanc declarationem amplectitur. ibi Panor. num. 6. dicens hunc esse bonum intellectum ad illum textum, & communiter sequi à Doctoribus, & dum tex. dicit ibi, Indignum est eis ab ecclesia subueniri, intelligit non loqui de subuentione respectu fori, sed vt subleuetur à fraude cõmissa, puta dando auxilium, vel fauorem. Sed iste suus intellectus videtur mihi diuinatorius ad illum textum, licet declaratio sit securior pro ecclesiasticis viris, ac pro anima: quam ego amplector.

Quarta declaratio sit, quòd clericus puniri possit ciuiliter per secularem iudicem, prout
41 † consuetum esse scribit Stephanus Aufrer. de potestat. secul. super Eccles. personas. regul. 1. Fallent. 17. sequitur Gulielm. Bened. in dicta decis. 2. num. 155. de hoc dixi in principio huius tertij casus, quia istud procedit, quoad bona immobilia, non autem quoad mobilia. quinimmo per proximè dicta, nec ciuiliter, nec criminaliter, licere iudici seculari, manum bonis clerici apponere pro hac causa, nisi implorato brachio Iudicis Ecclesiastici, & sic censerem.

Quinta declaratio erit quod persona Ecclesiastica priuari poterit illo officio, seu Magistratu laicali, seu profano, in quo se exercebat.
42 † vt tenent Aufrer. & Gulielm. Benedict. in locis allegatis. Qui mirum in modum in hac re suadenda se affligunt, pręsupponentes, quòd in omni gubernatione Oeconomica, vel Politica quisque subsit capiti Domus, aut Ciuitatis. Sed ego dico ex alio hoc fieri, quia cum
43 Principis sit † Magistratus creare, vt in c. 1. in verb. Potestas creandorum Magistratuũ. Quæ sint Regalia. & ego dixi supra cap. 21. sequitur Magistratum à Principe laico datum clerico, illum vti ab eo dependentẽ, ei quodammodo subijci, & ideo cuius fuit dare, eiusdem erit, & tollere, ac illum Magistratu priuare, ne inde si alias esset subsequatur absurdum, posset enim persona ecclesiastica, in administrando laici officio, aliqua perperam agere, ac flagitia patrare, nec tunc conueniret, ꝙ Magistratũ contra Domini mentem, inuitus administraret, &
44 idcirco † optimum erit, illum submouere, vt concludunt Didac. Couar. Pract. quæst. cap. 33. nu. 6. quem sequitur Petr. Foller. in dicta Cõst. de personis. nu. 9. & Lancellot. Conrad de offic. prætor. in caus. criminalib. lib. 1. cap. 9. §. 3. tit. de inquisit. nu. 7. vers. 17. Sed melius à principio, Principem ab ijs abstinere: duo enim inconuenientia inde oriri possent, vnum quòd nõ rectè de commissis excessibus cum eo ageretur. Alterum, ꝙ in sortem Dei allectus, ab illa se quodammodo nõ sine scandalo abstraheret. Vnde satius est illis non vti, ne in eis puniendis incurratur animæ periculum. qua de re optimè in hoc Regno prouisum est per Capit. Vt cum nihil habeant, quòd est num. 159. ꝙ in praxi huius Regni seruatur teste Vinc. de Franchis decis. 479.

Quintus casus principalis est, quia Iudex secularis puniet clericum, aliamq; ecclesiasticam personã portantem arma prohibita secu-
45 laribus. † voluit Io. Faber. in l. Addictos. C. de
46 episcopal. aud. † & ità dicit seruari in Gallia Barthol. de Cassaneo in consuetud. Burgund. Rub. 1. §. 5. in verb. S'il n'à grace. num. 79. Et
47 obseruatur si in Hispania, † vt testatur Didac. Couar. variar. resolut. lib. 2. c. vltim. in fin. versic. Trigesimo sexto. & Io. Lopez in rep. c.

Per

Per vestras. §.1. in quæst. incip. Sed est pulchra. nu. 13. de donat. inter vir. & vxor. Petr. Plaza in Epith. delictor. c. 8. nu. 26. Carol. de Grassal. Regal. Franciæ. lib. 2. priuileg. 17. Et in hoc Regno
48 Neapolitano, † vt testatur Paris de Puteo de Syndic. §. Clericus officialis. in fi. Lancell. Conrad. in d. tit. de Inquisit. nu. 7. casu 13. Petr. Cenedo in Collect. in iuris Canonici. 37. num. 17. par. 1. Hinc tñ pœnam à Iudice Ecclesiastico infligendã messe voluit Io. de Platea. in §. Item lex Iulia. Inst. de Publ. iud. sequitur Iacob. Menoch. de arbitr. iud. q. lib. 4. Centur. 4. casu 394. nu. 33. & seq. in quam opinionẽ inclinat etiam Paris de Put. vbi supra. dum dicit, ad tollendũ omne dubium, posse adiri iudicem Ecclesiasticum. Secundò, declarandus erit casus iste, vt iudex secularis, clericũ armis tantũ spoliet, nec
49 alia pœna ipsum † puniat. vt censuit Couar. in d. c. 20. seu vltim. ad fin. & Foller. in d. Const. de personis. num. 4. Orationes enim, & lachrymæ sunt clericorũ arma c. Conuenior. 23. q. 8. c. Porro, vbi Gloss. 16. q. 4 latè Dec. in cons. 151. Hinc, Clericũ arma portantem ex Episcopi ordinatione capere volens, si resistentem inueniat, &
50 occidat, in excommunicationẽ † non incidit. c. Vt famę. de sent. excõm. Marc. Mãtua Dialog. Denarrat. Class. 4. c. 52. nu. 6. Quibus autẽ Ecclesiasticis pœnis subijciatur clericus arma por-
51 tans † ex Matisconense, Maguntiaco, Ilerdense, & Toletano Concilijs, refert Ioan. Sotteale. in summa Pontifical. §. Arma. Et hinc dicitur, quòd si clericus de nocte armatus reperitur, poterit capi per familiam laici iudicis
52 absq; metu † excommunicationis. vt volnit Abb. Panor. in c. 1. nu. 7. de deposit. Dec. in c. Cũ non ab homine. nu. 40. de iudic. dũoo de Magistrat. edict. lib. 3. c. . . . Hanc tamen materiã alias agitaui ad Bellugam in Speculo princip. Rub. 11. §. Dubitatur. in verb. Armorum. ad quæ me remitto.

Sextus principalis casus est in offendente officialem regium; eo enim casu, clericus offen-
53 dens † ab eo punitur. arg. l. Vnica. ff. si quis ius dicent. nõ obtemper. vbi habetur, Ius dicentẽ posse oẽs inobediẽtes punire, & iurisdictionẽ suã pœnali iudicio defendere. & arg. cap. 1. de off. deleg. quorũ authoritate, ità tenuit Steph. Aufror. in d. tract. Fallẽt. 14. n. 22. Sequitur Foll. in d. Constit. de personis. nu 5. Lancel. Conrad. in d. tit. de Inquisition. num. 7. casu. 14. Interest
54 enim iudicis suã iurisdictionẽ † tueri. Innoc. Hostiens. & alij. in c. Dilectis. de rescr. Sed text. in d. l. Vnica, non afficit clericos, in quos nõ poterat statuere. Vnde dicerem posse capi à seculari, & secundũ excessum, puniri per suũ Ecclesiasticũ superiorẽ, vel laicũ si esset casus dignus degradatione, vel seculari iudicio.

Septimus casus principalis, quia clericus, vsurpando iurisdictionẽ Regiã. secularẽ, iudi-
55 catur † à laico iudice. c. Ex parte. il 1. de verb. signif. melius in c. Dilecto. de sent. excom. in 6. Innoc. in c. Cũ olim. il 1. de restit. spoliat. Steph. Aufrer. vbi supra. num. 23. Et sic in Gallia fieri consuetum asseruit Gulielm. Bened. in d. verb. Et vxorem nomine Adelasiam. decis. 2. sub nu. 141. Ordinarius enim iudex exercet suos actus
56 in extraneos † impedientes suam iurisdictionem. arg. c. Dilectus. de Pœnis. potest enim iu-
57 dex ense, ac armis † suam iurisdictionem tueri. vt voluit Bald. in Margarita. in verb. Iudex. Quando tamen sua iurisdictio est euidens, & notoria. vt dicit Barthol. de Cassæ. in consuetud. Burgund. Rub. 1. § 5. in verb. s'il n'a grace. num. 87. Quod intelligendum est, vt dicam in casu sequenti. in fi.

Octauus casus principalis est, quia Rex, & sui officiales cognoscunt de iniurijs, & vi, factis inter personas Ecclesiasticas in Regnis
58 † Hispaniæ per l. 5. tit. 1. lib. 4. Ordinata. quam legem ortum habuisse ex cap. Princeps. ca. Regum. 23. q. 5. scribit Petrus Nunius de Auẽdan. de Exequend. mand. Reg. cap. 1. num. 5. testatur Io. Bapt. Villalob. opin. com. § Clericus. nu. 80. Sic etiam ex communi obseruantia fieri consueuit in hoc Regno † Neapolitano. vt per
59 Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 24. sub nu. 9. & in vtroque casu sequitur Ant. Scappius de iur. non scripto. lib. 1. cap. 16. num. 1. 2. Et hoc ambiguum esset, nisi faceret per viam cognitionis ordinariæ, vel propriæ iurisdictionis, sed potius per modum defensionis cuiusdam extraiudicialis, ne inter personas Ecclesiasticas in Regno, scandala, & rixæ oriãtur. & perturbetur Status Regni tranquillus, præsertim subditorum laicorum; maximè quia in hoc Regno, quod vicinissimum est Summo Pontifici, & Vrbi Romanæ, qui statim adiri posset, cuius cõtrarium militaret in Hispauia, vt propter longinquitatem, & Romanæ Curiæ distantiã, Rex, suiq; magistratus modestè clericales contumelias inter ipsos vertentes, compescant. vt etiã aduertit idem Villalobos. vbi supra. supradi-
60 ctam opinionem seruari in Delphinatu † dicit Guid. Pap. in decis. 562. nu. 2. 3. Fran. Marc. in decis. 2. num. 5. volum. 1.

Nonus casus est, in exercente clerico artem sordidam, puta cauponam, aut artem Macella-
61 rij: ij enim cum clericale priuilegium † amittant, à laicis Iudicibus iudicantur. vt ex Paulo de Leazar. Gulielmo de Monte laudun. Bonifacio Vitalin. Cardin. Gemin. Diaz, Lambertino, Francisc. Nigro, Rodoan. & Concilio Tridentino. vt dixi alias in Specul. Princip. Rub. 11. §. Videndum. in verb. Tabernariorum. Quibus nunc adde M. Anton. Nattam. in cons. 319. num. 7. vol. 2. Cassen. in dicta consuetud. Burg. Rub. 11. §. 1. In verb. S'il n'a gracè. num. 63. versicul. Duodecimo fallit. Et an isto casu requiratur aliqua monitio, & quanto debeat perse-
62 uerare in eodem exercitio, vt † exuti dican-

tur priuilegijs clericalibus, dixi ad Bellugam in Specul. Principum. in loco supra allegato. nouissimè Simon Maiolus de irregularit. lib. 2. c. 1. sub nu. 6. & ante eos Io. Francisc. Pauinus de visitat. par. 1. q. 7. vers. Nec non etiam.

Decimus casus est persona ecclesiastica actu degradata à suo superiore, quia cum de foro
63 seculari efficiatur, de ea laicus Iudex † cognoscit. c. 2. de Pęnis. c. Nouimus. de verb. signific. Io. Andr. & alij in c. Cum non ab homine. de iudic. Et per hanc actualem degradationem statim fieri de foro seculari voluit Abb. Panor. in c. At si clerici. de Iudic. Ioan. Bernard. Diaz. in pract. crim. Canon. c. 132. in fin. Lancellot. Conrad. in d. tit. de Inquisit. n. 7. vers. Quarto. cuius degradationis aliquid in materia dixi supra hoc eodem capite in casu tertio, vers. Tertio declarà. Degradatio autem fit in omnibus casi
64 bus, in quibus à Iudice † seculari imponeretur pęna mortis per regulam traditam ab Innocēt. & Ioan. Andrea in c. Ad abolēdam. de hæretic. & voluit Cassan. vbi supra. nu. 56.

Aduertendum mihi videtur in hac materia ad duas quæstiones arduas, quarum prima est: An facta degradatione, & tradito Curiæ secu-
65 lari degradato clerico, † possit de meritis principalis inquisitionis, ac delicti cognoscere? Secūda, Num idem secularis Iudex, cognoscat, an iustè, vel iniustè fuerit condemnatus? In quibus Luc. de Pen. in l. 1. C. de priuileg. scolar. lib. 12. tenuit affirmatiuam, quòd Iudex Laicus de vtroq; capite possit cognoscere. Ego dicerem, ꝙ de prima tantum valeat cognoscere: non. n. poterit perueniri, ad condemnationis sententiam, nisi processu, & inquisitione agitata, lite cōtestata, datisq; necessarijs dilationibus, quæ summariè videri possent, ne res iudicata in lō-
66 gum protrahatur, & lites † ex litibus oriantur. contra l. Terminato. C. de fruct. & lit. expens. quia cum sit executor, nullamq; habeat iuris-
67 dictionem super exceptionibus † propositis cognoscere nequit. l. Si vt proponis. l. Executorem. C. de Exeq. rei iudic. saltem autem illas ad superiorē remittere debet, ac rescribere, & in-
68 terim super † sedere. arg. c. De cætero. de sent. & re iudic. De quibus autē exceptionibus, valeat exequutor cognoscere scribit Andr. Gail. Practic. obser. lib. 1. obser. 113. per totum. Quid
69 si opponeretur † nullitas sententiæ? tractat Fran. Viuius in decis. 53. nu. 4. ad materiā Rol. Cauagnoli. in Decret. Montisferrat. 23. §. 1. nu. 6. In secundo capite excepta exceptione nullitatis, censerem Iudicem secularē cognoscere non posse. Nam ex quo Ecclesiasticus Prælatus conferat sacros ordines, ad illum spectabit eosdem illis exuere, & gradu deijcere, vt dictum est; quo deiecto, & charactere deleto, si iudex secularis cognosceret, & fortè decerneret ꝑperam degradatū, esset quodammodo illum restituere ad Sacramēti ordinū reiterationē, quod
70 fieri non potest, † nisi tantummodo omissum suppleri. c. 1. & 2. & toto tit. de Sacram. iter. vel non. ne quodāmodo fiat iniuria sacramento, & primæ ordinationi. ca. Ostenditur. de Consecr.
71 dist. 4. & incurreret iterans indispensabilē † irregularitatē. c. Quod quidā. 1. q. 1. Alber. in dictionar. in verb. Ordinatus. penultimo. Tabien. in Sum. §. Irregul. 4. nu. 7. Simon Maiolus de irregul. lib. 3. c. 19. nu. 9. Armill. in §. Ordo. n. 8. 10. Martin. Mesnartius in Epith. legum Pontifical. lib. 1. tit. 15. Vnde optimè decreuit Concil. Trident. sess. 7. can. 9. Si quis dixerit, in tribus Sacramentis Baptismo scilicet, Confirmatione, & Ordine, nō imprimi characterem in anima, hoc est signū quoddā spirituale, & indelebile, vnde ea iterari nō possunt, Anathema sit. Martin. Nauar. in Sum. confess. c. 22. nu. 2. & in cons. 36. nu. 2. de temp. ordin. Marc. Ant. Cucch. Instit. Canonicar. maior. lib. 5. titu. 1. nu. 17. 18. Insuper si cognitio ista, an ritè gradu eiectus sit, ad secularem iudicem pertineret, vana quodammodo redderetur iudicis Ecclesiastici potestas, quia secularis, si improbaret, vel approbaret, qđ ab Ecclesiastico Iudice factum esset, assumeret sibi omnimodā cognitionē rei spiritualis, qđ à iure improbatur. secus dicerē de alia sentētiæ nullitate, q̃ spiritualē cognitionē nō tangeret.

Vndecimus casus erit, vt negligente Episcopo, aliove Ecclesiastico superiore, iudex lai
72 cus de clerico † valeat cognoscere. ca. Filijs, vel nepotibus. 16. q. 7. ibi, Regis hoc aurib' intimate. Gloss. in cap. Principes seculi. 23. q. 5. & de prælati negligentia scripsi Adolescens de Compromiss. §. 4. gloss. 6. nu. 4. vsq; ad finē. daturq; ista potestas, cū iudex Ecclesiasticus, vel deest, vel deses est, quia alias nō posset secularis adiri. c. Ex transmissa. de for. comp. c. Petimus. c. Placuit, vt quisque. 11. q. 1. c. Nec licuit. 17. dist. gloss. in d. c. Filijs. Hæc tñ iura loquuntur potius, vt temporalis superior, nō sinat Ecclesiam suis bonis, ac iuribus fraudari, quàm quòd ei iurisdictionem aliquam tribuat. Videtur enim hoc casu superior laicus constitutus defensor, vt illius metu, Ecclesiasticæ personæ inuigilēt, & hæc authoritas datur Canone cōcedente, & ideo videtur similis cum prima.

Duodecimus casus spectans ad cognitionē Regiorū Magistratuū est, quotiescūq; Prælatus Ecclesiæ, vel clericus, haberent feudū à Princi- pe seculari, quia causa corā eodē Iudice laico
73 tractāda † esset. vt in c. Cæterum. de iudic. cap. Ex transmissa. c. Verum. c. Ex tenore. de for. cōpet. Et in hoc Regno Neapolitano prouisum est per Regem Carolum II. in cap. Regni. Item
74 statuimus, † quòd clerici. vbi dicitur ità etiam conuentum fuisse inter Sanctam Romanam Ecclesiam, & Regem Carolum I. & voluit Andr. de Iser. in Constit. Regni. De personis. & in ca. 1. §. Item si clericus. col. 2. de capitul. Conrad. Paris de Put. in tract. Syndic. in verb. Clericus.

num.

num. & post alios, quos allegauit Petr. Cenedo Collectan. iuris Canonici 37. nu. 5. parte 1. Prosper Carauit. in Ritu Magnæ Curiæ 235. nu. 19. in fin. Ioan. Vincent. Annius in Repet. Const. Regni. Constitutionē diuæ memoria. nu. 33. & antea dixerā ad Petr. Bellug. in Specu. Princip. Rub. 11. §. Videndū. in verb. Perdunt. Augustin. Berous in consi. 82. per totū vol. 1. Parif. de Puteo de reintegrat. feud. c. 198. An citatus. fol. mihi 108. Io. Ferrar. Montanus in vsus Feudor. lib. 5. c. 1. vers. Et quod notatu dignū. post Curt. in tract. Feudor. tit. quis sit Iudex in materia feudor. §. Circa istam. Io. Anton. Cannetius in Rep. c. Volentes. Regni Siciliæ. §. Restringitur. nu. 16. 17. fol. mihi 182. Vndè Bal. in l. Sed si hac. §. Si liberta. in fi. ff. de io ius vocan. dicit, quòd licet Ecclesia Romana sit mater Imperij, tñ si tenet feudum ab Imperio hoc respectu fit eius vassal la, quia Feudataria, non quia mater; Hinc eccle
75 sia tenens Feudum, tenetur seruare omnia, quæ tenentur † seruare omnes alij vassalli. vt dicit idem Bal. in l. fin. in fi. C. fine cens. vel reliq. Ean dem verò opinionem quòd Iudex ordinarius
76 sit Dñs feudi quamquã infeudatus, siue † inuestitus sit clericus, vel ecclesiã. tenuit Alex. in consil. 79. col. 1. vol. 1. Cardinal. Parif. in consil. 24. nu. 3. in consil. 27. nu. 9. vol. 1. Marian. Socin. senior. in consil. 1. vol. 1. Aluarot. in c. 1. Apud quem, vel quos. & in cap. 1. de controuers. inter. Episcop. & vassall. Ripa in c. Decernimus. num. 21. de iudic. Felin. in dicto cap. Cæterum. num. 5. & excepto Barbatia, hoc indistinctè tenent omnes Canonistæ, Legistæ, & Feudistæ. Lapus in allegat. 118. in fin. Petr. de Bellapertica. de feudis. titul. 15. per totum. ante eos Iacobus Ardizon. in summa Feudor. cap. 138. q. 1. Gulielm Hanneton. iuris feudor. lib. 4. cap. 1. & cap. 2. & habetur in obseruat 45. Cameræ Imperialis. voluit Io. Baptista Caccialup. de feud. tit. de different. iuris ciuil. & feudor. differentia 15. nu. 21. Claudius de Seyssel. in Specul. iuris feudor. tit. de origin. & caus. col. 19. vers. Sed insurgit. & colum. 20. vers. Et intelligo tamen Martin. Laudens. in cap. 1. nu. 4. de controuers. inter Episcop. & vassall. Zas. de Feudis. par. 11. Franciscus Duaren. in vsus feudor. c. 20. nu. 6. Iul. Clar. in §. Feudum q. 90. Eguinarius Barò de benef. ad Hortensium. lib. 4. cap. 1. & pluribus seq. Alciatus in cap. Cum non ab homine. nu. 4. de iudic. Francisc. Sonsbech. iuris feudor. parte 14. nu. 20. Frãcisc. Marc. in decis. Delphi. 46. num. 10. vol. 1. Francisc. Bursat. in consil. 49. num. 9. vol. 1. Iosephus Cumia in Ritibus Sicil. cap. 2. nu. 40. Io. Bessian. in consuetud. Aluern. cap. 7. articul. 9. vers. vigesimo octauo.

Hæc omnia tamen intelligitur, dum agitur
77 ciuiliter ad amissionem feudi, non † tamen criminaliter. Io. Andr. in c. Vnico. de cleric. coniugat. in 6. Ex mente Innocentij Panor. in dicto c. Verum. Paris de Puteo de reintegrat. feud. cap. 198. num. 3. 4. Iacobin. de sanct. Georg. in tract. de homag. nu. 13. Petr. Nicol. Mozzius in tract. Feudor. titul. de naturalib. feud. nu. 128. in fin. & nouissimè, dum hæc transcribuntur alios allegans Io. Petr. Surd. in cons. 193. nu. 13. cum pluribus seq. vol. 2.

Decimus tertius casus est, quia Rex, ac alius
78 secularis Princeps poterit coercere † clericos, schismaticos, & incorrigibiles, vt ad Narsetem Patririum, scribit Pelagius Summus Pontifex. in c. De liguribus. 23. quæst. 5. ibi: Diuisiones, & schisma faciendo per potestates publicas opprimatur. & notat Gl. in c. Principes. ead. caus. & quæst. allegans tex. in c. Eos qui. 32. distinct. vbi datur Principibus licentia mancipandi fœminas Diaconorum, post Diaconatum captas; declaratur tamen eos carere officio, & benefi-
79 cio, si commoniti fuerint ab † Episcopo. Et de clerico incorrigibili plura adducit Gulielm. Benedict. in d. verb. Et vxorem nomine Adelasiam. Decis. 2. nu. 149. Lancellot. Conrad. in d. titul. de Inquis. sub nu. 7. casu 14. & Petr. Cenedo in Collectan. iuris Canonici 37. nu. 12. p. 1. Hoc tamen verum puto, si à superiore prius ec clesiastico incorrigibiles declarati sint.

Decimus quartus erit casus, posse Magistratus Regios, & laicos cognoscere clericos Histriones, Parasitos, Scurras, ac Ioculatores, quos Buffones, siue Goliardos appellãt. Clerici enim ijs ludicris se exercentes, per annū si ijs immiscuerint, nec resipuerint, vel intra annum, tertiò moniti, non destiterint, omni clericali
80 † priuilegio cadunt. c. 1. de vita, & honest. cleric. in 6. vbi Io. Andr. & Io. Monach. Specul. in tit. de accus. §. 1. Io. de Firmo in tract. de Episcopo. par. 1. q. 62. Io. Ant Niger in Extranag. Clem. 7. in verb. Solemni. nu. 1. de vita, & honestat. cleric. Io. Bernard. Diaz. in pract. criminal. Canonic. cap. 62. num. 1. & seq. Iacob. Nouellin tract. ad defens. titul. Quæ person. accusar. non poss. num. 2. cum pluribus seq. Cuccus Instit. Canonic. minor. lib. 2. tit. 2. vers. Curare igitur. Quos allegauit ad Bellug. in Specul. Princip. Rub. 11. §. Videndum. in verb. Ioculatore. His addo Archidiac. & Gemin. in dicto cap. 1. de vita, & honestat. Cleric. in 6. Ioan. Francisc. de Pauinis de visitat. parte 1. quæst. 7. vers. Attendendum est insuper. Petr. Cenedo in Collectan. iuris Canonici 37. num. 20. parte 1. Histriones enim præfati, ac mimi ludibria facientes, publiceque in scenam prodeuntes,
81 artis † ludibræ causa, sunt infames. l. 1. l. 2. §. Ait prætor. ff. de his, qui notantur infa. de quibus habetur in c. 1. 4. q. 1. Vndè pulchrè Cyprianus ad Eucratiū. lib. 1. Epist. 10. Pro dilectione tua (inquit) & verecūdia mutua, consulendū me existimasti frater charissimè, qd mihi videatur de Histrione quodã, qui apud nos cōstitutus in eiusdē adhuc artis suæ dedecore perseuerat, & Magister, & Doctor, nō erudiēdorum,

sed perdendorum puerorum,id,quod malè di dicit, cęteris quoque insinuat, an talis debeat communicare nobiscum? Quod puto ego,nec Maiestati diuinæ, nec Euangelicæ disciplinæ congruere,vt pudor,& honor ecclesiæ,tam tur pi,& infami contagione fœdetur.Nam cum in lege prohibeantur viri induere muliebrem ve stem,& maledicti huiusmodi iudicentur:quantò maioris est criminis,non tm̃ muliebria indu menta accipere, sed & gestus quoq; turpes, & molles,&muliebres,magisterio impudicę artis exprimere.Hæc Cyprianus.Quorum aliqua po suit Gratianus.in c.Pro dilectione,de consecr. dist.2.de ijs etiam scribit Simon Maiol.de irre gularit.lib.2. c.5.lib.3.c.1. & plenius antè eum Aluarus Pelagius de Planctu Ecclesiæ, lib. 1. c.49. vbi Goliardos, Buffones, Ioculatores,& Scęnicos,infames esse asseruit. & iterum lib. 2. cap.28. de his agit Plato in Ione,siue de furore Poetico lib. 14. Aristot.Problem.22.section. 11.& Problem.4.sectio. 18. & Problem.15.sect. 19. & lib Rethoricor. 3. cap. 2. & de quodam actu, memoratu digno Poli Histrionis, scribit Aul.Gell.Noct.Atticar. lib.7.cap.5. & Quintilian.Orator. instit.lib.5. cap.2.& lib.11.cap.3.

82 Hinc Scipio apud Ciceronem ait,† cum artem Ludicram, scęnicamq; totam in probro ducerent, genus id hominum, non modo honore ciuium reliquorũ carere, sed etiam Tribu moueri, notatione Censoria voluerũt.Hinc etiam Romani, adeo Fabularum actores, ac omnes, qui Ludicram artem,Histrionicam,scęnicamque,exercerent,odio habuerunt, vt lege cauerint, vt qui artem Ludicram exercuerit in 14.

83 ordinibus † non sedeant. Quam tulit L.Rhoscius.vt testatur Cicero.Philippic.11.& in orat. pro L.Murena. Cornel. Tacitus. Annal. lib.15. Lucius Flor.lib.99. Vdalrich. Zas.de legib.Antiq. in Iulia Theatrali. quem sequitur Anton. Augustin.in Roscia.& eius meminit etiã Francisc. Patritius de instit. Reipub. lib. 2. titul. 6. Sed pulchra de ijsdem scribit Cassiodor. lib. variar.4.cap.51.& aliqua Hieronymus Mercurialis de arte Gymnastica.lib.3. cap. 7.

Decimus quintus casus est, in clerico verbaliter deposito,qui tamquàm incorrigibilis excommunicatur,& crescente contumacia dein-

84 de anathematizatur,& à seculari iudice† com primitur.c.Cũ non ab homine. vbi Io.Andr.& Andr.Barbat.de iudic.latè Andr.Alciat.in d.c. Cum non ab homine.nu.212 cum pluribus seq. & Barthol. de Cassęn.in Consuetud. Burgund. Rub.1.§ 5.in verb. S'il n'à grace.nu.58.

Decimus sextus casus erit in clerico Aposta-

85 ta,qui relictis habitu, & tõsura,ænormibus† se immiscet,hic enim à seculari Iudice cognoscitur.c.1.de Apostat.Cassęn.in loco supra allega to.nu.51.& Concil.Trident. sess.25. cap.19.

Sed ante omnia nomen istud Apostasiæ videndum est, quid significet.qui enim Nominũ

86 † sunt ignari, de facili paralogizant,vt inquit Aristotel.lib.1.Priorũ Analyticor.& lib.1.Elen-

87 chorum.Quia nominis† pręcognitio,omnis co gnitionis nostræ fons, & origo est,sine qua frustra fit aditus ad scholas. vt inquit Themist.in primo Posterior.Hoc enim non cognito,communicatio aliqua veri sermonis esse non poterit.vt dicit Aristoteles.lib.12.Metaphys.c.2.Vnde Apostasiæ definitio, ita se habet. Apostasia

88 est temeratius à statu fidei,† obedientiæ,& religionis recessus. Alex.de Ales.in tract.Apostasiæ,quem sequuntur Sũmistæ,Pisanella, Tabiena,Rosella,Siluestrina,& Armilla in §.Apostasia.post D.Thom.in 2.2.q.12.art.1.Ex hac insur-

89 gunt tres† Apostasiæ species, Fidei, obedientiæ,& religionis. Gl.in c.1.de Apostat.Hostiẽs. in summa eiusdem titul. §. Quot species.

Prima species Apostasia fidei, est illorũ,qui à fide Catholica,& Christiana deuiarunt:& alii qui appellant illam perfidiæ, quia peruertitur, & recedit à fide,& similis Apostata,est hæreticus,& in illo sibi locum vendicant omnes pœ-

90 næ,quæ Hæreticis per canones,& iura† ciuilia imminẽt. vt voluit Innocẽt. in c.1.de Apostat. dimittens enim Christi legem, & ad Iudaicam perfidiam, & ad Ritus Paganorũ,|& hæretico-

91 rum accedens,dicitur† verè Apostatare,& hæreticus esse.vt inquit Petr.de Palude in 4.sent. dist. 13. q.3. & disponitur per c. Contra Christianos. de hæretic.in 6. vbi hoc volũt Anchar. Gemin.Philipp. Franc. & cæteri.Eymericus in director.inquisit.parte 2.q. 44. Ioan.Calderin. de forma proced.contra hæretic.tit.de his,qui condemnantur,vt hæretici.nu.1.& multi quos ad satietatem allegat ad Eymeric.Doctor Francisc. Pegna in dicta quæst. 44. & quæst.49. Camill. Campegius ad Zanchin. de hæretic. c. 2. in fin.Arnaldus Albertinus de agnoscen.assert. Catholic.vel hæretic.quæst.2.num.3.Petr.Gregor.Sintagmat.iur.vniuers. lib.2.cap.2. num. 5. Ioan.Sotteall. in Summa Pontifical. §.|Apostata.Marc. Anton. Cucch. instit. Canonicar. minor.lib.4.titul.5. Caietan. in Sum.§.Apostasia. Martin.Mesnart.in Epith.legum Pontifical.lib. 5.titul.9. Anton. Florentin.in Summa.parte 2. titul.12. cap.6. Isti tamquam hæretici, & fidei

92 desertores puniuntur,& † seuerius.l.Fin.C.de apostat.nec possunt testari,& accusatio fit contra eos,etiam post ipsorum mortem quinquen

93 nij† spatio l. 2. C.eo. tit.Et omnibus Christia-

94 norum priuilegijs† exuuntur l.3 C. eod.tit.Et huius criminis pœna capitalis est in eos,qui li-

95 berũ apostatare coegerint,† vel persuaserint l. 5.& l. Pen. C. de apostat. & nouissimè Iacob. Lectius in l. Si quis aliquid. ff. de Pęnis.& bona Fisco applicantur l. 1. C. eo. titul. l. Fin. C. Theodos. eod. titul. Huiusmodi fuit Iulianus

96 Imperator apostata appellatus, cuius† impijssima, & grauia facinora, scribit Eutropius antiquit.Roman. lib.11. cap.4.Ioannes Zonaras. Histor.

Histor.lib.3.Baptista Fulgos.Histor.lib.1.Carolus Sigonius de Imperio occidental.lib.6.plenius quàm alius Ammianus Marcellinus lib.15. vsq; ad lib.25.inclusiuè.& Paulus Morigius de origine Religionum. lib.1.cap.33.alijq; Historici. Huiusmodi verò apostatæ, cum Hæreticorum pœnis feriantur, si resilire noluerint, vt hæretici impœnitentes, traduntur Curiæ secularis: si tamen pro ut hæretici pœnitentes, redire ad
97 fidem voluerint, ad misericordiam† recipiuntur.iuxta tex. in c.Ad abolendam. §. Præsenti. de hæretic.in 6.Raymund. in titul.de Apostas. §. Reuerentes. vbi dicit: quòd reuertentes ab Apostasiæ perfidia, cum fuerint hæretici, tamquam reuertentes ab hæresi, sunt recipiendi. Quem sequitur Eymericus in d.q.44.nu.1.& q.49.n.4. Gundissaluus de Villadiego de hæretic. q. 20. nu.2.Iacob. Simancas in praxi Hæreseos.tit.4. num. 1. & seq. Bernardus Comens. in Lucerna Inquisitor.§.Apostasia.n. 3. Melchior Cano de locis Theologalib. lib.12. cap.9. & sic censendum est de his, qui abnegant fidem apud Turcas, vel Paganos metu mortis, quia si reuertun-
98 tur, vt pœnitentes† Hæretici, recipiuntur iuxta dictum Augustini in lib.de Bono coniugali. cap.16. & habetur in c. Sicut 32.q.4. D.Thom. 2.2.quæst.15. Eymeric.in dicta quæst.49. in fin. & latissim Pegna ad eum in director. parte 1. quæst 9.& parte 2. q.41.

Apostasia obedientiæ, quæ est secunda species, est illa, qua quis sua sponte, maioris sui
99 †præceptum transgreditur, vt de Adami, & Euæ transgressu ponit exemplum Hostiēsis in sūma.eo.tit.§. Quot species.vers. Sed Apostasia inobedientiæ. Vel cum quis sacris canoni-
100 bus† obedire noluit, vel Sūmo Pontifici.c.Si quis. c.Illud de maior. & obed. c.Alieni erroris. 2.q.7.c.Alieni 3.q.4.Et hoc dū quis dicit, Papā ipsum faciendi Canones potestatem non habere:& talis, vt hæreticus punitur.c.Nulli fas.19. Dist.Vel dum quis obedire recusat ex contemptu,& tunc mortaliter peccat:cōtēptor enim vbiq; dānabilis, agit enim contra iustitiam, &
101 grauiter punitur, quia† durante Apostasia à testimonio repellitur,& excommunicatur. c.Si quis à suo. 3.q.4. c.Si autem nobis 11.q.3.Et si est incorrigibilis traditur Curiæ seculari. Armilla in §.Apostasia.nu.5.Mitius tamē puniuntur, si non elato animi fastu id fiat, sed ex lasciuia quadam potius, & concupiscentia, vt post alios voluerūt.Abb.Panor.in d.c.1.de Apostat. Diaz in pract. criminal. Canon. cap.104.Cucchus vbi supra.Maurus Antonius Berarducius in summa Corona.§. Irregularitas. vers.primo per Apostasiam.

Apostasiæ tertia species, religionis, siue ordinis, pluribus modis per clericos seculares, & monachos, seu Religiosos claustrales. Vnde loquamur prius de religiosis secularibus, & post modum de monachis, & claustralibus. Quoad clericos autem dicendū est, eos si in sacris or-
102 dinibus existerent, & relinquerent† habitū, & tonsuram, statim apostatare.c.1. cap.Tuæ vbi hoc voluit Io.de Anan.num.11. & Abb.Panor. nu.2.de Apostat.Hiq; perdunt priuilegiū clericale, si à superiore suo, tertiò moniti, vt habi-
103 tum,& tonsuram deferant, nec† id fecerint. c.Non obseruetis. 27. q.7. c.penul. vbi Glos.in verb.Apostatæ. 50.dist. Panor.in c.In audiētia. de sentent.excom.Armilla.§.Apostasia num.8. Diaz in d.Pract.c.104. Lancellot, Conrad.de offic.prætor.in caus.crim.lib. 1.c.9.§. 3.tit.de inquisit.nu.7.vers.vigesimo.Simon Maiolus de irregular.lib.5.c.34.nu.4.Ab his excipitur casus quādo clericus esset in minoribus constitutus ordinibus, nec ecclesiasticum beneficium obtiret, quia tūc absq; criminis Apostasiæ incursu, & absq; peccato mortali, habitum dimittere
104 †poterit.Innoc. & Panor. in d.c.Tuæ.Caiet. in d.§.Apostasia. Quod secus esset, si haberet beneficiū ecclesiasticū, & illud retineret, vt supra dicti testātur.Quo verò ad Religiosos claustrales, seu monachos, si talis temerariè deponit habitum Religionis cum assumptione vitæ
105 secularis,† talis est excōmunicatus.c.Vt periculosa. Ne cleric. vel monach. in 6.Nō tamē fit Apostata ob absentiam diuturnam, ac longinquam à religione, & Monasterio, nisi cōstet, quod eo modo viuat, vt animum ad religionem minimè redeundi apertè ostendat. arg. l. Desertor. ff. de re milit. Et eo casu monachus si non vult redire, nec habitū reassumere, ipso capto, car-
106 ceri sub graui custodia† mancipandus est.c. A nobis. de Apostat. Quòd si aliā religionem, etiā laxiorem ingrediatur, apostatare nō dicetur, etiam si nullā licētiā sui superioris habuerit, aut petierit.Glo.in c.fi. de Apostat. in c.Ex parte.de Temporib.ordin.Innoc.in c. Intelleximus.de Ætat.& qual. Panor. in c. Consultationi.nu.4.de apostat.Capell. Tholos. in decis. 16.& nouissimè Petr.Cenedo in Collectan.iuris Canonici. 165. nu.4.p.3. Vndè, qui ex leuitate habitū dimisit, nec ad seculū se totaliter cōuer
107 tit,& aīum religionis nō omisit, Apostata† minimè censendus est.Voluit Oldra. in cons.202. n 4.5.Arnald. Albertinus de agnoscend.assert. Catholic.vel hæretica. q.2. n.3. Et si redierint
108 sunt recipiēdi, si illius† religionis regula id permittat.Caietan.in d.§. Apostasia.& Armilla ibidem.nu.6. Interim tñ seruanda sunt contenta.in Cōcil.Triden.sess.25.c.19.Martin.Nauar. in Summa.c.27.n.132.150.Paul. Grysaldus decis.Catholic.§. Apostasia.vers.Denum,& vers. fin.& q statuit nouissimè Clemens VIII. Sūmus Pōtifex in Constitutione facta hoc anno 1596. qua disponitur, à Regula fratrū de Obseruātia
109 S.Francisci arctiori, quā† reformatorū appellāt, exeuntes, si nouiter ingressi sunt, & p annū in illa perseuerauerint; vel si fratres ad eādem religionem tū laxiorem per transierint, cum in

prima per annum perseuerassent, & professionem, siue probationem in ea fecissent, non potuisse ad eam sine Sũmi Pontificis licentia per transire, alias Apostasiæ crimen incurrant.

Silentio tamen non prætereundum est quoad proximè dicta, de triplici Apostasia, quia illa Trimembris species, vnica tãtum esse debet,
110 & diuersimodè commiti. † Definitio enim Apostasiæ supra tradita, habet suum Genus, & differentias; quia loco Generis, est ly recessus temerarius. Loco differentiarum, sunt illa verba, Fidei, obedientiæ, & Religionis. Quæ omnia faciunt veram definitionem cõstantem ex Genere, & differentijs. Definitio enim est sermo vnus, quia significat vnam substantiam:
111 & quæ sunt vnum † secundum definitionem, sunt etiam vnum numero, & non plures, vt per Aristotel. lib. 7. Metaphysic. 42. 43. quia vnica est substantia illius rei, q̃ definitur. Vndè ex declaratione definitionis, ꝓbabimus oẽs istas species diuersas appellatas à Doctoribus no-
112 stris in vnũ reduci. Apostasia † namq; cõmittitur pluribus modis differentibus, & constituentibus vnam substantiam. Dum enim quis recedit à fide Deo debita, Apostata est. Dum quis recedit ab obedientia, quam Deo debemus, & Præceptis eius, & tunc similiter est recessus à fide, quam ipsi Deo, & eius mandatis per obedientiam præstare cogimur. Deo enim, eiusq; præceptis ideo obedire debemus, quia fide credimus ipsum esse Dominum, & omnium præceptorum optimum legis latorem, cui si per obedientiam non obtẽperamus, vtiq; ab eius obedientia, quam fideliter præstare tenemur, Apostatamus. Aut tractatur de obedientia, quæ nõ præstatur Summo Pontifici, Principi, & eorum legibus: & tunc similiter minimè fideles ei sumus, quia Summus Pontifex constitutus fuit à D. N. IESV CHRISTO Matth. cap. 16. caput, dum dixit: Tu es Petrus, & super hanc Petram
113 † ædificabo Ecclesiam meam. Et vt dicit Apostol. 1. Corinth. cap. 10. Petra autem erat Christus. Insuper dum dixit eidem Petro Ioan. cap. 1. Vocaberis Cœphas, idest caput. & Io. cap. 21. dum dixit: Pasce oues meas. Pascere verò in sa
114 cris † litteris, regere significat. Hinc illud Isaiæ cap. 44. qui dico Cyro; Pastor meus es: Et c. 63. Vbi est, qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui. & Hieremiæ. cap. 6. Ad eam venient Pastores, & greges eorum. & cap. 22. omnes Pastores tuos pascet ventus. & Ezechiel. cap. 34. Propterea Pastores audite verbum. & Nahum. cap. 3. Dormitauerunt Pastores tui. & Zachar. cap. 11. Suscitabo Pastorem in terra. Quibus authoritatibus monstratur, Pascere, Re
115 gere, & † Pastorem, Regem, aut Principem denotari. Vnde cum CHRISTVS omnem potestatem habuerit, iuxta illud Matth. cap. 28. Data
116 est † mihi omnis potestas. Et Io. cap. 17. Sicut dedisti ei potestatem omnis Carnis. Cui fuerat dictum cap. 1. Ecce constitui te hodiè super Gentes, & super Regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Propterea sequitur potestatem dedisse Petro, & successoribus, quibus, qui non obedierit, vti contra Dominum infidelis, Apostatat. Sic etiam contra eorum leges, lex enim
117 † custodienda est, Hinc DEVS Exodi. c. 16. Vsq; quo (inquit) non vultis custodire mandata mea, & legem meam? Hinc dedit præceptum Leuitici cap. 18. Custodite leges meas, atq; iudicia, quæ faciens homo, viuet in eis. & contrà inobedientes legibus, & mandatis suis, comminatur Leuitic. cap. 26. Quod si non audieritis me, nec feceritis mandata mea, si spreueritis leges meas, & iudicia mea contempseritis, vt non faciatis ea, quæ à me constituta sunt, & ad irritum perducatis pactum meum; Ego quoq; hæc faciam nobis; quæ sequuntur. Vnde Salomon Prouerbior. c. 3. Ne obliuiscaris legis meæ. cap. 4. Legem meam ne derelinquas. Hinc Ecclesiastici. cap. 32. Qui quærit legem replebitur ab ea, & qui insidiosè agit, scandalizabitur ab ea. & cap. 41. inquit, Veh vobis viri Impij, qui dereliquistis legem Domini Altissimi. Vnde lamentatur apud Hieremiam cap. 16. Et me dereliquerunt, & legem meam non custodierunt. contra quos comminatur ibidem cap. 44. Et non ambulauerunt in lege Domini, & in præceptis meis, quæ dedi coram vobis, & coram patribus vestris. Sic etiam docuit apertè CHRISTVS. Io. cap. 15. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione meâ. Qui igitur Summi Pontificis legibus non obtemperat, illaq; non seruat, illi in-
118 fidus est, in obediens, † & Apostata. Sic etiã alijs Principibus; nam vt dicit Apostolus ad Roman. cap. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas, nisi à Deo, quæ autem sunt à Deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Vnde tamquam Principibus infideles, eisq; in obedientes, apostatare dicuntur. Quò verò ad obedientiam Religiosorum præstandam suo superiori ab ijs, qui religionis habitum susceperunt, in idem incidunt, quia eorum Regulæ, tamquam legibus, eis stabilitæ, & à Summis Pontificibus approbatæ, non obediunt. Vnde suis Institutoribus, & superioribus inobediendo, & ab eorum præceptis, & obedientia se subtrahentes, absq; dubio infideles sunt, perfidi, & in eorum, superioritate, fide, & obedientia, apostatant: Eodem modo, & clerici Sacris ordinibus insigni-
119 ti, quia cum sint in sortem Domini † allecti. c. Cleros. 21. distinct. Gloss. in c. Porro. 66. distinct. & in c. Duo sunt. 12. q. 1. sine ambiguitate à suis ordinibus deficientes, à sui authoris grege abeuntes, infideles eis sunt, inobedien-

dientes, & ſacrorum ordinum contemptores, & idcirco ab eis apoſtatantes. Cumq; ordinandi, ac ſacros ordines conferendi poteſtas
120 peculiaris ſit † Epiſcoporum.cap. Tranſmiſſam. vbi gloſſ. de elect. & voluit Marc. Anton. Cucch. Inſtit. canonic. Maior. lib.4. tit.18.nu. 1. cũ pluribus ſeq Qui, & illam à Chriſto habuerunt, dum quis ſe à ſacris ordinibus ſubtrahit, Chriſto, Pontifici, Epiſcopo, & ſuperiori contradicit, & Apoſtata ei efficitur. Hæc de Apoſtaſia ſint obiter dicta; maturius, ac celebrius alijs anſam relinquendo.

Decimus ſeptimus caſus erit, in clerico, ac Religioſo aſſaſſino: is enim, qui pecunia promiſſa, hominem Chriſtianum occiderit, aut oc-
121 cidi mãdauerit, ſi clericus eſt à Iudice † laico punietur. vt in c.1. de homicid. in 6. vbi tale delictum committẽs, clericale priuilegiũ perdit. vbi hoc voluerunt Lapus, & alij. Calderin. in conſ.4. tit. de dilat. Angel. in conſ.14. Hippolyt. de Marſil, in pract. crimin. §. Examinanda. nu.25. & ante eum Paris de Puteo de ſyndicat. §. Inquiſitio. in cap. Incip. Dicit cõſtitutio Regni. nu.13. Curti. ſenior. in conſ.20. nu.44. Tho. Grammat. in voto 9. nu. 18. & in voto 11. nu.8. Anton. Capic. in deciſ. Neapol. 155. in princ. & ſub nu. 26. Lud. Carrer. in pract. crim. §. Circa. nu.10. Cũ pluribus ſeq. Bernard. Diaz in pract. crimin. Canonic. c.91. nu. 13. Hierony. Gabriel. in conſ.196. nu.5. vol.1. Ioan. Maria Monticell. in pract. crim. Regul. 8. nu.18. Hippoly. Bonacoſſ. in com. opin. criminal. §. Aſſaſſinus. & §. Clericus. parte 1. Io. Igneus. in l. Neceſſarios. §. Non alias. num. 448. ff. Ad Syllan. Stephan. Aufr. in dicto tract. regul. 1. Fall. 18. M. Mantua Dialogor. iuris Dialogo. 76. Marc. Ant. Blanch. in pract. crimin. §. Mortuo homine. nu.25. Remig. de Gonny. de immunit. eccleſiæ. Fall.15. num. 10. Didac. de Couar. variar. reſolut. lib.2. cap.25. nu.10. verſic. Sexto deducitur. & in Cle. ſi furioſus. ſecunda parte relection. in initio. nu.9. de homicid. Caſſæn. in conſuet. Burgund. in loco ſupra allegato. nu. 50. Ioan. Brunell. in Rep. c. Pro humani. de Homicid. in 6. parte 5. nu.6. Tiber. in tract. crimin. lib.9. tit. de mandato. nu.21. Lel. Zanchus de priuileg. Eccleſ. priuileg. 79. num. 7. Petr. Cenedo in Collectan. iuris Canonici. 37. nu.11. parte 1. Quod procedit
122 non ſolum in clerico mandante, † ſed etiam mandatario, vt ſupradicti contendunt; q etiam aſſerunt, non requiri iſto caſu aliquam degradationem. vt dicit Gemin. in dicto c. Pro humani. Capic. in dicta deciſ.155. in fin. Diaz in d.c. 91. Monticell. in dicta regul.8. nu.19. verſ. Quartum ſpeciale. Hi etiam tractarũt de clerico ho-
123 micida, an ſecularis Iudex cognoſcat, † prout cognoſcere officiales Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ, ex Summi Pontificis conceſsione ſcribit Io. Baptiſta Ferrett. in conſil. 297. nu.8. & faciunt, quæ dicam in caſu ſequenti. Alias enim ſine Summi Pontificis Priuilegio id non concederem.

Decimus octauus caſus ex iam proximè dicto, originem trahens eſt: quòd clericus aſſaſsinus, vel alius quiſpiam, & ſi confugiat ad Eccleſiam, tamen à Iudice ſeculari, & laico, inde
124 extrahitur: nihil enim † ei Priuilegium Eccleſiæ prodeerit. vt poſt antiquiores voluit Guido Papæ in deciſ. Gratianopol.121. Iodocus Damhouder in Enchirid. crimin. c. 106. nu. 12. Remigius de Gonny. in dicto tract. de immunit. eccleſ. Fallent.15. verſ. Venio ad Fallentiam noſtram. Blanc. in pract. crimin. §. Mortuo. nu.23. 24. Petr. Plaza in Epithom. delict. cap.19. n.24. Iul. Clar. in §. Aſſaſsinium. num.5. & in pract. crim. q. 30. num. 12. cum pluribus. ſeq. quod & nouiſsimè cenſuit Anaſtaſ. Germonius de ſacror. immunit. lib.3. cap.16. nu.68. Quorum aliqui indiſtinctè etiam homicidã proditorium, quinimmò etiam aliqui, homicidam ſimplicem ab eccleſia extrahi poſſe dixerunt. Verum Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 109. nu.5. aſſeruit, triplicem homicidam non gaudere immuni-
125 tate præfata: ſcilicet † occidentem in eccleſia, occidentem veneno, & occidentem proditoriè. Guid. Pap. in dicta deciſio. 121. Dicitur autem proditoriè tũc committi homicidium, dum nulla præcedente inimicitia, quis interfi-
126 citur, & alijs modis, quos † refert Bart. in l. Reſpiciendum. §. Delinquunt. nu.1. ff. de pœn. Iul. Clar. in §. Homicidium. nu. 10. Niger in c. Nuper apud Tranum. nu.28. cum pluribus ſeq. vbi latè. Bonacoſſ. in quæſt. crim. §. Proditor. Petr. Plaza. in Epith. delict. cap.21. Per totum.
127 Quàm optimè apud Hiſpanos † dicitur proditoriè quem occidi ſi nõ facie ad faciem, ſed à parte retro hominem occiderit. vt voluit Anton. Gómez in tract. delictor. tit. de homicid. cap.3. nu.5. quem ſequitur Io. Baptiſta Baiard. in pract. crim. §. Homicidium. num.22. cum pluribus ſeq. Quorum nobiliſsimus eſt, & vti nam vbiq; leges ita dictarẽt. Sic inſidiatores itine-
128 rum, † depopulatores agrorum, ſacrilegi, vel alij in eccleſia delinquentes, clerici diſciplinæ fugiendæ cauſa, aufugiunt, occidentes clericum, ſerui, Blaſphemi, Iudæi, Hæretici, excommunicati, Fractores carcerum, damnati ad ſupplicium: vt poſt alios refert Nicola. Boer, in dicta deciſ.109. & in 110. Raptores, Adulteri, læ-
129 ſæ maieſtatis rei, † debitores publicorum tributorum, ac etiam priuatorum, curiales, apparitores, & Fiſcalia intercipientes. vt congerit Petr. Gregór. Sintagmat. iuris vniuerſ. lib.33. cap.22. Eam reddunt rationem, quòd eccleſia facinoroſorum hominum, ac peruerſorũ, non
130 debet eſſe refugium; † atque receptaculum; præberet enim anſam, atque materiam delinquendi. l. Alia cauſa. §. Eleganter. ff. ſolut. matr. l. Conuenire. ff. de pact. Reipublicæ etenim, ac humanæ quieti conuenit, vt delicta impunita

non

231 non † per transeant. c. Vt famę. de sent. excom. l. Ita vulneratus. ff. ad leg. aquil. Vnde Tiberius Cæsar omnia Asylorum iura, quæ vbiq; erant,
232 † aboleuit. vt scribit Suetonius in Tiberio. c. 37. Causa autem illa fuit, quia per vniuersam Græciam, Asylorum licentia, atq; delictorum impunitas increbuerat, & Templa pessimis, & obæratis hominibus, ac debitoribus erant plena, ibiq; omnes delictorum patratores, ac suspecti, & debitores fugitiui trahebantur, nec iustitiæ coertio, ob Deorum Cęremonias, sibi locum vindicabat. vt refert Cornelius Tacitus Annali. lib. 3. Hos autem immunitate Ecclesiastica carere, & ità in Italia obseruari voluit Salycet. in l. 2. & in l. Præsenti. C. de his, qui ad ecclesi. confug. Iacob. de Beluis. in pract. crimin. tit. de Fuga reor. nu. 1. Augustin. Arimin. ad Angel. de malef. in verb. In scalis sancti Petronij. Ioan. Petr. Ferrar. in pract. in form. Inquisition. in verb. Hæc est. num. 4 quos refert Lancellot. Conrad. de offic. prætor. in causis criminalib. lib. 1. cap. 9. §. 3. titul. de captura. num. 6. Quam-
233 uis exigit † Episcopi licentiam, etiam petitam, & non obtentam, scribit Fabius Monteleo in pract. Arbitrali. littera 3. Incip. prouisa. nu. 19. q. 2. Et pluries vidimus capi in monasterijs, & ecclesijs per ministros regios in hoc Regno, maximè latrones, & viarum grassatores: & sic
234 inita † est conuentio inter Summum Pontificem, & Curiam Regiam sub die 16. Augusti 1585. In turbandis autem Ecclesiarum immunitatibus, maxima, meo iudicio, circumspectio
235 exigitur. Nam, & si Salomon à Cornu † Altaris è templo euelli iussisset Ioab, ac demum occidi, vt habetur lib. 3. Regum. c. 2. Illud tamen fuit ob Maiestatis flagitium. Nec debet ecclesijs fraus fieri, vt fecerunt Lacedemonij, qui simulantes per exteriores actus, nolle Palladis templum, atq; illius Asylum violare, vbi confugerat Pausanias, illud muro circumdederunt,
236 illumq; fame ibi mori fecerunt, † vt scripsere Diodor. Siculus lib. 11. Tucydides Belli Pelopo nens. lib. 1. Aemilius Probus in Pausania. Sic
237 Cramnus † Clotharij Regis filius, Austrapiũ Ducem, inædia, ac ne aquæ poculo dignum à Sancti Martini Turonẽsis Basilica euulsum mori fecit. Sic & idem Clotharius, tetrius, deteriusq; facinus cõmisit: vt enim occideret Vuiliacharium, seu Vulcasium Aquitaniæ Ducem,
238 Templum † eiusdem Sancti, & Ducem, ac omnia concremauit. vt est author Gregor. Turonens. Hist. lib. 4. c. 18. & 20. Licet post modum, vt peccati facinus deleret, illud in pristinum statum, reparari curauerit. Multa enim exempla vidimus eorum, qui immunitatem hanc
130 † ecclesiasticam labefactare, conati sunt, in miserrimos rerũ euentus cęcidisse. Sed vt possit extrahi quis ab Ecclesia, quæ requirantur vide Anton. de Gamma in decis. Lusitan. 281 n. 1. Vide bullã Greg. 14. de immunit. ecclesiarũ

Decimus nonus casus est, dum clericus causam agit coram Iudice laico non suo, præsente
140 eius Episcopo, & non contra dicente, † cum videatur eo casu consentire. Ioan. Andr. & Anton. de Butr. in c. l. & c. de offic. deleg. Abbas Panor. in c. Significasti. de foro comp. de quo-
141 rum dicto ego satis dubito, cum † Episcopus id facere non possit expresse, per ea, quæ latè scripsi in consil. 68. per totum Centur. 1. Abbatem verò, ac alios supra allegatos sequitur Iacob. Concenatius quæst. iuris lib. 1. cap. 9. nu. 5. Deci. in cons. 700. Quamquàm expresse videatur Episcopum posse permittere, quòd clericus possit litigare coram Iudice laico. vt in c. Clericum nullus. 11. q. 1. quem nemo vsque huc considerauit in hac materia.

Vigesimus casus erit, in clerico infringente securitatem, siue diploma securitatis, concessum à Rege. (saluaguardiam appellant) contra
142 hunc enim † Regij Magistratus animaduertũt, l. 2. C. vt nem. priuat. ibi vel miles, vel clericus proscribendum. Stephan. Aufrer. de potestat. secul. super Ecclesiast. per ecclesiastic. person. regul. 1. Fallen. 20. Barth. de Cassæn. in consuetud. Burgund. Rub. 1. §. 5. in verb. S'il n'à gracè. nu. 81. Qui loquitur de hac prærogatiua Regis Galliæ. Hoc idem tenuit Antoninus Tessaurus in decis. Pedem. 132. nu. 1. de qua salua guardia dixi supra cap. 38. Et hoc etiam probatur ex d. 1. §. Si clericus de pace. De pace tenend. & eius violat. Vbi dicitur: Clericũ pacis violatorem puniri pœna pecuniaria, quæ applicatur
143 Domino temporali, tamen condemnatio † fit per Episcopum, & exequutio non potest fieri in bonis mobilibus, sed immobilibus. vt fuit originale dictum Oldradi in consil. 17. num. 8. Quem sequitur Cassæn. vbi supra. Afflict. in d. §. Si clericus. nu. 2. Guliel. Benedict. in verb. & vxorem nomine Adelasiam. decis. 2. num. 152. Lancellot. Conrad. de offic. prætor. in caus. crimin. tit. de inquisit. num. 17. casu 12. In Gallia
144 datur † manus Regiæ iniectio, etiam in bonis mobilibus clericorum, exceptis, quæ vsui ecclesiastico deseruiũt. vt scribit Renatus Choppin. de sacra Politia Forens. lib. 3. titul. 2. num. 2. Sed ego hanc manum non inijcerem si laicus essem superior, faciant suo Marte in Gallia.

Vigesimus primus casus erit, in clerico Falsario litterarum Apostolicarum. Is enim ab ecclesiastico Iudice degradatus, officijs, ac beneficijs omnibus priuatus, seculari Curiæ tradi-
145 tur puniendus: † secundum legitimas constitutiones per quas laici conuicti puniuntur. c. Ad falsariorum. de crim. falsi. Quod dicit procedere, etiam si lineam vnam, aut vnũ punctum
146 † addiderit. voluit Hostiens. in summa de crimine falsi. §. Porrò. vers. Sed hodie. Matth. de Afflict. in d. §. Si clericus. in fin. de Pace tenenda, Bernard. Diaz in pract. crim. cano. cap. 108. nu. 1. Lancellot. in d. tit. de Inquis. n. 7. casu 27, & in

& in titul. de falsar. nu. 27. Simon Maiol. de irregular. lib. 5. cap. 35. nu. 1. M. Anton. Cucch. Instit. canonic. maior. lib. 2. titul. 6. num. 107. Vbi dicit spectare ad vtrunq;. Io. Paul. Lancellot. quod primi tenet Instit. Canonic. lib. 4. tit. de crimin. fals. Martin. Mesnart. in Epith. leg. Pontific. lib. 5. titul. 20. vers. In litteris verò & Francisc. Gratian. in Compend. iuris Canonici. p. 6. distin. 1. titul. de crim. fals.

Vigesimus secūdus casus est, in clerico coniugato, qui reperitur delictū committere absq; habitu, & tonsura. Is enim à laico Iudice puni-
147 tur, † cum clericale priuilegium amittat c. 1. de cleric. coniug. in 6. Et si tales clerici coniu-
148 gati gaudeant priuilegio fori † in causis ciuilibus, & criminalibus. & etiam canone. Si quis suadente 7. q. 4. vt voluit Panor. in c. Ex parte. in c. Ioānes. nu. 6. ext. de cleric. coniug. Angel. Clauas. in summa. §. Clericus 14. nu. 3. Christophor. de Castellion. in consil. 5. num. 8. Io. Paul. Lancellott. Inst. Canonic. lib. 4. tit. de sent. excom. §. Si quis. in Glos. in verb. Nouitios. Cucchus Inst. Canonic. Minor. lib. 1. tit. 3. vers. Item clerici. Iul. Ferrett. de Gabell. nu. 531. Exigitur tamen, vt habitum, & tonsuram eis congruen-
149 tem † ferant; alias ipso priuilegio dicuntur ex vti. vt supra dictum est; & voluerunt supra allegati Doctores, & M. Ant. Natta in cōsil. 319.
150 nu. 6. vol. 2. vbi dicit: Posse † carcerari pro debito ciuili. & plenius in cōsil. 356. nu. 1. vol. eo. Ioan. Franciscus Pauinus de visitat. parte 1. q. 7. vers. Attendēdum est insuper. Iosephus Gonzalez variar. quæst. cap. 12. nu. 29. quem refert, & sequitur Petrus Cenedo Collectan. iuris Canonic. 105. nu. 4. in fin. parte 2. Barthol. de Cassen. in dicto verb. S'il n'à grace. nu. 57. referens Alexan. in consil. 8. in fin. vol. 1. Raph. Fulgos. in cons. 157. qui acerrimè contendunt hoc casu exigi trinam monitionem. Quod mihi durum satis videtur, vt in ijs trina monitio requiratur: nec hanc opinionem sic indistinctè tenerem. contrarium enim, quòd in clerico coniugato
151 monitio † trina non requiratur post Io. Monach. & Archidiac. in dicto. c. 1. de cleric. coniug. in 6. & Gulielm. de Monte Laudun. in Cle. 1. de vita, & honest. cleric. voluit Guido Papæ in decis. Gratianop. 138. sub nu. 2. voluit etiam M. Anton. Natta in dicto consil. 356. nu. 5. vol. 2. de qua alibi dicam. In hoc Regno Neapolita-
152 no habemus Pragmaticam † conditam à Ferdinando Rege Catholico in anno D. 1469. Incip. Nuper ad Maiestatem nostram. sub tit. de cleric. & Diacon. quę est sumpta à dicto. cap. 1. qua dispositum est, clericum coniugatum gaudere his duobus priuilegijs, dum tamen habitum, & tonsuram deferat. Quod, & nouissimè confirmatum est à Concilio Trident. sess. 23. c. 17. Vt sanctum. in fin. ibi: Suffici possint etiam coniugati, vitæ probatæ (dum modo non bigami) ad ea munia obeunda idonei, & qui tonsuram, & habitum clericalem in ecclesia gestent. quod, & dicit Didac. Couarr. pract. quæst. c. 13. sub nu. 7. vers. Prima. Exigitur etiam, vt hi cle-
153 rici coniugati abstineant † ab ijs secularibus negotijs, à quibus clerici non coniugati abstinere debent. Vt post Innocent. in c. fin. de vit. & honest. cleric. & Alex. de Neuo in cōs. 60. nu. 4. Voluit Iul. Clar. in pract. q. 36. num. 13 quod antè eos dixit Specul. titul. de cleric. coniug. in princ. Rota in Nouis. in decis. 202. Si clericus. Guid. Papæ. in decis. 83. num. 3. Francisc. Marc. in decis. 290. sub num. 1. Lancellott. Conrad. in locó allegato. Hic autem clericus coniugatus
154 debet habere vnicam, & virginem, † vt dicam inferius. casu 24. de his latius scripsi ad Bellug. in Specul. Princip. Rub. 11. §. Videamus. in verb. Coniugatis. & probatio, quòd acceperit
155 vnicam, & virginem, debet fieri † coram Iudice ecclesiastico, sed interim manet carceratus coram seculari. Rota in Nouis. decis. 200. Quis autem dicatur habitus, & tonsura dicam in casu sequenti.

Vigesimus tertius casus erit in clerico in minoribus constituto, non incedente in habitu, & tonsura, quia videtur illos minores ordines dereliquisse, & ad secularium vitam regressum
156 † fecisse: quia ij laicorum iurisdictioni suberunt. arg. c. Ex parte. de priuileg. Doctores Regni in Constitut. de personis. Rebuffi in tract. Nominationum. q. 14. num. 70, Couarr. pract. Quæst. cap. 31. num. 6. vers. Quarto deducitur. Sed tamen Andr. de Isern. & Afflict. in Const. Apostatantes. concludunt, quòd per dimissionem habitus, & tonsuræ, clericale priuilegium
157 non † amittant. Quicquid tamen illi dixerint. Hodie hæc difficultas est certificata per dispositionem Concilij Tridentini sess. 23. cap 6. vbi
158 loquitur † de clerico prima tonsura initiato, & in minoribus ordinibus constituto. Is (inquit) etiam fori priuilegio nō gaudeat, nisi beneficium ecclesiasticū habeat. Aut clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiat, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate, de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos, versetur. Sequuntur Petr. Foller. in dicta Const. de personis. nu. 10. Nauarr. in Summa. cap. 25. num. 135. Io. Anton. de Nigris in extrauag. Clem. 7. in verb. Habitum nu. 40. de vita, & honestat. cler. Et in Regno Neapolitano expeditum est ex dicta Constitutione Clementis VII. Incip. Exponi nobis.
159 † sub data Romæ 19. Ianuarij 1524. ibi: Vt dictos primæ tonsuræ, & minorum ordinum clericos in dicto Regno Siciliæ citra Pharum existentes per edictum publicum, vt infra terminum duorum mensium; quos illi pro termino peremptorio, & trina monitione canonica assignabis; moneas, & requiras, vt habitum, & tonsuram honestè, & alia solēnia iuxta canonicas

sa-

sanctiones deferant; alioquin dicto duorũ mẽ-
sium termino elapso, si in habitu decenti cle-
ricali incedere, & tonsuram deferre, ac alia so-
lemnia obseruare, vt supra, neglexerint, & eos-
dem foro seculari subiectos fore, & tamquam
laicos per curiam secularem, & vsque ad vindi
ctam sanguinis, vltimiq; supplicij pena puniri
posse, in dicta monitione, auctoritate nostra de
clares, & denuncies: & quos etiam nos ex nũc
prout ex tunc, & è conuerso declaramus secu-
lares, & per curiam secularem puniendos de-
cernimus ipso iure, nulla alia noua declaratio-
ne super hoc requisita, vel requirenda. Non
obstantibus, &c. Quarum literarum vigore fuit
factum publicum edictũ per Don Hieronymũ
Centelles, tunc Nuntium Apostolicũ in Regno
Neapolis, cui constitutio erat per Pontificem
160 directa. Vnde † in isto Regno mihi videntur
sublata requisita alia, ad hoc vt clericus in mi-
noribus constitutus, vel in prima tonsura exi-
stens, censeatur exutus priuilegio clericali, &
præsertim de trina monitione; cum sit facta di
cta monitio publica de iure valens pro Trina;
prout etiã Papa in illa decreuit, & omnia alia
quatuor requisita, cum istis. de quibus per Bar
tholom. Cœpoll. in cons. crim. 11. & multa con-
gerit Tho. Gramm. in voto 33. per totum. Quẽ
miror dictæ Constitutionis Pontificiæ non me-
161 minisse. In Comitatu † Ruscinonensi, mino-
ribus ordinibus insignitos coram laico Iudice
conueniri scribit Choppin. de sacr. Polit. Fo-
rẽs. lib. 2. tit. 2. n. 9 Sed ego hoc nõ admitterem.

Postquam de habitu, quoad vestes, & clerico
rum tonsuram sermo se obtulit, minimè inani-
ter erit, si aliqua addamus in eadẽ materia ad
illa, quæ alias exarauimus ad Bellugam in Spe-
cul. princip. Rub. 11. §. Videamus. in verb. Ve-
stes. Vbi scripsimus quò ad vestes, nullum à
162 iure certum habitum fuisse † constitutum, &
proinde de Regionis more honestum vsum at-
tendendum fore, & hanc opinionem ibi pro-
baui, ex Gloss. Innocentio, Gulielmo de Mon-
te Lauduno, Cardinale Panormitano, Alexan-
dro, Capra, Capella Tholosana, Couarrouia,
Diaz, & Cuccho, & ex Matisconensi, & Tridẽ-
tino Concilijs cõprobaui. Nunc ad illa adden-
do, Dicimus, Habitum, vestes, & clericorum
163 calceamenta, decorem † habere debere, vt cle
rici habitu, ac incessu professionem suam pro-
bent, talem illum portantes, qui religioni, &
ordini congruat. vt dicitur in Concil. Cartha-
ginensi. 4. cap. 45. in Agathensi. c. 20. in Matisco
164 nensi. 1. c. 5. & tales vestes, nec nimium † sint
breues, nec rubei, nec viridis coloris: non de-
bent vti manicis, aut sub talaribus consuritijs,
seu rostratis, frenis, sellis, pectoralibus, & cal-
caribus deauratis, nec corrigijs auri, vel argen
ti, ornatum habentibus, sed nec anulo, nisi cui
165 † competit ex officio dignitatis, in Concil.
Lateranensi 2. ca. 16. sub Innocentio Papa III.

Nec manicas ad cubitum pendẽtes. Quicunq;
autem beneficiatus, aut officium in Ecclesia ge
rẽs, in habitis huiusmodi præsumpserit esse, di
uinis officijs, pro qualibet vice à participatio-
ne prouentuum Ecclesiasticorum per annũ no
uerit se suspensum, fructusq; illi fabricæ illius
Ecclesiæ applicentur. Concil. Cõstantiense sess.
43. tit. de vit. & honest. cler. notatur in Clem. 2.
eod. tit. vbi de hoc larissimè Ioannes de Van-
quel in Breuiario. Quàm optimè de ijs agens
Hieronymus ad Eustochium scribens ait. Sunt
quidam mei ordinis, quibus omnis cura est de
166 vestibus, si benè oleant, si pes laxa † pelle nõ
polleat, crines calamistri vestigio rotantur, di-
giti anulis radiant, & ne plantas humidior via
spargat, vix imprimunt summa vestigia. Tales
sponsos magis existimare, quàm clericos. Hæc
Hieronymus. De Religiosorum vestibus agunt
Marc. Ant. Marsil. de Ecclesiasticorum reddi-
tuum origin. & iure. par. 2. cap. 19. nu. 16. ante
eum Io. Francisc. Pauin. de visitat. par. 1. q. 71
vers. Puniendi sunt etiam. tamus Lãelaus Ocij
Semestris. lib. 13. cap. 2. & Renatus Choppinus
de Sacra Politia. lib. 3. tit. 2. num. 5. Qui eorum
more abundantissimi ex antiquitatum arcanis
167 multa † tradiderunt. Hæc de Religiosorum
vestibus obiter dicta sint; quæ an ab Ecclesia-
sticis viris seruentur, ipsi videant; nam suo tem-
pore, coram Christo horum omnium exactissi-
mam rationem reddent.

Quantum attinet ad tonsuram, inquit Anice
tus Papa, contra Priscillianistas in Epistola de-
cretali sita in c. Prohibete. 23. distinct. Cleri-
ci (inquit) iuxta Apostolum, comam non nu-
168 triant, † sed desuper caput in modum Sphe-
ræ, radant, quia sicuti discreti debent esse in
conuersatione ità, & in tonsura, & in omni ha
bitu debent apparere. & Concilium Carthagi-
nense 4. cap. 44. similiter iubet, vt clerici Comã
non nutriant. notatur in c. Clericus. de vit. &
honest. cleric. Idem ex Isidoro voluit Conciliũ
Aquisgranense, sub Ludouico Imperatore. c. 12.
Et coronam, & tonsuram asportare congruentẽ
voluit Conciliũ Lateranense. 2. c. 16. Sin minus
statutũ est ab Archidiacono posse tonderi in-
uitum, vt voluit Concilium Agathense. cap. 10.
relatum in d. c. Clerici. 23. distinct. Vndè di-
citur in Concilio Toletano 4. cap. 40. Omnes
clerici detonso superius capite toto, inferius
solam circuli coronam, nõ sicut huc vsq; in Ga
liciæ partibus, facere lectores videntur, quæ
169 prolixis, vt † laici comis, in solo capitis Api-
ce medium circulum tondent. Ritus enim iste
in Hispanijs, hæreticorum fuit. Vnde oportet,
vt pro amputando ab Ecclesijs scandalo, hoc
signum de decoris auferatur, vt sit vna Tonsu-
ra, vt habitus; sicut totius Hispaniæ est vsus,
qui autem hoc non custodierit, Fidei Catholi-
170 cæ reus erit. Hinc Clericus, qui comam † re-
laxauerit, Anathema erit. c. Si quis. vbi glos. 23.
di-

distinct. Et peccare mortaliter non deferentē tonsuram, voluit Abb. Panor. in c. Si quis. de vita, & honestat. cleric. sequitur Bernard. Diaz in Pract. crim. canonic. cap. 70. in fin. & Alphonsus Aluarez in Specul. Roma. Pontific. cap. 35. col. 2. vers. Et notabis, quòd habitus. Io. Francisc. Pauin. de visitat. part. 1. q. 7. vers. Attendant etiam.

Antiqui etiam vsus fuit Rasuræ capitis con-
171 suetudo, cuius extant primitiæ. † Numeri. c. 6. Tunc radetur (inquit) Nazareus ante hostium tabernaculi fœderis, Cæsariæ consecrationis suæ, tolletq; capillos eius, & ponet super ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorum. Et post pauca, dicit: Et Armum coctū Arietis, tortamq; absq; fermento vnam de canistro, & Laganum Azimum vnum, & tradet in manus Nazaræi, postquam rasum fuerit caput eius, & post hæc potest bibere Nazaræus vinū.
172 Nazaræus autē, sanctus † interpratatur apud Hieronym. cap. 2. in Matthæum. Vnde Aquila ob votum, totondit sibi caput. Actuum cap. 18. Vel Nazaręus interpratatur secundum septuaginta interpretes, sanctificatus. vt refert idem Hieronym. in Esai. cap. 10. Et ijs concinit, quod scriptum est Actuum. cap. 21. Sanctifica te cum illis, & impende in illis, vt radant capita. Corona autem signaculum est, quo signantur in partem sortis ministerij Diuini, & regale decus significat; cum seruire Deo, Regnare sit,
173 † Hinc illud Petri. 1. cap. 2. Vos estis (ait) genus electum, Regale sacerdotium. Desuper nudatur summitas capitis, vt eorum mens ad dominum libera monstretur, quæ reuelata facie, gloriam Dei contempletur. Summitas enim ca-
174 pitis est eminentia † mentis: capitis denudatio, reuelatio mentis. vt dicit Magister. sentent. lib. 4. distinct. 24. Cardinalis Osius in lib. de Sacrament. cap. 51. Ioannes de Capistrano. in Specul. Cleric. par. 1. vers. Quintò dixi Sa-
175 cerdotes Ægyptij † omnes capillos, & pilos radunt, præterquam eos, qui cum homine nascuntur, scilicet superciliorum, ac Palpebrarum, vt post Antiquiores, scribit Alexander Sardus de Moribus Gentium. lib. 3. cap. 18. Apud Sacerdotes etiam Romanorum id vsu fuisse conijcio. Flamē enim Dialis liber, capillos de-
176 tondebat, † seruus autem minimè. vt dicit Lucius Fenestella de Sacerdotijs Roman. c. 5. Vnde comam non nutriebant, sed tondere soliti erant. quod, & probat Aul. Gell. Noct. Acticar. lib. 10. cap. 15. Dionysius Halicarnass. lib. 2. Liuius lib. 1. Marcus Varro de lingu. latin. lib. 1. Plutarch. Problemat. 42. & 48. Sardus de Moribus gent. lib. 3. cap. 17. An quia tonsura
177 libidinum abiectionem † designet? vt hinc verificetur illud Plinij. lib. 8. cap. 3. qui censuit,
178 extingui equarum libidinem tonsa † Iuba. Apud eosdem Romanos, libertorū capilli tondebantur pro Symbolo, quòd à seruitute exi-
179 merentur. † vt scribit Liuius lib. 34. & Plutarchus in Publicola. cuius meminit etiam nouissimè è nostris vir eruditissimus Gulielmus Fornerius selectionum. lib. 1. cap. 4. Clericus itaq; cum tondetur, & in sortem Domini recipitur, à seruitute Mundi, Principum laicorum, & vanitatum, liber esse censetur.

Tonsura vero an inter sacros ordines annu-
180 meranda sit? Theologi à Canonistis † dissentiunt. Nam Theologi, vt ab ipsis initium capiam, tenuerunt, septem tantum esse sacros or-
181 dines secundum septiformem † spiritus sancti gratiam, suntq;, Ostiarius, Lector, Exorcista, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, & Præsbyter. Sic voluit Magister lib. 4. sentent. distinct. 24. vbi hoc tenuit Riccardus, & alij multi. Hugo de sancto Victore. de sacrament. lib. 2. par. 3. c. 1. Francisc. Duarenus de sacris Eccles. minister. lib. 1. cap. 14. Franciscus Caldas Pereyra de Restitut. in Integr. §. Læsis. nu. 104. melius ergo. Huic opinioni astipulatur illud
182 sancti Ignatij, Discipuli † sancti Ioannis Euangelistæ, qui scribens ad Antiochenses, faciens mentionem de his septem ordinibus inquit, saluto sanctum Præsbyterum vestrum, saluto sanctos Diaconos, saluto subdiaconos, lectores, cantores, Ostiarios, laborantes, exorcistas, atq; confessores. In collatione verò ordinū, cum in eū, qui ordinibus insignitur, infundatur spiritus sancti gratia, quemadmodum septiformis est eiusdē spiritus sancti gratia, sic & septem ordines sacri esse dicantur. Vndè cū vellent Apostoli ex pręcepto Spiritus sancti mittere ad prædicandū Paulū, & Barnabā, orauerūt, & ieiunauerunt anteq̃ eis manus imponerent,
183 † vt habetur Lucæ Actuum cap. 13. Videtur hoc posse comprobari ex Concilio Carthaginensi 4 cap. 3. in quo tractatur de Præsbyteri ordinatione. cap. 4. de ordinatione Diaconi. cap. 5. de ordinatione subdiaconi. cap. 6. de ordinatione Acolythi. c. 7. de ordinatione Exorcistæ. cap. 8. de ordinatione Lectoris. cap. 9. de ordinatione Hostiarij. Et nullibi in eodem Cōcilio in ordinum enumeratione, tractatur de Psalmistatu, siue tonsura.

Canonistæ verò, nouem ordines esse conten-
184 dunt, supra notatis, duos alios † adijcientes Episcopatum, scilicet, & Psalmi statum, siue tonsuræ, ad similitudinem nouem ordinum Angelorum. arg. cap. Cum contingat. vbi hoc tenuerunt Anton. de Butr. & Abb. Panor. nu. 1. de ætat. & qualit. post Hostiensem. hanc opinionem tenuit Cardin. Alexandrin. in c. Cleros. 21. distinct. Cardin. Zabarell. in cle. 2. §. 1. de sepult. Angel. Clauas. in summa §. Ordo. il 1. Lancellott. Conrad. in templ. Iud. lib. 2. cap. 1. §. 4. in verb. Ordinum defectus. in princ. Marc. Anton. Cucchus Instit. canonic. minor. lib. 1. tit. 3. versic. Horum omnium. Io. Paul. Lancelott. Instit. Canonicar. lib. 1. tit. De his, qui sunt

Adult. etiam si redderet debitum ex præcepto Ecclesiæ. & ibidem habetur. Si verò Virginem accepit, quam non cognouit, & mortua illa, accepit secūdam, quam cognouit, & è contra,
198 tunc bigamus † non erit. Clauas. & Aufr. vbi supra. Qui quoad bigamiæ vinculum alia desiderat, Videre poterit Panor. in capit. Coniugatus. num. 6. de conuers. coniug. in cap. Si diligenti. num. 6. de for. compet. in cap. 2. nu. 12. 15. de iudic. in cap. Ioannes. num. 1. 6. de Cleric. coniug. Capell. Tholosan. in decis. 52. in decis. 64. in decis. 219. in decis. 234. Bernard. Diaz in Pract. Crim. Canon. cap. 16. Cardin. in clem. 1. de Vita, & honest. cler. Marian. Socin. senior in consil. 12. colum. 1. versic. Secundo, volum. primo in consil. 122. eod. tit. Felyn. in c. Ecclesia Sãctæ Mariæ. quæst. 17. de constit. Guid. Pap. in decis. 183. & in consil. 110. nu. 1. Afflict. in const. Apostatantes. nu 21. Petr. Foller. in pract. crim. Canon. tit. de Bigam. Cucch. Instit. Canonicar. Minor. lib. 2. tit. 3. Carauita in Ritu 66. Fuerunt tamen plures, qui dixerūt Bigamos, tunc demum per laicum Iudicem cognosci, quando à principio contraxisset, vel cum adultera, vel cum vidua, vel duas vxores accepisset, in alijs autem casibus non officere,
199 nisi quoad † promotionem. arg. c. Debigamis. de Bigam. & c. Deinde. 26. distinct. sic concludit Capella Tholos. vbi Aufrer. in decis. 64. in decisione. 153. 154. 155. sequitur Cassan. vbi supra.

Vigesimusquintus casus est, quia clericus, vel religiosus quisque, de Hæresi inquisitus, seu hæreticus declaratus omni officio, & bene
200 ficio † Ecclesiastico nudatus degradatur, & curiæ seculari traditur puniendus. c. Ad abolendam. §. præsenti. de Hæretic. Nisi post deprehensionem erroris, statim sua sponte, ad fi-
201 dei † Catholicę vnitatem redierit. vt ibi notatur. simile. in c. 1. de Hæret. in 6. in c. Degradatio. de pęnis. & nouissimè decernit Concil. Trid. sess. 13. cap. 4. Cum vero. Bernard. Diaz in dicta pract. cap. 106. nu. 9. Maiolus de Irregular. lib. 5. cap. 46. Paul. Grilland. de Hæretic. lib. 1. quæst. 3. nu. 4. Iacob. Simancas in Praxi Hęreseos. tit. 67. nu. 7. 8. Albertus Pighius de Ecclesiastic. Hierarch. cap. 8. Idem Simanc. Institution. Catholicar. cap. 45. num. 18. Gundissaluus de Villadiego. de Hæret. q. 15. num. 3. Francisc. Sarmientus Selectionum lib. 1. cap. 14. num. 9. Quod procedit etiam in omni hæretico, quia & si cognitio spectet ad iudicem Ecclesiasticū,
202 tamen traditur † Curię sæculari puniēdus. Ægid. Boss. in tit. De for. comp. nu. 161. Iul. Clarus in §. Hęresis. nu. 6. Lancell. Conrad. de offic. prætor. in caus. crim. tit. de hæret. nu. 12. Degradationis verò formam, aliaq; ad materiam post
203 multos, quos allegat † remissiuè tractat Petr. Cenedo in collectan. Iuris Canonici. 65. nu. 3. parte 2. & Ianus Langlæus Ocij semestris. lib. 13. capit. 2.

Vigesimussextus casus, ex quo clericus de-
204 ponens falsū corā Iudice laico, & tēporali † ab eodem punitur. l. Nullum. vbi hoc dicunt Cyn. Bal. & Salic. C. De testib. sic videtur in hoc Regno Neapolitano fuisse decisum. vt per Afflict. in decis. 219. nu. 3. & sic seruari etiā in Gallia, testatur Guliel. Benedict. in Rep. c. Raynutius. in verb. & vxorem nomine Adelasiam. in decis. 2. nu. 142. & Petr. Rebuff. in Const. Galliæ. tit. de liter. obligat. artic. 1. gl. 6. num. 5. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 82. Sed contrarium in
205 casu pręmisso, quòd non possit puniri † per iudicem laicum, sed per Ecclesiasticum, ad quē est remittendus, tenet Hostien. in c. Verum. de for. comp. & decreuit Neapolitanū Regiū Concilium. vt per eundem Afflict. in decis. 230. sub nu. 4. & Anton. Capic. in decis. 5. n. 13. ante hos duos vltimos Luc. de Penna in l. Nulli. col. 2. C. De veteran. lib 12. Capell. Tholos. in decis. 378. Robert. Maranta in specul. Aureo parte 2. princip. actu. 12. nu. 2. ante eos Feder. de Senis in cōs. 93. Iul. Clar. in pract. crim. q. 38. nu. 14. Rol. à Vall. in cons. 12. num. 48. vol. 2. Idem Boer. in consuetud. Bituricens. in tit. Des Costumes cōcernas les iuges, & leuar iurisdit. §. 21. col. 4. Petr. Foller. in Const. Regni. De personis. nu. 3. & remissiuè dixi de Compromiss. §. 3. glo. 2. nu. 8. & in consil. 78. per totum. centur. prima. Sed Feder. de Senis in cons. 88. M. Anton. Blãc.
206 de compromiss. q. 3. in princip. sub. nu. 32. † tenuerunt, posse pecuniariter puniri clericum, atq; condemnari per laicum iudicem. quem refert Robertus Lancellot. de attentat. appell. pend. parte 2. cap. 15. nu. 97. Et in casu præfato, Ecclesiasticus Iudex, facit inhibitionem sub pęna excommunicationis Iudici laico, vt in
207 causa non † procedat, sed ad ipsum remittat. vt concludit Barthol. Socin. in cons. 137. vol. 2. Benè tamen verum erit, quòd si laicus coram Ecclesiastico Iudice falsum deposuerit, poterit ab vtroq; iudice puniri. ita annotauit Afflict. in dicta decis. 219. Quem sequitur Marant. vbi supra. & nouissimè remissiuè Petr. Cenedo in Collectan. Iuris Canonici. 37. num. 10. parte. prima. Quod neque probarem sic indistinctè.

Vigesimusseptimus casus erit, quia interueniente Episcopi ordine, potest clericus capi
208 † per laicum eius mandato obtemperātem. c. Si clericos. vbi hoc voluit Lap' Miniatus. nu. pri. de senten. excomun. in 6. captura tamen si permittatur, & fiat, ecclesiastico superiori
209 consignatio facienda † erit. Abb. Panor. in c. Cum non ab homine. sub nu. 11. de Iudic. Conrad. de offic. prætor. in caus. crimin. tit. De Captur. sub n. 11. Aegid. Boss. in tit. De captur. nu. 37. & latè dixi in consil. 68. cent. pri.

Vigesimus octauus erit casus in clerico suspecto de fuga; is enim tam pro ciuili debito,

Vu quàm

quàm etiã pro causa criminali, si est suspectus de fuga, capi potest citra dubium excommuni
210 cationis. vt de primo † voluerunt Ioan. de Lignan. & Cardinal. in dicto.cap.Cum non ab homine. dicentes posse Clericum à priuato capi, ratione proprij, ac priuati interesse.
211 † arg. c. Olim. pri. De Restit. spol. Ias.in l. Vinum.sub num. 5.ff. Si cert. petat. quod post Bertrand. & Cardinal. comprobat Panor. in dicto capit. Cum non ab homine. num. 17.18. quia, vt ipse dicit, cessat hoc casu omnis dolus, qui requiritur in casu. capit. Si quis suadente. 17. quæst. 4. idem Panorm. in capitulo Vt famæ. sub num. 6. de sent. excom. Felyn. in cap. Si vero. il primo.num. 2. eo. tit. Ludo. Roman. in l. De pupillo. §. Si quis riuos.num. 5.de oper. noui nuntiat. ante eos Lapus in alleg. 126. num. 4. Quoad secundum pro causa
212 criminali similiter † fieri posse censuit idem Panor.in dicto c.Cum non ab homine.num.12. vsque ad num. 17. Ægidius Boss. in tit. de Captura.num.38 & seq. Petr. Rebuff. ad Constit. Gall. Tomo. pri. Tit. De liter.obligat.Artic.6. glo. 4. nu. 76. Quę intelliguntur sanè,vt ducatur ad suum Iudicem Ecclesiasticum compe-
213 tentem † vt pręfati Doct. annotauerunt. & hęc fieri possunt, & antè delictum, vt obuietur committendo, & etiam illo commisso, & stante fugę suspitione. & quamquam aliqualiter dissentiat Andr. Alciat.in dicto cap. Cum non ab homine. num. 19. Optimè tamen ei respondet, & satisfacit Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudic.quęst.lib.2.Centur.2. casu.180.num. 17. cum pluribus seq.

Vigesimus nonus casus, illeq; notabilis, ac in dies in Regno Neapolis controuersus,quia Officiales, & Magistratus Regij sunt in pacifico Iure cognoscẽdi de possessorijs causis be-
214 neficiorum † Ecclesiasticorum inter Pręlatos, clericos, ac Religiosos, tum retinendæ, tum recuperandæ, tum etiam adipiscendæ (quod plus est) possessionis: idq; non solum Regni legibus cautum est, sed etiam Iure communi, ac Doctorum authoritate. Iure Regni Neapolitani, à Roberto Rege edicto,suntque illa Iura quatuor. primum est in capit.Regni.
215 Ad Regale † fastigium. secundum in cap. Charitatis affectus. Tertium est cap.Finis prę-
216 cepti † charitas. Quartum verò est in cap. Omnis† prædatio. Iure vero communi probatur ex c.Inter dilectos.de Fid.Instru.ibi.Quam ex delegatione Ludouici Imperatoris, tulit. fuitq; originale dictum Vincentij antiqui Doctoris. vt illum refert, & sequitur Ioan. Andr. Archidiacon. & Innocent. quos refert Anton. de Butr. in cap. fin. de Iudic. & probatur per Glo.in cap.Literas.de Iura. Cal. Vbi Panor.nu. 7.cuius text.authoritate Bald.in cap. 1.num.2. Apud quem, vel quos controuers.Feud. dicit,
217 quòd possessorium causæ † spiritualis, non est spirituale, quia non tangit medullam veritatis. Iacobus Mandellus Albensis in consilio 487. in princip.vbi Vincent.Anibaldus in Addit. vol. 3. Vnde Guido Papæ in decis. prima nu.1.in Decis.71.num. 1. & in decis. 85. dicit, quòd quãdo agitur sup possessorio, vel quasi, etiã in spiritualibus, vel beneficialibus causis, iudex laicus est iudex competens. ante eos Angel. in consil. 23. vbi dicit statutum simile
218 Reipublicę Florentinæ hoc disponens † validum esse, ad euitanda scandala. Hoc idem
219 seruari in † Gallia dicit Guido Pape vbi supra. & Petr. Rebuff.in Const. Galliæ Tom. pri. tit. de sent.exeq. Artic.1.gl.11.& Tomo 2. tit. Ne beneficiator.Cadauera.articul.1.gloss.3.& Tomo. 3. tit. de Mater.possessor.artic.5. gloss. primo, numero 19. cuius meminit etiam Guliel. Benedict. in Rep. capituli Raynutius. in verb. Et vxorem nomine Adelasiam. decis. secunda, nume. 39. Ioan. Igneus in l. Necessarios. §. Non alias. parte. 2. ff. Ad Syllan.Nicol.Boer.in decis. Burdegal.69.num. 23. Francisc. Marc. in decis. Delphin. 190. num. sexto in decisione 512. numero secundo, & tertio volum. primo, & in decis. 215. num. 3. volum.2.Arnulph.Buzeus de iure regalior. Priuileg. 26.numero. 2. Renatus Choppin. de sacra Polit. Forens. lib.secundo,tit.1.numero 2.cum pluribus sequentibus. & titul. 5. sub numero 16. Et dicta Iura in hoc Regno Neapolitano
220 † compilata fuere in anno. 1332. & sic passim seruatum ex eo tempore fuit, vt testatur Affl. in decis. 2. num.10. & in decis.24. nu.1.Thom.Grammat.in decis.78.nu.2. Robertus Marant.in specul.Aur.parte.2.distinct. 11. num.37.& Choppin.in dicto tit.5.sub num.16. vbi meminit legum nostrarum, sic etiam termi
221 natum extitit † in Camera Imperiali. vt docet Ioachim.Mynsingerus.obseruat.67.centur.
222 2. Sic, & in statu Mediolanensi † eiusdem Regis Catholici, vt per Andr.Alciat.in consil.
223 24. nu. 1. & etiam in Ducatu Sabaudię, † vt per Octauian.Cacheran. in decis. Pedem. 116. & Anton.Tesaur.in decis.82.nu.1.in decis.117. nu.1.in decis.131. & ita passim vbiq; gentium
224 seruari † dicit Ripa in Rub. extra de Iudic. nu.90. Aimo Crau.in consil.258. Dec. in cons. 210.in princip.& nu.2. Ioan.Coras.in. l. Naturaliter. § Nihil commune.nu.17.ff.De acquir. poss.Iacob.Mandell.in cons.75.nu. 4. 5. Iacob. Philipp.Port.in cons.102. Didac.Couar.pract. quæst.cap. 35. Marc. Anton. Natta in consilio 411. numero primo, volumine secundo. Sic
225 etiam obseruari in † Serenissimo Dominio Veneto testatur Ioan. Baptista Ferrett.in consilio primo, numero 11. 12. & in consilio 30. nu. secundo,& tertio.Nicolaus Milus in verb. Iudex.Iacob.Menoch. de recupeř.possess. Remedio decimoquinto, numero 120.Augustin. Berous in consilio 56. numero duodecimo,

vol.

volum. 5. Ioan. Bessanns in Cõsuetud. Aluern.
capit. 7. articulo 9. versic. Decimoquintò. Re-
staur. Castald. de Imperat. quæst. 101. nume. 11.
Niger in dicto cap. Regni. Ad regale fastigiũ.
nouissimè Regens de Ponte in consil. 96. nume.
16. volum. 1. Quæ dicunt, et asserunt procede-
226 re in possessorio recuperandæ, & † retinen-
dæ, non autem adipiscendæ. Tamen etiam in
possessorio adipiscendæ procedere laicos In-
227 dices † fuit determinatũ in hoc Regno Nea-
pol. vt per Thom. Gramm. in dicta decis. 78. &
etiam in Senatu Sabaudo. vt per Thessaur. in
228 dicta decis. 82. sub nu. 4. In Lusitania † idem
obseruari testatur Aluarus Vallascus Consul-
tation. 93. Quam cognitionem esse quodam-
229 modo in modum charitatiui cuiusdam † an-
xilij, ac subsidialis, ne partes veniant ad arma,
dicunt hoc fieri aliqui ex dictis Regni Doctori
bus. Sed melius Didacus in dicto cap. 35. dicit
230 hoc fieri † per Iudices temporales, ne laicis
fiat iniuria, vel grauamen aliquod. Insuper ne
turbetur Regni tranquillitas ob timorem, ne
sub clericorum fortè contendentium super ali
cuius beneficij, vel rei beneficiariæ possessio-
231 ne, sumantur † arma, & fiat aliqua in Regno
sub occasione recti, proditio. Et ideo dũ ado-
lescens essem Ariani Gubernator, & super be-
neficio Sanctæ Mariæ de Tinchiano esset con-
trouersia inter Io. Hieronymum Vitellũ à Cu-
ria Regia præsentatum, pro illo in possessione
mittendo, armatis hominibus stipatus, ad lo-
cum personaliter accessi, & pacificè possessio
nem tradi procuraui. de quo dixi in conf. 70.
per totum. Centur. 1. & cum prima vice Illu-
striss. ac Reuerend. D. Iacobus Aldobrandinus
232 † Nuntius Apostolicus in Regno Neapoli-
tano, habuisset hanc primam causam; nã mor-
tuo Domino Ioãne Antonio Gensano, qui mor
tua vxore clericũ induerat, & plura beneficia
Ecclesiastica habuerat, & in materia Spolio-
rum iam concordatus erat cum Sede Aposto-
lica, & cum R. Ioanne Angelo Egiptio, Sedis
Apostolicæ nomine, vigore facultatis eidem
concessæ, in qua solum sibi reseruauerat Sum
mus Pontifex ius procedendi contra clericos
ob negotia illicita; statim idem Nuncius eodẽ
Gensano mortuo, confiscauit omnia eius bo-
na, valoris circiter ducatorum vigintiquinque
milliũ, prætendebatq; illa vendere nõ iure spo
lij, sed quòd idem mortuus conduxerat à Cu-
ria Regia quædam territoria, & hæc erat nego
tiatio illicita, & prætendebat de facto aliena-
re bona. Cumq; causam meorum defenderem
multa opposui, & inter cætera, quòd non erat
capta inquisitio prætensæ negociationis illici-
tæ viuẽte clerico, sed post mortem, & hoc erat
contra reseruationem factam per Sixtum Quin
tum Summum Pontificem, & alia nonnulla, de
quibus alibi. Cumq; adijssem Concilium Col
laterale Magistratuum Regiorũ, subsidiali bra-
chio Regio tuti fuerunt, & postmodum discus-
so negotio coram eodem Nuntio, victoriam re
portaui, sed non sine aliquali vtilitate tributa
Cameræ Apostolicæ, & ex oppositione iam à
me in dubium deducta, hanc primam Consti-
233 tutionem fecit † Clemens Octauus Summus
Pontifex, quod & si illicitorum negotiorũ cle-
rici morientes, dum viuerent, inquisiti non es-
sent, quòd etiam ipsis mortuis de cætero in-
quisitiones formarentur. Alias vero causas as-
signabo infra. cap. eo. in fi.

Trigesimus casus erit, dum clerico minori
datur tutor, vel curator: quia datur per Iudi-
234 cem † laicum. vt argum. cap. Verum. c. Cum
sit generale. de for. comp. & cap. fin. de Iudic.
in 6. Voluerunt Domini de Rota. In antiq. de-
cis. 207. Nota quòd vbi clericus. Bernard. de
Bisgneto. decis. 5. in tit. de Iudic. Bald. in l. fin.
C. de Administrat. tut. Robert. Maranta in Spe-
cul. Aureo. distinct. 11. numer. 38. Ioach. Myn-
sing. obseru. 67. versic. Quintò. Centur. 2. Dec.
in consil. 150. num. 3. & 7. Borgnin. Caualcan.
de tutor. & curat. sub num. 288. Ioan. Baptista
Ferrett. in consil. 105. num. 3. Contrarium ta-
men tenuit Carol. Ruin. in consil. 89. in princ.
volum. 5. quem sequitur Anton. Piagg. de tut.
& curator. quæst. 5. num. 6. Declara tamen hoc
235 procedere, dum clericus litigat coram † se-
culari, alias dandus esset per Iudicem Eccle-
siasticum. vt supradicti omnes tenuerunt.
Ego vltra præfatam declarationem, dicerem
236 fore considerandum, quod; aut † datur cleri-
cus clerico, & tunc dandum fore curatorem,
ac tutorem coram Ecclesiastico Iudice; aut
laicus clerico, & tunc indistinctè coram lai-
co, ratione coertionis, & coactionis, vt Iu-
dex coerceus sit competens: hæc procedunt
in legitimis, & datiuis; quia si essemus in te-
stamentarijs, vel alijs, in quibus actus coactio-
nis non exigeretur, sed essemus in voluntarijs,
tunc vtrobique fieri posset, volente tamen cle-
rico, quia alias non cogeretur. sicut notatur
in capit. fin. 86. distinct. Ne distrahantur à di-
uinis. cap. Cyprianus. 21. quæst. 3. Coguntur
237 vero † per Episcopum ad tutelam, vel cu-
ram pupillorum egenorum. cap. Decreuit. 88.
distinct. & habetur plenè. in cap. fin. supra al-
legato, vbi Gloss. Et quamquàm relinquens
238 clericum tutorem † in testamento careat Ec-
clesiastica sepultura. vt in cap. Neque. 88. di-
stinct. tamen secus est hodie. vt ibi dicit gloss.
argum. dicti. cap. fin. 86. distinct. & ità intel-
ligenda sunt, quæ dicit Anton. Piagg. de tu-
tor. & curat. quæst. 3. nume. 2. vt voluit etiam
Sebastian. Medices de Sepultur. quæst. 11. nu.
239 19. & 20. Quinimò † text. in d. cap. Neque.
Non loquitur, quòd careat Ecclesiastica sepul-
tura, sed quòd non fiat oblatio pro eo. Quod
capitulum dicit factum esse ad terrorem. gloss.
in dicto cap. fin. 86. distinct.

Trigesimusprimus casus erit in clerico de-
positario: is enim cogitur exequutiuè ad de-
positi restitutionem, non per modum ordina-
240 riæ cognitionis, vel † iudicij, sed modo iā
dicto. Bald. in l. Acceptam. nu. 4. in fi. C. de vsur.
quem sequitur Alex. ad Bart. in l. 1. sub num. 1.
in verb. In clericis. ff. de Iud. idem Bald. in l. Si
fideiussor. § fin. ff. Qui satisd. cog. Stephan. Au-
frer. ad Capell. Tholos. in decis. 168. & in tract.
de potestat. secul. super Eccles. person. Regul.
2. fallent. 14 Petr. Rebuff. ad Constit. Gall. To-
mo 1. tit. de liter. oblig. artic. 3. gloss. 9. num. 3.
Robert. Marant. in Specul. Aur. par. 2. distinct.
11. num. 38. Menoch. de recup. possess. remed.
15. nu. 214 Restaur. Castald. de Imperat. quæst.
101. num. 12. Cæsar Vesillus ad Afflict. in decis.
24. num. 2. qui allegat Lud. Roman. in consil.
287. vbi non loquitur de clerico depositario,
sed de Hebræo. Ioan. Vincent. Annius in sing.
127. vbi Fabius filius. qui alios multos allegāt.
Ioseph. Cumia in Ritib. Siciliæ. cap. 19. nu. 24.
nouissimè Petr. Cenedo in Collectan. iuris Ca-
nonici. 37. num. 21. par. 1. & Ioan. Petr. Surd.
in cons. 280. numer. 11. vol. 2. & Renat. Chop-
pin. de Sacr. Polit. Forens. lib. 2. tit. 1. sub num.
17. Sed contrarium dici posset ex notatis ab
Andr. Tiraquel. de retract. conuent. §. 4. gloss.
7. num. 10.

Trigesimussecundus casus, in emancipatio-
241 ne clerici, quæ fit coram iudice† laico, vt cō
cludit Rota in Nouis. decis. 178. Emancipatio.
sequitur Io. Baptista Ferret. in cons. 105. num.
3. Dec. in cap. Decernimus. nu. 220. de iudic.
Rationem reddunt Domini de Rota, quia hic
242 actus emancipationis est solius † patris, &
idcirco fit coram Iudice ipsius Patris. Quæ
ratio non est perfecta, quia actus emancipatio-
nis, si esset solius patris, sequeretur patrem
posse emancipare filium inuitum, & tamen
243 † requiritur filij consensus. l. Nec auus. C. de
Emancipat. Et ideo dicendum est, quòd eman-
244 cipatio, cū sit actus † voluntariæ iurisdictio-
nis. vt post omnes dixi in consil. 73. Centur. 1.
Idcirco potest à patre fieri, vbi illum voluntas
direxerit. Vel quia emancipatio, cum sit fa-
245 cienda apud† competentem iudicem. vt vo-
luit Dec. in consil. 13. num. 6. & per totum: Ni-
mirum si à patre fiat coram suo Iudice laico,
quod conuenit cum Rota in dicto loco: iste. n.
actus fit ab ipso Patre laico.

Trigesimustertius casus, cum pater, vel alius
quispiam donat filio clerico vltra quingentos
246 aureos, in qua donatione, cū insinuatio † re-
quiratur. §. Aliæ. Instit. de donat. iuxt. l. fin. &
simil. C. de Donat. Similis insinuatio facienda
247 erit coram iudice laico, & seculari. † vt vo
luit Rota in nouis decis. 178. col. fin. Qui licet
nihil allegent, tamen facit text. in auct. de De-
fensorib. ciuit. §. Iusiurandum. & text. in l. In
hac. C. de Donat. In quibus iuribus habetur in-
sinuationem in vrbe Regia fieri coram Magi-
stro census. Sed ego pro hac opinione allego
textum, à nemine, quem viderim allegatum.
in l. Consulta diualia. C. de testament. Ratio-
248 nem ego arbitror, quia siue † in facienda in-
sinuatione exigatur decretum, iuxta distinctio
nem Bald. in l. Nec quicquam. §. Vbi decretum.
ff. de offic. proconsul. & legat. quam sequitur
Ias. in consil. 51. num. 1. volum. 1. Siue tantum-
249 modo iudicis authoritas † absque decreto.
vt scribit ad longum Octaui. Simoncell. de De
cret. minor. lib. 2. tit. 6. num. 66. cum pluribus
seq. semper facienda erit à proprio suo Iudi-
ce; in prouincijs apud præsides; In ciuitatibus
apud defensores, vel proprios Iudices, quibus
is, qui donat suppositus est. Licet coram quo-
250 cumque† iudice fieri posse ex Canario, Go-
mezio, Viuio, & alijs, voluerit Emanuel Sua-
rez in Thesaur. receptar. sentent. §. Insinuatio.
251 nume. 106. Contra tamen illam fieri debere †
apud Iudicem competentem, ex professo scri-
psit Ioan. Vandus variar. quæst. iuris. lib. 1. q. 11.
Quod & dixerat prius Iacobus Cuiacius in
Nouella. 15. & hoc ego admitto.

Trigesimusquartus casus erit, nam licet in
bonis mobilibus, ac se mouentibus clericorū
non fiat exequutio per laicos magistratus, quia
sine illis commodè viuere nequeunt: sunt
252 enim † corpori accessoria, & illorum perso-
nas sequuntur. cap. Similiter. 16. quæst. 1. l. Si
captiuus. § Si expulsus. ff. de capti. & postlim.
reuers. Mobilia etenim personis clericorū ad-
253 hærent, idcirco personarū prærogatiua† vtū-
tur. cap. Ecclesiarum seruos. 12. quæst. 2. Gloss.
in cap. fin. de vit. & honest. cleric. Et si alia bo-
254 na non haberent: non enim debent † fame
deficere. l. fin. C. Vbi pupill. educ. deb. l. Si lon-
gius. § fin. ff. de Iudic. potest tamen fieri exe-
quutio, si idem clericus habeat aliqua bona,
negotiationis gratia: illa enim potest laicus
255 Iudex exequi: † in eis enim clericus priuile-
gio minimè gaudet. cap. Quamquam. vbi Ar-
chid. Ioan. Andr. Lap. Dominic. & cæteri. de
censib. in 6. Clem. præsenti. eod. tit. Specul.
in tit. de Immunit. Eccles. §. 1. nu. 3. vers. Quod
si causa mercimonij. Ioan. de Firmo de Gabell.
parte 3. ante eum Alberic. de Rosat. in auct.
Item nulla communitas. colum. 2. C. de Epi-
scop. & cleric. Stephan. Aufrer. de potest. se-
cul. Regul. 2. limit. 32. Iul. Ferrett. de Publi-
can. & vectigal. num. 423. & sequen. Abb. Pa-
norm. in consil. 6. in fin. volum. 1. Ioan. de Tur-
recremat. in cap. Si quis in atrio. 17. quæst. 4.
Benedict. Capra in Regul. 96. nume. 87. Petr.
Rebuffi ad Const. Galliæ. Tom. 1. titul. de liter.
obligat. artic. 2. Gloss. 1. numer. 119. Francisc.
Marc. in decis. Delph. 286. num. 3. vol. 1. Marc.
Anton. Natta in consil. 139. num. 4. 5. volum. 1.
ante eos Iacob. de Beluis. in Rep. § Contrahen-
tes. num. 106. de for. comp. in 6.

Et

Et quàmquàm aliqui velint, requiri trinam
256 monitionem, vt quoad eadem bona † clericus amittat priuilegium clericale. vt voluit Felyn. in c. Ceterum. sub nu. 5. de iudicibus. dum dicit, quòd si clericus efficitur mercator, talis statim est subditus Magistratui seculari merca-
257 torum; tamen debet † prius monitio præcedere. quod voluit etiam Iul. Ferrettus in dicto tract. de Publican. & vectigal. num. 572.

Verumtamen hoc non obstat, quia contraria opinio procedit, dum tractatur de amittē-
258 do † priuilegio, quoad omnia bona, vt tunc exigatur monitio. & ità dicit Dominic. de Sancto Gemin. in dicto cap. Quamquàm. sub nu. 7. versic. Sed contra. Quod ante ipsum dixerat ibi Lapus Sancti Miniati. nu. 2. argum. ca. fin. de vit. & honest. cleric. ibi, post trinam monitionē perdant in omnibus rebus, non tantū, quæ causa negociationis deferrent, vel deferri faciūt. quorum opinionem sequitur Io. de Vanquel. ibidem in dicto cap. Quàmquàm. conclusi. 1. versic. Hanc autem immunitatem. & Philipp. Franc. colum. fin.

Trigesimusquintus casus est, quia secularis
259 Iudex exequitur bona mobilia Clerici † existentia in domo ab eo conducta. Idem Rebuff. in dicto tit. de liter. obligat. artic. 4. Gloss. 2. nu. 14. Sed per rationes in principio præcedentis proximi casus dictas, iste casus mihi videtur admodum dubius.

Trigesimussextus casus est, in clerico hærede laici, qui litem cum defuncto cęptam, debet prosequi coram Iudice seculari, & propha-
260 no. † Hinc Iabolenus. Si is, qui Romæ iudicium acceperat, decesserit, hæres eius, quamuis domicilium trans mare habeat, Romæ tamen defendi debet, quia succedit in eius locū, à quo hæres relictus est. l. Si is, qui Romæ. ff. de iudic. defendendus est enim, vbi defunctus debuit, & conueniendus, si ibi inueniatur, nulloque suo proprio priuilegio excusatur. vt dicit Vlpianus. in l. Hæres absens. in princip. ff. eod. tit. vnde Paul. de Castr. ibi n. 4. dicit, quòd clericus debet litem, à defuncto, cuius est hæ-
261 res, coram seculari † Iudice cęptam, ibidem prosequi, dicens ità Cyn. consuluisse. Hoc idē tenuit Ioan. ab Imol. in l. Si cum hominem. col. 2. ff. de fideiuss. Idem Castrens. & Lud. Roman. in l. Si constante. §. fin. ff. sol. matrim. Bald. in l. Quidam existimauerunt. ff. si cert. petat. idem Bald. in l. 1. in fi. C. Si pend. appell. mors. Alex. ad Bart. in l. 1. ff. de Iudic. Andr. Barbat. & Francisc. Aretin. in ca. Quia. v. de Iud. Marian. Sen. in ca. fin. colum. 15. limit. 8. de Mut. pet. Nicol. Milus in Repert. in ver. Miles. Bald. in cōs. 207. volum. 1. Stephan. Aufr. de Potestat. secul. super Eccles. personas. Regul. 2. fallent. 6. hanc opinionem tenuit Boer. in decis. 69. nume. 32. latissimè illam pluribus argumentis prosequitur Hieronym. Cagnol. in l. 3. nu. 249. cum pluribus seq. C. de Pact. inter empt. & vendit. Ferdinandus Vasqu. de success. creation. §. 22. nu. 20. Francisc. Viuius opin. 48. lib. 2. quem sequitur Emanuel Suarez Receptar. sent. §. Clericus. nu. 104. & dum hæc transcribuntur Didacus Spino in Specul. Testament. Gloss. principal. 33. num. 72. Io. Petr. Surdus in cons. 222. num. 16. volum. 2. & in decis. Mantuan. 110. nu. 2. post Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 212. Vbi Cæsar Vrsill. & ibidem fuit tractata in Regio Consilio causa; An minor, qui est priuile-
262 giatus in fori electione, † succedens maiori, qui litigauerat coram alio iudice, possit in eligendo foro, suo priuilegio vti. iux. l. Vnicam. C. Quand. Imper. int. & per Const. Regni
263 Neapol. incip. Statuimus. † Hoc etiam à me tentatum quandoque fuit pro Suauia Rota de Caletro contra Saluatorem Cera, pro pupillis eiusdem Suauiæ, pro quorum patre Mariano Cera scripseram, in causa magni momenti. vt in consil. 31. Centur. 1. volui vti Priuilegio pupillari in trahenda causa ad Regium Conciliū, quæ cōmissa Vincentio de Franchis Regij Concilij Præsidi eruditissimo: is inhibuit Curiæ, in qua pupillorum pater egerat, introductaque eadem, fuit decretum pupillos prosequentes patris litem, non vti priuilegio. cuius decisionis meminit idem Pręses de Franchis in decis. Neapol. 364. & eandem conclusionem fulciunt, dicta per Riminald. Sen. in consil. 369. nume. 3. & 4. volum. 2. eam prosequitur Didacus Couarruuias. Pract. quæst. cap. 8. numero 3. quem nullus ex nouissimis refert, nisi Ioan. Fichard. ad Villalob. in commun. opin. §. Clericus. num. 72. quod tenuit Petrus Anton. Angussola in consil. 59. numer. 1. libro 3. Quorum aliquos retuli ad Bellug. in Specul. princip. Rub. 11. §. Videndum. in verb. Episcopo. in fin. quos nouissimè sequitur Petr. Cenedo in Collectan. Iuris Canonic. 37. nume. 7. parte 1.

Contrarium verò, quòd instantia cum defuncto seculari inchoata nō transeat in Clericum
264 † hæredem. tenuerunt Ant. de Butr. Panorm. Felyn. Dec. in dicto capit. Quia. V. Salycet. in dicta l. 1. in fin. C. Si pendent. appell. post Gloss. in capit. Clericus nullum. 11. quæstione 1. Iacobin. de Sanct. Georg. & Lancellott Dec. in dicta l. Hæres absens. Dec. in consil. 700. num. 5. Alexand. in d. l. Si constante. §. fin. nu. 4. ff. solut. matrim. Petr. Rebuff. ad Constit. Galliæ Tom. 1. tit. de liter. oblig. articul. 2. gloss. 1. num. 11. in fi. Io. Baptista Asinius in Pract. iudiciar. §. 2. c. 12. nu. 44. vsque ad finem. Et hæc opinio est fauorabilior pro clericis, & tutior pro anima.

Has ego opiniones cōciliarē, quia aut actor laicus, & reus similiter laicus, coramq; eorum Iudice laico lis agitata fuerit, quo pendente iudicio actor moritur, succeditque ei cleri-

eus,& tuncabsque dubio, clericus prosequetur coram eodem iudice,quia succedit actori, & sicut actor, sic ipse cogitur forum rei laici
265 prosequi. cap.Si clericus. c.Cum sit generale.de for.comp.c.Experientiæ. & c.seq. 11.q.1. l.Iuris ordinem.C.de iurisd.omn.iud. Aut defunctus erat reus,cui succedit clericus,& eadē ratione idem faciendum est. Aut sumus in casu remissionis faciendæ ; ac peritæ ad Iudicem Ecclesiasticum, & tunc dicerem ; ꝙ si lis esset contestatà cum defuncto, capi debent eadem
266 acta, & prosequuntur coram † Ecclesiastico Iudice in illis terminis, in quibus reperitur, vt nouissimè post alios dicit idem Petr.Anton. Anguissol. in d.consil.59. in medio libr.9. Hæc nunc incidenter dicta sint,saluo iure maturius considerandi.

Trigesimusseptimus casus erit in clerico authore laudato ab emptore, cui fuit mota lis coram Iudice laico; quia clericus venditor tenetur iudicium suscipere,& emptorem defendere coram eodem iudice, nec declinabit forum
267 † ex persona sua.l.Venditor.ff.de Iudic.l.1.C. Vbi in rem act. in quibus iuribus habetur vulgata regula, ac generalis, venditorem debere
268 defendere emptorem in foro † vocantis. de qua Bald in cons 460. volu.4. Masuer. in pract. tit.de Dilat. nu.17. versic. Adde compellitur, vbi Gallica lingua,vocat Authorem laudatum,
269 † Garendum, & euictio, ac defensio promissa, Garendia, sequitur ipsum allegando Petr. Rebuff in Const.Galliç. Tom.3.tit.de Dilation. nu.4 cum pluribus seq.Hinc vnico ore concludunt cōmuni voto, clericū authorem vocatū,
270 nō posse declinare forū ex persona sua,† sed iudicium prosequere debere apud laicum iudicem. quam opinionem tenuit Alber. de Rosat.in l.Non solum.§.Quod vulgo. vbi dicit,itá fuisse Parmæ terminatum. vbi etiam Angel. ff. de Vsucap.& voluit Petr.de Anchar. in cap.Ea quæ.q.17.de reg.iur. in 6. Abb.Panor. in ca.fin. § fin.nu.28.vt lit.non contest. Ang. de Aret. in Rub.Inst.de except.nu.17. & in §. Actionū.nu. 19.Inst.de act.Io.Fab.in §.fin. Inst.de satisdat. Raphael Fulgos.in d.l.Venditor.Idem Petr. de Anch.in cons.333.in princ.Corn.Perusi.in cōs. 79.vol.4.Dec.in cons.700.Barthol.Soc.in cons. 91.sub num.14.vsque ad fin.vol.3. Steph.Aufr. de potest.secul.reg.2.fall.5. & in decis.Capell. Tholosan. 360. Matth. de Afflict. in decis.227. nu.2.Ant.Capic.in decis.197.nu.7.Gulielm.Benedict.in verb. Et vxorem nomine Adelasiam. decis.2.nu.125.Masuer. vbi supra. Nicol.Boer. in decis.69.num.27.Hippolyt. de Mars.in sing. 694. Robert.Marant.in Spec.aur.par.6.Actu 5. nu.10.Matian.Soc.Nepos in cons.46. nu.5.vol. 1.Ant.Burgos.in c.fin.nu.16.20. & alijs seq. de emption.& vend.Hieron.Cagnol.in d.l.Venditor.nu.13.Rebuff.in loco allegato.nu.5.Didac. Couar.Pract.quæst.c.8. nu.3. Gaspar Caballin. de euict.§.3.nu.118.& seq. Borgninus Caualc. in decis.Fiuizan.8. nu.14. pat.1. Vinc. Maxilla in consuetud. Bari. §.Authore laudato. nu.13. in tit.de dilat. & dum ista transcribuntur.Ioā. Petr.Surdus in cons.221.nu.20.vol.2.& absque dubio hæc est communis opinio.

Contrariam partē tenuerunt Paul. de Castr. in d.l. Venditor. ex Specul.in tit.in d.titul. De primo,& secund. Decret.§.Restat.vers.Quid si Dominus. Angel. sibi contrarius in d.l.Venditor. Thom. Gram. in decis. Neapol.21. vbi dicit ità seruare sacrum Concilium. ex mente etiam Capic. in dicta Decis.197. & ità concludit ipse Gramat. referens Nicol. Boer.in d.decis.69. in finalibus verbis. Et tamen Boer. ibi non loquitur in præmisso casu pro quo illum refert, adducendo eius verba, sed ibi loquitur de casu, quando clericus succedit laico, de quo diximus in casu præcedenti. Hanc tamen eandem opinionem tenuit Ioan. de. Arnon. in singul.69. Masuer. in tit. de Dilation. num.19. Petr. Foller. ad Marant. in loco relato. Marc. Anton.Natta in consil.324.vol.2.mouentur omnes authoritate Gloss. in d.c. Clericum nullus. 11.q.1. In hac varietate, licet prima opinio sit communior, & magis approbata,tñ pro anima
271 † hæc est tutior vti fauorabilis ordini clericali. Ex quo primæ opinionis Doctores, poriori fundamento regulantur, ꝙ clericus author laudatus non veniat, nisi ad præstandā simplicem defensionem, vt in specie ex mente Ioannis Ant.de Monte Sperello præceptoris voluerunt Corn.in d.cons.79.& Soc. in d. consil.91. vnde faciliter ibi iudicium suscipere debeat; Cum tamen contrarium sit in Regno per Re-
272 giam Pragmat.† Dubitationem.Qua cauetur, authorem laudatum condemnari eadem sententia, & contra eum exequi. Quod & voluit Rob.Marant.in loco allegato. nu.8. ex quibus si clericus author vocatus,coram seculari iudicium susciperet,non diceretur absolutè defensor,vt ipsi dicunt,sed posset condēnari, & contra eum exequi, ac manus iniici in eius bonis, quod ab Ecclesiasticis non permitteretur, & certè non sine euidenti ratione.

Trigesimus octauus casus erit, in reconuentione; quia si clericus contra laicum iudicium merè ciuile instituit coram laico Iudice,coram
273 eodem iudice † reconuenitur, præsertim in hoc Regno Neapolitano. vt in Ritu Magnæ
274 † Curiæ Vicariæ.67. Incip. Item quòd si clericus,& voluit Matth.de Afflict.in decis.Neap. 173.vbi asseruit,ità Decisum fuisse in Regio Cōcilio. quem refert, & sequitur Rob. Marant.in Specul. Aut. par.4. dist.6. nu.35. in Antiquis. & nu.53. in nouissimis Cæsar Visill.ad Afflict. vbi supra. Propter Carauit. in dicto Ritu.67. nu.2. cum pluribus seq.Qui meminerunt, hanc controuersiam communi iure ancipitem esse. Tamen supra dictam communem fatetur Ioan.

Ba-

Baptista Villalob. opinion. commun. §. Clericus. nu. 72. ex Curtio Iunior. in l. 2. nu. 88. ff. de Iurisd. omn. iud. & nouissimè Petr. Cenedo in Collect. iuris Canonici. 37. nu. 6. pat. 1. Casus tamen iste potest declarari, & limitari pluribus modis. vt per Maran. & Carauit. in locis allegatis. Et vltra eos, ego supradictam opinionem declaro procedere, solum quoad causæ co
275 gnitionem, & † condemnationem: non tamē Iudex laicus posset illum de persona astringere ex causa iam dicta, sed iudex Ecclesiasticus id exequetur. vt originaliter voluit Archid. in cap. 1. de cleric. coniug. in 6. Lapus in alleg. 118. Quæritur non læuiter sub num. 4. Marian. Soc. sen. in c. 1. nu. 31. de Mutuis pet. & in cap. Proposuisti. nu. 55. de for. comp. Fel. in ca. At si cleric. nu. 24. de Iudic. vbi posuit hanc limitationem. & omnes alias positas à Maranta, & Carauita. quos sequutus est Quintilian. Mandos. ad Lapum in d. alleg. 118. Vrsill. ad Afflict. in d. decis. 173. & Ioacchim. Mynsinger. obseruat. 67. versic. primus casus. Centur. 2.

Trigesimusnonus casus erit, in clerico, vel Religioso, qui patrato delicto, clericatū suscepit, vel religionem ingressus fuerit: censetur enim ad euitandam iudicis laici pęnā statuen-
276 dam, id fecisse; contra quem † ab eodē Magistratu proceditur, arg. l. Hos accusare. in princip ff. de accus. l. Si maritus. §. legis Iuliæ. vers. Cæterum si quis. ff. de adult. l. fin. ff. de re milit. & hoc voluit Oldrad. in cons. 4. in fin. Petr. de Anch. in d. c. Ea quæ. nu. 19. de reg. iur. in 6. Bartol. in l. Cum quædā puella. vbi Ias. nu. 10. ff. de iurisdict. omn. iud. Io. Andr. & Panor. in ca. 1. de oblig. ad ratiat. Io. de Imol. in cōs. 118. Petr. Gerard. in singul. 51. & alij plures, quos allegat Mars. in sing. 534. Attende ad vnū. Steph. Aufr. de Potest. secul. regul. 1. fall. 11. Petr. Duen. reg. 100. limit. 18. vers. Ex quo cōfirmatur. Ægidius Bossius in tit. de Pœnis. num. 38. Didac. Couar. pract. quæst. c 32. sub nu. 4. Lancellott. Conrad. de offic. prætor. in caus. crim. tit. de Inquis. nu. 7. versic. Vndecimò. alios inducens Petr. Plaza in Epith delict. c. 35. per totum. Francisc. Viu. opin. 38. lib. 1. Barthol. de Cassen. in consuetud. Burgund. rub. 1. § 5. in verb. S'il n'à grace. nu. 109 Iul. Clar. in pract. crim. q. 36. num. 44. & ità fuit prouisum per Arrestum Capellæ Tholos. q. 144. Emanuel Suarez receptar. sentent. § Clericus. nu. 122. faciunt notata à Præsidente de Franch. in decis. Neap. 219. & in decis. 417 Hippolyt. Bonacoss. in com. opin. crim. § Clericus. par. 1. & nouissimè Petr. Cenedo Collectan. iuris Canonici. 37. num. 13. pat. 1. Declarant nonnulli ipsorum, iudicem secularem in casu præ-
277 fato † procedere posse, quoad bona, secus verò quò ad personam. Declaratur etiam procedere supradictam conclusionem, dummodo in
278 fraudem post delictum assumpserit † clericatum. vt dicit Præsidens de Franchis. in decis. 209. nu. 1. 5. quam fraudem ego arguerem ex notatis in l. Post contractum. ff. de donat. & maximam fraudis præsumptionem censerem, si is assumpsisset tonsuram, aut aliquos minores ordines, in quibus aliquamdiù perseuerasset, nō progrediendo ad maiores ordines. Declarant
279 etiam non procedere quoties, quis † ex voto clericales ordines post delictum assumpsisset, votum autem fuisset antea factum; quia tunc cognosceret Iudex Ecclesiasticus intelligendo. vt intelligit Couart. in d. c. 32. col. fin. quod vo-
280 tum antea factum † fuisset, stari iuramento illius voluit Viuius in d. comm. opin. 38. quod esset maximum inquisiti. priuilegium, & quotidie fieri posset hæc fraus: & ideo rectè ab hac opinione discedit Emanuel Suarez in d. §. Clericus. num. 223. quoad supradicta terigi remissiuè aliqua ad Bellug. in Specul. princ. Rub. 11. §. Videndum. in verb. Commissio. & nouissimè Francisc. Monaldus in cons. 133. per totū. vol. 1. Io. Bapt. Baiard. in pract. crim. q. 36. n. 42.

Hāc habitus susceptionem, de qua diximus ac etiam professione inde sequutam nullam, & inualidam declarauit Sixtus V. Pont. Max. in sua Constit. edita 13. Cal. Decemb. 1587. iudicibus secularibus facultatem concedens à proprijs Monasterijs extrahendi.

Quadragesimus casus est, quia Iudices Re-
281 gij, & seculares possunt pro graui delicto † clericum bannire. iuxta communes conclusiones traditas per Gulielm. Benedict. in d. verb. Et vxorem nomine Adelasiam. decis. 2. num. 161.
282 cum seq. Sed contrarium † tenuit post Albert. Gandin. Alberic. de Rosat. in 6. parte statutor. q. 29. Bald. in l. 2. nu. 7. vers. Item quære de ista quæstione. & vers. Modo iuxta hoc. ff. Si quis in ius voc. non ierit. ante eos Dyn. in cons. 53. Alexand. in consil. 77. col. 2. vol. 3. quem refert, & sequitur Iacob. Philipp. Portius in cons. 48. nume. 12. 13. & communiter sic omnes tenent.

Quadragesimus primus casus est, in clerico habente Domum minantem ruinam, ac egentē reparatione, à seculari enim iudice, ac potesta-
283 te † reparare cogitur. vt censuit Guliel. Benedict. in Rep. cap. Raynutius. in verb. Domum nu. 17. Sic etiam clerici domos habentes vicinas vijs egentibus refectione, & accommodatione, quia pro eorum portione à seculari Iudice coguntur, ne vrbis aspectus dehonore-
284 tur, ac † deformetur. argum. eorum, quæ scribit Specul. in tit. de Satisdat. §. fin. circa medium. & voluit Barthol. Cæpoll. de seruit. rusticor. pred. tit. de seruit. viæ. q. 25. in princip. & de seruit. Vrban. præd. c. De refection. q. 13. dixi supra cap. 7. & 63. vbi egi, quando clerici teneantur ad refectionem viarum, & Pontiū?

Quadragesimus secundus casus est, quia secularis Iudex inueniens clericum aliquem in flagranti crimine, illum capit, vt asportet ad

Ec-

285 Ecclesiasticum † Iudicē. vt concludit Lap.in Alleg.126. Angel. de Aret. in tract. Malefic. in Verb. Fama publica. nu.65. Paris de Puteo de Syndic. in verbo. Clericus. nu.4.6. Felyn. in c. Si vero. II 1. num.2.4. de sentent. excōmun. & in c. Cum non ab homine.nu.3.de Iudic.Diaz. in Pract. crim. canon. cap.114. Ægid. Boss. in tit. De Captura. nu.3. Benedict. Vadus in Repertor. Felyn. in verb. Clericus. nu.2. Lancelott. Conrad. de offic. præt. in caus. crim. tit. de Captura.nu.5.11.Hyppol.Bonacoss.in Commun. opin. crim.par.1.in verb.Clericus.Quod declaro non procedere si reperiretur in flagrā

286 ti crimine † alicuius delicti, propter quod amitteretur Priuilegium clericale.

Quadragesimustertius erit casus, quia Iudex secularis inhibet Iudici Ecclesiastico, ne

287 † turbet eum in sua iurisdictione, sicut è contra Ecclesiasticus laico. arg. l.Cōsulta Diualia. C.de Testa. multis comprobat Gulielm. Benedict. in c. Raynutius.in verb. Si absq; liberis.il 2.in substitutione fideicommissaria.nu.49.parte 2. Quod ego non admitterem, cum non ha-

288 beāt fundatam † superioritatem Iudices Regij in Ecclesiasticos, ergo quomodo secularis Ecclesiastico inhibebit? cum inhibitio sit prohibitio,vel inter dictio à maiorem potestatem

289 † habente, iudici, vel parti, vel vtriq; facta. vt dicit Quintil. Mandos. de inhibit.q.1.in fin.

290 Quomodo autem fiat † per Ecclesiasticum seculari, scribit idem Mandos.q.10.Vnde Concilium supremum collaterale Regis nostri, dū

291 Ecclesiasticæ personæ procedunt † in aliquo casu ad laicum iudicem spectante, facit literas Regias hortatorias modestissimas, & reuerentia plenas,quæ registrantur in Cancellaria Regia, quibus Prælatos hortatur, vt in casu tali non procedant,cum spectet ad iurisdictionem Regiam,& secularē;quia ipsi ordinabunt quòd ministri Regij summariè procedant, & de iure prouideant.Hic addenda essent,quæ tradit Couarr.c.35. Practicar. quæstionum.

Quadragesimoquartò, vt omittamus pro nunc clericos, cognoscit in Regno Iudex Regius,ac omnes laici, de periurio, (non de iuramento, an licitum sit, quia hoc ad Ecclesia-

292 sticum iudicem pertinet,) sed an † agens, vel excipiens sit periurus. c. Cum sit generale, de for. compet.vbi Anton.de Butrio,& alij.c. fin. vbi Geminian. & cæteri. eo. tit. in 6. Abb. Panor. in c.Ex literis.de Sponsal.Hæc inducit Riminald. Senior in consil.200.nu.1.vol.1.Iudex enim laicus competens est, & cognoscit,ad co

293 gendum quem ad obseruantiam † iuramenti. c. Licet.de iureiur.in 6.& sic per nullitatis modum cognoscit, vtpura si appositum est super contractu simulato: ista enim cognitio ad lai-

294 cum iudicem † pertinet. l. Emptione.C. Plus Valer. quod agit.l.fin.C.de non numer.pecun. Bald. in l. 1. nu.3. & in l.Nec patronus.nu.6.C. de oper. libert. vbi dicit, nescire, quomodo Canonistæ hoc reuocent ad suum Imperium. Io. Andr. in d.c. Licet.vers. Multum facit. Ludouic. Roman. in Singul.420. Incip. Ego coram magnis Dominis. vbi dicit, ipsum dixisse, quòd Dominus rector erat Iudex compețēs in declarando Capitaneum Ciuitatis periurum. & iterum idem Roman. in sing.421.Incip. Canonistæ. inquit, quòd Iudex secularis potest

295 punire periurum † pœna Iuris ciuilis, quia iuramentum non est fori mutatiuum, sed accumulatiuum. Vnde idem Roman. in consil.512. nu.11.dicit,quòd crimen Periurij nōn est adeo merè Ecclesiasticum, quominus Iudex secula-

296 ris possit de illo cognoscere, etiam † per viā iurisdictionis punitiuæ. vt voluit Guid. Pap.in decis. Gratianop. 178.nu.1.latè tractauit Petr. Belluga in Specul. Princip. Rub.22.§. Quædā. vbi ego multa dixi.in verb. Forus. quæ sequitur Petr.Cenedo in Collectan.iuris Canonic.2. nu.2.par.3.& sunt videnda,quæ scripsi de com promiss.§.2. gloss.1. nu.378. cum pluribus seq.

Quadragesimoquintò Iudex laicus cognoscit,an obreptis, vel subreptis præcibus absolutio à iuramento impetrata fuerit, aut alteri

297 nullitati † subiaceat. vt traditum est à Petr. de Anchar. in consil.382. retento ordine in 4. dubio. Bartho. Socin. in consil.83.nu.16. vol. 4. Barthol. Cœpol. in Cautel. 101. In multis. Aym. Crauett. in consil.7. nu.11.Hippolyt.de Marsil. in singul.367. Nemo.Matth. de Afflict. in decis. Neapol.220. num.9.in 4. dubio. Rob. Marant. in Specul. Aur. par.4. dist.11.num.41. Ioacchim. Mynsinger. obseruat.67. versic. Septimò.Cent.2. Cardin.Parisius in cons. 96. nu. 94. vol.1. Syluester Aldobrandin.in cons.8.nu. 57.vol.1. Posset enim tractari, an remissio, vel iuramenti relaxatio, aut absolutio fuisset facta per partem, ac remissa: quo casu secularis iudex vigore illius posset cognoscere: quoties enim iuramentum præstitum est ad fauorem alicuius, potest à parte, cuius fauore iuratum

298 est, remitti ipsi iuranti, † non ipsum directè iuramentum, sed illa promissio iuramento vestita: puta promisit Caio Titius tali die dare centum. dando ei maiorem dilationem; Remissum, & relaxatum est iuramentum, vnde non incidit iurans in periurium.vt voluit Abb. Panor. in c.2. notab.3. de sponsalib. quem sequitur Ioan.de Arnon.in comment.43.Promissi. Hippolyt. Bonacoss. in quæst.crimin. §.Periurium. plura similia adducit Felyn. in d. cap. Præterea.nu.32.33.de spōsal.Ijs concinit,quod scribit D. Tho. de Aquin. in secunda secundæ. q.89. articul.9.quem corruptè allegauit Felyn. vbi supra.nu.31. in fin. Is enim D.Thom.vbi supra dicit hæc verba. Homo potest promittere

299 aliquid sub iuramento † dupliciter. Vno modo quando promittit aliquid pertinens ad vtilitatem ipsius, puta sub iuramento promittat,

si

se seruiturum ei, vel pecuniam daturum, & à tali promissione potest absoluere ille, cui promissio facta est. Intelligitur enim iam ei soluisse promissum, quando facit de eo secundum eius vtilitatem. Alio modo promittit aliquis alteri, quod pertinet ad honorem Dei, vel vtilitatem aliorum: puta si aliquis sub iuramento promittat alicui se intraturum religionem, vel aliquod opus pietatis facturum: Et tunc ille, cui promittitur, non potest absoluere promittentem, quia promissio non est facta ei principaliter, sed Deo; nisi fortè sit interposita conditio, ratione cuius possit, scilicet, si illi videbitur, cui promittitur, vel aliquid aliud tale. Hæc Diuus Thomas. Periuria autem, quæ ex cõtractu proueniunt, (quemadmodum maiori ex parte tractatur apud temporales iudices) cri-
300 minaliter non puniuntur, nisi quis † circumueniatur. vt post Bart. in l. De periurio. ff. De crimin. Stellion. & Bald. in l. 2. C. de reb. credit. voluit M. Anton. Natta in consil. 598. num. 14. vol. 3. Et omittendo pœnas contrauenientium iuramento à iure communi statutas, In hoc Regno Neapolitano, erat pœna mutilationis, seu truncationis manus, statuta per dispo-
301 sitionem Const. Regni. † Cum iuxta prouidũ
302 & Const. Eos, qui scienter. † & dicit Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ. 171. iuxta tamen declarationem, quam refert Fab. Monteleo in Practic. Arbitral. par. 4. nu. 23. quem refert, & sequitur Ioannes Baptista Baiardus in §. Periurium.
303 num. 8. Tamen illa pœna non est in vsu, † & accusato, ac liquidato instrumento, contra accusatum, & periurium exequitur personaliter, & realiter, tantummodo ad partis instantiã, & Fiscus pro pœna exigit ab accusato pœnam pecuniariam ad rationem decem pro centenario. vt scribit Matth. de Afflict. in Const. Statuimus, vt magnæ. num. 14. & illam vnquam vsui fuisse scribit Petr. Foller. in Pract. Censua. in verb. Nicolaus. nu. 88. quem sequitur Carauit. in dicto Ritu. 171. nu. 2. & aliqua ad materiã scribit Bernard. Pand. de exequut. Instr. par. 4. declarat. 16. Et quæ loquuti sumus, procedũt in contractu, aut instrumento, iuramento vallato, quia quoad periuria, mendacia, & falsitates Principalium, ac testium in iudicio in hoc Regno alia iura, ac pœnæ proditæ sunt.

Quadragesimosextò, Iudices laici cognoscunt de clericatu, & coram ipso doceri debet, & probari sacro ordine illum esse insignitum;
304 cum † clericus quis minimè nascatur. capit. Præsbyteri. 68. distinct. ca. Legum. 2. quæst. 1. Io. Andr. in c. Scienti. de regul. iur. in 6. vbi dicit, minimè aliquem præsumi clericum. sequitur Luc. de Pen. in l. Quicunq; præsumpt. 62. C. de Apoch. pub. lib. 10. & in l. Qui ex quæsturæ. Præsumpt. 25. C. De quæst. lib. 12. Albert. Brunus in consil. 38. num. 10. Nec enim sufficit, quòd quis se clericum profiteatur, nisi probet titulum clericatus. vt voluit Io. in d. c. Si iudex laicus. de sent. excom. arg. d. c. Legum. quẽ sequitur Lapus in d. c. Si iudex Laicus. vbi firmando eandem opinionem, dicit quòd pen-
305 dente † iudicio, an ille talis sit clericus, iudex interim laicus nihil innouabit. arg. c. Significante de appell. hinc est quòd si.

Sed contrarium tenent communiter Doctores, quod cognitio hæc clericatus ad Ecclesia-
306 sticum † iudicem pertineat, quorum antesignanus est Innocent. in d. c. Vt famæ. col. 1. de sent. excomunic. dicens probationem, an quis sit clericus, faciendã esse, corã iudice Ecclesiastico, seu ordinario ipsius clerici, seu ordinario ipsius iudicis laici, qui eum ceperit: arg. c. Tuam. de ordin. cognit. & quòd interim iudex
307 laicus retinebit † penes se carceratum: Sed nihil innouabit. quem sequitur Lapus in d. ca. Si iudex laicus. & Ioan. de Vanquel. concl. vlt. Matth. de Afflict. in Const. Regni. Apostatãtes. sub num. 19. antè eum Marian. Soc. sen. in cons. 122. col. 2. versic. Tertiò dicitur. volu. 1. Raph. Fulgos. in consil. 124. in primo dubio. quos sequitur Ripa in c. Decernimus. sub nu. 4. de iudic. Didac. Couar. Pract. quæst. cap. 33. nu. 1. Iul. Clar. in Pract. crim. q. 36. num. 22. M. Ant. Natta in consil. 553. nu. 11. vol. 3. In hoc tamen Regno
308 Neapolitano, magna Curia dat dilationẽ † super petita remissione, & summariè recipit scripturas de clericatu, & ordinibus, & examinat testes, & interim clericum in suis fortijs retinet: quo cognito, & reperto, remittit ad suum
309 Ecclesiasticũ iudicem, cũ ista cognitio † clericatus fiat tantummodo ad ipsius Iudicis instrumentum. vt dicit post alios Præsidens de Franchis in decis. Neap. 329. nu. 9. Hoc dictum ego corroboro, per ea, quæ dicit Archidiacon. in c. Frequens. 60. distinct. vbi licet de his qualitatibus cognoscendum sit per Iudicem Ecclesiasticum, fatendum tñ est, ꝙ Iudex secularis,
310 summariè se † informat, & cognoscit ad finẽ remittendi, si constat de qualitatibus. Sequitur Anton. de Butrio in d. c. Tuã. de ordin. cognit. quos refert, & sequitur Petr. Belluga in Specul. Principum. Rub. 11. § Videamus. sub nu. 5. Cognitionem habitus, & vestium, an sit clericalis,
311 vel laicalis, spectare ad † laicum iudicem, voluerunt. Socin. Senior. in d. consil. 122 Fulgos. in d. consil. 124. Dominic. in c. 1. de cleric. coniug. in 6. Ripa vbi supra. Guid. Pap. in decis. 138. num. 3. Hyppolyt. Bonacoss. in commun. opin. crimin §. Clericus par. 1. super quo vidẽdi sunt Domini de Rota in nouis. decis. 202. Qualiter autem docendi, & probandi sunt or-
312 dines, illorumq; † collatio, an sufficiant bullæ assertiuæ Pontificis sui, siue Episcopi, & an per testes, & quot requirantur? videndi sunt Panorm. & Fely. in c. Nonnulli. §. Sunt, & alij. de rescript. Idem Felyn. in c. Cum causam. & in c. Albericus. de Testib. Gemmian. in cons. 91. Ferrett.

rett. in consil. 397.nu.19.& nouissimè alios al-
legans Io. Baptista Baiard. in Pract. Crim. q.
56. nu.22.23. Ex hoc cap. descendit etiã quòd
si coram Iudice laico exhibētur bullæ falsæ, po
test idem Iudex cognoscere de illarum falsita-
te; quod sumitur ex verbis ritus ibi ; cum pu-
blicis documentis, & ita in praxi seruan. &c.
Quadragesimusseptimus casus est, in bonis
hæreticorum seculariũ, siue laicorum : licet.n.
Hæretici criminis cognitio ad Ecclesiastici iu-
dicis cognitionem pertineat, ità quòd in eo lai
313 cus iudex † se intromittere nequit. vt latissi-
mè comprobaui ad Bellugam in Specul. Prin-
cip. Rub.11.§. Viso. in verb. Ecclesiasticus. Ta-
314 men traduntur Curiæ seculari † puniendi.
vt dixi supra hoc eodem capite. casu 16. in pri-
ma specie Apostasiæ. Ijs nunc addo, quòd bo-
na hæreticorum subditorum laicorum, laico
315 Principi debeantur. † Auct. Gazaros. C. de
Hæretic.& Manich.& propter iurium, quę hinc
inde allegantur, obscuritatem, licet nimium se
inuoluãt Doctores; Tamen hęc sententia, quòd
bona laicorum hæreticorum applicentur Do-
mino, ac Principi temporali delinquentis; pro-
316 batur† aperrissimè in c. Cum secundum. §. Cõ
fiscationis. de Hæretic. in 6. vbi hoc tenent
Ioan. Andr. Petr. de Anchara. Geminian. Phi-
lipp. Franc. & cæteri. Matthæ. de Afflict. in
constit. Regni. In consutilem. sub numero 29.
ante eum idem Anch. in cons. 15. Spiritualis iu
dex. Hostiens. in summa. tit. de Hæret. §. Qua
pœna. col. 2. vers. Curiæ secularis. Ludouic. Car
rerius de Hæret. nu.61. Aluarot. in c.1.§. Gaza-
ros. nu.1.& §. Statuimus. el 2. nu. 3. de statut. &
consuetud. contra lib. Eccles. Ioan. Igneus. in
l. Necessarios. §. Non alias. nu.42. ff. Ad Syllan.
Alphons. Aluarez in Specul. Rom. Pontif. cap.
53. nu.13. Ang. de Clauas. Rosell. Tabien. in §.
Hæreticus. Syluest. Prierius in §. Hæresis. 2. nu.
8. Roland. à Valle in consil. 8. nu. 9. vol. 3. quem
sequitur Francisc. Bursat. in cousil. 43. nu. 36.
vol. 1. qui plures allegat. Marc. Anton. Peregr.
de iure fisci. lib. 4. tit. 5. nu. 29. 30. Anton. Scapp.
de iure non scripto. lib. 5. cap. 133. nu. 5. & seq.
Iul. Clar. in §. Hæresis. nu. 12. Alphons. de Ca-
stro de iusta Hæret. punit. lib. 2. c. 5. & 6. Ægid.
Boss. in tit. de bonor. public. num. 62. & post
Aym. Crauett. in consil. 128. voluit Iacob. Si-
mancas in Praxi Hæreseos. tit. 57. num. 8. Petr.
Follér. post Pract. Crim. in Fragment. tit. de
Hæret. & Pataren. nu. 10. Sic Regem nostrum
Catholicum in Regnis Hispaniæ obseruare;
317 † scribit Didac. Couar. variar. resol. lib. 2. cap.
9. numero 12. non solum laicorum hæretico-
rum, sed clericorum bona mobilia, & immobi-
lia confiscari per Fiscum Regium, retulit. Iul.
Clar. in d. §. Hæresis. nu. 12. Anton. Scapp. in
318 d. cap. 133. nu. 6. Et rectè Fisco † Regio in Hi-
spania applicari scribit Repertorium Inquisi-
tor. in verb. Diuisio. comprobans subsequitur
Francisc. Pegna. ad Eymericum in Director. In-
quisitor. parte 3. Commentar. 158. colum. 13.
versicul. Hinc consequitur dicens. Quoniam
319 Rex † noster Catholicus non modo curam ha
bet constituendi Prætorium, siue sapientissi-
mum Senatum, qui in Regia Curia omnes cau-
sas totius Hispaniæ ad huius criminis punitio-
nem pertinentes tractat, cui præest vnus ex ma
gnis Hispaniæ Præsulibus; verum etiam inqui-
sitoribus Hæreticæ prauitatis, quos præsul il-
le authoritate Pontificia constituit, ac mittit
per totam Hispaniam ad extirpandam hæreti-
cæ prauitatis labem, abundè subministrat ex-
pensas, & quęcunq; necessaria: quę si cæteri Do
mini temporales abundè, & sufficienter Inqui
sitoribus, & eorum ministris præstarent, iu-
stum quidem esset, vt de bonis confiscatis par-
ticiparent. Hæc Pegna. de quo in eadem cau-
sa inquit Iacob. Simãcas in Praxi Hęreseos. tit.
320 21. num. 6. Valdoliti † coram omni Hispania
Dominus meus Rex Philippus, retecto capite,
magna cũ Religione, ac reuerẽtia in manibus
Ferdinandi Valdesij Archiepiscopi Hispalen-
sis, Generalis Inquisitoris Hispaniæ, iurauit, se
non permissurum Hæreticos in suis Regnis vi-
uere, atq; fauorem ad eorum punitionem præ-
staturum, secundum formulam, quam ego pau-
lò ante confeceram. Hæc Simancas. Et hoc es-
321 se peculiare Regis Catholici in Hispania † se
quitur Iul. Clar. vbi supra. & Scap. in d. cap.
133. Idem etiam cauetur antiquis iuribus hu-
322 ius Regni † Neapolitani per Const. Inconsu-
323 tilem. Const. Patarenorum. † vbi Andr. de
Iser. Affl. Lallus, & Foller. Sic etiam seruari in
Ducatu Mediolani scribit Iul. Clar. in d. §. Hæ-
resis. nu. 12. vbi dicit Procuratorem Regij Fi-
sci confiscare omnia bona Hæreticorum præ-
324 fatorum laicorum, & illis à Fisco Regio † di-
uenditis, fiunt æquæ portiones Fisco Regio, &
Episcopo, ac Inquisitori. Nam idem Rex in eo-
dem statu magnam curam, & industriam super
hoc negotio exerceat. vt testatur Lãcelott. Cõ-
rad. de offic. Prætor. in caus. crim. §. 3. c. 3. tit.
325 de Hæret. nu. 23. in fin. Quid autem † serue-
tur apud Serenissimũ Venetorum Dominium.
scribit idem Peregr. vbi supra. num. 31. quoad
Principem secularem in Ducatu Sabaudiæ da-
326 ri portionem † bonorum confiscatorum In-
quisitori, & alia bona Ducali Fisco applicari,
dicit Martin. Laudens. in consil. 58. in. princ.
& num. 12. crim. diuers. vol. 1. Et in Ducatu
327 † Ferrariæ loquitur Iacob. de Zocch. in cons.
81. volum. eod. sequitur Anto. Rosell. in consil.
82. Francisc. de Porcellinis in consil. 83. & Fran
cisc. Aluarot. in consil. 84. eo. vol. Qui consul-
328 uerunt in eadem causa, & materia. In † Du-
catu Mantuæ, & eius Fisco similiter loquitur
Francisc. Bursat. in d. consil. 43. vol. 1. & de
329 Marchionatu † Montisferrati, idem voluit
Roland. à Valle in consil. 8. vol. 3.

Pri-

Primò declara secus esse si clericus esset
330 Hæreticus; quia eius bona cōfiscāda sunt † ab Ecclesiæ fisco. vt post Prierium in Verb. Hæresis. 1. col. 6. dixi ad Bellugam in Specul. Princip. Rub. 11. §. Viso, in Apostill. in Verb. Ad Principem. in fin. quos sequitur Petr. Cenedo. in collectan. Iuris Canonici 15. num. 6. par. 2. qui alios plures cumulat.

Secundò declara, quod & si bona, com-
331 misso crimine Hæresis dicantur † confiscari cap. Cum secundum. de Hæret. in 6. l. fin. C. Ad leg. Iul. maiestat. Tamen intelliguntur, facta prius declaratione per Iudicem Ecclesiasticum, & præcedente sententia; & tunc exe-
332 quutiones fiunt ab eiusdem Principis † Magistratibus. c. Vergentis. de Hæretic. DD. in d. c. Cum secundum. Crauetta d. consil. 128. & Boss. in tit. de Bonor. public. num. 62. & dicunt expresim Iacob. de Zocchis in d. consil. 81. nu. 6. & seq. Francisc. Aluarot. in d. consil. 84. num. 1. alias declarationes dixi ad Bellugam in Specul. Princip. Rub. 11. §. Viso. in verb. Ecclesiasticus. Andr. Alciat. in c. 1. num. 74. de offic. ord. quod & voluit Bernardin. Corius Histor. lib. 2.

Quadragesimus octauus casus, quia licet sa-
333 crilegium sit crimen Ecclesiasticum. † c. Cum sit generale. & c. Conquestus de foro compet. in eo tamen etiam Iudex Laicus procedere
334 potest. Dicitur enim † mixti fori facinus. vt ex Azone, Panormitano, Barbatia, Philippo Franco, Afflicto, Bertrando, Francisco Marco, Follerio, Mantua, Fulgeonio, Rolando, Menochio, Grillando, & Claro dixi ad Bellugam, in Specul. Princip. Rub. 11. §. Videamus. lo 2. in verb. Sacrilegio. Ijs addo Corn. in cons. 175. num. 12. vol. 1. Ioan. Berber. in Viator. iuris Par. 1. tit. 17. de sacrilegijs. nu. 5. Lancelott. Conrad. de offic. præt. in caus. Crimin. tit. de sacrileg. sub nu. 9. Hippolyt. Bonacoss. in Com. opin. crim. §. Sacrilegium. par. 1. Anastas. Germon. de Sacror. Immunit. lib. 3. cap. 12. nu. 70. & hoc vidi in pluribus, ac diuersis casibus in Regno, & in Magna Curia Vicariæ.

Quadragesimusnonus casus erit, in crimine vsurarum, quia quamquam censeatur crimen
335 † Ecclesiasticum, vt plenissimè probaui ad Bellugam in Specul. Princip. Rub. 11. §. Iam de Vsurarijs. in verb. Mixti fori. & plenius de Compromiss. §. 2. gloss. 1. numero 100. cum pluribus seqq. Tamen esse delictū mixti fori,
336 † censuit Belluga in loco allegato. num. 9. ante ipsum Iacob. Butrigar. in l. Improbum. C. Ex quib. caus. infam. irrog. qui tenuit Iudicem sæcularem in eo posse procedere. Andr. Alciat. in cap. 1. nume. 78. de offic. ordin. qui allegat idem tenuisse Ioan. Monach. Archidiac. Ioan. Andr. & Gemin. in c. 1. de vsur. in 6. vbi dicunt, quòd Vsurarij per Episcopū
337 puniri poterunt; & puniti, † poterunt puniri à Iudice seculari pro excessu pœnæ. Ioan. Baptist. Caccialup. in l. Cunctos populos. in princip. num. 61. C. De summa Trinitat. & fide Cathol. Corn. in consil. 19. vol. 3. M. Ant. Natta in consil. 369. nu. 6. 8. vol. 2. Andr. Alciat. in d. c. 1. nu. 80. de offic. ordin. Paul. de Castro in consil. 109. vol. 2. Declaranda tamen est hęc opi
338 nio quinq; † modis, quos retuli de Compromiss. §. 2. gloss. 1. nu. 82. & 100. cū pluribus seqq. quos sequitur Claudius Bertazzol. ad Barthol. Bertazzol. in consil. crimin. 2. vol. 1. vbi sequitur dicta, quæ antea nos diximus. Et in Regno
339 † Neapolitano habemus Const. Regni. † Vsurariorum. & Pragmaticam Caroli Cæsaris,
340 eiusdem † Principij, quæ pro secularibus iudicibus ista disponunt. ad quæ videas etiam Octau. Cacheran. in decis. Pedemontan. 137. nu. 11. Ioan. Baptist. Lup. de Vsur. in c. Quamquam. Commentar. 4. §. 4. nu. 66. vbi tenuit, Cognitionem huius criminis quoad clericos ad Ecclesiasticum, quoad Laicos ad Laicum pertinere. post Calder. inter consil. Anch. in consil. 236. Andr. Barbat. in d. c. Cum sit generale. nu. 173. & Couar. Var. Resolut. lib. 3. cap. 3. num. 1. ac alios ab eo relatos. Quoad Crimen
341 vsurarum, an parte desistente possit, † procedi? quod non ex pluribus scripsi in cons. 12. Centur. 1. sed quoad supranotatum antea casum vide Anton. de Gamma in decis. Lusitan. 194. num. 1.

Quinquagesimus casus ille se offert, quòd Debitor laicus in Ecclesia capi potest per Iu-
342 dicem † Laicum. vt dicit Ias. in l. Vinum. nu. 5. ff. Si cert. petat. quod dicit procedere in debitore suspecto de fuga, & quòd hoc dicere, non esset ponere os in cœlum. Quia tamen hæc controuersia plures habet contradi-
343 ctores, qui tenent † extrahi posse, & alij contrarium, & quid in debitore tributorum? habetur in l. Nemo. C. de exactorib. trib. lib. 10. plenè tamen tractauit hanc quæstionem Oldrad. in consil. 54. qui tenuit licere iudici seculari, maximè existente statuto, quòd debitor posit capi de persona, vt habemus in Regno in obligatis ad formā Ritus, & apud acta. & plures refert ibi Raynald. Corsus in apostill. in verb. Inde extrahi. ac Barthol. de Cassen. in consuet. Burgund. rub. 1. §. 5. in s'il n'hà grace. nu. 115. & seq. Remig. de Gonny de immun. Eccl. fall. 27. Sed vt video in hoc regno non obseruatur, quia laici debitores ad Ecclesias confugientes à laicis Iudicibus non amouentur.

Quinquagesimusprimus casus erit, in cleri-
344 co exercente officiū ac exercitium † Aduocationis, & Patrocinij corā iudice seculari: quia si in illo, deliquit, ab ipso punitur, vt post multos ab eo allegatos, scribit Petr. Cenedo in Collectaneo iuris Canonici. 39. nu. 4. par. 2. De hoc tamē casu, ego dubito, sicut dixi supra in teste.

Quin-

Quinquagesimussecundus casus erit, dum Iudex laicus aliquem cœperit, quo capto ille
345 aufugit in Ecclesiam; quia † indè ab eodem iudice laico extrahi poterit. Archidiac. in c. Sicut Antiquitus.17.q.4.quem refert,ac sequitur Oldrad. in consil.54. in fin. Principiũ enim
346 capturæ † attenditur, quod licitum fuit. vt dicit Hyppol. de Marsil.de raptu Virginũ. nu.111. & in Pract. Criminal.§. Vlterius. nu.4. 6. Alexand. in consil.24. vol.2. Nicol. Boer.in decis. Burdegal.110. sub nu.8. Barth. de Cassæn. in d.verb. S'il n'hà grace.nu.114.cum pluribus seq. Plenè idem Remigius de Gonny de immuni. Eccles. fall.30.Io. Maria Monticell.in Pract. Criminal. Regul.12. num.19. vbi plures ponit limitationes quibus quis non gaudet immunitate Ecclesiarum.

Quinquagesimustertius, in clerico,qui venderet frumentum, vinum, & oleum, aliaq; si-
347 milia,cum falsis ponderibus, & † mensuris; quia à laico Iudice punietur. vt post Cassæn. vbi supra. num.90. voluit Petr.Cenedo in collectan. iuris Canonici.37. nu.18. par.1. quod non transit absq; dubio,& idcirco non est simpliciter admittendum.

Quinquagesimusquartus casus est, in causa Decimarum; quia illius cognitio in Regnis Hispanicis ad Regios magistratus pertinet, in
348 † cognitione quarum est legitimus,seu quasi ac Pacificus possessor Rex Catholicus.vt scribit Petr. Belluga in Specul.Princip. Rub.13. §. Restat. sub nu.12.in fin. & dicit per Regem Iacobum fuisse decisum, quòd à secularibus iudicibus Decimarum causæ cognoscantur, qui Rex fuit in anno 1213. Maximè quia cum Rex
349 noster potiatur† inuestitura Decimarum spiritualium,facta per Vrbanum II.Summum Pontif. Apostilla vltima.& supra c.59. licet quoad hoc contrarium tenuerit Anastas. Germonius de sacror. Immunitatib. lib.3.cap.19. num.85. cum pluribus seq.Et in eadem possessione sunt Regij Magistratus in hoc Regno Neapolita-
350 no, vt plenius retuli † ad Bellugã in d. Rub. 13.§. Restat.in verb. Princeps est in possessione.vbi memini decisionis in facto pro Episcopo Bisatiensi, & Sãcti Angeli; de qua causa latè scripsi in consil. 30. Centur.1. & plura quæ ad hanc rem pertinent scripsi de Compromiss. §.2. gloss.1.nu.314. cum multis seq. Illa tamen decisio Regis Iacobi, non potuit officere clericis, cum non essent sui subditi.

Quinquagesimusquintus casus erit in clericis exercẽtibus venationem,aut piscationem prohibitam; quia si reperientur id facere à Iudice seculari, vel à ministris laicæ iurisdi-
351 ctionis priuari † poterunt, Canibus, auibus, alijsuè instrumentis Piscationis,Venationis, & Aucupij.vt ex Ignario Salzedo ad Bernard. Diaz in Pract. Crim. canonic. c.67. tradidit Petr. Cenedo in Collectaneo iuris canonici.37.n.19.par.1.Sed de hoc dicam latius de Magistratuũ Edictis.lib.3.c...

Quinquagesimussextus casus est, in tenente Prælato, vel Sacerdote officium, aut magistratum à Rege, aut alio principe laico; quia
352 † si is grauat appellatur ad Regem, ac Principem, à quo fuit constitutus, vel eius tribunal. vt dicit Paris de Puteo de Syndicat. in verb. Clericus.nu.1.

Quinquasimusseptimus casus est, in actione honorarij, seu stipendij, ac Salarij, quod peterent Sacerdotes pro sacrificijs in funere factis; quia seculares, qui ad hoc tenerentur,
353 non coram † Ecclesiastico, sed coram laico iudice vocandi erunt. & sic per Senatum Parisiensem iudicatum fuisse refert Renat. Choppin. de sacra Politia Forens. lib. 2. tit. 2. nu. 1. nisi consuetudine aliud caueatur, vt ibidem dicitur.

Quinquagesimus octauus erit in actionibus
354 Realibus; pro ijs enim clerici coram † laicis iudicibus conueniuntur in Regnis Catholici Regis,& præsertim in Regno Nauarræ. vt post multos,quos allegat,voluit Petrus Cenedo in collectaneo iuris Canonici.37. num.14. par.1. de cuius veritate latè disputauit Didacus Couar. Practic.quæstionum.cap.31. vers. Qua ratione consuetudo Anglorum.

Quinquagesimusnonus casus erit,dum petitur per clericum, vel alium quempiam legatum pium; quia de eo cognoscit, & cognitio
355 spectat † ad laicum iudicem,& etiam ad Regium. vt concludit Andr. Tiraquell. de Priuileg. Piæ causæ.Priuileg.150.quem refert.& sequitur Renat. Choppin. de Doman. Franciæ. lib.2. tit.7. num.8. & de sacra Politia Forensi. lib.2. tit.5. nu.16.Sed idem Tiraquell.in Priuilegio.149. tenuit esse causam mixti fori, sic & Renatus vbi supra. Idcirco in Regno procedunt etiam officiales Ecclesiastici Reuerendæ Fabricæ Principis Apostolorum de Vrbe.

Sexagesimus casus erit in Actione sepulchri
356 violati; nam apud laicum iudicem † proponitur si agitur contra laicum. omnis enim violentia dicitur personalis iniuria.l. Itaq; Fullo, ff. de Furt. Cæsar Lambertin. de iure Patron. lib.3.q.9.artic.7.Sebastian. Medices de sepultur. par.1. q. 16.nu.46.quos retuli, & sequutus fui in consil.25. nu.65. centur.1. cum enim in
357 simili casu agatur † actione iniuriarum, vt concipit libellum Specul. in tit.de sepultur.nu. 14.& reus sit laicus,rei forus debet cognoscere. Quinimmo cum de iure canonico vlla pœ-
358 na sit statuta, nisi quòd gesta † irritantur. c. Fraternitatem.de sepult. sequitur pœnas criminales debere exequi, ac tractari coram Iudice laico,& temporali: quia sepulchrorũ vio-
359 latoribus † si armata manu fiat, capitis pœna imminet.l.3.§. Aduersus.ff.de Sepulchr. Violat. sed Io. Berber. in viatorio iuris. par.1.tit.

30.de

30. de sepulchr. violat. nu. 1. dicit hanc actionē
in desuetudinem abijsse. quem sequuti sunt Io-
doc. Damhouder. in Enchirid. crim. c. 109. & Iu
li. Clar. in pract. crim. q. 68. in fi. Sed ego dico, q
ad tempus ætatis meæ quater diuersas causas
violati sepulchri in facto habui, & illos defen-
360 di corā Iudicibus secularibus, † vna excepta
de qua in d. cōs. meo. 25. quæ fuit agitata à Pre-
sbitero actore, & nihilominus opposui excep-
tionē fori declinatoriā. Tanto plus, quia in Re
gno est, vltra alias pęnas, spolianti mortuū ca-
361 dauer pęna manus. vt in Cōstit. † Si quis ali-
quē occisum. q̄ est vltima omniū Constitut. Re
gni, cuius meminit nouissimè alios referēs Io.
Baptista Baiardus in pract. crim. q. 68. nu. 142.
Sexagesimus primus casus est, quia, etsi cō-
munis Canonistarū conclusio sit, q punitorum
cadauera tradi sepulturę Ecclesiasticę possunt,
362 præcedente tn̄ sacramētali omniū † peccato-
rū confessione. vt ex Consilio Magutinēsi ha-
betur. in c. Quæsitū. 13. q. 2. Hostiens. in Summa
de Sepultur. § Quibus inter dicitur. vers. Quid
de suspensis. Abb. Panor. in c. Ex parte. il 2. nu.
4. de sepultur. & in c. 2. nu. 3. de furt. & aliqui ēt
sufficere asserūt si, pęnitētię signa ostendissēt,
363 dum † patibulo, vel morti traderentur. arg.
c. A nobis. il 2. de sent. excō. & voluit Goffred.
de Trano in summa tit. de sepultur. Non tn̄ id
permissum est, si Rex, vel Princeps accipiendi
364 † cadauer licentiā prius nō dederit. l. 1. & fi.
ff. De Cadauer. punit. exigitur itaq; in ijs Ec-
clesiasticæ sepulturæ tradendis Principis laici
licentia, qd̄ Hostiens. & Abbas Panor. in locis
allegatis tradiderūt. ac materiā pręclarè exor-
nans Didac. Couar. variar. resolut. lib. 2. c. 1. nu.
11. vsq; in finē. post Ant. Gomez in lib. Delict.
tom. 3. c. 14. nu. 8. Barthol. de Cassen. in consue-
tud. Burgund. Rub. 2. §. 1. in verb. Il cōfisque les
biens. nu. 5. vsq; ad finē. Iul. Clar. in pract. crim.
q. 100. nu. 1. Cyrillus Fulgeon. in sūmul. crimin.
par. 3. tit. De exeq. rei iudic. § 3. nu. 1. 2. & alios
complures allegans nouissimè Cenedo in col-
lectaneo Iuris Canon. 4. nu. 1. 3. par. 1. Et licet
Imperatores dixerint: Obnoxios criminū di-
gno supplicio subiectos, sepulturæ tradi, non
vetamus. in. l. Obnoxios. C. de Relig. & sumpt.
365 fun. tn̄ subintelligitur licētia Principis † in-
terueniens. vt d. Cassen. vbi sup. Quā Princeps
de facili concedere debet. Ponunt exemplum
366 de Pilato, qui concessit † Corpus Iesu ad se-
peliendum. Matth. c. 27. Marci. c. 15. Lucę. c. 23.
& Io. c. 19. quod, & fecisse Augustū ipsum testi
ficare in eius vita lib. 10. scribit Vlpianus. in d.
367 l. 1. ff. de Cadau. punit. Non tn̄ † faciliter cō-
cedendū à Principe est in casu damnatorū Ma
iestatis Lęsæ. l. 1. ff. Vbi supra. Nec ēt in furibus,
& latronibus insignibus, & viarum grassatori-
368 bus: debent. n. permanere in publico, vt † cę-
teri illorum aspectu à similib. abstineant. Fa-
mosos (inquit Callistratus) latrones in ijs lo-
cis, vbi grassati sunt, furca figendos, cōpluribus
placuit. vt & cōspectu deterreantur alij ab ijs-
dem facinoribus, & solatio sit cognatis, & af-
finibus interemptorū, eodem loco pęna reddi-
ta, in quo latrones homicidia fecissent. l. Capi-
talium. §. Famosos. ff. De pęnis. cuius memi-
nerunt supra narrati, & etiā Io. Rogerius Tro
chæus, de offic. iud. in causis capital. titul. 4. in
verb. Latrones. Nec negauerim ijs ēt casibus si
Princeps noluerit, id facere illū posse. Nec est
capienda vis, q Principes teneantur exēplo Pi
lati. Nec audiendi sunt Doctores, Nā non cō-
siderarunt, qd̄ petitio Iosephi ab Arimathia,
369 † fuit pro cōdendo Iesu in suo sepulchro, ex
diuinis Mysterijs indè capiēdis, quia iā Iudæi
ob diem Festum petierant à Pilato, vt tolleren
300 tur corpora, ne starēt † in Cruce Sabbatho. vt
dicit Io. c. 19. Insuper Christus omnis erat faci-
noris innocens, non debet trahi sui Sanctissimi
corporis exēplum ad alios, cū non sit noua res
in facinoribus corpora insepulta remanere. Sic
371 cōminata est pęna Iezabeli, qd̄ nemo † sepel
372 liret eā. lib. 4. Regū. c. 9. & sepultura asini † se-
pelliendū facinorosū. dicit Hierem. c. 22. Asini
sepultura est, vt relinquatur insepult', canibus,
lupis, auibus deuorandus. sic in suo asino retu-
lit Apuleius lib. 4. Cū canes (inquit) & Vultu-
res intima protrahunt viscera. Vt ad illud cor-
373 poris Iesu Christi hoc addam, arbitror † vsu
fuisse apud Hebræos, vt Cruci, vel patibulo affi
xi, qn̄ mortui essent, ante noctē, ac solis occasū
fuisse sublatos, nec relictos. vt patet Iosue cap.
8. vbi capta Hai Vrbe, & obtēta à Iosue Victo-
ria cū suspendi fecisset Regē, sic ibi dicitur. Re
gē quoq; eius suspendit in patibulo vsq; ad ve
sperā, & solis occasum, pcepitq; Iosue, & depo
suerunt cadauer eius de Cruce. Sic fecit etiam
idē Iosue, dum fecit suspendere illos quinque
Reges, quia fecit illos stare vsq; ad vesperā, &
postmodū fecit, illos eximi, & deponi de pati-
bulo. vt patet Iosue c. 10. Nec ēt qd̄ asserūt Do-
ctores supra allegati verum arbitror, quod li-
centia concedendi cadauera punitorum fiat ēt
à Iudice: nam tn̄ à Principe, vel qui locum su-
374 premum † Principis obtinet, id fieri permis-
sum censeo: Iudex enim functus est suo officio,
nec amplius cadaueris mortui potestatem ha-
bet, sed id Principi soli licere. arg. dictæ. l. 1. &
fin. ff. De cadauer. punit. & vtrobiq; Accurs. &
gl. in dicto. capit. Quicunque.
Sexagesimus secundus, & vltimus casus est,
quia laici, ac Regij Magistratus in hoc Regno
Neapol., antiquis, ac patrijs legib. cognoscunt
375 de exceptione excommunicationis. † vt di-
ctat Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ. 61. cuius hęc
sunt verba. Item Curia ipsa cognoscit, & pro-
nunciat de exceptione excommunicationis,
& talis exceptio excommunicationis non ali-
ter admittitur, nisi in promptu, & in ipso in-
stanti legitimè doceat ipsi Curiæ de excōmu-

municatione prędicta per legitima documenta, vt dictat alius ritus. 236. qui fuere conditi à Regina Ioanna II. Quæ regnauit in anno. 1414. Ista tamen cognitio non respiciet iudicare, an excommunicatio sit valida, quia
376 super hoc iudex † laicus determinare non valet, vt statim dicam. Hæc autem exceptio diuersimodè opponi potest, tam coram Ecclesiasticis, quàm coram laicis, & prophanis
377 iudicibus, & in ciuili foro, etiam † de iure Canonico: vt decreuit Summus Pontifex Alexander IV. in c. Decernimus. de sent. excom. in 6. Vbi Gemin. Philipp. Franc. & cæteri Doctores. Lapus in allegat. 92. incip. Inspeximus. sub nu. 5. Accurs. in l. 1. in verb. Vti. C. De iur. & Fact. ignor. & in l. Placet. in verb. Acrimoniā. C. de sacros. Eccles. vbi Bald. sub nu. 5. vers. Et ex hoc insurgunt. & ibidem etiam Iason. in fin. Idem Bald. in l. Quoties. nu 6. C. De Iudic. idē Iason in d. l. Placet. nu. 29. Andr. Barbat. ad Bal. in dict. l. Placet. Arnold. Ferron. in consuetud. Burdegal. tit. De retract. §. 7. Latè Andr. Tiraq. de retract. consanguin. §. 1. gl. 9. nu. 275. Hieronym. Gigas de Pensionib. q. 100. num. 19. Marc. Anton. Peregrin. De iure fisci lib. 3. tit. 11. num. 15. Non tamen videbit Iudex secularis, nec
378 † decernet, excommunicationē esse validā, vel non validam, sed tantum de facto, an sit excommunicatus, vel non, per summariam facti cognitionem. vt dicit Gemin. in c. Cum c. Laicus. nu. 13. de for. comp. in 6. & in dicto c Decernimus. nu. 4. in fine. vbi etiam Ioan. de Vanquel. Et constito summariè de excommunica-
379 tionis exceptione, illum repellere Iudex † debet. Et si non repelleret, grauaret, & ab eo appellari posset. vt inquit Ferrettus in consil. 351. num. 4. Et quoties tractatur de excommunicatione Maiori, & notoria, debet illum
380 † Iudex suo officio repellere, quemadmodū Sancta Mater Ecclesia illum eripit. c. Exceptionem. de except. Vel si excommunicatio notoria quidem non est, faciet iudex hanc repul-
381 sionem ad partis petitionem, & instantiam, † quæ id probabit per litteras fortè ordinarij. c. Post cessionē. De prob. & dicunt Dominicus. & Vanquel. in locis allegatis.

Opponitur autem quandoq; contra ipsum
382 † iudicem, quod sit excōmunicatus. cap. Ad probādum. de sent. & re iud. c. Cū inter priorē. c. Dilecti filij. c. Exceptionem. extra. de except. c. Prudentiam. de offic. deleg. gl. in c. Proposuisti. in verb. Tēpore. de cleric. excōmu. minister. Sebastian. Vāt. in tract nullitat. tit. De nullit. ex defect. Iurisd. n 61. Pereg. vbi supra. n. 8. Iodoc. Damhouder. in Praxi rer. ciuil. cap. 131. num. 1. Marchio de Ponte in cons. 42 num 58. vol. 1. Et ante eos dixi de cōpromiss. § 2. gl. 4. nu. 73. Cū
383 plurib. seq. vbi † discutio, an excōmunicatus esse possit arbiter, vel arbitrator.

Contra actorem similiter, quia si sit excōmu-
384 nicatus, in iudicio agere, ac stare † nō pōt. d. c. Prudētiā. d. c. Cū inter priorē. d. c. Dilecti. c. fin. De except. c. Intelleximus. vbi Felin. n. 13. Dec. nu. 6. de Iudic. Io de Lignan. de censur. Eccles. §. 25. q. 42. Hypp. de Marsil. in sing. 360. Io. Paul. Lācell. Instit. canonic. maior. lib. 3. tit. De procur. §. Hic vero. Damhouder. in d. pract. ciuil. c. 128. nu. 1. Hierony. Magon. in decis. Lucens. 71.
385 nu. 3. siue agatur criminaliter, † siue ciuiliter, Petr. Plaza in Epith. delictor. cap. 44. nu. 10.

Sic etiā contra procuratorē, cui excōmuni-
386 cationis exceptio opponitur. † d. c. Post cessionē. similiter si procurator fuerit cōstitutus ab excōmunicato. c. fi. de Procur. Guid. Pap. in singul. 175. & in decis. Gratianopol. 339. & alij Doctores supra proximè allegati.

Item excōmunicationis exceptio opponitur
387 cōtra Aduocatū, qui aduocare † prohibetur, c. Excōmunicamus. extra de hæret. & idem ēt
388 aduersus † testem. c. Veniens. il 2. de testib. c. Decernimus. sup. allegato. Nellus de S. Gemin. de testib. parte. 1. nu. 20. Lud. Carrer. in pract. crim. tit. De hæretic. nu. 145. Io. Mond. in defensor. iuris. Rub. cōtra testes. nu. 3. Io. Frācis. Ponzinib. de Lamijs. nu. 48. Anton. Gabriel. tit. De testib. cōclus. 19. nu. 1. Opponitur ēt contra eū,
389 qui † vellet liquidare Instrumentū, ad formā ritus, vt in Regno. vt post Benedict. Barz. de instru. Guarētig. parte 1. q. 3. nu. 6. & parte 7. q. 10. voluit Pand. de Exeq. inst. parte 2. declarat. 21. nu. 91. Frec. de psent. instr. par. 12. in princ. n. 3.

Hoc in loco longè plura induci potuissent, quæ ex professo omisimus, & casus, qui deducti fuere, vt visum fuit. maiori ex parte, non absq; difficultate, & ambiguitate pertrāseunt: tū ex parte Sūmi Pōtificis Rom., ne eius authoritati, Decori, atq; potestati detrahatur; tū ex latere Principū laicorū, pręsertim Regis Cath. ne eius iurisdictio turbetur, ac eius Respubl. damnum patiatur. Ob qđ eorundē Magnorū Princ. semp fuit, sēper erit, vt casus, qui Doct. nostrorū caligine, in diuersas euntiū sentētias, quodāmodo offuscati, in quandā tranquillā, claramq; semitam, distinguantur, deducantur, & decidātur. Sic possunt Summi pro tēpore Romani Pontif. ac Illustris. Consistorium Illustrissimorum, & Reuerendissimorum DD. S. Rōm. Ecclesię Cardinalium, præhabito inter eos colloquio, cum Illustrissimis, & Excellentiss. DD. Catholicorū, & Christianorum Principum Oratoribus, & Legatis peragere, vt distinctè sartam, intactamq; vnusquisq; suā iurisdictionē operetur. Hinc. n. totius Christiani Orbis summa Tranquillitas, summus, atq; mutuus inter eos amor, orietur, & continuabitur. Quę vero à nobis dicta sunt, Rex Catholicus, suiq; Magistratus, alijq; Principes, malo me animo edixisse minimè arbitrētur. Summus verò Pontifex, Sanctaq; Ecclesia Romana, expurget, cancellet, & deleat suo arbitrio, cui semper nostrum submisimus.

ARG.

ARGVM. CAP. LXXII.

Deus Opt. Max. suiq; sancti, plura dignati sunt miracula operari ad prędecessorum Regum Catholicorum gratiam, quorum aliqua recensentur.

COMPENDIVM.

1 *Sancti diuina virtute, miracula fecerunt.*
2 *Vualdenses Hæretici negauerunt in Sancta Ecclesia, miracula reperiri.*
3 *Vualdensium Hęresis, aut ex ignauia processit, cum nihil penitus scirent; aut ex propria malitia.*
4 *Sanctorum Miraculis, Tyrannorū violentia fracta fuit.*
5 *Miraculum in Bamba Hispaniarum Rege cum sancto oleo inungeretur.*
6 *Rogerio Northmanno miraculum accidit in bello cum Sarracenis in Insula Sicilia.*
7 *S. Georgius Rogerio Northmanno in bello adfuit.*
8 *Pius Titulus, quo vsus fuit Rogerius Northmannus.*
9 *Leouigildus Gothorum Rex Arriana Hæresis defensor acerrimus.*
10 *Angelici cantus auditi dum Herminigildus Leouigildi filius à patre securi percussus, ac occisus fuit.*
11 *Miraculum, quod accedit Pelagio Cantabria Duci, dum pugnabat cum Mauris, & Sarracenis.*
12 *In morte Adelphonsi Pelagij generi, miraculum.*
13 *Therasia Virgo Veremundi Regis filia Christiana nubit Abdalla Arabo Regi Toleti.*
14 *Abdalla percussus ab Angelo in mortis periculo cōstituitur, ex prece vxoris, qua virgo idcirco conseruata, & restituta fuit.*
15 *S. Iacobus Apostolus ad fauorem Ferdinandi Regis Castella, & Legionis.*
16 *S. Isidori Episcopi Hispalensis miraculum.*
17 *Eiusdem S. Isidori defensio ad fauorem Alphonsi Regis, & Imperatoris.*
18 *Vas smaragdinum quomodò ad Ianuenses peruenerit, in quo dicitur Christum Pascha cum discipulis comedisse.*
19 *Crux aurea per Angelum asportata in Ecclesia Ouetensi.*
20 *S. Iacobus Apostolus contra Sarracenos, & Mauros ad fauorem Ramyri Primi, Hispaniarum Regis.*
21 *Idem Diuus ad fauorem Francisci Cortesij Imperatoris exercitus Hispanorum Regum in Nouo Orbe.*
22 *Idem Diuus Iacobus Alphonso Alburquercio Goam in Insulis nouis recuperanti, adiutorium præstitit.*
23 *Arma Gentilitia Vuerneri Comitis Habspurgensis Rodulphi I. Imperatoris Attaui, Toto Monasterio, & Ecclesia igne consumptis ab igne illæsa, & intacta, remansere.*
24 *Philippus I. Caroli Cæsaris pater, & Philippi nunc regnantis Auus, cum vxore, & familia nauigans, tempestate penè obrutus, facto voto Diuo Iacobo Apostolo, statim, cessante vi Maris, saluus cum omnibus redditus.*

CAP. LXXII.

QVàm optimè Dauid Psalm. 78. Tu es Deus, qui facis mirabilia. & non ipse solus, sed
1 eius † virtute Sancti Viri; idem Dauid Psalm. 67. Mirabilis Deus in Sanctis suis. Vualden-
2 sium Hæresis, qua dixerunt † nullum in Ecclesia miraculum esse, quorum errorem recenset Guido Carmelita de Hæresibus c. 15. Apparet, aut ex ignauia id processisse, cū tamquā litte-
3 ris † carētes nescierint scripturas scrutari: aut malitia prorsus, quam non nisi sola maligni animi intentione, probarunt. Ecclesia enim catholica ijs adeò abūdans est, vt nihil aliud contineat, tam vetus, quàm noua scriptura, nisi miracula; quæ si enumerare vellem, esset vtramque scripturam integro libro referre. Sed adeant Alphonsum de Castro contra Hæreses lib. 10. tit. De Miraculo. & Paul. Gryfald. in decis. Catholic. §. Miracula. Magna itaque Catholico Regi prærogatiuæ gloria insurgit, quòd antecessoribus suis Regibus, & ex eius gentis Ducibus, multa Deus, sanctique eius miracula exhibuerunt, vt verificatum diceretur illud Gregorij lib. Moralium.
4 18 Miraculis (inquit) † sanctorum, fracta est violentia Tyrannorum. Horum autem aliqua tantum referam, quibus sufficiat ostendere, Bonitatem Diuinam, particularem illorum curam habuisse.

Bamba imprimis se offert Hispaniarum Rex, qui dum ab Archiepiscopo Toletano, Oleo
5 Sancto † in Regem innungeretur, cernentibus omnibus, Vapor ortus est à loco ipso inunctionis, ascendens in altum ad modum nubeculæ albæ ad similitudinem funis, & è capite Apis directè in altum volans Cœlum versus. cuius miraculi meminit Roderic. Toletanus Historiar. lib. 3. capit. 1. Et nos amplè diximus supra capit. 49. versus finem. quo loci declarauimus, atque explicuimus miraculi huius implicitas virtutes.

Quis autem miraculum illud non magni faciet, quod Rogerio Northmanno accidit? Dum enim Rogerius plurimum laboraret, vt
6 Insulam Siciliæ † Sarracenis, ac Mauris purgaret, ipsosq; expellere constituisset; modicum autem, nec sufficiens cum haberet exercitum; Sarraceni, atque Arabes contra, numeroso nempe, vt quinquaginta peditum, & triginta Equitum millia armatis hominibus essent muniti; Is, vt animi erat eximij, Diuino solum fretus auxilio, nec humanis cōfisus viribus, cum hostibus, non æquo Marte, congredi non detractauit. Magna itaq; animi alacritate, suos ad bellum, pro Christi fide gerendum, & verbis, & opere alliciebat.

è contra alij multitudine, ac numero confisi, victoria iam dudū de Christianis potiri, quasi certò contendebant. Dumq; vtrinq; pugnarēt, in Rogerij exercitu repentè quidam Eques apparuit, admodum ornatus, supra hominum naturam, forma præstanti, albo insedens equo, albis itidem armis, pellucidisq;, albaq; super inducta veste contectus, aspectum habens ad solis modum fulgentem, sub veste Crucem gerens rubeam, hastamq; manu tenens, cuius incogniti Equitis aduentu, omnis Rogerij exercitus admiratus est. Visa eodem tempore in eiusdem Rogerij Vexilli acie ex improuiso, albis alba Crux plumis pendens. His visis, Rogerius hilarior factus, viresq; validiores reassumens, suis; Confortamini (inquit) & estote hilares, quia non absq; Diuino nomine
7 visio hæc fuit: S. enim † Georgius Eques ille esse debet, qui in meum, vestrumq; venit auxilium: huic enim iugiter vota mea offerre oleo; illum sequamur, Deo enim concedente, sub huius Gloriosissimi, ac S. Ducis tutela, inimicorum nostrorum gloriam, victoriamq. reportabimus. Accensi itaq; Northmannorum militum animi, atq; alacriores, & promptiores facti, in Arabes, Mauros, ac Saracenos Impetum maximū facientes, illos prostrarunt, magnamque stragem facientes ad vnum deleuerūt, ita vt nec vnus illorum superstes remanserit: & Insula tota vitijs purgata, ad fidem Christi reducta est. Hinc postmodum Rogerius Deo Gloriam victoriæ reddens, in suis Vexillis, magnis
8 litteris hoc Dauidis Dicterio † semper vsus est. DEXTERA DOMINI FECIT VIRTVTEM. DEXTERA DOMINI EXALTAVIT ME. vt scripsi supra cap. 41. & refert Thom. Facellus Histor. Sicular. Decad. 2. lib. 7. cap. 1.

Regnante etiam Leouigildo, Gothorum,
9 Suenonum, Hispaniarum, & Galliæ Rege, † perfidiæ Arrianæ defensore acerrimo, Hermigildus filius, ab Arriana impietate reuocatus, S. Leandri Episcopi Hispalensis opera, & industria, ad Catholicam Ecclesiæ fidem conuersus, Leouigildi patris mandato captus, carceri inclusus, ferreis vinculis alligatus, nullis valuit carcerum tenebris obumbrari, vt lumen Catholicæ fidei in eo deficeret; plurimumq; gaudebat, has, aliasq; maiores pro Christi fide cōtumelias pati. In hac igitur D. N. Iesu Christi fide constantissimè perseuerans, vsq; ad Illustre Martyrium peruenit. Sanctissimo enim Dominicæ Resurrectionis die, orto iam sole, Rex impius, filium pium, atq; optimum, carcere clausum, spiculatore misso, securi percuti iussit: in cuius Sanctissimæ Animæ exitu, circa
10 eius corpus, Angelici cantus † auditi fuere, lucentesq; lampades visæ. scribit Roderic. Archiep. Tolet. Histor. Hispanic. lib. 2. capit. 14. Alphōs. de Carthagena in Anacephaleosi. cap. 26. Io. Magnus Histor Gothor. & Suen. lib. 16. capit. 9. Ado Viennens. Chronic. Ætat. 6. sub anno 583. Gregor. Turon. Histor. lib. 5. cap. 38. lib. 6. capit. 43. & lib. 8. capit. 28. & habetur in Martyrologio Romano ad diem. 13. Aprilis. vbi Cardinalis Baronius alios complures allegat, qui apud eum videri possunt.

Non dissimile accidit, Dei Omnipotentis voluntate, miraculum in Pelagio Cantubriæ
11 Duce, † ex Gothorum Regum genere superstite. Occupatis etenim à Saracenis, & Arabibus, omnibus Hispaniæ Regnis, Modico solum loco apud Cantabros, Astures, & conuicinos in Tarraconensi tractu, se tenens, cum aliquibus Hispanis, Asyli quodam modo similitudine; tandem adortus ab eis, & cum esset paucis militibus associatus, & quodam in Antro, sine cauea, salutis causa se deduxisset, ab exercitu numeroso Arabum, Taric Principis illorum, Duce Alchama, obsessus, cum illi fundibula, iacula, & sagittas in eum mitterent, è missilium multitudine illum, suosque opprimere credentes, Diuina Clementia factum est, vt iacula, spiculæ, sagittæ omnes, in ipsos emittentes retrorsum cæderent, seque ipsos, & offenderent, ac perimerent. Vnde Pelagius resumptis validioribus animi viribus, laudando Dei potentiam, spiritu fortitudinis roboratus, suos adhortatus, è Specu cum suis egressus, in Alchamam Ducem, suosque irruens, tantam animi, & corporis vim agitarunt, tantaque ferocia illos persequuti sunt, vt cęsis ex Arabibus viginti circiter millibus, victoriam reportauerit. vt testatur Roderic. Toletan. lib. 4. capit. 2. 3.

Adelphonsus ex filia Pelagij gener, in tandem fide perseuerauit, vt Socrus, recuperauitq; è manu Saracenorum, & Arabum multas Ciuitates, regiones, Prouinciasq; sub cultu Christianæ fidei reducens; Ecclesias restaurauit, necessarijsq; muniuit, eundemq; Christianum cultum, magnis operibus prouehēdo, tandem morti proximus, dum spiritum Deo redderet, auditæ in aere voces fuere dicentes. Ecce quomodo tollitur Iustus, & nemo
12 considerat, † ablatus est à facie iniquitatis, & erit in pace memoria eius. Roderic. lib. 4. cap. 5. nouissimè Io. Marian. Histor. Hispanic. lib. 7. cap. 4.

Tarasia Veremundi Regis filia, Virgo, Adelphonsi Regis soror, Nupta Abdallæ Reg To-
13 leti Arabo, † ipsa reluctante, cum eius amplexibus, vellet nocte cōmisceri, Christiana (inquit) sum, alienaq; cōnubia abhorreo: noli me tāgere, ne te interficiat D. Iesus Christus, quē colo. Isq; statim percussus ab Angelo, mortis
14 † periculū sibi imminere sentijt, statimq; vocatis suis, eam Legionē remisit ad suos, maximo cum honore habitam, pluribus Camelis, Auro, Argēto, ac prçciosa suppellectili, oneratis, comitatam.

comitata. Roderic. lib. 5. capit. 7.
Ferdinando Regi Castellę, & Legionis, San-
çij Maioris filio, obsidenti Coymbram Ciuita-
tem, diuturna obsidione cinctam, visibiliter
15 S. Iacobo † Apostolo apparente, & illam, ac
maiorem Portugalliæ partem obtinuit. teste
Alphonso de Carthagena Episcopo Burgensi
in Anacephaleosi Regum Hispanor. cap. 73.

In Ciuitate Toletana ex lapidibus viuis gra
duum altaris S. Isidori Episcopi Hispalensis
16 pellucida aqua tribus continuis † diebus ma-
nauit, vt quasi lapides lachrymas effunderent.
Causam verò, ac rei nouitatem Populus mira-
batur. Cumq; in ciuitate reperirentur Petrus
Legionensis, & Pelagius Ouetensis, Pontifices,
audito miraculo, cum omni clero, & populo,
sacris vestibus induti, à cathredali Ecclesia
ad S. Isidori altare procedentes, Missa celebra-
ta, ac sermone præposito, ad miraculi locum
accedentes Pontifices, Dominum laudantes,
ac lachrymis oculos rigantes, ex ipsa Aqua
ipsi, cæteriq; potauerunt, nescientes, quid mi-
raculi nouitas designaret. Repente Alphonsi
Regis mors audita, Hispaniarum luctus, & la-
chrymæ præsignatæ sunt; quia etiam ex lapi-
dibus lachrymabiles latices exierunt. narrat
Roderic. Toletan. Histor. lib. 6. cap. 35. & Fer-
dinand. Perez de Guzman Histor. lib. 1. tit. 6.
capit. 13.

Alphonso Regi, atq; Imperatori, obsidenti
Vrbem Beatianam, nocte apparuit S. Isidorus,
dicens; Ne congredi sequenti die cum Sarra-
cenis dubitaret, neuè diffideret: illi enim se
futurum adiutorem pollicebatur. Hinc sequē-
ti die, commisso Prælio, eiusdem tutelaris di-
17 ui præsidio adiutus, Victoriam † obtinuit.
At Ianuensibus, qui ei auxiliares fuerant, præ-
tiosissimum vas Smaragdinum, (quod credūt
illud esse, quod in Mensa habuit D. N. IESVS
18 Christus, dum † Pascha cū suis discipulis mā-
ducauit) cętera Raymundo Barchinonæ co-
miti contulit. Idem Roderic. lib. 7. capit. 11.
Quamquam aliter dicat Paulus Morigius in
Historia Religionum. lib. 3. cap. 2. in fin.

Cum Alphonsus Rex, cognomento castus,
Ouetensem Ecclesiam reædificasset, insignéq;
ibidem Auream crucem fieri designasset; mox
in altari eiusdem Ecclesiæ, manu Angeli visa
19 est Crux † aurea asportata, tantæ pulchritu-
dinis, vt omnis humani artificij munus exce-
deret; quæ inter praeciosissimas illius Vrbis
reliquias, etiam num honorificentissimè asser-
uatur. vt scribit Alphons. de Carthagena in
Rer. Hispanic. Anacephaleosi. cap. 53. Lucius
Marineus de Reb. Hispanic. lib. 7. ca. 1. Io. Lau-
rent. Anania in Fabrica Mundi in Europa. par-
te 1. Quamquam eidem Regi duos iuuenes
occurrisse, qui se Aurifices Peregrinos effinxe-
runt, quibus Rex assignari fecit aurum, atq;
argentum in magna quātitate, ac domum opi-
ficij faciendi gratia, & momento Crucem illā
apparuisse factam, & iuuenes illos Angelos
fuisse, & disparuisse, scribit Roderic. Toletan.
Histor. lib. 4 cap. 9.

Ramyro I. Hispaniarum Regi, contra Sarra-
cenos bellum gerenti, Iacobus Apostolus ap-
20 paruit; qui eum confortauit, vt sequenti † die
viriliter ad bellum accederet, quia esset victo-
riam reportaturus. Surgens sequenti die di-
luculo, Prælatis, magnatibusq; visionem ape-
ruit, qui oratione præcedēte ad prælium pro-
cedentes, viderunt Diuum Iacobum vexillo
albo omnibus Christianorum turmis ante ire,
qua Ducis præsentia vigorati, omnes Sarra-
ceni ad fugam conuersi sunt, illoq; die ex eis
ad septuaginta millia hominum cæcidere. Scri
bit Archiepiscop. Toletan. lib. 4. cap. 12. Ful-
gos. lib. 1. cap. 6. & illius simia Andreas Ebo-
rēs. de Dictis, & factis. sub tit. De Miraculis.

Sic etiam Francisco Cortesio exercitus His-
panorum Regum Imperatori, nouam Hispa-
niam prius ingresso in Orbe nouo, cum Barba-
ris, paganisq; pugnanti, accessit D. Iacobus
21 Hispaniæ Patronus, & tutelare numen † pro
Christianis visus est pugnare. vt dicit Io. de
Barros Historiæ Indicę. Decade. 2. lib. 2. cap.
25. & lib. 3. cap. 9. Alanus Copus Dialogo 3.
cap. 29. in princ.

Eodem D. Iacobo tutelam ferente Alphon-
sus Alburquercius Vrbem Goam recuperauit.
22 † Victi namq; Barbari quæsierunt, quis nam
esset Egregius ille Dux, Punicæa Cruce, &
fulgentibus armis insignis, qui tantam edidis-
set stragem, & Mahometanas Phalanges, Chri-
stianorum paucitati cędere coegisset. vt refert
Io. Petrus Maffeus Historiar. Indicar. lib. 4.
in fin.

Vuerneri Austriaci Comitis Habspurgensis,
Rodulphi I. Imperatoris Attaui tempore, in-
cendio consumptum est monasterium, atq; Ec-
clesia, cui nomen, AVE Maris stella; & nō
sine maxima omnium conspicientium admi-
ratione, omnia in cinerem conuersa sunt, ex-
23 cepta sola trabe, in qua insignia, † ac gentili-
cia Austriacorum arma affixa erant, quæ inta-
cta ab igne, & illæsa remansit. vt est author
Petr. Marenus. lib. 3.

Dum Philippus Austriacus Caroli Cęsaris pa
ter, & Philippi nunc Regnantis Auus, è Ger-
mania cum Ioanna Vxore, solueret, magna vē-
torum, ac procellarum agitatus tempestate,
mortis periculum sibi, vxori, alijsq; in mari
imminere videns, genuflexi, se visitaturos cū
24 vxore, Beati Iacobi † Apostoli limina, vouen-
tes, momento mare tranquillissimum redditū
est; ità vt in capienda Hispanorum Regnorum
possessione, Ioannæ Reginæ, ac Philippo Vi-
ro, S. Apostolus Ductor, defensorq; fuerit. cu-
ius nauigationis meminit Iacobus Marchan-
tus Rer. Flandriæ memorabilium. cap. 166.

Omitto complura alia enumerare miracula,& præsertim quæ Deus omnipotens dignatus est operari,in progressu, ac profectu actionum Caroli Cæsaris Quinti, ac Philippi nunc Regnantis eius filij, de quibus alibi dabitur locus opportunior.

ARGVM. CAP. LXXIII.

Prelati habentes Iurisdictiones laicorum, debent laicos, non ecclesiasticos Magistratus constituere.

COMPENDIVM.

1 *Prælati, & Sacerdotes temporalem Iurisdictionem eorum dignitati annexam, administrare possunt.*
2 *In Regno Neapolitano, laici magistratus administrant iurisdictionem temporalem Prælatorum.*
3 *In Hispania, edictis cautum, ne personæ ecclesiastica laicalem iurisdictionem administrent.*
4 *Laici abstinere debent,ne personas ecclesiasticas magistratus in iurisdictione temporali eligant.*
5 *Subrogatus sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*
6 *Clerici,ac aliæ personæ religiosæ, nec iubente episcopo, possunt temporales causas iudicare.*

CAP. LXXIII.

Abbas Panor. in c.Clericis.nu.5. extr.Ne cleric. vel mo. dicit Prælatos, ac Sacerdotes
1 † posse administrare iurisdictionem temporalem eorum dignitati annexam, dummodo abstineant à condemnatione ad mortem,aut mẽbri mutilationem, vt ibi dicit. Sed in Regno Neapolitano, ac alijs Catholici Regis, non
2 admittuntur † ad iustitiæ exercitium clerici, vel personę Ecclesiasticę; nisi laici,quo ad ministrationem officij in iurisdictione laicali, quam haberent prælati: & hic vsus publicus est, alias Regij Magistratus animaduerterent. Vnde eadem ratione Fridericus Imperator in hoc Regno Neapolitano, prohibuit,ne clerici vel aliæ Ecclesiasticę personæ officia baiulatorum administrarent.vt habetur in Cõst. Regni. Clerici quoq;.vbi hoc voluerunt Afflic.num.1. & alij. Ratio assignatur,quia postea non esset consultum laicis,vt starent clerici,vel personę ecclesiasticæ ad reddendam in sindicatu, administrationis rationem: licet sint aliæ rationes nonnullæ,& principaliter, quia interdicta est personæ ecclesiasticæ temporalis iurisdictionis administratio. Quod prohibitum esse
3 edictis Regijs in Hispania † protulit Didac. Couuar.pract.quæst. cap.33. num 6. & dixi ex professo plenius de Magistratuum edict.lib. 1. cap 9. per totum. Alia etiam ratio assignari potest, quia Prelatus hoc casu, sustinet ac repræsentat Principem, Baronem, vel Dominum temporalem, ac laicum, in quorum locum est subrogatus; Ideoq; cum sæcularis, ac laicus,
4 ab electione personæ ecclesiasticæ debeat † abstinere, vt dixi in dicto cap. 9. lib. 1. de Magistr. edict.eodem modo, & ipse Prelatus subrogatus in vicem laici superioris, cum sapiat
5 † naturam eius, in cuius locum subrogatus est.l.Imperator.§.fi.ff.de leg. 2. l. 1. ff. De Rei vxor.act.l.Decernimus.C. De aquęduct.lib 11. Et hoc voluit gl.in c.de præsentium.16. quæst. 1.vbi dicit; Clericos, ac alias personas ecclesiasticas,etiam iubentibus Episcopis,non pos-
6 se seculares causas † iudicare.quem nouissimè allegat Renatus Choppin.de Sacra Politia forens.lib.2.tit.2. num. 18. vbi dicit; Ita edictis Galliæ cautum,ac etiam pluribus Arestis confirmatum.Sed multa ad materiam dixi de Magistratuum edictis.lib.1.cap. 9. ad quæ me re-
7 fero.Sed in Regno habemus † etiam c. Vt cum nihil. Vbi Io. Anton. Niger. & nouissimè D. Præsidens de Franchis. in Decis.Neapol.475. nu. 2. Qui dicunt clericos secularia officia in Regno non administrare.

ARGVM. CAP. LXXIV.

Multi Equitum ordines sub Catholico Rege existũt, quorum ipse Dominus, & Magister est,& sub eo militant.Qui illi sint: à quo adinuenti: quo tempore; quid vnicuiq; ordini incumbat: omnesq; alij equites aliorum principum recensentur. Quis fuerit equestris Ordo apud Romanos, nouissimè, atq; amplissimè enucleatur.

COMPENDIVM.

1 *Philippus Rex Catholicus caput est plurium Ordinum Equitum;*
2 *Ordinem S.Iacobi de Spada Philippus Rex Catholicus confert,cuius ipse est Dominus.*
3 *Ordinem S. Iacobi de Spada Alexander VI. Summus Pontifex aggregauit Coronæ Regum Hispanorum.*
4 *Rex Catholicus ordinis S. Iacobi Equitum Magister, habet ex Magisterio circiter ducenta annua aureorum millia.*
5 *Quis primus Ordinis author? referuntur opiniones. num. 6. 7. 11. 12. 14.*
8 *Primus Ordinis Equitum S. Iacobi de Spada; Magister, Petrus Ferdinandus à Ponte Encaleto.*
9 *Ordo Equitũ Diui Iacobi est sub Regula S. Augustini.*
10 *Confirmatus Ordo Equitum Diui Iacobi ab Alexandro III. Summo Pontifice.*
13 *Equites S. Iacobi ordinati ad tuenda Peregrinorum itinera, qui confluebant ad visitanda S. Iacobi Apostoli limina.*
15 *Vestis, & Crux Equitum quales sunt.*

Cala-

16 Calatrauensium Equitum ordo ad eundem Philippũ Regem Catholicum spectat.

17 Ferdinandus Rex Catholicus creatus ordinis Calatrauę administrator perpetuus, mortuo Garzia Lopez vltimo Magistro.

18 Ordo Calatrauensium Equitum perpetuò Hispanis Regibus incorporatus à Leone X. & Adriano VI. Summis Pontificibus.

19 Ordinis Calatraua institutor primus Rex Sãcius III. Aragonię, & Nauarra, confirmatus per Alexandrum III.

20 Ordo Equitum Calatraua militat sub Regula Diui Benedicti.

21 Paulus III. decreuit, hos Equites posse nubere.

22 Equites Calatraua ad ducenta millia circiter Sarracenorum interfecerunt.

23 Calatraua Oppidum, Natura munitum, ad Anam Fluuium situm.

24 Raymundus Fiterij, & Didacus Velasquius, ordinis propagatores.

25 Ordo militum, siue Equitum de Auis calatrauensium ordini accessit.

26 Ferdinandus Monteiro primus ordinis de Auis magister.

27 Ordo de Auis, de Ebora prius dictus fuit.

28 Equites de Auis, à Castro Auisio appellati.

29 Garzias de Aca, Calatrauensium Equitum Magister.

30 Vnio Equitum de Auis, cum Equitibus Calatrauensibus quando facta.

31 Ferdinandus Regis Portugallię frater Calatrauensiũ Equitum magister in sanctorum numero habitus.

32 Franciscus de Rades de Andrada Eques, Historicus maximus.

33 Equites S. Maria de Redẽptione, siue de mercede ad Philippum Regem Catholicum pertinet.

34 Ordinis Equitum de Mercede militia instituta à Iacobo Rege Aragonum Fortunato appellato.

35 Ordo Equitum istorum de Redemptione confirmatus à Gregorio IX. Summo Pontifice.

36 Ordinem hunc hodie per Sacerdotes ministrari finit Rex Catholicus, permissu Summorum Pontificum.

37 Alcantaræ Equitum Ordo per Philippum Regem Catholicum, tamquam aggregatus Hispaniarũ Regibus, administratur.

38 Quoad ordinem Equitum de Alcantara sicco pede scriptores pertransierunt.

39 Milites Alcantaræ prius vocati fuerunt, Equites S. Iuliani del Piro, siue del Peiro.

40 Gomezius Fernandez primus fundator ordinis Equitum de Alcantara.

41 Ferdinandus Quintana Calatraua Magister. Nunnius Fernandez I. Alcantaræ Magister dictus.

42 Equites Alcantaræ, quam Crucem gestant.

43 Philippus Rex Catholicus Alcantaræ ordinis Magister.

44 Philippus Rex Catholicus habet pro Magistratu Alcantaræ circiter annuos ducatos centum mille.

45 Alcantarę Equites, pro quouis delicto, & contractu, vbiq; locorum commisso, ex Priuilegijs Summorũ Pontificum, excommunicari nequeunt.

46 Ordo militum Iesu Christi ad Regem Catholicum spectat, tamquam Regem Lusitaniæ.

47 Habet Rex, tamquam militiæ Magister, ducatós centum millia annuos.

48 Ordinis Equitum Iesu Christi institutor Dionysius Rex Portugalliæ.

49 Domicilium Equitum ordinis Iesu Christi, Castrum Marinum prius, nouissime Tonarrium.

50 Caroli Tapia Regis Consiliarij liber emendandus à menda Impressorum.

51 Ordo militum Iesu Christi, Vnde sic dictus.

52 Equites Christi in Liuonia, qui Rubeum ensem, insutum cum Cruce Pallio deferunt.

53 Montesiæ Equitum ordo à Iacobo II. Rege Aragoniæ institutus, ad arcendos ab eodem Regno Mauros.

54 Sedes horum militum, Montesia.

55 Montesiæ milites sub Calatraua militia ordine positi sunt. num. 56.

57 Ordo militum Aurei Velleris ad Philippum Regem Catholicum, vti Burgundiæ Ducem pertinet.

58 Diploma ordinationis Equitum Aurei Velleris, factũ per Philippum Burgundiæ Ducem.

59 Equitum de la Banda Ordo ad Regem Catholicum spectat.

60 Francisci Taraphæ locus corrigendus.

61 Ordo Equitum Diui Georgij de la Garter, ab Odoardo III. Angliæ Rege institutus. num. 62.

63 Ordo Equitum Stellę à Ioanne Rege Galliæ.

64 Ordo S. Michaelis Archangeli institutus à Ludouico XI. Galliæ Rege.

65 Equites S. Spiritus ab Henrico III. Gallię Rege.

66 Ordo Equitum Annunciationis B. Mariæ Virginis ab Amadeo Sabaudię Comite.

67 Ordo Equitum S. Stephani Papæ Institutus à Cosmo Mediceo Magno Hetruriæ Duce.

68 Ordinem Equitum S. Stephani multis cumulat Honoribus Ferdinandus Medices, nunc Magnus Dux Hetruriæ.

69 Ordo Equitum S. Georgij Imperatorum Constantinopolitanorum.

70 Princeps huius ordinis Georgiani Neapoli residet à Philippo Rege Catholico honestatus.

71 Teutonicorum ordo, à quibus erectus.

72 Vrbs Hierusalem capta à Christianis in anno. 1099.

73 Henricus à Vualpot Teutonici Ordinis Magister primus. num. 75.

74 Teutonicorum Equitum habitus, & vestes.

76 Hierusalem à Saladino capta.

77 Quanto tempore Vrbs Hierusalem apud Christianos stetit.

78 Teutonici Equites Prusiam omnem subiecerunt.

79 Templarij milites quando fuere.

80 Templarij cur appellati?

81 Templarij quem habitum, & Crucem deferrent.

82 Templarij Equites viui exusti in Ciuitate Parisiorũ, & vbiq; gentium eodem tempore capti, & Morti traditi fuere.

83 Templarij iusta ne causa morti traditi, an non?

84 Ordinis Equitum Diui Ioannis Hierosolimitani institutio à Gerardo quodam.

Equites

85 *Equites S. Ioannis, quia Hospitabantur Peregrinos idcirco Hospitalarij dicti sunt.*
86 *Equites S. Ioannis, Equites Rhodij quandoq; dicti.*
87 *Rhodij insula fuit appellata, ex militum etiam Institutione.*
88 *Rhodus à Solimano capta, & quando.*
89 *Melita insula ab Imperatore Carolo V. data Equitibus Hierosolymitanis.*
90 *Melita insula à Turcarum Imperatore oppugnata, tamen ab Equitibus strenuissimè tutata.*
91 *S. Sepulchri Equites, & quam Crucem asportabant.*
92 *Equites S. Sepulchri Vniti Rhodijs.*
93 *Equites S. Mariæ Matris Domini, à quo creati.*
94 *Fratres de Madonna qui?*
95 *S. Lazari Hierosolymitani Equites quando, & quo tempore originem habuerunt, & à quo Pontifice confirmati sunt nu. 96. 97.*
98 *Ioannoctus Castiglionus ordinis S. Lazari, Magister à Pio IV. Pontifice Maximo creatus.*
99 *S. Lazari Militia collata in Emanuelem Philibertū Serenissimum Sabaudiæ Ducem.*
100 *Ordinem D.ni Lazari, & Mauritij prouehit, & ad maiora dirigit Serenissimus Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ.*
101 *Crux Equitum SS. Lazari, & Mauritij.*
102 *Quęstiones plures, quoad Equites remissiuè referuntur.*
103 *Rex Catholicus alios Equites, ac dignitates creare potest.*
104 *Senatores Decuriati causas iudicabant Romæ.*
105 *Decuriati qui erant?*
106 *Senatores & Equites, an simul iudicarent, nu. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 124.*
107 *Philippi Broidei I.C. Artensis Laudes.*
108 *Romanorum hominum triplex Ordo, Senatorius, Equestris, & Plebeius.*
109 *Senatorius ordo dignior, Equestris secundo, plebeius nouissimo.*
110 *Senatores Veste lati clauia utebantur.*
111 *Equites Anulis Aureis.*
Plebei Argenteis.
112 *Ordines sessionum erant, in Summis Plebei, medio Equites, in parte inferiori Senatores.*
113 *Paulus Manutius Plutarchum damnat.*
114 *Plutarchi defensio contra Paulum Manutium.*
121 *Lex Seruilia.*
122 *Lex Liuia.*
123 *Lex Plotia, siue Plautia.*
124 *Lex Cornelia.*
125 *Lex Aurelia.*
125 *Pompeius Magnus Legem Aureliam confirmauit.*
127 *Lex Pompeia vetauit, ne patroni vltra tres horas consumerent in perorandis causis.*
128 *C. Cæsar Iudicia ad Senatores, & Equites transtulit.*
129 *Romulus pro sui corporis custodia trecentos elegit, quos Celeres appellauit.*
130 *Celer Deus dicebatur.*
131 *Celeres Equites dicebantur. num. 132.*
133 *Equites habebant ex publico equum.*
134 *Medius ordo fuit equester inter Senatorium, & Plebeium.*
135 *Centum à Romulo Senatores primo electi ex Albanis.*
136 *Tarquinius Priscus alios elegit Senatores.*
137 *Patres conscripti, quare dicti.*
138 *Equites seminarium sunt Senatus.*
139 *Quando Equites Laudes aliquas apud Romanos haberent.*
140 *Pharao, quo pacto Equitem fecit Ioseph.*
141 *Torques aurea, & Vestis purpurea Equitum insignia.*
142 *Principes, quo modo Equites nunc faciant.*
143 *Torques militare præmium.*

CAP. LXXIV.

PRincipes catholici, qui viam vniuersę carnis
ingressi sunt, dum viuerent, magnoperè con-
tenderunt, vt acerrimi Christianæ fidei hostes
conterrerentur, nec non bona omnia, ac san-
guinem, pro Christi fide, eiusq; S. Ecclesia ef-
fuderunt. Et vt perennia, ac perpetua eorum
tam promptæ volūtatis monumenta, nota fie-
rent, successoresq; in idem contenderent, &
anhelarent, Ordines quorundam Religionum
Equitū creauerunt, qui necessitatibus ingruen
tibus, armata manu, Sanctissimæ Crucis signo
ornati, similia exequerētur. Hinc est, quòd Phi-
lippus Rex Catholicus, tot catholicorum Prin
1 cipum, † non fortunarum, sed virtutum Ani-
mi etiam successor, & hæres, sit author factus,
caput, ac Princeps tot ordinum Religiosorum
Equitum, ità vt Diuino progressu, ac Numine
in ipsum, veluti omnium Equitum Archarium,
& Christianæ Fidei tutamen, omnes penè or-
dines confluxerint; hasq; Equitum religiones
secundum propria instituta, non seruauerit so-
lum, sed fouerit, foueatq; in dies, vt perpetua
illius fidei, ac Religionis testimonia; qui futu-
ri sint admirentur. Cum itaq; hac prerogati-
ua excellat, totq; grauissimos viros quotidie
horum ordinum decore honestet, non absonū
erit, si illorū ordinū creationes enucleauerim.
Sācti Iacobi de Spada Ordinē Equitum con-
2 fert Philippus Rex Catholicus, cuius † caput
ipse est, & Magister, suiq; successores, & hęre-
des. Aggregatus Ordo iste Coronæ Regum
Hispanorum in personā Ferdinandi Regis Ca-
tholici, ab Alexandro VI. Summo Pontifice,
3 † cōfirmatus postmodum Carolo V. Cæsari, ac
Philippo, nunc Regnanti à Leone X. & Adria-
no VI. Summis Pontificibus. Nec immeritò,
quia multa bella, dissensiones, & tumultus re-
tro actis temporibus, Hispaniæ Regibus à Ma-
gistris, & Equitibus eiusdem ordinis obuene-
runt; Visumq; fuit congruum S. Rom. Ecclesiæ,
Religionis illius Principatum in Religiosos
eosdem Reges conuertere, quorum prædeces-
sorum Diuitijs, ac studijs, eadē religio erecta,
ac opibus, magnisq; redditibus fuerat hone-
stata. His accedat, Religionem eandem maio-
rem præseferre authoritatem, si illius Princeps
sit

ftis Rex, qui potentia, & fidei constantia, il-
lam tueatur. Huius itaq; Rex Catholicus ordi-
4 nis Magister, quotannis Ducenta † circiter Au
reorum millia habet.
Quis eorundem Equitum Ordinē erexerit,
quoue tempore, scriptores dissentiunt. Nam
5 à Petro † Fernandez originem habuisse scrip-
sit Barthol. de Cassaneo in Catalog. Gloriæ Mū
di. parte 9. Considerat. 7. Qui fuit sub Alexā-
dro III. Summo Pontifice, qui sedit à die 5.
6 Septembris 1159. † per annos viginti duos,
exceptis diebus septem. Eamq; confirmatio-
nē procurasse Hyacinthum Cardinalem, Pon-
tificium in Hispania legatum in Anno 1175.
Scribit Cōsiliarius Tapia de rebus Religiosis.
in verb. Monasteria. cap. 36. sub num. 2. Quod
& scripsit Franciscus Sansouinus de Equitum
Orig. lib. 2. Confirmat Paulus Morigius in
Historia Religion. lib. 3. cap. 4. in princip. qui
dicit, hoc factum fuisse in anno Domini. 1170.
7 † Quod & nouissime dum ista cōscribimus con
firmat Io. Mariana de reb. Hispanicis lib. 11. c.
13. dicens; diploma desuper expeditum me-
dio eiusdem Hyacinthi Cardinalis, in d. anno
1175. Tertio Nonas Iulij, & primum ordinis
Magistrum fuisse eundem Petrum Ferdinandū
8 à Ponte † Encalato, & fuisse illi concessum pro
Domo, Xenodochium Diui Marci Legione. &
Canonicos Regulares hoc dedisse initium: vi-
9 uunt enim sub Regula D. Augustini. † Apertè
idcirco errat M. Anton. Marsil. Archiepis. Saler
nitanus de Ecclesiasticor. Redditunm Origin.
ac Iure. cap. 16. num. 15. dum dicit, hunc ordinē
sub Calixto III. emanasse anno Domini. 1470.
Qui fuit Pontifex in anno 1455. quo tempore
non fuit Fernandez, & religio ista longo anteà
tempore erat. Vnde dicerem hunc errorem nō
tanti viri fuisse, qui temporum erat accuratis-
simus indagator, sed crediderim errorem, vel
scriptorum, vel impressorum fuisse, dum dice-
re debuissent sub Alexandro III. scripserint
Calixto, & dicere voluerunt annum 1170. loco
eius posuerint. 1470. Confirmat eadem Anto-
nius Nebrissensis Histor. Hispanic. Decade pri
ma. lib. 2. cap. 9. vbi dicit. confirmationem fuis
se factam per Alexandrum III. Summum Pon-
10 tificem Septimo † sui pontificatus anno, in
anno 1176. sed similiter mendum est impres-
soris, quia voluit dicere pontificatus sui anno
decimo septimo. Confirmatio autem fuit facta
per eundem Calixtum III. anno. 1455. Henri-
co Regi Castellæ, & Legionis. & per Pium IV.
Philippo II. Regi Catholico. in anno 1560.
Alij censuerunt eandem Equitum Religionē
11 originem habuisse à Ramyro I. † Asturum, &
Legionis Rege in anno Domini. 837. sub Gre-
gorio IV. Pontifice, quod voluit Alphonsus
Illescas de Vitis Pontificum in Gregorio IV.
12 & Ramyro. I. lib. 4. Quod mihi † minimè arri
det. Nam, vt nonnulli dicunt, Ramyrus I. Re-
gnare cœpit in anno. 819. & vixit annis sex, &
mensibus nouem, vnde eius Regnum peruenit
ad annum. 835. & dimidium; Vnde instituisset
hunc ordinem post mortem, & in Sepulchro, à
morte per annum cum dimidio circiter, quod
est absurdum. Et alij etiam voluerunt institu-
tum fuisse ab Alphonso Casto eiusdem Ramyri
patre in anno Dom. 788. Non tamen negaue-
rim ab eodem Alphonso, & Ramyro filio ob
inaudita miracula per S. Iacobum in profligā-
dis Mauris, atq; Arabibus facta eosdem Reges
eidem Ecclesiæ census, ac redditus perpetuos,
magnaq; Donaria Regibus digna, contulisse,
quibus cum à principio Milites educarentur,
qui fuerant constituti ad tuenda Peregrinorū
itinera, qui ex diuersis Mundi partibus ad visi-
13 tanda eiusdem S. † Apostoli limina vndique
confluebant; vt de Donarijs eorundem Regū
scribit Rodericus Ximenius Toletanus, lib. 4.
cap. 8. & 9. Alphonsus de Cartagena in Ana-
cephaleosi. capit. 53. & 54. Verius esset dicere
hunc ordinem fuisse antiquiorem, cum Dida-
cus Valera dicat institutum fuisse ab eodem
14 Ramyro in anno. 826. quem sequitur † Io.
Vasæus in Annalib. Hispan. in anno. 826. &
postmodum ab Alexandro III. longo post tē-
pore confirmatum, & Priuilegiis auctum. Ho-
rum Equitum religio, & militia, tam altas ra-
dices egit, & ad illud altitudinis fastigium ali
quando peruenit, vt Regibus, non solum æmu-
la, sed formidabilis fuerit. Hodie verò sub pijs
Catholicisq; Principibus maior effulget; ità
nullę Christianorum militiæ inuideat. Eorum
15 vestis alba statuta est, habens † Crucem rubeā
oblongam, ad modum militaris Gladij forma-
tam. & etiam vestis nigra. Quo vero ad Magi-
stratus eiusdem ordinis, Regimen, redditus,
ritus, aliaq; ordinis statuta. Bernardin. Corius
Histor. lib. 2. Sansouinus, Rodericus, Illescas,
Mariana, & Tapia in locis allegatis. per tran-
situm meminit Anton. Gamma in decis. Lusi-
tan. 153. sub num. 6.
Calatrauensium similiter Equitum ordo ad
eundem Philippum Regem Catholicum eius
16 Magistrum, ac Principem † spectat, cum in an
no Domini. 1489. Mortuo Garzia Lopez. IV.
17 vltimo Magistro, creatus † fuerit Ferdinan-
dus Rex Catholicus, perpetuus ordinis Admi-
nistrator ab Innocentio VIII. & illud Priuile-
18 gium in personam Caroli V. Regis Hispani †
fuit in anno. 1516. confirmatum à Leone X. &
postmodum perpetuo Regibus Hispanis in-
corporatum in anno. 1523. ab Hadriano VI. &
in anno. 1543. à Paulo. III. Summis Pontifici-
bus. Habet autem Magister annuos redditus
circiter centum millia.
Originem habuisse dicunt hunc ordinem à
Sancio. III. Aragoniæ, & Nauarræ Rege, qui
19 regnare cœpit in anno Dom. 1069. † prima ta-
men illius approbatio facta fuit in anno Do-
mini.

albus habitus aſsignatus, & poſt multos virtu-
tum gloria, & ſanctitatis exemplo, clariſsimos
Magiſtros, tempore Georgij, Ioannis II. re-
gis Luſitaniæ filij, Coymbræ Ducis, & Turris no
30 uæ Marchionis, magni eorundem † Equitum
Magiſtri, ſubſequuta eius morte, dicitur facta
incorporatio, ſiue vnio, & Calatrauenſium tan
tummodo denominatio remanſit, abolitis Ebo
ræ, & Auiſij militum, nominibus. Apud eoſ-
dem Auiſij milites, in anno 1443. 17. Iunij mor
tuus eſt Ferdinandus, eiuſdem Ioannis II. Por-
31 tugalliæ Regis frater, militiæ eiuſdem † Ma-
giſter, qui ob infinita in eius ſepulchro Miracu
la in ſanctorum Albo aſcriptus eſt. De cæteris,
quo ad hãc militiã ſpectãtibus, redditibus, bo
nis, Domicilijs, Magiſtratibus, & alijs huc per-
tinẽtibus, ſcripſere Roderic. Toletanus, Alphõ
ſus Carthagena, Lucius Marineus, Illeſcas, Ta-
rapha de Rebus Hiſpanicis. Barth. de Caſſen. in
Gloria mundi, Par. 9. conſider. 8. Senator Ta-
pia de Reb. Religioſ. in verb. Monaſteria. cap.
48. Ex hoc Ordine, & Militia eſt Magnus Hi-
32 ſtoricus Licentiatus Franciſcus † de Rades de
Andrada, quem audiui Militarium Ordinum
Hiſtoriam ſcripſiſſe, quæ adhuc ad manus no-
ſtras minimè peruenit; tangit aliqua de hoc or-
dine Ferdinand. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſu.
vol. 1. lib. 3. par. 3. §. 30. limit. 34. nu. 300. Anton.
de Gamma in Deciſion. Luſitan. 353. per totũ.
S. Mariæ de redemptione, ſiue de mercede
33 Militiæ ordo ad eundem Philippum † Regem
Catholicum ſpectat, ex eiſdem cauſis, ac iu-
re ſuccedendi. Inſtitutus hic ordo fuit ex Mi-
litibus, & Magiſtris laicis prius, à Iacobo I. For
34 tunato appellato, † Rege Aragonum, qui à ma
nibus, & poſſe Sarracenorum Baleares inſulas
eripuit in anno Dom. 1212. ſiue 1213. pro ca-
ptiuorum hominũ redẽptione. vt dicit Raph.
Volater. Antropologiæ. lib. 21. Caſſæneus in
Catalog. Gloriæ Mundi. par. 9. conſid. 9. Paul.
Morigius in Hiſtoria Religionum. lib. 3. cap.
4. Carolus Tapia de rebus Religioſ. in verb Mo
naſteria. cap. 37. confirmatus fuit hic ordo à
35 Gregorio IX. Sum. Pontif. in anno. 1230. † vt
ſcribit Michael Bucching. in hiſtor. Eccleſiaſt.
noua. ſub Gregorio IX. fol. mihi. 249. Hodie ta
men hic ordo deductus eſt penes Sacerdotes.
Habitus illorum eſt albus, gerunt Crucem in
pectore Albam, licet prius nigram, & ſub ea
Regni Aragonum Arma, ſiue inſignia, vt ab il-
lis Regibus ortum habuiſſe, pateat. Cum cau-
ſa redemptionis in pietate conſiſtat, vt quæ pe
cunia compleri, & exequi abſq; armorum exer
citio poſſit, & ex illa mera charitas, pietaſq;
redundet, Rex Catholicus per Sacerdotes, iux
36 ta † Clementis V. & Ioannis XXII. Summorum
Pontificum diplomata miniſtrari finit.
Alcantaræ autem Militia, illiuſq; ordo apud
eundem Philippum Regem Catholicum repe-
37 ritur, † vti perpetuò Regibus Hiſpaniarum ag-
38 gregatus. De eorundem militũ origine. † Caſ-
ſæn. in loco allegato dicit, nihil ipſum ſcire. &
ſic etiã inquit Paulus Morigius de Hiſt. Relig.
lib. 3. ca. 6. & Sãſouinus Sicco pede pertranſit.
Originis autẽ illius veritas eſt, quia ordinatus
hic ordo fuit in ann. D. 1170. Fuerũt autẽ à prin
cipio appellati Milites S. Iuliani de Piro, ſiue
39 † lingua Hiſpanica del Peiro, ſeu Pereiro; Et
hinc primum illorum inſigne erat Arbor Piri
40 Viridis in Auro. Primus fundator † Gome-
tius Fernandez, qui triginta annis illi præfuit.
Confirmatus tamẽ fuerat Prior in anno 1177.
ab Alexandro III. Sum. Pontif. & poſtmodum
Ordo Militiæ confirmatus à Lucio III. in anno
1183. & poſt modum iterum ab Innocẽtio III.
in anno Dom. 1205. cui ordini poſtmodum in
anno 1214. ſiue, vt alij 1216. ipſiſq; militibus
S. Iuliani, à Calatrauæ Militibus, & pro eis à
41 Martino Ferdinando Quintana † Magiſtro, do
natum fuit oppidum Alcantara firmiſſimum ad
Tagi fluminis Ripam in Luſitania, recipiente
Nunnio Fernandez tunc militum S. Iuliani de
Piro Magiſtro, qui ex oppidi donati tunc no-
mine, primus Equitum Alcantaræ magiſter eſt
appellatus. Regi tamen Henrico Caſtellæ, & le-
gionis cõceſſa eſt perpetua adminiſtratio eiuſ-
dem Magiſtratus Equitum Alcantaræ per Cali-
ſtum III. Sum. Pontif. in anno Dom. 1455. cru-
42 cem portant † ad ſimilitudinem Calatrauen-
ſium, viridis tamen coloris. Ferdinando Regi
facta fuit perpetua conceſsio per Alexandrum
43 Sextum Sum. Pontif. † qua ex cauſa Philip-
pus Rex Catholicus eſt illius ordinis magi-
ſter, ac adminiſtrator perpetuus. vt ſcribit Na-
uarr. de Redditib. bonor. Eccleſiaſt. q 1. Corol-
lario 35. nu. 94. pro quo magiſterio habet Rex
Catholicus annuos circiter ducatos centum
44 † mille. Et Oldradus in conſ. 93. incip. Magi-
ſter. tractat, de Magiſtro Equitum Alcãtaræ, qui
habuerat à Rege Caſtrum in cuſtodiam, quod
fuerat Hoſpitalis, ſeu Templariorum, & illud
reddidit Regi, à quo fuerat datum in cuſto-
diam, & ob redditionem fuerat excõmunica-
tus, & demum ab excommunicatione abſolu-
tus; & in ibi conſuluit, rectè abſolutum fuiſ-
ſe. Hinc dixit Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fi-
uizan. 28. nu. 47. par. 1. quòd Equites de Alcan-
tara pro quouis delicto, & contractu, vbiq; lo-
corum commiſſo, ex Summorum Pontificum
45 † Priuilegijs, non poſſunt excõmunicari, nec
declarari pro excommunicatis. & in deciſ. 31.
nu. 18. in fin. inquit: Priuilegium Equitum de
Alcantara, conceſſum à Sum. Pontif. Leone X.
eſſe generale, & compræhendere quæcunque
loca, & delicta ex quauis cauſa. iuxta gloſſ.
pen. in c. 1. de Priuileg. in 6. vbi per Gemin. Cæ-
tera, quæ ad hunc ordinem ſpectant apud ſu-
pradictos videri poterunt, de quibus etiam Na
uar. in conſil. 14. nu. 2. tit. de ſponſalib. & ali-
qua ſcribit Io. Boter. Relation. Vniuerſalium.
lib.

lib.1.c.9. Vnio tñ, siue reductio huius militiæ ad
instar Militiæ S. Iacobi, facta fuit eisdẽ Cathol.
Regibus à Paulo III. Sum. Pontif. anno 1543.
Iesu Christi Militia ad Philippum Regem Ca
46 tholicum, vti Lusitaniæ Regem † pertinet; pro
qua, tamquam Magister, habet annuos Ducatos
47 centum millia. † Huius institutor Ordinis fuit
Dionysius Rex Lusitaniæ ĩ anno circiter 1317.
48 vel vt aliqui voluur, † in anuo 1320. à Ioanne
XXII. Pontifice approbatus; cui ordini, omnia
quæ olim in eodem regno Templarij Milites à
Clemente V. extincti, possidebaut, tradita fue-
re ad arcẽdos Maurorum Impetus. Castrum Ma
49 rinum † pro Domicilio illis prius Tributum,
postmodum Touarium. Sub Cistercienfium, &
ipsi Regula constituti. Rubea vtuutur Cruce,
† linea caudida illam inter secante. Huius or-
diuis meminerunt Paulus Morigius in Histor.
religion. lib.3.c.4. Francisc. Sansouinus.lib.2.
nouissimè Io. Marian. Rer. Hispanicar. lib.15.c.
16. Io. Petrus Maffeus Historiar. Indicar. lib.1.
ex quorum dictis corrigendus est liber Consi-
50 liarij Tapiæ. de Reb. religios. in verb. † Mo-
nasteria. cap.52. dum dicit de Ioanne Rege, vt
dicat de Dionysio; & dum ibi scriptum est in
anno 1326. fuit error numeri, & caracterum,
quia vult dicere 1316. vel 1317. cum Ioannea
XXII. sederit ab anno 1316. per septem annos,
qui peruenerunt vsq; ad annum Domini 1323.
qui non peruenit ad anuum 1326. & hoc fuit
Impressorum Neapolitanorum in curia, cũ sic
viderim originale scriptum apud eundem Eru
ditissimum Regium Consiliarium, vocautur itẽ
hi Equites Portugalliæ. Credo Regem Diony-
sium illud nomen ordini imposuisse, ex alia Mi
litia paucis antea annis eiusdem nomiuis ap-
51 pellata à Gregorio IX. Summo † Pontif. iu an-
no Domini 1229. tempore Federici II. Impera-
toris, cuius Militiæ meminit Pandolphus Col-
lenucius Histor. Neapolit. lib.4. sunt etiam in
52 Linonia † quidam Sodales, siue fratres Chri-
sti Militiam professi, qui & ipsi Rubeum ensem
cum Cruce pallio insutum deferunt, de qui-
bus latissimè Martin. Cromerus Histor. Polon.
lib 7. De ordine militum Iesu Christi loquitur
Ant. de Gamma. in decis. Lusitan. 353. per totũ.
Montesiæ Milirum ordo à Iacobo II. rege
Aragoniæ, Valentiæ primum institutus † ad Ar
cendos ab Aragoniæ Regno Mauros iu auno
circiter 1319. creato Gulielmo Erilio Magi-
stro, vt capi potest ex Gousaluo Argotes de
Molina de Nobilitate Hispanica. par.1. lib.1.c.
32. Io. Mariana. lib.15. cap.16. Illesch. de vi-
tis. Pontific. lib.2. cap.2. Sedes illorum Monte-
54 sia, † vnde illis nomen sortitum. Sub Calatra-
uæ Militia, hanc fuisse positam ijdem scripto-
55 res † asserunt, & ijsdem Regulis regitur. Cru-
cem æqualem Rubeam portant. Quamquam
hunc ordinem erectum in anno 1212. à Iacobo
I. scripserit Cassæn. in Catalog. Glor. Mundi.
par.9. confider. 9. Morigius in Histor. Reli-
giouum. lib.3. cap.4. in fin. in quibus est error,
Michael Bucchinger. in Histor. Ecclesiastic. no-
ua. sub Gregor. IX. fol.249. Quo modo autem
56 subsit, vel vnita sit Calatrauensium ordini, † vi
dẽdus est Ferdinaud. Vasquius de success. pro-
gressu. vol.1. lib.3. par.3. §.30. limitat.34. uum.
300. qui dicit, hunc ordinem de Montesia dici
etiam Diui Georgij.
Aurei velleris Militiæ ordo ad eundem Phi-
57 lippum Regem Catholicum, † vti Burgundiæ
Ducem, spectanit, & spectat; fuitq; institutus
hic ordo in anno 1429. à Philippo Burgundiæ
Duce. Sed in anno Dñi 1431. fuit expeditum
58 Diploma tenoris sequentis † PHILIPPVS Dei
gratia Dux Burgũdię, Lothricij, Brabantiæ, Lẽ-
burgi, Comes Flandriæ, Artesiæ, Burgundiæ Pa
latinus, & de Namur, Marchio sacri Imperij,
Dominus Salinarum, & Mechliniæ. Notum fa-
cimus omnibus præseutibus, & futuris, quòd
propter Magnum, & perfectum Amorem, quẽ
habemus erga nobilem statum, & ordinem di-
gnitatis Equestris, cuius honorem ardenti, &
singulari effectu, ex optamus augere, per quẽ
ordiuem vera fides Catholica, status S. nostræ
Matris Ecclesiæ, & tranquillitas, prosperitasq;
Reipublicæ sit, vt esse potest, defensa, custodi-
ta, & conseruata: Nos ad laudem, & Gloriam
omnipotẽtis creatoris, & Redemptoris nostri,
ad reuerentiam Matris eius gloriosæ Virginis,
& ad honorem Domiui Nostri S. Audreæ, glo-
riosi Apostoli, & Martiris, Ad exaltationem fi-
dei, & S. Ecclesiæ, & exercitationem virtutum,
& bonorum morum, decimo die mensis, Ianua-
rij, auuo D.N. 1429. qui erat dies solemniza-
tionis matrimonij inter nos, & nostram charis-
simam, & Amantissimam coniugem Elizabeth,
in oppido nostro Burgensi, accepimus, creaui-
mus, & ordinauimus, & per has præsentes acci
pimus, creamus, & ordinamus ordinem, & fra-
ternitatem dignitatis Equestris, & Amicabilis
societatis certi numeri Equitum, quẽ volumus,
appellari Ordinẽ Velleris aurei, sub forma, &
conditionibus, statutis, modis, & articulis, qui
sequuntur. Primo ordinamus, vt in ordine au-
te dicto sint vnus, & triginta Equites, viri nobi
les, nomine, & Armia, & sine repræheusioue,
quorum uos tempore nostro erimus caput, &
supremus, & post nos, successores nostri Duces
Burgundiæ. Sequuntur postmodum Capita or-
dinatiouis factæ, quæ omittuntur. Datum in
nostro oppido Iusulensi 27. die Nouembris.
Anno Gratiæ. 1431. Ordo hic in supremum,
atq; altissimum peruenit houorem, ità ut in il-
lum ordinem, Imperatores, Imperatorum fi-
lij, Reges, ac supremi Principes allecti fue-
rint, & allici, atq; aggregari desiderent. Insti-
tutionis huius ordinis meminere Iacob. Meye
rus Annal. Flandr. lib.16. Iacobus Marchantus
de Rebus Flandriæ memorabilib. cap.3. Bodi-

aus

nus de Repub. lib. 5. c. 4. Barthol. de Cassen. in Catalog. Glor. Mundi. par. 9. cõsid. 10. in fi. Sansou. lib. 1. Io. Pierius Valerian. Hieroglyph. lib. 10. Monstrelletus in Annalibus. Stepha. Forcatulus de Gallor. Imper. lib. 7. De his alibi si Deus voluerit.

Equitum de la Banda ordo, & si penè defie-
59 rit, ad eundem tñ Cathol. † Regem pertinet, cũ fuerit institutus hic ordo ab Alphonso. XI. Castellæ, & Legionis Rege in anno 1308. vt restatur Francis. Tarapha de Regib. Hispanic. in Alphonso XI. Sed nouissimè Io. Mariana lib.
60 16. c. 1. dicit, fuisse in anno † Dñi. 1332. Verum in hoc censurandus est Francis. lib. 3. qui dicit fuisse in anno. 1268. cũ hoc tpe esset Alphõsus X. Astronomus. & Morigius. lib. 3. c. 9. Qui dicit fuisse in anno. 1368. quo tpe erat Petrus Rex, Crudelis appellatus. Alphonsi XI. filius, qđ à vero plurimũ diffideret. De Habitu, atq; illorum Regulis agit Francis. Sansou. lib. 3.

Hæc de Catholici nostri Principis Equitum ordinibus habui, quæ dicerem, exornent melius alii.

Nec idcirco defuerunt quàmplurimi Principes, qui Nobilissimos Equitum ordines instituere.

Ordo Equitum Diui Georgij, dictus (de la
61 Gartier) institutus fuit ab Odoardo III. † Angliæ Rege in anno Dñi. 1350 Io. Tilius in Chro
62 nico Galliæ. sub anno. 1350. † sed fuisse in anno. 1351. scripsit Iacob. Meierus Annal. Flãdr. lib. 13. Et hic ordo spectaret ad Philippum Regem Cath., per ea, quæ supra diximus. cap. 46. vbi de Angliæ Regno egimus.

63 Stellæ æquitum ordinem instituit Ioannes † Rex Galliæ in anno 1351. Frossardus, & Tilius in loco allegato. Qui dicit ad huius ordinis æmulationem Odoardum fecisse Equites de la Gartier. verum hoc per Historias incertum est, tamen dicunt ordinem Anglicum fuisse per annum antea institutum. vt dicit Sansouin. lib. 3.

64 S. Michaelis Archangeli † Ordo institutus fuit à Ludouico XI. Rege Galliæ in anno. 1469. vt in eius vita testatur Paulus Æmilius, & Barthol. de Cassen. in Gloria Mundi. par. 9. consid. 10. Hic ordo in maxima, & suprema dignitate constitutus est.

65 S. Spiritus Equites instituisse † in anno. 1579. Henricum III. Valesium Galliæ Regem, mihi relatum extitit.

66 Ordinem Equitum Annunciationis † B. Mariæ Virginis instituit in anno. 1409. Amadeus tunc Sabaudiæ Comes, qui & hodie est in summo honore.

S. Stephani Papæ Militiam, & ordinẽ ex Pri-
67 uilegio Pij IV. Sũmi Puntificis † in anno 1561. Instituit Cosmus Medices Magnus Dux Hetruriæ, cuius meminit Paulus Morigius in Histor. relig. lib. 3. c. 8. & Seraphinus Oliuarius meritissimus Rotæ Romanæ Auditor. in decis. Nouissim. Rotæ. 591. vol. pri. quem quotidiè prouehit, ac magis cumulat honoribus Serenissi-
68 mus Ferdinandus Medices † Magnus Dux, qui modo rerum moderatur.

Ordo etiam militum S. Georgij, Constanti-
69 nopolitanorum Imperatorum, † qui hodie cõfertur à successorib. Ducum Dyracchij, & Despotorum Seruiæ, atq; Albaniæ, quĩ & si antiquissimus est, vt qui à Cruce rubea, olim in Cælo à Constantino Imperatore visa initiũ habuit, tamen cum Imperij illius declinatione, & hic Ordo etiam declinauit; Principi tamen,
70 qui hoc ius † habet, Neapoli degenti Rex noster, qua est humanitate, & clementia plenus, quotannis ex ærario Regio, dari facit in hac Ciuitate Neapoli ducatos sexcentos; ne cogatur victum aliunde petere, hoc habet ex Regia liberalitate.

Theutonici Equites fuerunt, & modo etiam
71 sunt, illorumq; ordo à Theutonibus, ex † pietate, Christianæq; Religionis amore apud Saracenos cęptus, proq; fidei defensione, & incremento, laudabiliter institutus. vt dicit Iacobus Vuimphelingus rerum Germanicar. cap. 61. Hic ordo potentissimus fuit, & bella maxima pro fide, & Christiana Republica gessit. Capta enim per Christianos Principes Vrbe
72 Hierusalem in anno Domini. 1099. † quæ stetit apud Christianos per annos octoginta octo & sic ad annum vsque Domini. 1187. quo fuit capta à Saladino Ægyptiorum Soldano. Durante itaque eodem Regno apud Christianos Principes, cumq; maximus, ac frequentissimus esset ad Sepulchrum Christi visitandum, Christianorum virorum concursus, Theutonicorũ, seu Germanorum præsertim; eadem in Ciuitate quidam Germanus, siue Theutonicus Hein-
73 richus à Vualpot † appellatus; tenens Hospitium quoddam, ob diuitias, quibus abundabat, Peregrinos ibidem fouebat, multique Principes viri, ei adhæsere, & ex Germania à nonnullis Principibus, & Diuitijs, & opibus aduiti fuere. Hinc vnionem facientes, tamquam fratres, & sodales, omnes venientes tuebantur, & pijs operibus insistentes, Al-
74 bum quendam † habitum gerentes, cum nigra Cruce, facta sibi ipsis quadam Diuæ Mariæ Virginis Ecclesiã, Milites Diuæ Mariæ Virginis se appellarunt, eundem Heinricum à
75 Vualpot † Magistrum primum habentes. Vnde capta, (vt dictum est) Hierosolyma à Sala-
76 dino, discedere à Hierusalem coacti, † Ptolemaidam, quam Acconem dixerunt, Phæniciæ Clarissimam Vrbem se contulere, illamq; sibi sedem fecerunt, in qua cum existerent in maximas opes, magnamq; potentiã creuerũt; Quę, & ab eodem Saladino occupata, penes ipsum stetit annis circiter trib., & demũ in anno 1191. à Christianis est iterũ recuperata, opera

Friderici. I. Imperatoris, Gulielmi Siciliç Regis, Philippi Adeodati Gallorum, & Ricardi Anglorum Regum: spatioq; annorum centum
77 † stetit penes Christianos; quo anno scilicet. 1190. siue 1191. Dictus de Vualpot cũ suis Militibus Hospitale ibidem Theutonicorum tenuerunt. vt scripserunt Io. Heroldus de continuatione belli sacri. lib. 1. cap. 7. lib. 2. cap. 11. lib. 4. cap. 11. & 12. lib. 5. cap. 6. & 7. lib. 6. cap. 7. & 10. Iacobus Cardinalis de Vitriaco in descriptione Terræ Sanctæ. cap. 95. & 97. quos refert, & sequitur nouissimè Christianus Adriconius in Theatro Terræ Sanctæ. in Tribu Asser. cap. 66. Martinus Cromerus Histor. Polonic. lib. 6. Postmodum Ptolemaide capta à Sarracenis, in patriam redire coacti, ne ocio marcescerent, habito prius diplomate, & approbatione, atq; concessione à Friderico II. Imperatore, contra Prutenos bella aspera susceperunt, qui valde Christianos infestabãt; acquisitaq; omni
78 † Prussia, illam tenuerunt, & ad Christianam fidem reduxerunt: quæ bella, aliaq; nonnulla maxima exercuerunt, maximo animi, fideique feruore sub triginta, & quatuor eiusdem Militiæ Magistris, donec existente Magistro Alberto Marchione Brandeburgensi, ob bella sibi à Poloniæ Rege illata, Ducatum Prussiæ ab eodẽ Rege recognoscere coactus fuit, ac in eius verba iurare. vt scribit Germanographus. lib. 3. aliqua Sansonin. lib. 2. Albert. Crantius in Metropol. lib. 7. c. 9. Michael Bucchinger. in Histo. Ecclesiast. noua. sub Clem. V. Martinus Crome. Histor. Polonic. lib. 7. 9. & 26. Idem Cromer. in Oratio. Funebri Sigismundi I. Regis Poloniæ. Paul. Morigius. lib. 3. ca. 3. ante eos Barthol. de Cassen. in dicta parte. 9. confider. 6. nouissimè Heinrichus Pantaleon in Prosopographia, seu de Viris Illustr. German. parte 3. in Alberto I. Duce Prussiæ. & Alex. Guagninus in Historia Prussiæ. fol. mihi. 67. & seq.
79 Templarij milites fuere, † ac floruere Gelasij II. Summi Pontificis tempore, vt in eius vita scribit Platina, licet sub dubio. Hi Christiani nominis viros Hierosolymis proficiscentes, hospitio accipiebant, acceptos armis accincti per templa, & loca sacra comitabantur, vt omnem terram sanctam tutò viserent. Huius singularis pietatis, officij, & charitatis authores, viri graues à principio nouem fuere, & licet tũc læuis quædam res videretur, non modica postmodum accepit incrementa. Nam, & facultates maximas, opes, & oppida quàm plurima vbiq; possidebant. Et quia propè templum ha-
80 bitationes habebant, Templarij † sunt appellati: aut (vt mea fert opinio) quia per templa Peregrinos comitabantur. Candidum gerebãt
81 pallium, rubra Cruce † insignitum. Propagataq; est ea religio per ducentos circiter annos vsque ad Clementis V. Summi Pontificis tempora, cuius opera, & instigatione Philippi Pulchri Regis Galliæ, Magister, nonnullique alij, vt quòd fæda commisissent, Viui Flam-
82 mis in Ciuitate Parisiorum exusti † fuere; eodemque tempore alij vbique gentium capti, ac morti traditi. Causas mortis, varias ferunt, prout cuiq; illis temporibus cordi erat. de his Robertus Guaghinus. lib. 7. Paulus Aemilius in Philippo Pulchro. Tilius in Chronico. Crantius in Vuandalia lib. 7. cap. 47. & in Saxonia lib. nono capit. tertio Bucchinger. in Historia. Ecclesiastica noua. in Gelasio Secundo Petrus Messia in Sylua Variæ lectionis. lib. primo cap. quarto. Platina in Clementina V. Morigius de Origin. Relig. lib. tertio capit. secundo. Sansouinus lib. 2. de his Meyerus, Annal. Flandriç. lib. 11. Eodem anno (inquit) 1307. incidit abolitio in Templariorum ordinem, qui per omnem fermè Europam compræhensi, horrendis supplicijs necabantur; ideo, quòd ad Sarracenorum defecisse impietatem dicebantur. Ortum initium à Pulchro Rege, & Gallica Nobilitate, qui præcibus Pontificem Maximum ad hoc adegerunt, spe ducti, (vt Itali tradunt scriptores) se ditatum iri illorum possessionibus, quas per omnem Galliam, plurimas habebant. Multa (inqnit Antoninus) Templarijs obijciebantur, sed vtrum verè, nondum
83 satis † constat. Hæc Meyerus. sed modo illi sibi vident in alio seculo rectè nè, an malè cũ eis actum fuisset. Hunc eorum ordinem probarat in Italia Innocentius III. in c. Cum deputati. extra de iudic.

Sancti Ioannis Hierosolymitani militum
84 Ordo, & nunc viget; à Gerardo † quodam captis Hierosolymis initium habuit. vt dicit Cassen. in Gloria Mundi. parte nona consideratione quarta in anno circiter. 1120. post Vincentium lib. 27. Primo loco Hospitalarij appellati, quia Christianos Hierosolymam pe-
85 tentes, hospitio † recipiebant; inde Hierosolymitani appellati. Postea Hierosolyma pulsi, Rhodum Insulam petierunt, & habitarunt, à Turcarum Imperio ereptam, (& à Clemente Quinto eis concessam, vt est testis Platina in eo, & ab hac Insula Equites Rhodij
86 † dicti fuere, diuersisq; temporibus acerrima bella gerentes, maximas Victorias reportarunt, donec anno Domini. 1480. à Mahome-
87 te Turcarum Imperatore Rhodus † Insula fuit obsessa, quam obsidionem magno demum suo cum dedecore, maximoq; suorum numero deperdito, post tres circiter ab obsidione menses, soluere coactus fuit. In anno postmodum. 1523. Rhodus eadem à Solyman-
88 no, † Turcarum itidẽ Imperatore iterum adorta, obsessa, cum ab Equitibus esset acerrimè, fortissimè, & constantissimè defensa, tandem hostium multitudine nostri oppressi, cumque eis auxilium aliquod, Christianorum Principum nullus misisset, post sextum obsi-

obsidionis mensem, saluis personis, rebusq;
89 aliquibus, cedere loco coacti fuere, & † Melitā Insulam à Carolo Cæsare donati, quā munierunt. Demū in anno. 1565. eam ab eisdē turcis obsessam, adeo viriliter tutati sūt, vt perpetuū,
90 nulloq; æuo abolitorum nomen † strenuissimi Equites acquisierint: hodieq; eadem religio Dei Optimi Maximi Gratia, in altissimo gradu Honoris, & potētiæ, seruatur incolumis, sic sēper Deus illam protegat. de ea Sansouinus vbi supra. lib. 2. & ēt in Chronico. Morigius lib. 3. c. 1. Cassen. vbi supra. Carolus Tapia de rebus Relig. in verb. Monasteria. c. 34. & diligentissimè scripsit Arnoldus Ferronus Historiæ Gallicæ. lib. 6. Dolionus Historiar. lib. 5.

S. Sepulchri Equites, quorū Magister erat in
91 Ciuitate Perusij in Vmbria, † duas Cruces rubeas asportabant. Hi postmodum ab Innocentio VIII. Sum. Pont., fuerunt vniti cum supra-
92 scriptis † Equitibus Rhodijs. vt scribit Francisc. Sansouinus in dicto. lib. 2.

S. Mariæ Matris Domini Equites, creauit in
93 partibus Bononiæ, & Mutinæ, † Vrbanus. IV. Sum. Pontifex, quo in ordine multi erant viri Nobiles, decentem, nobilemq; habitū gerētes, cum Cruce parua rubea in pectore dicebātur
94 fratres de Madōna, quos† vulgus fratres gaudentes appellabat, quorum aliqui etiā num vigent. vt dicit Sansouinus in eodem lib. 2.

S. Lazari Hierosolymitani Equites, à Magno Basilio originē habuerunt, eorumq; numerus,
95 † & ordo à Damaso Summo Pontifice priuilegijs decoratus. successu tēporum ab Innocen-
96 tio III. in anno 1198. & post modū † ab Honorio III. & ab Alexādro IV. Summ. Pontificibus cōfirmatus, à quo Alexandro sub Regula S. Augustini fuit positus, & bonis auctus, & à Friderico I. Aenobarbo Imperatore ditatus. Quum verò militia, temporū mutatione, declinasset,
97 illam tñ restituit Pius IV. † Pontifex Maximus
98 creauitq; eius Magistrū† Ioannottum Castellionum Mediolanen. in anno 1565. quo mortuo eadem Militia collata fuit in Emanuelem
99 Philibertum. † Sabaudiæ Ducem, quam vniuit, & vocari voluit Milites SS. Lazari, & Mauritij, cum hic fuerit de Domo Sabauda, fuitque hoc actum Gregorio XIII. Sum. Pontifice concedēte. Hunc ordinem Serenissimus Sabaudiæ Dux auxit, & ad maiora prouexit, ac prouehit maxi-
100 mè Serenifs. Carolus † Emanuel, qui modo rerum potitur. Crucem portant rubeam albo colore cinctam, & in medio crucis viridis aliā
101 † paruā Crucem albam viridi filo circundatā. de ea Paulus Morigius Mediolanen. de Orig. Relig. lib. 3. c. 7. Sansou. lib. 2. & Aldobr. Rotæ Auditori decis. nouiss. rotę 679. in princ. vol. 1.

A nostris Doctoribus quoad Equites plures
102 tractantur quęstiones, an acquirant † Feuda? an in illis succedant? quomodo succedant in alijs bonis? an possint testari? an possint more Hispanorum constituere maioratum? tum ex patrimonialibus, tum ex bonis commendarū, & beneficialibus? an visitentur ab ordinarijs locorum? an sint capaces beneficiorum Ecclesiasticorū? an promittant vota Castitatis, Paupertatis, & obedientiæ? & similia plura de quibus Martin. Nauar. in c. si. 16. q. 1. vbi in q. 3. nu. 29. 31. & in tract. de Reddit. Eccles. q. 3. Corollar. 16. nu. 28. & in cons. 23. tit. De regular. latè Ludou de Molin. de Hispanor. Primog. lib. 2. c. 9. num. 69. parte 1.

Posse Regem Catholicum vltra præfatos in suis Regnis, ac Dominijs creare alios Equites Torquatos, Nobiles, Patricios, ac alias dignitates Comitum, Marchionum, Ducum, ac Principum indubitabile est: Quia cum Rex noster sit Princeps, qui habet iura Regalia, & facere possit omnia quæ potest Imperator in Imperio. vt supra pluries in pluribus capitulis di-
103 ctum est, sine ambiguitate † hæc facit. iuxta tex. in c. 1. in verb. Potestas creandorum Magistratuum. Quæ sint regal. & amplè tradidit Andreas Tiraquell. de Nobilitat. cap. 6.

Sed cum decreuissem huic capiti finem imponere, mutaui sententiam, iniustum diudicās nihil de Antiquorum Romanorum Equitum ordinibus disserere, cū locus hic aptus videatur; non quia ostentationem quandam exhibere videar, cum quæ scribam ex diuersis scriptoribus, qui ante me fuerunt, excerpere decreuerim; Sed in vnum veluti omnium Equitum Pomerium, antiquorum etiam fructus inserere, quando videam, non solum scriptores nostros, sed nonnullos de secretioribus literis optimè meritos, hanc tractationem, magno confusionum inuolucro descripsisse, conabor tamen in quantum potero, ab obscuritatis caligine illā vindicare; quod si non ex voluntate succedet, saltem voluntas prompta cuiq; notoria sit.

Ante Gracchorum tempora, qui fuere anno Vrbis circiter 519. Romæ iudicandi potestas penes Senatores erat, nec quidem penes om-
104 nes, sed penes illos, qui Decuriati essent † in Albo ob vitæ, ac morum integritatem. Decuriati autem dicebantur, qui ex singulis decem
105 erant selecti, & hoc est, † quod Cicero in Verrem Action. 4. appellat Decuriam Senatorum. & Philippica. 5. appellat Decuriam Iudicum. Ordo autem Senatorius Romæ, separatus erat à Plæbe. Verum C. Sempronius Gracchus, cum Tribunus Plæbis esset, in ipsam Plæbem propensus, Volens æquare Senatoribus Equites, & Equestris ordinis homines,
106 Senatores, & Equites insimul iudicare† permisit, vt hoc narrans Plutarchus in Graccho dicit: Legem à C. Graccho latam, vt trecenti Equites cum trecentis Senatoribus iudicarent. Ex qua Plutarchi authoritate, scrip-
508 tores nonnulli in eam opinionem ducti sunt, æqualē fuisse honoris, atq; Nobilitatis gradū,

Senatorum,& Equitum afferentes.

Ne tamen veritas Historiarum Populi Romani, diuersitatibus sentẽtiarum per diuersas ambages reddatur obscura; Dicendum est Phi
107 lippum † Broidæum ad Franciscum Polletũ in Historia Fori Romani.lib.3.cap.8. Iurisconsultum Ariensem elegantissimum, Historiarũ, atque amœniorum studiorum perscrutatorem vigilantissimum, declarasse Plutarchum in loco allegato intelligi oportere, quòd C. Graccus transtulerit iudicandi potestatem in Equites, non autem communicauerit. Verè ne, an aliter,melius erit, vt eadem Plutarchi verba ad viuum referam,nam dum de C.Graccho loquitur sic inquit. Hic trecentos Equites Romanos, trecentis admiscuit Senatoribus, atq; iudicia hisce sexcentis communicauit. Hæc Plutarchus. Ante vero quàm sententiam meã aperiam, cõmemoro,apud Romanos, tres hominum Ordines fuisse, qui non Magistratus, sed ciuium ordines dicebantur. Senatorius,
108 Equestris,&† Plebęius. Ex his ordinibus Magistratus fiebant. Senatorius ordo dignior,
109 Equestris secundo, Plebæius nouissimo.†Senatorij viri ex Veste discernebantur, nempe
110 laticlauia † veste, Equites Anulis aureis
111 † Plebæi Argenteis. Senatores in Orchestra, siue Cauea dum inspiciebantur ludi,qui locus erat in inferiori parte, & ludis proximior. In
112 summis † ordinib. Plebæi, in medijs Equites stabant. Ordo itaq; Equestris medius fuit inter Senatores,& Plebæios.

His præhabitis,dicendum est,quòd C. Sempronius Gracchus,Plæbis Tribunus existens, nihil antiquius,ac melius putauit,quàm vt medium ordinem cum primo, scilicet Senatorio coęquaret. Idcirco communicauit cum illis iudicia,& iudicandi potestatem:& hoc dicere voluit Plutarchus,vt locus supra allegatus demonstrat. Quod Paulo Manutio in lib. De legibus.minimè placuit, Quin immò adeo id ægrè tulit,vt neruos omnes contorserit, dicens
113 manifesto † errore Plutarchum peccauisse, ac lapsum fuisse,nulloq; modo pręter Equites, Senatores iudicasse, sed à dictarum Legum Rogatione, ipsos solos Equites id munus expleuisse. Pro sua Opinione tuenda contra vnũ Plutarchum, viros Grauissimos adducit Ciceronem,Velleium Paterculum, Appianum Alexandrinum, Liuium, & Asconium Pedianum. Ego, vt verum fatear, si rectè Plutarchum interpretemur, Virum Præstantissimum
114 ab hac iniuria remouebo. † Certum est, vt supra diximus, Iudicia penes Senatum prius fuisse; à Romulo enim hæc illis tributa potestas.vt Polybius lib.6. & Dionysius Halicarnaseus lib. 2. testantur. ac Pomponius Lætus de Magistratibus. cap. 4. Vndè Plutarchus dum ait,communicatam iudicãdi potestatem Equitibus, non idcirco fuit abrogata potestas Senatoribus,& ipsis iudicandi,Senatumq; idcirco amotum, ac solis Equitibus concessum, vt Manutius sibi persuasit. Promiscua enim illis potestas data,vt insimul mixti iudicarent.Hoc benè esse posset, vt Plutarchi litera dicere deberet. Hic Sexcentos Equites Romanos,& nõ Trecentos. Hoc enim cordi habuisse Gracchũ arbitror, vt tacitè submoueret Senatorum Iudicia,cum Senatores essent trecenti, Equites sexcenti, Inferendis suffragijs, ac seligendis Iudicum Decurijs,Equester ordo ob maiorem multitudinem præualeret. Pro hoc habeo Liuium authorem in promptu in Epithome. 60.
115 qui de C. Gracchi lege verba † faciens, inquit. Tertiam, qua Equestrem ordinem, tunc cum Senatu consentientem corrumperet, vt sexcenti ex Equitibus in Curiam subligerẽtur, & quia illis temporibus,Trecenti tantum Senatores erant, sexcenti Equites,trecẽtis Senatoribus admiscerentur, idest, Vt Equester ordo, bis tantum virium in Senatu haberet. Hæc Liuius. Vnde dictum Plutarchi,sic intelligi oportet,vt cõmunib.suffragijs iudicarẽt, non vt soli Equites iudices essent. Et dũ Velleius Patercu
116 lus lib.2. De C. Graccho inquit,† Iudicia de Senatu transferebat ad Equites. Eodem modo interprætanda sunt,vt ob maiorẽ Equitũ numerũ,& maiora illorum suffragia,vt superãtia Senatorũ minora; tantum abest,vt omnis iudicãdi potestas ad Equites tacitè videretur esse translata,cũ Senatorũ sententia tamquam paucorũ,semper videretur succumbere. Simili modo Asconij Pediani dicta intelligi oportet. Is
117 .n.in Diuinatione Ciceronis ait,† C.Gracch⁹ legem tulerat, vt Equites Romani iudicarẽt, Idest cũ Senatorib., non soli. Ne Asconius vir grauissimus Romanarũ Antiquitatũ enucleator, Liuio in loco allegato contradicere videretur,quod neutiquam ferendum est. Appiani
118 dictũ lib. 1.Bellorũ ciuilium,† dum ait.M.Liuius Drusus Tribunus Plębis,Senatum,& ordinẽ Equestrem,Iudiciorũ causa,quæ adẽpta Senatui,& Equitib.tradita fuerãt.Intelligi oportet,adempta Senatui, non priuatiuè, vt nostri dicunt,sed tradita Equitib.,cumulatiuè. Illud
119 eiusdẽ Liuij Epith.70. dum † ait, Pub. Rutilius,Vir summæ Innocẽtiæ,qui Legatus Q.Mutij pro Consule à Publicanorũ iniurijs Asiam defenderat,inuisus Equestri Ordini,penes quẽ iudicia erant,repetundarũ damnatus,in exiliũ missus est.Liuius intelligendus est,vt à 60.Epithomate ad 70. sibi ipsi minimè breui spatio, contradicat.vt dicatur,penes quẽ iudicia erãt, scilicet cumulatiuè cũ Senatoribus. Quod nouissimo loco Manutius obijcit ex Cicerone in Fragmentis Orationis, pro C. Cornelio in Commentarijs Asconij, minus obstabit. ita
120 Cicero. † Memoria teneo, cum primum Senatores,cum Equitibus Romanis, Lege Plotia Iudicarent. ex his verbis Argumentum sumit fortis-

fortissimum, suo iudicio, Manutius: Quia cum primum dicit, ergo lege Gracchi, quæ multis antea annis lata erat, nullam in Iudicijs, Equitum, & Senatorum societatem fuisse. Si hoc Gracchus non cauisset, ac Iudicia non communicasset Equitibus, & Senatoribus, induceret falsum dixisse Liuium, Plutarchum, Velleium, & Appianum, qui hoc dixerunt. Argumentum idem contra eundem, torqueo, nam ante Legẽ Plotiam, de qua statim dicam, super eadem re fuisset lata Lex Seruilia, Qua eadem commu-
121 nicatio iudicandi, † Senatoribus & Equitibus facta fuit, anno Vrbis. 647. eodem Q. Seruilio Cępione, & C. Attilio Serrano Consulibus, vt est author Cassiodorus; quam Legem Seruiliam Crassus etiam sua Orarione persuasit, vt meminit Cicero de Orator. lib. 2. & hinc idem Cicero in Orat. pro A. Cluentio ait; C. Seruilius Glaucia alia lege, illam primam Seruiliam Cæpionis confirmauit. Et similiter an-
122 te Legem Plotiam fuit, & Lex Liuia † in anno Vrbis. 662. L. Martio, & Sex. Iullo Coss. Plotia vero, siue Plautia lata est anno Vrbis.
123 664. C. Pompeio † Strabone, & L. Portio Catone Coss. vt sunt authores Cicer. de Orat. lib 3. & ad Atticũ lib. 4 Epistol. 16. Vdalrich. Zas. Hotoman. & Anton. Augustin. in Plotia. Ex quibus clarum fit, Ciceronis dictum in Corneliana intelligi oportere, quòd æquis, ac paribus numeris Lege Plautia fuerint Iudicia Senatoribus, & Equitibus communicata, cum prius Ordo Equestris ob numerum maiorem, haberet suffragia maiora, vt videretur solus Equestris ordo iudicare. Alioquin oporteret Ciceronem redarguere, quòd nullam legum Seruiliæ, Glauciæ, & Liuiæ notitiam habuerit. Quod cum satis absurdum sit, silentio transeundum fore potius duxi. Nam & Cæpionis Legem Cicero commemorat de Inuention. lib. 1. cap. De repræhensione. Offensum est (inquit) quòd eorum, qui audiũt, voluntatem lædit, vt si quis apud Equites Romanos, cupidos iudicandi, Cæpionis Legem Iudiciariam laudet. & illam C. Seruilij Glauciæ. similiter idem Cicero in Bruto, dum dicit, Glauciam ob eam Equestrem ordinem sibi vehementer deuinxisse. ex ijs cõstat Ciceronis authoritatem ei non suffragari. Post hæc L. Cornelius Sulla Consul, & Dictator
124 perpetuus, cum Q. Metello, Equestri † ordini iudicia ademit, & vt in solum Ordinem Senatorium transferrentur. Qua lege decem annis à solis Senatoribus iudicatum extitit, cumque iudicia turpiter, & cum infamia, quòd munera à Reis caperent, fieri viderentur. L. Aurelius
125 † Cotta, Vir Nobilissimus, Tribus Ordinibus iudicia cõmisit, Senatoribus, Equitibus, & Tribunis Aerarij, vt retulerunt Liuius in Epitho. 79. Velleius Paterculus. lib. 2. Illamq; in suo secundo Consulatu confirmauit Pompeius Magnus, & fortiori vinculo postmodum in tertio
126 Consulatu firmauit idem Magnus; † cuius meminit Cicero in Pisonem; vbi Pedianus. Vltima verò Lex Pompeia iudicaria, Oratores, & causarum Patronos arctabat, vt in dicendo nõ
127 nisi tres horas † consumerent. Vndè idem Cicer. in Bruto. Maximè verò, (inquit) perspecta est vtriusq; nostrum exercitatio, antequam perterritum hoc Armis studium, Brutè, nostrum conticuit subitò, & obmutuit Lege Pompeia, ternis horis ad dicendum datis ad causas simillimas inter se, vel potius easdem, noui veniebamus quotidie. Post hanc Pompeiam legem, lata est lex Iulia, quam tulit C. Iu-
128 lius Cæsar Dictator, qui iudicia † ad Senatores, & Equites transtulit, & Tribunos Ærarij substulit, dicente Suetonio Tranquillo in Cæsare. cap. 41. Iudicia ad duo Genera Iudicum redegit, Equestris Ordinis, & Senatorij, Tribunos Ærarios, quod erat tertium, substulit. Hęc omnia dicta sunt, vt quo in gradu, & existimatione fuerit apud Romanos Equestris ordo, quisq; perciperet.

Principe Orbis, Romano Populo existente, qui Senatorij Ordinis erant, supremum gradũ illi præferebant, qualem hodie dicere possemus, Imperatores, Reges, suiq; Iuris Principes. Equestrem verò ordinem, qui apud Romanos erat, Æqualẽ esse Principibus medijs, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, alijsq; similibus. Plebæm verò Plebi similem videri. Qui Equitum originem tradere voluerunt, nimium se torserunt, vt illorum Antiquitatem à romanis expiscandam censerent: quasi ante Romanæ Vrbis constitutionem, illiusq; incrementa, apud nationes alias, Principes viri non fuerint, quorum Nobilitas, Equestri, quem nũc dicimus, ordini similis fuerit. Sed age sequamur eandem viam, & postmodum breuiter alia percurramus. Romulus à principio pro sui
129 † corporis custodia trecentos elegit, eosq; à promptitudine, & celeritate, celeres appellauit. Vel, vt Valerius Antias dicit, quia illorum
130 Deus † Cęler fuerit nominatus, quo exequente, Remus occisus est, illorumq; Princeps Cælerum Tribunus dictus. Quod, & Liuius lib. 1. Dionys. Plin. lib. 33. cap. 2. Aymarus Riuallius Hist. iuris ciuilis. lib. 1. cap. 3. qui illum Fabiũ Cælerem nominat, alijq; permulti scripsere. Nec ea ex causa Equites dictos, vel creatos dijudico, sed ab Equitando ipsos appellatos fuisse certissimum est: Non quòd primum ij nobilitatis gradum haberent; Cum eos elegerit Romulus ex Triginta curijs, in quibus Populum Romanum diuiserat; & in eis erant. & Nobiles, & Plebæi, sed ex singulis Tribubus Denos. Quibus concinunt verba Festi Pompei: Cæleres (inquit) antiqui dixerunt, quos nunc
131 † Equites dicimus, à Cælere interfectore Remi, qui initio à Romulo ijs pręposirus fuit, qui primitus electi fuerũt, ex singulis curijs Deni,

ideoq; omnino Trecenti fuere. Hinc Plinius in eodem loco. Equitum nomẽ sæpè variatum est in ijs quoq; qui ad Equitatum trahebantur;
132 † Celeres sub Romulo, Regibusq; appellati sunt; Deindè Flexumines, post ea Trossuli, cum oppidum in Tuscia, citra Volsinios passuum nouem millia, sine vllo peditum adiumento cæpissent. Ex horum verbis ab Equitando à pedi tum differentia, Equites vocitatos apparet; ha-
133 bebant enim ex publico † Equum. Videtur id innuere Ouidius lib. 3. Fastorum, dum ait.

Inde Patres centum, Denos secreuit in orbes
Romulus, Hastatos instituitq; Decem.
Et totidem Princeps, totidem Pilerus habebat
Corpora, legitimo, quiq; merebat Equo.
Quin etiam Patres totidem Tatiensibus ille
Quosq; vocant Ramnes, luceribusq; dedit.

Ex quibus apparet à principio apud Romanos, Equites inter Nobiles enumeratos non fuisse. Vnde Martialis, post tot tempora lib. 5. Epigram. 17. Dũ Gellia diceret habuisse Auos, Proauosq; Nobiles, refellens Nubere Equiti, sed Laticlauo ità respondet.

Dum Proauos, Atauosq; refers, & nomina magna,
Dum tibi noster Eques sordida conditio est.

134 Medius namq; fuit Equestris inter † Senatorium, atq; Plæbeium. Vnde Liuius lib. 26. Consensum Senatus, Equester ordo est sequutus; Equestris ordinis, Plebs. Et antè eum Cicero in Orat. in Toga Candida in Catilinam. A quibus (inquit) consulatum petis? à Senatoribus, qui te authoritate sua, spoliatum ornamentis omnibus, vinctum penè, Africanis oratoribus tradiderũt? ab Equestri Ordine, quem trucidasti? à Plebe, cui spectaculum eiusmodi, tua crudelitas præbuit. Et Velleius Paterculus lib. 1. Tũ Senatus, atq; Equestris ordinis pars melior, & intacta perniciosis consilijs, Plebs in Gracchũ irruere. Valerius lib. 3. cap. 7. de Scipione. Si quidem (ait) & Senatum totum, & Vniuersum Equestrem ordinem, & cunctam plebem, Iouis Opt. Max. puluinaria petens, comitem habuit. Hinc Valerius Martialis. lib. 4. Epigram. 2.

Cum Plebs, & minor ordo, Maximusque.

Et idem Martialis lib 5. Epigram. 28.

Ingenium, studiumq; tibi, moresq;, genusq;
Sunt Equitis, fateor; cætera plebis habes.
Bis septena tibi non sunt subsellia tanti
Vt sedeas viso pallidus Occano.

Vltimi versus respiciunt quatuordecim ordines sedẽdi in Theatro, de quib' suprà egimus.

Magnificari autẽ, ac erigi cęptus ordo Equestris, cum in ordinem Senatorium allici cępit; & tũc cępit Senatoria nobilitate perfrui. Cen-
135 tum enim primo à Romulo † Senatores ex Albanis lecti. vt Liuius lib. 1. est author. Centum alij postmodum ex Sabinis, vt est author Dionysius, & scribit etiã Plutarch in Romulo. Tarquinium verò Priscum alios centum elegisse
136 ac trecentorum numerum † compleuisse. Postremo Brutum consulem primum, Valerij Collegam, eum numerum à Tarquinio superbo, expulsionibus, ac cedibus imminutum, expleuisse, Liuius est author; quamquam in numero ab alijs dissentiat. Gentis vero Equestris, & Plæbis ordo, cæpit ad maiora prouehi, ac Nobiliorem gradum ascendere, non solum cum per leges Gracchorum, ac aliorum narratas, fuere eis communicata iudicia, sed longo antea interuallo, ab ipsa nempè Regum expulsione, quando numerus Senatorũ est suppletus. Hi enim, qui in illum Amplissimum ordinem allecti fuere. (cum alij Patricij prius vocarentur) coopta-
137 ti alij postmodum, & cum illis scripti, † insimul Patres Conscripti nominari cępere. Hinc festus Pompeius; Qui patres, quiq; conscripti vocati sunt in curiam, quo tempore Regibus vrbe expulsis, P. Valerius Consul propter inopiam Patriciorum ex Plebe allegit in numerum Senatorũ Cẽtum, & sexaginta quatuor, vt expleret numerum Trecentorum. Quod & Liuius non diffitetur, Patres conscriptos esse vocatos asserens, qui à Bruto in nouum Senatum erant lecti. Quamquam Zonaras Annal. lib. 2. dicat Seruium Tullum Regem, fuisse primum, qui Plebæios in Senatum vocasse statuerit. Nihilominus Liuius lib. 2. dicit, eam rationem legendi in Senatum seruatam fuisse, vt semper ex ordine Equestri, qui proximus dignitate erat, legerentur. & ità ibidem scribit à Bruto Consule obseruatum. Vnde non immeritò ex persona Persei Regis loquentis dicit idem Liuius
138 lib. 43. Equites † seminarium esse Senatus. Quod lõgo post tempore idem dicere vsurpauit Alexander Seuerus Imperator apud Aeliũ Lampridium. Hinc Augustus apud Suetonium dixit, se nihil aliud tradere, quàm Equestri familia natum, in qua, & primus Senator Pater suus fuerit. Hæc etiam confirmantur à Fenestella de Magistratibus. Rom. cap. 1. Pomponio Lęto. cap. 2. & 3. Zas. in lege Iulia iudiciaria. Gulielm. Budæ. in Posterioribus in l. fin. §. Iudicandi. ff. de Munerib. & Honor. Alexand. Sard. de Moribus Gent. lib. 2. cap. 2. & 3. Christoph. Myle. de scribenda vniuersitatis Rer. Histor. lib. 3. Ferrãd. Adduens. lib. 1. Explication. cap. 7. Sed notandum est, nullam laudem apud Romanos, Equites retulisse, nisi vbi militaria munera, legitimo tempore obijssent, Et tunc ad Censores ducebant Equum in forum, & enumeratis stipendijs, & sub quibus Imperatori-
139 bus militassent, meritas laudes, vel † vituperationes, referebant. vt post alios scribit Alex. Sardus lib. 2. cap. 28. Qui verò laudes honoris gratia referret, hic verè Eques. & Equitum insignijs vtebatur, de quibus supra diximus.

Pharao Rex Ægypti ob sapientiam Iosephi, & somniorum interpretationem, dixit illi; Ecce constitui te super vniuersam terram Aegypti. Tulitq; Anulum de manu sua, & dedit eum

in

in manu eius, vestiuitq; eũ Stola Bissina, & col-
140 lo, Torquem Auream † circumposuit. vt habetur Genes. cap. 41. Vnde exprobrãdo in Hierosolymam Ezechiel. cap. 16. inquit: Et ornaui te ornaméto, & dedi armillas in manibus tuis, & Torquem circa collum tuum. Hinc 3. Esdræ. cap. 3. promittit Rex Darius, ei, qui loqueretur sermonem sapientiorem, Dona magna; quòd cooperiretur Purpura, biberet in auro, & super aurum dormiret, currum Aureo freno, Cydarim Bissinam, & Torquem circa collum. Vnde Salomon Audi (inquit) fili mi, disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & Torques collo tuo. vt habetur Prouerb. cap. 1. Sic Balthassar Rex filius Nabuchdonosor, Daniel. cap. 5. Quicunq; (ait) legerit scripturam hanc, & interprætationem eius manifestam mihi fecerit, purpura
141 vestietur, & Torquem † Auream habebit in collo, & Tertius in Regno meo erit. Et paulò post ibidem. Tunc iubente Rege indutus est Daniel purpura, & circundata est Torques Aurea collo eius. Vnde inoleuit communis Principum vsus, vt quos virtutum ornamenta decorant, hos Anulis aureis, chlamidibus pictis, Stolis, Fibulis, Baltheis, Phaleris, Monilibus, Ar-
142 millis, † Calcaribus, Ensibus, Torquibus, & similibus, honestarunt; quorum aliqua refert Alex. ab Alexand. Dier. Genial. lib. 2. cap. 19. Equites verò inualescente vsu postmodum, nõ solum apud Romanos, sed Chalcidenses, Cretenses, Achæos, Capuanos, Germanos, Batauos, Gaditanos, Macedonas, Aegyptios, & vbiq; ferè gentium, maximo in honore fuerũt, ac modo sublatis Senatuũ illorũ figuris, apud Equitum ordinem primus quidam gradus habetur, meritæq; virtutis præmium fuisse, etiam Sylius Italicus lib. 15. scripsit, dum ait.

Hic Torque aurato circundat Bellica collo.

143 Et militare hoc præmium † esse, etiam D. Isidorus lib. Ethimologiarum 9. cap. 7. inquit: item stipendiorum modus, dignitatum gradus, Præmiorum honor, veluti cum corona, vel Torques Donatur. vt habetur in c. Ius militare. 1. distinct.

ARGVM. CAP. LXXV.

Fractæ Naues, & Naufragantium bona, Regum Hispaniæ, ac Neapolis sunt in eius Regnis. Quæstio hæc disceptatur, & quibusdam declarationibus conclusio elicitur.

COMPENDIVM.

1 *Fractarum Nauium, ac Naufragantium bona Regis Catholici sunt. sed vide. nu. 16.*
2 *Naufragantium bona, tam in Italia, Neapoli, Sicilia, Hispania, & Anglia littoribus sunt Regum. num. 8.*
3 *Sic in Gallia, Aquitania, & Nauarra, ac Serenissimo Dominio Venetorum. num. 4.*
5 *Et in statu Britonum, siue Britannia Armorica.*
6 *Iura Britanniæ a morte Henrici III. sunt Serenissimarum Isabellæ, & Catherinæ, filiarum Philippi Regis Catholici.*
7 *Cruciferi in Polonia, & Pomerania sunt in possessione Nauium fractarum, & Naufragantium.*
9 *Afflictio, afflicto danda non est.*
10 *Proiecta in Mari, an fiant occupantis.*
11 *Occupantis an sint bona tam vno capite, quàm alio.*
12 *Bona pretiosissima veniunt in proiectionem, cum videant tempestatem, leuandæ Nauis gratia.*
13 *Catullus Nauigans, ob tempestatem proiecit bona.*
14 *Ionas Propheta, & bona in mare proiecta.*
15 *Dominus post tempestatem tranquillum facit.*
17 *In statu Romano similiter obseruari capturã Nauiũ fractarum, fieriq; indebitè.*
18 *Magistratus in Regno Galliæ qui procedant contra Naufragantes.*
19 *Et sic in Regno Neapolitano malè fieri, & obseruari.*
20 *Consuetudo, quòd dentur bona naufragantium occupanti, an valida. num. 23.*
21 *Naufragantium bona occupantes, tamquam fures, & Latrones puniuntur.*
22 *Naufragantium bona occupantes, an sint excommunicati.*
24 *Bona delata ex alluuione, aut ex vi fluminis, an fiãt occupantis.*
25 *Bona in Mari proiecta, quando præsumantur derelicta?*
26 *Bona Turcarum Naufragantium, vel aliorum, an occupentur licitè.*
27 *Bona si sunt Piratarum, cum quibus geri possit bellum, an sint occupantis, & an si fuerint aliorum Piratarum? num. 28 29.*
Intellectus Auct. Nauigia. C. De Furt.
30 *Piratæ sunt diffidati publici, & an possint disrobari?*
31 *Piratæ tamquam publici hostes sunt infames, & militiam exercere nequeunt.*
32 *Piratę sunt Latrones maritimi.*
33 *Piratæ ex ore Pontificum quotannis excommunicantur.*
34 *Piratę, publicorum cõmerciorum sunt Turbatores.*
35 *Histerologia sermocinatio ordinis peruersi.*
36 *Sine Principis licentia, Piratica exerceri non debet.*
37 *Bellum inconsulto Principe fieri nequit.*
38 *Romani Piratas persequebantur.*
39 *Lex Gabinia.*
40 *Demetrij Piratæ dictum mirabile factum Alexandro Macedoni.*
41 *Si ob naufragium bona proiecta sunt, an habeantur pro derelictis, & quando fiant occupantis.*
42 *An in omni casu sit facienda restitutio Bonorum ex naufragio receptorum. nu. 43. 44.*
45 *Bona naufragantium accipiens, ad hoc, vt furtum nõ com-*

committant, nec excommunicationem incurrat, quæ requirantur?
46 *Naufragium quomodo probatur?*
47 *Clausula leuato velo, quid denotat.*
48 *Coram quo Iudice Naufragium probetur.*
49 *Caphaleniorum Iudicium contra Zenothedimem Nauicularium.*
50 *Testes super Naufragio deponentes, an parte citata debeant recipi? num. 51.*
52 *Bona Naufragantium Iudæorum deberi pro Regi Regni tenuit Lauarius.*

CAP. LXXV.

1 NOn modica videtur Hispanorum Regum prærogatiua, quod Fractarũ Nauium, † ac Naufraganrium bona eorundem sunt. vt memi nit gl. in c. Dispensationes. 1. q. 7. Io. de Plarea. in. l. 1. C. De Naufrag. lib. 11. Gulielm. Benedict. in Rep. c. Raynutius. in verb. Et vxorem nomine Adelasiam. de eis. 5. n. 374. de Testam. Francisc. Marc. in decis. Delph. 424. num. 3. vol. 2. Aluarus Pelag. de Planct. Eccles. lib. 2. cap. 46. col. 4. vers. Quid de naufragiis. Hoc idem obseruari in hoc Regno Neapolitano, scribit Andr. de Iser. in Const. Regni. Rapinas. & Matth. de Afflict. in Const. Dohanæ secreti. nu. 16. & idem in
2 omnibus † littoribus Italicis, Neapolis, Siciliæ, Hispaniæ, & Angliæ. voluit Renat. Choppin. de Doman. Franciæ. lib. 1. tit. 16. nu. 9. 10. sic in Gal
3 lia, Aquitania, & Nauarra † voluit idem Choppin. in consuetud. Andegauens. parte 1. lib. 1. cap. 51. num. 2. Quis enim impedit, quominus Princeps, vel Respublica præscribat Maris Imperium, si non quoad Dominium, & proprietatem, saltem quoad vsum Iurisdictionis, vt pluries supra dixi, & nouissimè pro Serenissimo
4 † Venetorum Imperio eleganter scribit Angelus Martheatius de Via vniuersi Iuris. lib. 1. c. 36. num. 13. & seq. Quo iure Rex Catholicus, suique prædecessores vsi sunt spatio circiter quingentorum annorum. Hoc idem ius est in
5 statu Britannico Armorico, seu Britonum, † vt post Bertrandum Argentreum in Consuetud. Britanniæ voluit idem Choppin. in. de Domã. vbi supra. nu. 10. Quod ius nunc post mortem Henrici III. Regis Galliæ competit Regi Catholico, ac eius filiabus Isabellæ, & Catherinæ,
6 † per ea, quæ suprà tradidi cap. 46. in Ducatu Britanniæ. Crucigeros Equites in Polonia, & Pomerania, fractas Naues, & Naufragorum bo
7 na vsurpasse. scribit † Martin. Cromerus in Histor. Polon. lib. 11.

Prauam verò esse consuetudinem, inquit gl. in dicto c. Dispensationes. vbi inquit, malè facere Hispanos Reges: quid enim habet Fiscus
8 † in aliena calamitate, vt de re tam luctuosa cõpendium sectetur. vt dicit Imperator in dicta l. 1. C. De Naufrag. lib. 11. Quando eorum miseria tam magna fit. l. 3. in fin. ff. De incend. ruin. Naufrag. vt post procellas, & Maris tempestates in portu, vbi salutem sperabant, ventorum vi iactati, inueniant contraria numina, & sic eis conueniat illud Virgilij lib. primo Æneidos.

Terris iactatus, & Alto.

9 Afflicti enim tempestate nauigantes, vndisq; proiecti, alia afflictione lædendi non † sunt. c. Cum percussio. 7. q. 1. c. Mulier. 5. Distinct. Ne tale hominum infortunium, etiam suorum bonorum perditione grauetur. l. Tam dementes. C. De Episc. audient. Nec dicẽdum est ex proiectione bonorum in Mari, habere illa pro de-
10 relictis, ita vt fiant occupantis, cum sint in † bonis nullius. §. Feræ. Inst. de rer. diuis. Constantin. Hermenopul. in Promptuar. iur. ciuilis. lib. 2. tit. 11. §. Si leuandæ. Quia aut bona sunt à Naui iam fracta in mari reperta, & tunc cum id fuerit in Tempestatis, & fortuito casu, nullo pacto haberi possunt, vel præsumi derelicta: aut verò causa leuandæ Nauis, ob superfluum onus, ne fluctibus mergatur: & tunc similiter proiecta, nunquam censerem bono animo proiecta, nec derelicta putanda esse, & idcirco oc-
11 cupantis † minimè erunt. iuxta gl. notab. in c. Cum dilecti. vbi Panor. num. 11. De Accusat. & habetur in l. Nauis leuandæ. & l. Qui leuandæ. ff. Ad leg. Rhod. de iactu. Nec enim nouum est,
12 leuandæ nauis causa, vt homines † incolumes conseruentur, & nè onere prægrauata, vndis submergatur, etiam bona pretiosissima proijci,
13 vt de Catullo † nauigante refert Iuuenalis Satyra. 12. Dum ait.

Accidit, & nostro similis fortuna Catullo
Cum plenus fluctu medius foret alueus, & iam
Alternum puppis latus, euertentibus vndis.
Arboris incertæ nullam prudentia cani
Rectoris conferret opem, decidere iactu
Capit cum ventis, imitatus Castora, qui se
Eunuchum ipse facit, cupiens euadere damno
Testiculorum, adeo medicatum intelligit inguem.
Fundite, quæ mea sunt, dicebat, cuncta Catullus,
Præcipitare volens, etiam pulcherrima, Vestem
Purpuream, teneris quoq; Mæcenatibus aptam.

Sed iis in periculis existentes aliquando idẽ fecerunt leuandæ nauis gratia, dum non bona
14 solum, sed Ionam in Mare miserunt. † vt patet Ionæ. cap. 1. Non absimile fuit naufragium Pauli Apostoli, & sociorum. de quo scribit latè Lucas Actorum cap. 27. Vnde si Naufragantium bona ab alijs diripiuntur, & dominis iam meliora sperantibus, non traduntur: vtiq; domini promissionibus deluderetur, qui dixerat per Thobiam. cap. 3. Non delectaris in perdi-
15 tionibus nostris, quia post † tempestatem, trãquillum facit; & post lachrymationem, & fletũ, exultationem infundis. ac illud, quod Christus afflictis promisit Matth. cap. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Præterea perperam agere Hispania
16 rum Reges, censuetunt † Aluar. Pelag. in dicto cap.

cap. 46. cui se subscribit Guliel. Bened. in di-
cto Verb. Et Vxorem nomine Adelasiam. decis.
5 nu. 374. & Francisc. Marc. in decis. Delphinat.
424. lib. 2. Quod etiam malè fieri in partibus
17 Romanæ † ditionis, scribit Lucas de Pen. in
dict. l. 1. C. De Naufrag. & de hac etiam cupi-
ditate bonorum Naufragantium contra Magi
18 stratus in Regno Galliæ † inuehitur Gulielm.
Benedict. in loco allegato. & Francisc. Marc. in
dicta decis. 424. Similiter etiam hoc malè
19 seruari in Regno Neapolitano † dixerūt Iser.
& Afflict. in dicta Constit. Rapinas. Nec vale-
re consuetudinem in contrarium obseruari so
litam, quantumuis longo tempore illa fuerit,
cum censeatur sublata per Federicum Impe-
ratorem in Auth. Nauigia. C. De furt. hoc etiā
probarunt Aluarus, post Isern. & Gulielm. Be-
nedictus in locis relatis. & Federic. de Senis
in consil. 107. Qui asseruit consuetudinem
20 † in contrarium, quòd dentur occupanti, non
valere arg. l. Deprecatio. ff. Ad leg. Rhod. de
iact. hoc idem tenuit Barthol. Veronens. de ser-
uit. tit. de Littore Maris. in fin. vbi dicit, acci-
pientem bona Naufragantium, esse puniendū
21 tamquam furem, & † Latronem, seu raptorem
arg. l. 2. & 3. ff. de Incend. Ruin. Naufrag. & arg.
dictæ Auth. Nauigia. C. de furt. quod pluribus
comprobat Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudic.
quæst. lib. 2. centur. 3. casu 297. & Centur. 4. ca-
su 394. nu. 99. & nouissimè Hierony. Treutle-
rus Disputation. Selectar. lib. 2. Disputat. 30.
Thesi. 2. & 3. Vnde eadem bona accipientes es-
se obligatos ad eorūdem bonorum restitutio-
nem, alioquin esse omnimodæ excommunica-
22 tioni † obnoxios. c. Excommunicationi. de Ra
ptorib. sequitur Martin. Nauar. in Manual. Con
fess. cap. 17. num. 98. 99. 170. & cap. 27. nu. 117.
vers. Nona. & in consil. 1. nu. 1. 2. de Pœnit. & re
missionib. Martin. Mesnart. in Epithom. legum
Pontifical. lib. 5. tit. 17. vers. Qui autem. Caie-
tan. in tract. de vsur. cap. 1. Itaq; mihi videtur
in hac controuersia vltimam opinionem, esse
pro anima securiorem, cum aliquibus declara-
tionibus, quas subijciam.

Prima declaratio sit: tunc demum fieri oc-
cupantis, quando illi, qui Naufragium patie-
bantur, voluissent, ac declarassent habere illa
bona proiecta pro derelictis; tunc enim, vel oc
23 cupātis, vel Domini tale ius † occupantis præ-
tendentis ex consuetudine, bona erunt. vt no-
tat Federic. de Senis in consil. allegato 107.
quem sequuntur Paul. de Castro, & Alexand.
in l. Hoc amplius § De his. ff. De damn. infect.
Marc. Anton. Natta. in consil. 331. nu. 1. vol. 2.
vbi dicit: Bona, quæ vi fluminis, aut inundatio-
ne delata sunt, aut per alluuionem, non fieri oc
24 cupantis. † sequitur Anton. Scappius de iu-
re non scripto. lib. 4. cap. 32. nu. 9. Alphons. Al-
uarez in Specul. Roman. Pontific. cap. 85. col.
37. vers. Item quòd ex naufragio. Derelicta tūc
præsumuntur, vt dicit Abb. Panor. in d. c. Cum
dilecti. quando fortè librum apertum proie-
25 cisset; † & istud antea dixerat Accurs. in l. Fal-
sus. §. Si iactum. ff. de Furt. Et melius si dixis-
set, quando haberet arcas clausas cum merci-
bus, & illas aperit, & sic apertas proijcit. Quæ
intelligenda sunt, puta in præmissa fluminum
inundatione, Alluuione, vel Maris procella, si
fuerint Tabulę, Dolia, Trabes, & similia, in qui-
bus seruanda erunt, quæ dicit Nauar. in d. cap.
17. nu. 170. 176.

Secunda declaratio erit: quòd si bona nau-
fragātium sunt infidelium, puta Turcarum, Sar
racenorum, Hæreticorum, vel aliorum simil-
lium, Christianæ fidei Hostium, restitui mini-
26 mè debent, & hoc † probatur in d. Auth. Naui-
gia. C. de Furt. ibi Christiano nomini inimica.
Angel. de Clauas. in summa. §. Naufragium. nu.
1. Armill. in §. Naufragium. nu. 1. Martin. Na-
uar. in summa in d cap. 17. nu. 98. & seq. Fran-
cisc. Marc. in decis. Delphin. 424. in fin. vol. 2.
Anton. Scappius in d. cap. 132. nu. 8. sequitur
Petr. à Nauatra de Restitut. Ablator. lib. 4. c. 1.
nu. 55. dummodo ipse dicit contra Martin. Na-
uarrum, dicti Infideles sint Piratæ, & cum eis
27 iustum † bellum inferatur, aliàs si bellū fuerit
iniustum, etiam, quòd sit Pirata infidelis sem-
per dicit, quem teneri ad restitutionē. Sed hoc
mihi videtur iniustum, & veritati contradi-
ctum, ex quo cum istis semper erunt iusta bel-
la, & ideo semper bona ab ipsis Naufraganti-
bus capi poterunt. quo verò ad bellandum cū
ipsis fieri posse amplissimè scripsi supra. c. 32. &
cùm bella contra eos sint licita, vtriq; licitū est
etiam contra eorum Piratas bona naufragan-
tium capere. Nec illud quod dicit idem Petr.
Nauarra obstat, ꝙ si sunt Piratæ semper surri-
puerunt bona ab alijs, quorum fuerunt bona,
& ideo restituenda, ex quo tunc censerem re-
28 stituenda fore, qn̄ † cōstaret bona esse erepta
à Christianis, alias minimè. arg. dictæ Auth. Na-
uigia. quæ in hoc clarè loquitur.

Tertia declaratio: Regis, vel occupantis fie-
ri, quotiescunq; huiusmodi naufragantium bo
29 na, essent Piratarum Christianorum. † vt loqui-
tur tex. in d. Auth. Nauigia. quæ loquitur gene-
ricè in Piratis. ratio est, quam ibidem assignat
Bald. in fi. Quia Piratæ æquiperantur hostibus
fidei, & Principis, & possunt impunè à quoli-
30 bet derobari, † quia sunt ipso iure diffidati.
Auth. Cassa, & irrita. C. de Sacrosf. Eccles. c. 1. de
Milit. vassall. qui contumax est. quem sequitur
Barthol. Soc. in consil. 252. col. 2. vers. Quinim-
mo talis. vol. 1. Lelius Zanch. de Milite fact. &
secul lib. 2. cap. 16. nu. 6. cum seqq. Iaf. in cons.
170. col. 2. vol. 2. Benuenut. Stracchа de Nauib.
par. 2. nu. 16. Vnde piratas mote Catulorū mi-
litare in Syluis, & nauigantium securitatē im-
pedire, hostesq; publicos, & infames esse, ac mi
31 litiam † exercere non posse, scribit Bald. in l. 1.
in

in fin. C. Qui bon. cæd. poss. ante ipsum Innocent. in c. Lator. col. vlt. de Pignor. Sunt enim
32 Piratæ latrones † Maritimi, secundum Iacob. Aluarot. in c. 1. §. Nauigia. nu. 1. de statut. & cõsuetud. contr. lib. Eccles. Ideo ex ore Pontifi-
33 cum quotannis † excommunicantur. Io. And. & Panor. in d. c. Excommunicationi. & ad materiam Angel. in consil. 290. Barth. Veron. in auct. Sed nouo iure. C. de ser. fugit. Præposit. in d. §. Nauigia. Petr. Santerna de Spõsion. Mercator. par. 4. nu. 52. & sequ. Ex ijs dicendum est,
34 quòd cum Piratæ sint publicorum † commerciorum turbatores, & latrones, vt inquit Vlpianus. in l. 3 §. Labeo. ff. de Incend. ruin. naufrag. ibi: Non minus in mari, quàm in villa per latrunculos inquietamur. loquitur enim ibi I. C. per Hysterologiam, idest per sermocinatio-
35 nem † ordinis peruersi, cum concludat nos inquietari per latrunculos sic in mari, sicut in Villa. vt aduertit diligentissimus Gulielm. Fornerius in l. Verbum oportebit 8. in princip. ff. de verb. Signif. sequitur illorum bona, Regis fie-
36 ri, cum eius iniussu, ac sine licentia † Piraticam exercere nequeat: sumunt arma prædandi causa, & particulare bellũ mouere dicuntur, qđ
37 inscio Principe † fieri nequit, alias incurrunt crimẽ Maiestatis læsæ. l. 3. ff. Ad leg. Iul. Maiest. & habetur in Rub. C. Vt armor. vsus. lib. 11. Illorum persequutio facienda est, vt à Romanis
38 factum † deputando Cn. Pompeium aduersus Piratas authoritate legis Gabiniæ factæ ab A.
39 Gabinio Plæbis Tribuno, quorum † meminit Cicer. in orat. pro lege Manilia. Velleius. Paterculus lib. 2. & alij relati per Vdalric. Zas. in Gabinia, & ibi etiam Fran. Hotoni, & latè Plutarch. in Pompeio. Sed sicuti habemus latrones terra, sic Mari Piratas, vnde dicere possumus quòd olim Alexander Macedo Demetrio
40 † Piratæ dixerat: Cur Piraticam exerceret? qui cum dixisset, nihil à Patre præter illam artẽ didicisse, & duos Myoparones ex hæreditate habere, & hoc modo vitam ducere: quod cũ Alexander damnaret, & Tu, inquit ille, cui florentissimum Philippus pater Macedoniæ Regnum reliquit, cur totum mundum, & Regna, quæ tua minimè sunt, latrocinijs infestas?

Quarta declaratio, quòd si quis ob Naufragium bona proiecisset, habiturus pro derelictis, & alius se aquis traderet, vt ab undis illa eriperet, tunc sine dubio bona occupantis huius erunt, si Dominus aliunde non sperabat illa habere. Si verò inueniẽs, vel occupans, si nullum subijsset periculum, tunc iusta mercede interueniente boni viri arbitrio, fiet domino bo-
41 norum † restitutio. Anton. Florentin. in summa par. 2. tit. 1. cap. 15. §. 2. Armilla in d. §. Naufragium. nu. 2. quos refert, & sequitur Martin. Nauar. in Manual. cap. 17. nu. 98. quamquam quo ad hanc declarationem in omni casu fa-
42 ciendam esse restitutionem, † voluit Petrus à Nauar. de Restit. ablatorum, in d. c. 1. nu. 56. 57.
43 Recepta tamen † laboris, & expensarum mercede, de qua Hostiens. in c. Dudum. de elect. dicit, non esse iniquum, vt aliquid detur inuento-
44 ri ad hoc, vt homines potius alliciantur † ad propalandum, quàm ad occultandum res inuentas. quem sequitur Anton. de Butrio. in d. c. Dudum. nu. 36. Anton. Scappius de iure non scripto. lib. 5. cap. 155. nu. 13.

Quinta declaratio erit, vt quoad euitãdam furti actionem, ac excommunicationem, sufficere si quis simpliciter bona cepisset, etiam nõ habita consideratione, an essent derelictæ, vel
45 non. † excusabitur enim à prædictis. arg. l. Falsus. §. Si iactum. ff. de Furt. & illius authoritate voluit post Io. Andr. in c. Quantæ. de sent. excom. Angel. Clauas. in d. §. Naufragium sub nu. 3. in fin.

Naufragiũ probatur ab illo, qui in eo se fun-
46 dat, quod fit leuato velo, † & summariè. l. De submersis. C. de Naufrag. lib. 11. quod nõ aliud denotat, quàm quòd omissis dilationibus, sola
47 facti veritate inspecta † cognoscatur. quẽ tex. magnificauit Hieron. Maggius. Miscellan. lib. 2. cap. 13. dicens post Clementem, leuato velo, nil aliud esse, nisi quia solebant iudices, cũ de causa non liquebat, & maiori dilatione opus esset, velum interponere, quando autem velum amouebatur, negotium clarum esse. quem sequitur Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iud. quæst. lib. 2. Centur. 3. casu. 297. nu. 3. de quo dico in Neanomologia. Fit autem probatio apud illius Ciui-
48 tatis iudicem, vbi casus euenerit. † vt dicit Bartol. in l. 2. C. de Naufrag. lib. 11. cui proximum est iudicium Cephaleniorum contra Zenothe-
49 dimem Nauicularium † Massiliensem de quo Demosthenes in orat. aduersus Zenothedimẽ. Possuntq; recipi testes eo casũ etiam parte non
50 citata, quãdo est in longinquis partibus. † Bartol. in d. l. 2. vbi Io. de Plat. Ludou. Rom. in l. Si vero. §. De viro. Fall. 41. 54. ff. solut. matr. Hippol. de Marsil. in sing. 24. latè Capell. Tholosan. vbi Aufr. in decis. 447. Stephan. Bertrand. in cons. 103. col. 1. vol. 2. Andr. Alciat. in consil. 67. & in consil. 101. nu. 19. Iacob. Philipp. Portius commun. opin. lib. 1. conclus. 43. limit. 18. Benuenut. Stracch. de Assecur. Gloss. 28. nu. 2. Sebastian. Medices de Casib. Fortuit. par. 2. q. 9. nu. 4. cum seq. Hieron. de Laurentijs in decis. Auenionens. 91. nu. 4. qui dicunt esse citandam
51 partem † in testium receptione, cum id commodè fieri potest.

52 Quantum attinet ad † bona Naufragantium Iudæorum, Io. Anton. Lanar. in cons. 84. per totum censuit illa deberi proregi Generali eiusdem, & Regnorum suorum Locumtenenti, vt in d. cons. 84. per totum, quod ego non admitterem, & ita resideo.

AR-

ARGVM. CAP. LXXVI.

Plures habet Ciuitates in suis Regnis Rex Catholicus, Primates, Archiepiscopales, & Episcopales, quæ enumerantur.

COMPENDIVM.

1 *Philippus Rex Catholicus in suis Regnis, plusquam Princeps alius plures habet Ciuitates Archiepiscopales, Episcopales, & Prælatos alijs quibuslibet ditiores.*
2 *Episcopi in locum Apostolorum successerunt.*
3 *Diuitiæ Ecclesiarum, ostendunt liberalitatem, ac pietatem Regum ac Principum, qui illas fouerunt.*
4 *Ciuitates Archiepiscopales, & Metropolitanæ in Hispania nouem.*
5 *Ciuitas Archiepiscopalis à Metropolitana, quid differat?*
6 *Toleti Ciuitas Regia, Archiepiscopus suus, Hispaniæ Primas.*
7 *Episcopales Hispaniæ Ciuitates, sunt quinquaginta tres.*
8 *In Regno Neapolitano Ciuitates Archiepiscopales viginti vna.*
9 *Episcopales Ciuitates Regni Neapolitani centum viginti tres sunt.*
10 *Insula Sicilia habet decem Ciuitates, tres Archiepiscopales, & septem Episcopales. num. 11.*
12 *Sardinia habet Ciuitates Archiepiscopales tres.*
13 *Episcopales Ciuitates in Sardinia quindecim.*
14 *Archiepiscopatus Mediolani, & Episcopatus, Papiæ, Cremonæ, Hypporediæ, & similiter est Episcopalis Lauda Pompeia, Vigleuanum, Nouo comum, & alia. num. 15.*
16 *Ciuitates Burgundiæ, Brabantiæ, Britauniæ, Armnricæ, Flandriæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ, & aliorum populorum Belgorum.*
17 *Apud Nouum Orbem in Regno Mexicano sunt plures vrbes magnæ.*
18 *Ciuitas Mexicana. Archiepiscopalis.*
20 *Episcopi suffraganei Archiepiscopo Mexicano.*
21 *Apud Regnum Peruti, sine Peruaci adest Archiepiscopus, & sui Episcopi.*
22 *Ciuitas an fiat per Episcopi constitutionem.*
23 *Ciuitates creantur etiam ab Imperatore.*
24 *In Ciuitatibus Philippi Regis Catholici viginti quatuor Cõcilia Ecclesiastica, solẽnissima facta fuerũt.*
25 *Theata Ciuitas in Regno Neapolitano.*
26 *Theatẽ ciuitatẽ incẽdit Pipinus Caroli Magni filius.*
27 *Theata ciuitas ab Henrico Caroli Magni Equite instaurata.*
28 *Henricorum familia illustris apud Theatem.*
29 *Octauij Henrici laudes.*

CAP. LXXVI.

Quemadmodum Rex Catholicus plurium st Regnorum Dominus, vt diximus, atq; enumerauimus supra cap. 46. eodem modo plures habet Ciuitates magnas, Nobilis-
1 simas Archiepiscopales, & Episcopales, † quorum Prælati habent redditus, & prouentus maiores, quàm alij habeant cuiuslibet Regni. vt fatetur Germanographus lib. 1. & Martin. Nauar. de Redditib. Bonor. Ecclesiasticor. q. 2. sub nu. 23. Vnde cum eadem Regna, sint corona tot Prælatorum ornata, maximus Regi Catholico honor insurgit, cum Episcopi in Apostolorum
2 locum † successerint. c. Quorum. 68. dist. c. Audentes 11. q. 1. gloss. in c. Porrò. 66. dist. hinc Anacletus Pontifex, & Martyr ad Episcopos Italiæ, Epist. 2. c. 2. De Apostolis. inquit, qui, & iubente Domino in toto orbe dispersi Euangelium prædicauerunt, ipsis quoq; decedẽtibus, in locum eorum successerunt Episcopi. & eadem verba refert Isidorus de Ecclesiastic. offici. lib. 2. cap. 5. Vnde Beda in Lucam. cap. 10. Apostolos formam Episcoporum exhibere dixit. Sic ante eos Clemens Pontifex, & Martyr ad fratrem Domini Epistol. 1. Episcopos vicẽ Apostolorum gerere, S. Petrus Dominum docuisse, dicebat. & Gregor. Homel. 26. in Euangel. Apostolorum profectò, nunc in Ecclesia Episcopi locum tenent. Sicut igitur si viuentes Apostoli in carne essent in mundo, in loco vbi degerent, tanto digni essent honore, eodẽ modo, & Episcopos honori esse Principibus certum est. Vnde Prælati ciuitatum præfatarũ ob diuitias, quas habent facilius poterunt eorum necessitatibus prouidere, & in pauperes, qđ superest erogare. vt dicit D. Thom. de Aqu. in 2. 2. q. 62. artic. 2. ad quartum. Ex diuitijs enim Prælatorum colligitur pietas, & Magna-
3 nimitas Principum, aliorumq; qui † Ecclesias liberalitate fouerunt, nasciturq; ex his purior diuini cultus obseruatio, in manutenendo decore Ecclesiæ, & Domus Dei, ac substentatione Prælatorum, quorum dignitas, ne à Tyrannis opprimantur, redditibus fouetur, & oritur etiam exhibitio operum charitatis in pauperes, & egenos: iuxta illud Esaiæ. cap. 58. Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosq; induc in domum tuam. Cum videris nudũ operi eum, & carnem tuam ne despexeris. quod lõgiori stilo comprobat Antonius Paganus de ordine iurisdictione, & resident. Episcopor. Sectiõn. 8. circa finem. Aliqua tradidit Marc. Anton. Marsil. de Ecclesiasticor. redditυum origin. ac iure pat. 3. cap. 28. nu. 5. & seq. Et solũ modo in Hispania. in Regno Neapolitano, Siculo, Sardio, & Ducatu Mediolanensi, habet Rex Catholicus triginta. & septem Ciuitates Archiepiscopales, & ducentas, & vnam Ciuitates Episcopales. Sed nouissimè videndus est Peregrin. Ianuimus de citat. Real. lib. 1. cap. 1. num. 765.

In Hispania, Archiepiscopales Ciuitates sũt Toletana, Hispalensis, Compostellana, Cæsaraugustana, Granatensis, Valentina, Tarraconẽsis, Vlyssiponensis, & Braccharensis, quæ sunt nouem

4 uem † Metropolitanæ, & Archiepiſcopales,& quid differat Ciuitas Metropolitana ab Archie
5 piſcopali ? plenè † Bartol.in l.1.num.3.4.C. de Metropol.Berito.lib.11. Sed videnda ſunt notata in c.Cleros.21. diſt. c.Paſtoralis. de offic. ordin.Io.de Firmo in tract.de Epiſcopo.in pręfat.Io.Franciſc.Pauin.de offic. & poteſt.capit. Sed. vacan.Præludio 6.nu.14.quem refert.Lancelott.Conrad. in templo iudic.lib.2.cap.4.latiſsimè Aluar. Pelagius de planctu Eccleſ. lib. 2.cap.11.18. & 19. Franciſc. Duaren. de ſacris Eccleſ.Miniſter. lib.1.c.9. Anaſtaſius Germon. de ſacrorum immunit.lib.2.c.5. Iacobus Cuiacius in Nouella.11. Ioacchim. Hopper.de vera iuris prudent.lib.5.tit.16.Toletana verò Ci-
6 uitas,eiuſq; Archiepiſcopus dicitur † Hiſpaniæ Primas,& dicitur ſecundus à Rege. vt dicit Lucius Marineus de Reb. Hiſpanic.lib.2.c.
7 3.Epiſcopales quinquaginta tres, † Barchinonenſis,Vicenſis Vrgellenſis,Gerundenſis,Illerdenſis,Dertuſenſis, Maioticenſis,Oſcenſis,Pãpilonenſis, Segobricenſis.Tiraſſonenſis. Calaguritana,Saguntina.Burgenſis,Segobiẽſis,Cordubenſis,Oxomẽſis,Palentina,Cõchenſis,Carthaginenſis,Abulẽnſis,Salmantina,Caurienſis, Legionenſis, Ouetenſis,Zamorenſis,Egitanenſis, Pacenſis, Eborenſis,Placentina, Ciuitatenſis, Lamentenſis,Portucall, Aurienſis, Coymbricenſis,Viſenſis, Aſtoricenſis,Tudenſis,Olucenſis,Mindonienſis,Giennenſis,Gadenſis,Rubicenſis,Siluenſis,Eunenſis.Malechenſis,Monteſanenſis,Abderatanenſis,Orenſis.Guardienſis, Canarienſis. Marochitana in Africa,& nouiſſimè Pinciana. de quibus in prouinciali Romanæ Curiæ. Luc.Marin.de Reb. Hiſpanic.lib. 4. Franciſc.Gratianus in compendio iuris Canonici.par.3.diſt 1.Io Gaſpar Ortigas in patrocin. pro Gymnaſ. Cæſarauguſt.par.2.num.122. quem refert. & ſequitur Petr. Cenedo in collectan. iuris Canonic.43.par.1.

In Regno Neapolitano, ſunt centum quadra
8 ginta tres Ciuitates: Archiepiſcopales, † viginti vna. Epiſcopales verò centũ viginti duæ. Archiepiſcopales ſunt,Neapolitana,Capuana, Salernitana, Beneuentana, Amalphitana , Surrentina, Conſana,Acherontina, Materana.Tarentina,Brunduſina. Hydruntina,Barenſis,Tranenſis, Sypontina, Theatina,Rhegina,Lancianenſis, Conſentina,Roſſanenſis,& Sanctę Seue
9 rinæ. Epiſcopales vero ſunt, Nolana, † Puteolana, Acerrana,Enarina,Auerſana,Theanenſis, Caluenſis, Caſertana, Calatienſis, Calentina, Sueſſana, Venafrana,Aquina, Caput aquenſis , Cauenſis, Policaſtrenſis , Nuſcana, Satnenſis , Marſicenſis, Nucerienſis, Rauellenſis, Scalenſis,Lictrenſis,Capritana,Minorẽſis, Vici equẽſis, Maſſæ Lubrenſis,Caſtri Maris, ſeu Srabienſis,Murana,Satriana,Laquedonienſis Biſarienſis,ſancti Angeli Lombardorum,Venuſina,Anglonenſis, Aſculana,Hadrienſis, Theleſina,Lipatenſis, Strongilenſis,Melitenſis,ſanctæ Agathæ Gothicæ, Aliſana, Mons vitidana, Marſici veteris, Montis marani , Frequentina , Auellinenſis, Triuicana, Arianenſis, Bouianenſis,Potentina, Bouinenſis, Grauinenſis , Tricaricenſis, Motulenſis, Caſtellanetenſis, Hoſtunenſis, Neocaſtrenſis,Gallipolitana, Vxentina, Alexana, Leucadenſis Neritonenſis, Bitontina,Melphirenſis , Egnatienſis,ſiue Iuuenarienſis,Rubenſis,Polignanenſis,Minerbinenſis, Lauellenſis,Cuperſana,Bitettenſis,Andrienſis.Vigilienſis,Monopolitana,Montis Piloſij Melfiẽſis,Rapollẽſis,Lucerina,Troiana,Veſtana, Aquilana , Pinnenſis, Cariatenſis,Turibulenſis, Dragonaria, Vulturarienſis,Alatiẽſis,Cannẽſis,Termulana,Leſinenſis.Triuentina,Guardiẽſis,Eſernienſis,Sulmonenſis, Valuẽſis,Fũdana.Caietana,Sorana,Salpẽſis,Interamnenſis,Caſſanẽſis. Crotonienſis,Tropienſis,Oppidẽſis.Bouana,Graciẽſis,Squillacenſis.Nicoterẽſis. Marturanẽſis, Biſſinianenſis, Vbriaticẽſis,S.Marci. Belcaſtrenſis, Sitomenſis,Inſulenſis.Geruntinẽſis, & nouiſſimè,S.Seueri.de quibus idẽ Prouinciale Romanæ Curiæ.Franciſc.Gratian.in compendio iuris canonici. par.3. diſt.1. & Marinus Freccia de ſubfeud.Baron.lib.1.tit.de Prouincijs,& ciuitatib.regni.nu.16. cum pluribus ſeqq.

Apud inſulam Siciliæ, ſunt Decẽ Ciuitates,
10 tres Archiepiſcopales,& † ſeptẽ Epiſcopales. Archiepiſcopales ſunt Meſſana, Panormitana,
11 & Montis Regalis.Epiſcopales verò ſunt.†Catinenſis,Agrigentina,Syracuſana,Pactenſis,Cephalodienſis,Mileuitana, ſiue Melitẽſis & Mazarenſis.de quibus habetur in eodem Prouinciali Romanæ Curiæ. & per Franciſcum Gratianum in loco allegato. Thom. Facell. Hiſtoriar. Sicul. Decade.1. lib.2. & 3.

In Sardinia habet Decem,& octo Ciuitates,
12 quarum tres ſunt † Archiepiſcopales , & Metropolitanæ,& quindecim Epiſcopales,ac ſuffraganeæ. Archiepiſcopales Callaritana,Turitana, ſiue Saſſarenſis, & Arborenſis Epiſcopa-
13 les † quindecim, Sulcinenſis, Dolienſis,Suellenſis. Sorrenſis, Plonatenſis,Ampurienſis,Giſacenſis, Caſtrenſis, Oſtraingenſis Boſanenſis, Viſellenſis,S.Iuſtæ,Terræ Albæ,Ciuitatenſis,& Galtellinenſis. de his apud eoſdem ſcriptores Prouincialis Curię Romanæ,Franciſc.Gratian. in loco allegato. Io.Franciſc.Faram. in Hiſtor. de Rebus Sardois : Germanographus in Coſmographi. lib.2.

In Ducatu Mediolani, eſt Archiepiſcopalis
14 Mediolanenſis, † Epiſcopales ſunt Papienſis.
15 Cremonenſis, Hipporedia , † Nouaria, Lauda Pompeia, Vigleuanum, Nouocomum, & aliæ, de quibus apud ſcriptores ſupra allegatos. & Bernardin. Corium , Galeatium Capellam, in hiſtorijs Mediolanenſium. Bernard.Saccum in Hiſtoria Ticinenſi. Carolum Sigonium de Regno Italiæ, & alios.

Quo

Quò verò ad Vrbes, ac Ciuitates Burgũdiæ, Flandriæ, Britanniæ, Armoricæ, Brabantiæ, Holandiæ, Artesiæ, Annoniæ, Phrisiæ, Zelandiæ, ac Regionũ conterminarũ, illas non referam. Suf-
16 ficit de illis videre † Gulielmũ Paradinum de antiquo statu Burgundiæ. Iacob. Meyerũ in Annalib. Flandriæ, Hadrianum Barlandum in Histor. Brabantiæ. Gerardum Geldenhaurium in Historia Batauica. Iacob. Marchãtum de rebus Flandriæ memorabilibus. & nouissimè Vbbonẽ Emmium in Historia Phrisica.

Similiter in Nouo Orbe, & præsertim in Re-
17 gno Mexicano, sunt q̃ plures vrbes† valde magnæ; quia sunt multæ ascendentes ad numerũ centum viginti millia domorũ. Est ibidem ere
18 cta † Ciuitas Archiepiscopalis Mexicana, cui subsunt septem ciuitates suffraganeæ, siue Episcopales, cum suis Episcopis, qui subsunt Mexi
19 cano: Episcopus† Xaliscõius, Mechauacanus, Guaxaca, Tascala, Guatimala, Chiapa, & Nica-
20 ragna. Est Archiepiscopus † S. Dñici in Insula, qui, & ipse sub se alios Episc. suffraganeos habet, Cubensem, Boriquensẽ, Honduranum, Carthagenã, & S. Marthæ. In Regno Peruaci, adest
21 ẽt ibidem† Archiepiscopus, habẽs sub se Episcopos, Cuscoñũ, Quitonum, & Charcas aliosq; permultos quorũ meminit Guliel. Zenocharus de Repub. Caroli Cæsaris. lib. 2. Petrus Martyr in historia Noui Orbis, Decade. 2. lib. 9.

An Ciuitas fiat per Cnostitutionẽ Episcopi†
22 quod sic cõclusit† ad Bellugã in Spec. Princip. Rub. 6. in verb. Dignitatẽ. sequitur Petr. Cenedo in collect. Iuris Canon. 150. nu. 1. par. 2. Ante Aduentum D.N. IESV Christi, & ante Constitut. Episcoporum Ecclesi. erant Ciuitates, & ità intelligi oportet, quæ ex Raynaldo Corso diximus in d. verbo Dignitatem. Dubium autẽ non est posse appellari statim ciuitatem, dato illi per Sum. Pont. Episcopo. vt dixi in loco al-
23 legato. Sed videmus Ciuitates creari etiam † ab Imperatoribus, vt fecit Iustinianus in Nouella. 11. vbi Cuiacius. cui post modum Episcopum impetrant à Summo Pontifice.

Vnde nullus Christianorum Principum erit, qui Ecclesiasticorum Prælatorum, ac virorum numero maiori gaudeat, q̃ Rex Catholicus; & ideo ex octoginta octo Concilijs, quæ ad hunc vsq; diem acta fuerunt, in Regnis Cath. Regis
24 viginti quatuor † facta extiterunt; Scilicet in Vrbe Toletana tredecim Concilia diuersis tẽporib. In Ciuitate Mileuitana, siue Melita, vnũ. In Ciuitate Tarraconæ vnum. Ilerdę vnum; Valentiæ vnum. Gerũdę vnum. Cæsaraugustæ vnũ. In Ciuitate Hispalensi duo. In Ciuitate Bracharensi tria. vt patet ex Summa Conciliorum. & apud Platinam in uitis Pontificum.

Omisi tractare earundem Ciuitatum, Vrbiumq; antiquitatem: in his.n. recẽsendis opus esset separato volumine, cum satis vniuscuiusq; Regni Historiatũ libri huic rei opus p̃stiterint.

Quatuor autem verba proferam, quoad Ciuitatem Teatinam, quam nostrorum vulgus, (Ciuità de chieti) appellar, quæ est in Regno
25 Neapol. † vt supra cõmemorauimus, quam sub Marrucinis in 4. Regione Italię cõmemorauit Plin. lib. 3. c. 12. ibi, Marrucinorum Theatini. De qua ẽt scribit Strabo lib. Geograph. 6. quã Theatem Marrucinorum dixit. & Theatcam similiter in Marrucinis reposuit Ptolomeus in Tabula. 6. Europæ. Hoc idem affirmarunt Raphael Volaterã. Geograph. cõmentar. Vrbano. lib. 6. Flauius Blondus de Italia Illustrat. Regione. 12. Abrahamus Ortelius in Synonimis Geographicis. Hanc Ciuitatẽ celebrarunt Gabinius lete Romanus in Eparchigraphia Italię. Io. Caramanius de antiquit. Orbis. lib. 3. Contradus Esius in chronico de origine Ciuitatũ Italiæ. Quintilius Episcopus Silibeus de Primordijs Vrbium. lib. 3. Gottifr. Beringus de dirutionib. Orbis. de eadẽ Silius Ital. lib. 8. sic inquit.

Marrucina simul Frentanis emula pubes
Corfinij populos, magnumq; Theate trahebat.

cuius lõgiori stilo meminit Petrus Boccarinus de Orta in chronico Italico lib. 1. quam incen-
26 dit † Pipinus. vt testatur Carolus Sigonius de Regno Italiæ. lib. 4. Baptista Platina in Leone. III. & demũ ciuitas ista fuit reparata, & instau-
27 rata † ab Henrico quodam, Caroli Magni olim Equite, habita venia à Lothario Imper. in anno Dñi 827. qui idcirco Nobilissimam Hẽricorum
28 familiã in eadem † Ciuitate reliquit, qui cum alijs ciuib. Nobilib. illam illustrarũr, vt testatur idem Boccarinus. Quod non diffitetur Gottifredus Beringus vbi supra, dum ait: & demum restaurata ab eius incolis. Huius familiæ Henricæ, fuit olim Fabius Henricus, qui sub Gottifredo Bullonio, & Boemundo militauit in bello sacro, cuius supradicti meminerunt, & nouissimè Torquatus Tassus. Habuit etiam hæc familia Cardinales plures, & meo tempore in ea floruerunt Fabius, & Horatius Henrici fratres, alijq; plures aliarum nobilium familiarũ Equites, vt ex compluribus scripsit Alphonsus Cicarellus Meuaniensis Philos. & Medicus, & pater ex instrumento publ. Romæ, rogato in Anno. 1581. manu Iacobi Greuerij Not. Apostol. Romani, cuius ego exemplar habeo. Hac in Familia floruit Octauius Henricus Iustinianę pri
29 mæ Vxoris meę frater I.C. pluribus † Magistratibus Regijs functus, qui moriens absq; liberis etiam Philippo Austrio II. Regi Cath. Legatũ mille, & quingentorum circiter ducatorum reliquit, vt tñ primo in Hęreticos bello expenderẽtur, quos Fiscus Regius in Tabulis Regijs accepto tulit. In huius funere, ac tumulo ita optimè lusit Põpilius Rubeus I.C. Bisatianus.

Virtutis specimen, Patriæ Lux, Aura tuorum,
Portus Amicorum, Nobilitatis Honos,
Cunctæ iacent tecum Octaui, Qui sanguinis hæres
Henrici, meritis tot cumulatus abis.

Nos dolor oppressit, te mors: Tu Latus Olympi
Arce manes, Lachrymis nos sumus orbe dati.
Sed quia mortale est quod nascitur; Atq; potitur
Spiritus atherea sede; Abeant Lachryma.

ARG. CAP. LXXVII.

Arma gẽtilitia, siue insignia Familiæ Austriacę, & Franconum, nec non Gothorum Regum declarantur, ac aliorum Regnorum.

COMPENDIVM.

1 *Reges Catholici, an Familia propria nomen habeãt?*
2 *Philippus Rex Catholicus, Paterno genere, Franconia, siue Austria Reges, ac Principes refert, Materno vero, Gothorum Regum.*
3 *Franconia, vel Austria Regum arma gẽtilitia, quinq; alauda Aues. nu.* 4.
5 *Austria ab omni seruitio libera à Marco Imperat.*
6 *Priscorum Pontificum Romanorum insigne fuit Galerum in capite portare.*
7 *Austria Principes liberi.*
8 *Alauda aues Arbori non insident.*
9 *A lauda apud Apulos, Terraneola dicitur, Vulgo illorum, Terragniola.*
10 *A lauda sumpta diuersimodè, ex tẽplo cholicis Passionibus subuenit.*
11 *Leudes apud Germanos subditi, & Vassalli dicũtur.*
12 *Alaudium, siue Alode, vnde sumptum.*
13 *Allodium quare. nu.* 14.
15 *Austrij Principes, vsq; ad Lupoldũ nonũ Austria ducẽ, tenuerunt pro insignijs Alaudas post alia arma.*
16 *Austrij Principes à Lupoldo nono portauerunt pro insignijs, barram, siue Tramitem rectum ab vno latere ad alium, album colore, campum verò rubeum extra scutum, temporum successu adornatũ Aquila nigra bicipiti.*
Quo modo Habspurgensis comitatus peruenit ad Austriacos?
17 *Austria Ducatus, ac Stiria, & Tyrolis Comitatus, quo pacto ad Austriacos peruenerunt.*
18 *Ducum Franconia Insignia fuere tres Bufones.*
19 *Bufones, siue Rana Rubeta in Terra, & in aqua viuunt, venena habent, qua sibi ipsis reseruant, & à Pastu quotidie deponunt, & reassumunt.*
20 *Cornua Principatum designant.*
21 *Historia Dario Regi Persarum declarata à Gobria, dum Scytha illi misissent, Ranam, Murem, Anem, & quinque sagittas.*
22 *Gothi vnde originem duxerint.*
23 *Gothorũ Regũ insignia fuere, leo erectus, coronã capite gerens; super campũ distinctum trib. aquarũ cursibus, siue fluminib. intersecatis tribus terrę fascijs.*
24 *Leo Principatum designat.*
25 *Corona Principatum, ac Regnum protendit.*
26 *Insignia Regnorum, ac Dominatuum Regis Cathol.*
27 *Materia insignium, & armorum remissiue descripta.*
28 *Scipio Africanus pro insigni vultum patris gerebat.*

CAP. LXXVII.

Dvm de Philippo Rege Catholico Hispaniarũ Domino, ac suis prædecessoribus loquitur Lud. de Molina, de Hispan. Primog. lib. 1. c. 2. nu. 14. & lib. 2. c. 14 nu. 4. Ex Burgo de Pace in Proęm. ad leges Tauri. nu. 30. dicit eosdẽ
1 Reges, nullũ habere cognomen Familiæ, cũ† satis sit personas Regias, titulo, ac nomine Regio insigniri. Et proinde aliquibus propriæ familiæ insignijs, quæ arma Gentilitia vocantur, vsos nõ fuisse, sed tãtum Regnorũ insignijs. Ex quibus si vellẽ familię insignia describere, in vanũ laborare arbitrarer. Vt tamen in hoc etiã lectoribus satisfaciã, aliquid afferam, quo meam opinionem aperiã, quã qui sequi, sectariq; voluerint, arbitrij eorum, ac voluntatis erit.

Paterno genere Philippus Rex Catholicus, Frãconiæ, siue Austriæ Reges, Principesq; re-
2 fert; † Materno vero Gothorũ Regũ lineã trahit, vt supra dictũ est. c. 4. Austriæ vero Principũ Arma antiqua, ac gẽtilitia, siue insignia, fuere
3 quinq; Alaudæ aues. † vt scribit Germanographus lib. 3. q. nõ aliũde arbitratur originẽ traxisse, nisi qa, victo per Traianũ Decebalo Daciæ Rege, ibidẽq; Præsidij causa reliquisset legiones, post modũ M. Antonini Philosophi, ac Ælij veri tẽpore, cũ cõtra Romanos cõuenissẽt Marco manni, Quadi, Vuandali, Sarmatæ, Sueui omnisq; penè Germania, & Auxilio Christianorũ, victoriã obtinuisset, Pannonios (qui Austriaci) seruitio, liberos fecit, cũ apud eos legio prius esset præsidij causa, quã Alaudã dicebant. De quorũ Pannoniorũ à seruitute liberatione agit Eutrop. Histor. lib. 10. c. 5. Iulius Capitolinus in Marco Antonino. Honofrius Pãuinius in Comment. Fastor. inde Germanographus scribit, ab ea legione Magni nominis, quæ Alauda dicebatur. (vt scribit Plin. lib. 11. c. 37. vbi auem Galeritam dicit) Austriæ Principes Alaudas aues quinq; pro insignijs habuisse. Quæ coniectura nequaq̃ parui faciẽda, & tantũ abest, vt illã cõ-
4 firmando † afferam, quòd ex eo tẽpore Austriæ Principes, insignia eadem portauerint, quæ infra describãtur. Hic autẽ Imperator Imperium cæpit in anno D. N. IESV Christi 162. in quo vixit annis circiter viginti, quia is persequutionẽ fecit in Christianos in anno 168. Post modũ vero anno circiter tertio ante illius mortẽ, cũ obtinuisset victoriã præfatã in bello Marcomãnico, Christianorum præcibus, literas dedit horum testimoniales ad eorũdẽ Christianorũ fauorẽ ad Senatũ, Populumq; Romanũ, ob victoriã illorũ medio obtentã, quarũ tenorẽ retulit in eius anni Fastis Panuinius. Vnde Alaudarum
5 Auiũ insignia quòd cũ Austria † ab eodẽ Marco Imperatore, omni seruitio Imperiali esset effecta libera, & immunis, tantum abest, vt sui Principes, seruitio iam dicto immunes, liberiq; effecti, ad immunitatẽ perpetuò demonstrandã illis Gentilitijs armis sic semper vsi fuerint. Vel

quia

quia eadem Auis Galerũ in capite eleuatũ ge-
6 ſtat, qđ Priſcorum † Pontificũ Romanorũ inſi-
gne fuit, vigente tũc Republica, nulli alteri ex
Magiſtratibus cõpetens, vel cõueniẽs, ipſi tan-
tũ facta permiſſio, pro maiori Imperio, & po-
teſtate, maioriq; diceretur dignitate inſigni-
tus. Alexãder ab Alexãdro dier. Genial. lib. 2. c.
8. Vel quia eã terrã Auſtrij Principes ſuo iure
7 poſſideãt, nemini obnoxiã, † neminemq; in ſu-
periorẽ recognoſcẽtes. Hinc Alaudæ arbori nõ
8 inſidẽt, ſed in terra tantũ. † vt eſt author Ariſto
9 teles de Hiſtor. animal. lib. 9. c. 8. & idcirco † Ter
raneolã illã Apuli appellẽt, vulgo, (Terragnolo-
la,) quarum ibidem magna copia eſt, & alibi
etiam ſic appellantur. vt dicit Franciſcus Ma-
rius Grappald. de Partibus ædium in Auiario.
An quia Galerus ille, quo Alauda criſtatur, Co
ronam in capite deſignet, quaſi prognoſticum,
(diuina volũtate) Symbolũ fuerit, & quaſi præ-
ſagiũ futurę Imperialis Monarchię in ſuos Prin
cipes dignitas, vt rerum curſus & euẽtus oſtẽ-
dit. An vero (vt cum Medicis dicamus) q cum
Cholicis paſſionibus, Alauda diuerſimodè ſum
10 pta exemplo † ſuccurrat. vt poſt Plin. lib. 30.
c. 7. voluit Auerroes lib. 5. colliger. cap. 35. Sic
Principes Auſtriaci, Eccleſiæ Romanæ, ac Rei-
publicæ Chriſtianæ, magnis, & periculoſis Ty-
rannorũ, Barbarorũ, atq; Hæreticorum morbis,
morbiſuſq;, promptiſſimo auxilij, & fauoris reme
dio, ſuccurrerẽt: vt ſẽper fecerũt, & modò acer
rimè, gratia Dei adiuti, omni conatu validiſſi-
mo, (oſcitantibus aliquibus alijs Chriſtianis
Principibus) ſuccurrunt. An vltimo loco, tã ipſi
Pãnonij, ſiue Auſtrij, quàm ſui Principes, ab Im
perij tũc Romani iugo immunes facti, vti q idẽ
Imperiũ eſſet in eos recaſurũ, geſtauerint, ge-
ſtentq; Alaudes pro armis, atq; inſignijs ad de-
notandũ ſui iuris Principes, nec alteri tẽporali
Dominio ſubditos eſſe, aut obnoxios; leudes
11 enim apud Germanos † ſubditi, & vaſſalli di-
cuntur, vt poſt Gregor. Turonen Hiſtor. lib. 9. c.
20. voluit Frãc. Hottoman. in Cõmẽtario verb.
12 feudal. in verb. Alode, Alaudium, † ſiue Alode
verbum compoſitum ab A, & Lode, quaſi ſine
Vaſſallo, & ſubdito dicatur, ſicuti Amens ſine
mente, Auernus ſine Auibus dicitur: vt dican-
13 tur Principes nulli † Vaſſallaticam ſubiectionẽ
debentes; inde Allodia proprij iuris eſſe dicit
Beatus Rhenanus rer. Germanic. lib. 2. Et noſtri
Doctores dicunt Allodium dici proprietatem,
14 quæ à nullo recognoſcitur, † vt dixi in cõſ. 40.
nu. 4. 5. Cẽt. 1. Ex quibus Alaudis, perpetua eo-
rundem Principum libertas, Poteſtas, Impe-
riumq; appareret.

Hæc tñ inſignia durauere apud eos, vſq; ad
Lupoldum IX. Auſtriæ Ducem, qui geſto bello
cum Prutenis, fidei Chriſtianæ hoſtibus, dum
reuertitur, omiſſis Alaudarũ inſignijs, alia ret-
15 tulit, ſcilicet in Campo rubeo † barram, ſiue
trauitem album ab vno latere ad alium, poſt-
modum adornata temporum ſucceſſu cũ Aqui
la bicipiti, vt videbitur in delineatione ſcribẽ-
da inferius. & ex tunc ſucceſſores ea arma por
tauerunt. vt ſcribit Germanographus in d. lib.
3. Aduertendum tñ per tranſitum Auſtriacos
16 perueniſſe ad Dñium † Comitatus Abſpurgen
ſium hoc pacto: quia iſte Lupoldus Nonus, re-
liquit Fridericũ & Lupoldũ X. maſculos, quo-
rum Fridericus apud terram Sanctam dum Da
miata obſidione cingeretur mortuus eſt bellã-
do, & Lupoldus X. dum perijt, reliquit plures
filias, & tres maſculos. Maſculi, nullis relictis fi
lijs periere, Gertrudis illorum ſoror cum Duca
tu Auſtriæ nupſit Hermãno Marchioni Badẽſi,
à qua moriente ſine filiis, venit in Agnetẽ ſoro
rem, nuptam Duci Carinthiæ, quæ genuit May-
nardũ Comitẽ Tyrolis, qui genuit Elizabethã,
quæ nupſit Alberto Victorioſo nuncupato, fi-
lio Rodulphi I. Comitis Abſpurgenſis, ad quos
17 peruenit † Ducatus Auſtriæ, Styrię, & Comita-
tus Tyrolis, vt dicit idẽ Geograph' in d. lib. 3.

Quò verò ad inſignia Principũ Franconiæ,
18 de quibus in d. c. 4. egimus, fuere trium † Bufo
num, & durauerũt vſq; ad Clodouæum Regẽ,
qui poſtmodum vſus eſt tribus lilijs. vt ſcribit
Barth. de Caſſen. in gloria mundi. par. 5. cõſid.
31. & Carol. de Graſſal. Regal. Franciæ, lib. 1. iu-
re. 2. nam quoad hos Bufones, quæ Ranæ Rube
tæ appellantur, & in terra, ac in aqua viuunt,
19 venena habent, quæ ſibi ipſis reſeruant, † & à
paſtu quotidie deponũt, & reaſſumunt, vt vult
Plin. lib. 8. c. 31. Per hæc inſignia, illud dicendũ
eſt ſignificari Francones Principes, terra, mari-
que æqualiter conſeruari, & ſua virus gerere,
non ad offenſas, niſi pro re, & tẽpore, laceſſiti,
id euomere cogantur. Habere aũt videtur, quę-
20 dam, veluti † Cornua, quæ Principatum deſi-
gnare, nouum non eſt. Quinimmo ſi in nu-
mero aliarum obſtrepentiũ Ranarum, Rubeta
tana obijciatur, ſtatim obmuteſcere ſcribit Pie
rius Hieroglyphic. lib. 29. Sic Principes Fran-
cones, ſi qui contra ipſos obſtrepant, eorũ vir-
tutibus, ac præſentia compeſcunt. Nec ſilentio
omittendam duco Hiſtoriam à Gobrya Perſa
21 † Dario Regi declaratam: Cui cũ Scythę, qui-
bus cum bellum gerebatur, inter alia per Cadu
ceatorem, Ranam dono miſiſſent, cum Mure,
Aue, & quinq; ſagittis, dixit: ò Perſę niſi effecti,
vt Aues ſubuoletis in cęlum, aut, vt mures ſu-
beatis terra, aut vt Ranæ inſiliatis in Paludes,
non remeabitis vnde veniſtis, his ſagittis cõ-
fecti. vt ſcribit Herodotus lib. 4. Vnde Franco-
nes hęc inſignia portãtes, dicere volebãt aduer
ſarijs, aut aquis mergerẽtur, vel terrę cederẽt.

Quatenus verò attinet ad inſignia Iſabellæ
Matris Regis Cath. vt in arbore gentilitia ma-
terni generis docuimus ſupra in d. c. 4. cum à
Gothis Regib. originem ducat, de his dicendũ
22 eſt Hi à Gothia, ſiue † Gothlandia, ex inſula
Scandia, ſiue Scandinauia exierant, vt ſunt au-

thores post Saxonem Grammaticum,& Iornã-
dem Episcopum Rauennatem, Gothos Histor.
Alber.Crantius in Vuandalia lib.12.c.33. & in
Suecia.lib.1.c.2.& 3.Pandolf.Collenuc. Histo.
Neapol.lib.1.Qui non solum maiorem Europę
partem,sed & Asiæ,& Africæ bella intulerunt.
23 vt dixi in d.c.4.Insignia vero † illorum fuere,
Leo Erectus, coronam supra caput habens,sup
campum distinctum tribus aquarum cursibus,
siue fluminibus intersecatis tribus terrę fascijs
vt scribit,ac notat Germanogr. lib.3.Nec diu-
tius immorandum est, in declaratione horum
24 insignium à Gothis Regib.gestorum,qñ Leo †
Principatum designat,ac Principem.Sic intelli
gitur illud lib.2.Regũ. c.23. Ipse pcussit duos
Leones.Modo.& sic ẽt illud Hesther.c. 14.Tri-
bue sermonem compositum in ore meo in con
spectu leonis.& alibi ẽt apud Ezechielem.c.19.
25 Sic & coronam Principatum,ac Regnum† por
tendere, multis possem Sacræ Scripturæ testi-
monijs comprobare, quæ cum clara sint,omit-
to.Quo ad fascias terrę,& tres aquarum cursus
nil aliud designabant, nisi eorum Principatũ,
in tribus Mundi partibus dilatandum, Africa,
Asia,atq; Europa,ac mari, & aquis potituros.
Quorum prædecessorum insignia,in hoc supe-
rat Rex Cath.qđ ijs trib.Mundi plagis.Quartã
iunxit,Noui orbis scilicet Regna, & Oceanum
Mare. Supradictorũ autem quatuor armorum
exempla hæc sunt,quæ subijciuntur.

Arma Gentilia Regum Franconiæ.



Similiter arma Regum Franconiæ.



Arma Gentilitia Regum Gothorum.



Arma Gentilitia Austriacorum.



QVo verò ad insignia Regnorum, ac Dominatuum Regis Catholici, si mea me sen-
26 tentia confirmauero † in calce huius capitis describi curabo, omittendo illarum significata declatate, quia in ijs alio peculiari libro opus esset.

De Armorum, atque insignium Gentiliorum inuentione multa scriberem, sed non est hic locus, quomodo apud antiquos fuerint, ad quid
27 † fuerint inuenta, quis concedat. pro nunc lectores remittam ad Bart. in tract. De Insignijs, & Armis. Budæum in Annotationibus prioribus. in l. fin. ff. de Origin. iur. Barth. de Cassæn. in Gloria mundi. pat. 1. consider. 20. cum pluribus seq. Andr. Tiraquell. de Nobil. c. 6. nouissimè alios complures referēs Antoninus Thessaurus. in decis. Pedem. 270. & ante eum Compater suus Antonius Sola in Decretis Sabaudiæ. tit. De Insignijs, & armis. in Decret. atma. Gloss. t. & 2.

Multi in Vexillis, multi in Armis patrum, ac Parentum imagines deferebant, vt eorum gestis, ac memoria, suum genus Illustrius redderent. Sic Scipio Africani superioris filius, vultū
28 Patris † annulo sculptum gerebat, quem propinqui, tamquam ignobili, & degeneranti ob eius ignauiam, è manu detraxerunt. vt dicit Valerius lib. 3. cap. 5. Non sic Philippus Rex Catholicus, & alij Austriaci, quorum acta maiorum æmulatione illecti, imitantur, & sic eis maiora, & fœliciora succedunt. Quod semper Deus Optimus Maximus operetur ad ipsorum gloriam, & Regnorum beneficium.

ARGVM. CAP. LXXVIII.

Sub Philippi Catholici Regis Dominio, inuentio quarundam rerum Nobilissimarum, & Orbi toto vtilium facta extitit, quibus maximo mundo commoditas, ac beneficium emicuit.

COMPENDIVM.

1 *Latina lingua Maiestas, & excellentia. num. 5.*
2 *Latina lingua Græca locupletior.*
3 *C. Iulius Cæsar de lingua latina ratione scripsit.*
4 *Romani exteros oratores, non nisi latina lingua loquētes, vel interprete latino vtebantur. num. 6.*
7 *Titulus Crucis D. N. Iesu Christi latinè etiā scriptus.*
8 *Latina lingua, an a Latio dicta, vel alio.*
9 *Latium vndè dicatur?*
10 *Italica vulgaris lingua, non est propria, sed ex pluribus barbaris composita.*
11 *Latium antiquum, & nouum quod?*
12 *Campana reperta apud Nolam Campaniæ vrbem a Sancto Paulino Episcopo.*
13 *Pulsationis campanæ virtutes.*
14 *Campana benedicitur, & exorcizatur.*
15 *Campana vasa magna, Nola paruula campana appellantur.*
16 *Martinus Lutherus, & Erasmus Rotherodamus erroneè asseruerūt cāpanas in Ecclesia superfluas esse.*
17 *Sanctus Hieronymus contemporaneus fuit Paulino.*
18 *Campanarum vsus ante Paulinum non fuit.*
19 *In scriptura sacra loco campanarum antiquitus, erāt tubæ, aliaque instrumenta.*
20 *Campanarum beneficia quæ?*
21 *Campana miraculorum appellata, quæ est apud Cæsaraugustam in Hispania, quæ quandoque pulsauit sine aliquo humano tactu.*
22 *Pixis, & Charta Nautica, siue Magnes Amalphiæ inuenta.*
23 *Flauius Amalphitanus, vel, vt alij Ioannes Magnetis, & Charta Nautica inuentor.*
24 *Pixidis, & Chartæ Nauticę vtilitates. num. 25.*
26 *Pandectarum legalium volumina Amalphiæ inuenta, & Pisis delata, ac demum Florentiæ. nu. 27. 28.*
29 *Pandecta Florentina, an Archetypa sint?*

CAP. LXXVIII.

SI rerum omnium, in Philippi Regis Catholici Dominijs repertarum inuentores describere vellem, magno, integroq; volumine mihi opus esset. Verum tamen, cum speculationem hanc mihi non proposuerim, aliqua tantum attingā, & enarrabo, quibus lætentur aliqui, quòd hac etiam prærogatiua Rex ipse præfulgeat.

Latinæ linguæ vsus antesignanus se offert; cuius linguæ excellentiam, ac Maiestatem, ru-
1 di meo eloquio † describere diffiteor. Illustri enim egeret Oratore, qui eiusdem linguæ elegantiam, ac rerum omnium cognitionem, sa-
2 pienter calleret. Locupletiorem, quam † Græcam, Latinam linguam, appellauit Cicero. de Finibus bonor. & malor. lib. primo. Vnde illa sibi ipsi laudes, & encomia proferat, cum ipsa sit ad omnem materiam perpetuæ memoriæ tradendam, accommodatior, & in exarandis quibuscunq; artibus frugalior. Hanc C. Cæsar ad summum vsq; dilexit, itā, vt Historici scri-
3 bant, ipsum de latinè † scribendi ratione accuratissimè ad Manlium scripsisse. Vsuq; Romanis fuit nullos admittere exterarum gentium legatos, qui latino, vel ipsi, vel ipsorum inter-
4 prætes idiomate non loquerentur. † Ob quod factum extitit, vt nō Europa solum, sed aliæ Mundi partes, latinæ linguæ vsum complecterentur; & ideo Republica deficiente, Imperioque Romano declinante euenit, vt linguę vsus nonnullis in partibus præsertim Christianis, remanserit, cuius consuetudine, ac beneficio, si priuati essemus, de humanis rebus, Christianis præsertim, actum foret. Eius itaq; Nobilitatem
5 ac magnitudinem, extollit † Laurentius Valla Elegantiarum lib. 1. in Proœmio. Carolus Sigonius de Antiquo Iure Italiæ. lib. 1. cap. 3. Nicolaus Valla in defensione aduersus Laurentium Vallam. cap. 1. Vndè Valerius lib. 2. cap. 1. Magistratus vero Prisci, (inquit) quantopere

ſuam. Populiq́; Romani Maieſtatem, retinentes,ſe geſſerint. Hinc cognoſci poteſt,quòd inter cætera, obtinendæ grauitatis indicia, illud quoq; magoa cum perſeuerantia,cuſtodiebāt;
6 Ne græcis vnqoam niſi latinè reſponſa† darēt, quin etiam,ipſa linguæ volubilitate qua plurimum valent excoſſa,per interprætem loqui cogebant,non in Vrbe tantum noſtra,ſed in Gręcia,& Aſia, quò latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur. Hæc Valerius. Hoc latinæ linguæ inſtitutum mirum in modum nouiſſimè extollit Iacobus Reuardus Ambiguitatum iuris lib.4. capit. 2. per totum. Hinc in Cruce Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Ti-
7 tulus ſcriptus extitit literis Græcis, † Latinis, & Hebraicis.vt patet Lucæ cap.23.Ioan. c. 19.
8 Dicta eſt autem † latina lingua à Latio, vndè illud Ouidij.lib.2.de Ponto.eleg.3.

Me tuus ille Parens,Latia facundia lingua,
Qui non inferior Nobilitate fuit.

9 Latium dicit M.Terentius † Varro, ex eo dici, quòd latet Italia inter præcipitia Alpium, & Appennini. Siuè autem à Larino Rege dictum putetur latium. Siuè quòd Saturnus cum in Italiam veniſſet, ibi latuiſſet. iuxta illud Virgilij lib.8.Æneidos,dum ait, de illo.

Is genus indocile,ac diſperſum montibus altis
Compoſuit,legesq; dedit, Latiumq́; vocari
Maluit,his quoniam latuiſſet tutus in oris.

& hinc latinam linguam dictam fuiſſe, populoſque latinos. vt dicit idem Virgilius lib. primo Aeneidos.

Inferretq; Deos Latio, genus vndè Latinum.

Latinorum itaq; lingua hæc peculiaris, propria,ac germana fuit,qua nunc vtimur. Vulga-
10 ris itaq; lingua, † qua nunc loquimur, ex diuerſo Barbarorum, ac ex terrarum gentium idiomate compoſita, Gothorum nempè, Alanorum,Vuandalorum, Hunnorum, Longobardorum,Northmannorum,Gallorum,aliarumq́; nationum,qoarum diuerſus vſus, & vocabulorum diſcretio, Vulgarem Italam linguam,quā fouemus, conflauit. Idcirco ante quingentos circiter annos, in omni Italiæ tractu,vllum reperies librum.Scripturam vllam, Italo vulgari Idiomate ſcriptam.Poſſe autem rem haoc probari,perfacile mihi eſſet, illi tamen incumbere nolui,quando credam, neminem in hac ambiguitate pedem fixurum.

Latium verò, partim ſub Summi Pontificis, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ dominio, partim
11 verò ſub Dominio † Philippi Regis Catholici in regno Neapolitano reperitur.Nam ſi inſpiciamus antiquum Latium, id erat à Tiberi flnmine ad Circæios vſq; montes. Nouum vero latium à Tiberi vſq; ad Lyrim fluuium, qui Gariglianus appellatur vulgo, & extenditur ad Sinoeſſam vſque, compræhendens Ciuitates Caietam,Fundos, Sinueſſam,Mulam, Furmios, aliasq́; complures, quarum omnium communis lingua latina fuit Authores Græci latiniq; fatentur.Strabo lib.5.Plin.lib.3.cap.5. Pomponius Mela.lib.2.cap.2.Iulius Solinus in Polyhiſtore cap.7.Io.Baptiſta Carrafa Hiſtor.lib. pri. Poſt Pandolfum Collenucium Hiſtor. Neapol. lib.1. à quo habuit omnia. Hæc lingua communis multarum gentium nuoc eſt, atq; ad alias nationes profuſa, ea vtitur omnis Chriſtiana reſpublica, hac ita viuitur, vt fortè ſine illa omnia bona corruerent.

Campanarum vſus ſimili modo in Regno Neapolitano originem habuit, quæ, & Nolæ
12 vocantur † à Nola Ciuitate Campaniæ,io qua repertæ fuerunt, quæ idcirco Campanæ appellantur ab ipſa Campaniæ Regione, in qua ipſa Nula ciuitas eſt: cuius ciuitatis Epiſcopū virum Sanctiſſimum Paulinum inuētorem tradidere Gulielm.Durandi in rationale diuinor. offic.lib.1.cap.4. quem ſequitur Paulus Fuſcus de viſitation.lib.1.cap.14.num. 2. Paulus alter Gryſaldus deciſ. Catholic.in verb. Campanæ. num.1. Iſte Campanarum vſus militanti Eccleſiæ ſatis accommodus, & in omni templo, & beneficiali Eccleſia eſſe debet. Illæq́; benedicuntur,& ideo per illios tactum,ac ſonitum fi-
13 deles † inuitantur ad præmium, & creſcit in illis fidei deuotio, mentes fruges, & corpora humana ſanantur, procul pelluntur hoſtilés exercitus,& inimicorum omniom inſidiæ, fragor,& grādinum procella, turbinum impetus, ac fulgurum temperatur,infeſta tonitrua,& vētorum flamina ſuſpenduntor, ſpiritus procellarum,& diabolicæ pôteſtates proſternuntur; Hæc omnia operari per Campanarum benedi-
14 ctionem,& exorcizationem † ſcribit in loco allegato Gulielm. Durandi. Ioannes de Selua de Benefic.lib.1.q.5. verſ. Quartum requiſitū. Viguerius lib.6.Catholic.inſtitut.tit.De exorciſmis.nu.217.Quibus,& nomina etiam imponi poſſe dixit Petr.Grego.Sintag.iuris vniuerſi lib. 2.cap. 4. ſub num. 26. Alias operationes à Campanis naſci ſcribit Io.De Selua in loco allegato.dicens inſuper Campanas appellari va-
15 ſa Magna † Nolas vero paruas Campanulas, dicitq́; inuentionem fuiſſe in eadem ciuitate Nolæ in Campania.quem ſequitur Paulus Fuſcus in d.c.14.nu.1.cum pluribus ſeq.Hinc confunditur error Martini Lotheri,& Eraſmi Rotherodami,qui aſſeruerunt, Campanarū vſum
16 † in Eccleſia eſſe peroitioſum. contra quos ſcribit Gryſal. in loco allegato.

Nec dicendum eſt, Campanarum vſum non fuiſſe Diui Paulini inuentum,ſed antiquius illas vſui fuiſſe, cum D. Hieronymus in Epiſtola ad Euſtochium de Campana meminerit,dicēs, Quouſque Campanula in Clauſtro pulſabitur. Nam notum eſt, ſi Paulini Epiſcopi Nolani, Summæ ſapientiæ, & ſanctitatis viri, tempora conſiderare velimus,videbimus Hieronymum
17 Summum † Eccleſiæ Doctorem,ac ipſum Paulinum

linum eodem tempore fuisse: Paulinus ætate
iunior, Hieronymus maturior, vt ostendũt eius
dẽ Hieronymi Epistolæ, & præsertim in Episto
la ad Paulinum de Institut. Monachi. incip. Bo-
nus homo. & ex Epistol. ad Cælantiam. de Ra-
tione piè viuendi. incip. Vetus scripturæ cele-
brata sententia. Ex quibus patet Hieronymum
Paulino contemporaneum fuisse. Et idcirco
quis vetat, quòd dum Paulinus Campanam, il-
liusque vsum inuenerit, Hieronymus, rei no-
uæ primus mentionem faciat? Ante enim ip-
18 ipsos Campanarum vsum cognitum † non fuis
se repperio. Sacra eloquia videãtur, quia ex il-
lis apparebit per Tubarum, aliorumq; instru-
mentorum sonitum, actus, quibus conuocatio
aliqua faciẽda erat, fuisse perfectos. Hinc dum
Nabuchdonosor Statuam suã Auream erexit,
adorationis illius tempus præfiniens, vt omni-
bus notum esset, præmisit edictum. Vobis dici-
tur Populis, Tribubus, & linguis. In hora, in
qua audieritis Sonitum Tubæ, & Fistulæ, & Ci-
19 tharæ, † Sambuci, Psalterij, & Symphoniæ, &
vniuersi generis Musicorum, cadentes adorate
statuam auream, quam constituit Nabuchdono
sor Rex. vt habetur Danielis. cap. 3. Et volens
Dominus docere Moysem, quo pacto Populũ
conuocaret, & exercitum dixit Numer. c. 10.
Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus
conuocare possis multitudinem, quando mo-
uenda sunt castra; cumq; increpueris tubis, cõ-
gregabitur ad te omnis turba ad ostium Taber
naculi fęderis. Si semel clangueris, venient ad
te Principes, & capita multitudinis Israel. Si
autem prolixior, ac concisior clangor incre-
puerit, mouebũt castra primi, qui sunt ad oriẽ-
talem plagam. In secundo autem sonitu, & pa-
ri vlulatu, leuabunt tentoria, qui habitant ad
meridiem. Quando autem congregandus est
populus, simplex tubarum clangor erit, & non
concisè vlulabunt. Filij Aaron clangent tubis.
Et millies in scriptura sacra mentio fit, tantũ-
modo sonitus Timpanorum, tubarum, & simi-
lium, cum campanarum vsus non esset. Illatum
itaque adinuentio, quàm sit vtilis, christiana
omnis Respublica conspicit, quæ illis vtitur.
Palam igitur dicendum, & Nolanæ ciuitati Il-
lustri, & Sanctissimo illius Antistiti Paulino,
pro cõmuni Christianorum beneficio, gratias
20 agere debere: magna enim sunt † commoda,
ac beneficia, quæ nouissimè recenset Michael
Timotheus in Praxi visitandi lib. 2. cap. 54. &
55. Hinc in Hispania apud ciuitatem Cæsar-
augustæ, in oppido Vililla, dicitur adesse cam-
panam, Miraculorum appellatam, quam pulsa-
21 ri ex se solam, pluries miraculosè † visam
fuisse asserunt, & quoties id factum fuit,
semper portentum aliquod malum successisse,
scripsere nonnulli: prout nouissimè ex authen
ticis scripturis ipsum vidisse scribit Leonar-
dus Vairus Episcopus Puteolanus de Fascino.
lib. 2. cap. 14. de ipsa Campanarum inuentione
facta per D. Paulinum scribit etiam Petrus Mes
sia in Sylua variæ lectionis. lib. 2. cap. 9. Eius-
dem Paulini meminit Diuus Ambrosius epist.
30. ad Sabinum. Augustin. de Ciuitate Dei. lib.
primo cap. 10. Diuus Gregorius Dialogor. lib.
3. cap. 1. & 2. Gregor. Turon. de Gloria con-
fessorum. cap. 107.

In Ciuitate Amalphitana duo bona reperta
fuere, quæ omne ferè bonum aliud excedunt.
Quorum primum illud inuentum mirabile est,
22 Pixis Nautica, siue † Magnes, siue Nautica, vt
23 dicunt, charta. Alij enim dicunt Flauium † quẽ
dam Amalphitanum inuentorem primum il-
lius fuisse, qua inuentione, in rebus mundanis,
vix aliud mirabilius assignari poterit: cum eo
reperto Nautæ sua itinera perficiant, & naui-
gationes suas securius moderentur. Nam, tam
& si Polydorus Vergilius de Inuentorib. rer.
lib. 3. cap. 18. dicat Pyxidis verum inuentorem
certum nesciri; tamen eundem Flauium inuen
torẽ fuisse, nouissimè post alios scribit Thom.
Bozius de statu Italiæ. lib. 4. cap. 1. nu. 68 licet
ibi de Pixide non meminerit. nam ità inquit:
24 Neq; vero hic † omittendus est, incredibiles
habens vtilitates, Magnetis vsus, quod est in-
uentum Flauij ciuis Amalphitani; eius namq;
tota ratio pẽdet à Cosmographia. Idcirco erat
hic appositè de illo à nobis loquendum. Quan
ta porro sit eius admirabilitas, quot, ac quan-
tos afferat secum fructus ad itinera Nautica fa
cienda, instituenda commercia, mortaliũq; vi-
tas, maria traijcientium, conseruandas, qui ne-
scit, aut non fatetur, is necesse est, vt sit valdè
imperitus, atq; hebes. Hoc igitur Italia inuen
to, quo salus hominum pluri morum contine-
tur, ex quo Pontificiæ paret authoritati, maxi-
mè gloriabitur per Amalphitanum Ciuẽ. Nun-
quid verò hic eius emolumẽtum conquiescet?
An verò longè plura indè existent? Ità profe-
25 cto? Non enim Christophorus Columbus † Ge
nuensis fuisset ausus tam vastos Oceani reces-
sus adire, aut experiri, committereq; se igno-
tissimis itineribus, ac toties ire, & redire, cum
detexit Indias nouas, & remotissimos popu-
los nobis aperuit, nisi ad fuisset illi vsus Ma-
gnetis. Quo circa Hispani, acceptũ quidem re-
ferre, Imperium tam latum, Christophoro Ge-
nuensi potissimum debẽt; sed eius conatus, vel
nullus omnino fuisset, vel si quis aliquando, ir-
ritus caderet, nisi Italus alius tam nobile inuẽ-
tum, generi humano dedisset. Et pòst pauca in-
quit: neq; enim Lusitani potuissent explorare
oras Africę, & circum legere, illas præteruehi,
orientalesq; Indias capessere, & ad remotissi-
mas regiones, quotannis ventitare, nisi chartæ
Nauticæ, Magnetis ab Italis institutus vsus, ip-
sis ad fuisset, atq; adesset. Hæc Bozius. de qua
inuentione meminere Pãdolphus Collenucius
Histor. Neapol. lib. 1. & Io. Bapt. Carraf. lib. 1.
Huius

Huius Pixidis meminit Leuinus Lemnius de occultis rer. Miraculis. lib. 3. cap. 4. Petr. de Medino Artis Nauigatoriæ lib. 6. cap. 1. Nouissimè dum hęc imprimenda dari curarem, dum Neapoli infirmitate præmeter accessit approximandorum remediorum causa ad me Summus Philosophus, ac Medicus, variarum scientiarum studio eruditus Vincentius Brunus, qui mihi ostendit locum, in quo Magnetis eundem inuentorem scribit in suo Theatro. Eodem itidē tempore vidi Gulielmum Gilbertum Colcestrēsem, Medicum Londinensem, in comment. de Magnete. lib. 1. cap. 1. qui post alios idem firmat, quamuis sub dubio: inducens nauigationes, quas fieri faciebat Salomon in Ophir ad asportandum aurum. de quo habetur. lib. 3. Regum. cap. 9. 10. & 22. & lib. 1. Paralipom. c. 29. lib. 2. cap. 8. & 9. Ieremiæ. cap. 10. qui elegantissimè hoc discutit. Licet ob incognitam sibi Italiam, dum voluit dicere Amalphim, dicit Melphiam sub Dominio Principis Doriæ, quia & si Melphia sit in Regno Neapoli in Apulia prope Daunios, quæ est sub Doria, non fuit tamen in hac Ciuitate, sed Amalphiæ, quæ est in Regione inter Salernum, & Surrentum propè Mineruæ Promontorium. Adinuentio ista adeo vtilis est, vt nauigantes sine illius vsu vix consisterent.

Alterum verò, & secundum inuentum in eadem Ciuitate Amalphiæ, fuere legum, & Pande-
26 ctarum volumina † Archetypa, Iustiniani olim Principis ordine, ac mandato congesta, cōtra quos, ac Scalenses, Rauellenses, cum Pisani bellum gererent, & victoriam reportarent, vt belli fortuna tulit, inter opima spolia hos pande-
27 ctarum † libros asportauere, quæ, vt par erat, tamquam vectigal maximum apud ipsos diutius conseruata extitere, & Pisanæ pandectæ appellatæ. Hoc Diuino munere Pisani priuati fuere, dum à Florentinis cum ipsis bellum ge-
28 rentibus, victi fuere, † & Florentiæ translati, vbi magna cum veneratione asseruantur, antiquissimarum quarundam reliquiarum loco. Et tamen Andr. Alciatus dispunctionum lib. 3. c. 22. quem nouissimè sequitur Federicus Scotus in consil. 17. sub nu. 34. lib. 5. Tomo 1. asseruerunt eadem volumina, non illa esse Archetypa Iustiniani Imperatoris. Hanc tamen opinionem confutabis ex Laurētio Valla Elegantiar. lib. 3. c. 1. dicente illa esse archetypa, nimiūq; ipsa laudat, atq; extollit. Quod, & facit Angel. Politianus Miscell. cap. 41. & 78. Hierony. Cagnol. in Proęm. Digestor. nu. 74. Io. Ferrar. Montanus in Proęm. instit. col. mihi 30. vers. Tū Maximum, & planè. & nouissimè Hermannus Vulteius in Commentarijs iuris prudentiæ Romanæ. in Prologo de studio iuris: qui similiter dū dicere voluit, repertas in Ciuitate Amalphiæ, dicit de Ciuitate Melphiæ in Apulia. Easdem Pandectas mendosas dixit Gulielm. Budæus in Prioribus annotationibus ad Pādect. in l. 1. col. mihi. 12. ff. de iust. & iur. Et multos Pandectarum litera abuti dicit Anton. Contius Lectionum subseciuarum. lib. 1. cap. 1. nu. 3. lib. 1. cap. 3. num. 1. Vt cumq; tamen res se habeat, sicut diuinare poterunt, illa volumina Archetypa
29 esse, † sic etiam diuinare magis conuenit illos, qui Archetypas Pandectas minimè credūt. Ratione etenim vera, coniectari licet, quòd cum toto terrarum Orbe, legum alij Archetypi libri non inueniantur, nec alio in loco; tantum abest, vt illos proponamus veros esse. Ijs accedit, priuatum hominem neminem hoc onus, hunc laborem, hos sumptus erogare potuisse in faciendis tot magnis voluminibus, illisq; auro, & coloribus affabrè fieri. Qui autem Pandectas alias Originales, siue Archetypas habent, vel adesse dissimulant, ij in Foro, ij in Publicum proferant. Quo verò ad mendositatem, & quantum ad illam attinet, & si non deficiunt, qui illam calumnient; Dicimus non admodum difficile esse, vt per tot annorum, ac seculorum cursus, aliqui fuerint, qui literam corrumperent, cum hominum quam plurimorum actus sint indiffentiendo positi. Cū præsertim octingenti sint circiter anni, quibus tot summi Imperatores, tot summi, atque sanctissimi Romani Pontifices, tot Ecclesiæ Prælati in tot sacratissimis Concilijs congregati, tot Magistratus, tot Patroni, Aduocati, & causarum oratores, tot Iurisconsulti excellentissimi prodiere, qui fortè cæcutierint, hiq; pauci solummodo in tenebris lumen veritatis inspexerint. Ad quid igitur profuit, tot ciuiles leges in canones redigere? Quomodo si alibi nusquam repertæ sunt, ijs legibus in eisdem pandectis reclusis totus ferè orbis colla submittit? Et quamquam arbitrer, quòd dum Budæus dixerit, quandoque menti habuisse, vt Pandectæ emendatiores in publicum prodirent, Iurisconsultum eundem numeris omnibus absolutum pro sui ingenij fęlicitate factorum: sed, & alij etiam complures, & penè infiniti fuere, ac etiam num ætate nostra sunt grauissimi viri, qui Pandectas ipsas, si quo egerēt, ob scriptorum fortè incuriam, suo nitori redderent. Et si qua menda in illis esset, quod vix crederem, hoc Iustiniano Principi, ac illarum compilatoribus vitio tribui nō potest, eorum namq; manibus Pandectas minimè scripsere, sed scribis, & amanuensibus id faciundū mandarunt, qui in describēdo, errorem aliquē committere potuisse, piaculū nō est. Ab Amalphitanis verò in Belli præda inter prætiosiora, quæ capta sunt, Pandectarum hi libri à Pisanis fuere capti, anno D. N. Iesu Christi 1148. postmodum verò dum per Gynium Caponum, Nobilem virum Florentinum, & Strenuum, aliosq; tunc illius Reipublicæ ciues essent Pisani redacti sub eorum Dominio Pandectas indè Florentiæ retulerunt: Ex eoque tempore, tamquam è

cœlo

Cœlo demissi, custoditi fuere. vt ex Raphaele Volaterrano, Raynerio, Gracia Pisano retulit Plotius Gryphius Pisanus in suæ Patriæ annalibus. Francisc. Torellius in præfat. Pandectar. Florentinarum aliqua refert Bart. in l. Si creditor. §. fin. ff. de Distract. pignor. & nouissimè Dionysius Gothofredus in Praxi Ciuili lib. 1. tit. 2. c. De exemplarib. De his etiam optimè Stephanus Forcatulus de Gallorum Imperio. lib. 4.

Adinuentiones nonnullas referrem ab hominibus Dominij Regij effectas, sed ijs quādoque satisfecit Polydorus Vergilius Vrbinas. Ea tamen res exactior, ac diligentior exhiberi deberet, & maiori volumine, & labore digna operatio exigitur ab Anilium fabularum narratione aliena, in qua aliquando cogitauerā si quid boni præstare valuissem, sed otium, ac animi, corporisq; libertatem illud opus desiderat, nō me occupatum, ac negotiorū mole oppressum.

ARGVM. CAP. LXXIX.

Armorum peritia viri clarissimi recensentur, qui ex Regnis Philippi Regis Catholici fuere, ac hi, qui sub illis fortissimè militarunt.

COMPENDIVM.

1 *Armorum, & militiæ exercitium fuit ante Doctoratū.*
2 *M. Cocceius Nerua Imperator Hispanus.*
3 *Nerua Ioannem Euangelistam ab Insula Pathmos reuocauit.*
4 *Iulius Coccaius Nerua Auus Hispanus ex Italica.*
5 *M. Vlpius Traianus Imperator Hispanus.*
6 *Traianus domi Sanctus, & foris clarus habitus.*
7 *Aelius Adrianus Hispanicæ stirpis.*
8 *Adrianus primo Christianis obstitit, demum fauit.*
9 *Sergius Galba Imperator Hispanus.*
10 *Antoninus Pius Imperator Hispanus.*
11 *M. Antonius cognomento Verus Hispanus.*
12 *Theodosius Primus & senior Imperator Hispanus.*
13 *Archadius, & Honorius Hispani.*
14 *Theodosius Iunior Hispanus.*
15 *Arganthonius Tartessiorum* Rex *Hispanus.*
16 *Viriatus Rex Hispanus.*
17 *Viriati virtutes bellicæ.*
18 *Romani Imperatorem à suis occidi, impiū iudicarūt.*
19 *Prouinciarum Hispanicarum virtutes.*
20 *Recchare di Regis Gothorum, & Hispanorū actiones.*
21 *Bambæ Regis actus.*
22 *Pelagij Cantabriæ Ducis virtutes.*
23 *Regni Neapolitani gens inuicta.*
24 *Locrensium, Crotoniatarum, Sybaritarum, ac aliarum Regni Neapolitani nationum virtutes.*
25 *Agathocles Siciliæ* Rex *fuit Rheginus Brutiorum.*
26 *Dinus Tarentinus Dux fortissimus.*
27 *Milo Crotoniata Athleta maximus.*
28 *Otho Siluius Cæsar, fuit Ferentinas.*
29 *Florentinum oppidum Apuliæ.*
30 *Adrianus ex Adria Aprutina.*
31 *C. Marius ex Arpino.*
32 *Robertus, & Alphonsus Reges.*
33 *Consaluus Ferdin. de Corduba Magnus Capitaneus.*
34 *Christophori Columbi virtutes.*
35 *Ferdinandi Cortesii virtutes.*
36 *Andreæ Doriæ virtutes in maritimis rebus.*
Ioannis Andreæ Doriæ, & Caroli Doriæ filij in rebus maritimis virtutes.
37 *Balduini Flandriæ Comites virtutes.*
38 *Balduini Pij uirtutes.*
39 *Theodorici Alsatij Flandriæ Comitis virtutes, ac Philippi eius filij, num. 40.*
41 *Balduini Margaritæ filij actiones.*
42 *Ioannis Burgundiæ Ducis virtutes, & mors.*
43 *Philippi Ducis Ioannis filij eximiæ virtutes inter omnes Europæ Principes.*
44 *Caroli Bellicosi virtutes.*
45 *Caroli Quinti Cæsaris virtutes.*

CAP. LXXIX.

Antea fuisse armorum, ac Militiæ exercitium, Doctoratus dignitate, † scripsere Signorol. Homod. in cons. 13. nu. 19. quem sequitur Iacob. Philipp. Portius in consil. 167. nu. 62. vnde cum enumerare habeam, viros Principes, qui ex Regnis Catholici Regis fuere, vel ei, suisq; antecessoribus seruierunt, quos Armorum, ac Militiæ exercitium excellentissimos reddidit, ac etiam viros diuersarum scientiarum splendore conspicuos, cædam hac vice de Armis prius tractare, ac illorum prius telam ducere, & sequenti capite de alijs agere.

Habuit Hispania viros Principes, Armorū exercitio Claros, quorū iudicijs, & Romanorū, & Constantinopolitanorū fuit rectū, & administratum Imperiū, quod tribuitur primo, M.
2 Coccio Neruæ Imperatori, † quem ex Hispana origine extitisse, nonnulli commemorant, licet Narniensem illum Italum fuisse aliqui asserant. Hic illa, quæ Domitianus perperam gesserat, restituit, & pro modico, quo imperauit, tempore, optimi Principis nomen promeruit. Proscriptos restituit, & inter alios sanctissimum Apo-
3 stolum, & Euangelistam † Ioannem ab insula Pathmos, vbi relegat⁹ fuerat, reuocauit, & alias nōnullas virtutes exercuit, ità vt inter Diuos, (prout illa ferebat ætas) relatus fuerit. vt author est Dio in eius vita. Hunc itaq; Hispanum fuisse testatur etiam Lucius Marineus Rer. Hispanic. lib. 22. c. 2. Et Iulium Cocceium, Neruæ
4 † Auum fuisse ex Ciuitate Italica apud Hispaniam, quæ cū fuisset ab Hispanis obsessa, ac diruta, ipsum Gades petijsse, (hodie Caliz dicitur Hispanicè) scribit Paulus Orosius. lib. 7. c. 7. Eutropius lib. 10. c. 1. Io. Zonaras Annalium lib. 2. Iacob. Philippus Berg. Supplemēti chronicor. lib. 2. Mambrinus Roseus Fabrianensis in
5 Traiano. M. Vlpium † Traianum Hispanū fuisse ijdem perhibent. Pronepos enim fuit Ruffi Vlpij ex eadem Italica Ciuitate, qui eodem mo

do,

do,ac tempore,illa delera Gades petierat,eiq; idem Ruffus fuit Abauus,cui Traiano post Ner uam ab eius adoptione Imperium delatum, ꝙ
6 domi ſanctus, & foris † clarus, habitus fuit, & Victo Decebalo Rege Daciam ſuperauit. Parthos vicit,Victis Regem dedit.Armeniam,Arabiam,ac Prouincias trans Tigrim, & Eufraté, Imperio adiecit.Amicitiarum cultor,Ingeniorum,& Eruditorum admirator,diuini,& humani I. C. eaq; bonitate fuit, vt alijs poſtmodum Principibus,dum acclamaretur,& Augusti Fęlicitas,& Traiani bonitas precaretur. Idē Dio in eius vita.Orosius lib.7.c.7.Eutropius lib.10. cap.2.10.Zonar.Annal.lib.2.10.Baptista Egnatius Romanor. Principum.cap.14. Carolus Sigonius,& Honofrius Panuinius in Fastis.Luci. Marin.Histor.Hiſpanic.lib.22.c.3. Ælius Adria
7 nus ſtirpis Hiſpanicæ† ex eadem Ciuitate Italica extitit ex Aelio Adriano, Traiani Principis conſobrino, Adriæ in Italia orto, genitus, poſt Traianum Imperium adeptus,vario,& ſublimi ingenio,literarum omnium peritiſſimus, Mathematices primum; Architectus, Muſicus, Statuarius,aliarumq; Artium,& militaris diſci-
8 plinæ ſcientiſſimus. A Primordio † Christianis obſtitit,cognita tamen Religionis excellētia, beneficus illis fuit. Orosius lib.7.cap.8.Eutropius lib.10.c.5.Iacob.Philipp. Bergomas Supplement.chronicor.lib.2.Zonaras lib.2.Albert.
9 Crantius in Saxonia lib.3.Sergius†Galba,& ipſe Hiſpanus fuit.vt eſt author.Sueton.Tranquil-
10 lus in Galba cap.3.& 9.Antoninus † etiam cognomento Pius, ac M. Antonius cognomento
11 Verus†Imperatores,& ſi in Hiſpania nati non fuerint,ex eorundem tamen Imperatorum origine prodiere, vt Marinæus,& alij annotarūt.
Nec ſolum ei Imperio id accidit, vt Imperatores tam probos Romę Hiſpania dederit,ſed & Conſtantinopolitano ſimiliter.Hoc melius, ꝙ Chriſtianos.pios,& Catholicosnā, & Theo
12 doſius † I. qui,& ſenior, Hiſpanus fuit; huius
13 præterea filij Archadius,& † Honorius;eodē
14 modo,& Theodoſius † iunior,Archadij filius. Paul.Oroſius lib.7. c.19. 20.& 21. Paulus Diaconus ad Eutropium.lib.12.c.5. Zonaras.lib.3.
Argantonium Tarteſsiorum Regem Hiſpa-
15 nia etiam produxit,virum† belli exercitio nobilem,quem trecentis annis vixiſſe ſcribit Sylius Italicus lib. 3.

Argantoniacos armat Carteia Nepotes.
Rex Proauus fuit,humani ditiſsimus aeui,
Terdenos Decies emenſus bellizer annos.

& Baptiſta Mantuanus in Alphonſo ait

Et vetus ille auri aeues, ditiſsimus aeui.
Heſperiis quondam Rex Argantonius oris.

quem vixiſſe annis centū viginti,regnaſſe octoginta,retulit Cicero in Catone Maiore,ſiue de ſenectute. & poſt ipſum Lucianus, & Macrob. Quanquam Plinius lib.7.c.48.poſt Anacreontem Poetam,vixiſſe aſſerit annis centum quinquaginta.de quo Lucius Marin.in Hiſtor. Hiſpan.lib.2. cap. 2. 10. Laurentius Anania in Fabrica mūdi tract.1. in Europa.& nouiſsimè bel la ab eo geſta, & eius acta deſcribit Ioannes Mariana de rebus Hiſpanię.lib. 1.cap. 17.

Magni animi Viriatum Regem ex Luſitania
16 natum,licet à principio humilem,† magnū tamen poſtea ex progreſſu rerum, Hiſpania produxit. Fortiſsimæ tamen,& Magnanimæ virtu-
17 tis,Bellicæq; Artis expertiſsimus † fuit.Parua namq; militū manu à principio Prouincias aggredi cæpit,vltraq; Tagum, & Hiberum Flumina progreſſus,omnia Armis impleuit,Populos ſubdidit, ſubditos ei obedire coegit vti Regi. Contra illum Romani C.Vectelium Prętorem, cum expedita militum manu miſerunt,cōgreſſi inſimul,ſubacto,ac profligato exercitu à Viriato, eiuſq; Militum globo, cum Paucis Prætor, vix ſaluus euaſit.Miſſus demum Cn. Plautius ab eiſdem victus, fuga ſimiliter ſibi vitam quæſiuit.Videntes autem Romani ſuos,primo, ſecundoq; congreſſu victos, quaſi ignominiā deleturi, iterum,tertioq; Claudium Vnimanū, vel,vt alij dicunt,Numidanum,numeroſo exercitu congregato deſtinarunt, commiſſa autem inter illos acie,Viriatus victor extitit.Is,vt Romanis notam inureret,illorum Faſces,Trabeā, aliaq; Inſignia,atq;ornamēta,quaſi triumphās in ſummis Montium expoſuit. Cumq; diuerſis temporibus per annos quatuordecim, vel, vt alij,decem, & octo,Armis, viribuſq; Romanos afflixiſſet, à ſuis tandē perfidioſè occiſus eſt, quem tamen,non niſi mortuum ſuperauere Romani,dum occiſoribus militibus,prēmium petentibus,dare noluerint,iudicantes apud eos,
18 impium facinus eſſe, Imperatorem† à ſuis occidi. vt dicūt Cicero,& Liuius Epith.52. Paul. Oroſius lib.5.cap.2.Eutropius lib.4.c.6. de quibus Romanorum Prouincijs Velleius Paterculus Hiſtor. Roman.lib.2. inquit.Illæ enim pro-
19 uinciæ † Scipiones contempſerunt:illæ continuo meliofo viginti annorū bello,ſub Duce Viriato maiores noſtros exercuerūt:illæ terrore Numātini belli Populum Romanum concuſſerūt: in illis turpe Q.Pompei fœdus,Turpiuſq; Mancini,Senatus cum ignominia dediti Imperatoris, reſcidit: illa tot conſulares, tot Prætorios aſſumpſit Duces,patrumq; ætate,in tantū Sertorium armis extulit,vt per quinquennium,diiudicari non potuerit, Hiſpanis,Romaniſnè in armis plus eſſet Roboris, & vter Populus alteri pariturus foret. Hinc Cicero in Antoniū. Cæſar exercitum inuictum ex Hiſpanis militibus conduxit.de quo Baptiſta Fulgoſ.lib.3.c.4.

Sed quid vetuſtiorum temporum exempla commemoro, illorum virtutes enarrando, qui ad hos exhibendos actus,inanis tantū ſpe gloriæ impellebantur? Quādo alios Principes referre potero, qui Chriſtianæ fidei zelo innixi, periculoſis bellorum fluctibus agitati, magnis

ſuis

ſuis hoſtibus cladem intulerunt, quorum Hi-
20 ſpanorum, Gothorumq; Regum Recharedus† ſe offert, qui ob Artianam hæreſim è Gallia, & Hiſpania pulſam primus Catholiciſſimi, atque Religioſiſſimi Regis nomen retulit. vt dixi ſupra c. 41. Hic plures cum Romanis pugnas cõſeruit, ſemperq; victor euaſit. Vaſcones & pluribus bellis, in illum irruptionem facientes repulit. Cum ſexaginta millia demũ Francis fortiter dimicando, quadraginta millia ex ipſis deletis, reliquisq; partim captis, partimq; fugatis, Victoriæ triumphum portauit. vt poſt Raphaelem Volateranum, ſcribit Ioãnes Magnus Hiſtoriæ Gothorum, & Suenon. lib. 16. cap. 10. & ante eos Roder. Ximenius Archiepiſcopus Toletan. rer. Hiſpan. lib. 2. c. 15 Nec minori Bellicæ virtutis encomio dignus eſt Vuāba, (quẽ
21 Bambam† appellant) Rex, qui ſuorum Regnorum rebelles Principes aliquos, populos, vicit, ſubegit, ac domuit. Sarracenos etiam Hiſpaniarum littora turbãtes gladio alios, ſeruitute cęteros ſubegit, ac ducentas, & ſeptuaginta illorum naues incẽdio conſumpſit. de quo Roder. Archiepiſcopus Toler. Hiſtor. lib. 3. cap. 1. vſq; ad cap. 12. Io. Magnus. lib. 16. cap. 22. Sed quis æquam enarrandarum virtutum linguam exer-
22 cebit † Pelagij Cantabriæ Ducis, Gothorum Regum Seminarij, qui primus eijciendorũ Sarracenorum ex Hiſpania conſilium ſumẽs, multis illos cladibus affecit, ſuum dilatans Regnũ, Magnum adeo poſteris exemplum dederit, vt quem ſequuti ſucceſſiue viginti nouem Reges eadem imitando, vſq; ad Alphonſum nonum Regem, qui & ipſe vnico prælio cum Sarracenis conſerto, ducenta illorum millia profligauerit, Alijq; decem, & ſeptem circiter Reges, vſq; ad Philippum nunc regnantem, fecerunt itidem, quorum vita, Chriſtianorum omnium Principum gloriam ferè ſuperauit. Plus enim cruoris, ac ſanguinis in ijs iuſtiſſimis bellis effuſum eſt ſeptingẽtos circiter per annos, q̃in alijs plijs non ità iuſtis in annis mille, & quingẽtis. Et niſi Hiſpanorum Regum infatigabilis vigor extitiſſet, non Hiſpania fortè tantum, & Gallia, ſed cętera Chriſtianorum Principũ regna Sarracenorum, & Maurorum ſæuitiam, ac tyrannidem experirentur. Sit DEO Opt. Max. Laus, honor, gloria, & Imperium, qui hęc à ſuis populis flagella auerrit; & horum Catholicorũ Principum Animæ per eiuſdem Dei Clementiam Paradiſi Gloria perfruantur, quorum laboribus, ærumnis, ſanguinisq; effuſione, Pace trãquilla, & dulci ocio fruimur.

Regnum Neapolitanum habuit ſemper gentem, vſibus bellicis aſſuetam, ac penè inuictam
23 † à quibus in Cleomenem Lacedæmonium, Agatoclem, Alexandrum Epirotam, Pyrrhum Moloſſum, Annibalem Carthaginẽſem, & alios exhibita eſt ſumma vis animi in bellis, & validiſſima corporum virtus; ſic etiam oſtendetũt in bellis Cæſaris, & Pompei, aliorumq; Romanorum, fortiſſimum Robur, ac bellicam virtutẽ in eis exercuerunt. Hinc apud Hiſtoricos cõme-
24 morantur bella † Locrenſium, Crotoniatarũ, Sybaritanorum; Hinc Peligni, Frentani, Marſi, Lucani, Picentij, Sammites, alijq; Regni Neapolitani populi, quorum bellandi induſtria pluribus annis Romanorum Rempublicam fortiter exercuit. Habuit etiam ſuos Imperatores, ſuos Reges, Armorum peritia clatiſſimos, Agatho-
25 clem † Siciliæ Tyrannum, Regem q;, qui tantopere Carthaginenſes, & Africanos infeſtauit. Is enim ex parte Figulo Rhegij apud Brutios naſcitur, vt ſunt authores Diodorus Siculus Bibliothec. lib. 19. Thomas Facellus in Hiſtor. ſicul. Decad. 1. lib. 6. cap. 3. & Decad. 2. lib.
26 4. cap. 1. Habuit, & Dinum † ex Tarento, virũ ac Ducem exercitus fortiſsimum, ac rei, artisque bellicæ peritiſsimum; cuius meminit Plutarch. in Problem. 155. Ianus iuuenis in Hiſtor. Tarentinor. lib. 3. capit. 3. Habuit, & Milonem
27 † ex Crotone, qui in Athletica præſtitit: Ita malum punicum tenebat, vt nemo illi è manu extorqueret, aut digitum corrigeret, cum is ramẽ vllibi malum læderet; idem diſco vncto inſidẽs à nullo diſtrahi poterat; & cum ſemel conſtitiſſet, nemo eum è veſtigio educebat. In Olympia Bouem ictu manus expanſę, alij pugno, occidiſſe, & per ſtadium ſine anhælitu portaſſe, ac totum vno die comediſſe (quod haud creditu facile eſt) & ibidem Coronatum fuiſſe. quorũ meminit Plinius. lib. 7. cap. 20. Herodotus lib. 3. Pauſanias in Eliacis. lib. 6. Aul. Gell. Noct. Acticar. lib. 15. cap. 16. Petr. Crinitus. lib. 8. cap. 6. De quo Baptiſta Mantuanus inquit

Hauſit dogma Croton, forti inſignita Milone.

& iterum idem Baptiſta

Quadrupedum ſoleas, calabrumq; aquare Milonẽ

de quo etiam latè Hieronym. Mercurial. de Arte. Gymnaſtica. lib. 1. c. 13. & 15. lib. 3. c. 3. & 5. lib. 6. cap. 3. Hinc Maximinum Cæſarem ob fortitudinem vocauerunt Milunem Crotoniatem
28 Capitolinus in eo. Otho etiam † Siluius Cæſar, qui poſt Sergium Galbam Imperator fuit, ex Ferentino oppido Regni Neapolitani fuit, vt eſt author Suetonius in Othone. cap. 1. & ſi Ferentinum alibi collocet Strabo. lib. 5. vna vice Ferentenum illud appellando, altera verò,
29 vt ſupra. Quod oppidum eſt† in Apulia propè Luceriam, iam deſolatũ, ſola turri, cum quibuſdam ædificijs dirutis, exiſtente. hoc oppidum quondam ſub Samnitibus erat, vt aduertit Philippus Beroaldus ad Sueton. in loco allegato. & in eo perijt Federicus. 2. Imperator. De quo Pãdolf. Collenucius Hiſtor. Neap. lib. 4 Hadria-
30 nus † Imperator, & ipſe ex Hadria Aprutina
31 ortum duxit, vt multi ſcripſere. C. Marius † ex Arpino, qui maxima bellandi peritia extitere.
32 Sic Robertus Rex, ſic † Alphõſus Aragonens, quorum virtutibus, & armorum exercitio tutã regnandi

regnandi peritiam quęsiuere. vt de supradictis
antiquiorib. scripsere Liuius, & alij. Herodot.
lib.5. & 6. & 9. Collenucius lib. 1. & de nouissimis idem Collenucius lib.4.5. & 6. & pluries.
Barthol Facius de Factis Alphonsi. Paul. Iouius
de Viris Illustrib. bellicis lib.1. cap.14. lib. 2. c.
1. lib.3. cap.2. Sub Regibus Ferdinando, & Eli-
33 zabetha, † militauit Consaluus Ferdinandus
de Corduba, † qui ob eius bellica gesta, magni
cognomen habere meruit. Christophorus etiā
34 † Columbus, qui incognitarum insularum re-
gna Christiano Orbi, non absque stupore, &
miraculo, quæsiuit, inuenit, & domuit. Quem
pari ardore, viribus, & fortuna sequutus est Fer
35 dināndus † Cortesius. Sub Carolo V. Cæsare, ac
Philippo Rege nunc regnante Petrus† Nauarrus, Ferdinandus† Aluarez Dux albæ, Alphonsus, † & Ferdinandus Dauali, Ferdinandus †
Gonzagha, Prosper Columna † Antonius† Leyua alijq; permulti, quorū ductu tot bella profligata, tot Reges victi, victoriæ obtētę, & Trophea erecta. Vt interim silentio minimè pertrā
36 seam Andream† Doriam, Maritimarum classiū
instruendarum, ac maritimæ nauigationis, alterum Neptunum, qui suo tempore Pyratas
omnes fugauit, omnia christiani orbis freta
secura reddidit, victorias reportauit; quem
Mauri Sarraceni, Turcæ, reges, Imperatores
christiani nominis hostes, timuerunt, horruerunt, & coluerunt: de quo nulla non prædicabit ætas. Cuius virtutis æmulator, & successor
egregias nauauit artes Ioannes Andreas Doria Catholici Regis in maritimis Imperator,
qui à suis Auis, Atauisq; nō degenerans, Barbaris omnibus est formido, & pauor. Æmulantur nunc ipsum filij, summæ spei adolescentes, præsertim Carolus Doria.

Nec desunt ex Burgundia, Belgia, alijsq; inferioris Germaniæ populis Catholico Regi,
prædecessores Principes viri, armorum peritia
strenuissimi, inter quos eminet Balduinus Flā-
37 driæ comes, qui † ab eximijs corporis viribus,
armorumq; exercitatione, ferrei nomen retulit, qui Caroli Calui, Galliæ Regis filiam Iuditham, formosissimæ speciei puellam præstantem, Anglorum Regi, nuptui destinatam, (illa tamen, fratreq; suo consentientibus) abductam, rapere non dubitauit, purgataq; causa
coram Nicolao I. Summo Pontifice, debitis Ecclesiæ sollemnibus, despōsauit. Et demum pluribus in prælijs cum Northmannis habitis, fortissimas manus conseruit. Sic Balduinus alter
38 cognomento Pius, † suorum prædecessorū gloriam omnem superauit. Robertus etiā, qui Hierosolymitanus est appellatus, adeò se in illa expeditione Hierosolymitana magnanimè gessit, vt idcirco Hierosolymitanus sit dictus: vt
Gulielmus Tyri Episcopus, alijq; Historici pro
39 didere. Theodoricus Alsatius, & ipse † Flandriæ comes minimè prætereūdus est. Hic enim
in omni vita, Pietate insignis, religione Illustris, munificentia clarus, belli, pacisq; artibus
nobilis, fortitudine, iustitia, ac rerum gestarū
magnitudine inclitus, quater in Syriam ad iuuandos in bellis Christianos accessit, omniq;
splendore apparatus bellici emicuit: vt post
alios scribit Iacobus Meyerus Annal. Flandr.
lib.5. quem non minore animi vigore imitatus
40 est Philippus † filius, qui strenuè rexit Comitatum Flandriæ per annos viginti quatuor, Nobilissimus omnium, qui antea fuerant in Flandria, diuitijs, & honoribus affluens, prudentia,
& potentia magnus, feruens in iustitia, fortis,
& probus ad arma, vniq; Macchabæorum meritò comparandus: vt idem Historicus inquit.
41 Eodem modo Balduinus Margaritæ † Alsatiæ
filius, Flandriæ, Hannoniæq; Comes, Imperator Constantinopolitanus creatus, quia vir fortissimus, nobilissimus, & Dux summus fuerit ha
42 bitus. Ne interim omittam Ioannem† Burgundiæ Ducem (qui à Carolo Delphino occisus
fuit) qui erat vir belli, & pacis artibus præstās,
nobilitati iuxta, ac Popularibus suis charus, cū
quibus nihil habuit dissidij, de quo suo loco
supra diximus, cuius ex morte graues conflatæ sunt inimicitiæ, quarum exitus mali extitere, ac vtriusq; imperij subditi perpessi fuere,
vnde succedit illud Horatij.

Quicquid delirant Reges plectuntur Achiui.

Commemorare autē Philippi Ducis gesta, qui
fuit filius eiusdem Ducis Ioannis, operæ pretium non videtur, cum suo tempore omnes Eu
43 ropæ Principes suis † virtutibus superauerit,
captiuamq; fecerit puellam illam Ioannam, in
qua tantopere Galli confiderant, q̄ tādem Rothomagum ducta, falsæ religionis, Magiæ, superstitionis, ac Veneficij insimulata, flāmis exusta est. Hic Dux acerrimus cædis paternæ vltor
extitit. P. Aemilius in Carolo 6. & in Carolo 7.
Ioannes Tilius in Chronico Galliæ. Iacob. Meyer. Annal. Flandriæ. lib. 16. Subsequutus est ip-
44 sum, Carolus Princeps sua† ætate omnium bellicosissimus, qui ex inde bellicosi nomen quæsiuit, qui in Castris est appellatus Annibal, in
conficiendis itineribus Iulius Cæsar, & Alexander, Algoris, solisq; patientissimus, frigidæ tot
illi hyemes actæ, tot sub pellibus torridæ æstates transactæ, quorum gesta scripsere. P. Aemilius in Lud. XI. Adrianus Barlandus in Chronico Brabantiæ. cap. 102. & 132. Iacob. Meyerus
Annal. Flandriæ lib. 17. Iacob. Marchantus de
Reb. Flandriæ memorab. Vnum referam pro
Coronide, qui pro omnibus erit, Carolū Quin-
45 tum † Cæsarem Austriacum apud eosdem Belgas, seu Brabantos, Gandaui natum, cuius acta
stuporis plena, ac ordinarios humanos conatus superantia, non referam, sed bella gesta, victoriæ quæsitæ, Trophea relata, Regna obtenta, Reges profligati, capti, adiuti, illum ornatum titulis perpetuis reddunt; quibus præte-
riti

riti Principes obũbrati, præsentes, ac futuri instructi sunt, & instruuntur in dies. Quo cũ huic capiti finem imponam. Silentio pertransiens acta Philippi nunc Regnantis, aliorumq; Principum virorum, qui sub ipso, alijsq; militarũt, ne volumen Historiæ conficiam, aliaq; rationabili causa, quam exprimere, non est præsentis speculationis.

ARGVM. CAP. LXXX.

Plures habuit in suis Dominijs Rex Catholicus viros, scientiarum omnium genere Clarissimos, quorum aliqui antiquiores commemorantur.

COMPENDIVM.

1 *Maior, ac præstantior existimatur, qui uiris melioribus præest.*

2 *Decus Regium est augeri dignitatibus subiectorum*

3 *Pythagoras in Regno Neapolitano docuit.*

4 *Ex Pythagora doctrina viri clarissimi floruere.*

5 *Poetæ Clarissimi, qui ex Regno Neapolit. prodiere.*

6 *Orbilius Beneuentanus, Horatij præceptor.*

Iurisconsulti ex Regno Neapolitano.

Herodotus apud Thurios propè Tarentum in magna

7 *Græcia Historiam scripsit.*

8 *Ducatus Mediolanensis viri literarum clarissimi.*

9 *Sancti, Ecclesiæ Doctores Hispani, aliijq; scientiarum fulgore clarissimi.*

CAP. LXXXX.

ABsoluta in capite præcedenti enarratione quorundam virorum grauium, qui armorum exercitio claruere, superest modo, de his agere, quos literarum, scientiarum, ac studiorum gloria Illustres reddidit, qui in eiusdem Catholici Regis Imperio floruerunt. Maior enim, & præstantior existimatur, qui viris
1 melioribus, ac † dignioribus præest. vt dicit Imperator in § Nos igitur. Auct. de defensorib. ciuit. & in § Generaliter. Auct. Vt nouæ factæ constit. voluit Nicol. Boer. de Auth. magni Concil. in princip. nu. 11. vt in simili voluit Alphons. Aluarez in Specul. Roman. Pontific. cap. 16. in princip. Et nouissimè in Philippo Rege Catholico loquitur Ferdin. Vasquius in con-
2 trouers. Illustr. in præfat. nu. 26. Est enim † Decus Regium augeri dignitatibus subiectorũ. Hinc potentius, augustius, & formidabilius effici Regnum, scripsit Bald. in ca. Intellectu. col. fin. de iureiur. Voluit Barth. de Cassæn. in Gloria mundi. par. 5. consid. 19. Bonus de Curtili in tract. Nobilitatis. par. 3. num. 207.

Cui autẽ Christiano Principi inuidebit Rex Catholicus, ꝙ habeat, vel habuerit suis in Dominijs, viros omni scientiarũ genere præstantes? Certè nulli, siue antiquos intueamur annos, siue nouissimos ad nostra vsq; tẽpora. Silentio enim præteream viros scientiarum Principes, quos nostra ætate, ac parum antea Deus producere dignatus est, ne dum aliquos referrem, alijs præiudicium saltem insti liuoris generem, quod nunquam mei moris fuit, nisi quãtum exiles meæ vires sunt, summos viros, summis quoque laudibus prosequi.

Neapolitanum Regnum, summæ, primæque
3 authoritatis Philosophos habuit, Pythagorã † in primis. Samius ille fuerit, vel Tyrrhenus in Regno tamen Neapolitano docuit, moratus est, ac mortuus, ibiq; suam Philosophiæ sectam primus reliquit. vt amplissimè dixi supra cap. 40. vbi vidẽdum est, ne idem repetam. de quo, & Ouidius Metamorphoseos. lib. 15.

Positaque Italis in finibus Vrbis
Vir fuit, hic ortu Samius, sed fugerat vna,
Et Samon, & Dominos, odioq; Tyrannidis exul
Spontè erat. isque licet Cœli regione remotus
Mente Deos adijt.

4 Ex eius demum † Pythagoræ Schola, ac doctrina prodiere Architas, Euritus, Lysias, (vel vt alij Lysides) Polus Lucanus, Aristoxenus, Philosophi, Heraclides, sed non ille Ponticus, Nicomachus, qui de Musica, & Arithmetica scripsit, Iccus, Zeusis, Apollodorus, medici, Scymnus, Nycocles, Alexis, Eumenes Cytharistæ, Poetæ, & Rapsodi, Euyuchon Tragædiographus, Hegisippus, qui scripsit de cõdiẽdis obsonijs, Anochus, & Smycrina victores in Olympico. Archias, (pro quo orauit Cicero) Spintharus, Cleanthes, & L. Crassitius, omnes ex Tarẽto. vt de his testatur Diogenes Laertius. lib. 8. & 9. Cicero in Tusculanis, & ad Atticũ. Musæus in lib. de Machinis Atheneus in Dypnosophystis. Pausanias in Attiacis. Galenus in lib. Epydemiorum, Alex. de Alexand. dierum genial. lib. 1. c. 30. Ianus iuuenis de Tarẽt. Histor. lib. 3. c. 2. & 3. Marcellus itidem Orator Aeserninus. vt dicit Petr. Crinit. de Poetis. lib. 3. cap. 49. Alij etiam Philosophi ex hoc Neapolitano Regno extitere, Hippasus, & Metopus Metapõtini, Philolaus, & Alchmeon Crotoniatæ; Zeno, Leucippus, & Parmenides, atque C. Trebatius Iurisconsultus Ciceronis familiaris ad quẽ direxit suos Topicorũ libros ex Elea Lucaniæ Ciuitate, propè Silarum fluuiũ, iuxta Sinum Posidoniatem. Ocleus, & ipse Lucanus, Tymeus Locrensis, Diuus Thomas Aquinas, Augustinus Niphus Suessanus, Ioannes Antonius Thessaurus ex Corleto in Lucania, qui Salerni triginta circiter annis Philosophiam publicè docuit, Marcus Antonius Zimara, & Theophilus filius, Sancti Petrinates ex Hidrunto. Bernardinus Telesius Consentinus, qui ætate nostra cõmentarios de rerũ natura edidit præclarissimos. Sic etiam ex eodem Regno, exiere
5 † Poetæ Excellentissimi, Ennius Poeta Vetustus ex Rudia, Horatius ex Venusia, Lucillus ex Arunca, Beneuento proxima, Pacuuius ex Brundusio, Ouidius ex Sulmona, Sta-

tius,& Sincerus,Sanazarius ex Neapoli, Iuuenalis ex Aquino, Orbili' Horatij preceptor ex Beneuento, Sallustius ex Amiterno, & Cicero Princeps eloquentiæ ex Arpino. vt de quibusdam meminit Pādolphus Collenucius Histor. Neapol. lib. 1. alijq; Historici. Petr. Crinit. de Poetis. lib. 3. cap. 38. vbi etiam meminit Orbilij Beneuentani, præceptoris Horatij. & lib. 4.
6 cap. 65. Habuit,& Iurisconsultos† per celebres Lotharium,& Roffredū de Epiphanio, & Odofredum, Beneuentanos, quorum Roffredus moritur, & sepelitur Beneuenti in anno 1215. Odoffredus verò moritur,& sepelitur Bononię anno 1265. vt est author Dionys. Gothofred. in Praxi. lib. 1. tit. 2. cap. de Interpretibus iuris ciuilis. Goffredum de Irano, Nicolaum Spinellū, Bartholomæum de Capua, Alexandrū de Alexandro,& Antonium de Alexandro, Ioannem Baptistā Carrafam, Scipionem Ianuarium, Andream Maricondam de Neapoli. Marinum de Caramanico, Andreā,& Bartholomeū de Isernia, Andream Accōzaiocum de Barulo, aliosq; propemodum infinitos. Apud Thurios in magna Gręcia propè Tarentum Herodotus Historiā scripsit. Plin. lib. 12. ca. 4. Ioachimus Vadianus in Epithomæ de tribus terræ partibus in Italia.

Insula Siciliæ suos produxit Philosophos
7 grauissimos, Dicearchum† Aristotelis discipulum, Aristoclem, Licum, Eumenem,& Ibicū Historicos, Lupum Poetam, omnes Zancleos, siue Messanēses. de quibus Diogenes Laerti', Athenæus,& cæteri. Habuit eadem Ciuitas Andræā Barbatiam Iurisconsultum famosissimum. Habuit,& Timeum Historicum. de quo Cicero in Oratore,& Plutarchus in Nicia. Suidas, & alij. Charondam etiam Philosophum, ac tot Ciuitatū Legumlatorem. Andronem, qui cantandi Rithmos morem edocuit. Diodorum, siue Liodorum Magum,& Nicolaum de Tudeschis, Iurisconsultum, Abbatem Panormitanum, & Cardinalem, qui Canonistarum facilè Princeps iudicatur ex Catania Vrbe. de quibus Athenæus Dipnosophistar. lib. 1. Aristoteles lib. 2. Politicorum,& lib. 4. Gorgiam insuper Philosophū, & Oratorem Excellētissimū ex Leontino. Hic fuit plurium maximorū virorum præceptor, scilicet Periclis, Isocratis, Alcidamantis, Eschili Poetæ, Agathonis, & aliorū. de quo Pausanias lib. 10. Quintilianus, Aelianus, Philostratus, & alij. Theogenem præterea,& Epicharmum Poetas Excellentissimos ex Megara. de quibus Suidas, Aristoteles in Poetica, Cicero in Tusculanis, ac Lucianus meminerunt. Habuit Theocritum Poetam antiquissimum. Philemonem, Sophronem, Coracem oratorem, Cresiam, siue Tisiam similiter Oratorem, Dionem, Sophanem, Epicharmum, (licet natu Choum) Photinum, Charmum, Maracum, Philoxenum, Poetas: Menecratem Philosophum, & Medicum, Callimachum, Moschum, Grammaticum, Antiochum, Philistum, Calliam, & Flauium Vopiscum Historicos, Lysiam Oratorem, Theodorum Philosophum, Archetimum Philosophum,& Historicum,& Archimedem scientiarum omnium peritissimum, omnes ex Syracusa Vrbe. Quorum meminit Ouidius in Ibi, Diogenes Laertius, Cicero in Rethoricis, Suidas, Aul. Gelli' in noctibus Acticis. lib. 6. cap. 10. Athenæus Dipnosophistor. lib. 14. Plutarchus in Agesilao. Pausanias. lib. 10. Diodor. lib. 12. Iustinus lib. 3. Plutarch. in Marcello. Plin. lib. 7. cap. 37. Marc. Victruuius. lib. 9. Orpheum etiam Poetam ex Camerina. vt retulit Suidas. Timagoram, Philosophum, & Apollodorum Poetam Comicum ex Gela. Phalaridem, Empedoclem, Azonem Philosophum,& medicum, antequam esset Hippocrates, Creontem Philosophum, & medicum, Polum Oratorem, ac Philosophum, (licet multi dicant esse Lucanum) Gorgiæ Leontini discipulum, Dinolocum, Archinum, ac Sophoclē Poetas clarissimos ex Agrigento. Horum diuersimodè meminerunt Aristoteles. lib. 1. Metaphys. 5. Plin. lib. 29. cap. 1. Cicero in Verrem. Aristoteles in Poetica. Stesichorum etiam Poetā ex Imera, cuius meminit Phalaris in Epistolis. Plin. lib. 10. Quintilianus lib. 10. & 11. Phocilidem Poetam ex Mile, Diodorum Siculum appellatum, Historicum grauissimum ex Argira, vt ipse testificatur in præfat. Historiarum.& lib. 6.

Mediolanensi in Dominio infiniti propemodum prodiere viri Illustres, † studiorum can-
8 dore conspicui. Statius enim Cæcilius, Poeta Comicus, sed & Ambrosius Mediolanensium Archiepiscopus, Sūmus Ecclesiæ Doctor, Obertus de Orto, Gerardus Cagapisti, Vincentius, & Christophorus Castellioni, quorum primus fuit Magister Bartholomei Brixiēsis, Simon de Bursiano Cardinalis, Signorolus Homodeus, Petrus de Bexutio, Lancelottus, & Philippus Decij, Ioannes Antonius de Sancto Georgio Cardinalis Alexandrinus, Iason Maynus, & nouissimè Andreas Alciatus, omnes ex Mediolano. Martinus, & Ioannes Bosianus, & Richardus Malumbre, Cremonēses. Oldradus de Ponte,& Martinus Carrettus, Laudenses. Nicolaus Alexandrinus gener Bartoli. Frācis cus de Curte Senior, & Franciſchinus de Curte Iunior, Papienses iureconsulti Excellētissimi, alijq; permulti eorundem, ac aliorum locorum eidem Dominio subiectorū. de quibu Catellian. Cotta in Memorab. §. Iurisperitus,& Iacobus Spiegellius in Lexico, eodem verbo, ac alij.

Hispania viros scientijs omnibus præditos habuit, qui omni Christianæ Reipublicæ luminis fulgorem effuderūt, sanctissimos præsertim
9 viros† Ecclesiæ Doctores, Leandrū, cuius suasu Moraliū libros Sanctus Gregorius scripsit, Fulgentium, Isidorum, Ildelphonsum, Paulum,

Oro-

Orosium, Damasum Summum Pontificem, Paulum Burgensem, Sulpitium, Prudentium, Trogum Pompeium, Iustinum, Senecas, Lucanum, Martialem, Syllium Italicum, Sedulium, Iuuencum, Sextilium Rethorem, Voconium Victorem, Ruffum Festum Auienum, Fabium Quintilianum, Moderatum Columellam, Iulium Higinum, Pomponium Melam, Raymundum Lullium, Alphonsum Regem Astronomum, Alphonsum Tostadum. Et in Medicina, ac Philosophia viros Primarios, Auicennam, Aben Ezram, Moysen, & Dauidem Kimbi, Rasim, Algazelem, Mesalac, Calaf, & Auerroem. In iure Canonico, Raymundum Barchinonensem, Garziam, Bernardum Compostellanum. Sed quia si scriptores Hispanos enumerare vellem, libro integro opus esset, satis est, vnico verbo, hanc meam aperire sententiam, Hispanos hodie, siue Theologica, siue Philosophica scribant commentaria, siue studijs quarumuis sciẽtiarum se tradant, cæteros vincere, subtilitate, grauitate, & modestia.

Longum esset enumerare viros scientiarum Cælebres, Burgundos, Flandros, Brabantos, Hannonios, Artesios, Hollandos, Frisios, Zelandos, ac Dominatuum aliorum Philippi Regis Catholici, in inferiori Germania, quia multo labore opus esset, idcirco desistam.

ARG. CAP. LXXXI.

Regna Catholici Regis, quam fidem Christianam semel susceperunt, nunquam reliquerunt. Et Hispaniæ Regna, & si per octingentos circiter annos fuerint à Mauris, & Sarracenis occupata, nunquam IESV Christi fides ibi intermortua est, sed semper viguit. Sic in Italia, & alijs locis dicitur.

COMPENDIVM.

1 *Catholici Reges, quam primum fidem Christianam à Clodouao Baptismi Lauacrum suscipiente à Beato Remigio Rhemensi Archiepiscopo ministrante, numquam reliquerunt.*
2 *Regna Catholici Regis à labe Hæretica semper immunia fuere.*
3 *De Italiæ fide Ioannis Aubani Boemi testimonium.*
4 *Insulæ Cethim, an sint insulæ Italiæ? num. 5.*
6 *Hispania quamquã octingentos circiter per annos occupata, numquam Christi fidem amisit.*
7 *In Pelagio Cantabriæ Duce Regum Gothorum seminarium seruatum fuit.*
8 *Pelagius, quo pacto in statu successit.*
9 *De Hispanici Regni fidei Christianæ incumbenti gloria, Stanislai Osij Cardinalis dictum.*
10 *Hispanis semper ius fuit belli in Sarracenos inferendi.*
11 *De Hispaniæ virtute Ioannis Vasæi Belgæ testimoniũ.*
12 *Aliqui Belgarum populi, quid in fidem, & temporalem Dominum patrauerint.*
13 *Religione, & cultu diuino spretis, omnia corruunt.*
14 *Spreto Regis Imperio, Dei ordinationi resistitur.*

CAP. LXXXI.

CAtholici Reges, suiq; gẽtiles, quam primum fidem Christianã susceperunt à Clodouæo,
1 † baptismi sacramentum ministrãte Beato Remigio Archiepiscopo Rhemensi, in illa, vsque ad Philippum Regem Catholicũ semper perseuerarunt, & ad extremi iudicij, vsque diem (Deo permittente) perseuerabunt. Simili modo Regna, Dominiaq; ipsorum Imperio subdita, ab hæreticorum maculis illæsa, atque immu-
2 nia † conseruata extiterunt. Præsertim Italia de qua rectè, atque eleganter Ioãnes Aubanus Boemus de Moribus gentium. lib. 3. cap. 19. inquit; Terrarum omnium alumna, atque eadem
3 † parens, cęlestiũ prouidentia electa, quæ sparsa congregaret Imperia, molliretq; efferatarũ gentiũ ritus, discordes ad colloquia linguas, munere literarum, latinoq; sermone congregaret. Cęterum, vt gentes sileam, (nam longum esset numerare, quas Itali, Romani, lingua, & armis vicere; tantum vna Quiritum Ciuitas, virtutum omnium valuit exemplis, quantum omnis Gręcorum eloquentia pręceptis. Qui, quasi ità futurum diuinassent, vt hæc vna terra, omnibus esset gẽtibus Imperatura, quotam ipsius partem, magnam Græciam dixere. Et vt breuiter dicam, non sine prouidentia accidit, vt cũ Deus Optimus Maximus, terras inuisit, tum ibi cunctarum gentium, Arx esset, & Imperiũ, vbi mox Christiani nominis futurum erat caput. Hæc Boemus. Dei enim Omnipotentis beneficio factum est, vt ab hæreticarum fabularum vanitatibus Italia seruaretur incolumis. de qua verè dictum est à Hierem. cap. 2. Transite (inquit) ad Insulas Cethim, & videte, & in Cedar
4 mittite, & considerate † vehementer, & videte si factum est huiuscemodi; si mutauit gẽs Deos suos. Quod dixerat Iudæis exprobando, quòd à diuinis traditionibus discessissent, non sic prophetauit de Italia: secundum enim septuaginta interpretes illa verba (Insulas Cethim) Insulas Italiæ, ipsi dixerunt, & sic ijdẽ septuaginta prodiderunt de illo Ezechiel. cap. 23. De terra Cethim reuelatũ est. vt dicit litera de ter-
5 ra Italiæ. & Ezech. ibidẽ dicit. In Cethim † consurgens transfreta. Similiter in Italiam consurgens transfreta. Hinc Italiam Insulæ instar haberi, vti circundatam supero, & infero mari.

Plin.lib.3.capit. quinto, & Caius Sempronius in lib. De diuisione Italiæ, & dixi supra. capit.68.

Hispaniæ Regna, & si nongentorum circiter annorum spatio fuerint à Sarracenis, Mauris, atq; Arabibus vexata, ac subacta, nunquam
6 tamen fides illorum † defecit. Hinc tot sancti viri ab Arabum Regibus, alijsq; vexati, Sanctique Martyres, vt inuiolatam Christi fidem seruarent, cruciatus maximos, atq; horribilia tormenta pertulerunt; ne vllam Christi fidei maculam inurerent, quos enumerauimus sanctos viros supra.cap.70. Mortuo præterea Roderico, vltimo Gothorum, & Hispaniarum Rege. quem prodidit Iulianus Comes. vt scribit post alios Ferdinandus Perez de Gusman Histor.lib.1.tit.6.capit.9. In Pelagio Gothorum
7 Regum Seminario † Cantabriæ Duce, Fides Christiana sincerè conseruata est, & in omni eius Dominio, ad quos Barbarorum furor, ac rabies peruenire nequiuit. A quo Pelagio maternum Philippi Secundi Catholici Regis genus educitur, vt dixi supra. capit. 4. Hi fuere, qui Diuino auxilio freti, Hispaniarum miserijs succurrerunt. vt dixi supra. cap.40. de quo Rodericus Archiepiscopus Toletanus. lib.4. cap.primo inquit: Sarraceni totam Hispaniam occupauerant, Gentis Gothicæ fortitudine iam contrita, nec alicubi resistente, exceptis paucis reliquijs, quæ in Montanis Asturiarum, Biscagæ, Alauæ, Guipuscuæ, Ruchouiæ, & Aragoniæ, remanserunt: quas ideo Dominus reseruauit, ne Lucerna Sanctorum in Hispanijs coram Domino extingueretur. & Alphonsus de Carthagena in Anacephaleosi Regum Hispanorum.cap.42. Hic Vitiza (inquit) voluit occidere Pelagium, cuius patrem apud Tudam fuste peremerat, sed ad Cantabriam fugiens, euasit furiam persequentis, quia volebat Dominus liberationis Asylum in Hispanijs conseruare. cuius rei ita meminit Lucius Marineus rer. Hispanic.lib.7.cap.1. de Mauris scribens, inquit: Hispaniam penè totam occuparunt, præter quosdam Asturiæ populos, Vascones, & Cantabros, locorum natura munitos, & nonnullos Aragoniæ Nobiles, & Cæsaraugustę ciuitatis Equites. Et post pauca dicit ibidē.
8 Pelagius itaq; Roderico, fratris filio † successit. Is ab initio vbi Theodebertum patrem, oculis mulctatum vidit, furorem Vitizæ fugiens, in Cantabriam se contulit, ibiq; latuit, vbi magno fuit adiumento reb. collapsis. Quos sequitur nouissimè Io. Mariana Histor. Hispani. lib.7.cap.1.& 3. Germanographus.lib.2. Ab his igitur Mauri primo congressu victi sunt, quorū exemplo successores permoti, eadem regna ab ipsorum Sarracenorum, Maurorumq; faucib. eripuerūt. vt latius dixi supra in d.c.40. Vnde non immeritò Stanislaus Cardinalis Varmiensis aduersus Prolegomena Brentij.lib.3. Nullū
9 †(inquit) Regnum est hoc nostro infœlici seculo magis ab Hæresibus intactum, quàm sit, vel hoc solo nomine fœlicissimū, Hispaniarum Regnum, cui propter hanc in fide Catholica constantiam, & eius tuendæ diligentiam, alias præterea multas fœlicitates Deus largitur. Quem ad hunc finem retulit Iacob. Simācas in Praxi Hæref. tit.18. num.3. rectè igitur Petr. de Ancharan. in c. Peccatum. q.3. in princ. De regul. iur. in 6. inquit: Hispanis semper ius fuisse ad-
10 uersus† Sarracenos bellum indicendi, Ciuitates, prouinciasq; ab eisdem occupatas recuperandi. quem sequuntur Doctores Canonistæ in c. Quod super. is. extra de voto. refert, & sequitur nouissimè Anastas. Germonius de Sacror. immunit.lib.3.c.13.nu.28. & notabiliter Odofred. in.l.2.C. De Hæret. inquit: Puniuntur suspecti hæreseos in Religiosissimis Hispaniæ Regnis, vel hoc maxime hac tēpestate triumphantibus, & singulari laude dignis, quòd nulla, nō solum planè hæresis, verum ne suspitio quidē hæresens, sine digna, vel momento, maneat nota. Hinc Ioan. Vasæus Belga chronicorum Hispanic. lib. primo cap.9. inquit: Quod sanè ad
11 egregiam Hispaniæ † laudem pertinet, quæ sicut opulentia, bellica virtute, Imperij amplitudine, reliquas omnes prouincias superat, vel certè æquat, ita religionis antiquitate, & veræ fidei cultu, nulli omnino priores partes concedit. Fuit profectò Hispania christianæ religionis semper obseruantissima, & fidem Catholicam, qua semel imbuta, sincerissimè vsq; coluit, hæreticis infestissima. Hæc Vasæus. quæ referuntur ab eadem Simanca in pract. titul.1.num.14.

Et si aliqui Regis Catholici subditi in inferiori Germania, Holandia, Zelandia, Phrisia, alijsq; conterminis Prouincijs, siue ipsorum aliqui, fidem Christianam violarunt, patet, hoc potius aliquorum finitimorum principū suasu, atque exemplo, & astu, factum fuisse, quàm
12 quòd Christi fidem violare † desierint: licet fidem naturalis, ac temporalis Regis fefellerint. Sed Diuina clementia suffragante, ac Philippi Regis nostri Zelo, Principum, Ducum, ac Tribunorum actionibus, militibusq; pijs bellātibus, pijs quoq; subditis annuentibus maiori ex parte fidem Christianam resumpserunt, ac eidem Regi, temporali domino fasces submittunt. Quando vident, spreta religione,
13 † cultuq; diuino, omnia in apertam ruinam
14 prolabi: Spreto etiam Regis Imperio, † Dei ordinationi resisti, à quo potestas omnis, (vt dicit Apostolus,) per quem, (vt dicit Salomon. pro verb. capit. 8.) Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Deum Optimum Maximum quotidie precor, vt tanto Regi, qui Christi fidem, inuicto Marte tuetur,

Cor

Cor dilatet, vitam producat longissimam, Populos omnes sibi subditos in fide cōseruet, vt tandem antè tribunal eius, dum ad iudicandum veniet, audire mereamur, venite benedicti Patris mei, possidete Regnū, quod vobis paratum est ab origine mundi. Quod nobis cōcedat Deus Omnipotens, Misericordiæ oculos tantum ad nos conuertens.

ARGVM. CAP. LXXXII.

Bellicosæ, & fortissimæ gentes in Regis Catholici Regnis extitere, & modo extant, plurimaq; grauissima, ac periculosa bella vicerunt.

COMPENDIVM.

1 *Milites se bello exercentes, fortissimi, ac deuotissimi ab Imperatore dicuntur.*
2 *Iphicratis laus in disciplina militari.*
3 *P. Scipio expugnata noua Carthagine milites laudauit.*
4 *Principes laudantur ex fortitudine, & potentia subditorum.*
5 *Romana Reipublica difficultas in Italia Dominatu capiendo.*
6 *Romani Italiam post quingentos annos domuere, sed reliquum totum orbem intra annos ducentos.*
7 *Romanorū clades apud Caudinas sedes à Samnitibus habita.*
8 *Samnites sub iugo Romanos posuere.*
9 *Alexāder Epirotarum Rex à Samnitibus oppressus.*
10 *Italos non nisi Italorum armis vinci posse docuit Annibal.*
11 *Siculi terra, mariq; Athenienses, & Nisiā uicerunt.*
12 *Agathoclis, Siciliæ Regis, actus magnanimus.*
13 *Siculi Gallos omnes occiderunt, vnica hora.*
14 *Mediolanenses plurima bella gessere.*
15 *Hispana bellicosa gens, & qualis. nu. 17.*
16 *Hispani tempore Annibalis quales fuere.*
18 *Rolandus Dux inferioris Britanniæ.*
19 *Hispani plusquam duodecies centum millia Arabes diuersis vicibus occiderunt.*
20 *Hominum inferioris Germaniæ pulchritudo.*
21 *Belgæ quid non magni fecerunt.*
22 *Milites Philippi Regis, & Caroli Cæsaris patris, quid operati fuerint, & quid fecerint.*

CAP. LXXXII.

Milites, qui bellando vires exercent, & Imperatores honoris titulo ipsos decorant, for-
1 tissimos, ac deuotissimos † quandoq; appellando. l. Fortissimi. C. de Erog. militar. Annon. lib. 12. l. Fortissimis. C. de militar. vest. canone. eod. lib. & in. l. Tam collatores. C. De re milita.
2 lib. 10. Vnde Aemilius Probus in Iphicrate, † uolens illum extollere Iphicrates, inquit, Atheniensis, non tam magnitudine rerum gestarū, quàm disciplina militari nobilitatus est.
Sic Pub. Scipio expugnata noua Carthagine in
Hispania, milites † collaudauit, quòd non eruptio hostium, non altitudo Mœnium, non inexplorata stagni vada, non castellum in alto tumulo situm, non munitissima arx deterruisset, quominus trascenderent omnia, perrumperentq;. vt est apud Liuium lib. 26. sic eosdem ex gestis laudando, & ex laudibus erigēdo. Hinc Venulum laudantem Aeneam inducit Virgilius lib. 11. Aeneidos, dicens. 3

Experto credite, quantus
In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastā.
Si duo præterea tales Idæa tulisset
Terra viros, vltro Inachias venisset ad vrbes
Dardanus, & versis lugeret Græcia fatis.
Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Troiæ,
Hectoris, Aeneaq; manu, victoria Graium
Hæsit, & in decimum vestigia retulit annum.
Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis;
Hic pietate prior.

Quemadmodum itaq; milites bellatores laudibus extolluntur, quāto magis Principes qui ijs præest? Laudantur Principes ex fortitudine, & potentia † subditorum. Vnde Ouidius in Heroidis Epistola. 13. 4

Classeq;, Virisq; potens.

Hinc Plautus in Bacchid. Armis, Equis, exercitu, atq; eximijs bellatoribus. Siue igitur consideremus Neapolitanum Regnū, seu Siculum, siue Insubriꝫ Ducatum, siue Hispanos, Burgundos, Brabantos, Flandros, Hollandos, Frisios, Selandios, siue alios quoslibet populos, Philippo Regi subditos, dicere, ac fateri necesse est, nullam eis æquiparari gentem posse, quæ bellicosior, fortior, insignior, queq; maiores victorias contra suos hostes reportauerit.

Populus Romanus dum Mundi Monarchiā exercuit, dum vires suas circumquaq; diffudit, orbis dominatum quæsiuit. Nulla tamen eidē Romano Imperio concertatio difficilior, nulla, operosior, nulla incertior, nullaq; maioribus
5 perplexitatibus intricatior, quàm vt Italiam † subderet, contra quam, veluti cum suis luctatus populus Romanus quingentos per annos, vix tandem illam edomuit: tantum difficile erat in eadem gente dare Imperio caput. vt inquit Lucius Florus de Gestis Romanorum. lib. secundo, capit. primo. Postmodum ducentos circi-
6 ter per alios annos, omnes, † mundi partes suo subiecit Imperio, Africam, Asiam, Europamque. Abhorrebant enim finitimæ gentes dare contribulis Principatum, submittere colla, ac obedientiam exhibere. Certabāt enim de Imperio, Capua, aliæq; Neapolitani Regni Vrbes, proq; hac vrbe, & circumuicinis regionibus idem Romanus populus Samnites inuasit, Gentem, si opulentiam quæras, aureis, & argenteis armis, discoloriq́ue veste vsque ad ambitum armatam, si insidiarum fallaciam, saltibus ferè, & montium fraude grassan-

tem. Si rabiem, ac furorem, sacratis legibus, humanisq; hostijs in exitium vrbis agitatam Si pertinaciam, sexies rupto fœdere, cladibusq; ipsis animosiorem. Hos tamen quinquaginta annis per Fabios, & Papyrios patres, eorumq; liberos, ita subegit, ac domuit, ita ruinas vrbium diruit, vt hodie Samnium in ipso Samnio requiratur. Maxima tamen nota, & Illustris ex
7 hac gente clades apud Caudinas † Furcas Veturio, Posthumioq; Consulibus, accepta est. Clauso enim per insidias intra eum saltū exercitu, vnde non posset euadere, stupens occasione tanta Dux hostium Pontius, Herennium patrem consuluit, mitteret omnes, vel occideret? Sapienter, vt senior suasit, hic armis exu-
8 tos, mittere sub iugum † maluit, vt nec amici forent beneficio, & post flagitium hostes magis; retentis in obsidatu sexcentis Romanis Equitibus, ignominia oneratos; cœteris rebus vacuos, Consules, reliquosq; remiserunt; sub ea Pacis conditione, qualis facienda Samnitibus placuit. Sed si fœderis fidem, quam sibi Romani ab alijs seruari voluerunt, ipsi seruassent; hodie, aut omnino non essent, aut Samnio dominante, seruirent. vt inquit Eutropius rerum Romanar. lib. 2. cap. 2. quod antea dixerat Pau
9 lus Orosius Histor. lib. 3. cap. 15. Alexander † Epirotarum Rex, Alexandri Magni auunculus, cum aduersus Romanos bellum gesturus, copias in Italiam traiecisset, ac vires sui exercitus in finitimis Romanæ vrbis, firmaret; dum bellis exercetur, ab eisdem Samnitibus, qui Lucanis suffragabantur, maximo in eadem Lucania afflictus bello, & victus, & occisus extitit. Idem Orosius lib. 3. cap. 11. Eutrop. lib. 2. c. 1. Campani, Apuli, Lucani, & horum bellorum Caput Tarentum; Nec non Salentini, & horū caput Brundusium, quanris populum Romanū calamitaribus afflixerint, meum non est aperire, cum appareant historiæ notissimæ, de quibus breuiator Luc. Florus in Epithom. de Gest. Roman. lib. 1. cap. 18. & 20. Pacata tamen Italia, tunc demum Italis authoribus militibus, Romanorum Respublica, totum orbem, ipsorū nomine audito, trementem subdidit, quod alteri nationi contingit nunquam; quia notum est illud Annibalis ad Antiochum Regem di-
10 ctum: Italos, non nisi † Italorum armis vinci posse. vt refert Iustinus. lib. 31.

Siculorum bellica virtus magna semper fuit, & si Tucydides in persona Alcibiadis Belli Peloponensiaci lib. 6. in oration. 2. vocet illos rei militaris imperitos. Valer. Maximus. lib. 7. c. 3. vocet Siculorum iuuentutem imbellem, & timidam. Tamen quo ad Alcibiadem id dixit, vt Lacedemonios impelleret facilius ad arma quæ inducuret, non tam contra Siculos, quàm contra Athenienses à quibus damnatus fuerat, nec pertimescerent, si Athenienses Siculos aliquos, rei militaris imperitos, socios habebant. Scipio Maior apud Valerium, Trecentos illos iuuenes Siculos, quos cum armis, & Equis, instructos stata die adesse iusserat, cum conspexisset, idemq; Imperator suis verbis ad Carthaginense prælium perficiendum, vti arduum negotium quasi formidine, & timore perterruisset; quæsiuit, vt Equos, armaq; ei darent, quia trecentos ex suis esset in eorum locum subditurus Illi ituri iam erant: cognito autem Imperatoris desiderio, quòd Equis, ac armis indigeret, annuerunt, vt petitum negotium facesserent. Et hoc vafrè Principis factum, verborum lenocinio tectum fuit. Sed negari nequaquam potest bellicam virtutem speciosissimam semper apud Siculos fuisse. Cuius periculū Siculi iam ostenderunt: Siracusij præsertim, qui Lacedemonijs iuncti, Athenienses, ac Niciam eorū
11 Ducem, terra, mariq; † profligarunt, ipsosque deleuerunt. vt est author Plutarchus in Alcibiade, & in Nicia. Tucydides. lib. 6. & 7. nouissimè Thomas Facellus rerum sicular. Decad. 2. lib. 2. cap. 3. Bella etiam alia ab eis gesta cōtra vtrūq; Dionysiū, omittuntur. Quantę verò glo-
12 rię palmā q̄sierit, Agathocles Sicilię Rex, qui † videns Syracusas à Carthaginēsibus obsessas, Lybiam petens proprias naues incendit, vt & ipse, suiq; Siculi milites, de fuga desperarent, & animi vigorem in manibus tantum reponerent. In congressu demum cum Carthaginensibus veniens Annonem illorum Ducem occidit, exercitumq; deleuit: Lilimum libiæ Regē ob scelus pro ditionis occidit, Nomades vicit, Captaq; Carthagine vrbe, Africæ Regem se fecit. Tam diù etiam Siculi Romanos, & ipsorum Consulem M. Marcellum, tenuerunt armis occupatos. Sarracenos etiam, qui longo tempore insulam occupauerant, diuersimodè infestarunt. Ad internitionem etiam aliquando multas, illorum Chiliadas deduxerunt, occiderunt;. Alio etiam tempore, non valentes Gallorum insolentiam pati, vnicæ horæ spacio om-
13 nes Gallos occiderunt † anno D. N. Iesu Christi. 1282. die 30. Martij. Cuius meminit Pādolf. Collenuc. Histor. Neapol. lib. 5. Thom. Facell. Histo. sicul. lib. 8. primę Decadis. Paulus Ritius Regum Siciliæ. lib. 3. vbi dicit, hoc fuisse in anno. 1281. & sic etiam Collenucius.

Mediolanenses, alijq; insubriæ Populi, iam
14 diù armis exercitati, bella cruenta † gessere, cum Friderico præsertim Cæsare, cum Gallis, cum Maximiliano Cęsare, Heluetijs, cū Imperatore Carolo Cæsare, alijsque compluribus, diuersa quandoq; fortuna: vt de eis memoriæ prodiderunt Historici, Bernardinus Corius, Ioannes Simonetta, Galeatius Capella, & Bernardus Saccus, insuper Germanographus lib. 2. Io. Francisc. Guicciardin. Histor. lib. 11. & 12.

Quò verò ad Hispanos, cum sit Gens corpore agili, fana, robustoq;; idcirco bellicosi sem-
15 per † fuere, bellorum potius amatores, quàm

ocij

ocij, aptiores prælijs quàm alij, cum velocitate corporum, tum etiam armorum habitu, atq; exercitio. vt testatur Liuius lib. 22. Ideo pluries à Romanis requisiti fuere, vt in ipsorum societatem accederent, quam illi aliqñ respuerũt, eodem Liuio authore. Ipsorũ namq; robore Annibal in omni exercitu vsus est; quos feros, bellicososq; appellauit. idem Liuius lib. 34. quos meliori cursu stetisse in Cannensi pu-
16 gna aduersus Romanos, † testis est ipse Liuius. Sed peruetusta tempora omittẽdo, quibus, moribus Afrorum, coniunctione, & societate, erãt quodam modo affecti, ad melioris demum vitæ vsus redacti, si numerentur bella ab ijs acta, victoriæ habitæ, & trophea obtenta, longiori sermone opus esset; idcirco Cicero in Anton. dicit Cæsarẽ exercitũ inuictũ ex Hispanis militibus cõduxisse. Hinc Velleius Patercul' Histor. Roman. lib. 2. inquit, illę enim Prouincię (loquitur de Hispanijs) Scipiones contempserunt:
17 † Illæ cõtumelioso, viginti annorum bello, sub Duce Viriato, maiores nostros exercuerunt. Illæ terrore Numantini belli, Populum Romanum concusserunt: in illis turpe Q. Pompei fœdus, Turpius Mancini, Senatus cum ignominia dediti Imperatoris, rescidit. Illa tot consulares, tot Prætorios assumpsit Duces, Patrumq; ætatę in tãtum Sertorium armis extulit, vt per quinquennium iudicari nõ potuerit, Hispanis, Romanisne in armis plus esset roboris, & vter populus alteri pariturus foret. Hæc Paterculus. Magna Hispanis, summaq; gloria est, dum intra Pyreneos saltus cum Carolo Magno, & eius exercitu conflixerunt, in quo ad internitionem Galli deleti fuere: quo in conflictu in-
18 ter alios cæcidit Rolãdus Dux † Citerioris Britanniæ (Orlandum vulgus appellat) Caroli Nepos. cuius meminit Cælius Augustinius Histor. Sarracenicę. lib. 2. Quanta autem, absq; aliarum gentium suffragijs, bella in Mauros, Arabes, Sarracenos gesserint, in quibus, diuersis vicibus,
19 plusquam duodecim centum millia † ex illis occiderunt, donec omnia Regna pacata, & tranquilla reddiderunt, non est meum referre; cum plenè de his scripserint, Rodericus Ximenius Archiepiscopus Toletanus, Alphonsus de Carthagena Episcopus Burgensis, item Paulus Episcopus Gerundensis, Lucius Marineus, Franciscus Tarapha, alijq; Hispanicarum rerum scriptores. Hoc vno tantum sufficit laudari encomio viros Hispanos, adeo alias mundi nationes excedere, quòd ipsi nouum orbem, inuisa Maria, inusitatas, ac insolitas nauigationes, in vastissimis Oceani Maris fluctibus se dederũt, ibiq; cũ Populis acerrimis periculosissima bella gesserunt, & gerunt. Has partes vllus antea cognouit Geographus, nullus excogitauit Mathematicus, nullus præuidit Astrologus, nullus antea Nauta tetigerat, quæ apud Indicarum rerum scriptores exagitantur.

Quantum attinet ad Burgundos, Brabãtos, Flandros, Hannones, Attrebates, Hollandos, Frisios, Selãdios, aliosq; inferioris Germaniæ Populos, nullis ipsos cædere hominibus bellorum gloria claris, experientia rerum gestarum docuit. Hinc Ludouicus Pellatanus in oratione Funebri pro Philiberto Ghaulon Aurangiæ Principe, de Burgũdis inquit: Hominũ tãta co-
20 pia, ea proceritas, † & pulchritudo corporũ, tantum in bellicis rebus robur, vt facilius sit, id ex eorum gestis, quàm ex cuiusq; oratione intelligere. & Gulielmus Paradinus de Antiquo iure Burgundiæ. cap. 6. post Agathiam inquit: Burgundos ab Augusto, vsq; ad Leonis Augusti tempora fuisse cęlebres. vbi idem author tradidit, Theodosij Iunioris Principatu, Borgundionum Globos Rhenum transuectos, quantam alij nunquam vastitatem Gallis intulisse. Hunnos, & Subtarum eorum Regem, Attilæ Patruum prostrauisse, ipsosq; omnes, Rege occiso, ad internitionem penè reduxisse. Sic & debellasse Clodomirum idem Paradinus scri-
21 bit c. 13. Belgæ omnes † quid non magni fecerunt in bello sacro in Assyria gesto? Quod specimen non ostenderunt, dum inter seipsos inuicem dilacerarunt? Quas non prodidere virtutes, dum toties, cum Gallis, & Anglis manus conseruere? quorum acta plenè post alios enarrarunt Hadrianus Barlandus in Historia Brabãtica, Iacobus Meyerus in Flandrica, Gerardus Geldenhaurius in Batauica, Iacobus Marchantus de Reb' Flãdriæ memorabilibus, Ludouic. Guicciardin' de rebus Europæ memorab. Philipp' Galleus, & Gerardus Cãdidus, alijq; permulti. Vtinã verò ipsorũ aliqui à Rege eorum Dño, minimè lacessiti, non aliqñ defecissent.

Sed Caroli Cæsaris tempore, ac Philippi II. nunc regnantis, quas subditi vndiq; virtutes bellicas, quæ non fortia facta, in bellorum turbinibus, non exhibuerunt? Quos non Principes, quos non reges, quos non contumaces,
22 ac rebelles viserunt, cęperunt, & † eneruarũt, ac profligarunt? In Italia, in Hispania, in Frisia, in Germania, in Hetruria, in Pannonia, in Peloponneso, in Vltraiecto, in Transisalana, in Anabaptistas, in Lybicos, in Tunetanos, in Mexicano, in Peruaco, in Allobrogos, in Liguria, in Belgia, in Corphinio, in Epiro, in Dalmatia, in Africa, in Iuliacẽses, in Saxones, in Boemia, in Corsica, in Britannia, in Anglos, in Turcas, in Hæreticos? Quorum omnium vndiq; Historię conscriptæ demonstrant, demonstrabuntq;, cum in diuersis Mundi Plagis Militum Philippi Regis, vexilla fœlicia conspiciantur.

ARGVM. CAP. LXXXIIII.

Ex vtraq; linea Philippi II. Regis Catholici, paterna scilicet, & Materna, plures viri sancti prodiere.

COM-

COMPENDIVM.

1 *Leopoldus Austria Marchio, sanctitate clarus.*
2 *Sancti quinq; in familia Materna Gothorum, ac Hispanorum Regum Philippi II. Regis Catholici.*
3 *Alphonsus Petri Cantabria Ducis filius ex Recharedi Gothorum, & Hispania Regis genere filius fuit, & ex hoc Sanctus Leander.*
4 *Braulius Sanctus Episcopus Casaraugustanus.*
5 *Miraculum, quod in Braulio visum fuit, dum Casaraugustanus Episcopus electus fuit.*
6 *S. Fulgentius Astigitanus Episcopus.*
7 *Fulgentius sanctus, quinq; linguas callebat, Hispanam, Hebraam, Gracam, Arabam, & Latinam.*
8 *Isidorus S. Leandro fratri in Episcopatu successit.*
9 *S. Isidori laudes ex octauo Concilio Toletano.*
10 *Florentina virgo sancta, Isidori, Leandri, & fratrum soror.*
11 *S. Hermigildi, Leouigildi Gothorum Regis, filij vita.*
12 *Ferdinandus Ioannis I. Portugallia Regis filius, sanctitate vita conspicuus.*

CAP. LXXXIII.

SAncti quoq; clarissimiq; viri, tum in Austriaca Familia, tum in materna Philippi II. Regis gente fuere, quorum vita, gestis, & gloria, idem Cath. Rex, suiq; descendentes mirum in modum lætari debent. Inter hos Leopoldus
1 Austriæ Marchio † emicuit, cuius vitam, & miracula scripsit Ioannes Frãciscus Pauinus olim I.C. & Rotæ Rom. Auditor meritiss. eaq; retulit Laurentius Surius Tomo. 6. eademq; recitata fuisse coram Innocentio VIII. Summo Pontifice scribit meritissimus Cardinalis Cæsar Baronius in cõmentarijs ad Martyrologium sub die 15. Nouẽb. & plura de eo Germanogr. lib. 3

In familia etiam generis materni eiusdem Philippi 2. Regis Catholici, ac Gothorum Regum gẽte, alij complures sanctitate conspicui viri effluxere. Ex vno enim matrimonio, sex filij suscepti sunt, quorum quinq; non Hispaniæ
2 solum, sed totius Christiani † orbis lumina extitere, fratres omnes, sororesq; scilicet, S. Leander, S. Fulgentius, S. Isidorus, S. Braulius, ac S. Florentina, qui generis nobilitatem, vitæ, ac morum sanctitate, solis fulgore, & lumine clariorem reddiderunt. Quorum ordo, & Genealogia sic patet. Theodoricus enim Gothorum Rex inter cęteros Seuerianũ filium habuit Carthaginensem Ducem, qui ex Theodora vxore ex Regia stirpe filios habuit, quod melius ex infrascripta nota, ac tabella demonstratur.

Theodoricus Rex

Seuerianus Dux Carthagin.
Theodora vxor.

S.Leã der.	S.Ful gẽti°.	S.Isi dor°.	Theodosia vxor Leouigildi Regis.	S.Brau lius.	S.Flo rent.

S.Herminigildus. Recharedus Rex.

Ex Recharedi Regis verò genere, fuit Alphõ
3 sus, Petri Cantabriæ Ducis filius, † Ormisendæ vir, quæ fuit Fauillæ. II. Regis, filia, & Pelagii I. Regis Neptis, à quo Materno ex genere descẽdit Philippus. II. Rex Catholicus, vt diximus supra. cap. 4. & Latius in Arbore Genealogica Gothorum Regum, quam Commẽtarijs ornatam, eidem Regi, ac Philippo. III. Principi dirigere curabimus. Quam Sanctorum horum Genealogiam, vt supra descriptam, retulit Alphõsus de Carthagena in Anacephaleosi Hispanorum Regum. cap. 24. & Ferdinandus Perez de Gusman in Valerio Historiarum. lib. 4. tit. 4. c. 7

Sanctus Leander verò, Hispalensis Episcopus fuit, de cuius vitæ sanctitate, morum claritate, doctrina, & actibus, non est meum scribere: nam de eo scripsit Sanctus Gregorius Magnus Summus Pontifex, dum illi Moralium libros dedicauit, vt patet ibi in Præfatione. & iterum de eo, Dialogor. lib. 3. cap. 31. & lib. 4. Epistolar. cap. 46. Isidorus de Viris Illustribus. cap. 28. Ioannes Tritthemius de viris Illustrib. Sanct. Benedict. lib. 2. cap. 9. lib. 4. cap. 130. Ado Viennens. chronic. Aetate. 6. sub anno Domini. 583. Rodericus Toletan. rer. Hispanic. lib. 2. c. 15. Hatthman. Schedel. in chronico Mundi. fol. 147. Vincẽtius Beluacens. in specul. Historial. lib. 21. cap. 135. Lucius Marinæus rer. Hispanic. lib. 5. cap. 52. Io. Mariana de Reb. Hispanic. lib. 5. cap. 15. & lib. 6. cap. 1. Sixtus Senens. in Bibliothec. sancta. lib. 4. Ambros. Morales Historiæ Vniuersal. lib. 12. c. 5. Ioan. Magnus Histor. Gothor. & Suen. lib. 16. cap. 9.

Braulius verò Sãctus, Leandri frater, Cæsar-
4 augustanus Episcopus fuit, ibidemq; † sedit annis circiter viginti, & Quarto, Quinto, & Sexto Toletanis Concilijs interfuit, vt eorundem Cõciliorum acta demõstrant: & eiusdem Braulij meminit Martyrologium Romanum sub die 26. Martij. Epistolæ eius leguntur ad Isidorũ, & Isidori ad ipsum, vt est author Mariana lib. 6. cap. 6. Huic dum tractaretur de Cæsaraugu-
5 stani Episcopi electione † inter plures, à capite eius innoxia flamma ad Cœlum ascendere visa est. vt testatur Roder. Archiepisc. Toletan. lib. 2. cap. 15. quem sequitur Lucius Marinæus de reb. Hispanic. lib. 5. cap. 21.

Sãctus Fulgentius, horũ frater, Astingitanus
6 primò Episcopus, † ac dein Carthaginẽsis fuit. Congregato autem apud Toletum Concilio pro eliminanda Arriana perfidia, cõcionibus, alijsq; suis operibus, illos mirificè oppressit, & qui Christiani à fide deuiauerant, eius opere, & auxilio, summa vi prudentiæ, operumque exhibitione ad Christi fidem concinnam reduxit. Eruditissimus verò fuit, linguarum omniũ cultor, vt qui Hispanicam, Hebræam, Græcam,
7 † Arabam, & Latinam calleret. Tandem cũ annum ageret vitæ sexagesimum sextum, vocatis S. Leandro fratre, Hispalensi Episcopo, & Laureano

reano Episcopo Gaditano, suo perquàm familiari, summa cum sanctitate Calẽdis Ianuarijs ab hac vita migrauit ad Cælum, & à pluribus Episcopis, & à Recharedo Rege, summis virtutũ Laudibus, funus celebratum extitit. Huius viri sancti meminere, Lucius Marin. aet. Hispanic. lib. 5. cap. 22. Alphonsus de Carthagena in Anacephaleos. Hispan. Reg. c. 26. Roder. Toletan. lib. 2. c. 14. Io. Magnus Archiepisc. Vpsalens. in Histor. Gothor. & Suenon. lib. 16. c. 10. Illustriss. Cardinal. Baronius in Martyrolog. ad primũ Ianuarij. Mariana lib. 5. cap. 13. lib. 6. c. 1.

Isidorus sanctus horum frater, qui Leandro
8 fratri in Hispalensi Archiepiscopatu † successit, illiq; quadraginta circiter annorum spatio præfuit: de quo SS. Patres Toletani Concilij octaui sic inquiunt. cap. 2. Nostri seculi Doctor Egregius, Ecclesiæ Catholicæ nouissimum de-
9 cus, ætate postremus, † doctrinæ comparatione non infimus, atq; (quod maius est) seculorum finitorum doctissimus, cum Reuerentia nominandus Isidorus. Eius vitam scripsit sanctus Braulius eius frater, quam refert Laurentius Surius Tomo 2. & S. Ildelphonsus de viris Illustribus. Io. Magnus. lib. 16. cap. 10. & 18. Roderic. lib. 2. c. 17. 18. 19. Alphõsus de Carthagena in locis allegatis. de quo sic inquit. Marinæus lib. 5. c. 53. Leandro viro docto, sanctoq; frater Isidorus doctissimus, atq; sanctissimus, in Hispalẽsis Episcopatus dignitate successit, qui vnus inter omnes Hispaniæ, tum sanctitate, tum literis clarus, non secus ac Sol inter omnia sidera, fulsit. Natus enim exstirpe Regia, verus Nobilis, verus Doctus, verus Sanctus, & cunctis virtutibus excellens, plurimum, & Patriã Hispaniã, & Christianã Religionẽ, illustrauit. & alia quę sequuntur. & latè Marian. lib. 6. c. 7.

S. Florentina, horum sanctorum virorum, soror, eorundem Seueriani Ducis, ac Theodoræ
10 filia virgo, † vitam egit sanctissimam, & incorruptam, Monasterijs quadraginta circiter annis præfecta, in quibus mille Virgines DEO Optimo Maximo famulantes, vitam deuotissimè peragebant. Iustiniani Principis temporibus, humanam carnem terræ reddens animã DEO, cœlum petijt, & innumeris miraculis fulgens, in sanctarum Virginum numero relata est. de qua Martyrologium Romanum, sub die 20. Iunij. Lucius Marinæ. lib. 5. cap. 13. Alphõsus Carthagen. in Anaceph. cap. 26. S. Ildelfonsus. de viris illustribus in Isidoro. Ambros. Morales in Histor. lib. 12. cap. 5. Mariana lib. 6. cap. 7.

Sãctus quoq; Hermenigildus Leouigildi Gothorum, & Hispanię Regis, ac Theodosiæ filius,
11 eorundem Isidori, Leandri, † Fulgentij Braulij, ac Florentinæ, ex Theodosia sorore Nepos, nobilissimum Martyrium pro Christi fide consummauit. Non enim, vt suus pater Arrij perfidiam sequutus est, sed à Leandro edoctus, Catholicam amplexus est fidem; ob cuius inexpugnabilem confessionem à Patre Arriano, Regni terreni priuatus insulis in carcerem iniectus, ad extremum, nocte Sanctæ Dominicæ Resurrectionis, in capite securi percussus, Regnũ cæleste, Rex. & Martyr intrauit. Ado Viennens. Chronicor. Ætate 6. in anno 583. Gregorius Turonensis. Histor. lib. 5. cap. 38. lib. 6. c. 43. lib. 8. cap. 28. D. Gregorius Magnus lib. 3. Dialog. cap. 31. & Beda Vsuardus, Sigebert. & alij. Roderic. Tolet. lib. 2. cap. 14. Alphons. Carthag. in Anacephal. cap. 26. Io. Magnus lib. 16. cap. 9. Mariana. lib. 5. cap. 12. & Michael Ritius de Regib. Hispan. lib. 1.

Silentio etiam nõ prætercam Ferdinandum
12 Ioannis I. Portugalliæ † Regis filiũ, qui in Saracenorum bello, ab eis captus, mira patientia in seruitute vitam duxit, vt mola, qua viueret, ci, & famulo, sufficeret, ob quod vitæ abstinentia, pariter, & Religione, inter beatorum cætus enumeratur. de quo Germanograph. lib. 2. Sansouinus in Chronologia Regum Portugalliæ. quos omnes Rogamus vt pro nobis, & omni Populo Christiano DEVM orare dignentur.

ARGVM. CAP. LXXXIV.

Iustitia, Prudentia, Fortitudine, & Temperantia, eiusq; partibus, quę declarantur, ornatus est Philippus Rex Catholicus.

COMPENDIVM.

1 *In Philippo Rege Catholico pollet, Iustitia, Prudentia, Fortitudo, & Temperantia.*
2 *Quatuor supradicta virtutes diuina appellantur.*
3 *Solymani Turcarum Imperatoris de Carolo V. Cæsare dictum.*
4 *Adulationem author fugit.*
5 *Viri probi, vel amant, vel non blandiuntur.*
6 *Adulantes, & vituperantes sunt duo persequutorum genera.*
7 *Ciuitatis rector qualis, tales ciues.*
8 *Princeps mendacij amicus, habet omnes ministros impios.*
9 *Mores, & studia Dominarum ex Ancillis metiũtur.*
10 *Principem talem inuenies, qualem familiam habet.*
11 *Ludouicus XI. Rex Galliæ à suo famulatu Nobiles, patritiosq; exegit, & ignobilibus vsus.*
12 *Princeps iustus, dicitur opus Dium.*
13 *Iustitiam colere, summum in Regibus bonum.*
14 *Regum est iustitiam colere, & oppressos à calumnijs releuare.*
15 *Diuertendum à Malo, & bonum faciendum.*
16 *Iustitia est non peccare.*
17 *Abstinendum à malis, & ad bonorum actiones accedendum.*
18 *Iustitia, quibus virtutibus comitibus rectè exhibeatur?*
19 *Religio quid est?*

20 Rex

20 Rex Catholicus Philippus, quod iusiurandum præstitit publicè pro Religione, & fide Christiana.
21 Pietate, quomodo quis vtatur, & quando, & ex quibus exhiberi dicatur.
22 Pietas, quid est?
23 Aequitas sine pietate sæuitia est.
Patria Regis Catholici, est omne suum Imperium.
24 Pietas propriè Principum est.
25 Philippus Rex Catholicus Corpus Sancti Eugenij Episcopi Toletani, suis humeris in collo portauit.
26 Theodoricus Rex Gothorum corpus S. Theodorici discipuli S. Remigij proprijs humeris asportauit.
27 Eutychianus Pontifex quadraginta duos martyres solus suis humeris collo asportauit, & sepultura tradidit.
28 Misericordia, virtus nulla gratior, admirabilior.
29 Misericordia sine iustitia, est fatuitas.
30 Gratia fit dum benemerentibus refertur.
31 Aequitas quid est?
32 Aequitas Epicheia appellatur.
33 Epicheia est pars iustitia subiectiua.
34 Vindicta, quomodo est pars Iustitia?
35 Fide, quo pacto fiat Iustitia?
36 Veritate, quomodo vtendum in iustitia exhibenda.
37 Optimi sunt, qui legibus obtemperant.
38 Seminatio discordiarum, omnium litium, & quæstionum fomentum.
39 Litigiosi, & discordes ad sacros ordines, non promouentur.
40 Amicitia si totus mundus plenus esset, non esset opus iustitia.
41 Amicitias recõciliare inter ciuilia officia reputatur.
42 Amicitia inter duas ciuitates, ex duabus fiunt vna.
43 Liberalitas, quomodo ingrediatur iustitiam. nu. 45.
44 Liberalitate, quo pacto vtendum.
46 Liberale nihil est, quod non sit iustum.
47 Alexandri Macedonis dictum dum donaret, plusquã donatus peteret.
48 Antigoni Regis dictum illi, qui plus merito peteret.
49 Alexander Macedo dispensatori mandauit, vt quod peteret Anaxarchus daret. Petijt centum talenta: dedit Alexander, licet dispensator esset dubius, ob grauitatem summæ.
50 Prudentia, an virtus sit?
51 Prudentia est peculiaris Regum virtus.
52 Prudentia, quid sit? nu. 54.
53 In Prudentia, quid concurrere oportet?
55 Prudentia memoria, & vsus filia.
56 Fortitudo, magnanimitas est.
57 Philippus II. Rex Catholicus, nunquam permisit, quòd sui populi, quo ad fidem Christianam suo Marte viuerent, & si promitterent, subiectionis vinculo obstringi, dum pro libito vita permitteretur.
58 Fortitudo animi, à quibus comitatur virtutibus?
59 Fortitudinis proprium est, nihil nisi turpia timere.
60 Fortitudine Martyres sancti vsi sunt.
61 Cato, ne Tyranni Cæsaris in manus veniret, sibi mortem consciuit.
62 Temperantia, iuncta iustitia, opus sanè Regium.
63 Temperantia Principum, qualis esse debeat?
64 Temperantia, quid operetur?
65 Iustitia, Prudentia, Fortitudinis, ac Temperantia, quando bonæ sint? ex D. Gregorio Magno.
66 Philippi II. Regis Catholici Politia, atq; Imperiũ, quibus modis tam rectè gubernetur, ac tam sanctè imitanda.

CAP. LXXXIV.

VT tandem receptui canam, & vno, simpli-
ciq; verborum compendio perstringam,
ad corporis, animiq; dotes Philippi Regis Ca-
tholici, omisso omni affectatæ locutionis leno-
1 cinio; dicam† in eo pollere Iustitiam, Pruden-
tiam, Fortitudinem, & Temperantiam. Ex qui-
bus quatuor virtutibus, tota boni operis stru-
ctura consurgit. vt dicit Gregor. lib. 2. Moral.
2 c. 35. Hinc, has quatuor virtutes diuinas † ap-
pellauit Plato de legibus. Dialog. 1.

Sed an mihi id probandum fuerit? ne, dum
Regi, ac Domino has inesse exarauerim, adu-
lari veluti illum procurem? Nequaquam cer-
tè. cum Regem nunquam facie viderim, licet
id læuiter facere potuissem à pluribus Magi-
stratibus togatus, qui me ad eum, veluti ma-
nu ducere procurarunt. Abstinui tamen multis
ex causis, non admodum irrationabilibus, præ-
sertim, vt affectatæ fortè ambitionis vitium ef-
fugerem. Quantum autem ex eius simulachri
effigie (quam ante oculos semper habeo) cõspi-
cere possum, interiora illius animi arcana con-
siderans, ob aliquam iniustitiæ labem illius ani
mum infici haud posse contendo. Nec aliquo-
rum inspicienda est volũtas, qui in illum, mali
alicuius odoris scintillas inijcere procurant.
His dici illud potest, quod de Carolo V. Cæ-
sare Patre, olim dictum afferunt à Solymanno
3 Turcarum † Imperatore, ab effero prolatum,
sed Christianissimo Principe dignum. Apud
quem, cum quidam ex Dynastis, & Principi-
bus viris perfugisset, isq; interrogatus, cur à
Caroli Cæsaris obsequio diuertisset? Illeq; cũ
quasdam simulatas, Auaritiæ, Inuidiæ, Libidi-
nis, ac Iniustitiæ suspitiones enarrasset, quibus
Cæsarem aspergere procurabat. Solymannus
extemplo, illum à suo conspectu abesse iussit,
nullamq; rerum causam ab eo, sibi persuaderi
posse: nimis enim diù, percunctando, indagan-
do, disquirendo, cognitam, & perceptam, se
habere Cæsaris vitam, vt horum flagitiorum
labes in tam sanctè, & piè leges, Cæremoniasq;
Dei, & maiorum suorum custodientis, pectus
adhærescere nequiret. vt testatur Gulielm. Ze-
nocarus de Repub. Caroli. lib. 3. Meam etiam
conscientiam testem habeo, ab omni adulatio-
nis genere alienam, quam veluti pestem, sem-
per abhorrui, & illam, si fortè tenuissem, vt ali-
qui volunt, mea messis ad fructus peruenisset;
sed æternitatis fructus ego semper amaui, sem

per

per colui,semper sequutus sum. Adulentur,qui
4 volent, quibusq; † voluerint. Ego liberum ge-
ro animum,quem qui habet,non adulatur:nam
5 viri probi,vel amant,† vel certè non blandiun-
tur. vt inquit Aristoteles.lib.5. Politicor.c.11.
Quia consolor cum dicto Hieronymi ad Deme
triadem. Beata (inquit) mens, quæ nec adu-
latur, nec adulanti credit,quia nec decipit al-
terum, nec ipsa decipitur. Vnde August.super
Psalm.69.Duo sunt genera persequutorum,sci-
6 licet vituperantium,& † adulantium.Sed plus
persequitur lingua adulatoris, quàm manus
persequentis.Testem etiam habeo eiusdem Ca
tholici Regis familiam, Principibus viris, ar-
morum peritia, & scientiarum studio, clarissi-
mis, effulgentem,ab omni vitiorum sorde im-
munem, ex quorum societate, probatissima re-
ditur Principis vita,omni flagitiornm labe alie
na. Inde illud Ecclesiastici. cap.10.Secundum
iudicem populi, sic et, ministri eius, & qualis
7 rector est † Ciuitatis, tales & inhabitantes in
ea. Ideo Principes Pharaonis, illecebris, ac
voluptatibus per adulationē lenocinātes, do-
minoq; adulantes,criminātur, quòd ad raptus
Saræ vxoris Abrahæ illum induxerint Genes.
cap.12. contra illud Prouerbior. cap.29. Prin-
ceps, qui libenter audit verba mendacij, om-
8 nes † ministros habet impios. Hinc Hierony.
ad Demetriadem.Semper in Comitatu tuo gra
9 ues fœminas habeas, mores † enim, & studia
dominarum, plerunq; ex ancillarum, & co-
mitantium moribus iudicantur. Ad quod ap-
positè facit, illud Nicolai V.Summi Pontificis,
qui de Eugenij IV.moribus interrogatus,quid
sentiret? Hoc facilè (inquit Pontifex) cogni-
tu est, nam qualis familia est, talem, & Princi-
10 pem † inuenias. vt de eo testatur Aeneas Sil-
uius commentar.lib.4. Nobilissimos, Illustris-
simosq; Principes in sua familia habet, à qui-
bus praua fieri,operariq; minimè possūt. Hinc
Gallici scriptores probro vertūt Ludouico XI.
11 Galliarum Regi,quòd à suo † famulatu nobi-
les, Patritiosq; exegisset, & Sartore pro fœcia-
li, tonsore pro legato, & pro Cancellario, me-
dico vteretur. Quod eo indignius reputatur,
quia olim Antiocho Syriæ Regi vitio datum
fuit, quòd Senatus Principem Apollophanem
fecisset Medicum.Hinc Isocrates ad Nicoclem
Cypri Regem in Oration.2.de Regno.Nullam
familiaritatem (inquit) temere,citraq; ratio-
nem amplectere,sed enim illis assuesce conuer
sationibus gaudere, ex quibus ipse crescas, &
alijs melior esse videaris.Ideo Euripedes apud
Stobæum,inquit.

Tanto cum dolore Rempublicam nostram aspicio,
Hactenus enim ò Senes,nequaquā sic habitabamus,
Sed erāt in vrbe nostra,primū quidē Imperatores,
Ex præcipuis familijs,opibus,& genere præstātes.

A Iustitia itaq; Catholici Regis auspicādo,di-
cere satis erit,illam apparere, & seipsa proba-
ri;quando,vt omnium suorum Regnorum con-
trouersiæ, iusta trutinæ statera administrētur,
tot iuridicos conuentus,tot Senatorum decu-
rias,tot consiliariorum consessus,maximo ho-
nestatos stipendio,grauissimaq; authoritate fo
ueat.Putauit Rex Catholicus,verum esse,quod
scribit Isocrates in Nicocle, Pulcherrima esse
sacrificia, maximamq; pietatem, si quando
12 † optimum,& iustissimū se Rex exhibeat. Ideo
D. Gregorius lib.7.Epist.120. summum in Re-
13 gibus bonum esse, & iustitiam † colere,& sua
cuiq; seruare arbitratus est.& D. Hieronym.in
Ieremiam. cap.22. Regum (inquit) propriū
est,facere iudicium, & iustitiam,& liberare de
14 manu † calumniatorum,ui oppressos,& Pere-
grino,pupilloq; & viduæ qui facilius opprimū
tur à potentibus, præbere auxilium. Et mihi
opus non est,quoad diffinitionem iustitiæ ope-
rari, aut chartas occupare, cum, & à Theolo-
gis,Vlpiano, Iustiniano, ac cæteris diuersimo-
dè traditæ sint, & nos infra hoc eodem capi-
te,dum de illa sermocinabimur declarabimus,
nō omittēdo alia,quę olim scripsimus de Com
promiss.in præfat.nu.4.cum pluribus seq. Iusti-
tiam itaq; Rex Catholicus exhibet Deo, & Po-
pulis, dum à malo semper declinat, & bonum
operatur. motus authoritate Dauid.Psalm.33.
15 Diuerte à malo,& fac † bonum.& iterū Psalm.
36. Declina à malo, & fac bonum, & inhabita
in seculum seculi.& confirmatur Esaiæ.cap.10.
Quiescite agere peruersè, & discite benè face-
re. Quod, & probauit Petrus Apostol.Epistol.
1.cap.3. Qui vult vitam diligere, & dies vide-
re bonos, coerceat linguam suam à malo,& la-
bia eius ne loquantur dolum: declinet à malo,
& faciat bonum. Hinc Prosper in sententijs ex
Augustino excerptis. sent. 98. Tota (inquit)
iustitiæ ratio est, vt declinentur mala, & fiant
bona:cuius obseruantiæ inter quaslibet aduer-
sitates, forma seruanda est. Sed notanda sunt
eiusdem Augustini verba de tempore.sermon.
16 59. dicentis: Iustitia non aliud est,quàm†non
peccare; non peccare autem, legis præcepta
seruare: Præceptorum autem obseruatio, du-
plici genere continetur, vt nihil eorum, quæ
prohibentur facias;& omnia,quæ iubentur im-
plere contendas. Ad idem Io.Chrisostomus in
Psalm.4.in vers. Sacrificate sacrificium iustitiæ
ait.Nō sufficit,si à malis abstineamus,sed opor
17 tet etiam bonorum † accedere actiones. Quo
circa vlterius progrediendo nos admonet di-
cens. Declina à malo, & fac bonum,non solum
enim improbitatis actio, sed etiam à virtute
cessatio, vt puniamur,efficit. Nam, & qui esu-
rientem non pauerunt, & sitienti potum non
dederunt, & qui nudum non vestierunt, non
furati sunt, nec auari fuerunt, nec bona alie-
na cœperunt; sed quia non fecerunt eleemosi-
nam,propterea pœnæ immortali dati sunt, &
supplicio, cuius nulllus est finis. Ex quo intel-
ligi-

ligimus, quòd abſtinere à malis, non ſatis eſt
nobis ad ſaluté, niſi adſit etiam bonorum poſ-
ſeſſio, & virtutis actio. & poſt pauca, ſubiun-
xit: Sacrificare ſacrificiũ iuſtitiæ,& ſperate in
Domino:Iuſtitiam autem hic, non ſingularem
aliquam dicit virtutem, ſed vniuerſam: quem
admodum etiam, virum iuſtum, vocamus, qui
omnem in ſe virtutem contiuet.Hæc Chriſoſto
mus.Operatur autem Rex Catholicus iuſtitiã,
religione, pietate, miſericordia, gratia, æqui-
tate, vindicta, fide, veritate,obſeruantia, ami-
citia, & liberalitate, quibus comitibus recta
18 † Iuſtitia exhibetur.vt poſt Ciceron. Retho-
ric.ad Hæren.lib.3. voluit D.Thom. 2.2. q.80.
artic. vlt. Anton. Florentin. in ſumma. par.4.
tit.5. cap.5. Io. Viguerius de virtute iuſtitiæ.
cap.5. §.5.

Religione vtitur Rex Catholicus, dum ver-
bis, & opere procurat,vt debitus DEO cultus,
19 honor,& veneratio† exhibeatur.Idem Thom.
2. 2. q.81. artic.1.Bonauentura.lib.3.ſent. diſt.
9.q.3. artic.3. Et qui contra eam operatur di-
gnis perſequutionibus opprimatur,preſertim,
vt hæretici conculcentur,perdantur,annihilen
tur,diſsipentur,ac de cętu Chriſtianorum era-
dantur.In quibus exequendis,& obſeruandis,
non præteritis, non præſentibus,non futuris,
quibuſcunq; Catholicis Principibus Philippus
inuidet; habentes quem imitentur, ac ſubſe-
quantur. Vnde Vallis oleti, retecto capite idẽ
20 Rex,in manibus Ferdinandi† Valdeſij Archie
piſcopi Hiſpalenſis, in Hiſpania Generalis in-
quiſitoris, iurauit, ſe non permiſſurum hæreti-
cos in ſuis Regnis viuere, atq; fauorem ad eo-
rum perſequutionem,& punitionem Inquiſito
ribus præſtaturum,vt retulit Iacobus Simãcas
in Praxi Hæreſeos. tit.21. ſub nu.6. Quod quã
diligenter obſeruauerit, & obſeruet cum Eli-
zabetha Anglica, Principe Aurengiæ, , & alijs
huius farinæ hominibus, nõ eſt quid ſuper hoc
laborem: iam enim omnes eius vires, omnes
neruos,conatum omnem, in hac alea fixit om-
nes ſuorum Regnorum in hoc opere peragen
do, redditus conſumpti ſunt,& conſumuntur:
vnde non bonis,non fratribus,non ſanguine iũ
ctis pepercit, vt ſua promiſſa ex vitæ candore
procedentia, exequeretur.

Pietate Rex Catholicus, iuſtitiam exercet,
vt dictum eſt, Deo exhibendo debitum cultũ,
21 ſed † patriæ, Parẽtibus,ac ſanguine iunctis,vt
poſt Ciceronem de inuention. Rethor. lib.2.
voluit D. Thom.in 2.2 q 101.artic.1.vnde Am
22 broſ. in Pſalm.118.inquit: Pietas iuſtorũ† tri-
bunal,Egenorum Portus,Miſerorum ſuffragiũ,
indulgentia peccatorum. Hinc rectè Io. Chri-
ſoſt.de Gener.Chriſti.ſerm.145. Aequitas ſine
23 bonitate† ſęuitia eſt,& iuſtitia ſine pietate cru
delitas eſt.† Patria autẽ Regi noſtro,omne ſuũ
Imperium eſt,cum omnes foueat,ſubditis om-
nibus ſuccurrat, rectitudine legum, conſtitu-
tione Magiſtratuum,& boni patris familias of-
ficium exequendo, omnes inuiſit, ſaltem per
ſuas imagines,Nũmos,Aurum,Argentum,Mar
garitas ipſis exhibendo, & iuſtitia, pietate, &
clementia ſua cuncta à longè intuens. Regum
noſtrorum Hiſpanorum hoc ſemper peculiare
24 fuit,vt pietatis virtute vterentur,quam † benè
tam diù antea prædixit Claudianus dum ait,

Quid dignum memorare tuis Hiſpania terris
Vox humana valet? primo lauat equore ſolem
India,tuſeſſos exacta luce iugales
Proluis,inque tuo,reſpirant ſidera fluctu.
Diues equis,frugum facilis,pratioſa metallis,
Principibus fecunda Pijs.

Exemplum Religioſæ pietatis oſtendit Philip-
pus Rex Catholicus in anno Domini 1565.cor
pus S. Eugenij Epiſcopi Toletani,dum è Gal-
25 lia in Hiſpaniam † transferretur, proprijs hu-
meris,ouans, & præ gaudio magno exultans
in locum euexit, inque ſuam antiquam,ac no-
bilem Toletanam ſedem delatum fuit.vt teſta-
tur Cardinalis Baronius in Martyrologiũ ſub
die 15. Nouembris. Simile olim fecerat Theo-
26 doricus rex Galliæ aſportando Reliquias † S.
Theodorici, diſcipuli S. Remigij proprijs hu-
meris. Sic Euthychianus Pontifex, Trecentos
27 quadraginta † duos martyres ſolus ſuis hu-
meris ſepulturæ tradidit.vt dicit Euſebius lib.
7.cap.7. Michael Bucchingerus in Hiſtor. Ec-
cleſiaſt. noua. in Eutychiano.

Miſericordia verò iuſtitiam operatur idem
Rex,dum, vel innocentium cauſam tuetur, vel
errantium,ac ſupplicantium ſcelera dimittit,
ac miſeretur.nulla virtus enim,nec gratior,nec
28 admirabilior,miſericordia eſt.† vt dicit Cice-
ro in orat.pro Q. Ligario. Nam, vt dicit Salo-
mon Prouerb.cap.20.Miſericordia, & veritas,
cuſtodiũt Regem,& roboratur clementia thro
nus eius. Et vt inquit Chriſoſtomus.Iuſtitia ſi-
ne miſericordia, non eſt iuſtitia, ſed crudeli-
29 tas: ſic miſericordia, † ſine iuſtitia non eſt mi-
ſericordia,ſed fatuitas; & de hac ſentijt Ouid.
lib.2.de Ponto dum ait,

Regia,crede mihi, res eſt, ſuccurrere lapſis.

Gratia, ſiue gratitudine iuſtitiã operatur Rex
Catholicus, iuxta authoritatem Ciceronis Re
30 thoric.lib.3.dũ benemerentibus gratiam † re-
ferr. Nam Principes viros,qui in bellorum pe-
riculoſis calamitatibus,& conflictibus ſe inſe-
ruerũt,vel vbi viros ſcientia ornatos cõſpicit,
magnis cẽſibus, decoris titulis,Magiſtratibus,
alijſq; ſimilibus honeſtat, ac fouet, quantũ vl-
lus vnquam Princeps.

Aequitate verò Rex vtitur. vt inquit Paulus
ad Hæbræos. cap.1.Virga æquitatis, virga Re-
gni. Eſt etiam æquitas iuſtitia dulcore Miſe-
ricordiæ temperata:vel motus rationalis regẽs
31 miſericordiam, & † rigorem.c.Diſciplina.45.
diſtinct.& voluit Io.Franciſc. Pauin.de viſitat.
par.1.q.10. verſic.Poſtremo attendendum,hãc
æqui-

32 tatem Epicheiam † vocauit Aristot. lib. 5. Ethi-
cor. cap. 10. dum dixit, quòd Epicheia est quo-
33 dam iustum, quam dicit † esse partem iustitiæ
subiectiuam D. Thomas 2. 2. q. 120. artic. 2. Nil
aliud verò est æquitas, quàm dum multum ex
iure remittitur. Porro æquitas dicitur ipsa iu-
ris medulla, germanaq; iustitiæ intelligitur;
quæ nullo scripto comprehenditur, sed censen
do tantum assequi potest, vt benè exemplificat
Io. Rogeraius Trochęus de offic. iud. in causis
capitalibus. tit. 1. in verb. Iuris dicendi, & æqui
tatis statuẽdæ peritus. col. 10. Nec potest aliud
rectè concludi, nisi quòd per eam quodam mo-
do mollificatur iuris asperitas.

Vindicta, vel vltione vtitur in iustitia exhi-
benda Rex Catholicus, vt quemadmodum me
rentibus gratia, sic demerentibus vltio: demon
34 stratq; vlcisci † malè merentibus oportere. vt
inquit Cicero Rhetoricor. lib. 3. & istud consi-
stit in punitione iniurias inferentium, ac delin
quentium, in qua vltione intelligitur, vt non
adsit prauum desiderium, & ex propria mala
vlciscendi voluntate, sed pro mera tantum iu-
stitiæ exequutione.

Fide, autem iustitiam fieri dicimus, dum il-
lam seruari magnopere contendimus, inquit
35 Cicero in † loco supra allegato: quod respicit
etiam iurisiurandi obseruationem, quam cum
etiam Barbari adimplere studeant, quanto ma-
gis id facere debebunt Christiani Principes?

Veritate autem, in iustitia exhibenda, opus
est. Vnde Chrisostom. super Matth. Non solum
(inquit) proditor est veritatis, qui mendaciũ
pro veritate loquitur, sed qui non liberè pro-
36 nuntiat veritatem, quam † pronuntiare opor-
tet. Aut non liberè defendit veritatẽ, quam de-
fendere oportet. Hinc veritatis imaginem à
collo iudicis pependisse apud Ægyptios scri-
psi in Apologia Catholica in sententiam Pilati
Aquilæ repertam.

Obseruantia verò vtitur Rex, dum leges, mo
resq; Ciuitatis, aut regionis cuiusq; seruari
oportere concludit: vt in loco supra allegato
Cicero scripsit, quod est opus omni optimo
Principi pertinens. Digna vox est enim regnã-
tis, legibus alligatum se Principem profiteri. l.
Digna vox. ff. de legib. Ij enim optimi viden-
37 tur, qui legibus † semper obtemperarunt. vt
dicit Aristotel. lib. 1. Rethoric.

Amicitia verò iustitia redditur, dũ per Prin
cipem inter populos illam seruari coniunctio-
nem illæsam, constituitur. Seminatio enim di-
scordiarum, non solum, est contra iustitiam, &
38 mater omnium litium, sed & quæstionum † fo-
mẽtum. Gloss. in Extrauag. 1. Ioãnis Pap. XXII.
in verb. Discordia. de verb. signif. Vnde litigio-
39 si, † ac discordes promoueri ad sacros ordi-
nes non debent. ca. 1. 90. distinct. Hinc dicitur,
40 quòd si totus mundus plenus † esset amicitia,
non esset opus iustitia. vt post Aristot. & alios
dixi de Compromiss. §. 1. Gloss. 3. num. 130. Vn-
de non solum dissoluendæ non erunt societa-
tes, & amicitiæ, sed ciuile, ac inter ciuilia offi-
41 cia reputatur, amicitias reconciliare. † vt di-
cit Aristot. Moralium Eudemior. lib. 7. ca. 1. Id-
circo, Amicitiam, Maximum esse bonum Ciui-
tatibus; applicatæ namque insimul ex duobus
42 fiunt † vnum. Aristot. lib. 2. Politic. cap. 2. Benè
itaque Cassiodorus ait: Decet Regalis apicis
curam, generalitatis custodire concordiã; quæ
ad laudem regnantis trahitur, si ab omnibus
pax ametur. Cicero etiam lib. Retho. 3. enu-
merans iustitię partes dicit, illam esse, si socie-
tatis, atque amicitiæ, studiosè dicemus coli,
conuenire. Philippo autem Regi Catholico,
cum omnibus mundi Principibus adest amici-
tiæ vinculum, præterquam cum odiosis, & cum
ijs, qui Christo rebelles facti fuere.

Liberalitate vtitur in iustitię administratio-
ne Rex Catholicus: quia Ambrosius lib. offic. 1.
cap. 28. Liberalitatem iustitię partem appellat,
43 dum † dicit: iustitiam referri ad societatem ge
neris humani, quæ societatis ratio ad duo re-
fertur, iustitiam, & beneficentiam, quam libe-
ralitatem dicunt. Et licet verus iustitiæ actus,
sit referre alteri, quod suum est, liberalitas au-
tem de suo aliquid effundat; tamen liberalita-
tis exercitatio eam iustitiæ partem continet,
44 vt qui illa vtitur, & moderatè vtatur † habito
respectu ad personam illam exercentem, & ad
personam eius in quem exercetur, qualitatem,
necessitatem, & merita. Nec enim ità donandũ
est Histrioni, aut Parasito, quemadmodũ opti-
mo Bellatori, aut sapienti; Nec etiam ità pri-
uatus, aut mediocris status Princeps largiri
oportet, quemadmodum Rex, Princeps sui iu-
ris, aut Respublica. Liberalitatis itaque exhi-
bitio, remunerationis vim aliquã retinens est,
45 cuiusdam ex merito solutio, quo fit, vt † cui illa
confertur, ex iustitia collata intelligatur. Hinc
Cicero lib. offic. 1. cap. 18. dicit nihil esse libe-
46 rale, quod non † iustum. Inde cum Alexander
Vrbem cuidam donabat, ille cui donabatur se-
ipsum mensus, tanti muneris inuidiã refugiẽs,
dixit, suæ fortunæ non conuenire; At ille, non
47 † quæro (inquit) quid te accipere deceat, sed
quid me dare. Cõtrarium Antigonus, à quo cũ
Cynicus Talentum peteret, Respondit, illum
48 † plus petere, quàm ad Cynicum pertineret.
At ille denarium petijt, cui respondit, minus
esse, quàm quòd Regem deceret dare. Inquit
Seneca de benefic. lib 2. cap. 17. Turpissima est
eiusmodi cauillatio. Inuenit, quomodo neu-
trum daret. Hoc autem Principis moderationi
inconueniens est. Idcirco quàm optimè conue
nit exemplum; Mandat Alexander dispensa-
49 tori, vt quicquid Anaxarchus Philosophus †
peteret, daret. Petit ille centum talenta, dispen
sator veritus dare summam, ni Alexãdro signi-
ficaret, respondit Alexãder: Anaxarchum nos-

se enim se habere amicum,qui hanc summam,& longè etiam maiorem dare,& posset,& vellet, eamq; illi dari iussit. In ijs itaque liberalitas non solum in opere largiendi, sed in beneuolo largientis affectu, ac voluntate benefica cōsistit,quibus semper munifica cēsetur;Hac virtute, vt diximus, Philippus Rex Catholicus, Principes alios superat.

Prudentiā in Rege Catholico reperiri, non mirum,cum à Prudentissimis viris,vt diximus ortum ducat, cum ijs educatus sit, & prudentissimos habeat Aulicos. Et quamquam Aristoteles lib. 1. Magnor. Moralium cap. 33. dispu-
50 tet, an prudentia † virtus sit; tum concludit virtutem dici, & nec iustitiam, nec fortitudinē sine illa benè cedere; tamen lucidius idē Aristotel. Politico lib. 3. capit. 3. dixit: Prudentiam esse propriam Præsidentis virtutem. & antè ipsum hoc dixerat, Isocrates in orat. 4. cui titulus, Euagoras. vbi ad Nicoclem Cypri Regem
51 inquit: Prudentiam esse peculiarem † Regis virtutem. Est enim prudentia virtus animæ rationalis, præparans ea,quæ sunt ad fœlicitatē. vt inquit Aristotel. in lib. de Virtutibus. cap. 2. Est autem prudentia rerum bonarum, & mala-
52 rum,& neutrarum † scientia. vt post Ciceron. lib. 2. de Inuentione Rethor. & Macrobium in Somnio Scip. lib. 1. cap. 8. dixi de Compromissis. §. 2. glos. 6. nu. 31. cum pluribus seq. Quod, & placuit Augustin. de Ciuit. Dei. lib. 19. cap. 4. & de quæstion. 83. q. 31. Vnde nulla virtutum, prudentia vacat. inquit Cicer. Tusculan. quæst.
53 lib. 5. In prudentia autem concurrere † oportet, amorem veri, meditationem animi, eiusdem perspicacitatem, veritatis inuestigationem, inquirendi diligentiam, cogitationem, memoriam, deliberationem,& bonorum delectionem,studium,& scientiam. inquit idem Cicero. lib. offic. 1. quæ omnia declarare, vt breuitati studeamus omittimus. Sed consilium salubre, quoad prudentiam dat Seneca in lib. de
54 Quatuor virtutibus. Prudentis † propriū (inquit) est, examinare consilia, & non cito, facili credulitate ad falsa prolabi, de dubijs non definias, sed suspensam rene sententiam. Vnde dum honesti naturam, ac vim Cicero diuisit in quatuor partes, illam dixit esse præcipuam, & quæ in veri cognitione versatur, quæ si rectam humanarum rerum actionem respicit, Prudentia dicitur; quam Pacuuius memoriæ, & vsus
55 filiam † appellauit. Hac igitur Duce passim omnia gubernantur, quæ rerum, temporum, personarum, factorum, actionum, causas meritur: ita vt in singulis, non ità molliter, vel fortiter, non segniter, nec præcipitanter, non passim,ac indistinctè,sed matura consideratione habita, procedat. Quæ sic compleuit, accomplet Philippus Rex Catholicus, vt omnia passim ità gubernentur,quòd nihil melius desideretur.

Fortitudine viget, & gubernatur Philippus Rex Catholicus, non quòd dicere velim, neruorum,artuum, membrorum,aut musculorum: illa enim Athletarum fortitudinem demōstrāt, de qua in præsentiarū nos minimè loquimur, sed de illa,quam Seneca. de virtutib. lib. 4. re-
56 fert,quam † magnanimitatem appellat,quæ in arduis, difficilibusq; causis,animi alacritatem ostendit, & ad subeunda omnia pericula, fortitudinem, ac robur præfefert, dū quis potius præclarè mori appetit, quàm turpiter, vel cum ignominia viuere. Hanc virtutem ad summum vsque habuit, habetq; Philippus Rex Catholicus,eamq; semper constantissimè operatus est, in morte Caroli Cæsaris Patris,Vxorum,Filiorum, Fratris, in bellorum turbinibus, alijsque calamitatibus, quæ illi acciderunt, vt tam Maximum,& Catholicissimum Regem, Mortalisi, & mundanarum Sarcina, mortalē esse, his connexitatibus, Deus Optimus Maximus corroboraret. Mortes autem tollerare, tamquam visitationes à Deo missas, & si strenui animi sit. Bellorum autem furores sibi illatos à suis Principibus viris,coniunctis, amicis, subditisque, præsertim ex causā fidei, vigilantissimi,ac strenuissimi viri robur ostendit. Nunquam enim Regius ille Catholicus animi vigor, labefactari, aut obumbrari potuit, vt aliqui populi sibi subdiri, qui arma sumpserant, & illa perfidè, licet arma deponere, tributa,census, & subiectionis omnia iura, offerrent perficere, si pro
57 eorum libito eos viuere sineret, † ne quidem aures porrigere permisit. Quin bona potius, sanguinem effundere, vitamq; perdere, quàm ipsum permissurum, vt Christianæ fidei, atque officio, quo illi obnoxius est,vel modica læsione,aut nota inuratur. Cicero Tusculan. quæst. lib. 2. & Rethoric. ad Hæren. lib. 3. & post ipsum
58 Suidas, dicunt, hanc † fortitudinem comitari constantiam, grauitatem, animositatem, siue magnitudinem animi, generositatem, fiduciā, sedulitatem, toleranriam, siue patientiam, humanarum rerum despicientiam, & perseuerantiam. de qua agit Plato in Protagora. Ambros. de offic. lib. 1. Hieronym. in Ioelem. Seneca ad Lucill. lib. 2. Epist. 37. lib. 14. Epist 91. & vnico verbo rectè concludit Macrobius in Somnium Scipion. lib. 1. cap. 10. Proprium fortitudinis
59 † esse, nihil nisi turpia timere, & in summa de illa, rectè Ambrosius in dicto offic. lib. 1. Non mediocris (inquit) animi est fortitudo,quę sola defendit ornamenta virtutum omnium, & iustitiam custodit, quæ inexpiabili prælio aduersus omnia vitia decertat, inuicta ad labores, fortis ad pericula,rigidior aduersus voluptates,vt auatitiam fugiat tāquam labem quandam,quæ virtutem effeminat. Hanc fortitudi-
60 nem Martyres † sequuti sunt,qui extinxerunt imperum ignis,effugauerunt aciem gladij, ludibria,ac verbera experti sunt, vincula,& carceres,

ceres, anguſtiati, afflicti, lapidati, ſecti, aduſti, fortes facti ſunt in bello, dum tot execrabiles corporum lacerationes, fęlici patientia, ac ſine gemitu, pertulere. Tamen, vt dicit Lactantius Firmian. lib. 6. cap. 14. Fortitudo, ſi nulla neceſſitate cogente, aut nō pro cauſa honeſta, certum periculum ſubierit, in temeritatē conuertetur. Hoc vitio culpatur fortitudo Catonis, qui ne Tyranni Cæſaris vultum aſpiceret,
61 intrepidè ſibi mortem † conſciuit. ſed dum incommoda, quæ formidabat à Cæſare impor tuno letho declinat, & mortis timorem morte fugat, formidinis iſta temeritas, magis quàm fortitudinis virtus, iudicanda eſt: nec honeſtas tanta fuit turpia cauens, quàm infirmitas aduerſa non ſuſtinens. Hinc illos in inferno torqueri inquit Virgilius lib. 6. Aeneidos dū ait:

Proxima debinc tenent mæſti loca, qui ſibi lethum
Inſontes peperere manu, lucemq; peroſi
Proiecere animas. quam vellent æthere in alto
Nunc, &; pauperiem, & duros perferre labores?
Fata obſtant, triſtisq; palus inamabilis vnda
Alligat, & nouies Styx interfuſa coercet.

Temperantia vtitur Rex Catholicus, quæ generaliter omnes virtutes complectitur, & in iuſtitia fortitudine, & prudentia, tēperamentum habet. In iuſtitia, quoad pſonas, res, actiones, iudicia, in bono, & æquo, in pœnis imponēdis, in continēdis populis, in legibus ſanciendis,
62 & ideo temperantia iuncta iuſtitiæ, opus † ſanè Regium eſt, inquit Iſocrat. in Nicocle. orat. 3. In Prudentia verò, conſiliorum directionē, taciturnitatem, grauitatem, cum ingruerit. In fortitudine, patientiam, & alia multa. Particulariter autem tēperantia appetitus, animi perturbationes moderatur, conſtantiam, caſtitatem, modeſtiam, pudicitiam, impetus, reuerentiam, tranquillitatem cōcordiam, pacem, ordinem, ornatum, cultumq; mundum, & geſtum corporis, orationis decorum, ſtudiaq; licita retinet. Plato. lib. 3. de Repub. Temperantiam
63 conſiſtere ait, in † Principibus, ut à venereorum, Epularum, compotationumq; vſu, ſint cōtinentes. & teſte Suida, illam comitabūtur, Modeſtia, & ornatus. Modeſtiſsimo ſemper veſtiū ornatu, vſus eſt, vtiturq; Philippus. & Maximo Regi conueniente. Quod ſatis aduertendum eſt in Principe, ne ſit adeo vaga veſtium pompa, vt immodeſtiæ redarguatur: ne vel adeo miſera, vt nimiæ auaritiæ imputetur. Concludo cum Proſper. de vita contemplatiua. Temperantia (inquit) facit abſtinentem, parcum,
64 ſobrium, moderatum, † pudicum, tacitum, & verecundum. Hæc virtus, ſi in animo habitat, libidines frænat, affectus tēperat, deſideria ſancta multiplicat, vitioſa caſtigat, omnia intra nos confuſa ordinat, cogitationes prauas remouet, ſcientias inſerit, ignem libidinoſæ voluptatis extinguit, mentem placida tranquillitate componit, & totam ob omni ſemper tempeſtate vitiorum, defendit.

Hæ quatuor virtutes pediſſequas alias nonnullas habent, in quarum enarratione, cum nec alius liber ſufficeret, omittimus. De his tamen omnibus in ſumma dicendum eſt cum Gregorio lib. Moralium 22. cap. 1. De primis (inquit)
65 quatuor † virtutibus loquar, prudentia, temperantia, fortitudine, atq; iuſtitia; tantò perfectæ ſunt ſingulæ, quantò viciſſim, ſibimet coniunctæ. Diſiunctæ autem, perfectæ eſſe nequaquam poſſunt, quia nec prudentia vera eſt, quæ iuſtè temperans, & fortis non eſt. Nec fortitudo integra, quæ prudens, temperans, & iuſta non eſt. Nec vera iuſtitia, quæ prudens, fortis, & temperans non eſt. Hæc Gregorius.

His virtutibus ornatus à Deo ſic optimè diſpoſitus Rex Catholicus Philippus ſua Regna
66 gubernat, † quorum Politia, fortaſſis vlla melior, vlla ſanctior, vlla ſtabilior, vlla frugalior, inueniri poteſt: quam trāquillitate, pace, quiete, & Chriſtiano ocio lætantem tenuit, tenet, & Deo Optimo Maximo volente, ad Philippū iuniorem filium Hiſpaniarum Principem, ſummæ expectationis ſucceſſorem, alioſque ſuos tranſmittet. Ex cuius Politiæ ſimulachro, hi Principes, qui ſunt diſſidijs dediti, accipere exempla, deberent, vt quem liuore, ac inuidia nonnulli prauè oderūt, ob virtutes imitentur.



Authoris Peroratio, ac Protestatio.

HÆc habui, quæ ex admodum exili agello ingenioli mei, de largissima Catholici regis præstãtia excerperem, & conscriberem, ac literis consignarem, in quibus satis sit principium auspicasse, ac rudi, crassaq; minerua antiquitati consecrasse, alijs frugalioribus clarissimorum virorum ingenijs, campum vberius excolendum relinquendo. Quæ TIBI DEO OPTIMO MAXIMO, PATRI, IESV CHRISTO FILIO, ET SPIRITVI SANCTO, VNI DEO, VERO, VIVENTI, AETERNO, VOVEO, ET ACCEPTA FERO. Siquid autem in hoc opere, alijs scribendis, (si tu volueris,) scriptisq; esset, quod diuinæ tuæ legi, tuæ sanctæ Ecclesiæ traditionibus, Summorum Pontificum placitis, Sanctorum Oecumenicorum Conciliorum decretis, esset contrarium; illud totum inane sit, cassum, irritum, ac abolitum: vnam tantummodo à te Domino petendo, & hanc requirens, vt inhabitem in domo tua die ac nocte, & post mortem in eorundem Catholicorum Christianorum cætu permaneam. Sic tu me DEVS adiuua ob tuam Misericordiam, cui sit semper laus, honor, gloria, & Imperium per sæcula nunquam finienda.

Olivueti die XXV. Aprilis anno Domini Nostri Iesu Christi CIↃ. IↃ. XↃVII.

Laus sanctissimæ Trinitati, gloriosissimæ Virgini MARIAE, Beato Michaeli Angelorum Principi, Sanctæ Mariæ Magdalenæ, sanctæ Catherinæ; ac sanctissimo Euangelistæ Marco, cuius hodie solemnem diem festum colimus, totiq; cœlestium spirituum, & sanctorum cohorti. Amen.

FINIS.

Subscripta verba addenda sunt ad Caput XLIII. sub num. 64.

Didicerat hoc à Lucio Anneo Seneca Seniore eius patruo, qui libro primo suasoriarum, suasoria prima in princ. hæc Auitum dicere facit. Fertiles in Oceano iacere terras, vltraq; Oceanum rursus alia littora, alium nasci Orbem: nec vsquam Naturam rerum desinere, sed semper indè vbi desisse videatur, nouam exurgere. Fabianus verò Philosophus ibi contradicens dixerat: vltra Oceanum terras non esse habitabiles: deinde si essent, perueniri tamen ad illas non posse. Eodem in loco inducitur Pedo Poeta, qui nauigante Germanico Imperatore inter alia diceret:

Quo ferimur? ruit ipsa dies, orbemq; relictum
Vltima perpetuis claudit Natura tenebris.
Anne non alio positas sub cardine gentes,
Atque alium libris intactum quærimus orbem?

Subscriptus casus addendus est ad Cap. LXXI. qui in Archetypo erat eius tamen numeri non sunt in Compendio, neq; in Indice.

Alter casus erit, quia non alias cõcedunt Regij Magistratus exequutionem Rescriptorum Apostolicorum, nisi ipsi prius cognoscant, summario quodam, pioq; iudicio, an beneficia, quæ fortè Rescriptis collata sint, suo ordine procedant, ita quòd Regium brachium ipsi postmodum con-
1 cedunt, quod Regium Exequatur appellant. † cuius rei meminit Matth. de Afflict. in decis. Neap. 24. Petrus de Gregorio Siculus de concess. Feud. par. 8. q. 7. nu. 8. dicens ita per Pragmaticam Siciliæ caueri. quæ iura Regni summis labris tangit Fabius de Anna. in consil. 7. num. 28. vol. 1. Nec nouum. sic enim in inferiori Germania, siue Flandria, sic in Castellæ regno, & in
2 † Hispania seruari censuit Didacus Couarruuias. Practic. quæst. cap. 35. & cap. 36. vbi plu-
3 ribus hanc rem probat. Simili modo obseruari in Gallia † testatur Carolus Degrassal. Regal. Franciæ lib. 2. Iur. 7. Post Aufrer. de Potestat. secul. super Eccles. person. Regul. 2. Fallent. 30. Martin. Nauar. in c. Cum contingat. Remed. 1. de rescript. quem refert, ac sequitur idem Couar. in d. cap. 35. vers. 5. Iustitia. Et sic obseruatũ fuisse in Regno Neapolitano dixi alias ad Petr. de Bel
4 lug. in Specul. Princip. rub. 6. in verb. Priuilegijs. vers. In Hispania. & ità obseruari etiam † in Serenissimo Dominio Venetorũ voluit Io. Baptista Ferret. in consil. 1. nu. 14. 15. dicens ità obseruari in tota Italia, & vbique.



INDEX
RERVM SINGVLARIVM, IN HOC VOLVMINE
DE REGIS CATHOLICI PRAESTANTIA,

Contentarum, ordine alphabetico digestus, in quo prior numerus caput, alter numerum capitis designat.

Anti-

Ara-

Arta-

Ciui-

Cle-

Com-

D

Diuisa

Ddd 3 Duces

Esaias

Feudum

G

H

Hie-

Ho-

I

Impe-

Indul-

Intel-

ligium

M

M. Vlpius

N

Nun-

Phi-

Portus

Prin-

Regi

Regnum

Regno

Fere-

FINIS.

Laus Deo optim. Max.









